K

T II 17/p

414 50/0

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 1174
COLLECTION

YHBD (2)

221012.02266

VINCENTII
PLACCII
THEATRUM
ANONYMORUM
PSEUDONYMORUM.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30457749_0001

VINCENTII PLACCII THEATRUM ANONYMORUM ET PSEUDONYMORUM.


Suum Cuique
Vincentii Placcii
Scriptores
Anonymi & Pseudonymi
Detecti.

VINCENTII PLACCII,

J. U. L. Philoſ. Pract. & Eloqu. in Gymnaſio Hamb. olim Profeſſoris,

THEATRUM ANONYMORUM ET PSEUDONYMORUM,

EX

Symbolis & Collatione Virorum per Europam Doctiſſimorum ac Celeberrimorum,

Poſt SYNTAGMA dudum editum,

Summa Beati Auctoris Cura recluſum,

&

Benignis Auſpiciis

Summe Reverendi ac Conſultiſſimi Viri,

DN. MATTHIÆ DREYERI,

J. U. D. & Rev. Capit. Hamb. Canon. Spectatiſſimi,

Cujus & COMMENTATIO, de Summa & Scopo hujus Operis accedit,

Luci publicæ redditum.

Præmiſſa eſt PRÆFATIO

&

VITA AUCTORIS,

Scriptore

JO. ALBERTO FABRICIO,

SS. Theol. D. Prof. Publ. & Gymnaſii h. a. Rectore.

Cum INDICIBUS neceſſariis.

HAMBURGI,

Sumptibus Viduæ Gothofredi Liebernickelii.

Typis Spieringianis, M DCC VIII.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

COMMENTATIO EDITORIS
de
Summa & Scopo Operis.

LUCIS an CALIGINIS THEATRUM rectius dixeris, Benevole Lector, quod Tibi de Anonymis & Pſeudonymis Scriptoribus hic ſiſtimus, liberum penes te eſto judicium. Immenſum ac confuſum CHAOS obſcurorum nominum, larvatas ſpecies, ex Anagrammatis & Schematismis varie conficta, ac pigmentata πρόσωπα ubique deprehendes. Tenebroſiſſimum hunc Orcum, faſtidii plenum, terribili Errorum ac Dubitationum ſqualore horridum, celeri paſſu cum ingreſſus fueris, (nam facilis deſcenſus Averni) ſtatim in ipſo limine, de perito quodam Hodego, Duce atque Interprete tibi diſpiciendum erit, ne tot Labyrinthis, fictionibus ac vafris Denominationum ludibriis irretitus, ipſe inter Pſeudonymos, famoſo quodam Ignorantiæ ſtigmate notatus, poſtea compareas. Negotium hoc perquam arduum, difficile atque inſuperabilis moliminis, quis niſi exactiſſimus formarum ſpectator in ſe ſuſceperit? Peritiſſimi utique Critici eſt, aſſutas detrahere larvas, fictumque & aſſumptum detegere habitum, quo ſuo quæque nitori reſtituantur. Id vero quam egregie, atque in hoc judicii genere verſatiſſimus *Autor*, quanta cum ſolertia præſtiterit, qua vel minima quæque perſcrutari voluit, æquo harum rerum Cenſori illico patebit. Mirum, quinimo inſolens ſpectaculum imperitis videri poſſet, unde tanta farrago Anonymorum & Pſeudonymorum ortum duxerit? quid ſibi velint tot conficta nomina? quorſum tendant tot Ironicæ Diſſimulationes? Disquiſitionem etiam merebitur an licitum & Legibus Honeſtatis congruum ſit, inſtar furioſi ac debacchantis, alieno incedere Schemate? quid denique commodi Reipubl. literariæ afferant tot Satyri ac ſanniones mordaciſſimi, tot tenebriones & ſpiritus maligni, qui lucem peroſi, fuco quodam prudentioribus imponere ſatagunt? ac quonam tandem artificio aſtutæ hujusmodi machinationes retegendæ ac denudandæ ſint? De ſingulis breviter aliquam hic lubet ſubjungere admonitionem. Miſeræ mortalium ſortis ea perquam iniqua eſt conditio, quod veritatis oppugnandæ atque opprimendæ ſtudium tum altercandi atque vitia perſtringendi libido ubique vigeat, hinc umbras & latebras, quibus ſe proripiant, tam probi quam improbi, undique quærunt; Illi, ut malevolorum impetus ob aſſertam veritatem eo melius ſuſtineant, hi, præſertim vero occultæ nequitiæ magiſtri, ut eo liberius ſua effutiant ſcommata, hinc nebuloſis utrinque ſeſe involvunt tegumentis, atque opertoria ex fictis nominibus, veluti ſecuritatis & tranquillitatis fulcra ſtatuminant. Sepiis in eo perſimiles, quæ atro cruore retia offuſcant, cum a piſcatoribus ſe peti animadvertunt. Licet quamplurimos ſtolidis illis animalibus annumeraveris, quæ caput obſcuro recondunt loco, dum reliqua pars corporis venatorum inſidiis manet expoſita. Certiſſimum omnino Comici effatum, *quod Veritas odium pariat*, tam fœcundam adulteratæ mercis ſegetem in ſcenam modo produxit, *Malitiam* ac perverſam humani ingenii indolem, qua vitia virtutibus æquiparantur, huic odioſæ Aſtutiæ ſi adjunxeris, innumera Hydræ Lernææ ambigua & obſcura capita, quod repullulaſcant, continua flagitiorum exigit ratio. Veritas adeo ſub velamine vel ipſis candidæ mentis alumnis ſæpius adoranda venit, latibulo enim ignoti cujusdam nominis ſecurius ſuam exponunt mentem, quamvis maledici eo protervius venenata ſua dicteria diſſeminandi occaſionem ſimul arripiant. Sic inſidioſæ ac timidæ fragilitatis ſigna undique ſe exerunt, nam in perpetua verſari luce, neque ullis inſcitiæ tenebris offundi, divinam plane Cœlitum ac beatorum vitam arguit, nulla ipſis ficta ſubrepunt nomina, neque atris atque indignis verbis aut verſibus quenquam oblinere fas eſt. Aſt rerum humanarum in terris longe alia eaque caliginoſa occurrit facies, ut Oedipo ac ſolerti Conjectatore ſæpiſſime opus ſit, qui lucem tenebris diſterminet.

Licitumne ſit ac legibus conforme, exoticum quandoque ac fallax ſibi aſciſcere nomen, ex ipſa Veritatis natura, Honeſti ac Decori principiis ſemper ſtipata, quam tutiſſime addiſcitur. Maximam atque immutabilem hujus divini ac puriſſimi luminis vim

quis non ſuſpiceret? Homo vanus, ſubleſta fide, Protei æmulus, quid niſi ſcelerum ac vitiorum pronubum ac frivolum diſſimulatorem indigitare poterit? quænam vero ſublata ſecuritatis imagine, peſſimi obtrectatoris, vel ſpurciſſimi adulatoris ſupererit formoſitas? Larvatum ex orco Dæmonem ipſa mentiendi libido tantopere denigravit, ut odioſum Diaboli nomen fere omnes exhorreſcant. Animus integritatis amans, nihil quicquam verbis vel ſcripto proferet, quod impoſturam vel leviſſimam redoleat. Conſtanter affirmat ea, quæ rebus ipſis conſona novit, pernegat diſſona. Cogitationum Sylloge ipſi fraudis eſt neſcia, fictis ubique abſtinet mentis receſſibus, præſertim in negotiis majoris momenti & ponderis: hinc amore Religionis, intemeratam quam edidit fidei confeſſionem, glorioſa potius morte comprobat, quam ut falſæ extorſionis oneri velit ſuccumbere. Sacris quinimo literis & legibus Moſaicis cautum eſt, ne difformi ac variegato corporis habitu, aut veſtimentis heterogeneis, mentis ſimplicitas, ac vitæ & morum innocentia velut duplici quodam diffingeretur ſigno. Summi quoque Judicis *Chriſti* ſanctiſſima admonitio, qua & cujusvis inanis atque indecori verbi ratio habenda erit, Pſeudonymis & Anonymis acerbam nimis dicam ſcribere videtur, etſi diverſa (ſed forſan nimis commoda) opinione Coſmopolitæ (huic noſtro theatro inſerti) ſibi adblandiantur; ipſis namque perſuaſum eſt (de ſanioribus ut primo dicamus loco) ſi de ſacris vel profanis, de ſeriis ſive leviculis rebus aliquid odioſum publice proferendum fuerit, larvam adſcititii nominis (cum mens ſit conſcia recti) omnium invidorum furorem tutiſſime eludere. Rabidi quoque (nam horum maxima adeſt turba) eodem plane modo, cum honorem alterius famoſis ſuis libellis proſcindere, ſive erroneas, quas arripuere opiniones, vel damnoſa & hæretica quæ fovent dogmata, ſive peſtifera quæ cudunt conſilia, publicæ luci committere animum induxerint, non erubeſcunt temeritatis ſuæ crimen depravatis nominum Epithetis ac præſtigioſis palliare litteris, egregium prudentiæ politicæ ſpecimen ſe hujusmodi obſcuris demonſtraſſe effugiis perbelle ſomniantes. Rigore tamen quadantenus moderato, in jocoſis ac rebus innocuis, ſi abſit dolus ac metus damni, ſi propulſentur injuriæ, ac modeſta quadam periculi evaſione μορμολύκειον alieni nominis præfigatur, illis forſan diſſimulationis veniam Rhadamantus quidam daturus eſt, acriori alias cenſura notandis.

Sed de uſu Theatri Apocalyptici uberrimo ſane atque ampliſſimo quædam præfari neceſſe eſt, resque ipſa cogit; quid enim commodi EncyclopædiaScientiarum ex dignoſcendis tot Pſeudonymis & Anonymis conſequi poſſit, quam maxime diſquirendum erit. Multis præſertim naſutulis, κενοδοξία quædam atque exigua hæc videtur gloria, hunc vel illum capite in terram ſtatuere, atque aſſumpto ſpoliare nominis clypeo, quo genuinus ſcriptor in lucem protrahatur. Magnam huic negotio curam, atque operam qui impendit, cavillatorum lingua, nil niſi laureolam in muſtaceo quærere videtur, atque uniones putidis fimetis eruere allaborat, modo ille, qui obſcuris hæret ſpeluncis, cedro digna ſcripſerit vel locutus fuerit, nihil vel parum intereſt (ipſorum mente) quo denique nomine vel titulo, vero num ficto, liber inſcriptus ſuperbiat: tot enim ac tam varias nonnunquam de uno eodemque Autore opiniones evagari, ut quidam errare malint, quam hunc vel illum pugnaciſſime defendere. Aſt nimium quantum a ſcopo aberrare hos imperitos caſtigatores, prima juris regula docet, qua ſuum cuique tribuendum eſt, quam ex memoria depoſuiſſe videntur. Sit hæc vel unica laboris indefeſſi remuneratio ac merces, Veritatis certa cognitio; qua nihil pulchrius, nihil utilius vel dignius excogitari poterit. Finem intellectus humani in *Veri* notitia fundatum quin deſtruant inepti iſti Cenſores ex peſſimo Calumniarum patrocinio deducitur. Quam turpiter namque etiam Doctiſſimi ſæpius hallucinati fuerint ob fictorum nominum inſcitiam, contumelioſa eorundem produnt ſcripta. Innocentiſſimos, Atheis, Hæreticis, Fanaticis, quin imo ſcurris falſiloquo catalogo inſertos aſſimilare, atrociſſimam quidni dixeris injuriam. Malignos autem, infames, obelo ac furca dignos, miris encomiis elatos, ob ſupinam hanc ignorantiam, quis non merito deteſtetur ac deſpiciat? Suo quemque loco proinde reponit ſtudium hoc Apocalypticum. Non paucos inveneris, qui cum in præclari cujusdam Philoſophi doctrinam ſedulo juraverint, chimærico libri titulo ita deludantur, ut errorum Pelago immerſos, vel ſola inſpectio hujus Theatri ſanæ menti reſtituere poſſit. Dolendum modo eſt, neq; omnia obſcura nominum capita, luce adhucdum donata, neque inextricabiles tenebrarum latebras abſolute a quoquam fuiſſe excuſſas, qvamvis ſolertisſimus Autor omnes aliorũ in hoc genere conatus longe ſuperaverit. Uno vel altero exemplo rem illuſtrare non abs re fuerit. Quam anxie, quam operoſe, quanta cum ſolicitudine, intolerabile illud *de tribus impoſtoribus* ſcriptum animos ſciolorum concitaverit, abundatiſſime hic p. 184. & ſqq. expoſitum percipies, ut nihil ad detegendos monſtroſi hujus partus natales addi poſſit, Germanos,

Italos, Gallos (cur non & Arabes) obſtetricantem tuliſſe opem, ſententiarum divortia innuunt, *Imperatorem Fridericum* II., *Ochinum*, *Poggium*, *Aretinum*, *Poſtellum*, *Muretum*, *Boccatium*, *Bernaudum Pomponatium*, *Rablaeſium*, *Villanovanum*, & quos non alios in ſimilem Atheiſmi ſuſpicionem adductos, vera utique pesſimi Autoris denunciatio â culpâ maleficii liberare potuiſſet, cum modo, ad quem pertineat, ignoretur. Inveterata illa querela, qua Moſis legem pueris ſcriptam eſſe perhibent, Chriſti doctrinam ἀδυνάτα, (quæ fieri nequeunt) inculcare, Mahometem inſtar porci voluptuoſi grunnire, delicatulis viam monſtravit, quicquid deinde comminiſcendi. Inſulſus impoſturæ Autor, magicas Dæmonum conjurationes advocans, ridiculo ſomnio, omnem divinitatis vim abnegando, in nigros Orci ſpiritus eam dum confert, inane prorſus conſumit ſtudium. Miretur quis, cur non & Cardinalem Cuſanum, Germania oriundum, (qui ſeculo XV inclaruit) prænominatis malitiæ Magiſtris adjunxerint, cum hic easdem Poſtelli Irenicas Technas longe præſenſerit, ac Syncretiſmum Judaicæ, Chriſtianæ & Turcicæ fidei ſerio meditatus fuerit. Magnatum protervia non exiguum his quisquiliis pretium ſtatuit, adeo, ut vix dum nummis Inquiſitorum libido exonerari potuerit. Sed fruſtra hiſce immorabimur. Alii proſtant jam libri, Superiorum permiſſu (quamvis imprudenter) editi, qui ſummam Criminationum in ſacras literas adeo infeſte exprimunt, ut Auguſtini voto p. 191. (*utinam ejus farinæ libri extarent, & legi ab omnibus poſſent! certus ſum ex ipſis tela, quibus eorum calumnia jugulertur nos depromturos*) jam dudum explendo ſufficiat Circulus Phyſicus Berigardi Prof. Patavini, qui Epicureorum caſtra ſecutus, Moſis & novi fœderis doctrinam, in forma Dialogi tantopere ſugillat, ut *ex Novellis Evangeliſtarum* â Medico quodam Neapolitano conſcriptis, *Evangelio æterno* & hoc *de tribus impoſtoribus* libro excerptas gerras Atheiſticas (ſed miſere impugnatas) ſummatim quis inde percipere queat. Italorum namque Bibliopolia curioſius qui inſpexerit, hujus nefarii generis libellos quam plurimos coemere poterit, rudi abſconditos loco, quos peregrinis & advenis (modo Harpocratem reddant) quantivis eſſe pretii declamitant, utpote Inſtitores nummorum avidi, *magicas* ibidem *Virtutes Pſalmorum Davidis*, *Viſiones Propheticas Danielis* nec dum expoſitas, *Conjurationes Spirituum*, quin obſoletas Gentilium ſuperſtitiones, *Auguria & Auſpicia*, *de avium volatu & cantu*, & ſimiles nænias, ne quidem exceptis Papæ & Clericorum anomaliis, quas Pasquinus Romæ deblaterat, compendio perluſtrare poterit. Tranſeamus modo paululum ad Hermetica Alchymiſtarum myſteria, quibus explicandis Clarisſimus Autor non adeo prolixam impendit curam, forſan, quod Chryſopœorum fidei plane diffideret, quippe qui in varias ſe frequenter artes vertunt, atque auri cupidos, falſa ſpe ut plurimum producunt. Inter Germanos Coriphæum quaſi agere videtur Pſeudonymus ille *Baſilius Valentinus* Monachus Ordinis Benedictini, cujus libri etiam exteris Gallis & Anglis certiſſimam auri conficiendi rationem continere videntur. Quamvis XII. ejus clavibus unicam eamque præcipuam adhuc deeſſe peritiores paſſim conquerantur, cum adeo ænigmatice ac verbis Tartaro (quem extollit) nigrioribus, pesſulum oſtio obdiderit, indignos ab aditu ad Regis palatium arcendo, ut bene dicta ipſius malam accipiantur in partem. Nec deſunt Commentatores, qui verbis commentitiis Soli tenebras inducant, atque infinitam ſtatim vim augendi crepent, etſi ne minimam adhuc dum Mercurii Philoſophici particulam adepti fuerint. Nomen fictum Baſilii vel Regis cum alio Ioh. Eſchenreuteri quidam commutare malunt, ipſum ex Alſatia vel Thuringia arceſſentes. Editioni Pariſienſi Gallicæ Dialogi de Azoth & Secreto Philoſophorum auro ſubjuncti, ac jam dudum Theatro Chimico ſub alia nominis larva inſerti, nil tanto hiatu dignum offerunt, quin pleraque clavibus, & reliquis ipſius ſcriptis immixta, præſertim illa de Connubio Veneris & Martis, perantiquis Arabum traditionibus inniti, ex collatis invicem proceſſibus, oppido liquet, adeo, ut nullum ſit dubium, quin Ioh. Tholdeni Editoris interpolationes, aliam operi adſtruxerint formam. Sic novum lumen *Sendivogii* Poloni, quasnam in Germania excitarit Viſiones, & ſplendida factæ a Setonio Scoto transmutationis monumenta ſtabiliverit, Chymiæ cultoribus decantata eſt fabula, licet pleraque hujus generis oblectamenta, â Michaele Meiero Holſato, ſtrenuo Fratrum Roſeæ Crucis buccinatore, fuerint promulgata, qui Schemate *Hiſaiæ ſub Cruce*, & *Heliocanthari Borealis* latitare voluit. Innumera illa ac barbara nomina, quæ in *Turba Philoſophorum* (libro notiſſimo) occurrunt, perpetua oblivione jaceant obruta, cum ſacerrima illa ſic dicta *Sacerdotum Charta*, ac *libro Sextariæ*, de parandis lapillis pretioſis, quis enim ille *Calid* major vel minor, *Alphidius*, *Miriſindus*, *Ariſteus*, *Victimetrus*, & alii Ciniflones fuerint, qui tam egregie de compoſitione Lapidis Philoſophorum

ſcripſiſſe perhibentur, nemo forſan mortalium hariolari poterit. Bene, imo quam optime illum Chryſologum vixiſſe largiamur, qui Pſeudonymorum Caterva ita ſe abdere potuit, ne veluti Euonymus, magni Arcani poſſeſſor, in ſcenam prodire cogeretur. Reliquas celeberrimi noſtri Autoris lucubrationes, inſuetis nominibus detegendis nuncupatas, eo majori laude dignas cenſebit æquus rerum æſtimator, quod adeo concinne ac pulchro ordine Anonymi à Pſeudonymis, primum in hoc Theatro diſterminentur. Deinde *Theologi, Juriſperiti, Medici, Hiſtorici, Mathematici, Rerum Moralium Doctores, Philologi, Poetæ*, junctim ſeſe conſequantur. Diverſarum vero Gentium, ut haberi poſſet diſcrimen, primus Germanis aſſignatur locus, quos *Belgæ, Angli, Galli, Itali* excipiunt, annexis aliis variarum linguarum ſcriptoribus, veluti *Ægyptiacæ, Bohemicæ, Carniolicæ, Croaticæ, Dalmaticæ, Danicæ, Finnicæ, Gothicæ, Hibernicæ, Hiſpanicæ, Luſitanicæ, Hungaricæ, Norvagicæ, Perſicæ, Polonicæ, Saxonicæ, Slavonicæ, Suedicæ* & *Syriacæ*, quibus tandem accedit ſpicilegium librorum Anonymorum & Pſeudonymorum in lingua Rabbinica à peritiſſimis quibusdam Judaicorum ſcriptorum Viris collectum. In deſcribendis autem Exoticis, parca quandoque manu factam Epicriſin, Lectoris induſtria reſarciet, inprimis ubi obnubilata exterorum nomina exiguo notantur numero, quis enim omnia aliarum Gentium ſcrinia compilare poterit, in immenſum enim excreſceret opus, cum tenuiſſimis hæc omnia orta principiis, ſicut primum Autoris Schediaſma demonſtrat, tanta deinde mole fuerint adaucta.

Verum de ſublimi artificio ac certa methodo, abſtruſa denudandi nomina, ut quædam hic adferantur, de genuinis omnino Criteriis, quibus vera a falſis ſecernantur, diſpiciendum erit. Tot regulas, obſervationes & monita artis Criticæ Magiſtri, imperitis hunc in finem inculcant, ut ſummis difficultatibus, vel ipſi perſpicaciſſimi afficiantur. Veterum ſcripta ὑποβολιμαῖα ſive ſuppoſititia, jam dudum alii excuſſerunt, neque autor noſter de iis disquirendis ſollicitus fuit, ne multum à Scopo ſui Theatri digrederetur. Quæ enim antiquorum fuerit Sophiſtica in adornandis libris ac quantopere Selectores librorum in inſtruendis Bibliothecis fuerint deluſi, etiamnum hodie Pſeudographi iisdem præfixi tituli abunde teſtantur. Sic *Ariſtotelem Stagiritam*, Philoſophum Clariſſimum, vix partem vigeſimam eorum, quæ fama de eo circumfert, ſi reviviſceret ſibi vendicaturum, alii jam annotarunt. De *Democrito, Epicuro*, & reliquis Græciæ luminibus itidem nil niſi laciniæ ac tenebrarum ſuperſunt diverticula. Recentiorum ac noſtri ævi eo ſolertior cura erit habenda, ne tot fucoſis machinationibus in deformandis ac divulgandis libris quaſi ſupprimamur, non leve utique foret dedecus in tanto literarum ſplendore, hujus vel illius tenebrionis circumveniri aſtutia, cum vel ſola veri nominis deſignatio omnes diſpellat nebulas, ut fidem derogemus commentis, vel veritati laudem adſtruamus. Tutiſſimum omnino allevamentum ad fugandas tenebras in *Veriſimilitudine* quærendum erit, ſi namque cœli aperti & ſinceri, quod fraude & inſidiis careat, nulla ſpes effulget, luce ac conjectura veriſimilium id conſequi poterit, quod per omnem Acherontis ambitum pertingat. Rejectio diſſimilium viam ſternet eluctandis dubiis. In perluſtranda hac obſcura Inferorum ſede, Æneæ fata in ſe ſuſcepturus, Sibyllam primo conſulat neceſſe eſt, non Cumanam illam Veneficam, ſed Philoſophiæ morum atque artis dicendi magiſtram, clauſtris Doctorum abditam. Ramum mox decerpat aureum, ſagaciſſimæ mentis Trophæum, vitioſis animi affectionibus vacuum, nulla vel nimii amoris vel odii adſit commotio aut impetus. Geminis Dianæ columbis, Hiſtoria temporum & Rationum dilucido contextu curſum atque iter dirigat. Cerbero ſive latrantium & garrulorum ſarcaſmis minime exterritus, mellitam his maledicis inſcitiæ offam ingerat, qua ſopiti nullas amplius impugnationum cieant turbas. Silentes ita Scriptorum umbras conſpicatus, falſo damnatis crimine lumen afferre, aliis obſtruere poterit. Circuitiones atque anfractus, quibus vultum & nomina cælare ſtudent Pſeudonymi, non nunquam Grammaticorum cura extricantur, tum ex transpoſitione literarum, anagrammate quodam recondita, vel ſimili alterius linguæ deſignatione vera eorundem innoteſcit imago, ſed leviſſimo hoc artificio non niſi inexercitati occupantur. Larvis hiſce noxiis Venenum tum in lingua tum in ipſo corde & ventre deliteſcit: Diſſecanda itaq; ſunt viſcera atque ex Stylo & verborum involucris characteriſmus Genii, non tam proliciendus, quam exterminandus erit, qui niſi ſingulari atque ab aliis diverſa ſe prodat forma, neque adhuc alibi animi παθήματα ſignis ediderit, novam Apocalyptæ operam faceſſet, quamvis vel unica quandoque voce ſæpius adhibita, vel Phraſi ac locutione ſuſpecta, veluti ſorex ſuo quis poſſit perire indicio. Loci & Temporis ratio, tum rerum geſtarum Series, ac finis ſive ſcopi disquiſitio, cur Pſeudonymus caliginem ac crypticum fuerit ſectatus antrum, aliam indagandi ſuppeditant viam, quæ variis iterum radiis circumfuſa, ad portam cœlitum eburneam (qua facilis datur exitus umbris) tandem veri cupidum poterit deducere. Quandoquidem vero clarisſimo hujus Theatri Autori bene perſpectum fuit, quam inſigne adjumentum detegendis hiſce fucis plurium ſolertia ac ſociale ſtudium afferre poſſet, hinc amica invitatione ad multos viros doctiſſimos Ao. 1689. perſcripta, omnium ſolicitavit opem, Symbolam inde a peritis collatam perſpicuis ubique adduxit verbis, cum per literas & fide dignas relationes, incognita ipſi explanarent nomina. Quod ſi ſubinde error denunciando forſan irrepſerit, libertatem meliora ſubſtituendi monita, nulli præcluſam eſſe, felicior ſciat Interpres. Interim quod jucundo tuo fiat commodo, hiſce fruere, *Lector benevole*, diligentiſſimum vero hujus Theatri ſcriptorem digna omnino proſequendum laude, ſedula mente ſemper recolas, Te ſummis obſecro precibus. In perpetuum autem memineris, omnem Mortalium curam, operam atque diligentiam in evolvendo atque declarando Maximo illo Naturæ libro ponendam eſſe, cujus Autorem DEUM, ſapientiſſimum Univerſi Conditorem, ſummus infinitæ Majeſtatis ſplendor Anonymum atque ineffabilem reddidit, quo perculſi Athei atque impii Phyſici Pſeudonymi miſere cœcutiunt, Mundo ſenſibili ac Naturæ viribus vim Divinitatis irrito conatu adſtruentes. Tui erit officii L. B. genuino omnia ac decenti condecorare nomine, Vale

Hamburgi VId. April. 1708.

Matthias Dreyerus, J.U.D. & Canonic. Hamb.

LECTORI
BENEVOLO
S. D.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.

PRodit tandem e tenebris in lucem, atque uſibus Tuis evolvendum exhibetur Volumen duplex uberrimum & copioſiſſimum, nec paucorum expetitum voto, de ſcriptoribus omnis generis, ætatisque ac nationis qui non una cauſſa permoti monumenta ingenii ſui vel nullo, vel alieno aut falſo nomine vulgarunt, aut quorum ſcripta velut orba parente, variis idiomatis incerto titulo feruntur & in manibus hominum verſantur. Opus quod ex tenuibus initiis induſtria VINCENTII PLACCII τοῦ μακαρίτου, & Eruditorum amicorum ſymbolis ultimoque Auctoris paullo ante mortem ſtudio excrevit in eam magnitudinem, ut quo minus ederetur ipſa illi obſtiterit per aliquot annos copia & docta moles, obſtitiſſetque diutius, ni provida Ampliſſimorum Teſtamenti Placciani curatorum ſollicitudo & Reverendi præcipue ac Nobiliſſimi D. DREYERI liberale auſpicium ac ſollertes Clariſſ. VISCHERI vigiliæ acceſſiſſent, & egregiam Bibliopolæ publico ſervire bono cupientis, ſed dum opus excuditur acerbo fato exſtincti voluntatem ſublevaſſent.

Rationes quæ numerum Anonymorum Pſeudonymorumque tam immane auxerunt, augentque quotidie, licet ſunt multiplices & infinitæ, ad paucas tamen referri poſſe videntur. Vel enim ſibi ipſis, vel cauſæ atque argumento ſuo, vel lectoribus prodeſſe ſe opinati ſunt ſcriptores qui nomen ſuum diſſimulavere, vel adſcito

 ſcito

ſcito alieno occultaverunt. Nam illos quidem omitto, quos caſus, negligentia vel ignoratia lectorum, editorumve fecit ſub nullo ferri nomine, auctoribus ipſis neutiquam ignorari vel latere geſtientibus, vel quibus error, avaritia & fraus, malitiaque aliena falſum nomen aſſignavit, cum illi ipſi qvi librum compoſuerunt, vero ſuo illum inſcripſiſſent aut inſcriptum optaſſent.

Antiqviſſimum videtur fuiſſe genus eorum, qvi nomen ſuum latere voluerunt ideo, qvod lectorum intereſſe arbitrati ſunt auctorem monumenti alicujus, vel plane ignorari vel divinorem atqve auguſtiorem credi, qvo major videlicet eſſet traditorum auctoritas, & utilia præcepta atqve inventa præclara tanto facilius imbiberentur animis, latiusqve ac lubentius admitterentur, verterenturqve in uſum, atqve in poſteros usqve propagarentur. Itaqve Ægyptios accepimus olim præſtantiſſima reperta ſua ſolitos ſine nomine prodere, qva de re non omittendus eſt inſignis locus Galeni * qvi exſtat in limine commentarii qvo Hippocratis Aphoriſmum à Juliani Alexandrini Methodici objectionibus defendit: *Equidem*, inqvit, *ſicuti in Ægypto olim artium inventum unumquodque à communi eruditorum conſeſſu probatum columnis inſcribebatur quibusdam in ſacris locis poſitis, eodem modo factum apud nos oportuit, collegium proborum ſimul doctorumque hominum, qui examinatis recentiorum ſcriptis, in publicum quæ bona ſint exponant, mala vero quæcunque fuerint perdant:* βέλτιον δ' ἦν εἰ μηδὲ τοὔνομα τοῦ γράψαντος ἐφύλαττον, ὥσπερ οὐδ' ἐν Αἰγύπτῳ τὸ ἀρχαῖον. ἐκωλύθη γὰρ ἂν οὐχ ἥκιστα κἀκ τοῦδε τῶν φιλοτίμων ἡ περὶ δόξαν ἄμετρος σπουδή. Νῦν δ' ἐπειδὴ καὶ γράφειν ἔξεστιν ἅπασι, καὶ κρίνειν τοῖς ἐπιτυχοῦσιν, εὐδοκιμοῦσι παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἱ τολμηρότατοι. *Satius autem eſſet, ſi ne ſcribentis quidem nomen ſervaretur,, quemadmodum nec in Ægypto quidem ſervabatur antiquitus: hoc enim pacto nimiæ gloriæ contentioni apud iſtos cupidos obviam maxime iretur. Nunc cum & pasſim ſcribere omnibus liceat, & unicuique ſententiam ferre è vulgo, audacisſimus quisque maxime commendatur.* Galeni teſtimonium confirmat Jamblichus, qui auctor eſt Ægyptios veteres ſapienter à ſe reperta ad Hermetem veluti auctorem retuliſſe, atqve ſub illius nomine omnia ſua publicaſſe. Ita enim ille capite primo libri de Myſteriis Ægyptiorum, Aneboni ſub perſona Abammonis ſacerdotis Ægyptii reſpondens: *DEus eloquentiæ præſes Mercurius olim recte exiſtimatus eſt ſacerdotibus omnibus eſſe communis, quique ad veram de Diis ſcientiam præit, unus idemq; eſt univerſis. Quare & noſtri majores ſuæ ſapientiæ inventa ad eum referebant, omniaque propria*

* T. IX. Opp. edit. Pariſ. p. 376.

propria commentaria Mercurii nomine inſcribebant. ᾧ δὴ καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὐτῶν τῆς σοφίας εὑρήματα ἀνετίθεσαν, Ἑρμοῦ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπονομάζοντες. Similiter Mneves qvi primus Ægyptiis leges ſanxit, earum auctorem ferebat non ſe ſed Mercurium, ut tradit Diodorus Siculus (libro I. p. 48.) cujus verba adſcribam, ut pariter confutem calumniam qva idem ſcriptor divino afflatum Spiritu, teſtatiſſimumqve miraculis Moyſen ſimili commento uſum fuiſſe temerario auſu fingit. Μετὰ γὰρ τὴν παλαιὰν &c. *Poſt antiquisſimam in Ægypto vitæ conditionem, Deorum imperio Heroumq; ætati in fabulis asſignatam, primus ajunt Mneves, vir & magni animi, & inter hoc nomine celebratos de vita optime meritus populum induxit, ut juxta leges ſcriptas* (ita recte interpres, ἐγγράπτοις, qvemadmodum etiam legit S. Cyrillus I. contra Julian. p. 15. licet editiones Diodori habent ἀγράπτοις νόμοις, & Cyrillus alioqvi parum accuratum ſe præbet in referendo hoc Diodori loco, de Moyſe accipiens qvæ de Mneve Diodorus ſcripſerat,) *vitam inſtituerent, Leges à Mercurio ſibi traditas, unde ingentia vitæ bona promanarent, ſimulavit. Quod apud Græcos in Creta etiam Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus factitavit, quorum iſte Jovi, hic Apollini ſuas vendicavit. Id commenti genus apud plures quoq; alias gentes adhibitum, multorum quoque cauſa bonorum perſuaſis exſtitiſſe ferunt. Nam apud Arimaſpos Zathrarſtes bonum genium, apud Getas Zamolxis communem Veſtam, apud Judæos Moyſes Deum qui JAO dicitur,* (etiam hæc verba perperam ita accepit Cyrillus, ac ſi Moyſen Deum eſſe dictum Diodorus ſcripſiſſet) *legum auctorem ſuarum finxiſſe perhibetur. Sive quod admirandum prorſus & divinum eſſe judicarent commentum illud, quod in commodum ſocietatis humanæ exiret: ſive quod vulgus ad Majeſtatem & potentiam illorum, qui leges inveniſſe dicerentur reſpectans, dicto magis audiens fore exiſtimarent.*

Longe ampliorem elenchum texere poterat Diodorus eorum qvi leges ſuas acceptas retulere Diis, nam ſic etiam apud Romanos Numa Pompilius, ut populum ſacris obligaret, voluit videri ſibi cum Dea congreſſus eſſe nocturnos, de qva Ennius primo Annali apud Varronem ſexto de lingua latina:

Ollei reſpondet ſuavis ſonus Egeriai.

Et Zaleucus apud Locrenſes, uti apud Athenienſes Draco & Solon, à Minerva traditas jactabant. qvas ipſis ferrent leges, Rhadamantus autem legislator Cretenſium à Jove, ut relatum Ephoro apud Strabonem (lib. X. p. 476.) Charondas Thuriorum legifer à Sa-

turno, Zoroaſter Perſarum ab Oromasde, ne de aliis in præſenti memorem, quæ apud Valerium Maximum libro primo capite ſecundo legi poſſunt, & quæ à recentis ætatis ſcriptore Balthaſare Bonifacio libro XIX. Hiſtoriæ ludicræ capite primo ſunt collecta. Quamvis autem non hi tantum, de quibus jam dictum eſt, ſed longe etiam plures, nec ſine ſucceſſu commento illo uſi fuiſſent, nulla tamen vel cogit neceſſitas vel probabilitas ſuadet idem ſuſpicari de Moyſe, nedum quod Diodorus rerum Judaicarum parum gnarus temere fecit, audacter illud ab eo factum aſſeverare. Quid enim Moyſi ſimile vel quid non diſſimile cum ceteris gentium legislatoribus? Illi quidem, utut Deum vel Deam jactantes auctorem, nihil tamen ediderunt quod non poſſet a callido viro & aſtuto proficiſci, Moyſes non civibus tantum ſed hoſtibus quoque ſuis probavit maximorum plurimorumque & manifeſtiſſimorum miraculorum ſuorum divinitatem. Illi leges neutiquam ſtabiles ſed varie mutandas, & poſt non adeo multum temporis penitus iterum abolendas condiderunt: Moyſes poſt tot non centurias ſed millenarios annorum etiamnum auditur, nec à ſua gente tantum, ſed à toto fere orbe terrarum. Promulgatio porro legis Moyſaicæ quam non in angulo facta; quam auguſta, quam miraculoſa & de cœlo ipſo teſtata, ſpectante univerſo populo? quid legibus ejus ſimplicius, æquius, ſapientius? quantum in ejus cerimoniis myſterii, fidei in prædictis, in geſtis conſtantiæ ac virtutis divinæ? quam longe denique præſtant Moyſis de Origine univerſi à DEO conditi oracula, omnibus argutiis Philoſophorum? His denique cunctis veluti in cumulum accedit, quod ſolum poterat ſufficere, fide digniſſimum CHRISTI, quem DEUS à mortuis ſuſcitavit, & Apoſtolorum propagata per tot miracula toto orbe Chriſtiana religione teſtatiſſimorum ſuffragium, quo nobis perinde ut Judæis Joh. IX. 29. conſtat Moyſen neutiquam DEUM auctorem legum ſuarum finxiſſe, ſed vere DEUM cum ipſo fuiſſe locutum.

Neque vero legumlatores modo, ſed alii quoque docti & ſapientes viri, nec ſolum ad Deos, ſed etiam ad homines antiquitatis, ingenii, religionis & ſapientiæ laude illuſtres ſua ſcripta retulerunt, ut avidius legerentur, reciperenturque. Nam de Pythagoreis diſertum eſt Jamblichi teſtimonium, in vita Pythagoræ capite XXXI. * narrantis illos, propriæ gloriæ ſecuros, inventa ſua & monumenta ingenii fere ſub Pythagoræ ipſius Magiſtri ſui ſplendido nomine

* p. 164. edit. præclaræ Ludolphi Kuſteri.

nomine publicaſſe. Καλὸν δὲ καὶ τὸ πάντα Πυθαγόρᾳ ἀνατιθέναι τε καὶ ἀποκαλεῖν καὶ μηδεμίαν περιποιεῖσθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὑρισκομένων, εἰ μή πȣ σπάνιον. Πάνυ γὰρ δή τινες εἰσὶν ὀλίγοι ὧν ἴδια γνωρίζεται ὑπομνήματα. *Egregium etiam fuit, quod cuncta Pythagoræ adſcribebant attribuebantque, nec ullam ſibi, niſi admodum raro ab inventis ſuis gloriam vindicabant: pauci enim ex illis ſunt, quorum propria commentaria celebrantur.* Longum eſſet referre ſcripta Lyſidis, Hippaſi, Aſtonis, Empedoclis, Cleempori, Philolai aliorumque Pythagoreorum ſub Pythagoræ ipſius, vel Lini, vel etiam Orphei nomine lecta pridem atque laudata, ut Pythagoras ipſe decreta ſua referebat ad Themiſtocleam quandam, ſacerdotem Apollinis. Nam ob ſimilem quoque cauſam inter Hebræos ſcriptor quisquis fuit pulcherrimi libri, cui à Sapientia nomen eſt, eundem ſapientiſſimo Regum Salomoni velut auctori inſcripſit, & è Chriſtianis Salvianus Maſſilienſis presbyter, libros quatuor adverſus avaritiam edidit olim ſub S. Timothei nomine: Apollinaris vero diſcipuli Myſticam Theologiam veluti Dionyſio Areopagita auctore Eccleſiæ commendarunt, Vigilius denique Tapſitanus in Provincia Africæ Byzacena Epiſcopus, adverſus Arianos compoſita volumina celebratiſſimo Athanaſii titulo inſignivit.

Sed & eorum non obſcuræ fuere rationes, qui uti Areopagitas olim in judicio de nudis cauſſis ſine perſonarum cognitione pronunciaſſe accepimus, ita ſimiliter ad rectum ferendum judicium de argumento quod ſcriptis tractaſſent, putarunt nomen ſuum eſſe ſtudioſe occultandum, quo lectores accederent integri, nec magis admiratione vel amore quam odio aut contemtu adverſus auctorem occupati ac præpediti. Quid enim frequentius accidere videmus, quam ut bonæ etiam res & præclaræ propter auctorem inviſum vel plane condemnentur atque explodantur, vel negligantur certe: viciſſim vero res vulgares & nihili claro & accepto commendatæ auctore in manibus, in oculis ferantur, ſint in omnium ore, & laudibus extollantur in cœlum. Quamobrem haud abſurde olim Lacedæmonii, cum homo neſcio quis perditus & nauci, inſignem minimeque ſtultam ſententiam dixiſſet, ſtatim juſſerunt eandem ſententiam pronunciari à viro quodam ſpectatæ virtutis ac dignitatis, ne propter auctorem primum vileſceret ac repudiaretur. Equidem in omnibus iis argumentis, de quibus jam in varias partes diſceſſerunt hominum opiniones, mirificum præjudicium afferre ſolet animis legentium, ſi conſtet de auctore: qui enim ſunt adverſæ partis, vel eminus conſpecto volumine raro ſibi poſſunt temperare, ut non extemplo erumpant verba: *quomodo hic nobis, quæ recta ſunt, demonſtrabit?*

monſtrabit? Ut igitur adverſariorum præjudicia præverteret, S. Gregorius Nazianzenus olim librum de fide ſine nomine ſuo in manus hominum miſit, Vincentius Lerinenſis ſub Peregrini nomine vulgavit commonitorium, & quo recentiora etiam eaque pervulgata ingeram exempla, Loci communes Theologici ſub Philippi de terra nigra & Commentarii in Pſalmos ſub Aretii Felini titulo in laude fuerunt Romæ, quos ibidem ſub inviſis nominibus Melanchthonis ac Buceri execrabantur: Matthias Flacius quod ſub primis litteris M. F. deliteſcens Severum Sulpitium cum præfatione edidiſſet, modeſtiæ & doctrinæ laudem à Godello, viciſſim cognito Flacii nomine, impuri & nequam hæretici elogium à Vaſavaſſore tulit. Nec dubito de plerisque monumentis ſuis non in religionis tantum cauſſa, ſed in alio etiam genere litterarum qvocumqve editis, jam æqvius judicium, jam ſeveriorem cenſuram percepturos fuiſſe ſcriptores, ſi velut Apelles poſt tabellam, ita & ipſi nullo, vel adſcititio nomine libris ſuis inſcripto, latere voluiſſent. Qvicquid vero præjudicii ab auctoris nomine affertur ſcriptis, ſolet fere tempus ſaltem illud auferre prorſus ac tollere, exceptа hæreſium, ſectarum, odiorumqve nationalium cauſſa, ſiqvidem in his uti præjudicia ad ſeros propagantur nepotes, it fit ut contrariæ partis ne poſteri qvidem candidum de adverſariorum majoribus judicium ferant.

Omnium porro plurimi, qvi nomen in fronte librornm ſuorum reticuerunt, vel falſum illi transpoſitisve litteris aut alio qvovis modo occultatum præfixere, ſuam potius, metusque ſui aut verecundiæ, vel etiam ſpei, qvam lectorum vel argumenti de qvo commentati eſſent, habuerunt rationem. Qvod variis exemplis demonſtrare ut facile eſſet ita longum & fortaſſis plenum tædii. Dignius conſideratu illud, qvousqve fas ſit lectores ſuos pati ignorare, cujus hominis ſcriptum præ manibus habeant, vel qvatenus integrum ſit perſonato nomine publicis monumentis incedere. Vix autem exiſtimo qvenqvam eſſe tam perfrictæ frontis, qvi inficietur, rem eſſe peſſimi exempli & in Rep. qvavis, Chriſtiana maxime, intolerabilem, ſcripta hujusmodi qvibus alterius hominis honeſta fama proſcinditur, vel qvibus turpia plenaqve ſcandali & ſeditioſa jactantur, aut graves & noxii errores ſparguntur, nullo vel commentitio nomine edi in vulgus, & qvorum merito auctorem ſuum pudet, certe debet pudere, ea hominibus promiſcue velut qvantivis pretii legenda obtrudi, qvo vel propter malitiam congenitam, vel amorem novitatis, vel temporum conditionem odiumve ab his ut probabilia avidius arripiantur. Cum enim

pudor

pudor pleroſqve, pœnarum vero metus etiam præfractiſſimos ſæpius in officio contineat, ne inſani ipſorum impetus in nervum erumpant, aut vindictæ qvæ illos agitat cupiditati aliisqve libidinibus laxent frena: qvis non videt, feneſtram aperiri latiſſimam propudioſiſſimis libellis & famoſiſſimis chartis omnia permiſcendi ac commulandi, ſi ſceleſtiſſimus qvisqve eorum qvæ publice blaſphemat ac deblaterat nullam teneatur rationem reddere, ſed velut canis in tenebris atqve ex abdito latrunculus poſſit ſecurus invadere qvemcunqve voluerit, aut plane Remp. concutere valeat impune. Ante inventam typographiam qvidem, cum non ita freqvens eſſet malum hujus generis, nec tam late, tamqve celeriter poſſet diſpergere ſuum virus, non ita neceſſe fuit legibus atqve edictis illud aggredi compeſcendum, qvod merito poſtea ac repetitis vicibus factum eſt in Imperii qvidem Romano Germanici Comitiis Auguſtanis Anni M D XLV. & in Spirenſibus Anni M D LXX. ut edicta varia Regum Galliæ * aliorumqve Principum prætercam, qvibus conſimiliter graviſſima pœna propoſita eſt adverſus eos, qvi conficto vel nullo nomine, temporeqve vel loco impreſſionis diſſimulato ſugillare honeſtam aliorum famam & non ſcribenda prodere auſi fuerint. Illos vero qvi dogmata de rebus ſacris & divinis ſine nomine diſſeminant in vulgus, atqve ignoti irrepere argumentis in animos lectorum conantur, aut oblitteratam & neceſſariam veritatem tueri volunt ac proferre ſine invidia ac periculo, eſt aliqvando cum excuſare poſſit fortasſis conditio temporum locorumqve, & adverſariorum ſævities cum potentia conſociata: ſemper tamen præſtat, ſi adſit, uti πληροφορίᾳ ſpiritus ſic intrepida fiducia nomen ſuum profitendi, ut ſancti Apoſtoli fecerunt & D. Lutherus noſter non uno loco præ ſe tulit, atqve honori ſibi duxit nunqvam nomen ſe ſuum abdidiſſe, aut clam & furtim ſcripta ſua hominibus ingeſſiſſe. Qvinimo Tertullianus libro qvarto contra Marcionem capite ſecundo, *non agnoſcendum* contendit *opus, quod non erigat frontem, quod nullam conſtantiam præferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, & profesſione debita auctoris.* Sacer ſcriptor Epiſtolæ ad Hebræos incaſſum contrarii exempli loco objicitur, cui nulla erat ratio cur nomen ſuum occultaret, neqve illi ad qvos Epiſtola ipſa exarata fuit ignorare potuerunt à Paulo ad ſe miſſam eſſe, ſed in codicibus qvibusdam, ut fit, nomen ejus qvemadmodum in Actorum Apoſtolicorum limine Lucæ nomen fuit prætermiſſum, atqve inde propter alias qvasdam ratiunculas cœptum in occidentali maxime

 Eccle-

* Hadr. Baillet des Auteurs deguiſez, p. 64. ſeq.

Eccleſia per aliquod temporis moveri controverſia divinæ Epiſtolæ de auctore primum, tum etiam gliſcente nonnullorum audacia de auctoritate. Inter ſcriptores vero ſacros antiqvi fœderis nullus eſt quem vere dicere poſſis nomen ſuum præ metu vel ſpe diſſimulaſſe, etſi qvibusdam (libro Judicum verbi gratia) nullus auctor præfixus legitur, ſive plurium calamo uſus fuerit ſacer Spiritus ad illos componendos, ſive auctorum nomina interjecto tempore adſcribi negligerentur, dummodo tota Eccleſia Judaica conſtaret, divinæ eos auctoritatis fideiqve haud dubiæ, non minus qvam Moyſaica & cetera Prophetica ſcripta eſſe.

Quod vero ingenii ſui monumenta, ubi nec DEI nec hominum hilum intereſt auctoris nomen præfigi, liceat vel ex modeſtia, vel alia quavis innoxia ratione edere ſine nomine expreſſo, vel etiam ſub nomine interpolato, ficto, adſcititio (alterius enim hominis vero nomine ſine illius expreſſo conſenſu abuti non levis injuria eſſet) manifeſtum faciunt exempla innumera virorum, non eruditisſimorum tantum, ſed & honeſtisſimorum, integerrimorumque, qui illud tot ætatibus, nationibus, & ſcribendi generibus fecerunt ſine exprobatione criminis, & cum laudis inſuper mactatione. Neque in re ipſa appparet quicquam ſceleris aut iniuriæ, nam ut illi qui de gloria contemnenda olim commentati nomen candide inſcripſerunt ſuum, ideo viſi ſunt Cicerone quidem iudice (I. Tuſc. c. 15.) illam ipſam gloriam quam adſpernandam ſuadebant appetere ac captare: ita quid ni vicisſim ſcriptoribus liceat renunciare illi honori qualicunque, & dum ad communia litterarum ſtudia pro facultate quique ſua nonnihil conferunt, latere interim nec velle agnoſci: aut numquid propterea munus præclarum abjiciemus vel munerantem execrabimur, quoniam avertit os & propius inſpici refugit. Solam eam fortasſis ob cauſam utcumque conquerendi locus ſit ſtudioſis hominibus, quod per Anonymorum illam ac Pſeudonymorum multitudinem illa per ſe alioqui plus ſatis vaſta Hiſtoria litteraria, notitiaque ſcriptorum difficilior etiam redditur, & quemadmodum Virgilius tribus ulnis ſuis & flore, regum nominibus inſcripto, ajebat ſe crucem Grammaticis figere, ſic perinde illos affirmare posſis lectoribus ſuis in fronte ſtatim librorum ſuorum injicere ſollicitudinem & curam quærendi auctorem. Nam ſi vel millies dixeris, non eſſe reſpiciendum quis dicat ſed quid: millies reſpondebitur, duo cum ſcribunt idem non eſſe idem, atque in re litteraria quemadmodum in iudiciis frequentisſime haud mediocriter referre, ne teſtis quis qualisve ſit te lateat, quemadmodum apud inquiſitores hæreticæ pravitatis illaudato uſu venire accepimus. Magnam igitur laudem, magnas gratias deberi mecum fateberis iis qui in aliorum commodum hanc partem Hiſtoriæ litterariæ diligenti ſtudio illuſtrarunt, quorum præcipuus haud dubie adhuc eſt PLACCIUS noſter, & qui undique quantum illis licet, in lucem protrahunt auctores ſcriptorum eximiorum, ut ab omnibus noſcantur, & tanto majore legantur cum fructu, quod ſane fit, ubi locum, vitæ genus, rerum uſum & doctrinam, religionem, ætatem & præjudicia auctoris noveris. Scripta flocci, & quæ licet centum nomina præ ſe ferrent tamen eſſent nullius nominis & indigna lectu, non multum refert ſuis aſſerere auctoribus, niſi quod ita quoque hæc ipſa qualia ſunt facilius plerumq; agnoſcuntur.

At enim novi viros probitatis ac doctrinæ laude illuſtres, qui iniuriæ genus, nec levis interpretantur, nomen auctoris qui deſtinato conſilio citra cuiusquam læſionem latere voluerit, prodere atque nomen eius in vulgus edere, quod ſæpe cum læſione eius famæ vel odio ſive ipſius ſive neceſſariorum poſterorumve posſit

eſſe

eſſe coniunctum, ſaltem eius voluntati & voto perſpicue adverſetur. Neque ſane ego vellem ſpirantis cuiusquam Scriptoris nomen, quem viderem ſuas deliteſcendi habere rationes, temere effutire; neque mortui etiam nomen, ſi maior ad eius famam vel ſuperſtitum quoq; commodum iniuria quam ad publicam rem litterariam utilitas inde proficiſci posſit, propalare. Sed nec eorum qui vulgo latent una omnium eſt ratio. Multi ideo ſeſe abdunt, ut quærantur: Aliis honori & utilitati cesſit innotuiſſe. Sunt qui cum Euremonio, utrum ſcriptum ad eos referatur, alienum quoque nedum ſuum ipſorum, ſusque deque habent. Plerorumque parum inter eſt noſci ab omnibus, illorum præſertim qui vel ab ætate noſtra longius ſunt remoti, vel qui nihil ſcripſere quorum ipſos merito pudeat, è modeſtia modo nomen ſuum reticentes, ut auctor Iudæus libri Viæ juſtorum qui latere voluit ſub ænigmatico nomine ארמץ, quæ ſunt primæ litteræ quatuor vocabulorum quibus ignis, aer, aqua & terra apud Hebræos denotatur: vel denique qui libenter nomen ſuum ipſi appoſuiſſent ſi libertate uti illis licuiſſet. Hos cognitos habere, poſtquam rebus præcipue humanis ſunt exempti, atque ita odio, iræ, periculis ſubducti, nulla eſt invidia, magna vero ſæpius utilitas, ne de voluptate dicam quam non pauci ex hac re capiunt prorſus ſingularem. Egregium quoque eſt ut in omnibus, ſuum cuique tribuere, ſic hac quoque in parte iuſtitiæ circa ingenii alieni labores quantum licet ſatisfacere. His accedit, quod Anonymos ac Pſeudonymos multos alii pasſim iam detexerunt, quorum obſervationes colligere in unum volumen novasque & privatas ſuperaddere, quid quæſo aliud eſt, quam inſignem operam præſtare ſtudioſis, ſciendique cupidos incredibili labore quærendi ſublevare. Fieri poteſt fateor, quemadmodum in aliis rebus, (homines enim ſumus) ita in his quoque ut fallat interdum coniectura aut relationis vacillet fides: non minus tamen laudandum videbitur æquis & peritis iudicibus univerſum hoc ſtudium, quam ab omnibus effertur laude illorum Criticorum induſtria, qui cum ignoratio, avaritia & fraus ſcripta aliena celebribus auctoribus ſuppoſuiſſent, genuina ſingulorum a ſubdititiis & hypobolimæis diſtinguere ſunt conati, in quibus vero ceſpitaſſent ipſimet, manium pacandorum ſecuri ad lectorum æquitatem confugerunt.

Aliquot ante Placcium noſtrum annis Anonymos detegere Pſeudonymosque aggresſus fuerat FRIDERICUS GEISLERUS vir egregius, qui in Academia Lipſienſi me puero jus civile docebat cum non mediocri laude doctrinæ & ingenii. Hic Anno MDCLXIX. vulgavit diſſertationem ad L. un. C. de mutat. nominum cui A. 1671. recuſæ catalogum ſive decadas quinque Anonymorum ac Pſeudonymorum in lucem protractorum ſubjunxit. Idem Catalogus auctore inſcio excuſus eſt ſeparatim forma minore ſub *Larvæ detractæ* titulo, & licet pro argumenti amplitudine perexiguus, ut parva fere ſolent eſſe etiam rerum inſignium initia, tanto magis tamen eſt mihi hoc loco commemorandus, quod Placcius noſter p. 33. & 50. edit. primæ non diffitetur eundem anſam ſibi præbuiſſe ad hoc argumentum in amici petentis gratiam majore ſtudio & apparatu explicandum. JOHANNES quoque RHODIUS ſcriptis pereruditis & præclara illa Scribonii Largi editione notisſimum inter doctos nomen nonnulla ſed pauca itidem in hoc genere, neque ultra numerum aſſurgentia ſexageſimum conſignaverat, cujus licet tum adhuc inediti inſiſtens veſtigiis PETRUS SCAVENIUS Regis Daniæ glorioſisſimi Friderici III. à Conſiliis Status & Juſtitiæ, Catalogum Auctorum qui ſuppreſſo vel ficto nomine prodierunt ſubjunxit Deſignationi Bibliothecæ Regiæ, qui liber prodiit Hafniæ Anno MDCLXV. 4. Hunc utrumque integrum ad calcem libri ſui, & Rhodianum quidem elenchum primus ex Autographo edidit PLACCIUS, Geislerianis pariter obſervationibus uſus, ſed in tantum auctis & locupletatis, ut jam ad mille & quingentos Anonymos atq; Pſeudonymos detectos exhibeat ejus

liber vulgatus Hamburgi, ſumtibus Chriſtianii Guthii Anno MDCLXXIV. 4. Communi eruditorum applauſu exceptum fuit clariſſimi viri ſtudium, nec quisquam facile eſt repertus, quin ſubſcriberet præſtantiſſimi Morhofii judicio, cujus hæc ſunt verba libro 1. Polyhiſtoris editi A. MDCLXXXVIII. capite XVI. *Optimum fuit conſilium Viri doctisſimi, cum hoc ſibi eligeret argumentum, quod ante eum nemo occupaverat. Extabat tenuis quædam ſcheda GEISLERI de mutatione nominis, cujus poſterior pars agit de ſcriptis Anonymis, ſed parum eſt pro hujus argumenti vaſtitate. Suſcepit idem conſilium jam dudum Bibliothecarius Bibliotheceæ Oxonienſis THOMAS HYDE, a quo tamen nihil hactenus in lucem editum eſt. Nemo igitur operæ pretium fecit præter PLACCIUM, quamquam ut ipſe non diffitetur, feſtinatus ille labor ſit & imperfectus, nam ipſe nunc ſupplementum altero tanto majus promiſit. Augeri ſane ille labor multis modis poteſt, & magnum habet in tota Hiſtoria literaria fructum. Multa latent ſub larva falſi nominis volumina, quorum interdum tenuis notitia eſt. Admittuntur enim quandoque libri in lucem, quorum Auctores longe alii ſunt.* Idem Morhofius capite IX. ejusdem libri: *Procedimus ad Anonymos libros, qui vel auctorem certum non habent, vel nullum profitentur. Copioſe hîc de cauſis celandi nominis agit Bailletus in Judiciis Doctorum Tom. 1. part. 2. cap. 12 qui ſuper illo argumento legi poteſt. Eorum indicem dedit Vir Cl. VINCENTIUS PLACCIUS, quem ſupplementis porro augebit -- Ac vellem ſane majore ſtudio in rem illam incumberent eruditi, nam utilisſimus profecto labor eſt, non tam in recentium auctorum ſcriptis, quam vetuſtis. Idem, ut puto, argumentum in COMMENTARIO DE AUTORIBUS DUBIIS tractavit vir vaſtisſimi ingenii CASPAR BARTHIUS, quem aliquoties ipſe in Adverſariis ſuis citat. Sed nusquam ille poſt mortem auctoris, etſi jam abſolutus, comparuit, quod argumento eſt, ab improba manu ſurreptum. De JO. GERH. VOSSII ſimili libro deperdito dolet quoque Placcius libri ſui præfatione.*

Equidem negari nequit, Ariſtarchorum quorundam obelos in ſe provocaſſe noſtrum, optime gnarum ipſum quam multa deeſſent adhuc ad perfectionem operis, & emendando illi atque ſupplendo ſtrenue interim intentum: præcipue vero hallucinationes quasdam ejus caſtigare hinc inde non dubitavit *Petrus Bælius*, acutisſimi vir ingenii & vaſtisſimæ lectionis, in Lexico HiſtoricoCritico, cujus jam tertia locupletior editio Gallica & translatio Anglica ſub prælo ſudat. Ab hoc cum vidiſſet Placcius inter alia ſe notatum his verbis: *Il eſt étrange, qu'un ſavant homme comme luy, ait pû declarer cela*, in nova recenſione Anonymorum ſuorum * illi reſpondet ita, ut modeſtisſime de labore ſuo ſentiens ſimul conſilium ſuscepti primum à ſe operis exponat, quare locum iſtum utut paullo prolixiorem cum bona ut ſpero Lectoris venia hoc loco apponendum exiſtimavi. *Fateor ſi famæ parcus fuiſſem meæ, aut videri plura ſcire voluiſſem quam noſſem, vel ſaltem aliquam eruditionis meæ partem in hiſce talibus poſuiſſem, recte miratus eſſet meam incautam declarationem Dn. Baylius. Eam vero parcius haut dubie fuiſſet admiratus, ſi placuiſſet illi memoria recolere, quæ de occaſione inopinata ſcribendi librum de Anonymis eum in finem eram præfatus, ad numerum CLXVII. remittens B. L. non una de cauſſa. Et vel ex adjecto dein fere quotannis editis, meorum ſcriptorum edendorum juxta & editorum indiculo advertiſſet, quam plane nullam ſtudiorum meorum partem in Hiſtoricis colligendis ex profeſſo poſuiſſem. Ut adeo illud, SAVANT COMME LUY, ad neminem minus quam ad me pertinere poſſet. Hæc non excuſandis illis male tum temporis ſcriptis dico, quod ex aliis causſis liquidis ac ſonticis, aliter longe posſim: ex morbo miſere crudeliterque me cruciante quod ad corpus & animam: etiam à morbo crudeliore, ſive* UNE

* Præſentis editionis pagina 190.

UNE NOIRE MELANCHOLIE, *ut alibi Dominum Baylium loquentem imiter, Matris & fratris ad maniam usque ſævientis afflictum ſpiritum ægre tum trahens. Quam ſolaturus innocua hac recreatione, non fatigandum cenſebam anxia inquiſitione, ſed avertendum potius à conſpectu & ſenſu tantarum miſeriarum, quibus omne ingenium forte excideret aliis. Sed hæc quidem tam luctuoſa exulent excidantq; è vitæ noſtræ memoria. Quod magis ad rem facit, jam hic ipſummet Dominum Baylium, longe ad hæc præ me inſtructiorem, animo & ſupellectile librorum, quibus ego mire ſæpe fui deſtitutus, hocce iteratum meum novum opus, in quo talia multa imo infinita mirabitur etiam magis, ob cauſſas liquido exſtantes, quantis poſſum nunc precibus rogo, dignetur perficere imperfectum, corrigere nimis mendoſum omnibus modis, imo ex umbra corpus efficere. Debebo ipſi grates oppido multas: debebit orbis litterarius circa talia ut ſi quæ alias curioſus.* At enim conſtat Bælium antequam præſentem Placcii invitationem legere poſſet, iam pridem conceſſiſſe fatis Roterodami die duodetrigeſimo Decembris Anni MDCCVI.

Interiecto tempore alii etiam viri docti poſt Placcium non tantum obiter atque in tranſcuſu, quod factum à Thoma Bartholino Filio diſſertatione ſecunda de legendis libris, & ab aliis infinitis eſt, ſed ex inſtituto etiam atque ſingularibus diatribis vel libris argumentum hoc illuſtrandum in ſe ſuſceperunt, quod adeo non ægre tulit noſter ut lætaretur, Frontini exemplo exiſtimans *adjuvari ſe ab his, qui aliquid operi ſuo adſtruerent, non argui*, & longiſſime remotus à Donati illius celebris Gramatici ſententia, cuius dictum exſtat apud diſcipulum ipſius S. Hieronymum: *Pereant qui ante nos noſtra dixerunt.* Notisſimæ vero ſunt JOANNIS DECKERI Doctoris & Imperialis Cameræ Iudicii, quod tum Spiræ exercebatur, Advocati ac Procuratoris de ſcriptis adeſpotis, Pſeudepigraphis & ſuppoſititiis coniecturæ, quarum tertiæ editioni (Amſtelodami Anni MDCLXXXVI. *12.*) præter Epiſtolam Excellentisſimi viri PAULI VINDINGII * qui præſenti tempore potentisſimi Danorum Monarchæ eſt à Conſiliis, adiuncta eſt altera PETRI BÆLII ad Clarisſimum Virum Hardervicianæ hodie Academiæ decus ſingulare THEODORUM IANSSONIUM AB ALMELOOVEEN, quarum utraque Deckerianæ obſervationes vel emendantur vel ſupplentur. Exinde illuſtris Antonius Magliabechius, qui eruditione atque humanitate ſua incomparabili obligat ſibi quicquid eſt per Europam eruditorum, & quicum Placcio noſtro jam pridem litterarum commercium interceſſerat, librum Hetruſco idiomate ad eum miſit excuſum Parmæ Anno MDCLXXXIX. 12. ſub titulo larvæ detractæ, auctore ANGELICO APROSIO Ventimiglienſi, qui ſub larvato nomine *Jo. Petri Jacobi Villani* latere ipſe voluit. Inſcriptio libri integra hæc eſt: *La Viſiera alzata, Hecatoſte di ſcrittori, che vaghi d' andare in maſchera fuor del tempo di Carnovale ſono ſcoperti da* Gio: Pietro Giacomo Villani, *Seneſe, Academico Humoriſta infecondo è Geniale &c. paſſatempo Canicolare inviato All' Illuſtrisſimo e Sapientisſimo Signor* Antonio Magliabechi, *Muſeo ſpirante, è Bibliotecario del Serenisſimo Coſmo III. Gran. Duca di Toſcana.* Eodem Anno MDCLXXXIX. 4. ſi & hoc referre operæ pretium eſt, Lipſiæ Decadem Decadum ſive plagiariorum & pſeudonymorum centuriam vulgavi ſub nomine decurtato Joannis Alberti Fabri, ipſe admodum tunc juvenis, annos natus non amplius viginti. Paulo ante prodierat in lucem eo ipſe excuſa anno Hamburgi 8. *Invitatio amica ad Antonium Magliabecchi alioſq; illuſtres & clariſſimos Reip. litterariæ atq; rei librariæ proceres, fautores, peritos, ſuper ſymbolis promiſſis partim & deſtinatis ad Anonymos & Pſeudonymos detectos & detegendos Vincentii Placcii Hamburgenſis. Accedit delineatio præſentis ſtatus, & conſilium atq; votum abſolvendi D. V. ac edendi operis totius, ultra* 4000. *auctores detectos exhibituri.* Hac in invitatione inter alia (p. 29) refertur HADRIANUM BAILLETUM Bibliothecarium celeberrimum Lamonianum nuper Pariſiis extinctum, tunc jam à decennio ferme paraſſe opus latine edendum ſub titulo *Elenchi Apocalyptici Scriptorum Pſeudonymorum*, in tres partes diſtributi, quarũ *prima* comprehende-

* *Vindingii* nomen pro *Virdungio* reponendum in invitatione amica p. 26.

henderet larvatos ſive Cryptonymos, qui fictitium ſuis, *Secunda* plagiarios, qui ſuum alienis, & *tertia* denique impoſtores, qui alienum ſuis operibus nomen impoſuere. Sed proximo Anno MDCXC. Pariſiis 12. lucem vidit ejusdem Bailleti liber Gallice ſcriptus ejusdem argumenti hoc titulo: *Auteurs deguiſez ſous des noms etrangers, empruntez, ſuppoſez, feints à plaiſir, chiffrez, renverſez, retournez, où changez d' une langue en une autre.* In hujus ſcripti præfatione teſtatur ſe & inſcriptionem illam improbare & conſilium de elencho ſuo Apocalyptico latine vulgando penitus abjeciſſe. *Monſieur Placcius au merite du quel je feray juſtice en toute rencontre, ayant jugé à propos de rendre publique une converſation ſecrete que j' avois eüe avec Monſieur Lipſtorpius, qui m' avoit engagé de ſa part à luy faire voir ce que j' avois ſur les auteurs déguiſez, a expoſé au jour le titre d' Elenchus Apocalypticus ſcriptorum Cryptonymorum, que j' avois mis à la teſte d'un Ouvrage compoſé en latin depuis environ douze ans. Quoyque ce titre fuſt plus tolerable en latin qu' il ne ſeroit en François, j' aurois maintenant quelque confuſion de le reconnoître, quand même il ſeroit queſtion de publier cet ouvrage que je prétens anéantir tant pour ſes imperfections, que parce que je l' ay écrit en une langue qui ſemble devenir de plus en plus étrangere en France.* Movit etiam invitatio illa noſtri amica Magnificum D. JO. FRIDER. MAYERUM, Hamburgenſium tum temporis, hodie Pomeranorum Chryſoſtomum, ut plenam humanitatis & benevolentiæ, pleniſſimam eruditarum obſervationum Epiſtolam ad Placcium ſcriberet de Anonymorum & Pſeudonymorum farragine à ſe obſervata, quam integram ex editione Hamburgenſi A. M.DC.LXXXIX. 4. una cum Geisleri, Deckerique ſcriptis jam memoratis, Vindingiique & Bælii Epiſtolis, in calce hujus voluminis recuſam lubens ut ſpero lector videbit. Poterat Deckeri libello etiam ſubjungi ejusdem dialogus exſul de jactura temporis, quo conatur de quibusdam reſpondere Vindingio & Bælio: ſed qui volet illum conſultationibus Deckeri forenſibus, Francofurti A. MDCXCI. 4. adjunctum evolvet.

Jam non opus eſt monere, quod ceterorum omnium induſtriam non tantum ambitu ſuo complectitur, ſed longe etiam vincit præſens opus poſtumum Placcianum, in quo ſpes quoq; ſuas ipſius auctor eſt ſupergreſſus: cum enim paulo ultra quater millenos detecturum ſe promiſiſſet, amplius quam ſex millenos exhibet, Anonymos quidem MMDCCLXXVII. quibus accedunt DXIX Hebræorum ingeniorum monumenta nullo aut conficto nomine edita, & à doctiſſimo Athenæi Gedanenſis Profeſſore GABRIELE GRODDECKIO amico meo deſideratiſſimo in gratiam Auctoris pridem collecta ac digeſta, adjunctis Honoratiſſimi conjunctiſſimique Collegæ GEORGII ELIESERIS EDZARDI præclaris Obſervationibus. Pſeudonymi inde ſequuntur detecti MMDCCCCXXX. Quanquam vero magna Auctoris in hoc opere componendo induſtria fuit, non minus tamen debere ſe libenter faſſus eſt Symbolis amicorum eruditiſſimorum Max. Rev. D. Jo. DIECMANNI, LAUR. NORMANNI, JO. MOLLERI aliorumque, quos in limine invitationis ſuæ nominetenus compellat, cum ipſe per ſe longe vehementius intentus eſſet aliis ſuis ſcriptis concinnandis, moralis præcipue argumenti, quæ longe pluris faciebat, miratus primum ſuum de Anonymis ac Pſeudonymis ſcriptoribus ſpecimen tanto lectorum favore exceptum, idemque ſibi accidiſſe quod Jac. Sponio V. C. qui in Epiſtola ad Bælium data teſtatus eſt ex omnibus ſuis ſcriptis illud ſibi plurimum famæ comparaſſe, cui minimum temporis & artis impendiſſet. Serio tamen ſtudio opus illud digeſſit atque in ordinem redegit, abſolvitque Anno MDCXCVIII. paullo ante obitum, ita ut jam id circumſpiceret præla, atque in manus hominum exire geſtiret Dum autem in eo eſt, gravior & pertinax morbus & mors denique corripit auctorem, itaq; parente orba Volumina commendantur ex ipſius voluntate Viro non minus eruditione ac meritis in litteras quam Reip. per tot annos bene geſtæ laude illuſtri GERHARDO VON MASTRICHT, qui pro ſingulari ſua benevolentia & humanitate præ ceteris ex divite penu ſua contulerat quam plurima, ut evolventibus hoc opus facile apparebit, in illo enim lector ubique adſcripta nomina videbit eorum, ex quorum obſervatione noſter profecit, ratus ita non modo ſe ex juſtitiæ præſcripto ſuum cuique tribuere, ſed etiam paſſim ſiſtere vadem idoneum dictorum cujus fide lector niteretur. Cum porro per ſeptennium, ut ipſe Excellentiſſimus Maſtrichtius in litteris ad Burch. Gothelfum Struvium V. C. datis ** teſtatur in Belgio & Germania fruſtra typographum operi quæſiviſſet, mole illius & magnitudine ſumtuum quos editio ejus requiſitura videbatur omnibus deterritis, totum denique iterum remiſit in hanc civitatem, in qua ut efformatus erat fœtus dignus luce, ita etiam in lucem edi erat conſentaneum. Sub idem enim tempus felicibus auſpiciis in hac urbe qui tolleret benigna manu, & publicis uſibus liberaliter aſſereret, reperit Venerandum ac Nobiliſſimum Virum MATTHIAM DREYERUM JCtum atque Canonicum digniſſimum. Huic itaque maximam partem debes quod laboribus tot virorum eruditorum ac Placcii præcipue noſtri uti frui poſſis: Absque eo fuiſſet, diu fortaſſis adhuc, qui tot alia vindicant nomina, ipſi ſine nomine, atq; tenebris mancipati delituiſſent, aut plane cum tineis blattisque inglorium eos oportuiſſet bellum gerere. Neque obiter prædicanda eſt Clariſſimi M. LUDOVICI FRIDERICI VISCHERI diligentia atque dexteritas, qui ut in B. D. Dorſchei atque aliis immortalitate dignis monumentis in lucem protrahendis recenſemdisque jampridem ſollertiam ſuam demonſtravit, ſic in recenſendo atque è ſchedis MSS. non ſatis digeſtis neque emendate aut diſerte ſatis exaratis eruendo Placciano opere nullis vigiliis pepercit, nihil in ſe curæ ſideique paſſus eſt deſiderari, ut quæ remanſerunt fortaſſe σφάλματα atque hallucinationes (uti fas eſt in opere tam longo tamq; vario ſomnum quandoque obrepere) non ſint adeo illi vertendæ vitio, quam ipſe potius propter operam tam laborioſam atque difficilem boni publici cauſſa ſusceptam atque exantlatam merito commendandus omnibus bonis, laudandusque. Qui vero reſtant anonymi Pſeudonymique vel Placcio intacti, vel poſt ejus beatum ex hac vita diſceſſum demum editi, vel de quibus perperam ille ut homines ſumus tradidit, de his ſpes eſt non defore curioſo lectorum deſiderio induſtriam virorum eruditorum, quam licebit interjecto tempore ſi adſpiraverit fortuna, alio complecti volumine, quod dum concinnatur, interea præſenti fruere quisquis es qui hæc legis, & nomini Placciano fave. Scripſi Hamburgi Idibus April. Anni Chriſtiani cIↃ IↃccVIII.

** Struv. introduct. in Hiſt. litterar. edit. 2. p. 164.

VINCENTII PLACCII
Viri Clariſſimi
VITA.

NAtus eſt VINCENTIUS PLACCIUS Hamburgi, Germaniæ ocello, quæ urbs præter alia eximia hoc habet, ut ſummos ingenii ac doctrinæ laudæ viros vel protulerit, vel ſinu ſuo foverit, Cranzios, Elmenhorſtios, Lindenbrogios, Wovverios, Holſtenios, Lambecios, Jungios aliosque infinitos. Huic felicisſimæ ingeniorum matri ortum Placcius debet, patre *Joanne Placcio*, Phyſico civitatis atque Æſculapio meritisſimo, qui ex Margareta, *Joannis Garmeri* Reip. Hamburgenſis Syndici gravisſimi filia eum ſuſcepit A.C. 1642. pridie Nonarum Februarii. Avum habuit *Nicolaum Placcium* Svverſtadienſis Eccleſiæ in Thuringia Paſtorem. Proavum ſuum ſtirpis maternæ ipſe laudat *Vincentium Mollerum* a) Reip. Hamburgenſis Conſulem laudatisſimæ memoriæ. Ipſe quidem noſter tam infirmo corpore eſt in hanc lucem progenitus, ut de vita ejus omnes deſperarent, longam certe ac diuturnam nemo promitteret, cujus rei ipſe meminit in Soterio votivo b) ad DEUM Trinum & unum, his verbis:

Scilicet hoc etiam certo Prudentia ſumma
Conſilio Tua fecit, ut ortum ſæpe recordans
Debilitate ſua atque inſtantis imagine lethi
Luctificum, matura Tuæ primordia ſummæ
Nec merito reputanda meæ pietatis adorem.
Nam ſiquidem non vana fides, & vera meorum
Si conſtant narrata ſibi, non Sparta tuliſſet
Martia me, natumque necaſſet decolor Indus,
Philoſopho vel cive furens auctore Stagira,
Cum pallor maciesque brevis prænuncia vitæ
Et ſolis obducta tenerrima pellibus oſſa,
Extantes tali, plantâ calx longior, & pes
Articulos numerare omnes, nec ſegmine facto
Qui ſineret tremulos viſu diſcernere nervos,
Et tergum ſerram quod poſſes dicere, lumbi
Elumbes, pro ventre locus, neque muſculus omni
Corpore vel ſaturum qui poſſet paſcere murem,
Et tusſis, gelidoque tremiſcens frigore pectus &c.

(d) Ser-

a) Op. de Anonymis p. 103.
b) Carmina juvenil. p. 317. ſeq.

Servavit eum tamen ſub providorum cura parentum DEUS, & gravi etiam lapſu in tenella ætate quo brachium fregerat afflictum ita fecit convaleſcere, ut nullus ejus rei ſenſus amplius poſtea ſupereſſet.

— — *Nec jam* b) *veteri de vulnere tanto*
Ulla manent, aliàs ſoliti, monumenta dolores,
Nec monſtranda tenet veſtigia nota cicatrix.

In imbecilli corpuſculo jam à teneris vigebat animus, & felici in ingenio creſcebat quotidie ardor ſciendi, naturalibus ſtimulis accedente aſſidua parentum exhortatione, qui vix ullam ei fratrique ipſius majori natu & unico *Joanni* intermiſſionem à ſtudiis & laboribus dabant, & privati Magiſtri curæ utrumque commiſerant, quem quidem c) *durum* appellat, Orbilium ſcilicet expertus:

Quod docilem nactus mentem, ad meliora parentum
Imperio, durique licet terrore magiſtri
Applicui, aſſueſcens ſtudiis veroque labori,
Quodque ſacræ pietatis amans Te ſæpe puſillus
Tentavi precibus, votisque & ſimplice cultu,
Gratia ſola Tua eſt — — —

Quoties ſingularem induſtriam filius ſpecimine aliquo probaverat, pater nummum illi dabat in capſellam reponendum, & pro lubitu impendendum non ſtatim ſed poſt plures iam collectos, ſemel quotannis illa hebdomada, quæ Natalem CHRISTI præcedit, atque in porticu templi Cathedralis Hamburgenſis ſolet omne genus mercium pro munuſculis natalitiis venum exponere. Tunc diligenter obſervabat parens quid potisſimum filius ſibi deligeret, quibus rebus delectaretur, & cum voluptate videbat eum duci ſeriis atque utilibus, ludicra vicisſim & puerilia quamvis etiamnum puerum adſpernari. Hunc patrem ſuum & ἐργοδιώκτην amantiſſimum amiſit noſter annos natus vix quatuordecim, vita enim conceſſit ille Nonis Octobris Anni cIↃ IↃ CLVI. ætatis LII. cujus funus filius non ineleganti carmine d) proſecutus eſt. Paulo ante obitum filios pater ambos ad ſe accerſiverat & ad pietatis & virtutis ſtudium graviter admonitos benedictione paterna impertita ſerio hortatus erat, ne unquam ſe rei tam moleſtæ & plenæ periculi committerent & ephoros ſe juvenibus virorum nobilium filiis præfici paterentur, quod & ſancte obſervarunt. Neque vero ipſi poſt parentis obitum defuere qui currentem magis magisque ſemper ad ſtudia litterarum inflammabant, & inſtitutione atque exemplo præibant, à quorum ore pependit, atque ſub quorum ductu Gymnaſii patrii civibus per triennium adſcriptus egregie profecit, viri doctisſimi *Joachimus Jungius*, à quo Dialecticæ & Philoſophiæ principiis eſt imbutus, *Petrus Lambecius* à quo veterem omnem memoriam & notitiæ litterariæ elementa hauſit, & *Michael* denique *Kirſtenius* à quo Mathematicas diſciplinas didicit & exercitatione ſtyli aſſidua expolitus non modo latinæ proſæ ſibi comparavit facultatem, ſed id quoque eſt aſſecutus, ut verſu valeret & carmine. Teſtantur ejus ſingulare in pangendis verſibus nec infelix ſtudium *Carminum Juvenilium* quatuor libri in lucem editi typis Amſtelodamenſibus Anno M DC LXVIII. e) quorum familiam dicit *Atlantis retecta* ſive de navigatione prima Chriſtophori Columbi in Americam Carmen Heroicum A. MDCLVIII. compoſitum & deinde notis etiam illuſtratum inſcriptumque avunculo *Vincentio Garmers* Syndico ampliſſimo Reip. Hamburgenſis, à quo *Vincentii* nomen retulerat, & affini ſuo (materteram enim Placcii duxerat) *Joanni à Felde* JCto & Mathematico in Academia Julia acutiſſimo. Quanta ipſius fuerit quamque incredibilis in juvenili ætate cupiditas omne genus doctrinæ perveſtigandi & in

b) id. p. 330. c) p. 331. d) id. p. 89. ſeq. e) in 12. pagg. 492.

& in ipſa usque penetrandi eruditionis adyta intimosque receſſus, ipſum canentem f) audire juvat:

Nempe omnes ſubii deſudavique labores,
Centenos tanquam certo victurus in annos
Liberioris & aucta mihi cum copia vitæ
Non abjectum animum varios pulſaret in auſus,
Quo-me-cunque furor juvenilis & impetus acer
Et novitatis amor ſtudiumque immane ſciendi
Pellebat, laudum cupidus, feſtinus & audax,
Auſpiciumque ſequens famæ, ingeniique fatigans
Nil detrectantis nervos, veſtigia doctis
Et magnis calcata viris, charoque Parenti,
Qua poteram relegens, confidentisſimus ibam,
Fortunam famulam mihi, præventuraque ſemper
Votum fata putans, ſuperandaque cuncta labore
Asſiduo, humanis concedere pervia curis
Spem magnam invidiam fatis facturus habebam.
Jamque puer, (ſi fas ſaltem ſine crimine vanæ
Ambitionis adhuc mihi commemorare talenta
Uſibus ah! aliis indultu credita ſummi
Numinis) attigeram quarti primordia luſtri,
Et mea ſedulitas, animique volatilis ardor
Cunctas pæne vias ſtudiorum, altosque recesſus
Sponte ſua ductore carens pervaſerat omnes.
Non hoſpes Latio poteram turbæve videri
Grajorum: ratio conſtabat certa loquendi.
Argumenta locos noram ducenda per omnes
Et quibus eloquii ſtant ornamenta figuris,
Sive ſolutus eat, ſeu celſos ſermo cothurnos
Induat - - -

Anno MDCLIX. Helmſtadium una cum fratre petiit, uſusque eſt ibi convictu Viri eruditi & celeberrimi *Chriſtophori Schraderi*, cujus conſilio & auſpiciciis in eloquentiæ ſtudio progreſſus fecit, filii ipſius maximi natu *Jo. Erneſti Schraderi*, Archidiaconi poſtea Berolinenſis contubernalis. In eadem Academia non contemnendam librorum cognitionem ſibi cœpit comparare admiſſus ad uſum Bibliothecæ publicæ, & aſſiduus auctionum quæ illo tempore forte habebantur frequentator, ut ipſe commemorat in Diario MS. quod Conſultiſſimi *D. Bartholdi Waltheri* beneficio mecum eſt communicatum. In eodem Diario annotatum memini, quod cum Helmſtadii ſomniaſſet venam ſibi in manu ſecari, proximo mane poſt, lintea quæ matertera Neukircham mittenda emerat, combuſta ſunt, *unde damnum mihi*, inquit, *quod pollicebatur interpretatio Cardani.* Equidem non fuit noſter ex iis qui nihil plane tribuunt Aſtrologiæ, Chiromantiæ, Onirocriticæ, & aliis hujusmodi lubricis artibus: ætate tamen provectior longe minus certas & exploratas illas eſſe intellexit, & vel propter ancipitem interpretationem periculoſas eſſe libenter fuit profeſſus. Aſtrologiæ vero apotelesmaticæ rationes ut non prorſus contemnendas duceret, ſuo viſus eſt exemplo ſibi facile poſſe perſuadere, cum enim die quodam ingens illi inſtare periculum prædixiſſet genitura, & ipſe quo tutior eſſet domi in muſeo ſuo ſeſe reconderet, ac ne ad menſam quidem ac-

 ceſſiſſet

f) id. p. 333.

ceſſiſſet cibum capturus, cubitumque iſſet, ecce ſub mediam noctem à fratre, quem graviores atræbilis acceſſus quandoque vexabant, irrumpente in conclave & ſtricto gladio omnia pertentante in lecto tantum non eſt confoſſus. Neſcio autem an una vel altera hujusmodi caſu an eventu comprobata prædictio, tot viciſſim fallentibus, perſuaadere nobis debeat rem tanti momenti, & ſpe metuque per ſe nimis anxiis mortalium animis incredibiliter noxiam, ut Aſtrologorum vel Chiromantarum divinationibus fidem habeamus, cum nullum ſit genus artis tam circulatorium vanumq; ſi modo futuri ſcientiam polliceatur, quod non ſcopum feriat aliquando, vel ingenioſis ad ſeipſos decipiendos hominibus tangere certe videatur. Sed ad noſtrum ut recurrat, ejus cauſa quem inſtituimus ſermo, non omittendum eſt quod in Helmſtadienſi Academia etiam frequentavit acroaſes eruditas magni *Conringii*, ſive ille Machiavelli de Principe librum illuſtraret vel cogeret in ordinem, ſive de prudentia civili diſſereret, quæ ambæ doctiſſimi viri commentationes typis etiam ſunt ab eo tempore exſcriptæ. Anno M DC LX. Placcius Helmſtadio excurrit cum frare Joanne Neukircham in prædium ad affinem ſuum *Joannem à Felde*, virum ut ſcripta ejus teſtantur doctiſſimum, gnariſſimumq; Mathematicarum diſciplinarum & Ariſtotelicæ Philoſophiæ, in cujus contubernio decem vel plures etiam ſtudioſi juvenes ſtudiis ſapientiæ operam navabant. Ab hoc per omnem vitam grata mente recoluit & apud amicos celebravit accepiſſe ſe methodum rem quamcunq; accurate demonſtrandi, & elementa diſciplinæ Iuris Naturalis, quam deinde ſingulari ſtudio illuſtravit, cujusq; latifundia egregie conatus eſt proferre & amplificare, ut magis etiam conſtabit lectori, cum in lucem prodentur ineditæ ipſius hactenus inſtitutiones Iuris Naturalis, opus ſatis ſpiſſum quod ad prælum paratum exſtat in manibus Ampliſſimorum Curatorum Placciani teſtamenti.

Poſtquam per anni amplius ſpatium ita Neukirchæ, quæ uno ab Hala milliario diſtat, hæſiſſet, Lipſiam commigravit, celeberrimum illud Muſarum domicilium, ubi totum ſe tradidit juris civilis ſtudio, uſus præcipue inſtitutione hoſpitis ſui, conſultiſſimi Viri D. *Amadei Eckolti*. Inde excurrit Viennam A. MDCLXII. quo avunculus ipſius *Vincentius Garmerus* Reip. Hamburgenſis nomine ad Imperatorem circa idem tempus ablegatus erat. In hac urbe Commentarium compoſuit *de JCto perfecto* ſive *de legum interpretatione* quem deinde A. MDCLXIV. edidit in lucem Patavii, (licet titulus Auguſtam præfert) ſub nomine conficto *Nomici Pacem uti Analyticophili*. Vienna iter ſuſcepit in Italiam Galliamque, non mediocriter quidem ut ipſe narrare ſolebat, periculoſum, variis quippe in illo cum moleſtiis & morbis confictandum ipſi fuit, nec minus tamen honorificum atque utile, quia nihil magis ipſi erat cordi, quam ut viris doctiſſimis innotesceret, atque in eorum ſe inſiuuaret amicitiam, ſcientiæque theſauros quos ſibi induſtria & ingenio ſuo non contemnendos comparaverat, illorum conſuetudine & uſu locupletaret & augeret. Patavii creatus eſt nationis Germanicæ Iuridicæ Facultatis Bibliothecarius primum, deinde Conſiliarius, Academiæque Vice Prorector & Syndicus Anno MDCLXIV. in cujus rei memoriam Godofridus Melmius Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor effigiem noſtri in æs incidendam curavit hac inſcriptione: *Auguſtisſima & maxime Inclyta Natio Germanica Juriſt. Patavii morantium Nobilisſimo & prudentisſimo DN. conſiliario ſuo Almæque Univerſitatis V. Syndico meritisſimo Optime geſti muneris memoriam hanc extraordinariam erexit.* Subnexum quod legitur diſtichon, eſt hujusmodi:

Candorem mentis ſignant tua lumina PLACCI,
Doctrinam nata & poſthuma fama feret.

Ipſe poſtea ætate provectior non potuit adduci ut formam oris ſui ære deſcribendam permit-

permitteret,ſive modeſtiam hoc appelles ſive quamcunq; aliam rationem,certe probatam exemplis Ageſilai, Accii Poetæ, Plotini (quem corporis ſui pudebat teſte Prophyrio)Palæotti, Velſeri, Pinelli,Gretſeri, Gatakeri, Varillaſii qui & ipſi neque fingi neq;pingi ſe voluerunt, unde etiam factū eſt ut effigies Auctoris præmitti non potuerit huic volumini,nulla enim exſtabat,&Patavina illa,juvenem referens adeo nihilſimile habebat formæ quam retulit ipſe ſpirans ex quo tempore eum noſſe mihi contigit,ut illam omnino prætermittendam eſſe duxerim. Salutata dehinc Roma, Mediolano, Auguſta Taurinorum aliisque præcipuis Italiæ urbibus pervenit in Galliam vix utcunque reſpirans à febri, quæ ipſum inter peregrinandum corripuerat, Jacobum vero Trollium Equitem Danum comitem itineris ſuavisſimum Aureliis extinxit,cujus memoriæ Epicedium carmen conſecravit noſter, quod libro tertio poëmatum ejus juvenilium legitur. In Aurelianenſi Academia, edita de interpretatione Legum diſſertatione inaugurali inter Juris utriusque quos ſolenni nomine appellant Licentiatos, cooptatus contulit ſe Lutetiam Pariſiorum & per aliquot menſium ſpatium in principe illa Galliæ totius, prope dixerim Europæ civitate commoratus,virorum doctorum & philoſophorum acutisſimorum conſuetudine animum ſuum oblectavit, confirmavitque,& cognitione rerum pulcherrimarum locupletavit. Gliſcere cœperant tum temporis dogmata Renati Carteſii, ſummi ingenio & asſidua naturæ inquiſitione Viri,quæ in Phyſicis noſter fere probabat, quanquam in aliis affectabatur Stagiritam, ita tamen ut quam plurima illi adſtruxerit ſuperaddideritque ab eo vel plane prætermiſſa, vel non tam diſerte tradita, ut videre licet ex accesſionibus quibus noſter & Oratoriam diſciplinam & Moralem liberali manu locupletavit, longeque magis pateret omnibus,ſi majora illa opera quæ in utroque hoc genere magno elaboravit ſtudio, quæque inedita adhuc deliteſcunt, vidiſſent lucem. Redux è Gallia in Germaniam è re ſua duxit eſſe inprimis,ut per aliquod temporis hæreret Spiræ, in qua civitate tum temporis ante ruinas à Gallis illatas vigebat judicium Camerale, cuius Wetslariam hodie translati ſumma eſt per Imperium Romano Germanicum auctoritas. Per Belgium deinde facto itinere redditus patriæ eſt,atque Hamburgum iterum appulit incolumis, primo vere Anni MDCLXVII. lætior eo maxime nomine,quod matrem quoque incolumen domi reperiſſet. Ab eo tempore causſis in foro agendis cœpit navare operam, tam alienus à rabularum impudenti perfidia, quam candidi, prudentis & dexterrimi cauſſarum Patroni inſigne exemplum daturus. Interea non deſiit ſumma vi doctrinam atque eruditionem quam ſibi comparaverat, veluti agrum aſſidua lectione & meditatione excolere: In lucem quoque protulit non diu poſt Carmina ſua, de quibus paullo ante commemoravi juvenilia, & librum de Anonymis Pſeudonymisque, de quo in præfatione ad præſens Volumen dictum eſt. Hinc Anno MDCLXXV. adſcitus fuit inter Profeſſores Patrii Gymnaſii, atque ab Ampliſſimis Scholarchis juſſus docere Moralem Philoſophiam atque artem dicendi, quod per annos integros quatuor & viginti fecit incredibili fide atque induſtria, ut multi in variis dignitatibus conſtituti Viri qui ejus diatribas frequentarunt ejusque inſtitutione ſunt uſi, grata mente etiamnum meminerunt, lubentique ore celebrant.Eruditionis porro, & ingenii monumenta quæ ſibi poſuit publica ipſe complura nec inficianda, ſi quis noſſe deſideret, hæc fera ſunt, excepto præſenti quod præ manibus eſt poſthumo de Anonymis ac Pſeudonymis ingenti Volumine, in quo per proximum ante mortem triennium ſingulari ſtudio elaboravit:

Atlantis retecta, ſive de Navigatione Chriſtophori Columbi in Americam, Poëma Ephebicum. Hamb. 1659. 8.

De JCto perfecto liber unus, exhibens officia & requiſita JCti, adeoque elementa ſcientiæ interpretandi jura, ſcientifice demonſtrata, cum Appendice Regularum aliquot interpretandi falſarum ſummis JCtis male probatarum, Viennæ A. 1662. ſcriptus, & A. 1664. in Italia ſub Nomici Pacemuti Analyticophili nomine quaſi Auguſtæ publicatus.

De interpretatione legum Diſputatio inauguralis. Aureliis 1665. 4.

Carmina Puerilia & Iuvenilia, libris IV. Amſtelod. 1667. 12. apud Petrum le Grand.

De ſcriptis & ſcriptoribus Anonymis & Pſeudonymis Syntagma, Hamb. 1674. 4. apud Chriſtianum Guthium.

Typus acceſſionum moralium ſive Inſtitutionum Medicinæ Moralis, deſideratorum ejus ſcientiæ, cumprimis vero præceptorum emendandi ſemetipſum, elementa partite proponens. Hamb. 1675. 8.

Philoſophiæ Moralis plenioris fructus præcipuus, qui eſt agnoſcere illius ope Philoſophiam non ſufficere beatitati ſolidæ ulli conſtituendæ, nedum acquirendæ: Revelationem vero divinam ei neceſſariam, certisque ſignis (in ſola Religione Chriſtiana deprehendendis) à falſa qualibet ſuperſtitione diſtinctam non poſſe non exſiſtere. Adjecta eſt Oratio inauguralis de Iuvene Philoſophiæ practicæ auditore. Helmſt. 1677. 8. ſumtibus Friderici Ludevvaldii.

De augenda morali ſcientia Commentarium in Franciſci Baconis de Verulamio de dignitate & augmentis ſcientiarum librum ſeptimum, exhibens Hiſtoriæ Ethicæ breviarium ab orbe condito: Indeque ex fortuna ejus varia & impedimentis remedia, ſcientiæque perfectioris ſperandæ ideam. Francof. 1676. 8. Sumptibus Jo. David Zunneri.

De Actionibus tractatio bipertita, cujus pars prior ex jure Naturali, tabella unica: pars poſterior ex jure Civili tabella duplici, addita utrobique brevi explanatione actionum diſcrimina exhibet ita diſtincta, ut inde applicatio ad ſpeciem facti quamlibet oblatam facilis & expedita, Comparatio vero juris Civilis cum naturali etiam jucundiſſima ſit futura. Hamb. apud Godofr. Schultzen 1679. 8.

Excerpta Rhetoricarum Acceſſionum. Hamb. 1679. 8.

Inſtitutiones Juris reconcinnatæ ita, ut elementa ſint totius juris privati nunc in Imperio Romano Germanico vigentis. Francof. 1682. 8. apud Jo. David Zunner.

Gründlicher Beweiß von der Menſchlichen Seelen Unſterblichkeit. Ibid. 1685. 8. Huic libello ſubjiciuntur loca D. Lutheri & aliorum Theologorum pro mutatione futura, contra annihilationem Mundi & Creaturarum.

Typus Medicinæ Moralis, Germanice, oder Entwurff einer vollſtändigen Sitten-Lehre nach Art der Leiblichen Artzney-Kunſt/ mit Verdeutſchung aller Kunſt-Wörter. Dabey

Diæta Moralis Philoſophico Chriſtiana, oder Chriſtliche Sittenpflege / fürſtellend allerhand Mittel zum tugendſahmen Leben nach Anleitung der täglichen Leibs-Verpflegung zu gebrauchen. Hamb. 1685. ſumptibus Auctoris. Deinde tres hi proxime jam memorati libri una cum indicibus junctim prodiere Francof. 1685. 8. apud Jo. David Zunnerum.

Excerpta bina Rhetoricarum Acceſſionum, quorum priore Enthymematicæ, poſteriore Affectuoſæ inventionis doctrina Ariſtotelica ordinata & triplo amplius aucta exhibetur. Hamb. 1686. 8. ſumptibus Auctoris.

De arte excerpendi, von Gelahrten Buchhalten / liber ſingularis, quo genera & præcepta excerpendi ab aliis hucusque tradita omnia novis acceſſionibus aucta, ordinata methodo exhibentur & ſuis quæque materiis applicantur, ſpeciatim Scrinii litterarii inventum peculiare ex MSto Anonymi emendatum etiam exhibetur, una cum Hiſtoria excerptorum propriorum per annos plusquam triginta continuatorum. Holmiæ & Hamb. 1689. 8.

Invitatio amica ad Antonium Magliabechi aliosque illuſtres & Clariſſimos Reip. librariæ proceres, fautores, peritos ſuper ſymbolis promiſſis aut deſtinatis ad Anonymos & Pſeudonymos ſuos. ibid. apud Gotfridum Liebezeit. 8.

De Juriſconſulto perfecto ſive de interpretatione Legum in genere liber ſingularis. Itemque Muſæ Juridicæ, ſive Opuſcula juridica novem, quorum *primum* eſt Syntagma regularum interpretationis falſarum, potiſſimum JCtis antiquis uſitatarum, ſed ex traditis in JCto perfecto principiis refutatarum. *Secundum*, diſputatio inauguralis, lineas primas JCti perfecti continens. *Tertium* typus artis interpretandi jura tabulis perpetuis incluſus. *Quartum & quintum* Idea JCti Romano Germanici & Hamburgenſis perfecti delineationes, in cujus poſterioris capite primo jura Hamburgenſia ſingula, & capite tertio eorum interpretes recenſentur. *Sextum* eſt de favorabilibus & odioſis in jure adverſus V. C. Chriſtianum Thomaſium. *Septimum*, Conſilium de ſtudio Juris Civilis optime inſtituendo & ad praxin convertendo. *Octavum* Manuductio ad Studium juris Romano Germanici privati. *Nonum* Index libri edendi &c. ibid. 1693. 8.

Acceſſiones Ethicæ, Juris Naturalis & Rhetoricæ ex triplici Syſtemate majori, elaborato per vitam omnem, & porro indies elaborando. Hamb. 1695. 8.

Appendix Epiſtola ad Patronos & amicos, quare ſibi cum Clariſſimo Chriſtiano Thomaſio (qui libro 2. Jurisprudentiæ divinæ à p. 372. ad 422. de favorabilibus & odioſis adverſus Placcium diſputaverat) nihil nunc Auctor cenſeat publice diſceptandum, indicans. ibid.

Acceſſiones Ethicæ ſive Medicinæ Moralis, compendio nunc tertium publicatæ ex opere Syſtematico majori, cum indicibus neceſſariis. Hamb. 1695. 8.

Acceſſiones Rhetoricæ artis Ariſtotelicæ nunc demum editæ una cum promptuario triplici inventionis Enthymematicæ, affectuoſæ & moratæ, Hamb. 1695. 8.

Conſilii de ſtudio Philoſophiæ Practicæ optime inſtituendo ac Bibliothecæ Moralis Epitome, praxeosque Rhetoricæ lemmatica repræſentatio, cum erratis Rhetoricarum acceſſionum. ibid. typis Conradi Neumanni. 8.

Diſpu-

Diſputationes.

Theſes ex Philoſophia morali de gratitudine. Reſp. A. Barthold. Walthero Hamburgenſi, anno 1686.
De Jure Naturali Uſurarum. Reſp. A. Nicolao Stampeel Hamb. 1695.
De Antizelia ſ. Malis in bonum imitandis. R. A. Nicol. Lutkens. 1697.

Programmata.

De Pſeudo-Magnanimitate Ariſtotelica. 1676. 4.
De exiſtimatione cenſuraque mentium alienarum. In Intimatione Orationis de Honore vero ambiendo. 1677. fol.
De ſeligendo ſtudiorum genere in varietate tanta. In Intimat. Orationis de lætante triſtibus fortitudine. 1688. 4.
De connexione extremorum cum mediis. In Intimat. Oration. de Modeſtia. 1693. fol.
De diſcrepantia Ariſtotelicorum in deſignanda optima Republica. In Intim. Orat. de Ariſtocraticæ Reip. excellentia. 1687. fol.
De Utilitate exercitiorum publicorum Gymnaſii. In Intimat. Oration. de Angelor. cuſtodia grata agnoſcenda. 1683.
Homines a natura ad pacis non belli ſtatum ordinatos eſſe. In Intim. Orat. de Pace Victoribus æque ac victis utili. 1681. fol.
De Cauſis rareſcentium exercitior. publicor. in Gymnaſio. In Intim. Orat. ſuper dicto Eccleſiaſtici III. 30. an. 1687. 4.
De contemptu Logicæ apud eos qui in addiſcenda ea multum tempus collocarunt. In Intimatione Orationis Inaugur. L. Gerh. Meieri. 1692.
Corona Gymnaſtica in funere D. Mich. Kirſtenii. an. 1678.
In Funere Rev. Johannis Surlandi, Eccleſiaſtæ ad D. Michaëlis. Anno eod. Tum in funere Viror. Clariſſ. Henrici Siveri & Jo. Vagetii. A. 1692.

Inter tot labores ac vigilias pro publica autilitate ſuſceptas cum graviſſimis morbis, frequenter conflictavit, malo hypochondriaco, Colicis doloribus & arthritide. Denique exhauſtum propemodum corpus graviſſime afflixit affectus aſthmaticus, apoplecticus vero acceſſus tertio ante obitum menſe proſtravit penitus ac concuſſit, ut ingraveſcente debilitate ac vi morbi, integro tamen animo obiret mortem, quam magnis paſſibus appropinquantem imperterritus exſpectabat, totus nixus DEI, quem ſerio colebat, miſericordia & CHRISTO vita noſtra, neque rem difficilem eſſe opinatus Philoſopho nedum Chriſtiano homini alacriter mori. Memini me aliquando ab eo, cum hac de re ſermonem faceremus, ferre reſponſum, *artem moriendi eſſe artem nihil agendi*, quod recte intellectum veriſſimum eſſe videbitur expendentibus. Obiit die Viridium, qui erat ſextus Aprilis Anno MDCXCIX, cum ſubinde ingeminaſſet nomen JEſu ſui, & verba Salvatoris noviſſime in Cruce prolata cupido deſiderio repetiſſet: *Pater, in manus tuas commenmendo ſpiritum meum.* Symboli loco uſus eſt, nihil non *in nomine JESU CHRISTI* incipere, atque ſi quando memoriæ cauſſa valedicentium vel ſalutantium albo ſententia quædam inſcribenda eſſet, hoc diſtichon apponere conſuevit:

Unus amor JESU reliquos tibi / mihi *vincat amores,*
Dulcior hic dulci quolibet eſſe ſolet.

Ædibus ſuis inſcribi curaverat illud Horatii: *linquenda tellus & domus*, ſed non adjunxerat quod apud poetam ſequitur, *& placens uxor*, nunquam enim connubio ſeſe ſociavit, ſed omnem vitam, exegit cœlebs. Liberos itaque reliquit nullos ſed ingenii monumenta affecta atque inedita non pauca, quorum Catalogum præſenti loco ſubjicere non erit ab inſtituto noſtro alienum. Sunt autem hæc, ex quibus illa ad editionem parata ſunt quibus aſteriſcum lector præfixum videbit.

De JCto perfecto liber auctior, adjecta Sciagraphia *Partis Specialis, de JCto Romano Germanico, & interpretationibus circa Jus Imperii noſtri, bene vel malefactis, & impoſterum faciendis: nec non* Tractatus *de Favorabilibus & Odioſis in jure*, ut & *Commentarii in Jus Statutarium Hamburgenſe.*
* Inſtitutiones Juris Naturalis univerſi, privati atque publici, quo Politicæ Acceſſiones continentur, una cum Imperiorum atque Gentium univerſaliſſimo jure ad votum *Bœcleri* in præf. ad Grot. de Jure belli & Pacis.
De Juriſprudentia & Juriſprudente in genere *Diſſertatiuncula.*
Ad GUILIELMI GROTII de Principiis Juris naturalis Enchiridion, annotationes & ſupplementa.

De Prævaricatione & Prævaricatoribus *Tr. Theorico-Practicus*, additis variis conſiliis & deciſionibus circa hanc materiam, partim adhuc ineditis.
In Franciſci Baconis de Verulamio *de dignitate & Augmentis ſcientiarum libros V. priores Annotata.*
Acceſſiones Logicæ, ad Methodum artis typo tenui exhibitæ. Ubi de notionum vario diſcrimine, deque recta nominum impoſitione, ac uſurpatione, Grammatica item Philoſophica, & interpretatione, atque Analyſi cujuſcunque generis ſermocinationum.
Ad ejusdem librum VI. Comm. de Augmentis Rhetoricis.
* Acceſſiones Rhetoricæ methodicè digeſtæ.
* Acceſſiones Ethicæ exhibitæ in MEDICINA ANIMORUM MORALI bipartita: cujus pars I. Inſtitutiones Medicinæ Animorum, ſecundum ordinem typo impreſſo exhibitum, plenius elaboratæ.
Pars II. Medicina Moralis Practica, ſive De Vitiorum ſingulorum agnitione & Curatione ſpeciatim.
*Ejus ſpecimen in iracundiæ ſignis & remediis exhibitum.
In ejusdem lib. VIII. Comment. de Augmentis Politicis, ſeu ſcientiarum de Societatibus humanis.
In ejusdem Baconis lib. IX. Annotationes.
Analyſis exacta Logica Ariſtotelicorum Analyticorum Priorum & Poſteriorum. Barthol. *Keckermann* (*Præcogn. Logic. tr. 2. c. 5. pag. 43.*) inter alia deſiderata.
Analyſis Ejusdem *Ethicorum Nicomachicorum*, & *Politicorum*, ita ut ad oculum appareat, ubi quælibet probatio incipiat, atque deſinat, & qualis quæque ſit, quive textus hiantes, aut integri ſint.
* De Aſtrologia Judiciaria potius expurganda, quam contemnenda, Conſilium epiſtolare, cum Epiſtolis argumenti varii Philoſophici aliis.
Ratio Status Reipublicæ Litterariæ hodiernæ, ſive Corruptelæ atque remedia illius.
Annotationes ad Diſputationes X. Ethicas HORNEII, cum adſcriptis verſiculis Ariſtotelici textus, quibus reſpondent theſes Horneianæ.
Annotationes variæ, Philoſophicæ potiſſimum, in Auctores varios, qua veteres, qua recentiores, diverſarum linguarum.
Hiſtoriæ Litterariæ Compendium univerſale: Migrationes Artium & Scientiarum varias ſummatim exhibens.
Bibliographia Rhetorica, Ethica, Politica, & Juris naturalis privati compendiaria: una cum Conſiliis de ſtudiis hiſce cum ad Theoriam, tum ad Praxin optime inſtiuendis.
Additiones ad Thomaſium de Plagio literario: Vogleri Introductionem in omnis generis auctores, & Bibliothecas Varias Variorum.
Ad Pierium Valerianum de infelicitate litteratorum.
Hiſtoria Curationum moralium antiquæ & novæ.
Additiones ad Vorſtium, de Latinitate falſo ſuſpecta, & merito ſuſpecta.
Analyſis Rhetorica accurata Divinationis Ciceronianæ contra Verrem, *& aliorum* orationum *etiam Taciti, Livii*, &c. ſecundum Acceſſiones Rhetoricas inſtituta.
Encyclopædia Philologica, ſecundum ordinem Scientiarum, locutiones proprias & Latinas, ex bonis auctoribus excerptas, circa quamlibet materiam exhibens, auctoribus ubique nominatis, &c.

Statura, erat mediocri, neutiquam firma valetudine, gracili habitu corporis ac membrorum, forma oris latiore & pallente, capillis longioribus & ſubcriſpis, paululumque exſtantiore naſo. Sive domi verſantem, ſive incedentem publice offenderes, videres ipſum ſimilem fere meditabundo, ut moroſiorem etiam arbitrarere: ceterum propius ſi accederes, Philoſophum humanum & affabilem experiri licebat, honeſtumque & promtiſſimum ad officia. Pronior ad iram, facile excandeſcebat; offenſus præcipue a ſuis, neque ipſum hoc fugit vitii, ſed etiam atque etiam illud reprimendo negabat ſe poſſe ſibi plane ſatisfacere, bile nequicquam audiente habenas rationis, ſed mirum quandoque in modum efferveſcente. Obſervaſſes ſimiliter in noſtro, vere affirmaſſe Tacitum ubi de Helvidio Priſco ipſi ſermo eſt, ſapientibus quoque cupidinem gloriæ noviſſimam exui. Hoc quoque habebat cum multis commune eruditis, ut non facile ferret ſi quis in os illi contradiceret, æquus interim præco alienorum meritorum, apertus & candidus amicus, juſtitiæ accuratus obſervator, in pauperes beneficentisſimus, asſiduus in ſtudiis, acutisſimus Philoſoſophus; fidelis doctor omnium quicunque ſeſe ipſi in diſciplinam dediſſent. Familiariores ex auditoribus per triennii ſpatium inſtituebat ita, ut illos præter Eloquentiæ, Juris Naturæ & Philoſophiæ Moralis præcepta, juris quoque Civilis elementa doceret, audivique teſtantes in acroaſibus ipſius & prælectionibus ſi quis iisdem interfuiſſet, longe minus obſervatam fuiſſe illam obſcuritatem quæ in locis quibusdam ſcriptorum ejus, ex denſitate ſenſuum una ſubinde in periodo orationis arctius conſtipatorum profecta, delicatiores quosdam conſuevit offendere. Quot hebdomadis ad eundem die Sabbati veſpere velut ad Academiam quandam eruditorum confluebant ex amicis qui ſuavia de rebus litterariis colloquia miſcebant, nec minus

hiſce

hiſce recreabatur reficiebaturque ejus animus, quam horto quem habebat uno ab urbe lapide, nunquam lætior quam ſi illic meditationibus ſuis vacare poſſet. A pompa omni & delicatiore cultu abhorruit, ita tamen ut decenti habitu & honeſto libenter uteretur. Quam ſobriam diætam duxerit nihil attinet dicere, qui ab Anno M DC LXXXVII. usque cum aliis remediis propellere arthriticos dolores fere per decennium fruſtra tentaſſet, non dubitavit ſolo victitare lacte atqve utipſum audivi præ ſe ferentem non toto aſſe per diem paſci, qva ratione dolorum illorum exqviſitisſimorum aculeos retudit feliciter, vimqve omnem chiragræ, podagræqverepresſit, ita tamen, ut ſi vel pauxillo juſculo aut ovis veſci aliquando auderet, mox ſentiret illos iterum imminentes, minantesqve ſeverisſimi Domini inſtar novum ſupplicium.

Supellectilem ſuam librariam quater mille amplius Voluminum teſtamento addixit Bibliothecæ patriæ Johanneæ: atqve ne alia jam benigne ab eo pro pauperibus, etiam Judæis ad CHRISTUM converſis legata pluribus celebrem, jusſit juvenibus quibusdam in Gymnaſio Hamburgenſi in litteras incubituris liberale ſtipendium præberi, in cujus, rei documentum operæ pretium duxi tabulas integras inſtrumenti huc ſpectantis Latine è Germanico à me translatas ſubjungere:

I. *In gloriam DEI & incrementum Gymnaſii Hamburgenſis ſtudioſæque juventutis emolumentum ex beate defuncti Teſtatoris bonis univerſis, poſtquam ceteris ipſius legatis ſatisfactum fuerit, tot Gymnaſii alumni Stipendium accipient, quot quidem alendis rationes redituum videbuntur ſufficere, ad minimum terni, quorum ſinguli ab uno Dnn. Curatorum Teſtamenti denominabuntur, ceteris approbantibus. Stipendium erit centum quotannis marcarum Lubecenſium, quæ ſumma pro conſilio univerſorum Dnn. Curatorum augeri poterit aliis quinquaginta vel etiam centum marcis, atque adeo univerſe ad ducentas marcas proferri, prout vel ſtipendiatus merebitur, vel redituum rationes ferent.*

II. *Requiſita Stipendiati erunt imprimis hæc tria, ut*

1) *Jam per anni ſpatium diligentiam ſuam Gymnaſio probaverit, & porro conſtituerit illud ad minimum inſuper per triennium adhuc frequentare.*

2) *Neque pædagogum agat nec famulum, aut alia re à ſtudiis avocante occupetur.*

3) *Unius è Dominis Profeſſoribus directioni ſe committat ejusque ductum ſequatur, & ipſius teſtimonium producat bis quovis anno, ſingulis nempe ſemeſtribus, quando dimidium ſtipendii accipit. Nunquam enim citra ſingulares cauſſas ſimul totum præbebitur, at quidem ſi è re viſum fuerit, pluribus aliquando & minoribus portionibus. Præſupponitur autem is ipſe Dn. Profeſſor eum à ſe commendatum alumnum dignum habere quem gratis inſtituat, licet illo nec famulo nec liberorum ſuorum pædagogo neque alia ejus opera aut miniſterio utatur.*

III. *Hoc ſtipendio frui poterit aliquis, qvam diu ita cum fructu Gymnaſium frequentat, per tres, quatuor vel etiam quinque annos, quinimo quarto & quinto anno in Academia, ſiquidem conſenſu directoris ſui dignus judicetur illam adire atque è Gymnaſio dimitti, alioqui enim ceſſabit. Quemadmo-*

dum etiam ceſſat ſtipendium, quam primum alumnus conditionem Ephori juvenum Nobilium, pædagogi, vel plane publicum officium ingreſſus fuerit.

IV. *In ſtipendiatorum numerum recipiendus proprio elaboratas Marte litteras ſupplices latinas ad Collegium Profeſſorium & Germanicas ad Dnn. Executores teſtamenti exhibebit, è quibus profectus illius intelligere, porro de ipſius conditione & rationibus inquirere, & ſiquidem expoſitis paragrapho ſecunda requiſitis deſtitutus haud fuerit, vel admittere vel rejicere eum licebit.*

V. *Si quis præterea per viros nobiles cujuscunque dignitatis aut loci obtrudi ſe, aut tantummodo commendari curet, vel eo ipſo nomine erit ſuſpectus, tantoque diligentius de eo inſtituetur examen, inquireturque: quinimo firmiſſime ſtatutum manebit, quam diu non deerunt alii ſine hujusmodi commendatione probati, ipſum licet dignum vel etiam digniorem eſſe poſthabendum, & ſi vel maxime dignitatem ſuam probaverit, abſtinendum.*

VI. *Hæc conſtitutio ſtatim à morte Teſtatoris typis exſcribetur, exemplorumque altera pars in Arca Gymnaſii, altera in Teſtamenti arca aſſervabitur, ut ex hac Dominis Curatoribus eorumque ſubſtitutis, ex illa autem Dominis Profeſſoribus & gratuito receptis Gymnaſii Civibus, ad privatam cujusque notitiam exhibeantur.*

Typis mandata eſt à præſentibus Teſtamenti executoribus

Dn. Baltholdo Walthero, J. U. D.

Dn. Helvico Sylm, J. U. L. & Secretario Reip. Hamb.

Dn. Chriſtophoro Wilhado Hilken, J. U. L.

Dn. Eberhardo Anckelmanno, SS. Theol. Licentiato & Prof. Publ.

Hamburgi Typis Conradi Neumanni, Ampliſſimi Senatus & Gymnaſii Typographi, A. 1699.

Morti vicinus diſerte vetuit pompa funebri ſolenni ſe efferri, itaque tumulo illatus eſt comitantibus amicis veſperi in templo Cathedrali, eodem loco quo parentum avique corpora recondita jacent. Defunctum elogio typis exſcripto celebravit collega Excellentiſſimus *Georgius Elieſer Edzardi*, e quo nonnulla me didiciſſe quæ ſuo loco retuli gratus profiteor. Epitaphium ipſe ſibi compoſuit Placcius his verbis, quod ejus manu exaratum & Diario MS. præfixum reperi:

D. O.

D. O. M. S.
HOC SAXO QUÆ TEGUNTUR OSSA SUNT
VINCENTII PLACCII HAMB. J. U. L.
QUI JUSTITIAM DEI ET MISERICORDIAM
IN HAC VITA CONTINUAM EXPERTUS
LONGO ET SÆVO MULTORUM ANNORUM MORBO
DIU MACERATUS
TANDEM DIU HOC OPTANS PLACIDE OBIIT
A. D. M. DC. XCIX. DIE VI. APRIL. ÆTAT. LVII.
A DEO ET STUDIIS INSEPARABILIS.
QUORUM ABSQUE ALTERUTRO SI FUISSET
FORTASSIS DIUTIUS IN HOC ÆVO MANSISSET
NON VIXISSET UTI FECIT FACIETQUE
ET IN HOC ET IN ALTERO SÆCULO
FAMA ERUDITIONIS ET MORUM
AC SPE BEATÆ RESURRECTIONIS
IMMORTALIS.
VITA SINE LITTERIS SOMNUS,
SINE CHRISTO MORS EST.

Ceterum in templo Cathedrali aliud exſtat ad dextram januæ, quæ eſt pone ſuggeſtum, hoc nempe:

Avo ſuo materno, Joanni Garmero, J. U. D. Syndico Patriæ ſuæ meritisſimo, de facie ſibi ſola effigie hâc, ſed fama optima toti Civitati notus.

Natus An MD --- Denatus An. MDC ---

Nec non

Patri ſuo Carisſimo, Joanni Placcio, Phil. & Med. D. Phyſico hujus Urbis Primario, educatione pia liberis ſuis, beneficio multis probatisſimo, Nato M. DC V. Denato M DC LVI. Ad mandatum ſæpius iteratum Margaretæ Matris ſuæ carisſimæ, Natæ An. M DC I. Denatæ M DC XCIV. ſepulchro ad dies perpetuos redempto, apponi per poſthumos Teſtamenti ſui Executores curavit

Vincentius Placcius J. U. L. Patrii Gymnaſ. P. P.
Natus MDCXLII. Denatus MDCXCIX.

Hæc ſunt quæ de clariſſimo deceſſore meo commemoranda habui, non ut quicquam ejus gloriæ per me accederet, ſatis enim ſuis ſeſe meritis commendavit ipſe, ſed ut ſatisfacerem promiſſo meo, ac deſiderio eorum qui hoc à me jure quodam ſuo poſtularunt.

COM-

VINCENTII PLACCII
LIBER
DE
ANONYMIS
SCRIPTORIBUS
DETECTIS.

CAPUT I.

De *Biblicis Scriptoribus Anonymis.*

ANonymos Scriptores, quorum ad me notitia pervenit aliqua, communi Orbis litterarii notitiæ publicaturo, ab aliis, quam Religioſis, exordiri religio ſit. Quamvis enim hic quoque fortaſſis, juxta Maronianum illud, *Omnia jam vulgata*, poſtquam tot magnorum Virorum, imò Theologorum, animos ſtyloſque hujus antiquitatis cura fatigavit: attamen inſtituti ratio permittere non videtur, ut ſilentio totum hoc argumentum omninò nunc prætermittam. Interim illud mihi temperamentum indixi, ne prolixitate nova vetus jam atque tritum argumentum onerem, ſed breviſſimè ſententias, non omnes quidem, ſed præcipuas ſolas, & veritati maxime conſentaneas, notem. Quibus qui contentus eſſe nolit, integrum illi fuerit, longè plura petere ab iis, qui datâ opera ſunt in hoc ſcribendi genere verſati. Quos inter qui *Commentatores* ſolos eorum, quos memorabimus, *Sacrorum librorum* inſpicere non pigrabitur, quorum pauci de autore libri, quem commentariis aut ornant, aut onerant, incurioſi fuerunt, næ is habuerit, quo ſatiet aviditatem ſuam. Modicè verò curioſis *Lutheri* præfationes ad hoſce libros inſpexiſſe ſuffecerit, cum Iſagoge *Petri Palladii* in libros Apoſtolicos & Propheticos, & *Conradi Horneji* libro de Sacra Scriptura. Quibus ſi cui placeat alios fuſiores adjungere, illum *Joh. Gerhardi* Exegeſis loci primi de S. Scriptura c. 7. tum Prolegomena in libros ſingulos *Cornelii à Lapide*, & Apparatus ſacer *Poſſevini*, Bibliotheca ſancta *Sixti Senenſis*, *Bellarminus* de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, *Hottingerus* in Philologico theſauro Lib. 2. c. 1. & 20. *Waſerus* de S. Script. Autoribus, denique *Jo. Raynoldus* de Apocryphis, aliique complures ab his laudati, otio ſuo deſiderioque levabunt. Quod ſi quis antiquiores deſiderat, *Athanaſii* Synopſin, etſi non genuinam, & *Hieronymi* Vitas, ac *Iſidori* Origines &c. conſulat oportet. Nobis hic brevioribus eſſe placuit, nec aliorum paginas exſcribere.

Quibus alias liceat infinitam addere copiam. Ex qua tamen ut paucos ſolos, nobiſque nunc occurrentes fortè, nominemus, addantur, ſi lubet, præter Richardum *Simonis*, & ejus oppugnatores ac defenſores, Eliæ *du Pin* Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques, in diſſertatione præliminari hujus planè argumenti, Petri Danielis *Huetii* Demonſtratio Evangelica, propoſitione IV. multis capitibus latè tractata & doctè: *Hiſtoire de l' Ancien & du Nouveau Teſtament* par H. *de Breſt*. 8. Paris 1684. recenſita *Journal des Scavans* 1684. p. 267. 268. ubi memoratur in fine adeſſe catalogus, quo deteguntur veri auctores librorum Sacræ Scripturæ, & defenduntur contra hæreticos: *Vallemont* Elements de l' hiſtoire Tom. II. c. 7. & ſeqq. Petri *Yvon* Impieté convaincue p. 302. 321. &c. 327. &c. *Fr. de la veritable Religion* Paris 1688. 4. recenſitus Nouvelles de la Republique des lettres p. 689. Febr. p. 144. & ſeqq. *Olearii* Bibliſche Erklärung: & ante alios omnes nominandus etiam hic *Lutherus* iterum, primo loco ſupra jam nominatus, in locis allegatis Indicis *Sagittariani* Operum ejus undecimi, Titulo 1. loco de S. Scriptura: denique Summaria & Commentaria recentiorum ad unum ferè omnia in principio ſuorum operum hæc tractantia. Cæteroqui in declarata mente nunc eò perſeveramus etiam magis, quo plures in hoc genere compilatores, imò controverſiæ novæ, ancipites, & offendiculis partim adeò pleniſſimæ nuperrimæ, dum hæc mea pertractarem, in lucem prodiere. Vel ſolæ Richardi *Simonis* oppu-

oppugnatæ pluribus,quam expugnatæ,novitates Criticæ hujus argumenti, quot non ſcriptis orbem eruditum implevere magis, quam explevere certæ notitiæ auctorum cupiditatem, ubi deſiderabatur? Quamvis non indigna utique res,neque forte nimis aliena hic à propoſito foret hæc loca attingere, quæ de anonymis auctoribus diſtinctionum textus Biblici in capita,verſiculos in Novo Teſtamento Henrico *Stephano* primo debitos, vide Stolberg. Exerc. Gr. Linguæ recenſit. Hiſt. des Ouvrages des Scav. 1688. p. 484. &c. diſputantur aut docentur apud Richard. *Simon.* Crit. V.T.cap. 28 & N.T. alibique,& hinc inde in *Journal des Scav.* &c.Quod omne quidem perſequi ex merito nunc non eſt mei otii aut inſtituti.Quæ adeò conſiderationes ſæpe animum eò planè perpulere meum, ut abſtinere prorſus ab omni additamento huic capiti ſuccenturiando cogitarim: quandoque ut alii magis vacuo, & ſtudio huicce ſe daturo totum,majori cum gloria perficiendum concederem. Id quod itaque annis etiam hiſce proximis molienti, & abs nonnemine fruſtranea diutius expectatione detento,cum ob allegatas varias excuſationum cauſſas nihil impetrarem, ipſe demum,confectis reliquis Anonymorũ juxta & Pſeudonymorum additamentis, tali forma,qua videre eſt,etiam hoc operis initium nunc coactus ſum perficere invitus. Aggreſſus ergo rem, ſimilique methodo continuans finitum jam in cæteris inſtitutum, quæ ad manum paratæ jam erant amicorum ſymbolæ, cum collectaneis propriis ad manum poſitæ,illas arripui,corraſi,&qualicunque ordine indutas in publicum projeci,elaborandas augendasque quouſque unicuivis libuerit, interimque uſurpandas quales ſuppetunt, quas cum venia & æquitate boni conſulendas oro & ſpero.

Igitur de *Moſe*, *Jobo*, & *Joſua* contentus iis, quæ in *Pſeudonymis* ſuo loco ſuppeditavi, ad reliquos libros hæc annotavi.

(1) I. JUDICUM liber itaque primum ſe ex Anonymis ſacris offerens, à *Rabbinis*,& in ſpecie à *Rabbi Moſe Kimchi*,in libro viarum linguæ ſanctæ,SAMUELI tribuitur. Quæ ſententia licet pro indubitata obtrudi nemini poſſit, attamen potior mihi videtur aliorum recentioribus partim, ac minus etiam veroſimilitudinis habentibus opinionibus, qui vel EZECHIÆ, vel JEREMIÆ, vel ESDRÆ, vel HELI, aut PINCHASO, ſummis ſacerdotibus,librum hunc acceptum ferre malunt. Idem de libro

(2) II. RUTH dictum eſto. Sebaſtianus *Caſtalio* ad librum Judicum cap. XVII. prænotavit: Ea quæ ſequuntur deinceps, ad finem totius libri, geſta eſſe ante Judices; adeoque non niſi poſt captivitatem Babylonicam ſcriptum eſſe illum librum putat annotatione marginali 6. ad cap. XIIX. v.31. Et in genere de libris hiſtoricis illis *Judicum*, *Samuelis*, *Regum*, *Paralipomenωv*,& reliquis, ferè auctores ſciri non poſſe ſcribit auctor *Novor. Reip. Litterariæ* A. 1689. p. 151. idemque *Bibliotheca univerſalis* Tom. 3. p.46. confirmat, niſi quod excipit Moſis Pentateuchum. Cæteroqui de *Samuele* plerique conſentiunt, ex auctoritate *Thalmudiſtarum* in *Bava Bathra* cap. 1. de quo teſtatur & Don Joſeph *Aben Jechaia*, comm. in Schir Haſchirim fol. 1. col. 4. v. 18. & fol. 7. 1. 11. 21. ut habet *Normanniana Symbola*, quæ addit etiam citatum *Iſidor.* Etymolog. VI. 2. *Steuchum Eugubinum*, *Druſium*, R. *Schabbathai*, de Judicum libris,ita ut eosdem ex relatione antiqua tantum tribui Samueli referat, ipſe hoc ipſi aſſerto parum accredens cum plerisque. Ut videre eſt ipſorum verbis. v. *Vallemont* Elements de l'hiſtoire Tom. 2. Lib. VII. Niſi quod incommodum id videtur *Caſtalioni*, geſta Samuelis ipſi Samueli adſcribere. In quo & alios habet aſſentientes.

De Libro RUTH. Ignorari auctorem apertè magis & ingenuè fatentur. *Vallemont* Elem. de l'hiſtoire tit. IIX. Et tamen nuper adhuc civis meus *Lambecius* in deſcriptione Bibliothecæ Cæſareæ Hiſtoriã *Ruth* cum *Judicum* libris & *Samuelis* Libri I. capitibus prioribus XXIV. *Samueli* aſſerere nondum dubitavit, libri tertii indicis p. 260. quod ipſum (etſi non addito loco) memorat *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 27. Vide, quæ de libris his & ſ̀oſuæ ſcribuntur, occaſione verſionis recenſitæ, in Diario Gallico Eruditorum, vulgò Journal des *Scavans*, Tomo XVI. A. 1688. p. 22. & ſeqq. Ubi, *non unius auctoris* apparere, quod ſint libri Judicum, dicitur ex vero, & *Ruth pars libri Judicum* habitus Hebraicis Doctoribus. v. conſentientem Synopſin Criticorum *Poli* in principio cujusque libri horum. Addatur Richard *Simon* Critique du Vieux Teſt. c. 5. *Yvon* Impieté convaincue, p. 302. &c. *Huetius* propoſ. 14. c. 14. p. 283. & ſeqq. p. 287. qui de Samuele utriusque auctore, ſcriptum affirmat, at ita, ut lectori relinquat arbitrium quæſtionis decidendæ, (a) (b) (c). Nuperrimus Sebaſtianus *Schmid* in prolegomenis Commentarii ſui in librum Judicum, recenſiti *Actorum Erud.* Lipſ. A. 1684. p. 533. pro pluribus auctoribus eſt, quorum libri à viris ſanctis Hiſtoriæ in ordinem ſint redacti, (d) & relatione de Michæ idolo aucti. Adde loca citata (e) ex *Actis Eruditorum* 1686. & *Kippingio* (f) exercitationum de Scriptura Sacra VII. p. 50. quæ & alia memorabilia continent. Addit *R. Kimchi* locum citatum *Hottingero* Theſ. Philolog. 491. *Marginalis nota* inclyti *Normanni*: cui quod innumera debeamus, hic ſemel profiteri ſtatim contenti ſimus oportet, alio loco laudes viri, ſupra meas laudes poſiti, celebraturi. Addi merentur Excellentiſſimi Syndici Bremenſis Gerh. von Maſtricht notæ marginales, ſerius allatæ, quæ ſub lit. (g) leguntur.

(a) Huetius *Demonſtrat. Evangelicæ Propoſ. 14. cap. 14. p. 283.*

Libri Judicum *magis etiam quam ſuperioris Auctor ignoratur.* *Eum eſſe* Librum bellorum Dei *in libro* Numerorum *laudatum cenſuit* Aben Eſra *Viſum eſt quibusdam*, Judices ipſos *ſua in libro hoc geſta conſignaſſe.* Samueli *adſcribunt* Iſidorus & Thalmudici *Scriptores*, *capite primo* Babæ bathræ, & *R.* Moſes Kimchi *Davidis frater*, & Abrabaniel; *alii* Ezechiæ, Esdræ *nonnulli.* Iſid. *Orig. lib. 6. c. 2. Abraban. Præf. in Joſ.*

Auctor Synopſeos de vita & morte Prophetarum, *quæ* Dorotheo *tribuitur*, *ſcriptum fuiſſe ait in Tabernaculo*, *perinde ut librum* Ruth, à Scribis *nempe* ſacris.

Utcun-

Utcunq; eſt, vetuſtiſſimum eſſe Librum hæc arguunt, quæ in ſexageſimo ſeptimo Pſalmo *legimus.*

(b) Ibidem *cap. 14. p. 283. 284.*

Quapropter ex iis, quæ propoſitæ ſunt à me, ſententiis, ad eam potiſſimum animus meus inclinat, quæ Samuelem *libri auctorem eſſe decernit. Utpote cujus liber,* Esdra *&* Ezechia *vetuſtior,* verba libri Judicum *repræſentet. A* Judicibus *verò* ipſis *ſcriptum fuiſſe, veriſimile non eſt. Nam unius videtur texturæ opus, nec credi poteſt, ea de ſe poſteris tradere* Abimelechum, *vel potuiſſe* Samſonem, *quæ illic leguntur. Facilius aſſentiemur* Dorotheo, *qui factum id ſtatuit à* Scribis ſacris; *modo geſtarum rerum commentarios tantum* ab iis ſcriptos, *ex ipſis verò commentariis Librum* a Samuele *ipſo decerptum &* compoſitum *fateatur; cum unius, ut dixi, texturæ, ejusdemq; textoris opus eſſe appareat. Id quod vel ex uno* capite ſecundo *cognoſcitur, quo velut totius libri ſummarium continetur. Neq; vero probabile eſt,* Samuelem, *cum Ebraicam Rempublicam DEI nutu & conſilio reſtituendam ſuſcepiſſet, prateritarum rerum, quarum auctorem DEum agnoſcebat, memoriam ita neglexiſſe, ut* Judicum *hiſtoriam oblivione extingui & obſoleſcere pateretur; ſed potius, pro injuncti ſibi à DEO muneris ratione, ex Scribarum Commentariis collectam concinnaſſe credendum eſt. Quamquam arbitrium quæſtionis hujus unicuiq; permitto;*

(c) Ibidem *Propoſ. 14. cap. 14. pag. 187.*

Librum Ruth partem *eſſe & velut appendicem* Libri Judicum, Ebræorum *ſententia eſt.*

Sic Origenes *apud* Euſebium: Κριταὶ, Ῥοὺθ παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνί Σωφετιμ, Judices, Ruth, *apud ipſos* (Ebræos) uno libro continentur, Sophetim. Euſeb. *Hiſt. lib. 6. cap. 25.* Hieronymus *in Prologo Galeato: ſubtexunt* (Ebræi) Judicum Librum, *& in eundem compingunt* Ruth. *Prætereo alios,* Hilarium, Epiphanium, Johannem Damaſcenum. *Rationem ſubjicit* Hieronymus: *Quia in diebus Judicum facta ejus narratur hiſtoria. Vere; nam & id indicat Libri initium.*

Cum igitur Auguſtinus, *l. 2. De doctr. Chriſt. c. 8. aliiq; ipſum aſſectati, dixerunt* Librum Judicum *exordium eſſe Librorum* Samuelis, *ſic intelligito: hiſtoriam hoc Libro expoſitam, cum iis, quæ continent* Samuelis *libri, ſponte ſua connexam eſſe: nam hiſtoria* Ruth *velut aditus quidam eſt ad hiſtoriam Davidis, cum Liber ipſe* libri Judicum *ſit* portio. *Quod cum ita ſit, par eſſe debuit, uti reipſa eſt, de Libri utriusq;* Judicum & Ruth *Auctore fluctuatio Interpretum, & eosdem ab iis Scriptores referri;* Doroth. Syn. *De vit. & mort.* Proph. Thal. *in* Bababathra *c. I.*

Ad Esdram *videlicet à plerisq;, ad* Ezechiam *a quibusdam, ad* Scribas Tabernaculi *à* Dorotheo, *ad* Samuelem *à* Thalmudiſtis, Iſaaco Abrabaniele, *compluribusq; aliis, ad quos libenter accedimus.*

(d) Acta Eruditorum *Menſis Novembris A. 1684. p. 533.*

Autorem libri minus principalem determinari non poſſe adſtruit, conjicit tamen, plures eam hiſtoriam congeſſiſſe, congeſtamque in loco ſancto aſſervatam eſſe, donec tandem in unum volumen à Viris ſanctis ſive Hiskia ſive aliis ſit redacta, ita ut clauſulæ vice hiſtoriæ ſupplendæ ergo adjecta ſit relatio de Michæ idolo.

(e) Acta Erud. Lipſ. p. 435. *Anno 1686. (Theologi quidam Hollandiæ in Judiciis ſuis de Richardi Simonis Hiſtoria Critica V. T. Epiſt. VII. profitentur)* Samueli *quidem librum Judicum tribui; Sed uti hoc locis illius libri variis I. 21. IV. 4. VI. 8. XVII 6. XVIII. 1. XIX. 1. XXI. 25. repugnare credunt, ita ex XVIII. 30. intelligi poſſe putant, librum Judicum* poſt abductas demum decem tribus *Iſraël ſcriptum fuiſſe.*

Ibid. p. 439. (Iidem Theologi) nullo fundamento Samuelem pro libri Judicum Autore (ab Huetio) venditari exiſtimant.

(f) Kipping. Exerc. de Script. S. VII. p. 50. *Hujus libri Autorem Toſtatus laudat Samuelem Prophetam, Wittakerus vero contendit, auctorem non fuiſſe unum, ſed plures, ſingulos enim judices vel eorum Actuarios, quæ cujusq; temporibus in populo Dei eveniſſent, conſignaſſe, probatq; inde quod Matth. 2, 23. ſcribatur, dictum eſſe per Prophetas, Nazaraeus vocabitur: quod teſtimonium citatur ex hoc libro c. 13. 5. Controv. 1. d. Script. qu. 3. c. 4. Sed ratio eſt infirma. Evangeliſta n. alio reſpicit, ut Beza in notis evincere conatur, atque nos uberius monemus in Auct. ad Hiſt. Eccl. p. 36,*

Notæ Maſtrichtianæ.

(g) *Forte nec incongrua conjectura eorum, (cuncta enim hic conjecturis perficiuntur,) quemlibet judicem ſuas res deſcripſiſſe, quas poſtea collectas* Samuel *in unum volumen congeſſerit. Unde tanta quoq; annorum difficultas nata, qualis non ſolet eſſe ejus, qui ſerie Chronologica totam deſcribit hiſtoriam; vid. Froſſenium in disquiſit. Biblioth. pag. 507. ubi latè de hoc & ſeqq. libris Sacris anonymis agit. Item Hotting. in Theſ. pag. 464. & ſeqq. ubi & de libris Regum, Samuelis, & Paralipomen.*

---

(3) III. REGUM libri duo à *Rabbi Moſe Kimchi* JEREMIÆ Prophetæ tribuuntur, aſſentientibus *Iſidoro, Procopio Gazenſi,* & aliis antiquorum Eccleſiæ Doctorum plurimis, nec non recentiorum præcipuis, hoc inter alia potisſimum argumento utentibus, quod non modo ſtylus Prophetæ in partibus Hiſtoricis cum ſtylo librorum Regum, ſed & horum Caput ultimum cum Prophetiæ Capite extremo verbis ferè congruat. Fruſtra ſanè ſunt, qui ESDRÆ libros Regum tribuunt una cum omnibus Veteris Teſtamenti ſcriptis reliquis, de quo errore mox ad Paralipomena nonnihil dicemus. Ex aliis tamen collectum hoc opus eſſe, non negaverim, cum in eo ſcripta diverſa non amplius extantia nominatim citentur, v. g. *Liber geſtorum Salomonis* 1. Reg. XII. 10. *Liber dierum Regum Iſraelis* 1. Reg. XIV, 19. XV, 31. XVI, 5. 14. 20. 28. XXII, 39. 2. Reg. I. v. f. XIII, 8. 12. XIV, 16. 28. XV, 11. 15. 21. 26. 31. *Liber dierum Regum Judæ.* 1. Reg. XIV, 29. XV, 7. 24. XXII, 46. 2. Reg. VIII, 23. X, 24. XII, 20. XIV, 19. XV, 6. 36. XVI, 19. XX, 20. XXI, 17. 26. XXIII, 28. XXIV, 5. Unde à plurimis collectum hoc opus arbitrantur haud pauci, ſed quos alii nominant alios atque alios, alii nullos, ſed Judicis cujusque Prophetas coætaneos fuiſſe dicunt.

Quicquid ſit, his ipſis opinionibus ſuperſtructa eſſe manifeſtò apparet Richardi *Simonis* ſententia, utut impugnata, de Scribis atque Prophetis contemporaneis, quæque ad populi hiſtoriam pertinentia notantibus; quem vide ſis Hiſt. Critique du vieux Teſtament, cap. 52. & *Spanhemium* loco ſupra citato. *Jeremiæ* ex *Sanctio Polus,* initio Criticæ Synopſeos in Jeremiam præfixæ; Sacerdoti ſummo *Johanni* tribuere Regum priorem librum *Scholia Syri* in *Methurgimam,* poſteriorem verò *Eſaiæ,* docet citato loco *Hotting.* in *Methurgimam,* p. 165. 166. *Normannus* in Scholiis

liis hic marginalibus ſuis. Libros eos etiam *Samuelis* ab Hebræis vocari, notum eſt; ac inde quis non credat, ei etiam adſcriptos fuiſſe. Adde noſtra *in Pſeudonymo Samuele*, & *Vallemont* Elements de l'hiſtoire Tom.2. Lib.IIX.p 52. citatum *Symbolæ Schröteringianæ*. Notatu digniſſima ſunt verba *Huetii* Demonſtr. Evangelicæ propoſ. IV. cap. XIV.V.p.292. Unde firmatur Richardi *Simonis* ſententia de Scribis & Prophetis, (a) Adde *Acta Erud.Lipſ.* 1686. pag. 435. Unde pauca excerpſimus lit. (b) Præter ea vid. ſi lubet, Natalis *Alexandri* ſelectæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ V. T. capita recenſita *Actis Erud.Lipſ.*Supplem. X. Tom. I. p. 543. Differt. ſeptima agens de libris Regum, Paralipomenon &c.plura vide *ad numerum ſequentem*. Quandoquidem Paralipomenon auctores plerique conjunctim cum iis, qui Regum libros nobis dederunt, recenſent.

(a) Huetius *Demonſtrat. Evang.* Propoſ.IV.*cap. XIV. c 293. Librorum Regum nihilo notior eſt Scriptor ac ſuperiorum. Eo tamen variæ recidunt Interpretum ſententiæ, ut* Esdram *nonnulli*, Jeremiam *pleriq;*, *ac* Thalmudiſtæ *potiſſimum*, *aliiq;* Rabbini, *compoſuiſſe eos, vel aliunde potius excerpſiſſe ſtatuant. Sciendum eſt enim*, *apud* Ebræos, *& apud Ægyptios, Tyrios, ac Babylonios, aliasq; Orientis gentes, acta diurna in literas diligentiſſime fuiſſe relata. Hoc munere qui fungebatur apud Ebræos, dicebatur* מזכיר, *à commentariis: Sic ſenſiſſe videtur* Chaldæus Paraphraſtes. *Hujus ordinis fuerunt* Joſaphatus *&* Joahe, *in* libris Samuelis *&* Regum *memorati.* Prophetæ *quoq; perſcribebant accurate, quæ ſibi mandata fuerant, & ſignificata a Deo, & quæ ſibi evenerant, dum Dei mandatis obſequerentur: quæ quoniam ad Reges fere & optimates pertinebant, hinc libris ipſorum magna publicæ hiſtoriæ pars continebatur.*

(b) Acta.Erud.Lipſ. *A.1686 p.435. Poſt captivitatem demum, facta ad 1. Reg. VI,1. VIII,2. &c. provocatione, libros Regum & Paralipomena incerto collectore (aliorum enim de Jeremia vel Esdra ſententiam magnæ poſtulant infirmitatis) prodiiſſe putant Theologi quidam Hollandiæ in Judiciis ſuis de Rich. Simonis Hiſtoria Critica V. T. Epiſt. VII.)*

---

(4) IV. PARALIPOMENON Libri duo, ſive CHRONICORUM, à *Rabbi Salomone*, & à *Rabbi Moſe Kimchi*, ex ſententia Seniorum ſuæ gentis, adſcribuntur ESDRÆ, poſt ejusque libros collocantur, eo præter alia utentibus argumento, quod verba finalia hujus ſcripti ſunt initialia libri Esdræ. Hunc Esdram eundem aliqui cum JOSEDECH ſacerdote faciunt, cujus 1. Paralip. 7. v. 14.15. mentio fit. Eum quoque cum MALACHIA Propheta confundunt aliqui Hebræorum, dictumque Malachiam, quod ſignificat Angelum, ob doctrinæ vitæque puritatem, perhibent. Id quod etſi nec improbare nec approbare videatur *D. Hieronymus*, attamen alii Patres unanimi conſenſu multi rejiciunt: nominatim *Euſebius* in Chronicis, *Auguſtinus*, *Cyrillus*, *Epiphanius*, qui tamen nominis cauſam memoratam approbat, libello de Vitis Prophetarum, pag. m.35. ſed quem non eſſe eundem cum illo Sancto probat *Rob. Cocus*, Cenſuræ ſuæ p. m. 242. adde *Joh.Gerhard.* Exegeſ. loc. 1.c.7.n.167.p.119. Unde hic quidem judicium merito ſuſpendo, de cætero facile concedens *Petro Palladio*, Iſagog.p. m. 67. *Strigelio* in principio commentariorum ad hoſce libros, *Jacobo Reneccio*, Armaturæ Theologicæ Tom.1.c.14. p. m.56. *Sixto Senenſi* & aliis recentiorum innumeris, Esdram hoſce libros conſcripſiſſe, quos poſt Captivitatem Babylonicam, eſſe demum confectos, legentibus in aperto eſt: Verum conſcripſiſſe, non tamen afflatâ divinitus illi memoriâ, cum omnes libri antiquiores Hebraici non minus ac Pentateuchus omninò periiſſent, ut improbè commenti ſunt fabuloſi Judæi. Quorum fide hoc primus ex Patribus narravit *Irenæus*. Unde poſtea fluxit impius multorum ſacras literas impugnantium error, qui ab Esdra confictos omnes, quos nunc habemus, ſacri Codicis V.T. libros jactitant, loco libri 4. Esdræ c. 14. ad hoc abutentes. Sed hos quidem, præter citationes librorum aliorum tanquam ſuperſtitum 2.Paral. 9. v.29. & 12. v. 15. c. 20. v.34. &c. factas, nec non Theologos multos (quos inter imprimis legi meretur *Jo.Gerhardus* Exegeſi de Scriptura ſacra n. III. & ſeqq.p. 114. & ſeqq. ac poſt eum *Hottingerus* Theſauri Philologici lib. 1. c.2. qu. 1. ac inibi citati pluſculi) refutat etiam *Lomeierus* de Bibliothecis c.3. Sect. 1. p.m.34.35. conſcripſiſſe, ex aliis tum temporis extantibus Scriptoribus, etſi raris, colligendo, & in unum volumen, ut apud Hebræos habetur, componendo, quæ Spiritus Sanctus, alias iſta volumina non conſervatum iri cuncta prævidens, dictitabat. Quemadmodum id interpretatur *Sixtus Senenſis*, Bibliothecæ ſanctæ lib. 1. pag. m. 10. & auctores ipſi in libris iisdem citati abunde ſatis confirmant.

Hunc *Esdram* ab auxiliando nomen cum omine gerere, notavit *Buxtorff.* Tiberiad pag.101. c. 10 vide & eundem ibidem c.3. p. 10. & 11. & p. f. fugæ vacui. Adde Programma Roſtochienſe, in promotionem famigeratiſſimi ex merito L.Esdræ *Edzardi*, ubi prolixè de Esdra hoc, ejusq; operibus. Quod Programma p. m. *Dorſchei* eſſe, ipſe fatetur, in eodem ſemet allegans. *Lutherus* quoque admittit hanc de Esdra ſententiam, nec contradicit in præfatione Malachiæ Germanica, nec *Diodati* in Italica valde repugnat. De hoc nomine v. *Glaſſ.* Philol. ſacræ p. 943. ab eoque citatum *Vivem* in Aug. de Civ. Dei l. 18. c. 35. loco exſcripto illic iterumque citato p. 974. ubi eundem illum cum *Malachia*, Prophetarum minorum ultimo, à *Rabbinis* ſtatui docet ex *Hieronymi* principio commentarii in Malachiam, Eliâ Levita, & Targum atque *Kimchi*, ſed non Prophetam, verum Scribam ſolummodo dici. Fabulam de inſpiratione ipſius refutavit *Buxtorfius* Tiberiadis cap.10. & 11. Ubi vide teſtimonia Patrum multa huc facientia. Ex quorum aliquibus malè intellectis hunc errorem confirmatum ivere fortaſſis aliqui. Huc pertinet c.14. libri IV. Esdræ v.22. &c. 39. &c. Ex 1. Paralip. X. v. 1. & VI. v. 1. ſub initium captivitatis ſcriptos arguitur, non ſatis firmiter; infirmius verò etiam ex 1. Chron. 24. vel 23. v.5. à Levita quodam Cimbaliſta (cum hæc in ipſum Davidem dicantur, aliàs prorſus contradicentia) concludit Rector Lubecenſis in Epiſtola per Dr. *Thurmannum* Jan. 1678. transmiſſa mihi. Adde *ſupra* de libris Regum dicta, & citata ex Don *Joſeph Aben Jechajæ Normanniana:* quem eun-

eundem præfat.comm.in Danielem cum R. *Schabbathai* in Schir Haſchirim, qui usque ad Chronicor. II. c. XXI. 2. dein *Nehemiam* ſcripſiſſe docet, ſed, ut addit ipſe, de poſteriori, falſo, citatque *Ligthfoot.* Harmoniam ſeu Chronologiam Vet. T. part. 2. p. 205. *Brerew.* Enquiri of Lang. p. 104. *Hotting.* theſ. Philol. p. 514. *Vallemont* tamen accedit etiam de *Nehemia* Tom. 2. lib. XVI. p. 53. ſicut alii multi. Adde his maximè *Huetium* Demonſtrationis Evangelicæ propoſ. 4. c. 14. pag. m. 298. & ſeqq. (nam aliarum editionum aliæ paginæ ſunt aliis citatæ. nempe 126. 145. 235.) Unde verba immediatè præcedentia textum excerptum *in Pſeudonymo Esdræ* (a) nunc damus. Unaque verba pauca (b) ex *Diario Pariſienſi Eruditorum* Gallico, vulgò *Journal des Scavans*, 1687. p. 599. Poſt quæ non opus exiſtimo addere Eliam *Du Pin* pag. m. 23. & alios complures idem repetentes. Monet hiſce jam confectis interim ſumme Reverendus Antiſtes, Fautorque meus, Dominus Dr. Joh. *Diecmannus*, Superintendens Generalis Ducatus Bremenſis, in annotatis ſuo Codici ad marginem adſcriptis, atque nunc demum mihi communicatis, per hæc verba notatu digna: Nec R. *Salomo*, nec R. *Kimchi* libros Chronicorum ab *Esdra* ſcriptos dicunt; ſed catalogum Genealogiarum tantum. Quod & facit *Thalmud Maſſechet Bava Batra* C. 1. fol. 15. col. 1. V. omnino *Buxtorf.* de punct. & accent. Orig. & antiquitate contra *Cappellum* P. 1 C. 12. p. 181. 182. Cujus de Judæorum ſententia judicium pluris apud me eſt, quam *Huetii*, qui Demonſtr. Evangel. Prop. IV. p. 351. 352. edit. Lipſienſis idem de Judæis, quod hic CL. Dnus *Placcius*, ſcribit. Interim *Esdram* horum librorum auctorem eſſe, concedi poteſt, modo ne iſtud in præjudicium θεοπνευςίας eorum vertatur.

(a) Huetius Demonſtrat. Evangelicæ Propoſ. IV. p. 298. Esdram *libros Paralipomenon lucubraſſe, Ebræorum eſt omnium fama conſentiens. Operas quoq; ſuas* Nehemiam *contuliſſe, volunt* Thalmudiſtæ. *Rem Chriſtiani Interpretes relinquunt in dubio. Ego vero exiſtimo collectum eſſe hoc opus, non ex Actis ſolum diurnis, ſed &* ex Prophetarum Semeiæ, Addo, Jehu, Nathanis, Ahiæ, Iſaiæ *aliorumq;* ſcriptionibus, *fortaſſe & ex libris quibusdam genealogiarum, ut tradit R.* Selomoh; *nec non & ex Scripturæ Sacræ Libris antea ſcriptis, ut R.* Moſes Kimchi. *Poſt Jeremiam conflatum eſſe Librum, oſtendunt iſta ex triceſimo quinto capite libri ſecundi:* Thalm. Bababathr. *cap. 1. 2. Par. 35. 25. Univerſus Juda & Jeruſalem luxerunt eum, (Joſiam) Jeremias maxime, cujus omnes cantores atque cantatrices usq; in præſentem diem Lamentationes ſuper Joſuam replicant; & quaſi Lex obtinuit in Iſrael: Ecce ſcriptum fertur in Lamentationibus.*

(b) Journal des Scavans, *1687. Tom. XV. p. 599.* Theodoret *a cru, que quelques uns des* Prophetes, *dont les paralipomenes nous ont conſervé les noms, écrivoient ce qui ſe paſſoit de leurs temps, & que depuis d' autres ont reduit leurs memoires en corps d' Hiſtoire.*

---

(5) V. ESTHER liber MARDOCHÆO, nutritio ipſius Eſtheræ, adſcribitur ab Eccleſia Latina, valdè plauſibili argumento verborum c. 9. v. 20. illius libri. *Scripſit itaq; Mardochæus omnia hac &c.* *Iſidorus* tamen lib. 6. Orig. cap. 2. ESDRÆ librum hunc adſcripſit, eo quod ipſius tempore contigiſſe credidit hanc Hiſtoriam, quam tamen ipſius ævo poſteriorem facit *Euſebius* in Chronicis. *Philonis* opinio fuit in Chronographia ſua, JOAKIN, Pontificem Magnum Judæorum id temporis, librum hunc conſcripſiſſe, feſtumque פורים, id eſt, ſortium inſtituiſſe. Sed de Mardochæo ſententia probabilior videtur, quam, præter noſtrorum Theologorum haud paucos, tuentur etiam *Sixtus Senenſis*, & *Bellarminus* de Script. Eccleſ. A. 3528. & de Verbo Dei lib. I. c. 7. &c.

Quam ſententiam *Brentius* in argumento, Commentariis ſuis in Eſtheræ librum præfixo, fol. 11. nec dignari voluit ſui ſuffragii deciſione, nedum acceſſione: & R. *Schabbathai Jeſeckeli* Prophetæ tamen librum eum tribuere dignatus eſt, docente *Symbola Normanniana:* cujus *marginales notæ* hic citant *Witackerum* de Scriptura S. Quæſt. 1. VIII. p. 34. *Hotting.* theſ. Phil. 494. Communem opinionem de *Mardochæo* refert *Vallemont.* tit. XIX. cui *Eſtheram* ipſam ſociam jungunt ſcriptricem alii. Addatur *Yvon* Impieté convaincue p. 327. Natalis *Alexandri* Selecta Hiſtor. Eccleſ. recenſita *Actor. Erud. Lipſ.* Supplem. X. T. 1. p. 543. *Journal des Scavans* 1688. Tom. XVI. p. 412. Richard. *Simon.* Hiſt. Critique du Vieux Teſtam. II. c. 8. p. 55. & ſeqq. *Deckherr.* de Adeſpotis p. 27. & ſeqq. ubi (a) *Lyrani* ſententiam exagitat, nec tamen improbat de *Joſepho.* Licet reliquas etiam addat, aliosque citet legendos. Sed ſufficiat hic excerpſiſſe ſolum *Huetium* (b) propos. 4. §. XIV. p. m. 315. & ſeqq. & Eliam *Du Pin* Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Diſſert. præliminaris pag. 23. Col. b. (c) & *annotationum* illi additarum (t) p. 42. col. a. quæ hic (d) omisſis multis p. 41. 5. præcedentibus, excerpta repræſentamus. Quibus addit *Bibliotheque Univerſelle*, quod ſint per *Helleniſtas Judæos* collecta fragmenta Bibl. Univ. Tom. 3. A. 1686. p. 47. De Capite XIV. *Eſtheræ additamentor.* v. ſeparatim Joh. *Rainoldum* de Apocryphis, part. II. p. 1398. 1399. quomodo *Joſephi figmentum* doceatur etiam ex ipſis Pontificiis *Lyrano, Carvajala, Sixto Senenſe, Bellarmino* &c. cui plura nil attinet ſuccenturiare, ſed loco ejus hic indicare, *Philonem* ſupra citatum eſſe *Annianum* illum ſuppoſititium fœtum, jam pridem eruditis exploſum; ut in *Pſeudonymis* ulterius docebitur: Ibique legitur fol. 234. (b) hic locus, ad *Philonis librum* 2. de temporibus commento Anniano expreſſus. *Margo Maſtrichtianus* hæc habet: *Froſſenius* in diſquiſit. Bibl. pag. 535. ubi latè diſquirit de auctoritate ſcripti hujus, quem Thalmudiſtæ Synagogæ Magnæ adſcribunt *in Baba Bathra.* ubi & de tempore hujus hiſtoriæ diſquirit.

(a) Deckherrus de Scriptis Adeſpotis, *p. 27.* 28. 29. *Inter ſcripta Hagiographa* Eſtheris *libellus Eccleſiæ DEI ſemper agnitus; itidem de ſupplemento nimirum Cap. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. & XVI. horumq; authore lis eſt.* Lyran. *in fin. Comm. Eſth.* Joſepho *tribuit, qui, ut homo litteratus & eloquens, ideo excogitavit, ut oſtenderet, qualiter* Aman *potuit decenter deſcribere machinationem ſuam colorando apparenti bonitate, & quomodo* Mardochæus *revocatorias litteras potuit decenter dictare, honore Regis ſervato &c. (quæ cenſura nimis frigida eſt, nec ſeria!) eò probabilius tamen* *Joſephus*

Joſephus dicitur, quo magis evidenter cap XIII. & XVI. de verbo ad Verbum ex Joſephi *lib. XI. Antiq. cap. 6. deſumpta ſunt.* Sixtus Senenſis *lib. 1. Bibl. 2. p. 20.* incertum Græcum ſcriptorem *ex diverſis Hiſtoriis, & partim* ex Joſepho *hæc compilaſſe putat. Ipſe autem* Eſtheris *libellus Canonici monumenti fidem dudum adſecutus fuit, exploſa* Euſebii *opinione; authorem* Esdra *recentiorem; ut &* Philonis *Judæi*, Joachimum *JEſu Sacerdotis magni filium, Hebræorum Pontificem: & deniq; Latinorum*, Mardochæum *ipſum nominantium: Ex Hebræorum Chriſtianorumq; conſentiente ſententia* Esdræ, *Librorum Veteris Teſtamenti Canonicorum compilatori, vindicandus videbatur Joh.* Gerhard. *Conf. Cathol. lib. 2. ſpec. p. 1. art. 1. cap. 1. pag. 38. 39. add.* Covarruv. *lib. IV. Var. Reſol. 14. n. 5. pag. 34. cum ſingularibus ibidem notatis.*

(b) Huetius Demonſtrat. Evangelicæ *Propoſ. §. XIV. p. m. 315. & ſeqq. Quod ad Librum* Eſther *attinet, etſi habitus eſt in* Ebræorum *Canone, nihilo tamen minus dubius eſt ipſius Auctor ac ſuperiorum.* Epiph. de pond. & menſ. C. 4. Auguſt. de Civit. Dei l. 18. c. 36. Iſidor. Orig. lib. 6. cap. 2. Euſeb. Chron. l. 2.

Esdræ adſcribunt Epiphanius, Auguſtinus & Iſidorus. Euſebius *Esdra recentiorem putat; Pſeudo* Philo, *ſive* Jedidæus, *quem repræſentavit R.* Azarias *in Lumine Oculorum*, Joachimum *ſummum Ebræorum Pontificem, Joſuæ filium, ejus qui Joſedecum patrem habuit, id operis Mardochæi rogatu ſuſcepiſſe arbitratur. Theologo-Politicus Scriptor hunc Librum cenſet ab eodem Auctore profectum, qui* Esdræ, Nehemiæ, & Danielis *libros elaboravit, idque poſt reparatum à Juda Maccabæo Templi cultum; excerptumque fuiſſe ex altero libro, qui Eſtheræ nomine inſcribebatur, & cujus mentio extat ad calcem noni capitis libri hujus, de quo agimus, quemque jam olim intercidiſſe ait: quippe ſecundi Templi perinde ut primi temporibus viros fuiſſe, quibus curæ erat, res gentis ſuæ literis prodere. Quæ ut temere, & nulla ratione conficta, jure à nobis exploduntur. Magnum vero recentiorum Interpretum, & aliquod etiam* Ebræorum *agmen* pro Mardochæo *pugnat;* AbenEſra *in his, &* Abrahamus Hiſpanus, *qui Sapientis cognomen reportavit. Quibus omnibus præit* Clem. Alex. *Strom. 1. Eſther. 9. 20. 23. 26. & 12. 4.*

Nititur ea ſententia his verbis libri Eſther: Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Judæos. *Et mox:* Suſceperuntque Judæi in ſolennem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis facienda mandaverat. *Tum deinde:* Et cuncta, quæ geſta ſunt, epiſtolæ, id eſt Libri hujus, volumine continentur. *Item hoc altero:* Sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Serarius *vero* Mardochæum & Eſther *operas ſuas ſimul ad libelli hujus ſcriptionem contuliſſe, colligit ex his Septuaginta Interpretum verbis, quæ extant nono capite:* καὶ ἔγραψεν ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα, θυγάτηρ ἀμιναδὰβ, καὶ μαρδοχαῖος ὁ ἰουδαῖος, ἃ ἐποίησαν. Et ſcripſerunt Eſther Regina, Aminadabi filia, & Mardochæus Judæus, quæ fecerunt. *Quibus & hæc quoq; potuit addere, quæ caput idem claudunt in Vulgata editione, & quibus narrantur Judæi, quæ ad ſe ſcripſerant Eſther & Mardochæus, obſervanda ſuſcepiſſe, & omnia quæ Libri hujus, qui vocatur Eſther, hiſtoria continentur: quaſi id ſibi velit, librum hunc, de nomine Eſtheræ dictum, illud ipſum eſſe, quod ad Judæos à Mardochæo & Eſthera ſcriptum eſt.*

Mihi vero Thalmudiſtarum *imprimis probatur ſententia, qui* Babæ bathræ *primo capite fœtum hunc eſſe decernunt* Synagogæ magnæ. *Idem cenſuerunt & Magiſtri complures alii, ex eodem grege. Hac ſententiâ ſuperiores omnes fere continentur ſententiæ, tum eorum, qui* Esdram, *quique* Mardochæum *auctorem agnoſcunt; tum & eorum, qui* Joachimum; *quippe qui Synagogæ intereſſe potuit, utpote Joſuæ Pontificis filius.*

(c) Elies Du Pin, Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtic. Diſſert. Prælimin. p. 23. b.

Le tems, & l'Auteur de l'Hiſtoire d'Eſther *ſont encore fort incertains. S.* Epiphane, *ſaint* Auguſtin, & *ſaint* Iſidore *attribuent ce Livre à* Esdras, *d'autres à* Joachim *grand Prêtre des Juifs, petit fils de* Joſedec. *La plupart en font Auteur* Mardochée, *dont il eſt parlé dans ce Livre. Les* Thalmudiſtes *l'attribuent* à la Synagogue. *Les ſix derniers chapitres, qui ſe trouvent dans le Grec, ne ſont point dans l'original Hebreu.* Origenes *dans ſa Lettre à Africanus, croit, qu'il a eſté perdu.* Grotius *prétend, que ces chapitres ont eſte compoſez par des* Grecs Proſelytes. Sixte de Sienne *dit, qu'ils ont eſté tirez de* Joſeph. Bellarmin, & *quelques autres ſentiennent, qu'il y a eu deux editions Hebraiques de ce Livre, une plus ample, où ſe trouvoient ces derniers chapitres, & l'autre telle que nous l'avons. Quelques-uns diſent, que l'Hiſtoire d'Eſther eſt arrivée ſous Ciaxares Roi de Medes.* La premiere opinion *ſemble être la* plus vrai-ſemblable.

(d) Ibidem in Annotat. Lit. t.

La plus part en font Auteur Mardochée) *Il ſemble, que* Mardochée *ſoit déſigné comme Auteur de ce Livre au chap. 9. verſ. 20. & 23. & au chap. 22. verſ. 4. où il eſt dit, qu'il écrivit ce qui s'etoit paſſé. Dans la verſion des Septante au ch. 9.* Eſther *eſt* jointe a Mardochée, *ce qui a fait croire à* Serrarius, & *a quelques autres, qu'Eſther, & Mardochée l'avoient compoſé enſemble. Ceux qui diſent, que c'eſt* la Synagogue, *tirent cette conjecture de ce, que l'origine, & les ceremonies de la Fête des Juifs, appellée Phurim, y ſont décrites, & qu'il ſemble, que c'ait été pour ce ſujet, que ce Livre eſt ecrit.*

---

(6) VI. PSALMI XXXIX. nomen nullum præferentes quidem inter reliquos leguntur, attamen ejus eſſe DAVIDIS, cujus ſunt cæteri, nomen illius præferentes, non ſine ratione creduntur, cum multi eorum nomine Davidis in aliis Scripturæ partibus citentur. Vide *Sixtum Senenſem* Bibliothecæ ſanctæ lib. 1. p. 12. & ſeqq. Neque tamen defuere contradicentes huic ſententiæ, putantesque, nonnullos horum Pſalmorum inſcriptione carentium, etiam poſt Captivitatem demum Babylonicam fuiſſe confectos: & nominatim quidem Pſalmum 137. *Ad flumina Babylonis* &c. quem clarius, quam Prophetiæ convenire videbatur, illius mali ſtatum exprimere credebant. Quibus favere videtur, quod *Chryſoſtomus* & *Hilarius* in præfatione Pſalmorum annotatum reliquerunt, una cum *Athanaſio* in Synopſi ſacræ ſcripturæ: ESDRAM nimirum à Captivitate demum Babylonica volumen hoc, quod hodieque manibus, utinam mentibus æque! terimus, collectum edidiſſe. Quod ſi ſit, non abſimile vero videatur, eundem aut ſuos, aut aliorum

poſt

poſt Davidis obitum ſcriptos, & Eccleſiæ Judaicæ Prophetisque comprobatos hymnos, in illud unà compegiſſe. Quicquid ejus ſit, à SPIRITU SANCTO profectos eſſe Pſalmos illos omnes atque ſingulos, quocunque etiam ille ſit uſus amanuenſi, clarum eſt ex Novi Teſtamenti locis non paucis. Quæ vide ſis adducta, cum argumentis inde petitis ſolidiſſimis, tum apud alios Theologos complures, tum apud *Jacob. Reneccium*, Armaturæ Theologicæ lib. 1. c. 14. & Patruum meum maximum, piæ memoriæ, abavi mei materni Eberhardi Molleri, Conſulis olim Hamburgenſis, germanum, *Henricum Mollerum*, in præfatione ſuarum Wittembergæ in Pſalmos editarum Enarrationum. *Sixtus Senenſis* lib. 1. p. m. 14. *Athanaſium* dicit in Synopſi tribuere collectionem Pſalmorum *Ezechiæ Regis Amicis*, quod quomodo cum iis, quæ de Esdra legi apud eundem, pag. m. 84. ſupra memoravi, conciliari queat, nullus video.

Sed quidquid ſit hac de re, illud quidem puto non malè judicatum à Natali *Alexandro*, recenſito *Journal. de Scav. XIII.* A. 1689. Tom. mihi XVII. p. 223. (a) quod certi quid de auctore vero Pſalmorum, non Davidi adſcriptorum, decidi nequeat ullo modo. Certè rectius mitiusque longe, quam ab iis, qui dicam hæreſeos Davidem omnium auctorem negantibus impingunt apud Dn. *von Til*, recenſente (b) *Hiſtoire des Ouvrages des Scav.* 1639. p. 473. Cum nec Hebræi antiqui, vel novi, neque Chriſtiani eruditi, vel Patres veteres in hanc unquam potuerint convenire ſententiam. Licet *Caſſiodorus* aliter cenſuerit, quorundam Pſalmorum inſcriptioni præfixa nomina Cantorum aut Muſicorum illos decantantium interpretatus, apud *Actor. Erud. Lipſ.* Collectores 1695. p. 451. de quibus *van Til* ibi recenſitus nominatim refert 1693. p. 69. cujus exhibemus memorabile excerptum (c) p. 73. extans. Vide & *Vallemont* Tom. 2. tit. XXI. Ut adeò recte quidem dicatur ab auctore de la *Biblioth. Univ.* tom. 1. pag. 380. ni le temps, ni les Auteurs de tous les Pſeaumes ne ſont pas connus. Quod idem videtur velle *Wolſeley* p. 279. 280. 271. aliquos Pſalmorum à Captivitate demum ſcriptos judicans cum aliis multis. Imò concluſio Pſ. 72. כלו תפלות דוד בן ישי quid aliud notat, quàm reliquos Pſalmos Davidis haud eſſe. Nam quod לשלמה hic Pſalmus inſcribitur, an inde *Salomonis* vel Salomoni dicatus intelligi debeat? v. extantes in omnium conſpectu publico commentatores, & maximè *Polum* in ſingulos Pſalmos aliter inſcriptos quàm Davidi. Quin adeò Chriſtophorus *Sontagius*, Superintendens Schleuſingenſis, non adeo pridem Sluſiæ A. 1687. in 4. de Pſalmorum titulo & inſcriptionibus peculiare opus edidit, quo quosque illorum controverſos titulos examinat. Recenſetur is in *Actis Erud. Lipſ.* illius anni p. 342. Ut adeo nobis nunc demtus hic labor, neque hic diſputare de ſingulis ſit neceſſe. De quibus tamen obvia, & ſponte oblata olim aliud agentibus, ac annotata pauca hic omittere non ſuſtinemus. Nempe

Pſal. 88. & 89. *Heman* & *Ethan* filiis Zerah adſcribitur à *Lightfooto*, recenſente Jo. *Clerico*, Bibliotheque Univerſell. T. I. p. 379. & 384.

99. *Samueli* ibidem, ut & alii plures Pſalmi in ſeqq. accenſentur aliis diverſis.

137. & 46. *Jeremiæ*, ut habet Synopſis Criticorum *Poli* ad initium Jeremiæ.

Adde de Pſal. 92. Adam. *Hiller.* 1. part. 1. VII. 138. *Tarnovium* in Pſalm. & *Gatakerum* c. 10. p. 118. citante *Langerhanſio* Diſp. in Pſalm. 110. Th. 1. & laudatum *Normannianæ Symbolæ* Don *Joſeph Aben Jechaiæ*, decem Pſalmos Davidis aliorum nomina præferentes Thalmudiſtarum auctoritate eorum nominibus imputantem, citato cap. 1. *Baba Bathra* c. III. *Yvon* Impieté convaincuë p. 303. 304. 321. &c. Nuper etiam *Bayle* Dict. Hiſtorique & Critique p. 96. K & 182. Quod ſupereſt, ad plenam notitiam hujus argumenti addimus exquiſitiſſima loca *Huetii* (d) prop. 4. §. 14. p. m. 330. & ſeqq. ubi varios auctores, at unum Esdram collectorem Pſalmorum fuiſſe docet: & Elies *Du Pin* (e) p. 24. & quantum opus hic excerpta ex annotatione ad hunc locum ſub (f) ex p. 42. 43. Adde de *Salomonis* Pſalterio *Pſeudonymos* in Salomone, de hoc, in Adamo, Aggeo, Davide, Moſe &c. quæ habemus adducta.

(a) Journal des Sçavans *Tom. 17. p. 223. Dans la vint quatrieme Natal Alexandre traite des Pſeaumes, & apres avoir propoſé la queſtion,* ſi David en eſt l'unique Auteur, *il la laiſſe indeciſe, perſuadé, qu'elle ne peut etre decidée ni par l' autorité de l' Ecriture, ni par la raiſon, ni par les Canons des Conciles, ni en fin par les Conſtitutions des Souverains Pontifes acceptées par l' Egliſe Catholique d' un Conſentement General.*

(b) Hiſtoire des Ouvr. des Sçav. *Avril 1693. p. 437. A l' entré du 2. livre il examine le teme de Pſaumes; & pourquoy l' on a joint à quelques uns le titre de Chanſon où de Cantique, apres quoy il diſcute, ſi tous les Pſeaumes* ſont de David. *Ils ſont diviſez ens livres, & l' on trouve le nom de David ſeulement à la tête de 73. Quelques uns même pretendent, que ceux, qui portent ſon nom, ont eté ſeulement compoſez par ſon Ordre, & d' autres au contraire attribuent les 150. à David ſans reſtriction.* S. Auguſtin *&* S. Chryſoſtome *l' ont cru, &* Mr. van Til *cite des Auteurs* qui ont traitté d'Heretiques, *ceux qui oſoient le nier. Les* Juifs *eux memes n' etoient point perſuadez, que David en fut l' Auteur. Par ex. ils donnent le 90. à* Moiſe, *le 92. à* Adam, *& le 89. à* Abraham. Mr. van Til *ne ſ' eloigne point de l' opinion commune, qui diviſe les Pſeaumes entre divers Auteurs. Le 137. parle ſi diſtinctement* de la captivité de *B*abylone, *que le tems, auquel il a eté fait, y eſt preſque en termes formels. Ainſi tout le volume des Pſeaumes n' eſt point conſtamment de David.*

(c) Acta Eruditorum Menſis Februarii A. 1693. pag. 73.

Præcipuus enim Pſalmorum auctor David *ipſe fuit, eiq; omnes Pſalmi primi & quarti libri ſunt tribuendi; in ſecundo alii principibus Poëtarum, alii Davidi adſcribuntur; tertii quoq; libri auctores ſunt* Aſſaph, Heman *&* Ethan; *ſed quintus Collectio eſt hymnorum a variis conſcriptorum, quorum tamen nomina diſerte non ſemper exprimuntur.* Nulli *vero ante Davidis tempora* ab Adamo, Abrahamo, Melchiſedeco, Moſe, *ut Judæi fingunt, ſunt conſcripti, nec poſt Davidis ævum, ſi Pſalm. 127. excipias, à Salomone, & Pſalm. 137. à Jeremia elaboratum. Quamvis enim in LXX. verſione, cui in rebus, quæ ex traditione innoteſcere poſſunt, plurimum tribuit Auctor, aliorum quoq; virorum mentio fiat in*

in Pſalmorum nonnullorum inſcriptionibus, illiq; Davidi jungantur; non tamen hinc colligere ſtatim licet, illos pro auctoribus ab interpretibus LXX. habitos fuiſſe, cum ideo commemorati forſan fuerint, quia inſtituerunt, ut Pſalmi illi certis quibusdam temporibus a populo canerentur. Quod autem Pſalm. 72. preces Davidis finiri dicuntur, duplicem recipit explicationem, nimirum vel claudi hic ſeriem Pſalmorum Davidicorum in ſecundum librum congeſtorum, vel revera Pſalm. 72. ultimum fuisſe Davidis Carmen, licet non ultimo loco fuerit repoſitum.

(d) Huetius Demonſtrat. Evangelicæ Propropoſ. IV. pag. 330.

Sciamus, errare eos, qui omnes Pſalmos David arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inſcripti ſunt. Verba ſunt Hieronymi ad Cyprianum ſcribentis, & in ejus gratiam Pſalmum cum ſequentibus decem a Moſe ſcriptum eſſe docet. Clariora etiam hæc ex ejusd·m Epiſtola ad Sophronium: Pſalmos omnes eorum teſtamur Auctorum, qui ponuntur in titulis; David ſcilicet, Aſſaph, & Idithun, filiorum Chore, Eman Ezrahitæ, Moyſis, & Salomonis, & reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehendit. Eandem tuetur doctrinam Auctor Synopſeos, quæ Athanaſio tribuitur; eandem & Hilarius. Par eſt ſententia R. Davidis Kimchi, & magnæ Rabbinorum partis. Contrait vero Theodoretus, aliiq; complures, qua Veteres, qua nuperi: iiq; unicum Pſalmorum omnium auctorem Davidem agnoſcunt. Philaſtrius etiam inter Hæreticos locat, qui ſecus ſenſerit. At titubat Auguſtinus, nunc totum Pſalterii opus uni Davidi adſcribens, velut in Libris de civitate Dei; nunc novem ſolum Davidis proprios eſſe ſtatuens reliquos quatuor Cantorum, quos ipſe ad id ſelegerat velut in diſſertatione ad titulum primi Pſalmi. Variæ utrinq; afferuntur rationes, quarum præcipua pars in ſequentibus excutietur.

(e) Ellies Du Pin Bibliotheq. des Auteurs Eccleſiaſt. Diſſert. Prelimin. p. 24.

Quoi que tous les Pſeaumes ſoient appellez communément les Pſeaumes de David, ou plûtôt le Livre des Pſeaumes de David, il eſt certain, comme Saint Jerome le remarque en pluſieurs endroits, qu'ils ne ſont pas tous de lui, aa. & qu'il y en a même qui ont eſté ecrits longs tems aprés ſa mort. C'eſt donc une collection de Cantiques faite par Esdras. Il eſt difficile d'en dire les Auteurs, (bb.) & de diſtinguer ceux, qui ſont de David, d'aves ceux qui ont eſté faits par d'autres. Mais de quelque Auteur qu'ils ſoient, comme remarque judicieuſement Theodoret, il eſt certain, qu'ils ont eſté compoſez par des perſonnes inſpirées de Dieu, & qu'ils ont eſté citez en cette qualite dans l'Ancien & dans le Nouveau Teſtament.

(f) Ibidem in Annotationibus Lit. aa. pag. 43.

Il eſt certain, comme remarque ſaint Jerôme, que les Pſeaumes ne ſont pas tous de David.) S. Jerôme Epiſt. ad Cypr. ſcimus errare eos, qui Pſalmos omnes David arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inſcripti ſunt. Epiſt. ad Sophronium. Pſalmos eorum teſtamur autorum, qui ponuntur in titulis, David ſcilicet, Aſaph, Idithun, filiorum Chore, Eman Eſraitæ, Moyſis, Salomonis, & reliquorum, quos Esdras uno volumine comprehendit. C'eſt auſſi le ſentiment d'Origenes, de ſaint Hilaire, & de l'Auteur de l'Abregé attribué à ſaint Athanaſe: apres eux ſaint Auguſtin, ſur l'expoſition du ſecond Pſeaume, ſemble être de même avis: mais dans ſon Livre des Hereſies, dans l'Hereſie 26. il croit, que l'autre opinion eſt plus probable. Theodoret en doute auſſi, comme il le temoigne dans ſa preface ſur les Pſeaumes. Quelques autres Peres ſemblent avoir eté perſuades, qu'ils eſtoient tous de David. Comme ſaint Chryſoſtome, Euthymius, Caſſiodore, & particulierement Philaſtrius, qui dans l'Hereſie 126. met au nombre des Heretiques ceux qui en douteroient. Il eſt pourtant certain, qu'ils ne ſont pas tous de David; car premierement il y en a, qui portent d'autres noms, comme ſaint Jerôme l'a remarqué; ſecondement, il y en a, qui concernent des choſes arrivées depuis la mort de David, comme le 136. où il eſt parlé des Iſraëlites captifs en Babylone. Il en eſt de même du 64. & du 125.

(bb) Il eſt difficile d'en dire les Auteurs.) Saint Jerôme pretend, que les Pſeaumes ſont de ceux, dont ils portent le nom à la téte, mais cela n'eſt pas certain. On croit, que les cinquante derniers depuis celui, qui porte pour titre du retour d'Aggée, & de Zacharie, ſont de ces Prophetes. L'auteur de l'Abregé attribué à ſaint Athanaſe croit que ſous les Pſeaumes intitulez a David, ſont d'un autre Auteur neanmoins, J. C. cite le cent neuf, Dixit Dominus, qui ſe trouve avoir ce titre, ſous le nom de David, Matth. 22. verſ. 42. Le Pſeaume 136. porte le nom de David & de Jeremie τȣ̃ Δαβὶδ Ἱερεμίȣ, ce qu'il faut apparement entendre ainſi: Pſeaume de Jeremie fait à l'imitation de David. Le Pſeaume 64. porte dans la Vulgate le nom d'Iſaac, & d'Ezechiel: le 70. celui des fils de Zenadab, & des premiers Captifs. Les Juifs font Salomon Auteur du 72. & même de pluſieurs autres. Origenes dit, que le 89. a eſte compoſé par Moyſe, dont il porte le nom, & les Juifs diſent, qu'il le compoſa à l'occaſion de la ſedition, qui arriva parmi le peuple d'Iſraël, au retour de ceux, qu'on avoit envoiez pour découvrir la terre promiſe. Saint Jerome eſt du méme avis. Les dix Pſeaumes ſuivans ſont encore attribuez à Moyſe, non ſeulement par les Juifs, mais auſſi par ſaint Jerôme. Cela ne peut pas etre vrai du 72. où il eſt fait mention de Samuel. Quelques Rabbins attribuent le 92. a Adam. Les Thalmudiſtes en attribuent à pluſieurs anciens Patriarches. Il y a un Pſeaume Grec, qui n'eſt pas du nombre des 150. attribué à Salomon, mais c'eſt l'ouvrage de quelque Helleniſte, qui l'a tiré de David, d'Iſaië, & d'Ezechiel.

---

(7) VII. MACCABÆORUM Libri primi ſcriptor haud ſatis certo conſtat, Hebræum tamen fuiſſe certum eſt, & ex Phraſi, & ex Hieronymi, qui Hebræum ſe legiſſe textum affirmat, teſtimonio. JOHANNEM HIRCANUM, filium Simonis, qui rebus in eo narratis plurimis interfuit, aliquibus etiam præfuit, utpote Sacerdos ſummus, Princeps Populi, ac Propheta, teſte Joſepho Antiqu. Jud. lib. 10. c. 6. per annos multos, probabiliter admodum ſunt qui velint hujuſce libri auctorem; Siquidem ex Fl. Joſepho contra Appionem conſtat, Sacerdotibus imprimis ſummis Hiſtoriæ conſervationem apud Hebræos commendatam fuiſſe. JUDAM Eſſenium tamen alii malunt hoc honore dignari: (vide Serarii præfationem in ſuos ad hoſce libros commentarios, ubi cumprimis in hac quæſtione prolixus eſt.) Ego rem totam in medio relinquo. Librum ipſum

ipſum non parvi feciſſe *Lutherum*, ex præfatione Germanicâ ipſius in eundem apparet.

Vide ſi lubet, quem de Maccabæorum libris inquiſitionem accuratam inſtituiſſe Albericum *Gentilem*, amicum ſuum, nec id male habitum, teſtatur *Mirabilis de Bona Caſa* fictæ Judithæ ſuæ p. 10. Nempe Albericum *Gentilem*, Anglum celebrem illum, qui ad primum librum Maccabæorum diſputationem peculiarem edidit in 8v. Hannoviæ 1604. ubi in præfatione dicit, ſe ſingula hiſtorica, quæ ad eum pertinent, excuſſiſſe diligenter. Interim de auctore vero libri, verbum illic invenias nullum. Hunc librum Maccabæorum, cum ſequente ſecundo, non eſſe ejusdem auctoris, nemo non videt, ex genii ſtylique differentia, notata etiam *Journal des Sçavans*, in recenſione verſionis noviſſimæ Gallicæ, A. 1691. Tom. 19. p. 252. Qui, ut Pontificiam de Canonico ſcripto ſententiam tueatur, addit, hoc non impedire, quominus ejusdem Spiritus, etſi diverſi auctoris habeatur. Quod ſuo loco hic quidem relinquimus. Adde Natalis *Alexandri* ſelecta capita Hiſtor. Eccleſiaſticæ, ætate ſexta, diſſertatione ſeptima. *Vallemont* Tom. 2. lib. XLV. p. 59. Nec attinet hic excerpere vel *Huetium* p. 461. vel Richardum *Simonem* p. 27. nil novi afferentes.

(8) VIII. MACCABÆORUM SECUNDUS una cum reliquis, tanto minoris eidem habetur: & merito. Eum quidem conſtat eſſe tantum Epitomen librorum quinque JASONIS CYRENÆI, ſicut Epitomator ipſe fatetur, cap. 2. v. 24. quē *Honorius* Presbyter Auguſtodunenſis libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis PHILONEM Judæum fuiſſe tradit, probabiliꝰ ſane quam Flavium JOSEPHUM, ex Hieronymi lib. 2. contra Pelagianos *Sixtus Senenſis*, quem in hoc errare fidelis alioquin illius in multis hujus argumenti exſcriptor *Poſſevinus* agnoſcit; deceptum videlicet inde, quod alium lectu dignisſimum ejusdem *Joſephi* librum, ſed abſimilis omnino argumenti, nempe *de rationis imperio in Affectus*, exemplo Martyrum Maccabæorum illuſtrato, quem eo loco laudat *Hieronymus*, poſteris reliquerit.

(9) IX. MACCABÆORUM TERTIUM tamen alio argumento, nempe ſtyli ſimilitudine perſuaſos aliquos, eidem JOSEPHO tribuiſſe, notat *Sixtus Senenſis* Biblioth. ſanctæ lib. 1. p. m. 39. quem vide.

(10) X. MACCABÆORUM etiam QUARTUM ex libro dierum Sacerdotii JOANNIS, cujus in fine primi Maccabæorum libri mentio fit, excerptum memorantem. Hoſce omnes libros Apocryphos eſſe, probat poſt alios *Joh. Gerh.* Exegeſ. l. c. n. 176. p. 179. & n. 230. & ſeqq. p. 238. & ſeqq.

Nec hiſce attinet ſubjicere alia, præter ſupra jam citata. Niſi quod adhuc nondum citatus *Kippingius*, Exercitat. de S. Scriptura XXI. de *libro ſecundo* Maccabæorum agit; & quod civis olim meus Janus *Woverius*, vero nomine Joannes, de Polymathia cap. XVI. p. 125. aliquos *Philoni tertium Maccabæorum* librum adſcribere memorat: nullo tamen de poſteriori auctore addito, ſicuti nec alibi ego inveni quemquam id confirmantem. Sicut alibi quoque non legiſſe memini, quod Leo *Allatius* de Simeonum ſcriptis p. 200. Maccabæorum librum ſecundum *Simeoni Maximo Sacerdoti*, ex Michaele *Medina l. 6. c. 13.* de recta in DEum fide, & ſuo de Apocryphis opere, tribuit. Addit Excellmus Syndicus à *Maſtricht* in margine laudatum jam *Froſſenium* in disquiſit. Biblicis pag. 626. & ſeqq. latè de Maccabæis, & eorum libris agentem.

(11) XI. JUDITH ſive Hiſtoriam, ſive ut in præfatione ſua *Lutherus* haud contemnendis argumentis probare nititur, Fabulam, ELIACHIM ſive JOACHIM eidem Sacerdoti Magno tribuunt *Joſephus* contra Appionem, & *Philo* Judæus, in Chronographia ſua: cui ſupra Librum ESTHER adſcribi notabamus: Apocryphum prolixè probat *Jo. Gerh.* l. c. n. 191. & ſeqq.

De illo miror *Deckherrum* non egiſſe: cum tamen olim à me ſit omiſſa etiam mentio libri, deſuper ex profeſſo editi. Quem tamen in Pſeudonymis poſtea, nomine auctoris ficto, *Mirabilis de Bona Caſa* memoravi, & titulum dedi exſcriptum totum. Unde argumentum libri conſtat ſatis doctè elaborati. Eam Juditham, fabulam, cum *Luthero*, *Brentius* exiſtimat, fol. 11. Argumenti in Eſtheræ commentarium, utut ſit, mali exempli, & offendiculi plenam: vide *Bailium* Dictionaire Hiſtorique & Critique voce Judith p. 186. C. Quæ omnia miror, ſicco pede tranſire, ac indefenſos Monarchomachos Jeſuitas & Pontificios alios plane deſerere *Huetium* hic, qui ex Hebræorum canone ſegregatum hunc librum, ſcribit in Eccleſiæ Chriſti canonem receptum; abſone ſatis, & ſine ulla facta defenſione. Nec verba ejus adductu putamus hic neceſſaria: nec *Ellies du Pin*, quæ nil afferunt de auctore, niſi jam nobis memorata.

De libri *Danielis* ſupplementis, *Azariæ orationem*, *hymnum pucrorum*, & *Suſannæ*, ac *Belis narrationem* quomodo nonnulli *Habacuc* alicui *Levitæ* tribuant, v. *Deckherrum* (a) p. 33. & illi citatos. Addique poterunt ultimi Judicii de iis *du Pin*, p. 26. b. verba excerpta (b) cum pauca parte (c) ex multis hic omittendis *annotationibus Pineo* additis (nn) p. 44. b. poſt quem nil attinet addere excerpta *Huetii*, de iis agentis p. m. 411.

(a) *Deckherrus de Scriptis Adeſpotis p. 33. & 34.*

Supplementa Libri Danielis, *quæ ſunt*, Oratio Hazariæ, Hymnus trium puerorum, Hiſtoria Suſannæ *&* Belis narratio; *prorſus* non eſſe *Prophetæ* Danielis *de tribu Juda; ſed partem alicujus Hiſtoriæ, quam de* alio *quodam* Daniele Sacerdote *filio Abdæ ſcripſit* Habacuc *filius Judæ, de tribu Levi, vel ex Julii* Africani *ſententia,* Græci alicujus Scriptoris *commentum; probat* Sixtus Senenſ. *lib. 1. Bibl. ſect. 2. p. 22.* Gerhard. *Confeſſ. Cathol. d. l. pag. 44. 45. Et ſic tamen præ aliis cœleſtis ſpiritus ſcriptis, procul ablegatis, ut dictum, hi errones in jus Civitatis Bibliothecæ Biblicæ, vel intruſerunt ſe, vel intruſi fuere, magno incommodo & nullo merito.*

(b) *Ellies Du Pin Biblioth. des Auteurs* Eccleſiaſt. Differt. Prelim. p. 26.

Le premier chapitre & le ſecond, juſqu' au quatriéme

triéme verſet, ſont écrits en hebreu, les ſuivans , jusqu' au huitieme, en Chaldaique, à l exception du Cantique des Enfans, *dans la fournaiſe, qui n' eſt qu' en Grec, l' Original des ſuivans eſt Hebreu, les deux derniers ne ſont que dans les exemplaires Grecs.*

(c) Ibidem in Annotationibus, (nn) p. 44.

L' on a *fort douté de la verité* , & de l' antiquité des deux derniers chapitres, qui contiennent l' Hiſtoire de Suſanne, & de Bel. Africanus, Euſebe, Apollinaire *ont* rejetté *ces narrations ; comme eſtant* fabuleuſes, *& Ils ont ſoutenu , qu' elles n' eſtoient* point de Daniel, *mais qu' elles faiſoient partie de la Prophetie* d Habacuc. *Saint* Jerôme *ſemble être de cét avis , dans la Preface ſur Daniel.* Origenes *à défendu la verité de cette Hiſtoire , ſans pourtant aſſurer, qu' elle fût Canonique.* L' Auteur du livre des choſes merveilleuſes de l' Ecriture, *attribué à ſaint* Auguſtin *tom. 3. liv. 2. Chap. 32. ne parle point de l' Hiſtoire* de Bel. Theodoret, *expliquant Daniel, ne dit pas un mot de ces Hiſtoires.* Nicephore *met l' Hiſtoire* de Suſanne *entre les Livres apocryphes L' action de Suſanne eſt rapportée , & loüée par* Saint Clement, *au livre 4. des Stromates; par* Tertullien, *au livre de la Couronne, chap. 4. par Saint* Cyprien *Ep. 4. par Saint* Auguſtin, *au Sermon 118. & en pluſieurs autres endroits; par Saint* Baſile, *liv. 3. du Saint Eſprit, Chap. 7. par Saint* Ambroiſe, *au Liv. 2. — — du ſaint Eſprit; par* S. Chryſoſtome, *dans une Homilie , qui eſt au Tome 5. par Saint* Gregoire de Nazianze, *dans l' Oraiſon 29. par* Avitus, *dans l' Epitre à ſa ſoeur; par Saint* Fulgence, *dans ſes réſponſes à Ferrand; & par* Bede. *L' auteur de l'* abregé *attribué* à S. Athanaſe, *&* Ruffin, *ſemblent les reconnoitre pour un livre Canonique, auſſi-bien que Saint* Ambroiſe, *&* Sulpice Severe. *Voici les objections, qu' on fait contre cette Hiſtoire.*

Sed ad N. T. jam accedamus, ubi

(12) XII. ACTA APOSTOLORUM prima ſe nobis *αὐτόγραφα* offerunt: ſed quæ ex præfatione, ſtyloque, & argumento ſcriptionis, adeo conſtanter ipſi LUCÆ EVANGELISTÆ hactenus unanimi conſenſu tribuit Eccleſia, nec niſi indocti & imperiti in dubium, *Eraſmo* teſte, revocarunt, ut hoc ipſum nobis multarum inſcriptionum vicem explere poſſit.

Quin & inſcriptio editionis Græcæ cum notis Joſephi *Scaligeri* in 4to majuſculo 1620. editæ, expreſſè, neſcio quorum fido MSCtorum, an verò ipſius textus, *(initio facto verborum,)* auctoritate, habet additum titulo τοῦ ἁγίου λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Idem tamen, ac ſi dubium eſſet, copioſè probant Commentatores aliqui. Ex quibus vide Cornelium *à Lapide* ubique prolixum, in prolegomenis ad Acta; *Sanctium ; Lorinum ; Brentium. Lutherus*, ut *Lucæ* allegat, in gloſſa marginali ad Amos. V. 26. Adde ſi lubet Guilielm. Cave, Hiſtor. Eccleſiaſticorum Scriptorum Litterariæ p. 11. b. Proditam Lucæ modeſtiam, ſilentio nominis ſui hoc loco, & alia quacunque occaſione, ubi memorare poterat illud, & aliàs ad Hiſtoriæ plenitudinem debebat, vide laudantem P. J. *Gisbertum* S. J. in Diſſertationibus Academicis Toloſanis, quas recenſet *Journal des Sçav.* 1690. T. III. p. m. 48. Singularis eſt opinio Auctoris *Synopſeos Athanaſianæ*, vel Athanaſii putatæ, quod *D. Petrus* concionatus ſit Acta, *Lucas* vero in ſcripta redegerit, improbata Richardo *Simon.* Hiſt. Critique du Nouv. Teſt. c. XIV. p. 153. neque pigebit pariter conſummatiſſimi olim Theologi, B. *Dorſchei*, editam nuper Libernickelii impenſis cum Commentario in IV. Evang. Chronotaxin Actorum Apoſt. percurriſſe.

---

(13) XIII. EPISTOLA ad HEBRÆOS plus controverſiarum excitavit: aliis eandem Apoſtolo PAULO aſſerentibus, abjudicantibus aliis, tanto inter Theologos ſummos diſſenſu, ut ſi quis poſt multas multorum hac de re Diſputationes perlectas, idem adhuc dicat, quod Conſiliariis ſuis Terentianus Demipho: *Feciſtis probè. Incertior ſum multò quam dudum*, non videri debeat nimis mirum. Quandoquidem nec ipſi *Luthero* de Auctore vero conſtitiſſe quidquam, ex ipſius in hanc Epiſtolam præfatione palam ſit: quem tamen aliis perquam multis audacter hic planè definientibus perſpicaciorem fuiſſe prorſus arbitror. *Eraſmus* etiam non dubitat modo, num Apoſtolus ejus Epiſtolæ ſit Auctor, annot. in Luc. 22. v. 10. pag. 208 & ad ipſam Epiſtolam p. 707. 712. 223. ſed multis argumentis conjici poſſe, non eſſe Pauli, cum ſtylo Rhetorico verius quam Apoſtolico ſcripta ſit, diſertè profitetur, in dedicatione *Paraphraſeos* ſuæ in Jacobi Epiſtolam p. m. 796. Imo hoc ipſum evincere ſatagit magno conatu, ſub finem annotationum ſuarum in eandem Epiſtolam: ubi ſanè operæ pretium eſt, ipſum legere p. m. 735. 736. adde ejusdem p. 726. & 733. Antiquiorum ſententiam ſi quæras, Patres ipſi non minus hic ſibi conſtant. *Athanaſius* equidem de SS. Trinitate p. m. 11. edit. Plantin. in 8. expresſis verbis ait. Ἀφ᾽ οὗ κατηγγέλη τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ, Παύλου εἶναι, ἐπεπιστεύθη ἡ ἐπιστολή, id eſt: *Ex quo prædicatum fuit Evangelium Chriſti, Pauli eſſe credita eſt hæc Epiſtola.* Sed de ejus Operibus, vide in *Pſeudonymis. Hieronymus* autem in Catalogo Virorum illuſtrium ſic habet. *Epiſtola quæ fertur ad Hebræos, usq; hodie non eſſe Pauli creditur, propter ſtyli ſermonisq; diſtantiam, ſed vel* BARNABÆ *juxta* Tertullianum, (de pudicitia c. 20.) *vel* LUCÆ *Evangeliſtæ, juxta quosdam, etiam* CLEMENTIS *Romanæ poſtea Eccleſiæ Epiſcopi &c.* Hactenus *Hieronymus*, ubi de Paulo agit p. m. 95. Idem verò poſtea cum de Clemente diſſerit, ad rem propius etiam accedere videtur p. m. 83. *Scripſit ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthiorum valdè utilem Epiſtolam, quæ & in nonnullis locis publicè legitur, quæ mihi videtur Characteri Epiſtolæ quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur convenire, ſed & multis de eadem Epiſtola non ſolum ſenſibus, ſed juxta verborum quoq; ordinem utitur , omninò grandis in utraq; ſimilitudo eſt.* Hæc *Hieronymus* iterum. *Quibus ſanè verbis ſatis indicat, eam Epiſtolam videri Clementis, etiamſi propter contentioſos non audet palam fateri*, ait *Eraſmus* in notis ad hunc locum pag. m. 164. Qui nec ipſe quod cum illo ſentiat, ſatis occultat. Utpote qui loco citato p. m. 736. laudans ſententiam *Hieronymi* , nec *Lucæ* ſtylo ejusdem ſtylum congruere: nec Hebræa callenti convenire eam, ibidem aſſerit: tum expreſſè p. 724. ab eo qui neſciverit Hebræa, profectam contendit, inde quod vocum Hebræarum ערוה & ברית ſignifi-

ſignificatus haud ſatis diſtinxerit. Sed hoc ita refutat *Jo. Gerh.* n. 277. ut in hoc ſanè non tam facilè conſentiam Viro alias Magno. Sunt a quibus Apollo in ſuſcipionem hic adducatur: ſed recentiores. *Lutherus* nempe in Gen. c. 48. & *Oſiander* in præfat. hujus Epiſtolæ. Neque Doctores Eccleſiæ antiquæ ſolos, ſed ipſam Eccleſiam Latinam integram, in hac Epiſtola recipienda pro *Paulina*, imò pro Canonica, fuiſſe Græcæ contrariam temporibus adhuc Hieronymi, liquet ex locis Patrum plurimis, exſcriptis inibi apud *Eraſmum*, & accuratius etiam apud *Jo. Gerh.* Exegeſ. loc. 1. de S. S. c. 10. nec non apud *Sixtum Senenſem* Bibliothecæ ſanctæ l. 1. p. 31. & l. 7. p. 758. & ſeqq. & *Bellarminum* de verb. Dei lib. 1. c. 17. tum etiam *Conr. Hornejum* de ſacris ſcripturis diſp. 2. theſ. 9. p. m. 125. Ubi non obſtantibus cunctis in contrarium allatis, eandem nihilominus *Apoſtolo* aſſerere laborat, unà cum *Joh. Gerhardo* aliisque, ac inter eos etiam *Petro Palladio*; Iſagoges pag. 315. 316. Qui nodum cap. 2. v. 3. peculiari modo reſolvit, ex emphaſi proprietatis in Voce Græca ἐβεβαιώθη, qua non primam revelationis ac fidei communicationem, quæ ſanè divinitus ipſi contigerat & immediatè; ſed ejusdem confirmationem per Ananiam & Apoſtolos alios, prædicatione miraculisque factam, tum ſuis tum ipſorum, denotari ſit putandum. Denique non omittendum duxi, piæ memoriæ Dominum *Joannem Mollerum* Paſtorem & Seniorem noſtratem, in eadem eſſe ſententia, quod *Paulina* ſit hæc Epiſtola, Atheiſmi devicti paulo ante mortem vernacula lingua editi part. 1. c. 4. verſic. 14. p. m. 161. Neque non poſſum etiam verbo hic memorare, ſedulam ſpinoſiſſimarum contra hujus Epiſtolæ Auctorem & auctoritatem factarum, à *Georgio Enjedino* objectionum refutationem, quæ legitur in Prolegomenis *Joh. Coccei* ad Commentarios in hanc Epiſtolam. Ad me quod attinet, cum levis omninò, imò nullius ponderis poſt Theologos tantos ſim futurus acceſſio, cuicunque etiam parti me jungam, puto mihi longè magis quam Theologo *Eraſmo* integrum eſſe dicere: *Equidem non interponam hoc loco meam ſententiam*; Imprimis cum qui vel maxime hic frontibus adverſis, quod dicitur, pugnant, uno tamen ore omnes in hoc conveniant, ſummi pretii, lectioneque Chriſtianorum omnium eſſe dignisſimam Epiſtolam. *Certè cujuscunq; eſt, multis nominibus digna eſt, quæ legatur à Chriſtiano; Et ut à ſtylo Pauli quod adphraſin attinet, longè latèq; diſcrepat, ita ad ſpiritum pectusq; Paulinum vehementer accedit*, inquit *Eraſmus* l. c. p. m. 735. *Hieronymus* etiam in Epiſtola Dardano ſcripta ſic habet. *Epiſtola, quæ inſcribitur ad Hebræos, non ſolum ab Eccleſiis Orientis, ſed omnibus Græci ſermonis ſcriptoribus quaſi Pauli Apoſtoli recipitur, licet pleriq; eam vel* Barnabæ *vel* Clementis *arbitrentur. Verum nihil intereſt cujus ſit, cum ſit Eccleſiaſtici Viri, & quotidie Eccleſiarum lectione celebretur. Quod ſi eam Latinorum conſuetudo non recipit, nec Græcorum quidem Eccleſiæ Johannis Apocalypſin eadem libertate recipiunt, & tamen nos utrumq; ſuſcipimus, nequaquam hujus temporis conſuetudinem, ſed veterum ſcriptorum auctoritatem ſequentes, qui plerumq; ejus utuntur teſtimoniis, non ut interdum de Apocryphis ſolent, ſed quaſi Eccleſiaſticis & Canonicis.* Quinimo vel ipſimet illi, qui Apocryphis hanc Epiſtolam accenſent, quales ſunt pauciores longè iis, qui Canonicis annumerant, eandem tamen alte ſupra dignitatem reliquorum Apocryphorum ſcriptorum evehunt, ut parum abſit, quin ſui dogmatis contemptores ipſi videantur atque contradictores. Inter quos *Jacobus Reineccius*, poſtquam Apocryphis eandem accenſuiſſet, Armaturæ Theologicæ Tom. 1. c. 15. p. m. 63. iterum quæſtioni huic, *Epiſtolam ad Hebræos ſcriptam Apocryphis quoque libris adſciſcendam arbitrare?* ita reſpondet. *Epiſtolam hanc admodum inſignem eſſe & in noſtris Eccleſiis ad dogmatum confirmationem adhiberi, dilucidum eſt. Nos profectò plus ei aſſignamus fidei, certitudinis, & auctoritatis, quam reliquis Apocryphis. Quid? parem cum Canonicis ſcriptis auctoritatem propè habet.* Nos itaque potius obſervare, inque uſus vitæ vertere præclarum hoc ſcriptum, quam de illius auctore controvertere diutius, laborabimus. Atque utinam aliqui eorum hoc præ illo non maluiſſent, & vel unicum illud ex ejus cap. 3. v. 1. monitum φιλαδελφία μενέτω, *Fraterna Charitas maneat*, obſervaſſent curioſius, quam auctorem ejuſce dicti quæſiviſſent, quem eſſe SPIRITUM SANCTUM non neſciebant, fortaſſe minori cum invidia & acerbitate libertatem ſentiendi etiam hac in parte fratribus denegaſſent.

De hujus Epiſtolæ auctore v. num. 2214. & quam *peculiarem Diſſertationem* A. 1658. ſcripſit celeberrimus Fridericus *Spanhemius* SS. Theologiæ Profeſſor Genevæ, ac dein Lugduni Batavorum agens olim, uti memorat *Freherus* Theatri ſui virorum illuſtrium p. 454. a. ubi *Paulo* eam adſcribit fuſè; Cum dudum ante eum in Scripturis verſatisſimus Joh. *Piſcator* idem, item ſententiarum & phraſium identitatem, probaſſet in Scholiis & analyſi Latina ad iſtam Epiſtolam, ut docet *Margo Maſtrichtianus*, ſubjungens *Froſſenium*, in Disquiſ. Bibl. à pag. 718. Eadem de re breviorem contra *Cajetanum* Diſſertationem habuit Ambroſius *Catharinus*, quam commendat in litteris 1676. m. Decembr. amicisſimus ſenex, & doctisſimus, inque hoc, de ſacris & Eccleſiaſticis hiſtoriis argumento, celebratisſimus, Guil. *Cave.* Pro *Paulo* etiam eſt nuperrimus in eam Commentator Sebaſt. *Schmidt*; Et olim jam fuerunt alii valde multi, quos nil opus hic enumerare. Niſi quod *Margo Diecmannus* commendat *Cloppenburg.* ſchol. ſacrif. p. 165. ſ. Joh. *Hoornbeck* Socinianiſm. confut. T. 1. p. 24. ſſ. *Gomarum* Oper. Theol. Part. 2. p. 285. ſſ. De cauſa, cur Paulus eam ἀνώνυμον extare voluerit, *Salmaſio* cum *Heinſio* lis intercesſit. Adi ſis illum *Funere* ling. Helleniſt. p. 37. ſſ. Quod ſi ea, quæ laudati Auctores pro Paulo Epiſtolæ ad Hebr. ſcriptore diſceptant, Tanaquillo *Fabro* perſpecta fuiſſent, non ille certè Auctorem hujus Epiſtolæ adhuc fruſtra quæſitum eſſe Epiſtolar. l. 2. Ep. 14. audenter aſſeruisſet. Hucusque Venerandus Præſul *Diecmannus*. Vide quoque ſi lubet, Melch. *Canum* 2. locor. XI. pag. 76. fin. Quem allegatum habet Excellentiſſimus Syndicus von *Maſtricht* in Symbola. Porro *Hornejum* Diſp. de S. Scriptura §. LIX. *Wolſeley* Reaſonableneſſ of Chriſtian Religion p. 309. *Flacium* Clavis Scripturæ part. 2. T. V. p. 516. & ſeqq.

ſeqq. multis: addens tamen; *aut coævo illi & magno in Eccleſia viro.* Hiſce, cui lubet, addet citatos etiam Georg. Henr. *Gœzio* Diſſ. W. 1688. habita de ſuppoſititiis ac deperditis Pauli ſcriptis §. 3. annot. 5. De rationibus autem omiſſi nominis Paulini, prolixè conſtat ex *Hieronymo* lib. de Scriptor. Eccl. in Paulo. *Clemente Alexandrino* apud *Euſeb.* l. 6. Hiſt. Eccleſ. c. 18. Jo. *Chryſoſtomo*, homil. 61. tom. 5. edit. Gr. S. *Auguſtino* expoſit. inchoat. Epiſt. ad Rom. Fr. *Sixto* Senenſ. Bibl. Sanct. l. 4. tr. de falſa libr. inſcr. p. 321. col. 1. *Raynaudo* erot. 19. n. 406. p. 237. v. Anon. *Jugements des Scavans* Tom. 1. c. 12. p. 476. 477. *Apollo* quod auctor Epiſtolæ illius præ *Paulo* Apoſtolo, magis approbatur *Luthero*, ſupra dictum in jam olim datis: cujus locus extat Tomo Op. IX. f. 1475. b. editionis Sagittarianæ. *Clementi* magis favet Fautor & Amicus meus inſignis & Ampliſſimus Syndicus Bremenſis Reip. in Eccleſiaſtica Juris hiſtoria ſua doctiſſimè ſcripta p. 84. §. 108 Eum alii interpretem ſolum faciunt. De quo, priori editione quod nil à me tactum, miratur, vexata cum ſit tot aliis probè quæſtio, & hic idcirco repetenda, quia ſic judicat Amicus meus antiquus, & ſingularis etiam doctrinæ, ſummeque Reverendus SS. Theologiæ Doctor & PP. Laurentius *Normannus*; notans ſimul de Græco interprete, qui *Theodoro* Lectori lib. II. * *Barnabas*, aliis *Lucas*, aut *Clemens* eſt. *Whitack.* de Script. Eccl. II. V. *Id ex hiſce Theodori verbis vix elicueris:* Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον, κερατέαν ἔχον ἐπὶ στήθους, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον τοῦ Βαρνάβα. Quæ ipſe totidem verbis alleganda adſcripſit. Unde juvat hic adjicere locum Rich. *Simonis* (a) Hiſt. Critique du Nouveau Teſtam. Cap. XVI. pag. 173. & c. XXXIV. p. 492. 541. &c. Cui addat qui velit *Huetium*, Demonſtr. Evang. prop. 1. § XI. p. 20. 21. editionis in folio, quæ in 8. Batavæ eſt p. 34. Poſt quem vix indigebit loco *du Pin.* p. 67. *cum annotatis* illi (q) p. 70. quæ proin omittimus. Nec ea, quæ prolixè admodum adducit *Kippingius* Exercitat. de S. Script. XVIII. excerpere ſuſtinemus; aut alia. Niſi tamen & forte quis, juxta cum allegata antea *Dorſchei* Chronotaxi, p. 1277. velit præterea legere excerpta referentium aliqua in *Bibliotheque Univerſelle*, (b) *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans*, (c) & *Novis Reip. litterariæ.* (d) Illa, ut breviora, loco auctarii adjecta exhibemus, claudentes hæcce loco *Gerhardi*, ex Harmonia de Paſſione c. 8. p. 364. approbato *Glaſſio* Philol. Sacræ p. 158. *Quaſi magni interſit, ſecundarium & intermedium auctorem ſcire, cum de primario & principali auctore, Spiritu ſcilicet Sancto, conſtet.*

(a) *Richard.* Simon Hiſtoire Critique du Nouveau Teſt. *C. XVI. p. 173.*

Mais, comme ils ont ſuppoſé, qu' il l' a écrite en Ebreu, *ils ne conviennent point* de l' Interprete. *Les uns, dit* Euſebe, *pretendent, qu' elle a eſté traduite par* St. Luc, *& d'autres, par* Saint Clement. *Il âpuye ce dernier ſentiment ſur le ſtile de cette Epiſtre, qui approche fort de celuy de St. Clement.* Clement d' Alexandrie *prouve au contraire par cette reſſemblance de ſtile, que l' Epitre* aux Ebreux, *qu' il aſſure eſtre de St. Paul, a été traduite par* St. Luc.

Origene, *qui a écrit des Homilies ſur l' Epitre aux Ebreux, a cru, que pour ce, qui regardoit les choſes, elles ſont de* St. Paul, *mais que les expreſſions ſont trop nobles & trop elegantes; pour être de Saint Paul, qui ecrivoit d' une maniere trés ſimple. Ce ſcavant Critique n' attribue pas cette diverſité de ſtile au Traducteur, mais à celuy, qui a mis par écrit les penſées de Saint Paul. Je croy, dit* Origene, *que les penſées ſont de cet Apôtre, mais que la diction eſt d' un autre, qui a recueillie les penſées de ſon Maitre, pour les mettre par écrit. Ce qu' il ajoute neanmoins en ce meme endroit, fait connoître; que des ſon temps il y avoit quelques Egliſes, qui en attribuoient point à St. Paul l' Epiſtre aux Ebreux; & il juge même, qu' on ne pouvoit* rien aſſurer de bien certain, *touchant celuy, qui l' avoit écrite.*

(b) Bibliotheque Univerſelle, *Tom. XII. p. 439. Les Peres Grecs ont crû, que l' Epitre aux Hebreux avoit été conçûe en Hebreu par* S. Paul, *& qu' elle avoit été traduite en Grec par quelque autre, qui écrivoit mieux en cette langue, que S. Paul. Les uns croioient, que c' étoit S.* Clement; *& d' autres S.* Luc, *qui l' avoit traduite. On a encore quelques MS. Grecs Latins, ou cette Epître ſe trouve apres tous les livres du nouveau Teſtament. Tertullien la cite ſous le nom de* Barnabé, *& S.* Cyprien *n' en fait aucune mention.*

(c) Hiſtoire des Ouvr. des Sçavans, *Sept. 1691. p. 35. Il' y en a meme une preuve de Critique: c' eſt que les Grecs, excepté les Ariens tenoient, que* l' Epitre aux Hebreux *etoit de S. Paul, & pluſieurs Egliſes Latines doutoient, qu' elle fut Canonique. Or dans ce Manuſcrit elle a eté transportée à la fin, & miſe ſeparement, & elle n' eſt point dans le Catalogue des livres Canoniques.*

(d) Nouvelles de la Rep. des Lettres *Fevr. 1689. p. 171. Il ne met pas l' Epiſtre* aux Hebreux *parmy celles de cet Apoſtre, (S. Paul) par ce qu' une infinité de gens ont douté, qu' elle fût de luy.*

Ib. Mars p. 247. *Ce qui occupe le plus, c' eſt la queſtion celebre, de l' Auteur de celle, qui eſt ecrite* aux Hebreux. *Le P.* Simon *temoigne, qu' il n' auroit pas de peine, à croire avec* Origene, *qu' elle a eſté compoſée en Grec par quelqu' un* des Scribes *où interpretes de S. Paul, à qui toute l' Antiquité, dit-il, l' a attribüée, à cauſe de la grandeur des penſées, auxquelles on a donné un certain tour, qui ne peut eſtre que d'un* Sçavant Juif *de la Secte des* Phariſiens. *Si l' on ſçavoit preciſement, aux quels Hebreux elle a eſté addreſſée, on jugeroit, à ſon avis, plus facilement de la langue, dans laquelle elle a été écrite.*

Lector

Lector erudite ac candide!

EXhibuimus Tibi hactenus Scripti Placciani Caput I. integrum, ut erat in exemplo veteri, ſed Additionibus & Supplementis ab ipſo Auctore ita, ut vides, inſtructum. Poſt illud nunc damus etiam reliqva primæ editionis Capita, cum Appendice eorum, integra itidem, & nihil immutata, idqve de conſilio Auctoris: qvi ut erat Vir optimus, & circumſpectè agens, quæ agebat, bonâ fide & hîc agere decreverat, ne aut turbarentur forte eorum circuli, qvi libello antehac familiariter uſi eſſent, aut Numeri dudum, & ante Capitis I. interpolationem, collectarum Additionum & Supplementorum, qvorum infra ſub Numer. (618) initium eſt, luxandi & retractandi eſſent cum tædio: ut taceamus Allegationum ac Remiſſionum in Additionibus per novos earundem Numeros ultro citroqve factarum metuendam inde & fœdam corruptionem, qvam qvidem hoc pacto feliciter evitamus, ſicut & hiatum â num. XIV. p. 9. (nunc (14) XIV. ductu Additionum hoc modo inſignitarum, qvod obiter monemus;) ad num. D C XVII. pag. 132. exempli veteris (nunc (617) D C XVII.) aliàs fœdiſſimè committendum. Numeros iſtos paginarum editionis primæ, à 9. ad 132. non ſine ratione, & in multorum, qvod credimus, gratiam, ad marginem retulimus. Cæterum libellus parvus eſt, adeoqve, ut erat mens B. Auctoris, modico ſumptu hic iterum in lucem producendus. Neqve te pœnitere velimus, repeti, qvæ hic leguntur, in Additionibus, Textus qvaſi, qvem vocamus, loco: ſicut nec nos laboris aut chartæ, nec, ut Tibi, qvantum licet, rectè inſerviamus, unqvàm pœnitebit. Vale!

Hamburgi, d. 7. Septembr. 1706.

CAPUT II.

De Scriptis Anonymis Theologicis, & Theologicorum nomine venditatis, Matæologicis vel Atheologicis.

(14) XIV.

9 DE ÆTATIBUS ECCLESIÆ libellum Anonymum, *contra primatum & ſuperioritatem Papæ Romani*, exhibet in Monarchiæ Imperii Tomo I. pag. 25. & ſeqq. *Melchior Goldaſtus*, in quo ſtatus Eccleſiæ per ætates quaſi humanas diviſus, fermè hiſtorica ſerie ex Patribus aliisque Scriptoribus Eccleſiaſticis narratur, unde propemodum Hiſtoricis illud annumeraſſem, niſi eodem Pſeudotheologiæ totius Pontificiæ, de Romanæ Eccleſiæ Papatusque principatu principium, novitatis ac inſolentiæ convinceretur. Illud ſcriptum F. BONAGRATIAM Bergamenſem compoſuiſſe, conjecturam, neſcio num ſatis firmam affert idem *Goldaſtus*, in Diſſertatione de auctoribus à ſe exhibitis, huic Tomo præfixa.

(15) XV. DE AMORIS DEI & CONTRITIONIS ACTU Latinè Flandriceque libellum anonymum edidit Jeſuita Belga JODOCUS ANDRIES, Mechlin. 1626. docente *Philippo Alegambe*, in Bibliotheca ſcriptorum ſocietatis Jeſu p. 280. Liber idem ſub titulo quoque *Duæ Claves cœli* editus perhibetur.

(16) XVI. Meditatio de ANGELIS, *Aloyſii* GONZAGÆ Jeſuitæ beatificati à Paulo V. ſcriptis anonymis accenſetur ab *Alegambe* pag. 15. quem vide pluribus de hoc ſcriptore agentem.

(17) XVII. ANNULUS ÆTERNITATIS tum in Libellulo, tum in exporrecta Charta, Latinè, Gallicè, Flandriceque, Gandavi 1621. duodecies repetito prælo excuſus, memoratur ab eodem *Alegambe* pag. 280. inter libros modo nominati Jodoci ANDRIES Jeſuitæ Belgæ.

(18) XVIII. ANTIROSARIUM contra Jeſuitam quendam Moguntinum (perſona *Godofredi Driellii* tectum. de quo vide in *Pſeudonymis* infra) latinè editum *Bartholomæo* PITISCO tribuit *Melchior Adami* in vita ejusdem, pag. m. 840. De Vitis Theologorum Germanorum. Ipſe Liber Heidelbergæ in 8. A. 1586. prodiit ſub hoc titulo: *Antiroſarium ſeu Refutatio Theſium Gothofredi* DRIELLII *Nœromagi.* Memorat idem *Melchior Adami* loco citato etiam alia hujuſce PITISCI,
10 ſed quæ neque videre mihi contigit, neque apud *Draudium* inveniuntur, qui tamen præter alia Melchiori quoque nominata, Ideam concionum in Pſalmos, hujus auctoris commemorat; unde ambigo de aliquibus, an ea prodierint *αἰωνύμως*; de quibus autem hoc conſtat, de iis ſuo loco tractabitur.

(19) XIX. DE APIBUS MYSTICIS opus, quod *Borium univerſale* inſcribitur, editum 1597. 1607. & 1627. Duaci, cum *Georgii Colvenerii* notis, THOMÆ CANTIPRATENSIS *Brabantini*, deque officio Prælatorum, aliorumque Chriſtianorum ad imitationem Apum agit, anonymum primo prodiiſſe, conſtat ex illius initio, quod tale eſt: *Reverendo in Chriſto Fratri Hamberto, Magiſtro ordinis Prædicatorum, Frater humilis, quem ad præſens non urget neceſſitas nominari.* vid. V. C. *Jacob. Thomaſium de Plagio litterario* §. 189. ubi de Monachorum illius ævi more ſcribendi *αἰωνύμως*, univerſaliter aliqua confirmat. De *Thoma Cantipratenſi* v. plura infra *in Hiſtoricis & Philoſophicis anonymis.* c. 5. & 6. ubi citatis adde *Olearii Abacum Patrum.* p. 455.

(20) XX. VERSIO LATINA BIBLIORUM vulgo *vulgata* dicta, quantopere laborent Pontificiorum plerique, ut credatur eſſe *S. HIERONYMI*, tamen id perſuaderi ſibi doctiſſimorum Theologorum aliquam multi non patiuntur. Vide hac de re notas *Eraſmi* in Teſtamentum novum paſſim. Imprimis autem *Jo. Gerard.* Exegeſi loc. 1. de S. Scriptura c. 23. ſect. 5. n. 512. *Janus Wowerius* Syntagmatis peculiaris de Græca latinaque Bibliorum verſione cap. finali, non totam ſed partem verſionis Hieronymianam probare conatur, quem vide, cum Theologorum plurimis, ab utraque parte controverſiam hanc magno cum fervore agitantibus, quorum partem enumerat aliquam *Draudius* Bibliothecæ Claſſicæ pag. m. 43. Nobis non libet hanc, tantopere tanta cum animorum contentione agitatam aliis controverſiam, hoc loco noſtram facere.

(21) XXI. BIVIUM RELIGIONIS 1635. auctore nullo proditum, aſſeritur Gregorio FABRO Jeſuitæ, ab *Alegambe* p. 164.

(22) XXII. P. SIXTI V. BRUTUM FULMEN *in Henricum ſereniſſimum Regem Navarræ, & in Henricum Borbonium, Principem olim Condæum, evibratum, cujus multiplex Nullitas ex Proteſtatione patet. Cui præter alia ſubjuncta eſt Diſputatio Roberti Bellarmini Soc. I. de primatu Epiſcop. Romani & ad eam reſponſio, item Alciati, Cujacii & Hotomanni conjecturæ de falſitate l. inter claras 8. C. de ſumm. Trinit.* 11
Liber abſque Auctoris, Loci vel Impreſſoris aut Anni nomine in 8. excuſus, egregiè Papalem Tyrannidem & ſuperſtitionem ob oculos ponens, à *Goldaſto* Tom. 3. Monarchiæ Imperii Romani pag. 68. Anno 1586. editus, Fr. HOTOMANNUM, JCum celeberrimum, auctorem habere memoratur, qui propterea tantam apud Pontificios iniit gratiam, ut in prima claſſe prohibita ſint omnia ipſius ſcripta, in Expurgatoriis ipſorum Indicibus.

(23) XXIII. CATECHISMUS *pro inſtituendis rudibus præſertim Æthiopibus ad Baptiſmum*, inter anonyma ſcripta refertur, & Hiſpano Jeſuitæ DIDACO RUIZ DE MONTOYA tribuitur ab *Alegambe* p. 94.

(24)

(24) XXIV. PRAXIS CATECHISMI ROMANI & *Doctrinæ Christianæ.* Madriti 1640. in 4. præfixis loco nominis Auctoris ſolummodo literis J.E.N. excuſa, JOANNIS EUSEBII NIEREMBERGII Jeſuitæ Hiſpani eſſe, memoratur ab eodem *Alegambe* p. 238.

(25) XXV. DUÆ CLAVES COELI, variis linguis editus liber Pontificius, *de amoris divini contritionisq; actu*, eſt JODOCI ANDRIES Jeſuitæ. v. ſupra n. 15. ex *Alegambe* p. 280.

(26) XXVI. CONCORDIA *pia, & unanimi conſenſu repetita Confeſſio fidei & doctrinæ Electorum, Principum & ordinum Imperii, atq; eorundem Theologorum, qui Auguſtanam Confeſſionem complectuntur*, potius inter Polyonymos quam Anonymos libros poni deberet. Quamvis enim præcipua in eo conſcribendo navata opera ſit à convocatis ad hoc ab Electore Saxoniæ Auguſto Torgæ ſummis Theologorum: nominatim *Jacobo* ANDREÆ, *Martino* CHEMNITIO, *Andrea* MUSCULO, *Davide* CHYTRÆO, *Nicolao* SELNECCERO & *Chriſtophoro* CORNERO, quorum omnium, excepto ſolo Muſculo, vitas vide enarratas à *Melchiore Adami*, (qui in vita Jacobi Andreæ imprimis fuſè occaſionem hiſtoricam, & ſucceſſum conditi hujuſce ſcripti recenſet) attamen priusquam imprimeretur Liber ille Anno 1580. ſubſcriptus eſt à tribus Electoribus S. Romani Imperii: à Principibus XXI. Comitibus XXII. Baronibus IV. Civitatibus liberis XXXV. Interque eas Patria mea. Miniſtris Eccleſiæ octies mille. Id quod acerbè doluit Pontificiis & ſectariis aliis, antea calumniantibus effræni licentia, & plusquam temeraria audacia, non eſſe tres Auguſtanæ Confeſſionis Miniſtros inter ſe conſentientes. Quamobrem mirum haud eſt, ſecuta continuo fuiſſe tot virulenta contra hunc librum edita ſcripta,
12 quorum partem magnam, ut & refutationum contra oppoſitarum enumeratam videre licet apud Draudium Bibliothecæ Theologicæ pag. m. 140. & ſeqq. nec non Hiſtoricos Eccleſiaſticos eorum temporum. Ex his non nulla quoque Pſeudonyma contra Formulam Concordiæ edita, detectaque, vide infra in *Pſeudonymis* ad Nomina *BAVARI Palmerii, STURMIANI, WOLFFII, Theologorum Anhaltinorum, Belgarum & Palatinorum*. Edita quoque eſt ἀνωνύμως contra tot hoſtes.

(27) XXVII. *Apologia Formulæ CONCORDIÆ, in qua vera Doctrina, quæ in libro Concordiæ comprehenſa eſt, firmis ſacræ ſcripturæ fundamentis defenditur.* Heidelbergæ. 1583. 4. de qua Sethus Calviſius Chronologiæ ſuæ ad A. 1581. pag. m. 945. ita ſcribit: Apologia Formulæ Concordiæ à Theologis tribus KIRCHNERO, SELNECCERO, & CHEMNITIO ſcribitur Erphurdiæ, quæ poſt triennium, cum à reliquis examinata eſſet, publicè editur. De ſcriptis variis formulæ Concordiæ oppugnandæ aut defendendæ publicatis v. *Draudii* Bibliothecam Claſſicam pag. 140. & ſeqq.

(28) XXVIII. *Inſtructio CONFESSARIORUM ex Ludovici de Ponte Jeſuitæ ſcriptis excerpta*, ab alio Jeſuita Michaele LOSCHER prodita eſt absque ejus nomine, v. *Alegamben* p. 344.

(29) XXIX. CONFESSIO *Auguſtana Principum & Statuum Imperii nomine, Cæſari Anno* 1530. *oblata*, licet æquo jure cum cæteris ſcriptis anonymis cenſeri nullo modo debeat, cum ob argumenti dignitatem, imò divinitatem, tum ob ſubſcriptionem tot Imperii Statuum factam; ut Polyonymis potius quam Anonymis accenſeri mereatur: attamen quia primus auctor ſive Conſcriptor illorum articulorum nomen ſuum haud expresſit, eo ad minimum intuitu non fuit hic planè omittenda mentio ſcripti, cujus meminiſſe nunquam ſatis cum magna laude DEI divinorumque, quorum illud ope fuit confectum atque defenſum, inſtrumentorum posſumus, ſane dememiniſſe nunquam debemus. Et verò à Magno DEI Viro *LUTHERO* ſcriptum hoc eſſe profectum, ex operibus ejusdem Jenenſibus Tomo tertio fol. 193 & ſeqq. ubi illud inter alia ejusdem ſcripta exhibetur, abundè conſtat. Attamen hic ſcrupulum movere poſſit, quod in operum PHILIPPI MELANCHTONIS à Caſparo Peucero Wittebergæ 1562. in fol. editorum Tomo 1. p. 29. & ſeqq. eadem Confeſſio tanquam illius Opus recenſetur. Sed ex *Chytræi* Latina 1575. 8. & *Dilheri* Germanica Hiſtoria Confesſionis Auguſtanæ, nec non *Melchiore Adamo* in vita Lutheri pag. 140. Melanchthonis pag. 334. aliisque hoc argumentum tractantibus Hiſtoricis conſtat, Lutherum antequam ad 13
Auguſtana Comitia cum Johanne Saxoniæ Electore, filioque ejusdem Johanne Friderico unà iret, ipſius mandato cum *Philippo, Jo. Bugenhagio* qui & à Patria *Pomeranus* audiit, *Juſtoq; Jona* collocutum de Religione fuiſſe, ac recepiſſe delatam ſibi communi eorundem conſenſu provinciam, Confesſionem Orthodoxam in articulos redigendi; quod etiam Articulis XVII. fecit, qui Tomo Jenenſi Germanico V. fol. 14. & ſeqq. leguntur, poſtquam ferè biennio jam ante ſimiliter XVII. articulos Suabaci Theologi Brandenburgenſes atque Norimbergenſes eundem propè in modum concepiſſent. Illi Articuli deinceps latius extenſi ſunt, & uberius propoſiti labore *Philippi*, non improbante hoc *Luthero*, cujus vide Epiſtolam pag. 22. Tom. V. Germ. Jenenſis. De Mutatione verò poſtea in eadem Confeſſione iterato editâ per Melanchthonem facta, vide querelas acerbiſſimas apud *Conrad. Schlüſſelburg.* Catal. hæreticor. lib. 3. de Sacramentariis pag. 203. & lib. 5. pag. 14 ubi mollem Confeſſioniſtam eum à *Laurentio Surio*, Lubecenſi Theologo, dici ſolitum non modo memorat, ſed eundem planè accenſet hæreticis; an jure vel injuria? Theologis decernendum relinquimus, quorum libri peculiares etiam partim excuſantes, partim defendentes *Philippi* vitam & Doctrinam, leguntur. Nobis ſufficiat hic notaſſe, quomodo, ut eſt apud Melchiorem Adami in vita Lutheri p. 140. *LUTHERI conſilio & conſenſu à MELANCHTHONE conſcripta Confeſſio exhibita eſt:* imò ut ex *Davidis Chytræi Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis* & *Cœleſtino de Comitiis Auguſtanis* refert *Burgoldenſis ad Inſtrum. Pacis* part. 1. pag 17. *Confeſſio iſta à* LUTHERO *&* MELANCHTHONE *conſignatis articulis conſtans exhibita eſt.* Unde quo jure in utriusque operibus exhibeatur, apparet. Ipſum Autographum ſubſcriptum hujus Confeſſionis adhuc in Archivo imperii aſſervari l.c. p. 18. notat Oldenburgenſis.

Lutheri verum Elogium â Wolffgango Severo Præceptore Ferdinandi I. profectum, hic omittere non poſſum. Id tale eſt:

Japeti de gente prior majorque Luthero
Nemo fuit, ſed nec, credo, futurus erit.

(30) XXX. CONFUTATIO CENSURÆ *quorundam Theologorum Pariſienſium, ſub nomine Facultatis Theol. Pariſ. editæ, in quasdam propoſitiones ex* R. Patris Santarellæ *libris collectas* 1627. in 4. *excuſas* â *Guilielmo* FABRICIO *Noviomago* Theologiæ Doctore & Profeſſore Lovanii editas eſſe, *Valerius* ·*ndreæ* Bibl. Belg. p. m. 315. teſtis eſt, & quidem ſatis idoneus, utpote qui Collega ipſius fuerit.

(31) XXXI. *Deciſiones CASUUM* CONSCIENTIÆ, *qui ſingulis menſibus in congregationibus Archipresbyteralibus diœceſis Bononienſis diſcutiuntur, annorum quinq; ab An. 1634. ad 1639. excluſive, Lectoris Theologiæ Moralis in Cathedrali Bononiæ* nomine publicatæ, *Carolo* ZAMBERTO *Jeſuitæ Placentino* tribuuntur ab *Alegambe* p. 72.

(32) XXXII. CONSENSUS ORTHODOXUS *ſacræ ſcripturæ & veteris Eccleſiæ, de ſenſu verborum cœnæ Domini, adeoq; de tota controverſia ſacramentariâ, in certa Capita diſtinctus, & in gratiam veritatis & pacis amantium, ſacramentariis erroribus oppoſitus*, Heidelberg. 1574. in 4. editus eſt, atque recuſus etiam, teſte *Draudio*, pag. m. 117. Tiguri 1585. in fol. Liber eſt defendens Calvinianam de Sacra Cœna ſententiam, conſcriptus â *Chriſtophoro* HERDESIANO, Syndico Reip. Norimbergenſis, quem *Draudius* pag. 14·. Bibliothecæ Claſſicæ, ut & in ejusdem indice perperam *Hardeſianum* vocat: vide *Conr. Schlüſſelburgii Theologiam Calviniſticam*, & eundem *Draudium* pag. 17. & hunc iterum allegantem Dn. *Geislerum* dec. 5. n. 8. ubi nota, malè ſubſtitui pro *Chriſtophoro*, *Cyriacum Herdeſianum* Anhaltinum, ab Oleario, in appendice Carpzovianæ Iſagoges librorum ſymbolicorum § 1. p. 1705. cum hic illo ſit junior multò. Extant autem utriusque ſcripta ſub veris quoque nominibus prodita. Nimirum *Chriſtophori Herdeſiani Conſilium in Controverſia Honoldina, an in fratrum liberis, facta ſubſtitutione, ſubintelligatur tacita conditio: ſi ſine liberis*, Norimb. 1567. in 4. *Cyriaci Herdeſiani*: 1. *Leſſus Cæſareus ſuper obitum Rudolphi II.* Norimb. 1612. in 4.

2. *De Nobilitate* Lipſ. 617.

3. *De perjurio ejusq; differentiis & effectibus &c.* Adjuncta eſt *de principali in ſubditos, eorumq; bona & conſcientiam poteſtate, diſſertatio.* Lugd. Bat. 1613.

4. *Cynoſura juris Canonici, qua hujus juris origo, progreſſus, Methodus, uſus ac abuſus demonſtratur.* Francof. 621. in 12. De Chriſtophoro, vide plura in *Pſeudonymis*, ad nomen *Wolffii.*

(33) XXXIII. CONSILIUM *ſuper* CONTROVERSIA *vertente inter* PAULUM *Papam V. & Remp.* VENETAM. Venetiis 1606. in 4. publicatum fuit, quod Goldaſtus Monarchiæ Imperii Tomo 3. pag. 439. inſeruit, ſub titulo PARISII cujusdam, addens Auctorem ejus perhiberi *Jacobum* LESCHASSERIUM Advocatum Regium, cujus idem paulo ante pag. 277. Tractatum *de libertate Antiqua & Canonica Eccleſiæ Gal-*
15 *licanæ* exhibuerat. Utrumque ſcriptum Papalem auctoritatem, & inſolentiam Cleri Romani mirificè oppugnat, neque ſtylo, neque genio ſcribendi abſimili adeo, ut ejusdem *Auctoris* eſſe non ſentias. Extant præterea ejusdem JCti *Antemurale Sionis, & de vocabulis ad Geographiam Juris Romani pertinentibus Obſervatio.* Venet. 620. 8.

Item *de notis locorum communibus Hiſtoriæ ſacræ exoticæ.* Pariſ. 1621. 8.

(34) XXXIV. Petri COTTONI *Meditationes de Vita & Paſſione Salvatoris noſtri JEſu Chriſti latine redditæ* à M. M. Colon. 1617. in 8.

(35) XXXV. Ejusdem *Sermones de principiis fidei Myſterii, in formam Meditationum reducti, latinè facti* â M. M. Colon. ibidem: ſine dubio ſunt tranſlati â *Matthia* MAYRHOVIO *Jeſuita Germano*, qui *devotionem Calviniſtarum ejusdem auctoris ex Gallico Germanicam fecit*, & Ingolſtadii 1610. in 4. edi curavit, teſte *Alegambe* p. 337. quamvis idem hoc loco bina iſta ſcripta non enumeret.

(36) XXXVI. CYTHARAM *laudum divinarum* tacito ſuo nomine ſcriptam Mediolani 1638. edidit *Gregorius* FERRARIUS Jeſuita, teſte *Alegambe* p. 164.

(37) XXXVII. DECLARATIO *Libri* JACOBI Schegkii *de una perſona & duabus naturis Chriſti* ſine nomine edita Genevæ 1566. in 8. quod fuerit ab Auctore *Thoma ERASTO Helveto Medico* refert *Melchior Adami* in vitis Medicorum Germ. p. 246. eique reſpondiſſe *Schegkium*, ibidem & in vita Schegkii pag. m. 301. teſtatur, ubi ſequentia leguntur: *In Theologicis edita ſunt ab ipſo. 1. De una perſona & duabus naturis in Chriſto: ex fundamentis quidem ſcripturæ ſacræ: analyſi autem Philoſophica. Ad hoc ſcriptum fertur Schegkius impulſus à D. Jacobo Andreæ, quod Bebenhuſii lectum quidem, ſed non intellectum: approbatum tam â Brentio, quam D. Jacobo, atq; utriusque operâ publicatum: paulò verò poſt, cum orthodoxum eſſe ſenſiſſent, damnatum, ſuppreſſum, exploſum. 2. Reſponſio ad libellum anonymi interpretis libri illius, de una perſona & duabus Naturis in Chriſto. 3. Reſponſio alia ad Simonis Simonii libellum: quo conatus erat libellum illum de unione duarum in Chriſto naturarum refellere, reſpondetur etiam Thomæ Eraſto, qui auctor illius anonymi libelli, & oſtenditur, Scheggium cum Eraſto non conſentire. Reſponſio Eraſti* ad libellum D. *Jacobi Scheggii*, quo nuper anonymo libri ſui de una perſona & duabus in Chriſto naturis interpreti reſpondit, Genevæ, Anno 1567. edita, memoratur à *Gesnero*, apud quem etiam ejusdem libros Medicos enumeratos vide, ſed accuratius apud Joh. Georg *Schenkium* Bibliothecæ Medicæ pag. 500. accuratiſſimè vero apud Jo. van der Linden, p. m. 593. & ſeqq.

(38) XXXVIII. *Antonini* DIANÆ *reſolutionum Moralium Compendium* Antvverp. 1637. in 24. nomine *Theologi Clivenſis* editum *Engelberto* EWICH, *Jeſuitæ Belgæ*, quem in ſuo Catalogo Valerius Andreæ omiſit, tribuit *Alegambe* p. 105.

(39) XXXIX. DIGITUS DEI *in bivio; de* 16
vitæ ſtatu deligendo, tractatus ex Ludovici de Ponte Jeſuitæ, *de perfectione Chriſtiana Tomo 2, contractus* Ingolſtad. 1619. & 1620 in 12. nomine auctoris orbus proditus eſt â *Gaſparo* LECHNERO *Jeſuita* v. *Alegambe* p. 150.

(40) XL DISCEPTATIO *cum Cardinalibus Romanis de Primatu Papæ, anonymi cujusdam Græci* exhibetur à *Melchiore Goldaſto* Tom. 1. *Monarchiæ*

Imperii

Imperii pag. 242. & ſeqq. breviſſima quidem, at non omninò nullius momenti contra Pontificis affectatam Tyrannidem: eam NILI *ArchiEpiſcopi Theſſalonicenſis* eſſe plerisque credi; quibusdam *Nicolao* CABASILÆ potius illam imputantibus, vide differentem *Goldaſtum* in diſſertatione de auctoribus â ſe exhibitis. Tomo illi primo præmiſſa: de utriusque auctoris ſcriptis vide *Geſnerum.*

(41) XLI. DISPUTATIO GRAMMATICA *de Interpretatione Græcorum verbor.* Actor. 3. Ἰησοῦν χριςὸν ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξαϑ. *Complectens* ἠθολογίαν *Reſponſionis, qua Collegium Theologicum Academiæ Wittebergenſis uti poſſet, ad chartam de his verbis ſuperioribus diebus editam, cui nomen eſt præſcriptum* D. Nicolai Selnecceri, &c. Witteberg. 1571. in 4. paucis foliis pertractat controverſiam de Chriſti aſcenſione in cœlum, inibique locatione corporali, quam *Selneccerus* contra *Bezam* & alios defendebat, ubiquitatem carnis Chriſti verbis hiſce aſſerens: *Chriſtus Deus & homo ſedens ad dexteram Patris, poteſt ſuo corpore eſſe, ubicunque vult eſſe, & ubi ſe velle eſſe dixit & promiſit:* ut eſt apud *Melch. Adami* in vita ipſius inter vitas Theologorum p. 663. Hoc dogma cum approbare nollet *Eſromus* RUDINGERUS, *Profeſſor Phyſices Wittebergæ*, coactus eſt in exilio vivere, morique in Moravia, teſtante eodem *Melchiore Adami* in vita ipſius inter vitas Philoſophorum pag. 372. Unde patet quam omnino non ſit de nihilo, quod exemplari cuidam hujusſce diſſertationis, in Bibliotheca Civis & Amici mei laudatiſſimi Dn. *Martini Fogelii* Ph. & Med. Dris extanti præſcripſerat ſua manu, Profeſſor itidem Wittebergenſis olim, & quidem Græcæ linguæ Celeberrimus *Eraſmus Schmidius.* Nimirum: *putatur eſſe Eſromi Rudingeri.*

(42) XLII. ENCOMIA SS. EUCHARISTIÆ *ex S. litteris & patribus collecta*, ab *Alvaro* ARIA *Jeſuita Hiſpano*, cumque *Marianis Encomiis* una excuſa, ſine nomine, primum Hiſpali, deinde Viennæ 1632. memorat *Alegambe* p. 24.

(43) XLIII. FAUSTUS *Annus, Menſis, hebdomas, dies, hora Chriſtiani hominis* Brugis 1638. in 24. ἀνωνύμως editus, eſt *JODOCI ANDRIES Jeſuitæ*, continens plures ejusdem alias editos ſine nomine libellos; teſte *Alegambe* p. 288. & *Valerio*
17 *Andreæ* Bibl. Belgicæ pag. 588.

(44) XLIV. *Georgii FERRARII Vita Spiritualis deſcripta per Spiritum Sanctum Pſalm. XVII.* Viennæ. 1637. 8. *ex italico latina* facta eſt à *Joanne* BUCCELENO *Jeſuita*, cujus tamen nomen interpretatio dicta non præfert. *Alegambe.* p. 230.

(45) XLV. *Reſponſio Franciſci FONTANI ad quæſita cujusdam Prælati circa Hierarchiam Eccleſiaſticam, ex Gallico Latina* facta, tacitoque interpretis nomine fuit edita Viennæ 1634. ab *Henrico LAMORMAINI Jeſuita Belga*, teſte *Alegambe* pag. 176. Idem ille quod perſonatus hic *Fontanus* ſit *Stephanus Binetus*, Jeſuita Gallus, aperit p. 426. vide *Pſeudonymos* noſtros.

(46) XLVI. *Achillis GAGLIARDI compendium Chriſtianæ perfectionis ex italico latinum* edidit Viennæ 1633 in 16. oppreſſo nomine ſuo, *Jo. BUCCELENUS Jeſuita Italus*, teſte *Alegambe* p. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat.

(47) XLVII. *GLOSSA ORDINARIA BIBLIORUM, & Gloſſa Juris Canonici magnæ ſemper in Eccleſia Romana fuerunt authoritatis.* Auctor gloſſæ ordinariæ fuit ALCUINUS, ut placet *Antonio* part. 3. a. 4. cap. 15. & *Ganguino* lib. 4. Hiſtor. Franc. c. 1. vel STRABUS *Fuldenſis* circa A. 840. ut placet *Tritthemio*, verba ſunt *Jo. Gerhardi* Exegeſ. Loc. 1. de S. Script. n. 89. p. m. 101.

(48) XLVIII. HERMES CHRISTIANUS *ſive* Bartholomæi Jacquinoti *ars vitæ ex Dei nutu in ſeculo inſtituendæ* Lugd. 1619. in 12. *ex Gallico latina* facta prodiit, interprete *Petro MONODO Jeſuita* non adſcripto. *Alegambe* p. 388.

(49) XLIX. *HORTULUS DEVOTIONIS, variis orationum piorumq; exercitiorum, quæ mentem in Deum rapiunt, floribus peramœnus, GERARDI HAMONIANI, Brabantini Carthuſiani* videtur *Theodoro Petrejo* in *Bibliotheca Carthuſiana*, quem pluribus ea de re agentem conſulere operæ pretium eſt *Valer. Andreæ* Bibl. Belg. p. 274.

(50) L. *Meditatio de HUMILITATE Aloyſii GONZAGÆ, Jeſuitæ Cardinalis* anonymum ſcriptum memoratur ab *Alegambe* p. 15.

(51) LI. *Diſſertatio de IDOLO HALLENSI* Juſti Lipſii *Mangonio & phaleris exornato, atque productо.* Heidelberg. 1605. in 4. Dialogum exhibet Chriſtiani & Papiſtæ collocutorum ſuper ſcripto Juſti Lipſii de diva Virgine Hallenſi, ſanè eruditum ac elegantem, & quod palmarium eſt, ſanctorum adorationem egregie oppugnantem: unde merito laudatur, commendaturque mirifice à *Dominico Baudio* Epiſtola 88. ubi *Georgio Michaeli LINGELSHEIMIO* eum adſcribit, cui eundem etiam adjudicaverat *Joſephus Scaliger* lib. 4. Epiſt. 315. ipſi Lingelsheimio mittenti il- 18
lius Exemplar reſpondens, ubi pariter egregiam ejusdem ſcripti laudationem legere eſt. Et hiſce quidem ſine dubio teſtibus, tanquam exceptione quavis majoribus, idem accredidit *Paulus Colomeſius* dans ſa Clef des Epiſtres Francoiſes à M. Juſtes Scala, recueillies par Jaques de Reves a la page 206. nec non in clave Epiſtolarum Scaligeri ad p. 283. In Scaligerianis etiam extemporaneis ſermonibus, quos Puteani fratres asſervarunt, pag. 203. ſequentia leguntur. *Lingelsheimius, Autor de Idolo Hallenſi eſt Lingelsheim, Conſiliarius inferioris conſilii Palatini. C' eſt luy qui m' en a envoyé un exemplaire, par ce qu' il a eſté Præcepteur du Prince, il a eu cet Eſtat, & eſt aymé; je reconnois en de Idolo Hallenſi les traicts de l' Eſprit de Lingelsheim, je le connois fort bien, il m' a envoyé le livre, & prié de luy eſcrire mon jugement.* i.e. Ipſe eſt qui mihi miſit exemplar illius, quoniam Præceptor fuit Principis, hoc munus adeptus eſt, & fuit charus. Ego in Idolo Hallenſi cognoſco lineamenta ingenii Lingelsheimiani: novi illum optimè, ipſe mihi miſit librum & judicium meum me rogavit. Verum hac ſanè vice erravit, & infeliciter Criſin ſuam, quam ipſemet tantopere prædicare ſolebat, exercuit Heros ille Criticorum Hypercriticus. Siquidem ipſe ex reſponſo Lingelshemii poſtea rem aliter longè ſe habere cognovit, & pag. 91. ſermonum modo laudatorum, teſtatum reliquit, hunc in modum differens: *DENAISIUS, Lingelsheim m' a eſcrit que l' Auteur de Idolo Hallenſi eſt* Denaiſius *Aſſeſſeur de la Chambre imperiale.* Et *par ce qu' il vit entre des Jeſuites, il ne deſire*

eſtre nommé, il eſt de Strasbourg comme Lingelsheim. i.e. Lingelsheimius mihi ſcripſit Auctorem libri de Idolo Hallenſi eſſe Denaiſium, Aſſeſſorem Cameræ Imperialis. Is quia vivit inter Jeſuitas, non vult nominari, eſt Argentoratenſis ut & Lingelsheimius. Porro *Melchior Adami* quoque in vita Denaiſii pag. m. 447. JCtorum Germanorum, expreſſis verbis auctori ſuo librum hunc adſcribit, unà cum aliis anonymis, quos vide ſuis locis. Adde *Boecler.* ad diſſert. Polit. Lipſii. c. 5. p. 53. D. *Geisler.* dec. 4. n. 5. imprimis autem *Aubertum Miræum* in vita Lipſii p. m. 41. ubi quo pacto narratio de Diva iſta Hallenſi collecta ſit, & cur ad ſcriptum hoc ſiluerit Lipſius, indicat. Oppoſuit tamen ſe eidem *Anaſtaſius Cochelet* Maſurienſis, Carmelita, edito Antvverp. 1607. in 8. *Palæſtrita honoris D. Virginis Hallenſis pro Juſto Lipſio*, recuſo ibidem 1627. in 4.

(52) LII. *Conſtitutiones Societatis JESU Ignatius LOYOLA* fundator illius ſectæ conſcripſerat Hiſpanicè, quarum *verſio Latina*, ſine nomine auctoris ſemper edita, *Joanni POLANCO Jeſuitæ Hiſpano* vendicatur ab *Alegambe*. p. 266.

19 (53) LIII. *Exercitia Spiritualia IGNATII LOYOLÆ*, fundatoris ſectæ Jeſuiticæ, *ex Hiſpanico Latina* fecit, ac nomine ſuo ſuppreſſo edidit, *Andreas FRUSIUS Jeſuita*, teſte *Nicolao Orlandino, Hiſtoriæ Jeſuiticæ*, l. 16. n. 90. & l. 8. n. 2. ubi primum hunc Societatis illius librum impreſſum memorat: vide plura hujus auctoris ſcripta recenſentem *Allegamben* p. 27.

(54) LIV. *INSTITUTIO METHODICA de præcipuis Chriſtianæ vitæ myſteriis, cum adjuncta Methodo ad confeſſionem generalem rite peragendam, latinè, anglicèque* excuſa, debetur *Jeſuitæ Hiberno Gulielmo BAITEO* teſte *Alegambe* p. 169.

(55) LV. *INSTITUTIO CATHOLICA Petri Cotoni* famoſi Jeſuitæ Galli, *libris IV. Inſtitutionibus Calvini*, totidem libris comprehenſis, *oppoſita*, Gallicè primum ab auctore conſcripta prodiit, inde *latina facta*, interprete L.C.R. quem eſſe *Jeſuitam* itidem *Gallum, Ludovicum CRÆSOLLIUM*, cujus Theatrum Rhetorum & alia tenemus, indicat *Alegambe* p. 310.

(56) LVI. INTERIM Liber qui à nonnullis *Inter-Religio*, ab aliis *Decretum Religionis*, Germanicè *Religions* Ordnung/ & in Conſtitutionibus Imperialibus *Declaration* der Religion/ nominatur, Imperatoris Caroli V. juſſu A. 1548. per tres Theologos conſcriptus eſt, ii fuere

1. JOHANNES AGRICOLA Theologus Berolinenſis, qui à communi cum Martino Luthero patria ISLEBIUS cognominatur. Is cum ante annos 18. cum Melanchthone & Brentio pro Auguſtana Confeſſione ſtetiſſet, tum temporis ad Pontificios tranſierat.

2. JULIUS PFLUGIUS Epiſcopus Naumburgicus.

3. MICHAEL HELDINGUS SIDONIUS ſuffraganeus Moguntinus, deinde Epiſcopus Merſburgenſis. Hi, uti non nemo veritate joculari dixit, Chriſma & Oleum Pontificium defenderunt, ut ipſi unctiores diſcederent. Quam liberaliter enim pro hac opella remunerati fuerint, ex illius ævi Hiſtoricis refert *Melchior Adami* pag. 410. Theologor. German. Quam parum etiam hic liber ipſis Pontificiis, nedum Proteſtantibus placuerit, adeo ut communi vulgi-verbio differretur, das Buch Interim hat den Schalck hinter ihm: Vide apud eundem libri citati pag. 218. 343. 344. 410. 608. &c. *Himmelii* diſp. in librum Concordiæ XI. theſ. 7. tum *Sleidanum* lib. 20. *Thuanum*, & Hiſtoricos illius temporis non Eccleſiaſticos modò, ſed etiam Politicos ferè omnes. Complectebatur autem Capitum plerorumque omnium Pontificiæ Religionis, præter Conjugii Sacerdotum & Communionis ſub utraque, & pauciſſimorum aliorum 20
defenſionem, eaque ſervari volebat, usque dum Generali Concilio, ubi opportunum fuiſſet convocando, res aliter decerneretur. Quo factum, ut contra prohibitionem Cæſaris pœnalem utrinque ſuper ea reſcriberetur. Impugnantibus illud præcipuè Jo. Agricola, Jo. Æpino, Bucero, Calvino, Matthia Flaccio, & aliis tantum non innumeris, quorum ſcripta circa id tempus edita, latina partim & Germanica, quæ ſi ſexcenta dicerem, fortaſſis nimium haud dicerem, ut taceam eos, qui non data opera, ſed hinc inde in operibus ſuis hoc ſcriptum convellunt, vide *Conrad. Schlüſſelburgium* in *Catalogo hæreticorum* lib. 13. de Adiaphoriſtis & Interimiſtis pag. 75. & ſeqq. & lib. 4. Antinomis accenſet Agricolam. De Auctoribus hujus ſcripti adde quoque, ſi lubet, *Burgoldenſem ad Inſtr. Pacis*, diſc. 1. part. 1. pag. 27. §. 34. *Zeiler. Epiſtol.* 450. & *Dreſſer. de Urb. Germ.* pag. 617.

(57) LVII. *De S. JOSEPHO* conſcriptum *opus Theologicum* ab *Alexandro URSINO Cardinali* narrat *Alegambe* pag. 14. quem tamen *Janus Nicius Erythræus Pinacothecæ* ſuæ part. 2. Elog. 9. nihil conſummaſſe ex propoſitis ſibi ſcriptis, apertè profitetur.

(58) LVIII. *ITER certum COELI & modus efficax ad ſalutem*, Tornaci 1621. in 12. ſine auctore prodiit, quem habuit *Alardum le ROY Belgam Jeſuitam* v. *Alegambe* p. 9. *Valerius Andreæ* non meminit hujus auctoris, quia non niſi nomine occultato ſcripſit.

(59) LIX. *ITINERARIUM PIETATIS ac doloris, per eos gradus, quos Rex dolorum ſuis paſſibus & ſanguine conſecravit*, Romæ 1625. in 12. editum, auctorem, quem non præfert, habet *Alphonſum SPINOLAM, Jeſuitam Genuenſem*, teſte *Alegambe*. p. 16.

(60) LX. *De JUBILÆI* gratia *augenda ſervandâq;*, liber anonymus Pontificiæ ſuperſtitionis, memoratur inter ſcripta *Jodoci ANDRIES Jeſuitæ*, apud *Alegambe*, p. 280.

(61) LXI. *JUDICIUM de Exercitationis Paradoxæ, cui titulus, Philoſophia ſcripturæ interpres* 1666. Eleutheropoli in 4. editæ: *Refutatione*, auctore Petro Serrario anno ſequenti, Amſterodami in 4. publicata, *Viri*, ut habet inſcriptio, *doctiſſimi ſcripto amici expetitum, ſincereque datum*, Serrario puta, ab eoque ſuæ refutationi ſubjunctum, quod ſit *Joannis Amos COMENII*, viri de Theologia, & litteratura omnis generis optimè meriti, lubens accredo, binis mihi litteris hoc confirmanti Nobiliſſimo Excellentiſſimoque & Experimentiſſimo Dno. *Gottfried Mellem.* Phil. & Med. Doctori, nec non illuſtriſſimi Palatino

Neo-

21 Neoburgici Principis Medico, aulico, Militari, ac Metropolitano Duſſeldorpienſi, pariterque Conſiliario ac Metallorum in Ducatu Cliviæ Montiumque ſummo præfecto, gratiſſimo mihi quondam itineris Italici menſæque ſocio, & amico etiamnum honoratiſſimo, cujus tanto à me locorum intervallo diſparati abſentiam ſubinde doleo, memoriam tamen præſentem utique conſervo, & quoad ero, conſervabo.

(62) LXII. *JUGULUM CAUSÆ Pontificiæ, ſeu Nova, unica, compendiaria, & una propemodum periodo comprehenſa ratio: per quam totus doctrinarum Romanenſium complexus, de quibus lis eſt inter Proteſtantes & Pontificios, & una Papa ejusque Imperium funditus evertuntur, &c.* Juxta Exemplar Londinenſe Anno 1671. in 8. velut habet ſecunda inſcriptio, poſt præliminares Epiſtolas 70. ad Viros Principes, Comites & eruditos, quos auctor ſibi Lectores eligit: *Jugulum Cauſæ ſeu Nova & expeditiſſima Ratio, per quam Papa ejusque imperium, totusq; Miſſæ, Religionis & Eccleſiæ Romanæ Apparatus una ruina coincidere debent &c.* quod auctorem habeat *Ludovicum MOLINÆUM*, filium celeberrimi Theologi Molinæi, Medicum & Hiſtoricum egregium Londini degentem, cujus etiam Paræneſin ad ædificatores Imperii in Imperio paulo ante in 4. Londini excuſam, ac ad impugnandam papalem Hierarchiam unicè ſpectantem habemus, pro certo ſibi conſtare ſcripſit ad me laudatus modo Amicus meus, Vir Nobiliſſimus, Excellentiſſimus, & Doctiſſimus Gottfried Mellem. Confirmat idem hujus operis cum Paræneſi, in ſtylo doctrinaque conſonantia, nec non cum eo, quod anagramma detegit *Ludiomæi Colvini*, de quo vide in *Pſeudonymis*.

(63) LXIII. *Elementa Chriſtianæ perfectionis, à Thoma de KEMPIS quatuor libris de imitatione Chriſti olim comprehenſa, nunc iisdem verbis, novo ordine per locos communes digeſta* Dilingæ 1626. in 16. qui prodiit ſine mentione auctoris Liber, Indicis vicem accuratiſſimi præbere poteſt in aureos Kempenſes libellos, confectus à *Joanne ISFORDING, Jeſuita Germano*, ut eſt apud *Alegamb.* p. 251.

(64) LXIV. *Thomæ KEMPIS de Imitatione Chriſti libri IV. in Locos Communes redacti* prodiere nullo auctore, ſed quem detegit *Henricum WAGNERECK Jeſuitam Germanum idem Alegambe* pag. 178.

(65) LXV. *Methodus Practica utendi libro Thomæ de KEMPIS de Imitatione Chriſti*, tacito auctoris *Martini de FUNEZ Jeſuitæ Hiſpani* nomine divulgata, ac italicè reddita à D. *Bartholomæo Zucchio*, Mediolani 1603. memoratur apud *Alegamb.* p. 326.

22 (66) LXVI. *De LIBERTATE ECCLESIASTICA* Liber anonymus promiſſus eſt à CASAUBONO in Epiſtolis pag. 628. ubi vide *Colomeſium in Clave*, ut & in Clave Epiſtolarum *Scaligeri* ad pag. 345. & *Caſaubonum* ipſum *in Epiſtolis.* pag. 632. 647. editionis Hagenſis. Porrò *Colomeſius* dans ſon recueil de particularitez (in ſuis Collectaneis ſingularium) pag. 127. ita refert. *M. Gudius* ſçavant homme de la Duché de Holſtein, m'a montré un livre, *de Libertate Eccleſiaſtica*, imprimé l'an. 1607. 8. qui eſt de Caſaubon, comme l'avoit marqué de ſa main *Joſias Mercerus* beau-Pere de M. de *Saumaiſe*. Cét ouvrage ayant eſtè entrepris par l'ordre de Perſonnes de qualité, eſt demeuré imparfait par le commandement de Henry IV. ce qui a fait mettre â *Mercerus* à la page 264. qui eſt la derniere, cætera rebus mutatis non ſunt edita. Paroles que *Jacques Cappel* explique en ces termes, dans ſon Aſſertion de bonne foy contre le Jeſuite *Rosweidius*. (Dn. Gudius, Vir doctus è Ducatu Holſatiæ, monſtravit mihi librum de Libertate Eccleſiaſticâ, impreſſum An. 1607. in 8. qui eſt Caſauboni, quemadmodum hoc ipſum notaverat ſua manu Joſias Mercerus Socer Dn. Salmaſii. Hoc opus inceptum juſſu quorundam Principum Virorum, imperfectum manſit juſſu Henrici IV. Id quod fecit Mercerum ſcribere pag. 264. quæ ultima eſt: Cætera rebus mutatis non ſunt edita. Verba quæ Jacobus Capellus exponit hoc modo: in aſſertione ſua bonæ fidei contra Jeſuitam Rosvveidum) In Eccleſiaſtica antiquitate quam non eſſet Tyro *Caſaubonus* docuit A.D. 1607. libro ſingulari *de Libertate Eccleſiaſtica*, cujus jam paginæ 264. typis erant editæ, cum Rex Henricus IV. auguſtæ memoriæ, compoſitis jam Venetorum cum Pontifice Romano controverſiis, vetuit ultra progredi, & hoc ipſum quod fuerat inchoatum, ſupprimi voluit, ut ejus pauca nunc extent exemplaria. Hactenus *Colomeſius*. Librum ipſum inſeruit *Goldaſtus* Monarchiæ imperii Tom. 1. pag. 674. & ſeqq.

(67) LXVII. LOCI *uſitatiores ex* S. SCRIPTURA *pro adſtruenda Veritate Catholica Pontificia*, Moguntiæ ſine auctoris *Matthæi* Schrick *Germani Jeſuitæ* nomine prodiere. *Alegambe* p. 336.

(68) LXVIII. MANUS HOMINIS & *dies hominis Chriſtiani* Latinè Flandricè, Gallicèque editus liber Gandavi 1621. *Jodoco* ANDRIES *Belgæ S.I.* tribuitur ab *Alegambe* pag. 280.

(69) LXIX. MARIA *mater agonizantium*, Græciæ 1640. in 16. editus liber ſuperſtitioſus auctorem occultat *Jo.* NADASI *Jeſuitam Hungarum*. *Alegambe* p. 260.

(70) LXX. *B. Virginem* MARIAM *Cauſam* 23
omnium bonorum & notam ſalutis, ineptè peculiari, nec immeritò nomen auctoris occultante Libello probare conatus eſt Jeſuita *Alardus de ROY*, teſte *Alegambe* p. 9.

(71) LXXI. *Dolores B. Virginis* MARIÆ, Mechlen 1627. & Brugis 1629. absque ſcriptoris nomine deſcripti ſunt à *Jodoco* ANDRIES *Jeſuita*. *Alegambe* p. 280.

(72) LXXII. *Encomia B. Virginis* MARIÆ *ex S. Scriptura & ſanctis Patribus deprompta, cum eorundem citationibus*, excuſa primum Hiſpali, dein recuſa Viennæ 1632. ſuppreſſo nomine, ab *Alvaro* ARIA *Jeſuita Hiſpano* collecta teſtatur *Alegambe* p. 24.

(73) LXXIII. *Faſti* MARIANI *cum illuſtrium divorum imaginibus & elogiis &c.* Libellus, Latinè ac Germanicè Monach. 1630. cum picturis, & Antvverp. 1633. 16. ſine picturis editus, auctorem diſſimulat *Andream BRUNNER, Jeſuitam. Alegambe* p. 26.

(74) LXXIV. *Faſciculus laudum* B. V. MARIÆ, ſine auctoris nomine proditus eſt à *Jo.* RIVU-

RIVULINO *Jeſuitæ Hungaro*, teſte *Alegambe* p. 270.

(75) LXXV. ZODIACUS MARIANUS anonymus *Henrico* WAGNERECK *Jeſuitæ* adſcribitur ab *Alegambe* p. 178.

76) LXXVI. *Exegeſis ſuper* MARIANI SACRAMENTI *formulâ, qua ſe ii, qui in ſodalitatem Annunciatam recipiuntur, obſtringunt.* Ingolſtad. 1620. in 16. liber ſuperſtitionis Papalis plenus, à *Georgio* STENGELIO *Jeſuita* cum aliis anonymis multis eſt conſcriptus, vid. *Alegambe* Bibliothec. Jeſuit. pag. 159.

(77) LXXVII. MARIANAM HEBDOMADEM, *Gerhardi* RAZENRIED *Jeſuitæ Suevi* anonymis adjicit *Alegambe* p. 154.

(78) LXXVIII. *Manuale Sodalitatis immaculatæ conceptionis B. MARIÆ Virginis*, Viennæ confirmatæ. Vien. 1630. in 16. editum anonymum conſcripſit *Leonardus* BAGNUS *Jeſuita*, v. *Alegamb.* p. 400.

(79) LXXIX. *De devotione erga* S. MARIAM MAGDALENAM ſuperſtitioſum libellum anonymum edidit *Lævinus* TOLOMÆUS *Jeſuita*, teſte Alegambe p. 293. Ejus Elogium n. 49. partis 3. Pinacothecæ ſuæ, edidit *Janus Nicius Erythræus.*

(80) LXXX. *Praxis* MEDITANDI *myſteria Chriſti Domini noſtri, B. Virginis & Sanctorum, ex Italico latina facta*, & edita Viennæ 1633. in 16. interpretem habet *Jo.* BUCCELENUM *Jeſuitam*, teſte *Alegambe* p. 230.

(81) LXXXI. MEMORIALE *ſciendum à Clericis, cum Appendice de aliis ſciendis à Confeſſariis, & præſertim de 100. caſibus obligantibus ad reſtitutionem*, Bononiæ, Cremonæ, Mediolani, alibique recuſum ſcriptum anonymum *Victoriam PREMOLI Je-*
24 *ſuitæ Cremonenſis*, memorat *Alegambe.* p. 441.

(82) LXXXII. *Praxis juvandi MORIBUNDOS ex Hiſpanico* Joannis Baptiſtæ Villelæ, *facta Italica per Franciſcum Coturlan*, ac inde *Latinè reddita per Joannem* BUCCELENUM, absque interpretis mentione prodit, teſte *Alegambe in Biblioth. Jeſuiticæ Indice.* Nam in ipſo textu hocce ſcriptum præteritur, ubi de Bucceleno agitur. p. 230.

(83) LXXXIII. *Facilis modus lætam MORTEM obtinendi.* Latine & Flandricè Gandavi excuſus liber eſt *Jodoci* ANDRIES *Jeſuitæ. Alegambe* p. 280.

(84) LXXXIV. *De* NATIVITATE MEDIATORIS *ultima nunc futura, & toti orbi terrarum in ſingulis ratione præditis manifeſtanda*, inter anonymos refertur à Scavenio n. 51. & *Geſneri* fide *Guilielmo POSTELLO* tribuitur, inter cujus ſcripta recenſetur hoc ipſum, ac Baſileæ. 1547. excuſum. De hoc Poſtello vide in *Rhodianis* noſtris ad n. 50. & *Scævolæ Sanmarthani Elogia Gallorum* doctrina illuſtrium lib. 3. pag. m. 79. ubi à fœmina quadam Venetiis, infatuatum hominem eo usque narrat, ut fatua planè, imo monſtroſa in religione dogmata publicaret. Operum reliquorum Catalogum vide apud *Geſnerum. Beza* Epiſt. 1. pag. m. 21. *Poſtellus*, inquit, *hæreſeon, ipſis etiam Romanis inquiſitoribus judicibus, Cloaca:* adde ejusdem Epiſt. 4. Imprimis autem *Joſ. Scaligeri* Ep. 362. ubi inſanum planè fuiſſe teſtatur, & ſe cum ipſo comuni cubiculo uſum aliquamdiu fatetur. Adde *Thuan. Hiſtoriar.* lib. 74. *Popeliniere Hiſtoire des Hiſtoires* liv. 8. p. 443. & ſeqq. ubi mira de ipſo narrat.

(85) LXXXV. NEGOTIATIO SPIRITUALIS *mercaturæ, ut uno anno tantum lucremur, quantum decem*, Latinè, Gallicè, Flandricèque, variè repetito prælo excuſa: *Iodocum* ANDRIES *Ieſuitam* auctorem habet. *Alegambe* p. 280.

(86) LXXXVI. *De* OFFICIO PII *ac publicæ tranquillitatis vere amantis Viri, in hoc RELIGIONIS DISSIDIO*, liber ἀδέσποτος prodiit, quem *Io. Calvinus* refutavit, & *Franciſci* BALDUINI JCti Atrebatis eſſe falſò credidit, cum eſſet *Georgii* CASSANDRI Brugenſis, teſtante *Valerio Andreæ*, in *Bibliotheca ſua Belgica* pag. m. 261. ubi neutri parti ſcriptum hoc placuiſſe, ſed etiam à Pontificiis per *Io. Heſſelium* Theologum Lovanienſem confutatum fuiſſe, alio *de officio pii viri urgente hæreſi adverſus* Caſſandrum Antvverp. apud Plantin 1566. 8. ex- 25
cuſo libro teſtatur: adde eundem pag. 516. & pag. 224. ubi *Balduini Apologiam contra Calvinum* editam memorat. *Caſſandri* verò *Defenſionem* nomine *Veranii Modeſti* publicatam vide in *Pſeudonymis.* Similis autem argumenti orationem prudentiſſimam *Alberti Novi-Campiani* Theologi Poloni; laudat *Starovolskius* in Elogiis Polonor. num. 29. pag. m. 51.

(87) LXXXVII. *Modus* ORANDI *pro neceſſitatibus Patriæ Lat. & Flandricè* conſcriptus, ac editus Gandavi 1619. alibique ſubinde novis acceſſionibus auctus *Iodoco* ANDRIES *Ieſuitæ Belgæ* debetur, *Alegambe* pag. 280.

(88) LXXXVIII. ORDO VITÆ *Chriſtianæ*, liber ſuppreſſo auctoris nomine excuſus, *Alexandro FICHETO Ieſuitæ* tribuitur, apud *Alegamben* p. 12. ubi & de alio eidem attributo quidem, ſed abnegato ſcripto *Curriculi Vitæ ſpiritualis* titulo impreſſo narrat.

(89) LXXXIX. *De Chriſti Cruce &* PASSIONE opus anonymum, ab *Alexandro URSINO Cardinali* conſcriptum, memorat *Alegambe* pag. 14. Eundem tamen *Ianus Nicius Erythræus*, ſive ut in *Pſeudonymis* noſtris detegitur, *Victorio Roſſi*, in Pinacothecæ ſuæ part. 2. Elog. 9. nihil edidiſſe teſtatur.

(90) XC. *Emblemata de Actionibus & Memoria* PASSIONIS *Dominicæ*, Gandavi 1626. edita *Iodoci* ANDRIES *Ieſuitæ* ſunt. *Alegambe* pag. 280.

(91) XCI. *Memoria* PASSIONIS *Domini, Latinè, Hiſpanicè, Gallicè, Flandricèque* Lovani & Brugis 1621. editus liber eſt ejusdem *Iodoci* ANDRIES *Ieſuitæ. Alegambe.* p. 280.

(92) XCII. *Facile certumque* PRÆSIDIUM ADVERSUS *omne* PECCATUM Brug. 1629. *Latinè, Hiſpanicè, Flandricè, Gallicè, Anglicè*, multiplici prœlo recuſum, absque nomine auctoris eſt *Iodoci* ANDRIES *Ieſuitæ. Alegambe.* p. 280.

(93) XCIII. *Flores* PSALMORUM Tomis duobus, *& ſanctos affectus animæ devotæ, cum mediis vivendi in gratia DEI*, Rotomagi. 1616. in 12. ſubjectis dedicationi litteris S.P. deberi *Stephano BINETO Ieſuitæ*, ſcribit *Alegambe.* Jeſuiticæ Bibliothecæ p. 426.

(94) XCIV. *Compendium Ludovici de* PONTE, *Ieſuitæ Hiſpani, qui de perfectione Chriſtiana* libros edidit, aliosque memoratos Alegambe pag. 317. prodiit, adſcriptis litteris auctoris nomen ſignantibus

26 tibus P. J. D. quas notare Patrem *Ioannem* DARDE, *Ieſuitam Germanum*, auctor eſt idem *Alegambe* p. 234.

(95) XCV. Ludovici de PONTE Jeſuitæ *Meditationum Breviarium*, edidit *Petrus XIMENEZ Ieſuita*, nomine ſuppreſſo Col. 1623. & 1629. in 8. quod *italicè* transtulit, auctorisque nomine inſignitum edidit Romæ 1638. 8. *Ludov. Dulceberius*, itidem Jeſuita, teſte ſæpius citato *Alegambe* p.404. & 310.

(96) XCVI. De PRÆADAMITIS excuſus aliquoties nefarius magis quam ingenioſus liber, quod *Iſaaci* PEIRERII ſit, ex ipſius recantatione Anno 1655. in 4. excuſa, notorium eſt.

(97) XCVII. PRECUM *familiarium* libellum anonymum edidit Antvverp. 1639. in 16. *Ieſuita* Franciſcus *ab HEER Belga*, quem, ſicut alios anonymos ſcriptores Belgas plures, omiſit *Valerius Andreæ*, ſed notavit diligentius *Alegambe* p. 125.

(98) XCVIII. PRECES *adſtationes Paſſionis, & ad XV. Myſteria B. Virginis; ac ſeptem ejus dolores*, Gandav. 1621. & deinceps alibi recuſæ ſuperſtitioſiſſimæ, *Ieſuitæ Iodoco* ANDRIES aſſeritur ab *Alegambe* p.280.

(99) XCIX. PURGATORIUM *Catholicè aſſertum, cum invitamentis & methodis ſuffragandi*. Brugis 1642. 12. eidem *Iodoco* ANDRIES aſſeritur ab *Alegambe* p.280. & *Valerio Andreæ*. Bibl. Belg. p. 588.

(100) C. De REFORMATIONE RELIGIONIS *Chriſtianæ, per Miniſtros Evangelicos introductâ deliberatio, à Studioſis Danis & Norwegis propoſita Profeſſoribus Academiæ Hafnienſis* d. 1. Octobris 1602. absque nomine Auctoris excuſa, tribuitur *Laurentio* NICOLAI *Norwego Ieſuitæ*, teſte *Alegambe* p. 299.

(101) CI. REFUTATIO *pugnæ oblatæ a quatuor Miniſtris Calvinianis Sylvæ Ducenſibus, qui ſtatim â capta per ipſos urbe eò convolaverant*, Antvverp. 1630. tacito auctoris nomine fuit edita per *Ioannem a GOUDA Ieſuitam Belgam Alegamb.* p.247. De eodem v. *Valerium Andream* Biblioth. Belg. p. 510. ubi tamen hoc ejus ſcriptum haud recenſet.

(102) CII. (103) CIII. RELIGIO MEDICI cum ANNOTATIONIBUS L. N. M. Argentorati 1652. in 8. Liber ipſe primo *Anglice* ſcriptus ab auctore, poſtea â quodam *Ioanne Meryweather* latinè redditus, aliquoties anonymus prodiit, donec Leidenſis una Editio nomen THOMÆ BROWNE *Angli* ſubſcriptum præfationi exhibuit, cujus etiam habemus Anglicè ſcriptum librum ſub titulo: *Enquiries in the vulgar Errors.* Lond. 1646. in fol. id eſt, *Inquiſitiones in Vulgi errores.* De quo Viro legi poſſunt quæ habet Præfatio *Auctoris annotationum* in eundem Libellum doctiſſimarum, qui cum ipſius etiam initialibus literis ſolis nomen profeſſus ſit, orbis litterarii Civibus pleriſque anonymus manſit. Eſt autem Eques Generoſiſſimus *Levinus Nicolaus*
27 MOLTKIUS, ut aliunde jam compertum hoc habenti confirmat Auctor Itinerarii Germaniæ Politici Pſeudonymus *Conſtantinus Germanicus* (cujus verum nomen vide inter detectos nobis) pag. 264. & alibi. Eidem *Moltkio* debemus *Conclave Alexandri* VII. & *alia Hiſtorica conjunctim edita*, Sclesvvici 1656. in 8. De ipſo libro ita loquitur *Dr. Mollerus* in *Atheiſmi devicti* præfatione, ubi inter Atheiſmum foventes etiam hunc numerat. Religio Medici durch Thomas Brune zu Paris / auch in Engeland gedrucket/ darinn der Autor in allen Capiteln ſich anſtellet / als ob er ein guter Chriſt wäre/am Ende aber eines jeden Capitels ſolche Dubia fürbringet / durch welche alles wieder umgeſtoſſen/und in Zweiffel geſetzet/ das er im Anfang geſchrieben. Annotator noſter nobiliſſimus, hoc ſe quoque animadvertiſſe, quamvis nullum atheiſmum ſe ex ipſius lectione deprehendiſſe, teſtatur, ſuo non minus quam eruditiſſimorum Virorum teſtimoniis, & inter alia verbis ſequentibus declarat. *Iam ante mihi innotuerat, lectionem illius libri multos præclaros Viros delectaſſe, imò occupaſſe. Non ignorabam librum in Anglia, Gallia, Italia, Belgio, Germania cupidiſſimè legi. Conſtabat mihi eum non ſolum in Anglia, ac Batavia, ſed & Pariſiis cum præfatione, in qua Auctor magnis laudibus fertur, eſſe typis mandatum. Compertum mihi erat, multos magnos atq; Eruditos Viros cenſere, auctorem (quantum ex hoc ſcripto perſpici poteſt) ſanctitate vitæ ac pietate elucere. Eum vera, firma, ac generoſa fide ſe ſcrupulis, quibus interdum conflictatus fuit, exolviſſe: ejus conatus tendere ad profectum, ad bonam mentem, ad veram non fictam pietatem, ad admirationem Sapientiæ, ſecretorumque Dei, ad objurgandum cæcum Zelum in Religione Chriſtiana, ad inſinuandum ſtudium charitatis concordiæ, ad irridendum ſtolida atq; abſurda atheorum, ad teſtatum faciendum, non omnes ingenioſos rerum naturalium atq; abſtruſarum indagatores flagitioſiſſimi atheiſmi contagione contaminatos eſſe. Reperiebam tamen ego, hominem, præſertim ſi durum ac rigidum (ut nunc mos fert) nanciſcatur cenſorem, in nonnullis reprehenſionem mereri: Dubia enim interdum proponit, quæ non reſolvit; Scrupulos injicit, quos non eximit. Se difficultatibus nonnullis urgeri fatetur, quomodo illis liberemur ſilet. Hæc animadvertens annotavi nonnulla ad ea, quæ mihi aut diſplicebant, aut parum ſatisfaciebant; ea verò quæ prodeſſe judicabam, confirmavi teſtimoniis aut ex SS. Scriptura, aut ex Patribus, aut ex aliis bonis auctoribus depromptis.* Præfationis autem Pariſienſis, cujus mentionem facit, initium eſt tale: *Atheiſmi ſuſpicione laborantes Medi-*
cos, purgaturus hic medendi Artifex, & innocentem ar- 28
tem Apoſtoli laudibus claram, interque divina chariſmata annumeratam, â magnis & impudentibus vulgi calumniis vindicaturus, fidem ambiguam non tantum manifeſtat, verum etiam occupat omnia, quæ contra illam ab Atheis, Turcis, Iudæisque opponi poſſe arbitratus eſt: & ſequentia quæ unâ eo tendunt omnia, ut Atheiſmi non modo crimine, ſed omni culpa liberatus Auctor, omnibus quam commendatiſſimus inſinuetur. Quo jure quave injuria, judicent alii. Annotationes, de quibus nunc agimus, omninò lectionem multam & eruditionem haud vulgarem arguunt. Vide quæ habet huc facientia Franciſci Irenæi nomine edito Collegio in Oldenburgeri diſcurſus ad inſtrumentum Pacis ſubjectus Indiculus auctorum. pag. 124.

REMONSTRANTIUM in Belgio Theologorum *defenſiones Anonymæ variæ* prodierunt, ex quibus ſequentes poſtea in operibus SIMONIS EPISCOPII Profeſſoris aliquando Leidenſis, Amſtelodami Ann. 1665. in folio Tomis duo-

bus excuſis, denuo exhibitæ, verum auctorem ſuum profeſſæ ſunt.

(104) CIV. *Apologia pro Confeſſione ſeu Declaratione ſententiæ eorum, qui in fœderato Belgio vocantur* REMONSTRANTES, *contra* Cenſuram Leidenſium Theologorum 1630. in 4. ſine loco impreſſionis edita, voluminis ſecundi operum Epiſcopii pag. 95. & ſeqq. recuſa.

(105) CV. *Reſponſio ad Libellum, cui titulus* Specimen Calumniarum atque heterodoxarum opinionum, ex Apologia REMONSTRANTIUM excerptarum *per Theologos Leidenſes.* Hardervici 1631. 4. Eodem Tomo pag. 229.

(106) CVI. *Vedelius Rapſodus, ſeu Vindiciæ doctrinæ REMONSTRANTIUM adverſus* Nicolai Vedelii *Arcana Arminianiſmi* 1633. ib. p. 32.

(107) CVII. *Martini de ROA de ſtatu animæ purgatæ* librum *ex Italico latinum* facit, ediditque Viennæ 1633. in 16. nomine ſuo non adſcripto *Io. BUCCELENUS Ieſuita Italus*, teſte *Alegambe* pag. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat.

(108) CVIII. *Alphonſi RODRIGUEZ Valeſolitani* (fuit enim & alius ejusdem cognominis Segovienſis uterque Hiſpanus, ac *Ieſuita*, v. Alegamb. p. 19. & ſeqq.) *Exercitium perfectionis & Virtutum Chriſtianarum*, omnium virtutis exercitium ſtrenuè ſectaturorum lectione dignum opus eſſet, niſi tot ſuperſtitionibus pontificiis undique ſcateret. Illud *Hiſpanicè* primum ab auctore conſcriptum, in varias poſtea linguas eſt transfuſum. *Latina* editio Colon. 1622. in 4. prodiit, nullo interpretis appoſito nomine: quem duplicem fuiſſe tradit *Alegambe* p. 300. nempe *Ioannem Tannemar*, neſcio quem, qui primum, & *Leonardum CREDER, Ieſuitam*, qui reliquos Tomos
29 transtulerit.

(109) CIX. DE SACRIS ALIENIS NON ADEUNDIS *Quæſtiones duæ in uſum Praxinque Angliæ breviter explicatæ*, auctore R. P. 1607. Audomari, quod à ROBERTO PERSONIO *Ieſuita* profectæ eſſent, ſuſpicatus illicò fuit *Georgius Blackwellus*, uti legere eſt pag. 3. Quæſtionis in eundem bipartitæ, Londini 1609. in 4. excuſæ, ubi præterea leguntur hæc verba. *Sed & ei cauſam arbitratur dediſſe* Thomæ Wrighti *ſacerdotis (ſic enim conjectat) commentariolum quendam trium puta foliorum, quod aliquot rationum contextu, liberum Angliæ Catholicis ad Proteſtantium ſacra aditum patefecerat. Delatum Romam hunc Argumentorum manipulum (ipſo tamen, quod maximè intelligi vult, nec authore, nec quidem conſcio) Tractatu illo, ut videre eſt, confutatum rediiſſe. Rogatus, num ſacerdotes Angli hoc* Perſonii *tractatu, ut verâ rei controverſæ deciſione, vulgò acquieſcerent: reſpondit, nihilo videri minus, in ſuo quenque ſenſu abundare.* Unde patet, hoc ipſum etiam ſcriptum anonymum fuiſſe, quod cum neſciam quo titulo vel idiomate prodierit, in cap. ultimum, de ignotis ſcriptis, mentionem ejus differemus. Perſonio ſcriptum hoc tribuit expreſſe *Philipp. Alegambe* ad nomen ejus Elogium mirificum, & ſcripta alia anonyma pleraque vel pſeudonyma recitans.

(110) CX. SUMMA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ *brevis*, continens religionis Chriſtianæ, Pontificiis tamen erroribus inquinatæ, ſumma Capita, prodiit, ab Ignatio Loyola Jeſuita, ſectæ fundatore approbata, & Ferdinandi Regis diplomate munita; tacito auctoris Petri Caniſii nomine 1554. ſecundus infelix partus illius Societatis, cujus etiam Compendium *Catechiſmi* nomine prodiit. v. *Matth. Raderum* in vita hujuſce CANISII, & *Alegamben* p. 374.

(111) CXI. TESTAMENTUM *Patriarchæ* JACOB, ſive *Concionum Tomum Ioannis* SUFFRENII *Ieſuitæ*. 1623. editum, anonymis accenſet *Philipp. Alegambe* in Indice Bibliothecæ Jeſuitarum.

(112) CXII. THEOLOGIA GERMANICA prodiit Anonymi, cum Præfatione Hutherini editione Belgica. Eum auctorem notum fuiſſe *Bezæ*, patet ex ejusdem *Epiſtola* 46. pag. m. 213. Gulielmo Gratarolo ſcripta. In quodam *Fratrum Roſeæ Crucis* ſcripto A. 1617. edito TAULERO adſcribitur, & hinc commendatur ibidem Pontificiis primum, tum etiam Reformatis, Anabaptiſtis & Auguſtanæ Confeſſionis hominibus. Exemplar Germanicum SWENCKFELDIUM auctorem præfert. 1541. excuſum. Prodiit quoque latinè Antvverp. 1558. ſub nomine *Ioh.* 30
THEOPHILI. Sacerdos quidam ex Teutonicorum ordine, aliquibus dicitur eſſe auctor ejus. Enthuſiaſmum promovere, ejusque & libertiniſmi fundamenta continere dicitur. vide *Ioh. Hornbeck*, in ſumma Controverſiæ l. 6. p. 385. & ſeqq. Hæc fere ad me perſcripſit humaniſſimus atque Doctiſſimus JCtus *Gerhardus* von *Maſtricht*, Profeſſor Electoralis Academiæ Duisburgenſis, hujuſce mei de anonymis ſcripti occaſione, parario, Cive & Amico meo Chariſſimo Dn. Henrico Brokes J. U. L. mihi conciliatus, cui etiam alia hujus argumenti aliqua debeo, ſuis locis memoranda.

(113) CXIII. THESAURUS piarum & CHRISTIANARUM INSTITUTIONUM, prius nomine BULLÆ, ſine auctoris mentione editarum, cujus ſit auctoris, Hiſtoria præter morem ſuum prolixa narrat *Philippus Alegambe* pag. m. 119. ſic ſcribens. *Libellum Sodalitatis*, hoc eſt, *Piarum & Chriſtianarum Inſtitutionum* lib. III. *In gratiam Sodalitatis B. Virginis Mariæ.* Hic Libellus, cum ſub nomine *Bullæ*, nullius adſcripto nomine, ſæpiusque annis ſequentibus recuſus, mox etiam, ne incerto auctore ſuſpectus fieret, per *Ioannem* PERELLIUM, modicè variato titulo, in hunc modum *Theſaurus piarum & Chriſtianarum Inſtitutionum*, editus prodiiſſet Ingolſtadii, M.D.LXXVIII. Dilingæ MDLXXXIII. Mediolani MDLXXXVI. & alibi, demum Auctor ejus *Franciſcus* COSTERUS librum recognovit, & duobus libris auctum, præfixo nomine ſuo recudit. Antvverpiæ typis Plantinianis, & Coloniæ apud Goſuinum Cholinum, utrobique anno M. D. LXXXVI. additis Academiarum aliquot approbationibus, quæ illum Auctorem eſſe agnoſcunt, iterumque Lugduni apud Paulum Frellon & Abrahamum Cloquemin M.D.XCIV. præfixa ad Sodalitates Beatiſſimæ Virginis Mariæ Epiſtola, ſuo nomine ſubſcripta, qua ſuum illis librum offert, explicatque quam habuerit ejus conſcribendi occaſionem, ut nullus poſſit ambigere, cujus Auctoris hic partus ſit; qui rurſum VI. libro auctior Antvverpiæ, Coloniæ, alibi editus eſt. Hactenus Alegam-

Alegambe, cujus locus hic notari eo magis debuit, quod *Andreas Valerius*, & *Franciſcus Sweertius* uterque nihil de hoc ſcripto, quamvis alia Belgæ illius Jeſuitæ ſcripta recenſeant, meminere.

(114) CXIV. THESAURUM SPIRITUALEM *rerum ac documentorum variorum ad ſocietatem Jeſu pertinentium*; Cracoviæ 1607. item

(115) CXV. THESAURUM PRECUM *ac variarum exercitationum Spiritualium, ex variis auctoribus collectum* opera PP. Soc. Jeſu, recenſet inter anonyma ſcripta *Friderici BARTSCHII* Pruteni Je-
31 ſuitæ, *Alegambe* p. 144.

(116) CXVI. TORTURA TORTI à *Lancelotto* ANDREWS Elienſi primum, dein Wintonienſi apud Anglos Epiſcopo profectum ſcriptum conjungi debet cum eo, cui titulus

(117) CXVII. TRIPLICI NODO TRIPLEX CUNEUS, ſive *Apologia pro Juramento fidelitatis, adverſus duo Brevia Papæ Pauli V. & recentes litteras Cardinalis Bellarmini ad Georgium Blackvellum Angliæ Archi Presbyterum, ſcriptas.* Liber Anglicè primum editus eſt Londini anno 1607. eum in finem, ut liberaret animos ſubditorum Pontificiorum opinione falſâ præconceptâ, quaſi bona cum pace conſcientiarum ſuarum injunctam ipſis formulam juramenti fidelitatis, ob detectas varias Conſpirationes Jeſuitarum, aliorumque Catholicorum in Regiam perſonam, neceſſariam exiſtimatam, dicere non poſſent: quamvis Archi-Presbyter ille hoc ipſum, non obſtantibus Papæ brevibus, & Cardinalitiis litteris dixerit; uti patet ex Proceſſu ejusdem impreſſo Londini 1609. hac inſcriptione: *In* Georgium Blackvellum *Angliæ Archi-Presbyterum à Clemente VIII. deſignatum Quæſtio bipartita; cujus Actio prior Archi-Presbyteri jusjurandum de fidelitate præſtitum, altera ejusdem juramenti aſſertionem, contra* Cardinalis Bellarmini *litteras continet*, quam *Goldaſtus* etiam Tomo 3. pag. 565. Monarchiæ S. Romani Imperii, recuſam exhibuit. Liber hic *latinè* mox verſus, & refutatus à Cardinale *Rob. Bellarmino* ſub nomine *Matthæi Torti*, quod in *Pſeudonymis* invenies: *Liber graviſſimus & ſummæ pietatis* dicitur ab *Iſaaco Caſaubono* appendicis Epiſtola 106. Profectus autem eſt ab ipſo Rege Angliæ JACOBO, cujus alia doctiſſima ſcripta, tum ſeparatim ſingula, tum conjunctim unà recuſa Anglicè 1616. & Lat. 1619. utraque Londini, vide in Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 263. 264. Vide Colomeſium in Clave Epiſtolarum Caſauboni ad p. 833. Neſciens autem ipſius Regis hoc opus eſſe *Bellarminus*, admodum duriter & injurioſe reſponderat, unde Rex priorem libellum recudi juſſit, auctorem ſe profeſſus ejusdem, addiditque *Præfationem monitoriam* & *Anglicè* & *Latinè* à ſe ſcriptam, qua reprehendit Bellarmini reſponſionem, & imperat ſubditis, quæ neceſſaria videbantur. Itaq; nolens etiam latere diutius *Bellarminus*, *Apologiam* eandem denuo edidit, ſuo nomine pariter præfixo, qua & ſuam, nomine non amplius occultato recuſam reſponſionem defendere, & Monitoriam Regis Epiſtolam refellere ſatagit. Colon. 1610. in 8. quo eodem & *Mart. Becanus* Jeſuita Moguntiæ edito libro in 8. refuta-
tionem eandem inſtituit. Scripſerat autem et- 32
iam ante contra Bellarmini reſponſionem Pſeudonymam ἀνωνύμως TORTURAM TORTI, A. 1609. in 4. *Lancellottus* ANDREWS, Ciceſtrenſis, primum Elienſi, deinde Wintonienſi apud Anglos Epiſcopatui Præfectus, v. *Colomeſ.* ad p. 90. Clavis Epiſtolarum Caſauboni. Ei reſpondit *Martinus Becanus* Jeſuita, *Refutatione Torturæ Torti* ſeu *contra Sacellarium Regis Angliæ, quod cauſam Regis ſui negligenter egerit*, excuſa Mogunt. 1610. in 8. & A. 1612. ipſo nomine *Lancellotti Andrews* expreſſo, recuſa. Huic oppoſitus a. 1611. Londini in 8. editus *Elenchus Refutationis Torturæ Torti* pro Reverendiſſimo in Chriſto Patre Dno. Epiſcopo Elienſe, adverſus *Mart. Becanum*, Auctore *Richardo Thomſonio*, Cantabrigienſi. Item *Roberti Burhilli* Angli ibidem eodem anno edita *Reſponſio pro Tortura Torti* ad P. M. *Becanum*. Oppoſuit etiam Torturæ Torti ſe alius Jeſuita Græcus *P. Andreas Eudæmon, Joannes Cidonius*, libro cui titulus *Parallelus Torti ac Tortoris ejus L. Greſtrenſis.* Col. 1611. in 8. quem nihil aliud niſi *fœtidiſſimam convitiorum & impudentiſſimorum mendaciorum cloacam* eſſe dicit *Caſaubonus* Epiſtolæ ad *Frontinum Ducæum* pag. 159. ejusdem mendacium impudentiſſimum de Caſauboni Patre ſuſpenſo, in ſpecimen Græcæ fidei, Orbi litterato exhibens, *Exercitat. ad Baron.* Apparatum n. 4. Eum idem modo nominatus *Burhillus* Oxoniæ 1613. in 8. *de poteſtate Regia & uſurpatione Papali*, edito ſcripto refutavit. Alia ſcripta ad hanc controverſiam pertinentia plurima, vide apud *Draudium* in Bibliotheca Claſſica ſub titulo, Anglicana, librorum Theologicorum, pag. m. 13. 14. cui omiſſos plurimos in additamentis Draudianis noſtris olim, ubi DEus voluerit, exhibebimus. Vide in *Pſeudonymis* ad *Matthæi Torti* & *D. Leidhreſſerii* nomina quæ notantur.

(118) CXVIII. *Epiſtola Domini de VILLANOVA Miniſtri Calviniani in Gallia, de ſua ad fidem Catholicam converſione, Latina* ex *Gallico* edita eſt 1634. Viennæ, ſuppreſſo interpretis nomine, quem habuit *Henricum* Lamormaini *Jeſuitam Belgam*, de quo vide Alegamb. p. 176. & Valer. Andr. Bibl. Belg. pag. 359. multa ejus ſcripta recenſentes, & tamen *Sweertius* hunc auctorem plane omiſit.

(119) CXIX. Huc refer, quæ de Auctore libri execrabilis de TRIBUS IMPOSTORIBUS ad *Rhodiani Catalogi* n. 50. diſſerui.

CAPUT

33
CAPUT III.

De Scriptis Juridicis Anonymis detectis.

(120) CXX.

ANIMADVERSIONES *in quædam Capitis primi & ſecundi* Speciminis Salmaſiani, *quibus Varii Viri docti ab ejusdem calumniis vindicantur.* Hagæ Com. 1657. in 8. Liber reſpondens *Salmaſio*, ſuper agitata quæſtione de *alienatione in mutuo:* creditur ipſius eſſe conſultiſſimi *JCti Wilhelmi Goëſii*, cum ipſius defenſio in hoc Libello potiſſimum ſuſcipiatur, & elogia ejusdem, litteris tum ad ipſum, tum ad alios illius amicos datis comprehenſa ſubjungat, quæ non niſi ejusdem voluntate publicari potuere.

(121) CXXI. COLLEGIUM *reliquorum* IMPERII DEPUTATORUM AD COLLEGIUM ELECTORALE, *de præſenti ſtatu Imperii, Imperatore eligendo, & eligendo ſcribenda lege*, an. 1657. in 4. annexis aliis, nempe *Serie priorum & poſteriorum annexorum Imperio Deputatorum*, ac *Electorum de omnium deſiderii ſententia*, prodiit ſcriptum anonymum, lectu planè ſtudioſorum Imperii noſtri Juris publici digniſſimum. Ejus Auctorem *Philippus Andreas Burgoldenſis*, vel, ut in *Pſeudonymis* detegemus *Oldenburgerus* diſcurſuum ad Inſtrumentum Pacis IX. §. 12. pag. 248. hiſce verbis detegit: *De Formâ & modo Electionis ac Coronationis conſule* Auream Bullam & Paſtorii Labores Electorales. *Circa hanc materiam lectu quoque jucundiſſimum eſt* Collegium Electorale, *quod* an. 1658. *in electione Invictiſſimi Leopoldi Imp. prodiit, cujus Auctor à nonnullis creditur eſſe Dominus Friſchmannus.* Id quod ante me jam ex eodem notavit *D. Geislerus decade* 3. n. 1. exemplorum, ſuæ de nominum mutatione & anonymis Scriptoribus doctiſſimæ diſſertationi ſubjunctorum, quæ unica totius hujuſce noſtræ ſcriptionis occaſio fuit, uti pluribus alias, & in præfatione dictum habemus. Et quamvis annus atque titulus apud hoſce ambos nonnihil diverſus referatur, ab eo, quem nos ex ipſo opere inſpecto notavimus, cum tamen aliud Collegium Electorale nullum ſciam, omnino idem hocce ſcriptum ab illis intelligi nullus dubitaverim.

(122) CXXII. COMMUNEM OPINIONEM JURIS, *ſive Receptarum ſententiarum Syntagma*, Tomis quatuor in folio Auguſtæ Taurinorum an. 1595. à *Leandro Galganetto* JCto Col-
34 lenſi, ac poſtea Judice Appellationum, ac Nullitatum à Curia Romana conſtituto, editum memorat in Apibus Urbanis *Leo Allatius*, ad nomen Galganetti illius. Hoc opus mihi quidem hactenus videre non contigit; neque *Draudius* illud inter ſuos Opinionum communium ſcriptores pag. 675. 676. aut Receptarum ſententiarum auctores pag. 820. recenſet. Habemus autem alium Francofurti 1584. editum ejusmodi *Theſaurum*, quo variorum Doctorum antea ſparſim edita illius argumenti ſcripta in Alphabeticum Ordinem *Tomis duobus* digeſta ſunt, quibus *tertium* ſeparatim excuſum *Antonii Gabrielii Opiniones* continentem, ſuccenturiandum eſſe titulus monet. Illud igitur Opus Galganetti forte cura recuſum & aliis acceſſionibus auctum eſſe, fortaſſe non injuria quis exinde ſuſpicetur.

(123) CXXIII. CORPORIS JURIS RECONCINNANDI *ratio*, triennio ab hinc foliis pauciſſimis in 12. ſine auctoris, loci, vel typographi mentione prodiit excuſa: quam ſimul ac legi, ſtatim ejusdem auctoris eſſe ſuſpicatus ſum, qui *Methodum novam diſcendæ docendæq; Jurisprudentiæ* anno ſuperiori 1668. dederat, haſce litteras loco nominis auctoris ſui præferentem. G.G.L.L. Ex quibus, addito quod §. 49. *artem* ſuam *combinatoriam* citat, illicò colligebam auctorem *Gottfredum Guilielmum Leibnüzium* Lipſenſem, cujus *de arte combinatoria* diſſertatio planè doctiſſima Lipſiæ 1666. in 4. edita proſtat. Poſtmodum idem confirmavit auctoritate ſua Excellentiſſimus illius Academiæ Profeſſor modo laudatus, *Frid. Geisler* l. c. decad. 2. n. 9. Conſilium ipſum quod attinet, quamvis de eo nos vult ſententiam auctor §. 153. continere, donec opus promiſſum introſpiciatur, quod maturaturum ſe pro virili pollicetur §. 155. non poſſum tamen non ſummatim hoc loco maximopere comprobare. Siquidem hac ratione quantum in connexione titulorum, & eorum ſerie memoriter ediſcenda ac retinenda tœdii devoratum eſt hactenus Jurisconſultis, (quorum adeo præcipuos multos ſcio nunquam à ſe potuiſſe impetrare, ut memoriæ mandarent ſeriem tot titulorum, quam inter ingruentia ſubinde negotia publica, peregrinationesque, aut alia majoris momenti avocamenta, ſe nullo modo conſervaturos eſſe prævidebant) Illud impoſterum Juris noſtri cultores lucri facere bonasque horas melius collocare poterunt. Nec illius executio nimis operoſa videtur. Siquidem absque deſcribendi labore, duobus tantum exemplaribus Corporum Juris ejusdem editionis Gothofredianæ (cui alligaturum ſe profitetur Auctor) in eas quas voluerit ipſe partes diſſectis, & ſuper aliis chartis, ea qua ipſe ordinaverit ſerie, iterum conglutinatis, ordo ſibi conſtabit. Quidquid autem notarum aut monitionum ſu- 35
peraddi placuerit, illud margini novæ chartæ, cui ſuperglutinata ſunt illa fragmenta, deinceps inſcribi poterit. Duo vero cur debeant eſſe exemplaria facile patet, quoniam altera cujusque folii pagina per ejusmodi ſectionem & conglutinationem perit, quæ per ſecundum ejusdem editionis exemplar debet reſarciri.

(124) CXXIV. DEDUCTIO DIFFICULTATIS, *quæ eſt inter religioſos B. Mariæ de Dunis, & Dn. Principem Orangiæ, occupantem bona dicti Monaſterii, ſita in territorio Hulſtienſi.* Libellus eſt in

in 4. impreſſus, ſine auctoris aut typographi nomine, & conſcriptus ab *Adriano Muelmanno* Flandro Monacho Cœnobii illius, cujus & alia ſcripta recenſentur à *Carolo Viſch, Bibliothecæ Ciſtercienſis* pag. m. 6. Eum Auctorem neque *Valerius Andreas* in *Bibliotheca Belgica* ſua, nec *Franciſcus Swertius* in *Athenis Belgicis* memorant.

(125) CXXV. DEFENSIO REGIA *pro Carolo I. ad Sereniſſimum Britanniæ Regem Carolum II.* nunc non ſine reſtitutionis inopinatæ, ſed notorio jure debitæ, divino miraculo regnantem ſcripta A.D. 1650. ſumptibus Regiis, & alias deinceps variis typis atque formis recuſa, quod ab Incomparabili Viro *Claudio Salmaſio* profecta ſit, cum alias, tum ex nefaria *Miltoni reſponſione*, ipſo illo anno eidem oppoſita, nec non exemplaribus ſub auctoris nomine impreſſis, ac denique ex ejusdem *poſthuma Reſponſione*, ſub ipſo auctoris nomine, Londini 1660. in 8. edita, notius eſt, quam ut indigeat probatione. Vide *Salmaſii Vitam* præfixam, cum Catalogo, ab *Antonio Clementio Zirizæo* Epiſtolarum ipſius Editioni ultimæ Batavæ, nec non apud *Lorenzi Graſſi* in Italis Elogiis litteratorum part. 2. p. 209. Eum, ut diſertum alioquin, ita cauſæ tantæ non ſatis dignum patronum aliqui crediderunt: Utpote aliorum potius litterariorum monumentorum, quam Practicæ Philoſophiæ, Jurisque naturæ, Gentium atque Anglicani, peritiorem. Unde cum ab aliis, tum à ſummo viro *Bœclero in Grotium de Jure belli ac pacis* commentante, aliquoties carpitur, v. gr. ad lib. 2. c. 14. in pr. *Intolerabili importunitate dicitur in defenſione Regia egiſſe, de promiſſis contractibus & juramentis Principum* ad l. 3. c. 4. §. 1. *In explicanda licentia nemo diſſolutius & magis temerè verſatus, quam* Salmaſius in Defenſione Regia, *& hoc evenit ex eo, quod non erat aſſuetus modo tractandi ejuscemodi Quæſtiones Practicas.* De *Salmaſio* plura vide in *Pſeudonymis* noſtris ad *Alexium à Maſſalia, Wallonem, Meſſalinum, Simplicium Verinum, & Fr. Francum.*

(126) CXXVI. EXERCITATIONES XII.
36 *quibus Severini de* Monzambano (de quo vide in *Pſeudonymis* ſuo loco) *ad modum promulſidis, Tractatus de* ſtatu Imperii Germanici *diſcutitur, & quædam Chræſimo, plura Obelo notantur.* Cis Veronam apud Severum Mipoſycophantam 1668. excuſæ, doctæ ſunt & lectu non inutiles, jus publicum Imperii noſtri curantibus. Eas Viri jam alias Clariſſimi, doctiſſimis ſcriptis plurimis noti *Martini Schockii* putat eſſe Burgoldenſis ad Inſtrumentum Pacis part. 1. diſc. 2. §. f. p. 289.

(127) CXXVII. JURIS & JUDICII FECIALIS ſive *Juris inter gentes*, & *quæſtionum de eodem explicatio*, opera R. Z. *Autoris Elementorum Jurisprudentiæ* Lugd. Bat. 1651. in 12. Liber elegans & doctus *Richardi Zouchæi*, cujus *Elementa Jurisprudentiæ* Hagæ Comitis 1659. in 12. & Oxoniæ 1650. in 4. excuſa, nomine ipſius præfixo habemus: in quibus hoc apprimè laudandum eſt, quod totius juris inſtitutiones Imperatorias pauciſſimas exhibere pateat. *De Jure Feciali* Libellus etiam *Germanicè*, neſcio quo Interprete 1666. Francofurti excuſus eſt, ſub titulo Allgemeines Völcker=Recht / wie auch allgemeines Urtheil und Aus=ſpruch aller Völcker. vide Geisler. Dec. 4. n. 9.

(128) CXXVIII. GLOSSA CORPORIS CANONICI cui debeatur, non omnibus conſtat, quandoquidem nomen auctoris non æque ac Gloſſatoris Civilis primarii *Accurſii* præfigi ſolet editionibus corporis Gloſſati. Hoc itaque memoriæ prodidit poſt *Abbatem Urſpergenſem* (quem eſſe *Conradum à Lichtenave* infra, ubi ad Hiſtoricos perventum erit, indicabimus pluribus) *Albertus Crantzius* Saxoniæ lib. 8. c. 27. hiſce verbis: *Quo tempore* (circiter an. 1269.) *floruit Johannes* Semeca *Theutonicus, inſignis Juris Doctor, qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum, quod ante eum nemo, & poſt eum excellentius nullus facere potuit: Præpoſitus S. Stephani Halberſtadienſis, qui Clementi IV. ſummo Pontifici, tum per Germaniam ſicuti Galliam decimas à Clero in redemtionem terræ ſanctæ exigenti, appellationem oppoſuit: quem pro ſua, ut dicebat Papa, temeritate excommunicavit privavitque Præpoſituram, &c.* vide Vitam ejus, primo loco inter Jconſultorum Vitas à *Melchiore Adami* deſcriptas. Eas gloſſas, auxit poſtea *Bartholomæus Brixienſis*, de quo vide *Valentin. Forſteri* Hiſtoriam Juris civilis libro 3. cap. 17.

(129) CXXIX. *JCTUS VERUS & perſona-* 37
tus, ad illuſtriſſimum Baronem Boineburgium, in qua diſſertatione quædam maximè circa ipſa Jurisprudentiæ fundamenta vulgo ignota, vel neglecta vel errata proponuntur & expenduntur. Auctore J. L. P. Norimbergæ. 1664. Ea diſſertatio jucundiſſima eſt, & utiliſſima lectu illis, qui non umbratilem ſed ſolidam Jurisprudentiam ſectaturi ſunt. Literas autem præfixas, amici quidam interpretati mihi ſunt initiales, *Joannis Ludovici Praſchii*, Ratisbonenſis. Laudat Auctor cum in opere ipſo, tum in ejusdem præfatione ſubinde ſummum Jctum, *Joannem Ottonem Taborem*, ut Præceptorem, imò ut Socerum ſuum.

(130) CXXX. MARE LIBERUM, *ſive de Jure quod Batavis competit, ad Indicana Commmercia Diſſertatio.* Lugd. Batav. 1609. in 8. *Hugoni Grotio* Fiſci Advocato, auctori adſcribit in exemplari meo manus p. m. Proavi mei *Vincentii Molleri*, conſulis olim hujusce communis Patriæ noſtræ; Id quod unâ deinceps alii plures teſtimoniis locupletisſimis probavere. vid. *Valer. Andream Bibliothecæ Belgicæ* pag. m. 379. *Franciſcum Sweertium* in *Athenis Belgicis.* pag. 352. ubi miror utrumque in 4. editum hoc opuſculum teſtari, cum tamen editio mea illius anni ſit in forma, quam vocant octavam. Ei oppoſuit *Seldenus Mare Clauſum*, Londini 1635. in fol.

(131) CXXXI. *METHODUS NOVA diſcendæ docendæque Jurisprudentiæ, ex artis didacticæ Principiis, in parte Generali præmiſſis, experientiæque luce* auctore G. G. L. L. Francof. 1668. in 12. Liber omninò legendus iis, qui Jurisprudentiæ ſtudent incrementis procurandis, qualia multa promittit auctor, cujus conſiliis multum vel ipſo conatu laudandis, non tamen per omnia probandis, partite examinandis locus hic non eſt accommodatus: erit autem in parte ſecunda *Juris-Conſulti noſtri*, Deo volente brevi publicanda, cujus vide ſub finem *Pſeudonymorum* noſtrorum Sciagraphiam. Auctorem ſupra n. CXXI. deteximus, doctiſſimum *Gottfredum Gulielmum Leibnützium* Lipſienſem.

(132) CXXXII. MANIFESTUM, ſive

Deductio Sereniſſimi Principis ac Domini Caroli Ludovici, Comitis Palatini Rheni ad S. Romanam Cæſaream Majeſtatem, continens jus ſucceſſionis in Electoratu ao. 1637. in folio publicatum, conſcripſit, uti compertum habeo ex amicorum meorum intimi (cujus dono exemplar illius Manifeſti, præſcripto ipſius manu nomine Auctoris, poſſideo) ſpeciali relatione, *Joannes Ioachimus a Rusdorf*, Nobilis
38 Bavarus, Conſiliarius Archi-Palatinus, cujus ipſo auctoris nomine præfixo extant *Vindiciæ Cauſæ Palatinæ*, ſeu *Aſſertio & Deductio Iuris inviolabilis ſucceſſionis, Sereniſſimi & Celſiſſimi Principis Caroli Ludovici, Comitis Palatini ad Rhenum &c.* in *Electoratum & Comitatum Palatinum* 1640. in fol. cui peculiarem Refutationem oppoſuit *Joannes Abelzreiter.* Plura vide in *Pſeudonymis*, ad nomina *Hippolithi à Lapide* & *de Valle Quietis.*

(133) CXXXIII. *Vindiciæ quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non immediatæ Nobilitatis S. Romani Imperii, contra* Palatinum Wildfangiatum, *mancipatum aliasq; violentias.* An. 1665. editæ fuere in fol. & 4. Quibus illico fuit oppoſita.

(134) CXXXIV. *Juſtitia Cauſæ PALATINÆ, ſive Defenſio Iuris Regalis Palatini in homines proprios, nec non effrenata convitiandi audacia ſcriptoris Vindiciarum contra Wildfangiatum* in fol. Cui ſucceſſit à partibus adverſis aliud ſcriptum, hoc titulo:

(135) CXXXV. *Vindiciæ à Fœderatis Electoribus, Principibus, Statibus, & immediato Equeſtri ordine, PALATINO WILDFANGIATUI pridem oppoſitæ, denuo aſſertæ, & à Convitiis, Corruptelis, Calumniis Maledici & Contumelioſi Scriptoris, qui defenſionem Iuris Regalis in homines proprios emiſit, vindicatæ.* Moguntiæ, cum antea excuſa in 4. tum recuſa 1669. in fol.

Horum Scriptorum prius atque poſterius à litteratiſſimo p. m. Viro *Joh. Henr Boeclero*, medium à Conſultisſimo Dno. *Iohanne Friderico Bœckelman*, Profeſſore tum temporis Heidelbergenſi, nec non Dicaſterii Electoralis Palatini vice Præſide, & Conſiliario Electorali intimo, profectum eſſe, fama confeſtim rumore non inconſtanti ſpargebat, addens ipſum Sereniſſimum Electorem Palatinum, non modo relegiſſe pro ſe ſcripta, ſed marginalibus ſubinde notis etiam auxiſſe: quod uti pro certo affirmare non poſſum, ita quo lubentius credam, nota Magni illius Principis eruditio ſumma & vigilantia facile perſuadet. De Dn. Bökelmanno teſtem etiam dare poſſum *Burgoldenſem* ad Inſtrum. Pacis part. 1. diſc. 23. p. 421. De Bœcklero, *Sarckmaſium*, in Judiciis ſuis, per alios variè judicatis, de quo vide in Pſeudonymis ſuo loco. Is adeò malè defenſam à Bœclero cauſam eſſe ſentit, ut ipſe, quanquam ſero, maluerit ſe ea defenſione abſtinuiſſe. *Burgoldenſis* ea de controverſia Judicium extat: Ad Inſtrum. Pacis part. 1. diſcurſu 25. ſub finem membri 2. pag. 439. tale. *Bene interim eſt, quod in hac Wildfangiatus controverſia Rhetorica ſit à Logica victa, id eſt, quod Orator Vindiciarum Juſtitiæ Cauſæ Palatinæ,* 39
robuſtiſſimas ac firmiſſimas rationes verborum ſuorum mellitis globulis convellere non potuerit. Autor vindiciarum, quisquis tandem ille ſit, (num Argentinæ an alibi degat, inquirere non vacat) ſcriptor ſanè eſt accurati Iudicii & qui Curtii atq; Taciti ſtylo elegantiſſimo huic cauſæ, quantum in ſe quidem fuit, inſerviit. Theſin tamen non rectè ad hypotheſin accommodaſſe videtur, dum ex Principiis Iuris naturæ Wildfangiatus cauſam oppugnare conatus eſt, cum tamen ſatis ex Iure notum ſit, tales ſervitutum Species eſſe præter naturæ Iura inductas, ac ex principiis juris plane extraordinariis reſultare. In reliquum ignoſcat Autor ille doctiſſimus pariter ac eloquentiſſimus, quod proverbium illud: Logica eſt à Rhetorica victa, (olim in Ducem Brunſuic. & Epiſc. Halberſtadenſem à vulgo jactitatum) ad hocce negotium, citra omnem tamen injuriam transferre haut fuerim veritus. Illud ſane Judicium eventus comprobavit, ut patet ex *actis Compromiſſi, Laudoque* in ea cauſa Heilbronnæ d. $\frac{7}{17}$. Februarii 1667. à Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum Regum Arbitris delegatis publicato.

CAPUT IV.

De Scriptis Medicis Anonymis detectis.

(136) CXXXVI.

ISagoge ANATOMICA *Anonymi Philoſophi antiquiſſimi* Græca, quam *Petrus Laurenbergius* à ſe verſam, edidit ex Bibliotheca ſua Hamburgi 1616. in 4. Gr. L. & Senatui Reip. Hamburgenſis dedicavit & ex teſſellis *Ariſtotelicis* compactum eſſe opus ab ipſo Petro Laurembergio, ex amicorum meorum aliquibus accepi, & ſtudioſius cum Ariſtotelis de partibus animalium aliisque ſcriptis conferens illud opuſculum, rem ita ſe habere, centonemque Ariſtotelicum nobis pro peculiari veteris auctoris ſcripto venditatum deprehendi, quod examinantibus mecum manifeſte patebit. De hoc ſcripto plura dicturum ſe promiſit mihi Doctiſſimus & Excellentiſſimus Civis ac amicus meus *Martinus Fogelius* Phil. & Med. D. in *Hiſtoria Phyſicorum*, quam prœlo tenet paratam.

(137) CXXXVII. EPISTOLA AMICI AD AMICUM, qua examinatur *Diſputatio* inauguralis *Andreæ Caſſii* Hamburgenſis, Groningæ habita, *contra Triumviratum inteſtinalem* cum ſuis efferveſcentiis. Amſtelodami 1668. in 4. conſcripta eſt ab Amico meo b. m. chariſſimo candidiſſimoque *Matthia Paiſenio*, Med. Dr. dum vive- 40
ret doctiſſimo, quem utinam nobis adeo maturè fata non abripuiſſent, haberem etiamnum, cum quo ſæpiſſimè vacuas horas non inerudito fallerem otio. Interim memoriam illius, cujus præſen-

præſentiam *O Superi* denegaſtis, quoad vixero, *ſemper acerbam*,

Semper honoratam, quia ſic voluiſtis, habebo.

Et ſane huic omnino dandum illud etiam putavi, ut binorum ſaltem foliorum Epiſtola, quandoquidem alia majora, quæ ab ejusdem induſtria doctrinaq; non vulgari expectabamus, immatura mors intercepit, hic memoretur. Eam Inaugurali ſuæ Lugduno-Batavæ habitæ *diſputationi de Vitiis humorum* longè doctiſſimæ, quam per Caſſianam diſputationem indigne habitam credebat, defendendæ ſcriptam ipſe mihi pro familiaritate, quam colebamus unà, faſſus eſt, atque donavit.

(138) CXXXVIII. ENCHIRIDION MEDICUM, Genevæ ſine auctoris nomine cum *Calmetæi Chirurgia*, editum, *Ioannis Fernelii* eſſe, cujus alia ſcripta Medica plura, nomine ipſius inſignita doctiſſima habemus, auctor eſt *Scavenius* n. 80. vide *Lindanum* p. m. 352.

(139) CXXXIX. HORTI ACADEMICI LUGDUNO-BATAVI *Plantarum Catalogum* quo is inſtructus fuit an. 1635. Præfecto ejusdem Horti *D. Adolpho Vorſtio*, Medicinæ & Botanices Profeſſore, una cum Indice plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur, Lugd. Bat. 1636. in 24. editum ab *Henrico Kralitz* confectum, *Scavenius* n. 66. teſtatur.

(140) CXL. LUMEN CHYMICUM absque auctoris SENDIVOGII nomine aliquoties editum, vide in *Rhodianis* num. 56. & in *Scavenii* Catalogo num. 90.

(141) CXLI. *Chymicos* PARACELSISTAS ſeu *Theophraſti Paracelſi Sectatores*, & in ſpecie *Joannem Wierium*, cujus opera conjunctim, Amſtelodami 1660. in 4. nuper iterum prodierunt, oppugnavit quidam anonymus J. G. P. cui apologiam peculiarem oppoſuit *Gerardus Dorn*, ſive *Dornæus*. Ejus chymica ſcripta plurima habentur, hæc autem apologia *artificio* ejusdem *Chymico* 1598. in 8. edito juncta eſt, hac inſcriptioe: *Veneni quod (neſcio quis)* LEO SUAVIUS *ſub* J. G. P. *velamine tectum in Theophraſticos evomere conatur, proprium in pectus ejus, per* Gerardum Dorn, *Apologetica Retorſio*, de qua vide Librum Apologeticum *Joannis Wierii*, operum ejus pag. 623. & 624. ubi eidem ſe opponit, deque operis auctore ſic ſcribit. *Has autem literas* J. G. P. *mihi explicuit Illuſtriſſimus Princeps Chabaneus Joannes VidamnusCarnutenſis, Phi-*
41 *loſophiæ abſtruſioris indagator ſolertiſſimus, & pietatis eximiæ Vir, nomenque reddidit, nimirum* Joannes *Gorſtius* Pariſienſis, cujus aliud ullum ſcriptum, nunquam me vidiſſe memini. *Leonis Suavii* verò *Compendium ex optimis quibusque Theophraſti libris cum ſcholiis in libros quatuor de vita longa, vitaque Paracelſi, & Catalogo ejus operum*, Baſileæ 1568. in 8. editum memorant *Draudius* Bibl. Claſſicæ p. m. 992. *Geſnerus* p. m. 449. & *Lindanus* p. 444.

(142) CXLII. PHYSICÆ RESTITUTÆ Enchiridion Anonymi in 24. 1657. Rotomagii prodiit. Eum in ſua, lectione Philoſophorum Chriſtianorum omnium digniſſima diſſertatione, *de Vera Philoſophia* (cujus editionem hic Hamburgi factam, induſtriæ curisque Dn. *Joachimi Henningii* Guſtrovienſis Sub-Rectoris digniſſimi debemus) *Henricus Ernſtius* §. 82. p. 156. citat, additque *Qui elegantiſſimus ſcriptor creditur eſſe, Joh. Spagnetus (d'Eſpagnet) Præſes Parlamenti Burdegalenſis: ut ex anagrammate colligi poteſt*, penes nos unda Tagi. Quod quidem Anagramma in exemplari, quo ipſe ſum uſus, non huic tractatui, ſed eidem adjuncto Chymico alii opuſculo præfixum erat, cui titulus

(143) CXLIII. ARCANUM HERMETICUM, *in quo occulta naturæ & artis circa Lapidis Philoſophorum materiam &c. fiunt manifeſta.* Prius verò Enchiridion aliud anagramma præferebat, idem nomen figurans: nempe *Spes mea eſt in agno.* Utriusque editionem Pariſinam 1638. duplicem *Borellus Biblioth. Chymicæ* pag. m. 82. recenſet, addens poſterius opuſculum â quibusdam non *Spagnetti*, ſed Equitis cujusdam Imperialis eſſe perhiberi, quod tamen ipſe non credat: adde eundem pag. 13. Doctisſimus Kilonienſis Academiæ Profeſſor *Morhofius* in Epiſtola ſua *de Metallorum transmutatione* nuper edita pag. 142. & 143. ſic habet: Arcanum Hermeticæ Philoſophiæ, *opus quod* Enchiridio Phyſicæ Reſtitutæ Spagneti *additur, eleganter ſcriptum eſt, & genuinum ſe facile ipſo habitu oſtendit, nec leve argumentum eſt, quod ab anonymo* Philaletha, *quem verum hodiè vivere poſſeſſorem, è relatione Illuſtris Viri ſcio, aliquoties ejus mentio fiat, qui interdum, ubi non nominat, integras ex eo periodos exſcribit. In utroque verò ita ſibi reſpondet dictio non inculta, ut ab uno auctore omnia profecta quis exiſtimare poſſit. Nam* Spagnetum *non eſſe auctorem* Arcani Hermetici, *ſed editorem tantum,* Borellus in Bibliotheca *ſua prodidit.* Anonymus *vero* Nobilis Galli, non Spagneti *nomine eum citat. Eſt verò is, qui ſe* Philalethen *vocat gente* Anglus, *de quo hæc mihi Londini narravit Vir illuſtris & fide digniſſimus, qui & ipſe Virum hunc benè novit.* Sequitur Hiſtoria prolixior, quam ut huc transſcribi debeat, cum ipſa Epiſtola lectu jucundisſima, multaque alia 42
ſcitu non inutilia continens, & ob molem exiguam facile parabilis pasſim extet.

(144) CXLIV. SCHOLA SALERNITANA, id eſt, *Conſervandæ bonæ valetudinis præcepta*, de qua *Antonius Muſa Braſavolus* Ferrarienſis (de quo vide *Schenkium* Bibl. Med. pag. 62. & *Lindanum* pag. 47. 48.) *Vulgatus Salernitarum de tuenda Valetudine libellus, his qui legunt, non parum utilitatis præſtat, illisque multo majorem, qui libelli præcepta obſervant:* Joanni de Mediolano, neſcio cui, vel quando florenti, adſcribitur à *Lindano* pag. m. 383. ubi varias ejusdem libri editiones enarrat, omiſſa tamen ea Joannis Curionis 1594. in 12. cui jam pleraque ſcriptorum illorum, quæ ultimæ Roterodami 1649. acceſſiſſe memorat, erant adjecta. Huic editioni, quemadmodum & omnibus hactenus mihi viſis, nomen auctoris deeſt. Quod ex *Quenſtedio de Patriis illuſtrium Virorum*, idem cum eo, quod ex *Lindano* retulimus, annotavit Dn. *Geislerus* dec. I. n. 10. ubi vide quæ præterea de varietate Codicum, numeroque verſuum inæquali, in variis exemplaribus, memorat. De Moraviano Codice jam ante retulerat *Paulus Colomeſius*, in Gallicis ſuis Collectaneis ſingularium, poſt ejusdem *Cimelia litteraria* ſubjectis pag. 107. Incidit nuper in manus meas, cum aliis vetuſtis libellis aliquot, ſcriptum foliorum paucorum, verſibus item, ſed Rophaticis,

ſive Leoninis conſcriptum & Germanicis aliis redditum, cui titulus eſt: *Regimen Sanitatis Anglorum Regi ex Pariſienſi Gymnaſio miſſum.* Subſcriptio finalis ſic habet: *Expreſſa ſunt hæc in florentiſſima urbe Brunſuigo per Joannem Dorn; impoſita ſuprema manu quinto Iduum Junii, Anno Chriſti Milleſimo quingenteſimo nono.* Cujus multi verſus cum aliis Scholæ Salernitanæ conveniunt. V.gr. Principium eſt,

Anglicorum (E. Anglorum) *Regi conſcripſit*
Schola ſolennis
Ad regimen vitæ præſens hoc Medicinale,

De Schole tho Paris heft geſchreven und geſandt
Dem Edelen Konninge van Engelland/
Dith gegenwardige Arſtedie Bokelien/
Wu de Minske ſchal regieren dat Levent ſien.

Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas linque graves, iraſci crede prophanum,

Wiltu hebben dienes Herten geſundt/ 43
Wiltu ſtarck ſien und unverwundt/
Weß frölick/ Thorn lat vor by gan/
Grote Sorge ſchaltu fahren lan.

Unde patet aut hunc anonymum *Joannem Mediolanenſem*, aut illum huncce deplumaſſe. Qua de re nihil definiverim, cum nondum mihi vel de *Joannis Mediolanenſis* illius, vel de hujus anonymi ævo ſatis conſtet.

CAPUT V.

De Hiſtoricis anonymis detectis.

(145) CXLV.

ABBATIS URSPERGENSIS (Monaſterii ad Mindulam in Auguſtana Diœceſi, media via fermè, Ulmam Auguſta tendentibus ſiti) *Chronicon* à Belo usque Friderici II. annum nonum, qui erat Chriſti 1229. aliquoties editum absque auctoris ſui nomine primitus fuit. Nimirum A. 1515. à Peutingero JCto. Iterum Anno 1530. Argentinæ, cum Paralipomenis, ſive continuatione ad eum usque annum. Imo & triennio poſt iterum, ibidem Anno 1540. cum *Philippi Melanchthonis* Præfatione. Poſtremo *Petrus Perna* caſtigatius idem opus edidit, & auctori ſuo primus aſſeruit, teſte *Simlero* in Geſneriana Bibliotheca pag. m. 143. Is vero eſt Conradus ex nobili familia à Liechtenau. De ipſo opere vide multa apud *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis lib. 2. c. 57. p. 460. *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad A. 1215. & nuperrimos, Excellentisſimum Dn. *Thomaſium* de plagio litterario §. 585. & ſeqq. ubi à plagii crimine abſolvit innocentem, & alios de hujusce auctoris ſcripto judicantes plurimos adducit: quibus adde, ſi lubet, allegatos à *Joh. Gottfried. Oleario*, abaci Patrologici pag. 115. & *Franciſco Irenico*, ſive *Oldenburgero*, indiculi Collegio ſuo ad Burgoldenſem ſuffixi principio: nec non *Popeliniere* in Gallica ſua Hiſtoria Hiſtoriarum lib. 8. p. 437.

(146) CXLVI. ANNALES *congregationum Beatiſſimæ Virginis Mariæ collectæ ex annalibus ſocietatis Jeſu*, Burdigalæ 1624. in 8. additis ſaltem in calce dedicationis literis: J. H. B. S. J. edidiſſe *Johannem Hieronymum Bajolum* è Soc. J. memoriæ prodidit *Alegambe* Bibl. Jeſuit. p. 350.

44 (147) CXLVII. BIBLIOTHECÆ CHALCOGRAPHICÆ *continuatio quarta*, cum auctorem nullum præferat, cui debeatur indicat Valentinus Henricus *Voglerus*, Profeſſor Inclytæ Academiæ Juliæ, quæ Helmeſtadii eſt, ſummopere φιλόβιβλ@, in ſua rei librariæ ſtudioſis omnibus commendanda maxime *Introductione Univerſali in notitiam* cujusque generis bonorum *ſcriptorum* Helmeſt. 1670. in 4. excuſa cap. 4. p. m. 18. Qui utinam *Labbei* Bibliothecam Bibliothecarum habuiſſet, ex illa magnis acceſſionibus opus hoc ſuum augere potuiſſet, quamvis præter Labbeo memoratos ultra centum jam habeam mihi notatos alios, utrique omiſſos. Sed jam verba notemus ipſius Vogleri, quæ talia ſunt: *Joannes Jacobus* Boiſſardus *Veſontinus ſcripſit vitas doctorum virorum, plerorumque quidem recentiſſimi ævi, quorundam etiam antiquiorum. Et quidem opus illud in quinque partes diſtributum eſt, cui additæ ſunt imagines ad vivum expreſſæ à Joanne Theodoro* de Bry. *Inde poſtea vitis à* Boiſſardo *conſcriptis planè omiſſis, nata fuit* Bibliotheca Chalcographica illuſtrium virtute atque eruditione in tota Europa clarisſimorum Virorum. *Singulis imaginibus additæ ſunt ſingula diſtycha; quæ interdum quidem arguta & elegantia, complura verò nullum ſapiunt ingenium.* Huic Bibliothecæ Chalcographicæ ſextam partem *adjunxit* Sebaſtianus Furtius: *& poſtea* tres alias *partes Clemens Ammonius, quamvis ejus nomen continuationi quartæ, ſive parti nonæ non ſit adſcriptum, gener illius* de Bry. *Qui* Ammonius *præfat. ſecundæ continuationis pollicetur perfectum opus, in quo ſecundum cujusque Facultatis ſeriem omnium ætatum ſapientum vitas & imagines ſit exhibiturus. Sicut autem in prioribus Chalcographiæ partibus, ſic in omnibus quoque continuationibus adjecta ſunt diſtycha, ejusdem cum iſtis notæ ac qualitatis. At imagines in univerſum omnes perquam elegantes ſunt, ita ut ſculptorum artificium inde imprimis orbi commendetur.*

(148) CXLVIII. *Chriſtophoro BOSSI Relationem de CONCINCINA* Viennæ 1633. in 4. latinè proditam, Interpreti non nominato, *Joanni Bucceleno Jeſuitæ Brixienſi Italo* deberi, teſtatur *Alegambe* p. 230.

(149) CXLIX. *Narrationem de Vita & morte Frederici Cardinalis BORROMEI Archi Epiſcopi Mediolanenſis* brevem ſed elegantem, Mediolani 1632. in 12. publicatam, auctore non nominato,

to, *Octavio Lanzavecchia Italo Ieſuita* ſcribit Alegambe p.36.

(150) CL. *Nomenclator Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* CARDINALIUM, *qui ab Anno Chriſti milleſi-*
45 *mo quippiam comentati ſunt, ſeu ab eo tempore, quo Pontificis electione ad eos tantum ob Romani Cleri multitudinem revocatâ, maximus illis honor(qualem videmus) haberi cœptus eſt. Acceſſerunt ad calcem, Pontificum & Cardinalium Epitaphia ſupra ducenta, quæ* Alphonſi Ciacconi *libro de Pontificum geſtis appoſita interſeri pretium operæ eſt.* Toloſæ apud Dominicum de la Caſe, anno Domini 1614. in 4. En ce livre eſt auſſi faite mention de pluſieurs Cardinaux Francois & de leurs eſcrits. Verba ſunt *André du Cheſne* Bibliotheque des auteurs de l' hiſtorie & Topographie de France c. 15. pag. 158. 159. Hocce Anonymum ſcriptum paucis fortaſſe cognitum, attamen ſatis memorabile auctori ſuo aſſeruit *Paulus Colomeſius* in adjuncta opuſculis ſuis Ultrajecti 1669. editis, Congerie rerum ſingularium, ſive ut ipſe Gallicè inſcripſit: Recueil de Particularitez fait l'an. M.DC.LXV. pag. 104.& 105: hiſce verbis. M. Hardy *Conſeiller au Chautelet me fit voir à Paris ſa Bibliotheque, qui eſt remplie d' un grand nombre de livres Latins, Grecs, Hebreux, & Arabes. Il me montra* des Heures à l'uſage de la Princeſſe de Guimenè, Hebraiques & Francoiſes, *& m' aprit, qu'* Henry Lovis *Chaſtaigner* de la *Roche-Pozay, Eveſque de Poitiers avoit fait un livre* De Scriptis Cardinalium, pour *tacher d' eſtre de leur nombre, ce qui ne luy reuſſit pas. Quelques jours aprés, me trouvant chez le Pere Jacob, à l' Hotel de M. le Procureur General, il me mit en main le livre de cet Eveſque, qui eſt imprimé ſans nom d' Autheur.* Id eſt, ut in gratiam eorum qui Gallici ſermonis Venerem haud guſtarunt, ea vertam. *Dn.Hardy*, Conſiliarius, Pariſiis mihi monſtravit Bibliothecam ſuam inſtructam magno numero librorum Latinorum, Græcorum, Hebræorum & Arabum. Idem oſtendit mihi *Horas*, quibus uſa fuerat *Principiſſa de Guimene Hebraico-Gallicas*, narravitque mihi *Henricum Ludovicum Caſtaigner de la Roche-Pozay Epiſcopum Pictavienſem* compoſuiſſe librum *de Scriptis Cardinalium*, hoc fine, ut ipſe reciperetur in eorundem numerum, id quod ei non ſucceſſit. Interjectis aliquot diebus, cum eſſem apud Patrem Iacobum in ædibus Domini Procuratoris Generalis, ille mihi tradidit in manus librum hujus Epiſcopi, impreſſum absque nomine Auctoris. Huc usque *Colomeſius.* Memini Lutetiis alicubi vidiſſe librum eundem impreſſum in 4. Auguſtæ Pictonum. 1616.

(151) CLI. CATALOGUM TESTIUM VERITATIS ſæpius editum, ex literis M. Fl. addita patria Illyrici præfixis editionis Genevenſis 1608. in fol. præfationi, à *Matthia Flaccio Illyrico* profectum eſſe, jam antè multis eſt divinatum atque indicatum. Illud in vulgus arbitror minus innotuiſſe, quod *Melchior Adami* in vita ipſius, quæ extat in Vitis Theologorum pag.475. de hoc ſcripto commemorat. Hujus proinde verba
46 ipſa appono: *Tertium locum*, inquit, *ex ſcriptis* Flaccii *facile obtinet* Martyrologium *illud: quod hac occaſione compilatum ferunt. Contexuit* Abbas Joannes Tritthemius Catalogum Auctorum. *Hunc cum vidiſſet* Flaccius, *temperare ſibi non potuit, quin diſſimulata perſona & habitu, aliquot in Germania Monaſteriorū Bibliothecas perluſtraret: quos commode poſſet Hiſtoricos, clam aufferret, atque iſto adminiculo librum, qui* Catalogus Teſtium Veritatis *indigitatur, conſcriberet.*

(152) CLII. CHRONOLOGIAM quæ paſſim in folio patenti per Germaniam circumfertur, oppreſſo ſuo nomine ſcriptam à *Ioanne Haſio Belga Jeſuita* memorat Alegambe p.249. ubi & alia ejusdem ſcripta memorat, unà cum *Valerio Andreæ*, Bibliothecæ Belgicæ pag. m. 512. & *Sweertio* p.434. qui tamen Chronologiam non tangunt.

(153) CLIII. *Annotationes Marginales ad* CIACCONUM *& Collationes* Ciacconianæ *Hiſtoriæ cum* Baroniana, ſuppreſſo tamen nomine publicavit *Cæſar Becillus Urbinas*, cujus etiam alia ſcripta recenſet in apibus Urbanis *Allat.* 65. Laudat eum Victorellus in addit. ad Ciacconum.

(154) CLIV. ELOGIA *ad Imagines ſanctorum Virorum & fœminarum Eremicolarum* ſcripſiſſe *Joannem Riſerium, Jeſuitam Belgam*, oppreſſo ſuo nomine, teſtantur *Valer Andreæ* Bibl. Belg. pag.m. 542. & *Alegambe* Bibl. Jeſuit. p.270. *Sweertius* hunc planè omittit, quem anno 1572. natum adeoque ante conditum ejus librum non modo floruiſſe, ſed jam defloruiſſe teſtantur reliqui.

(155). CLV. EPHEMERIS EXPEDITIONIS Maximiliani *Ducis Bavariæ in Auſtriam & Moraviam, à Jacobo Keller Jeſuita* conſcripta memoratur inter anonymos Catalogo ab *Alegambe* adjectos Bibliothecæ Jeſuiticæ p. 448. cujus in ipſo tamen opere mentio nulla facta, licet alia ſuppreſſo nomine ejusdem auctoris ſcripta pag. 204 recenſeantur.

(156) CLVI. *Geſta FRANCORUM & aliorum Hieroſolymitanorum ab* anno M. XCV. ad M. XCIX. ſcriptore anonymo. Monſieur Bely, Conſeiller & Advocat du Roy au Siege Royal de Fontenay le Comte en Porton a un exemplaire de cette Hiſtoire eſcrit a la main, ſous le nom de *Petrus Studebojus Ciuriacenſis*, le quel eſt meſme beaucoup plus ample que l'imprimé: verba ſunt *Andreæ du Cheſne* Bibliothecæ Gallicè ſcriptæ Hiſtoricorum & Topographorum Galliæ part. 1. c.7. pag 49. & 50.

(157) CLVII. Sub *Anonymi Monachi Benedi-* 47
ctini nomine Col. 1562. excuſam eſſe AIMONII Monachi Floriacenſis, quem alii malè *Ammonium* aut *Annonium*, *Armonium* vel *Haimonium* vocant, Hiſtoriam, de rebus, Origine & geſtis Francorum, tempore Caroli M. ſcriptam, à cap. 54. libri 4. ad finem usque libri ultimi quinti: ſeu ab anno 741 ad 829. cum tamen antea Pariſiis 1517. & Lugduni imo & Pariſiis 1567. extarent ſub vero auctoris nomine iſti libri integri excuſi, ſcriptum reliquit in Apparatu ſuo ſacro *Poſſevinus* pag. 28. De illo *Aimonio* vide prolixè diſſerentem *Voſſium* de Hiſtor. Lat. lib.2. cap.34. p.308. & ſeqq. quibus adde *Bellarminum* de ſcript. Eccleſ. ad A.C.873. *Zeiler* de Hiſtor. p.6. part. 1. *Olearium* Abaci Patrologici p. 11. & quæ in *Pſeudonymis* ad hoc nomen monebimus.

(158) CLVIII. *Rerum* in GALLIA OB RELIGIONEM GESTARUM *libri tres, Regibus* Henrico II. Franciſco II. & Carolo IX. 1570. in 8. edi-

ti & ab anno 1557. ad 1561. hiſtoriam illam pertexentes, quibus deinde ſequenti anno ſucceſſerunt II. *Partis Commentariorum de ſtatu Religionis & reip. in Regno Galliæ lib. 3.* Carolo IX Rege, quibus continuatur præcedens hiſtoria libro quarto, quinto & ſexto, nec non III. *Partis Commentariorum &c.* libri VII. VIII. & IX. ad tertii usque Belli Civilis Gallici finem, poſtremo Pacis edicto concluſum Carolo IX. Rege, eodem anno 1571. eadem forma, quæ octavo vulgo dicitur, excuſi, ac demum IV. *Partis Commentariorum &c.* libri X. XI. & XII. Carolo IX. Rege usque ad illius obitum anno noviſſimi temporis 1575. Ejusdem libri *editio alia* itidem in 8. absque Loci, Typographique nomine facta anno, ut habet titulus, ultimæ Dei patientiæ 1577 quæ *priorum trium partium quarta, poſterioris ſive quartæ* verò *ſecunda* dicitur, addita de novo V. *Parte*, quæ libris tribus, annorum 1574. 1575. & 1576. Hiſtoriam ſub Henrico III. Rege complectitur, & impreſſa ſcribitur, Lugd. Batav. 1580. per Johannem Jucundum. Hoſce libros *Franciſco Hotomanno* Jcto Celeberrimo ex ignoti cujusdam, in ſui exemplaris frontiſpicio reperta ſcriptura dubia tribuere velle videtur Conſultisſimus Dn. Friedericus *Geiſler.* dec. 3. n. 3. exemplorum diſſertationi ſuæ de mutatione nominum adjectorum. Sed hac in re non tam facile illi ſubſcripſerim, quandoquidem hujus hiſtoriæ ſtylus haud videtur eſſe Hotomannianus; quin potius credo hac in parte *Andreæ Quercetano* vel à *Quercu* (ſive *Andre du Cheſne*) in Bibliotheca ſua Gallica ſcriptorum ad hiſtoriam & Topographiam Galliæ pertinentium part. 1. cap. 10. pag. 92. auctori Johanni Serrano eos libros tribuenti. De Gallicis aliis ejusdem Argumenti anonymis libris, qui à Plateano con-
48 ſcripti creduntur, vide ſuo loco in Gallicis Anonymis cap. 14.

(159) CLIX. *Quatuordecim Tabulæ GENEALOGICÆ, quibus exhibentur Præcipuæ Familiæ hodiernorum Principum Imperii*, Editio tertia prioribus longè auctior & correctior. Tubingæ impenſis Johan. Georg Cottæ, Typis Johan. Henrici Reiſi Ann. 1670. eas Rauſchii neſcio cujus eſſe, in Præfatione ad Limnæum enucleatum, memorat *Philippus Andreas Oldenburger:* modo ne ſit error ab eodem in Typographi nomine tranſcribendo commiſſus.

(160) CLX. *Epitome rerum GERMANICARUM ab An. 1617. ad annum 1643. geſtarum* anno Æræ Chriſtianæ 1643. in 16. prodiit, liber ut mole exiguus, ita rerum pondere magnus, niſi quod periodis juſto longioribus & intricatis conſtructionibus ſubinde ſtylum obſcurat, illud *Horatianum* in ſe verum expertus.

brevis eſſe laboro

Obſcurus fio. Cæteroqui libellus valdè prudenter & cum judicio confectus. *Autor hujus Epitomes nondum cònſtat. Compendium autem illud eſt paulo obſcurius* ait D. *Hildebrand.* in Hiſt. Imper. Rom. Germ. ſect. 3. de ſcriptor. privatis juris publ. *Auctor* inquit *Oldenburgenſis* ad Inſtr. Pacis p. 1. diſc. 1. p. 76. *uti ex literis Magnifici & Nobiliſſ. Dn.* Myleri ab Ehrenbach, *Conſiliarii Wirtemberg. accepi, eſt Pappus Conſtantienſis Cathedralis Eccleſiæ Decanus, Vir eruditiſſimus, qui tamen dum nimiam brevitatem ſectatur, non rarò intellectui rerum tenebras inducit: Non vero negandum, plurimum pretii eſſe in parva iſta mole, quæ tamen lectorem deſiderat, qui jam hiſtoriam tricennalis belli habet præcognitam.*

(161) CLXI. HISTORIA GERMANORUM Tubingæ 1525. edente *Gaſpare Churrero* prodiit, qui nil aliud tum temporis de auctore illius ſibi conſtare profeſſus eſt, niſi quod Monachus eſſet Herveldenſis. Duodecennio verò poſt, Anno 1537. editio ibidem altera nobis exhibita nomen LAMBERTI SCHAFFENBURGENSIS adjecit, uti refert Clariſſ. Dn. *Thomaſius* de plagio litterario §. 589. ubi vide notantem aliqua notat. digna. Quibus addi poſſunt, quæ habet *Voſſius* de Hiſtor. Lat. lib. 2. c. 47. p 383. & ſeq. ibique citati. *Jo. Hallervordus* Spicilegii de Hiſtoricis Lat. pag. 123. Hiſtoriam hancce Germanicam, ſive Chronicon univerſale primum ex Bibl. Auguſtinianorum Wittebergenſi vulgaviſſe *Sercerium* refert. Editionem ejusdem Tubingenſem A. 1533. in 8. memorat *Draudius* Bibl. Claſſ. pag. m. 1122. neſcio num ſatis verè. *Francofurti* apud Wechelios, cum aliis Germanicarum rerum ſcriptoribus tribus, *Turpino*, *Reginone* & *Sigeberto* editam ſcio. Eum *inſignem & veracem* 49
Hiſtoricum teſtatur *Bellarm.* de ſcript. Eccl. ad A. 1077. Unde fruſtra Colonienſis defenſor Juris coronandi adverſus Ampliſſ. Dn. *Conringium* ejus fidem audet in dubium vocare: recteque Dn. Conringius p. 9. aſſertionis ſuæ pro Coronandi Jure Moguntino competente, ſcriptorem illum vocat non modò, *pro illis temporibus, prudentem, peritum & diſertum* (quod jam ante l. c. *Voſſius* ex *Lipſio* & *Barthio* probaverat) ſed præter hoc *candidum* eſſe affirmat. De exacta Chronologia ejusdem videatur *Popeliniere* in Hiſtoria Hiſtoriarum Gallica lib. 9 p. 469.

(162) CLXII. *De HENRICI IV. Imperatoris bello contra Saxones*, libros tres Anonymos, Vir de Hiſtoria publicoque Jure Germaniæ meritiſſimus *Melchior Goldaſtus RUPERTO Præpoſito Goslarienſi* adſcripſerat, quam tamen ſuam ſententiam retractavit, additis erroris ſui cauſis in *Apologia pro Henrico IV.* Cæſare, Hanoviæ 1611. in 4. edita, junctaque eodem anno excuſæ *Apologiæ pro Imperio* contra Pontifices, ut adeo verè adhuc anonymus auctor ille maneat.

(163) CLXIII. *Arcana Dominationis* HISPANICÆ, auctore J. L. W. Lugd. Batav. 1653. in 12. citantur ſub nomine Weidneri à *Burgoldenſi* vel *Oldenburgero*, diſcurſu 1. in Inſtrum. Pacis pag. 84. Eum Weidnerum prænomine *Joannem Leonhardum Palatinum*, ſcholæque Heidelbergenſis Rectorem fuiſſe diſco ex Dno. *Geislero*, dec. 3. n. 6.

(164) CLXIV. *Gloria S.* IGNATII *fundatoris ſocietatis Jeſuiticæ* Cracov. 1622. in 8 & Vilnæ. 1624. in 12. nec non Antvverp. 1628. in 24. excuſam, occultato ſuo nomine ſcripſit *Nicolaus Lancitius*, *Jeſuita Rhutenus*, teſte *Alegambe* p. 354. addente, translatum in belgicam linguam hunc libellum *Joanni Euſebio Nierenberg*, Hiſpano Jeſuitæ materiam ſuggeſſiſſe Hiſpanicæ ſcriptionis ejusdem argumenti.

(165) CLV. *Honor S.* IGNATIO DE

LOYOLA, *Societatis Ieſu fundatori*, *& S. Franciſco Xaverio Indiarum Apoſtolo*, *per Gregorium XV. inter Divos relatis*, *habitus à Patribus domus Profeſſæ & Collegii* S.J. d. 24. Julii 1622. Antvverpiæ in 8. editus *à Michaële Griſio Ieſuita Belga*, ſine nominis ſui mentione, quare cum aliis anonymis plurimis à *Valerio Andreæ* in ſua Bibliotheca Belg. tacetur; memoratur autem ab *Alegambe* pag. 344. qui etiam alias illo fertilior eſt in bene multis.

(166) CLXVI. *Catalogum quorundam de SOCIETATE JESU*, *qui pro fide vel pietate ſunt interfecti ab* A. 1549. ad A. 1603. Neapoli & Cracoviæ 1606. absque ſuo nomine publicavit *Ioannes Camerota* Jeſuita Neapolitanus, *Alegambe* pag. 232.

50 (167) CLXVII. LARVA DETRACTA, hoc eſt: *Brevis expoſitio Nominum*, *ſub quibus ſcriptores aliquot Pſeudonymi*, *recentiores imprimis*, *latere voluerunt*. Veriburgi 1670. in 12. nullo auctore præſcripto prodiit. Eam eſſe partem poſteriorem doctiſſimæ diſputationis de Nominum mutatione, quam Conſultiſſimus Dn. Frid. *Geisler* Juris Dr. & Profeſſor P. Lipſiæ 1669. d. 29. Aprilis habuit, ac anno 1671. auctorem iterum exhibuit in 4. conferenti patebit. Hæc ipſa Larva detracta, ſine auctoris, ut audio, voluntate ſic ſeparatim, & *ἀνωνύμως* excuſa, præbuit mihi anſam totius hujuſce Syntagmatis concinnandi atque edendi, dum Amicus aliquis à me petiit, ut Auctori Excellentiſſimo, quos haberem auctores ejus generis cognitos, communicarem, mihi verò collectanea mea relegenti, ea, quam vides, B. L. copia ſcriptorum ſeſe obtulit, quam alteri ordinandam & inſtruendam transſcribere non omnino ſuſtinebam aut audebam.

(168) CLXVIII. *Relationem MARTYRII Patrum* Rocchi Gonzalez, Alphonſi Rodriguez & Joannis de Caſtillo, *ſocietatis Jeſu*, *qui A.* 1608. *in Vruay Paraquariæ Provincia paſſi ſunt*, *à Franciſco Criſpo Jeſuita Hiſpano Hiſpanicè* ſcriptam, Viennæ. 1631. in 16. Latinè publicatam, eſſe interpretis Henrici *Lamormaini* Jeſuitæ Belgæ, nomen ſuum occultantis, memoratur ab Alegambe p. 175. quem citat *Valerius Andreæ* p. 359. de eodem agens.

(169) CLXIX. *Succinctam Narrationem vitæ & mortis trium ſanctorum MARTYRUM*, Pauli, Johannis, & Didaci *Iaponum ex Societate Jeſu*, tacito nomine ſuo edidiſſe *Antonius COLAZUS Jeſuita Luſitanus* memoratur ab eodem *Alegambe* p. 37.

(170) CLXX. MAXIMILIANI PRIMI *res geſtas*, novo ſcribendi genere, modo ſententiis metro illigatis, modo in diffuſius dicendi genus affine Epidictico ſparſis explicatas, edito Ingolſtadii 1639. per *Jacobum BALDE Ieſuitam Germanum* Electoris Bavariæ concionatorem, auctor eſt *Alegambe*, p. 193.

(171) CLXXI. *Narratio Publicæ Lætitiæ*, *qua NATALIS Sereniſſimi Principis Hiſpanorum* Balthaſaris Caroli Dominici *Mediolani celebrata* A. 1630. absque auctoris nomine conſcripta eſt & publicata per *Jeſuitam Italum*, *Emanuelem Theſaurum*, ut docet *Alegambe*, p. 103.

(172) CLXXII. OSSUNIANA CONJURATIO, liber à *Bartholomæo Tortoletto Veronenſi Theologo* confectus, inſcio autem auctore, ſine loci & impreſſoris mentione Venetiis impreſſus, mutato etiam titulo, quem auctor *Motus Oſſuniani Neapolitani Hiſtoriam* fecerat, memoratur à *Leone Allatio* in Apibus Urbanis p. 59.

(173) CLXXIII. PRATUM SPIRITUALE v. in Pſeudonymis *Jo. Moſchus*. 51

(174) CLXXIV. *Amadeus Pacificus ſive De Eugenii IV. Amadei SABAUDIÆ Ducis in ſua obedientia nuncupati Felicis Papæ V. controverſiis commentarium*, *in quo continetur accurata concilii Baſileenſis Hiſtoria* Taurini 1624. in 4. & Pariſ. 1626. ſcriptus liber à *Petro MONODO Jeſuita Allobroge*, & exſcriptus pene ad verbum ab *Abrahamo Bzovio* ad calcem voluminis XVII. annalium Eccleſiaſticorum memoratur ab *Alegambe* p. 388.

(175) CLXXV. *Ad* TRISTANI CHALCI *Mediolanenſem Hiſtoriam recenſitam & recuſam* An. 1627. Mediolani *additas Epitomes*, *notas*, *indicesque*, ſeparatim etiam excuſos, Auctore ſemper occultato, *Joannis Gulielmi Galaveroni Jeſuitæ Pedemontani* eſſe ſcribit *Alegambe* p. 247.

(176) CLXXVI. VITA B. ALOYSII GONZAGÆ *Societatis JEſu* ex Italico *Virgilii Cæſarii Latinè* conſcripta & Col. 1608. ſine nomine Interpretis edita quòd ſit *Joannis Horrion Jeſuitæ Belgæ*, memorat *Alegambe* p. 251. Eumque hac vice exſcribens, non tamen addito, quod anonymum ſit hocce ſcriptum, *Valer. Andreæ*, pag. 518. *Sweertio* etiam hunc omittente.

(177) CLXXVII. VITA BEATI JOANNIS DEI *fundatoris fratrum Miſericordiæ* ex Italico *Latine* verſa interprete *Andrea Cobavio Carniolo Jeſuita*, nomine ipſius haud adjecto publicata fuit, ut refert *Alegambe*, p. 26.

(178) CLXXVIII. VITA B. MARIÆ *Iprenſis* edita Duaci 1618. in 8. *cum ſanctis ordinis Prædicatorum in Belgio ab Hyacintho Choquetto* Flandro, *Thomæ Cantipratenſi Brabantino*, quem alii *Henricum*, alii *Wilhelmum* prænomine, nonnulli cognomine *Apiarium* à ſcriptis libris de Apibus myſticis (de quo v. ſupra cap. 1. n. 19.) vocant. vid. *Thomaſium* de plagio litterario §. 189. *adſcribitur à nonnullis*, *neq; ſtylus diſſentit*, inquit, *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. 833. *& Voſſ.* de Hiſtor. Lat. lib. 2. c. 60. p. 488. adde *Sweertium* pag. 692.

(179) CLXXIX. *Corona anni Mariani h. e. VITÆ XII. Sodalium Marianorum*, Græciæ 1636. in 12. à *Leonhardo Bachin Germano Jeſuita Græcienſi*, absque nominis ſui mentione conſcripta fuit & publicata, narrante *Alegambe*, p. 300.

(180) CLXXX. VITAS *illuſtrium* MEDICORUM absque nomine Auctoris Argentorati A. D. 1571. prodiiſſe, easque à *Caſparo Peucero* Medico conſcriptas eſſe, *Geſnerus* in Bibliotheca ſcriptum reliquit, & ex eodem *Melchior Adami* pag. m. 390. in vitis Medicorum Germ. ubi ſibi viſas easdem haud eſſe fatetur: quod ipſum etiam unà profitentur *Schenckius* in Bibliotheca ſua Medica, quam Biblia Jatrica inſcripſit pag. m. 183. & *Voglerus* cap. 8. Introductionis in notitiam ſcriptorum pag. 46. 53

(181) CLXXXI. VITA S. NORBERTI, quæ vulgo circumfertur absque ſcriptoris nomine, falſo creditur eſſe *Hugonis Floreffienſis*, Monachi Præmonſtratenſis, quem tamen conſtat integro ſeculo poſt ſanctum huncce demum vixiſſe. At, Vita S. Norberti à coætaneo ejusdem eſt conſcripta,

ſcripta,qui ut in eadem habetur, aut vidit ea,quæ de ipſo ſcripſit, aut audivit à veris relatoribus,qui viderunt. Alii itaque *Hugoni Cameracenſi*, qui B. Norberto in Præmonſtratenſi Eccleſiæ præfectura ſucceſſit, eam attribuunt. Et verius fortaſſis: niſi quod contra facere videatur, eum cap. 13. piæ & ſanctæ converſationis hominem vocari, cujusmodi Elogium ſibi utique Vir modeſtiſſimus non videtur attribuiſſe. Certè Phraſis ſeu dictio, itemque Vocabula Gallica, quibus is auctor paſſim utitur,ipſum nationeGallum fuiſſe commonſtrant. Hæc fere totidem verbis apud *Aubertum Miræum* in Chronico Præmonſtratenſi ad A. C. 1134. *Compendium Vitæ & Inſtituti S. Norberti Fundatoris ordinis Præmonſtratenſis Italicè ſcriptum* à Corn. *Hagnereccio Belga* Canonico ejus ordinis, Romæ 632. in 8. excuſum memorat Leo Allat. Apum Urb. p. 76.

(182.) CLXXXII. VITA S. PAULINI ab *Heriberto Rosweidio* vulgata ſine nomine auctoris, *Franciſco Sacchino*, *Italo Jeſuitæ* abſcribitur apud *Alegamben*, pag. 134.

(183) CLXXXIII. VITA PINELLI *in Latinum* ſermonem translata memoratur inter libros anonymos *à Scavenio* num. 49. Eam haud memini vidiſſe, puto tamen eſſe *Nicolai Pinelli* illius,cujus habemus *additamentum* ad *Onuphorum Panvineum de Ludis Circenſibus & Triumphis*,Patav. 1642 in fol. excuſum, eamque *ex italica latinam factam* eſſe à Laurentio Pignorio, cujus alia ſcripta doctiſſima poſſidemus.

(184) CLXXXIV. VITÆ RELIGIOSORUM *plurimorum ſanctitate illuſtrium domus Villarienſis in Brabantia*, ſcriptæ non præfixo auctoris nomine in eadem domo, MSſ. conſervantur, & debentur Joanni De Lovanio, vulgò Præcurſori dicto, de quo vide plura penes *Carolum Viſch* Bibliothecæ Ciſtercienſis pag. m. 229. adde *Valer. Andreæ* pag. m. 529.

(185) CLXXXV. *Roſa cœleſtis recens patefacta, contra graſſantem Peſtilentiam* ſalutare Remedium, ſeu Sanctæ Roſaliæ Siculæ Virginis brevis Vitæ enarratio, ex iis, quæ Romæ typis evulgata fuerant de eadem, confectum, literisque F. S. E. S. J. C. Præfationi ſolummodo ſubjectis Cracoviæ 1630. vulgatum à *Friderico Szembek*, *Polono Jeſuita*, memoriæ prodidit *Alegambe* pag. 144.

(186) CLXXXVI. *Sancti menſtrui per ſingulos anni dies cum imaginibus, quibus à tergo Vitæ cujusque Sancti compendio deſcribitur*: liber à *Guilielmo Pfeffer* & *Andrea Brunnero Ieſuitis Germanis*, opera collata conſcriptus,memoratur ab *Alegambe* pag. 53
370. v. quæ in Theologicis de *Faſtis Marianis* ex eodem notavimus n. 73. quem librum eundem cum hocce fortaſſis eſſe ſuſpicor.

(187) CLXXXVII. VITAS SANCTORUM à PETRO RIBADENEIRA Jeſuita ſcriptas *Hiſpanicè* Latinas fecit, & nomine ſuo non expreſſo Colon. 1630. in fol. edidit, *appendice vitarum* Caroli Borromæi, Ignatii Franciſci Xaverii, Philippi Nerei, Franciſci Borgiæ, Aloyſii Gonzagæ, Stanislaï Koſtkop, ſubjecta, *Iacobus Caniſius*, *Ieſuita Belga*, teſtantibus *Alegambe* p. 192. 193 *Valer. Andreæ* p. 105.

(188) CLXXXVIII. *Conjurationem Alberti Friedlandiæ Ducis* (notioris ſub nomine Walenſtainii) Germanicè auctoritate Cæſarea vulgatam *latinitate donavit*, nomine ſuo non adjecto, Viennæ Auſtriæ 1635. *Albertus Curtius Ieſuita Monacenſis*, idque Cæſare ſit volente, ut ſcribit *Alegambe* pag. 9.

CAPUT VI.

De Scriptoribus Philoſophicis & imprimis Theoreticis Anonymis detectis.

(189) CLXXXIX.

T*Heoriam Corporis animati, ſeu Diſputationes de Triplici anima, & plures de univerſa Philoſophia Theſes perdoctas* Dilingæ & Ingolſtadii diſputatas, ſuppreſſo nomine refert editas à *Chriſtiano* Bauman *Ieſuita Germano*, ſæpe laudatus *Alegambe* p. 72.

(190) CXC. ARISTOTELIS VERSIOnem *vulgatam Latinam*, quam habemus antiquiſſimam, & olim in ſcholis ſolam uſitatam, THOMÆ Cantipratenſi, Brabantino, de quo c. 2. n. 19. & c. 5. n. 187. egimus, adſcribi teſtatur *Voſſius* de Hiſtoricis Lat. l. 2. c. 60. pag. 488. & pluribus *ex Tritthemio*, *Leandro Alberto*, *Io. Aventino*, *Valer. Andreæ* Bibl. Belg pag. m 833. quibus adde ſi lubet *Geſnerum*, *Bellarminum* de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad an. 1266. pag. m. 252. ubi in gratiam S. Thomæ Aquinatis, cujus hic auditor fuit, eam verſionem ſuſceptam addit. Judicium de eadem occaſione Politicorum librorum datum Viri κατ' ἐξοχὴν docti Hermanni *Conringii* c. 9. pag. 644. Introductionis in Ariſtotelis Politica tale extat,etiam hic legi dignum. *Ante hoſce quadringentos annos latinè vertit ex Græco codice Politica hæc noſtra, ut alia Ariſtotelis pleraque, inductus à* Thoma 54
Aquinate, ThomasCantipratenſis *homo Brabantinus, ſive quis alius eſt veteris translationis Auctor. Etiam ille vero eosdem librorum defectus aliquot, easdem lacunas, eandem librorum pravam diſpoſitionem invenit; ceu ipſa verſio docet. Quinimo annotavit extremo translationis fine, ſe reliquum hujus operis à ſe ſtudioſe conquiſitum, nondum inveniſſe, uſus tamen ille eſt codicibus melioris notæ. Unde* Petrus Victorius *Proœmio ad Lectorem commentationum ſuarum ita ſcriptum reliquit:* Non puto me alieno loco meminiſſe incommodi, quod ab incuria hominum accipiunt monimenta veterum Scriptorum: cum intelligi poſſit, me nulla alia re tantopere adjutum in tol-

tollendis mendis, pattibusque quibusdam inſtaurandis horum librorum, & cum olim ipſos emendare ſtudui & nunc cum eosdem declarationibus meis explicare conatus ſum, quàm à veteri illa tralatione. Quoscunque enim calamo exaratos codices indagare potui, cunctos deteriores, mendoſioresque inveni, quam fuerit exemplar, quo illa uſa eſt.

(191) CLXXXXI. *Tractatus de bonis ARTIBUS*, Dilingæ 1616. in 4. nec non

(192) CLXXXXII. *Caſtigatio Philoſophica malarum* ARTIUM, ibid. 1617. in 4. ſine auctoris nomine impreſſi libri *Georgio STENGELIO Auguſtano Jeſuitæ* adſcribuntur ab *Alegamb.* Bibl. Jeſuit. p. 159.

(193) CLXXXXIII. CARTESIUS *cum ſua naturali Philoſophia, à Mechanicis everſus*, libellus apud Batavos nuper in 12. ſine auctoris mentione publicatus, auctorem habere Virum ſcriptis plurimis, adſcripto ſuo nomine divulgatis clariſſimum *Joannem Amos Comenium*, perſcribitur ad me à laudato ſuperius Viro Ampliſſimo & Amico meo ſummo *Gottfried Mellem*, conſiliario Medicoque Principali Neoburgico.

(194) CLXXXXIV. DOXOSCOPIÆ PHYSICÆ *Minores* Joachimi Jungii *Lubecenſis*, ſive *Iſagoge Phyſica Doxoſcopica, in quâ præcipuæ opiniones in Phyſica paſſim receptæ, breviter quidem, ſed accuratiſſime examinantur, ex recenſione & diſtinctione* M. F. H. *cujus annotationes quædam accedunt.* Hamburg. 1662. in 4. ab alias jam laudato Amico meo honoratiſſimo, Philoſophiæ pariter ac Medicinæ Doctore doctiſſimo *Martino Fogelio* Hamburgenſi, diſcipulo *Jungii* illius Philoſophi b. m. ſummi, ex ſchedis ejusdem collectæ, ordinatæ, editæque ſunt, ac illuſtratæ, labore quamvis ob accurationem, uti ex univerſi operis partibus ſingulis patet, ſummam ubique curioſè obſervatam, ſatis magno, attamen utiliter collocato: quem utinam aliis etiam ſchedis ejusdem Philoſophi accuratiſſimi reliquis adhiberent ſuperſtites illius diſcipuli, ne meditationes illæ in omni ſcientia-
55 rum genere ſubtiliſſimæ (quarum vel ſola enumeratio in *memoria Jungii* per eundem Dr. *Martinum Fogelium* Hamb. 1657. ad tumulum ejusdem erecta, & in 4. excuſa ſcientiarum emendationi atque augmento ſtudentibus quibuscunque ſalivam moveat) tandem ingenti cum totius Philoſophiæ jactura nobis â blattis atque tineis, aliove quodam infortunio, quod abominor, ſurripiantur. Extat etiam præfixis litteris iisdem M. F. H. *Manuductio brevis ad Linguam Latinam* 1662. in 12. excuſa, ſed quam non hujus, ſed M. *Friederici Hoffmanni* ſcholæ Hamburgenſis, dum vita manebat, collegæ eſſe, ſubſcriptio præfationis indicat.

(195) CLXXXXV. ENCYCLOPÆDIAM *explicatam, defenſamque centum Philoſophicis aſſertionibus à* Clemente de Clementibus Romæ 1624. in folio editam, ſine auctoris nomine, *Leoni Sanctio Jeſuitæ Senenſi* tribuit *Alegambe* p. 300.

(196) CLXXXXVI. LOCORUM COMMUNIUM *Typum* in Hollandia ſine auctoris mentione excuſum, commendat & *Jacobo Cujacio* imputat *Bartholomæus Keckermannus*, conſilii Logici de Locis communibus faciendis, cap. 3.

(197) CLXXXXVII. *De arcanis* NATURÆ DEFECTIBUS *judicium* Dilingæ 1617. in 4to. tacito judicantis nomine impreſſum, nec non

(198) CLXXXXVIII. *Bonorum quorundam* NATURÆ EFFECTUUM *declarationem* ibidem eodem anno in 4. publicatam: utrumque ſcriptum uni *Georgio Stengelio*, *Jeſuitæ Auguſtano* acceptum fert *Alegambe* pag. 159. quemadmodum &

(199) CLXXXXIX. PERIPATETICÆ *& Philophicæ Doctrinæ. comparationem* in 4. pariter eodem anno, ibidem proditam.

(200) CC. PERIPATI *Chriſtiani effata partibus tribus defenſa â* Carolo Roberto *Academiæ Parthenia Principe pro Philoſophica Laurea ſuſcipienda, in Collegio Romano* S. J. Romæ 1631. idem *Alegambe Alexandro GOTTFREDO Romano Jeſuitæ* reddit, alias defenſori fortaſſis imputata pag. 12. Similiter,

(201) CCI. *Summam Quadripartitam* QUÆSTIONUM *Philoſophicarum, quas pro laurea diſputandas propoſuit in Collegio Romano* S. J. Jo. Ambroſius Spinola, idem p. 360. ſuo *auctori Oddoni de Comitibus Jeſuitæ Romano* Ducis Polenſis filio vindicavit. Item

(202) CCII. QUÆSTIONES *definitas ex Triplici Philoſophia, Rationali, Naturali, Morali, Parmæ diſputatas ab* Octavio Farneſio, ibidemque excuſas 1613. in fol. *Dario Tamburello Jeſuitæ Italo* reſtituit idem *Alegambe* pag. 89. Unde patet, quomodo apud ipſos etiam alienis laboribus lauream impetrent favorabiles ipſorum Candidati.

(203) CCIII. MODUS *utiliter* STUDENDI, *Latinè*, atque etiam *Italicè* prodiit, au- 56
ctore *Franciſco Sacchino Italo Jeſuita* non adſcripto, teſte *Alegambe* p. 134.

(204) CCIV. THEOREMATA *mille ex univerſa Philoſophia*, Mediolani 1610. in 4. impreſſa, ſine auctoris nomine, *Thomæ Bisdomini*, *Jeſuitæ Itali* eſſe perhibentur ab eodem ſuperius laudato *Alegambe* pag. 432.

CAPUT VII.

De Scriptoribus Anonymis Mathematicis, & Aſtrologicis detectis.

(205) CCV.

APELLES POST TABULAM, h. e. *Epiſtolæ aliquot de maculis Solis & faculis datæ ad Cl V.* Marcum Velſerum, *quibus judicium aliorum de re nova & inſolente explicaret,* Auguſtæ Vindel. 1612. in 4. editæ recenſentur inter ſcripta anonyma *Chriſtophori Scheineri Jeſuitæ Germani* ab *Alegambe* pag. 77. Ejusdem tamen tituli ſcriptum Galilæo de Galilæis acceptum fert *Scavenius* num. penultimo ſui Catalogi. Equidem memini vidiſſe diſſertationem anonymi de maculis in ſole Lugd. Bat. 1612. excuſam. De *Scheinero* ſic habet in apibus urbanis *Leo Allatius* p. 68. Chriſtophorus Scheiner *Societatis Jeſu Sacerdos Theologus, ſacræ linguæ & ſcientiarum Mathematicarum Ingolſtadii & Fryburgi Briſgojæ Profeſſor, admirabile de* Solis maculis & faculis *Phænomenon primus invenit Ingolſtadii anno Chriſti 1611. menſe Martio, ut idem met fatetur in volumine magno, quod* Roſæ Urſinæ *ſive* Solis *titulo præſignivit ad Lectorem libr. 1. atque 3. paſſim, quas etiam primus ſub* Apellis *nomine* poſt tabulam latentis, Marci Velſeri II. *Viri Auguſtani libertate in publicum edidit Auguſtæ Vindelicorum an. 1612. Non. Jan perſcriptis tribus ad eundem Velſerum Epiſtolis, itemq; Idibus Septembris anno eodem miſſis ad eundem aliis Epiſtolis, cum obſervationum Iconiſmis, macularumque delineationibus.* Epiſtolæ *hæ* manuſcriptæ *una cum aliis multis, poſt mortem* Velſeri *pervenere in Bibliothecam Archiepiſcopalem Mediolanenſem, ut mihi relatum eſt, in qua etiam nunc dicuntur aſſervari.* Ab eodem *Leone Allatio* poſtea in ſcriptis Galilæi p. 118. recenſetur *Iſtoria & Dimonſtratione intorno alle Macchie Solari & loro accidenti compoſte in tre lettere, ſcritte al Sigr.* Marco Velſero à Roma 1613. in 4. adduntur tres *Epiſtolæ de Maculis ſolaribus ad* M. Velſerum: ſed pag. 119. reſolvit hunc
57 nodum, addens de *Galilæo: eum alienos ſibi labores furto aſſertos, ut Teleſcopii inventionem & ſidera Medicæa, parum cautè divertiſſe, multi & voce & ſcripto palam profeſſi ſunt, &c.* addit tamen alia, quæ ipſum nihilominus egregium Mathematicum fuiſſe probant.

(206) CCVI BACULI ASTRONOMICI, *vulgo Jacobi, deſcriptio Jo. Span* cujus ſit, vide infra n. 214 ad tit. *Cæleſtis Globi Compoſitio.*

(207) CCVII. *Tabulæ annorum expanſorum pro* CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA, Viennæ 1634. ſine ſcriptoris nomine ſunt editæ ab *Henrico Philipoi, Jeſuita Belga,* teſte *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. 365. & *Alegambe* p. 176. ubi uterque ſcripta ejusdem auctoris Theologica & alia varia enumerat. *Francifcum Sweertium* autem hujus auctoris mentionem omnino nullam facere miror eo parcius, quod idem in aliis multis jam habeo deprehenſum.

(208) CCVIII. *De* CIRCINO PROPORTIONIS opuſcula Mathematica anonyma *Nicolaum FOREST, Jeſuitam Gallum* edidiſſe, notat idem ille jam ſæpe nobis in partes vocatus *Alegambe* Bibl. Jeſuiticæ p. 353.

(209) CCIX. *Diſputatio Aſtronomica de tribus COMETIS anni 1618. habita in Collegio Romano,* Romæ 1619. in 4. auctori, quem nullum præfert, Mathematico ſummo *Horatio Graſſo Jeſuitæ Italo* adſcribitur ab *Alegambe* p. 189. vid. infr. n. 218 illius *opticam Diſputationem anonymam,* & in *Pſeudonymis Lotharium Sarſum.*

(210) CCX. Auctor libri, *de* DISQUISITIONIBUS perhibetur *Chriſtophorus SCHEINER Jeſuita,* ſcribit *Henr. Ernſtius* lib. 2. obſ. variar. cap. 36. quod legens quales illæ forent diſquiſitiones, nullo modo potui divinare, donec apud *Alegamben* p. 77. & *Leonem Allatium,* in Apibus Urbanis pag. 68. enumerata hujus Jeſuitæ Germani Mathematici ſummi ſcripta vidi, in quibus inveniuntur *Diſquiſitiones Mathematicæ de controverſiis & novitatibus Mathematicis,* ubi expendit uſitata hactenus mundi ſyſtemata, & Copernicanum validè impugnat. Ingolſt. 1614 in 4.

(211) CCXI. *Ars* GEOMETRICA, *in gratiam ſuorum Auditorum* conſcripta à J. a F. M. P. P. anno 1652. in 8. auctorem habet Dn. Affinem meum honoratiſſimum, & quod etiam me tacente jam omnis orbis litteratus novit, Philoſophum ſummum, *Joannem à Felde* Matheſeos Profeſſorem Publicum olim Helmeſtadii, ac Philoſophiæ primo, deinde & J. U. Doctorem, & Conſiliarium Anhaltino Serveſtanum, cujus *Elementorum Juris* partem alteram editam 1664. in 4. habemus, alteram autem promiſſam, eo avidius expecto, quo minus illæ privati juris materiæ ſolidum adhuc Philoſophum, ex naturæ fontibus eaſdem methodicè demonſtrantem invenerunt, quoque certior aliis multis ipſe ſum, ab eodem & hanc partem jam olim conſummatam eſſe, ut- 58
pote cujus pleraque auditoribus ſuis olim, & inter eos etiam mihi abhinc annis ferè 15. prælegit. Ejusdem *in Grotium notas* ſecunda vice Jenæ 1663. in 12. *cum reſponſionibus ad Graswinkelii ſtricturas* habemus. Unde patet quod *Bœclerus* vere dixerit ad l. 2. Grot. c. 12. §. 28. *Graswinkelius omnino Feldeno inſufficienter ad pleraque & frigidè reſpondet.* Tenemus & ejusdem *Analyſin Politicorum Ariſtotelis, ſuccinctam at ſolidam,* quam tamen etiam accuratiorem promiſſam, ab eodem aliquoties recordor. Præterea *de Enunciationibus & Syllogiſmis tum abſolutis, tum modalibus tractatum* 1654. in 12. *Logicam diſputationem de Analyſi Euclidea* doctiſſimam, nec non alias Philoſophicas partim & Juridicas habemus. Sed ut ad Mathematica revertar, ex iis *Compendium Sphæricæ* nomen auctoris præferens Helmeſtadii 1658. in 8. excuſum eſt.

Geome-

Geometriæ vero Exemplar ex dictantis ore exceptum à filio ipſius, auctiusque redditum cum impreſſo contuli, in ejusdem prædio Neukirchen docentem Jura præcipue & Politicam Philoſophum & Jctum ſummum audiens. Eum nunc aliquot jam abhinc annis, præter Juridica Philoſophicaque ſtudia, quibus hactenus occupabatur, Theologicis etiam multum vacare, lætus ex eodem abhinc triennio, & quod excurrit, Legatum Illuſtriſſ. Principis Zerveſtani agente, ac poſtmodum etiam ex aliis, non ſine lætitia, cognovi: quippe cum hæc ſola ſtudia homine tam exacto ſolidoque judicio, quale Vir ille demonſtrandi peritiſſimus ſuis meditationibus adhibet, verè digna cenſeri poſſint.

(212) CCXII. GEOMETRIA *Reſtaurata* ſine nomine excuſa prodiit. Ejus auctor eſt P. *Santin*, Romæ Matheſeos Profeſſor, teſtante *Scavenio* n. 69. Hanc refutat liber alius inſcriptus *Petri Pauli Caravagii Rima detecta in Geometria male reſtaurata* ab A. S. L. Mediolani An. 1650. in 4to.

(213) CCXIII. GEOMETRIÆ EMPIRICÆ *Joachimi Jungii*, Ph. ac Med. D. & Gymnaſii Hamburgenſis olim Rectoris, Hamb. 1649. editæ, ut mole parvæ, ſic ordine ac ſolitiditate magni æſtimandæ *præfationem* ſolis J. A. T. literis ſubſcriptam *Joannis Adolphi Taſſii*, Matheſeos in eodem noſtro Gymnaſio patrio Profesſoris Publici, eſſe ſcio.

(214) CCXIV. *Cœleſtis GLOBI compoſitio* J. S. auctore, cum ejusdem *Tabula ſtellarum fixarum verificata* ad Annum C. 1550. pag. 249. & ſeqq. *Coſmographiæ Appiani* & aliorum Antverpiæ in 4. 1548. editæ legitur, quam eſſe *Joannis Spangenbergii Herdeſiani*, apud Nordhuſanos verbi divini Miniſtri, colligo ex eo, qui in eodem volumine p. 348. habetur, Tractatu, *de Fabrica Ba-*
59 *culi Aſtronomici, vulgo Jacobi* dicto, ubi adſcribitur *Jo. Span.* qui tractatus de Baculo Jacobi extat in Spangenbergii hujuſce *Computo eccleſiaſtico in quæſtiones redacto, manu, ſcalis, rotulis & figuris illuſtrato*, Vitebergæ 1546. in 8. edito, quem librum inter ſcripta hujus auctoris, pag. m. 416. enumerata *Geſnerus* male omiſit. Illius fol. G. (nam paginas numeratas non habet) hujusſce fabricæ deſcriptionem leges.

(215) CCXV. *Exegeſis fundamentorum GNOMONICORUM, ubi præter alia traditur novus modus deſcribendi Lineas Ellipticas, parabolicas, atq; hyperbolicas in quocunque plano.* Ingolſt. 1615. in 4. *Chriſtophori Scheineri Jeſuitæ Germani* ſcriptum anonymum memoratur apud *Alegamben* p. 77.

(216) CCXVI. *Tabula LONGITUDINUM ac LATITUDINUM Planetarum ad Meridianum Lovanienſem, edita* Lovanii à Gilberto Maſio 1528. in 4. teſte *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 342. & *Franc. Sweertio* Athen. Belg. p. 323. ſunt *Henrici Baerſii* alias *Vekenſtyl* Mathematici & Typographi Lovanienſis.

(217) CCXVII. MUSICALIA opuſcula duo *Litaniarum De nomine Jeſu, & Lauretanarum* de Virgine Maria 1638. & 1639. à *Simone Berent Jeſuita Pruteno*, ſuppreſſo nomine ſuo edita, memorat *Alegambe* p. 422.

(218) CCXVIII. *Diſputationem opticam de Iride*, propoſitam in Collegio Romano à Galeatio Mariſcotto, anno 1618. inter anonyma *Horatii Graſſi* refert Alegambe p. 189.

(219) CCXIX. OCULUS, hoc eſt, *fundamentum* OPTICUM Oeniponti 1610. in 4to ſcriptum *Chriſtophori Scheineri, Germani Jeſuitæ* & Mathematici ſummi anonymum refertur ab *Alegambe* p. 77.

(220) CCXX. PANTOGRAPHIA, ſive *Ars delineandi res quaslibet per Parallelogrammum lineare, ſive cavum mechanicum mobile, libellis duobus explicata, & demonſtrationibus Geometricis illuſtrata*, Romæ 1631. eidem Scheinero, tanquam anonymum ſcriptum, tribuitur ab eodem *Alegambe* p. 77.

(221) CCXXI. ROSA URSINA ſeu SOL *ex admirando facularum & macularum ſuarum Phænomeno varius*, lib. IV. Bracciani apud Andræam Phæum M. DC. XXX. in fol. In hoc opere copioſe pertractat auctor de maculis ſolaribus, de cœli corruptibilitate & liquiditate; de Solis circa proprium axem gyratione, & aliis hujusmodi curioſis quæſtionibus, magna & ſolida eruditione: verba ſunt *Alegambes* p. 77. ubi de ſcriptis anonymis *Chriſtophori Scheineri* ſæpius memorati agit: adde *Allatium* Apum Urban. p. 68. ubi vindicare ſibi eundem hoc opere gloriam primæ inventionis Phœnomenorum ſolarium, contra *Galilæum*, quaſi intervertere eandem, & ad ſe rapere ſtudentem, narrat.

(222) CCXXII. *Novum SOLIS Elliptici Phæ-* 60
nomenon, Auguſtæ 1615. in 4. Item

(223) CCXXIII. SOLIS *Elliptici Phænomenon illuſtratum* ſeu *Refractiones cœleſtes*. Ingolſt. 1617. in 4. ſcriptis anonymis *Chriſtophori Scheineri Jeſuitæ Germani*, ſummique Mathematici accenſentur ab *Alegambe* p. 77. vide ſupra hujus capitis anonymici ſcriptum primum, & *Roſa Urſina*, nec non alia n. 210. 215. 219. & 220. h. c.

(224) CCXXIV. *Ordo novus & Methodus facilior, TABULARUM SINUUM tangentium, à CLAUDIO RICARDO Ieſuita Gallo* conſcriptus, etſi nomen ejus haud præferat, aſſeritur ab *Alegambe* pag. 82.

CAPUT VIII.

De Scriptis ad Philoſophiam Practicam pertinentibus Anonymis detectis.

(225) CCXXV.

ANTIMACHIAVELLI nomine vulgo inſigniuntur *Commentariorum de Regno aut quovis Principatu recte & tranquille adminiſtrando libri tres, in quibus ordine agitur de Conſilio, Religione, & Politica, quam Princeps quilibet in ditione ſua tueri & obſervare debet, adverſus* Nico-

Nicolaum Machiavellum *Florentinum*, Lauſannæ 1571. in 8. 1577. in 8. ſine loco impresſionis, ac iterum Argentinæ 1599. in 4. 8. & 12. idem Lugd. Batav. 1647. in 12. recuſi: qui citantur ſub nomine *Innocentii Gentileti* JCti Delphinatis, olim Toloſanæ curiæ Advocati, dein Genevenſis Reip. Syndici, apud *Draud.* Bibl Claſſ. pag. m. 1169. & 1244. *Gisbertum Voetium* ſelectar. diſput. part. 1. Diſputatione de Atheiſmo part. 1. p. 124. & part. 4. pag. 209. 211. 218. *Pellerum* Politici ſcelerati impugnati c. 45. p. 505. quem ſolum hac de re citaſſe contentus eſt Dn. *Geislerus* dec. 1. n. 8. *Herm. Conringium* in præfatione ad Principem Machiavelli à ſe editum & animadverſionibus notatum: ubi judicium Gentileti de Machiavello nimis iniquum, acſi ſolidi judicii ne unciam quidem haberet, jure merito improbat. *Keckermannum* Conſilii de locis Communibus cap. 1. ubi per errorem eum vocat *Franciſcum* cui *Innocentio* prænomen eſt. Extat etiam Gallicè ſub titulo: *Diſcours d'Eſtat contre Machiavel* etſi communiter etiam ab illis ſub nomine *Antimachiavell.* citetur. v. *Sorell.* Bibl. Gallicæ p. m. 71. editionis ſecundæ. De hac ita *Chytræus* in Epiſtol. ad Joh. Wizend. pag. 269. *Cum ſuperiori anno* Commentarios de regno rectè ac tranquillè adminiſtrando *ab Innocentio*
61 *Gentileto, &c. Vafri illius & Athei Nicolai* Machiavelli *diſcurſibus in Titum* Livium *& Libello* de Principe *oppoſitos, ab amico perluſtrandos accepiſſem, ſtatim deguſtata lectione, avidiſſimè & ſummæ cum voluptatis fructu eos totos evolvi, ac imprimis me delectabat, quod prudenti & gravi judicio ſelectas Imperii Romani & Gallici hiſtorias lectiſſimas, in certas veluti Claſſes præceptorum prudentiæ politicæ, & Virtutum ac Vitiorum Locos communes, aptiſſimè diſtributas videbam &c.* *Poſſevinus* verò Bibliothecæ ſuæ Tomo libro 16. cap. 5. pag. 403. *Fuit tamen non ita pridem inter Calvinianos quidam, qui cum Genevam auffugiſſet, librum edidit, quem AntiMachiavellum, ſuppreſſo nomine inſcripſit. In eo ex antiquis hiſtoriis ducit quidem argumenta, quibus Machiavellus oppugnatur, ſed ubi Machiavellus catholicam oppugnat Eccleſiam, vel ubi occaſio ſeſe dat, facile Machiavellum blaſphemando æquat, & ſuperat. Quare quod poterat uſui eſſe, ac quicquid præmii apud Deum & homines conſequi ei licuiſſet, ſi in Machiavello confutando perſtitiſſet, utrumq; perditè perditus amiſit. Quod ſane Heretici ferè faciunt, dum antidotis abutuntur non ad tollenda ſed ad tegenda, & ad inſtillanda venena.* Ubi nota iram hominis in ſuperſtitione zelotypi, potisſimum inde magis irritatam, quod idem *Gentiletus Examen Concilii Tridentini* Genev. 1586. in 8. edidit: quo concilium illud antiquis conciliis, eorumque canonibus contrarium eſſe, multis articulis contendit. Idem alia ejusdem farinæ edidit ſub nomine *Joachimi & Iacobi Urſini anti-Ieſuitæ*, de quibus in Pſeudonymis agemus. Vide *Poſſevini* ejusdem *judicium de ſcriptis* Equitis de la Noüe, Joh. Bodini. Phil. Mornæi & Nic. Machiavelli. Lugd. 1593. in 8. excuſum.

(226) CCXXVI. HARPOCRATES ſive *de recta ſilendi ratione*, Lugduni 1663. Libellus in 8. editus extat elegans, nomen auctoris præfixum quidem non habens, attamen Dedicationi ſubjectum *Hyppoliti à Collibus*, aliis ſcriptis notisſimi JCti, cujus vitam deſcribit *Melchior Adami*, inter vitas JCtorum Germaniæ p. 351. & ſeqq. additque ſub finem, ſine ſuo nomine publicaviſſe ſcriptum hoc auctorem. In eo non modo ſilentium commendatur, ſed & de rectè loquendi virtute plurima ſcite præcipiuntur.

(227) CCXXVII. *De MAGISTRATU Politico* Liber anonymus ſæpius recuſus *Andreæ Oſiandro* Theologo famoſisſimo vindicatur à *Melchiore Adami* in vita ejusdem pag. m. 238. de Theol. Germ. hiſce verbis: *Editus fuit aliquando Liber diverſis in locis de* Magiſtratu Politico, *ſine nomine quidem Auctoris, ſed quem arrogantia facile prodidit. Ejus exordium fuit hoc:* Quotquot hactenus ſcripſerunt de Magiſtratu, omnes aut nihil intellexiſſe, aut turpiter aſſentatos eſſe Principibus.

(228) CCXXVIII. OBSERVATIONES POLITICÆ *ſuper nuperis Galliæ motibus* 1649. in 4. ſine loci, Typographi vel auctoris nomine 62
prodiere capitibus 17. axiomata Politica totidem, exemplis tum temporis geſtarum in Gallia rerum eleganter admodum illuſtrantes, quibus cum ſæpius perſtringatur *Cardinalis Mazarinus*, nomen præponi ſine periculo non potuit. Eum librum lectu dignisſimum atque jucundisſimum à *Carolo à Grotniz, Nobili Pomerano* profectum eſſe, ex *Johannis Schmidelii* obſervationibus in M. *Zwer. Buxhorn* de Imperio Romano diſſertat. 5. pag. 298. nobis indicium fecit Dn. Geislerus dec. 1. num. 9.

(229) CCXXIX. PARAPHRASTES GRÆCUS *in Ethica Nicomachica Ariſtotelis*, à Viro Clarisſimo *Daniele Heinſio* primum editus fuit Lugd. Bat. 1607. in 4. una cum interpretatione Latina, cujus auctor eſt ipſe. *Incerto Auctori antiquo eximio Peripatetico* tribuebatur in titulo libri editi, cum tamen Manuſcriptum, ut ipſe in præfatione refert Andronici Rhodii, de quo multa legere eſt apud Strabonem lib. 14. & alios nomen haberet inſcriptum; ſed à manu adeò Barbara, ut eidem fidem habere dedignaretur. In editione autem altera, quæ prodiit A. 1617. in 8. *Andronici Rhodii* nomen palam præfixum eſt, cui eadem aſſerere præfatione peculiari *Heinſius* ſategit, argumentum quod antea neglexerat, imo ſibi oppoſuerat, nunc urgens: nimirum barbaram inſcriptoris manum, cujus in ſimplicitatem fucus non cadat, quem videat B. L. *Ea Paraphraſi Ethicæ Ariſtotelicæ multum lucri afferri,* ſanè ex vero affirmat Jo. Henr. *Bœclerus* ad lib. 1. Grot. de Jure Belli & Pacis, c. 1. §. 7. *Naudæus* in Bibliographia Politica ſic de eadem refert, p. m. 15. *Libros* Ethicorum Ariſtotelis *ſuis lucubrationibus illuſtrandos ſuſcepere, quos inter primus occurrit* Euſtrathius, *Græcè quidem cum* Aſpaſio, *& nonnullis aliis, editus & Latinè poſtea à Bernardo Feliciano diligenter expreſſus, cui ſe* Danielis Heinſii *ſummi procul dubio Viri diligentia, ſocium non ita pridem adjunxit* Andronicus Rhodius, *(aut potius* Olympiodorus*) talem enim appellationem in poſteriori editione conſulto ſortitus eſt, cum in priori ab eodem Heinſio facta,* Lugduni Batavorum *ſub anonymi nomine latens, nulla paſtoritia fiſtula, nullâque adverſa acclamatione exceptus fuiſſet, imo verò avidè à cunctis receptus & prolatus.* Ubi lapſus memoriæ ſit oportet, quod de *Olympiodoro* memorat, cum ejus nullam unquam in alterutra editione mentionem *Heinſius* fecerit.

(230)

(230) CCXXX. POLITICUS SCELERATUS IMPUGNATUS, id eſt, *Compendium Politices novum, ſub titulo hominis Politici, ſecunda ante hac vice editum atq; impreſſum, nunc notis ubiq; & additionibus ex optimis Autoribus ut plurimum deſcriptis, illuſtratum ſtudio* C.P.D. & A. N. Norimbergæ 1663. in 12. prodiit, cujus in præfatione compendium hocce ex litteris C.R.C.B. nonnullis exemplaribꝰ
63 inſcriptis, & præ- & cognomen & officium Publicum, & locum illius continere exiſtimaſſe refert, quod etſi cum ea relatione, quam de Cancellario quodam regionis notiſſimæ mihi fecit Amicus aliquis, omnino conveniat, nondum tamen hac vice nomen ipſum in vulgus propalare ſuſtinui. Litteras autem impugnationi præfixas denotare *Chriſtophorum Pellerum, Doctorem & Advocatum Norimbergenſem*, jam ante Amicus idem mihi ſignificaverat, quam editio ſecunda multo priore auctior, itidem Norimbergæ 1669. in 8. publicata in conſpectum meum veniſſet. Ipſum compendium ut ſe ſua manifeſta impietate facile refutabat ipſum, ac Atheiſmum apertè prodebat: ita notæ doctiſſimæ ſua tamen varietate ac utilitate jucundiſſima non immeritò probandæ, Lectorem haud ſolum invitant atque demulcent, ſed à contagio quoque ſceleſtiſſimorum conſiliorum inſtar amuleti præſervant.

(231) CCXXXI. SENECA CHRISTIANUS, Auguſtæ 1637. in 24. editus Libellus anonymus, ex ſententiis *A. Annæi Senecæ Philoſophi*, ad mores, inſtituto Chriſtiano perfectiores formandos, compoſitus teſſellato opere eleganter jucunditatem utilitati jungens, *Joanni Baptiſtæ Schellenberg Germano Jeſuitæ* adſcribitur ab *Alegambe* pag. 226.

(232) CCXXXII. *De* Ludovici SEPTALII *opinione circa Rationem ſtatus in mutanda Religione*, ſententiam *Doctiſſimi Viri è noſtris Theologis*, uti vocatur ab honoratiſſimo Dn. Avunculo meo Excell. Dn. *Johanne Garmers* Phil. & Med. D. & Protophyſico patriæ noſtræ meritiſſimo, in ſuis ad Septalii de ratione Status libros, latinitati nitidiſſimæ redditos, annotationibus p. 532. & ſeq. ſunt b.m. Viri maximè Reverendi *Joannis Corvini* SS. Theologiæ D. ex Profeſſore ac Concionatore Roſtochienſi, Paſtoris ad D. Catharinæ hujus Civitatis olim vigilantiſſimi, quemadmodum ex ipſius Domini Avunculi mei relatione compertum habeo.

CAPUT IX.

De Scriptis Miſcellaneis variis præcipuè Philologicis, id eſt, ad Styli Latini, antiquitatis, &c. ſtudium pertinentibus: in quibus & Satyrica & Invectivæ Doctorum mutuæ referuntur.

(233) CCXXXIII.

AUctorem Libri de ARBORIBUS in emendationem Palladii, citat eumque GARGILIO MARTIALI adſcribere ſe, & rationes facti in *libro de ſcriptoribus dubiis* diſſeruiſſe ſcribit *Caſparus Barthius* adverſar. lib. 38. cap. 4. qui
64 libri, cum, quod ego ſciam, nunquam prodierint, & ipſius rationes me latent. Optarem autem extare libros illius ſummi, lectionisque propemodum immodicæ Critici; ſine dubio multum illis hocce præſens noſtrum inſtitutum adjuvaretur.

(234) CCXXXIV. ARGENIDIS Fabulæ non omnino cum aliis ejus generis ſcriptis amatoriis pari loco cenſendæ, imo Politicis aliqua ex parte annumerandæ Continuatio prodiit aliquoties, *Gallica* primo, deinde *Latina* etiam, auctore neutrubi unquam memorato. Eum Johannes *Weitzius* utrumque detegit obſervationum in *Petronii* Satyricon pag. m. 183. editionis Lotichianæ ita citans: *Monchenbergius Gallicus auctor, vel potius ejus Interpres Johann. Ludovicus Gothofredus, Argenidis continuatæ* part. 2. lib. 7. c. 1. Id quod ante me notaverat jam quoque *Geisler.* dec. 5. n. 9.

(235) CCXXXV. *Laus Aſini* à *Daniele* HEINSIO conſcripta elegantiſſima, primum absque auctoris nomine prodiit 1623. Lugd. Batav. teſte Fr. *Sweertio* Athen. Belg. 204. & *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. m. 172. Poſtea inter *Amœnitatum ludicrarum ſcriptores* recuſa, nomine, ni fallor, adjecto.

(236) CCXXXVI. *Veridicus* BELGICUS, ſeu *Civilium apud Belgas bellorum initia, progreſſus, finis optatus, in quam rem remedia à ferro & pace præſcripta; Fidei, Patriæ, & orbis bono.* Item

(237) CCXXXVII. *Reformata Apocalypſis* BATAVICA; *aucta & recenſita;* ſine nomine auctoris, Antverpiæ; apud Nutium M.DC.XXIV. & alibi: ab *Alegambe* pag. 72. Bibl. Jeſuiticæ *Caroli Scribanii* ſcriptis annumerantur, omittentibus utrumque *Valerio Andreæ*, atque *Sweertio.*

(238) CCXXXVIII. *Commentarium in Dominici* BAUDII *Gnomas*, ſuppreſſo nomine Antverpiæ, ſed ficto Lugd. Bat. 1671. editum à *Carolo Scribanio Ieſuita Bruxellenſi*, memorat *Alegambe* p. 72. *Val. Andreæ* p. 126. & *Sweertius* p. 170. 8. editum Antverpiæ addunt, alterius verò Lugduno Batavæ editionis haud meminere.

(239) CCXXXIX. *Confutatio fabulæ* BURDONUM, *auctore* J. R. *Batavo, juris ſtudioſo* prodiit, cum ſeorſim 1609. tum unà cum *Joſephi Juſti Scaligeri* opuſculis antea ineditis Francof. 1612. in 8. pag. 419. quibus commentum *Caſparis Scioppii*, de mentito genere Scaligeriano refutatur, quod ipſe ſcriptis aliquot editis in vulgus ſparſerat, & imprimis ſpiſſo volumine in 4. Moguntiæ 1607. excuſo, cui titulus: *Caſparis Scioppii, Scaliger hypobo-*

pobolimæus, hoc eſt, *Elenchus Epiſtolæ Joſephi Burdonis*
65 *Pſeudo Scaligeri, de Vetuſtate & Splendore gentis Scaligeræ: quoprater crimen falſi & corruptarum litterarum Regiarum, quod Thraſoni iſti impingitur, inſtar quingenta ejusdem mendacia deteguntur & coarguuntur.* Ejus confutationis auctorem, *Janum Rutgerſium* detegit Dominus *Geislerus*, dec. 5. n. 10. quod eo facilius credo, licet neque *Valerius Andreæ*, neque *Fr. Sweertius* inter ejus ſcripta hoc numeraverint, quod *Scaligero* perfamiliarem eundem fuiſſe, ipſiusque Amico ſummo *Heinſio* Bibliothecam ſuam legaſſe conſtat.

(240) CCXL. CALEPINULUS, id eſt, *Ex toto Calepino ſynonyma, compoſita, derivativa, attributa cætera, quæ ad eandem rem ſpectant ſimul ſumpta*, Viennæ 1630. in 12. auctori non nominato *Matthæo Maurach Hungaro Jeſuitæ* adſcribitur ab *Alegambe* p. 334.

(241) CCXLI. *Tres CAPELLÆ; ſive Admonitio ad Joſephum Juſtum Burdonem, Julii Cæſaris Burdonis filium*, Ingolſtadii 1608. in 4. SCIOPPIANÆ videntur nonnullis, id quod ex illius peculiari ſtylo facile puto liquere poſſe inſpicientibus: mihi enim nondum hic liber viſus eſt hactenus. Nec obſtat interim, quo minus ab eodem, â quo tot alia contra Scaligerum profecta ſunt, ſcripta dicam an convitia, imò utrumque rectè dicam, etiam hoc potuerit proficiſci, quod in operum ejus edendorum Catalogo Mſſpto, cujus mentionem infra in Jeſuiticis faciemus, non habeatur hoc ſcriptum: ſiquidem in eo nec edita memorantur niſi recudenda, reliqua vero, quorum magna eſt copia, uti patet ex ipſius *Pædia humanarum & divinarum litterarum* Aureliis 1647. in 12. & in 8. Amſtelodami 1660 edita, nulla fit mentio, uti nec aliorum plurimorum poſtea editorum, quæ fortaſſe tunc nondum animo conceperat. Extat inſuper index operum ejus alius *Grammaticæ Philoſophicæ* Amſtelodami 1664. in 8. editæ præfixus, ſed eorum ferè tantùm, qui ad ſtylum ac rem litterariam pertinent.

(242) CCXLII. COMMENTARIA *ſelecta in orationes* CICERONIS tacito nomine ab *Andrea Schotto* edita teſtatur *Alegambe* p. 447.

(243) CCXLIII. *Auctor* ETYMOLOGICUS *Manuſcriptus*, qui *Photius Patriarcha* exiſtimatur, & apud eruditiſſimum *Gudium* (cujus ante mentio facta cap. 2. n. 65.) noſtrum mihi inſpectus, inquit, *Ezechiel Spanhemius* in tractatu de uſu & præſtantia veterum numiſmatum diſſert. 5. p. m. 358.

(244) CCXLIV. *Crux* EUSTACHIANA, id eſt, *Panegyricus, Illuſtriſſimo Domino* Euſtachio Weſternach *cum in Magnum Ordinis Teutonici Magiſtrum eſſet electus* A. D. 1625. Dilingæ. in 4. ſuppreſſo nomine ſcriptus perhibetur à *Chriſtiano Bauman Jeſuita Germano*, ab *Alegambe* p. 72.

(245) CCXLV. *Enchiridion* GRAMMATICÆ GRÆCÆ Duaci 1632. in 8. excuſum, auctori ſuo
66 non nominato, *Servatio Sacro Jeſuitæ Leodienſi Belgæ* vindicat *Alegambe* p. 421. tacentibus eum auctorem *Valerio Andreæ* atque *Sweertio*, quorum hic quidem excuſandus eſt, cum poſt ejus Athenas Belgicas hic liber prodierit: ille minus, cum octennio poſt ſecunda vice ſuam Bibliothecam Belgicam ediderit.

(246) CCXLVI. *Deſcriptio floris* GRANADILLÆ, ſeu *GRANATULÆ plantæ Indicæ, quæ illic* paſſio Chriſti *paſſim dicitur*, ex *italico Latina* facta, *additamentis & Scholiis ac Epigrammatis Latinis hinc inde adſperſis*, nomine occultato, per *Ferdinandum BRENDELIUM Ieſuitam Germanum*, refertur ab *Alegambe* p. 109.

(247) CCXLVII. *De HELLENISTIS & Lingua Helleniſtica Diſſertatio* prima, Ultrajecti 1641. prodiit, *ad Danielem Heinſium & Claudium Salmaſium* ſcripta. Eam ſibi contrariam, ex ſtylo adjudicavit *Heinſio*, tanquam auctori, ceu videre licet in ipſius *diſſertatione de Helleniſtica* Lugd. Batav. 1643. in 8. edita pag. 4. ubi in hæc verba commentatur, *ſi Heinſius auctor eſt, ut non vanè auguror &c.* Hic tamen vane eſt auguratus. Nam *Martinus Schokius* aliis ſcriptis doctiſſimis notus, eam pro ſua poſtmodum agnovit, uti teſtatur *animadverſionum in Speciminis Salmaſiani capita quædam* auctor (de quo ſupra principio c. 3.) in præfatione his verbis: *Et ut uno id ſaltem exemplo comprobemus, cui refragari nemo poteſt, ad Exercitationem de* Helleniſtis & Lingua de Helleniſtica *auctorem remittemus, quæ Ultrajecti prodiit anno hujus ſeculi quadrageſimo & primo. Quam refutaturus* Heinſio *tribuit, ut in ſimilibus ſolebat, ut ita iracundiæ frœna laxaret, & irritatus ſcilicet multa atrocia in eum diceret. Cum tamen conſtet, publicoque ſcripto faſſus fuerit Martinus Schokius, Profeſſor Groninganus, ſe ejus diſſertationis eſſe auctorem.* *Salmaſius* inſuper *Funus Helleniſticum* anno 1643. Lugd. Batav. duxit, edito ejus tituli libro in 8. cui licet ipſe *oſſilegium* addiderit, tamen inter alios plures adeſſe noluit *M. Iacobus Bolius* Græcæ Linguæ Profeſſor Regiomontanus, edita diſſertatione peculiari A. 1647. in 4. cui titulus. *Iuſta & moderata abſentiæ ab Exequiis & juſtis funebribus, funeri linguæ Helleniſticæ paratis, excuſatio & venia, quam ab iis qui Idiotiſmum Hebræum in Tabulis Teſtamentariis novi fœderis Salvatoris noſtri Ieſu negando, funus Linguæ Helleniſticæ procurant, iis verò, qui ſolœciſmos & Barbariſmos eidem impingendo, prorſus efferunt, & contumulant &c. impetrare conabitur &c.* qua diſputatione ſententiam mediam, inter hactenus pugnantes tueri, & conſideratis iis quæ *Salmaſius*, *Heinſius*, *Io. Krojus*, *Pfochenius*, *M. Iacobus Groſſius* Hamburgenſis olim ad D. Catharinæ Paſtor, in *Triade Propoſitionum Theologicarum*, eique repugnans Joh. *Muſæus*, aliique, in hoc argumento ſcripſerant, ipſe, 67
Stylum quidem N. T. Græcum Ebraiſmos ſecum vehere, ac eo reſpectu â ſtylo reliquorum auctorum profanorum Græco diverſum eſſe; nec tamen ideo ſcatere barbariſmis ac ſolœciſmis rectè dici, probare laborat.

Jeſuitica, & Anti-Jeſuitica.

(248) CCXLVIII. ANATOMIA SOCIETATIS JESU, liber ei ſectæ infenſiſſimus, ac acerba refutatione oppugnatus â *Laurentio Forero* Jeſuita Germano, (cujus *Alegambe* p. 295. refert hæc bina ſcripta *Anatomia Anatomiæ ſocietatis Jeſu*, ſive *Ant' Anatomia infamis libri, cujus titulus eſt*, Anatomia ſocietatis Jeſu, Oeniponte apud Joannem Gachium. 1634. in 4.

Mantiſſa Ant' Anatomiæ Ieſuiticæ, oppoſita famoſis contra ſocietatem Ieſu libellis, quorum tituli ſunt 1. Myſteria patrum Societatis Jeſu. 2. Conſul-

tatio Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ. 3. Fr. Ludovici Soteli relatio de Eccleſiæ Japonicæ ſtatu, Oeniponte apud Johannem Gachium 1635. in 4. memoratur in Catalogo Mſſto librorum, quos editioni paratos habebat *Gaſpar Scioppius*, qui ab ipſo quondam concinnatus, & amico cuidam ſub ſecreti fide communicatus, Amici mei ſingularis, Viri maximè Reverendi *Esdræ Edzardi* SS. Theologiæ Lic. ſuaque rariſſima eruditione ac pietate nobilioris, quam ut mea commendatione quidquam ei poſſit accedere, benignitate ad me quoque pervenit. In eodem etiam alia contra Jeſuitas plurima recenſentur, quæ cum æque parum mihi ac Anatomia modo memorata, viſa ſint, adeoque num in lucem unquam prodierint, ignorentur, qualia inibi extant huc adſcribam.

Ars nova ſolvendi omnia Hæreticorum argumenta, ab ArchiEpiſcopo Brundiſino Curiæ Romanæ vendicata, & Gaſpare Scioppio annitente exploſa.

Triumphus Monaſticæ perfectionis, adverſus Monachorum obtrectatores de Societate Jeſuitica.

Epiſtola ad Inquiſitionem Romanam, de nova Jeſuitarum Hiſpanorum Hæreſi.

Anatome Societatis Jeſuiticæ.

Plaga peſſima, ſive Radix omnium malorum Societatis Jeſuiticæ.

Examen Diſciplinæ Jeſuiticæ, tam morum quam litterarum ratione.

Cocus Jeſuiticus, deq; popinali Jeſuitarum doctrina Judicium.

De Monarchia Jeſuitica ad Reges & Principes relatio.

Hydra Jeſuitica XII. capitum Clava Herculis eliſa, h. e. Impii, nefarii, fraudulenti, ſeditioſi ac ſacrilegi erga Roman. Eccleſ. & Imper. Roman. Jeſuitarum conatus.

Patrologia Jeſuitica, Fortia facta Patrum, ſeries longiſſima rerum, h. e. de Generibus, Cauſis & Effectis Paternitatis Jeſuiticæ, deque Patribus patratis & patrantibus, eorumque patrationibus Phyſicis & Metaphyſicis
68 *hiſtoricæ narratiunculæ, & Philoſophicæ ac Theologicæ meditatiunculæ.*

Ignatius Miraculifex, ſive Miraculum Miraculorum, quo Ignatius Lojola ſuam beatitudinem & ſociorum ſuorum ſanctitatem fecit teſtatiſſimam.

Jeſuita Parricida, ſive de officio Jeſuitarum, qui Principibus ac Epiſcopis ſunt à confeſſionibus.

De Proteſtantium ad Eccleſiæ Romanæ communionem reductione, rectisque ac pravis ejus rationibus, adverſus turbulenta Jeſuitarum conſilia & ſuaſorias.

Conſultatio de cauſis & modis reformandæ Societatis Jeſuiticæ.

Phariſaiſmus Jeſuiticus.
Apoſtolatus Jeſuiticus.
Piſcatus Ieſuiticus.
Paradoxa Ieſuitica.
Depoſitum Ieſuiticum.
Fermentum Ieſuiticum.
Fatum Ieſuiticum.
Infantia Ieſuitica.

Ulyſſes Ieſuiticus, ſive aulica Ieſuitarum ſolertia.

Apologia pro Senatu Veneto adverſus Ieſuitas.

De Cauſis publici erga Ieſuitas odii.

Apologia Eccleſiaſtica, ſive Cauſæ dictio pro Monachis adverſus Ieſuitas.

Hamus Voluptatis, ſive Delitiæ Ieſuiticæ.

Conſultatio de Eunomia Soc. Ieſuiticæ.

Conſ. ad Ferdin. II. Imper. de Inſtauranda Eccleſiaſticorum diſciplina.

Conſ. de circumſcribenda Ieſuitarum ambitione, dominandique libidine.

Comparatio Status Monachorum & Ieſuitarum.

Scrutinium Eſavi, ſive Arcana Imperii Ieſuitici.

Disſimilitudo Status Epiſcoporum & Ieſuitarum.

Ieſuita Energumenus, ſive nota 7. ſpirituum immundorum, quibus Ieſuitæ obſidentur.

Statera Religioſa, h. e. Examen operæ pretii Monachorum & Ieſuitarum.

Sed quemadmodum ipſe Jeſuitis nullus pepercerat, ita nec ipſi vice verſa Scioppio, ceu videre eſt ex iis, quæ diximus in Rhodianis n. 54. quibus addi poſſunt, quæ modo ad titulos *Arcanorum Ieſuitarum*, *Aſtri inextincti*, & *Aſtrologiæ Eccleſiaſticæ* dicentur, & infra in *Pſeudonymis*, ad nomen, *Alphonſi Vargas*.

(249) CCXLIX. APOLOGIA *pro* SOCIETATE JESU *ex Bohemia & Moravia proſcripta*, an. Chriſti 1618. & 1619. Hanc ſuppreſſo nomine editam, rurſus auctam adverſus Bohemorum novas accuſationes, tacito quoque ſuo nomine, recudit Ingolſtadii 1619. teſte Phil. *Alegambe* pag. 4. *Jeſuita Tyrolenſis Adamus* TANNERUS. 69

(250) CCL. ARCANA JESUITARUM, liber *latinè* primum, deinde *Gallicè*, *Italicè*, variisque linguis excuſus, auctori *Gaſpari Scioppio* adſcribitur à Jeſuitis, ut videre eſt, ex reſponſione illi oppoſita per *Laurentium Forerum Ieſuitam Germanum*, cui titulus, *Grammaticus Proteus Arcanorum Societatis Ieſu Dædalus, genuino ſuo vultu repræſentatus*, acceſſit *auctarium animadverſionum in* Gaſparis Scioppii *Eccleſiaſticam Aſtrologiam*, Ingolſtad. 1636. in 8. Eidem *Forero* adſcribitur ab *Alegambe* pag. 547. *Grammaticus Pædicus adverſus* Gaſparem Scioppium, quem tamen inter opera illius p. 295. recenſita non reperio, anonymum autem prodiiſſe ſuſpicor.

(251) CCLI. ASTRUM INEXTINCTUM, libellus eſt unus ex invectivis plurimis contra Jeſuitas editis, oppoſitus ſpeciatim libro cuidam, â Jeſuita Germano *Paulo Layman* Dilingæ, anno 1631. in 4. edito, cui titulus: *Iuſta Defenſio SS. Romani Pontificis*, *Auguſtiſſimi Cæſaris*, *S. R. E. Cardinalium*, *Epiſcoporum*, *Principum ac aliorum*, *demum minimæ ſocietatis Ieſu*, *in cauſa Monaſteriorum & Bonorum Eccleſiaſticorum vacantium*, *contra quosdam â ſeipſis delectos Iudices*, ut eſt apud *Alegambe* p. 367. ubi primum hoc opus occultato auctoris nomine â *Gaſparo Scioppio* prodiiſſe, cura nempe illius editum, refert, ac inde ipſius eſſe creditum; ſtatimque cum alio contra Jeſuitas anonymo pariter ſcripto refutatum eſſe, per eundem *Paulum Laymannum*, occultato ſuo nomine. Scripti illius titulus hic exhibetur. *Aſtrologiæ Eccleſiaſticæ, & Aſtri inextincti à* Gaſpare Scioppio *in lucem editi Cenſura*, Dilingæ 1635. in 4. Unde patet, falli Excell.

celi. Dn. *Geislerum* dec. 3. n. 2. quando anno 1636. lucere cœpiſſe demum hoc aſtrum autumat, quod jam anno 1635. adeo Jeſuitarum oculos fulgore ſuo præſtrinxerat, ut eidem Ecclipſin ſcripto modo memorato facere molirentur. Sed hujuſce erroris anſam Viro excellentiſſ. præbuerat locus citatus Pelleri, in Politico ſcelerato impugnato, c. 1. editionis primæ pag. 9. ſecundæ vero pag. 15. ita ſe habens. *Vix credo, an author magis idoneos Politices ſuæ Profeſſores proponere potuerit, ſi fides omnino adhibenda ſcripto* Rom. Hay, *ordinis S. Benedicti, quod A. M. DC. XXXVI. cum privilegio S. S. Majeſtatis Cæſareæ publicè prodiit ſub titulo* Aſtri inextincti, *de quo* Alphonſus de Vargas Toleto-Hiſpanus, (*de qua gente alias Burgundiæ De-*
70 *legati refertur dicterium:* Un Eſpagnol ſans un Jeſuite, eſt une perdrix ſans Orange: *h. e.* Nec perdrix ſine malo aureo, nec Hiſpanus ſine Jeſuita ſapit) *affirmat, quod qui illum librum* (Aſtrum *nempe* inextinctum) *legere voluerint, animo percipere queant, ipſa veritatis evidentia ſe ſubactum iri, ut poſt homines natos agnoſcant & fateantur, nuſquam terrarum inventos fuiſſe, tam omnino nullius conſcientiæ, fidei, honeſtatis ac pudoris Doctores, aut Ductores, quorum ſi quis ingenium ac mores ex ipſis eorum ſcriptis perſpexerit, fieri nullo modo poteſt, ut eos poſthac vel Conſcientiæ arbitros, ac moderatores, vel liberorum ſuorum Magiſtros habere, & vel viſos, vel auditos velit, niſi aut faſcinatus, planeque oculis ac mente captus ſit, aut quæ tantorum ſcelerum Magiſtri docent, ea diſcere gaudeat, & opere exercere nihil dubitet: non quinplurimi,* pergit Vargas, *in ordine ipſorum ſint viri boni, omniſq; culpæ expertes, ſed quod eos nulla nota à cæteris eorum diſſimilibus ſecernat, quorum hoc ipſo commiſeratione digna ac deploranda eſt conditio.* Ex hoc loco collegerat *Dn. Geislerus* primam hanc editionem fuiſſe, quæ ſecunda fuerat. Et vero ſi vera retulere, qui viderunt eandem mihi hactenus inviſam, ſub ipſo auctoris nomine publicata fuit hæc editio. In hoc aſtrum exercuit etiam deinde *Theoricas Aſtri inextincti* à Romano Hay *ſcripti Valentinus Mangionius* Italus Jeſuita, quas edidit 1639. in 4. Eodem etiam anno Jeſuita alius *Johannes Cruſius* edidit *Deliquium Aſtri inextincti* Colon. in 4. Quis autem ſit *Alphonſus* ille *Vargas*, quem *Pellerus* Hiſpanum putavit genuinum, cum ſit *Gaſpar Scioppius* Germanus, vide in *Rhodianis* noſtris n. 42. & in Pſeudonymis ad hoc nomen.

(252) CCLII. CATECHISMUS JESUITARUM Freiſtadii 1638. latinè in 8. prodiit, incertum quo interprete, quem jam olim optaverat *Ioſeph. Scaliger*, uti pluribus videre eſt infra, in *Gallicis Anonymis*. c. 14. quandoquidem primò Gallicè conſcriptum, ac deinceps in varias linguas transfuſum eſt hoc opuſculum, Jeſuitarum Artes graphicè depingens, auctorem habens *Eſtienne Paſquier*.

(253) CCLIII. ASTROLOGIA ECCLESIASTICA, liber imprimis Jeſuitarum ſectam impugnans, anno 1654. prodiit anonymus: eum *Gaſpari Scioppio* imputant Jeſuitæ, ceu apparet ex iis, quæ diximus ad *Aſtrum inextinctum* ſupra. n. 251. ubi *Pauli Laymanni* oppoſitum ei ſcriptum memoravimus, præter quod aliud etiam *Laurentii Foreri* Germani Jeſuitæ extat, cui titulus, *Auctarium Animadverſionum in* Gaſparis Scioppii *Eccleſiaſticam Aſtrologiam*, Ingolſt. 1636. in 8.

(254) CCLIV. LITURA HISPANICÆ CANCELLARIÆ Monachii 1623.

(255) CCLV. CONSULTATIONES *cum Gloſſis*, Monachii 1624. in 4.

(256) CCLVI. AJAX *Volradi* BLESSII, 71
Heidelbergenſis olim Cancellarii, in ſpongiam incumbens: ſive Appendix Cancellariæ Anhaltinæ. Monachii 1614. in 4. ſuppreſſo auctoris nomine ſcripta, *Iacobo Kellero Ieſuitæ Germano* adſcribuntur ab *Alegambe* in Bibl. Jeſuit. p. 204.

(257) CCLVII. *Poloni Nobilis APOLOGIA PRO SOCIETATIS IESU Clericis*, oratio prima, in ficti Equitis Poloni in Jeſuitas actionem primam Ingolſtad. 1592. 8. defendens Jeſuitarum in Regno Poloniæ manſionem, quos inde pulſos Eques ille Polonus anonymus volebat, edita ſua actione anno proximè præcedenti. Eam *Ioanni Lans Belgæ* adſcribit *Alegambe* pag. 252. cujus mentionem nullam *Valerius Andreæ & Sweertius* faciunt.

(258) CCLVIII. *De STUDIIS IESUITARUM abſtruſioribus Relatio*, anno 1608. in 8. ſine auctoris aut impreſſoris nomine excuſa, planeque diverſa à *Relatione de Stratagematis Ieſuitarum*, quæ ſub *Alphonſi de Vargas* nomine nobis in *Rhodianis* n. 42. memorata fuit, pauciſſimis foliis multa contra Jeſuitas dicit, imò Principes ad eosdem extirpandos incitare molitur. Id ſcriptum à neſcio quo, *Ioanne Cambillion* profectum eſſe, teſtantur Refutationes Jeſuiticæ eidem oppoſitæ. v. gr.

Relatio de Ieſuitarum ſtudiis abſtruſioribus, ingratiam Prædicantium Auguſtanorum aucta & recuſa contra Joannem Cambillion, *à Iacobo* Gretſero, *quam Germanicam ex Latina fecit* Conradus Vetter, *anno* 1609. Ejus anno 1610. in 8. latinè recuſæ meminit *Draudius*, pag. m. 329. his verbis: *Iac. Gretſeri* Relatio de ſtudiis Jeſuitarum abſtruſioribus, nunc in gratiam Prædicantium Lutheranorum, qui Auguſtæ Vindelicorum quintum Evangelium prædicant, ad Lydium veritatis Lapidem admota & probata, apud Georg. Willer.

Ejuſdem *Furiæ Prædicantium Auguſtanorum ob refutatam relationem* Cambillionicam, *quam idem Interpres vertit anno* 1610. vide *Alegamben* p. 83. & 200. ac 201.

Ejuſdem *repetitæ Furiæ Prædicantium Auguſtanorum ob refutatam Relationem* Cambillionicam *denuo caſtigatæ*, 1612. eodem Interprete verſæ. Plura hujus generis vide apud *Draud.* Bibl. Claſſ. pag. m. 315. & ſeqq. item in Indice peculiari defenſorum Societatis, quem *Alegambe* ſuæ Bibliothecæ Jeſuiticæ ſubjunxit p. 546. nec non in *Pſeudonymis* noſtris ad nomina *Ioach. Urſini*, *Alphonſi de Vargas &c.* Hactenus Jeſuitica & Anti-Jeſuitica.

(259) CCLIX. JULIUS *Dialogus Viri cujusdam eruditiſſimi feſtivus ſane ac elegans, quomodo Iu-* 72
lius II. P. M. poſt mortem cœli fores pulſando ab Ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit &c. in 4. abſque nomine vel auctoris, vel anni locive impreſſionis primum editus, deinde in Memorabilibus *Wolffii* recuſus, à *Deſiderio Eraſmo Roterodamo* conſcriptus eſſe diverſorum teſtimoniis confirmatur apud *Melch. Adami* in vitis Theologor. Germ. p. m. 96. (cujus ipſa verba vide infra in *Pſeudonymis* ad nomen *Ludovici Leopoldi*,) & pag. 167. in Vitis Medicor.

cor. Germ. ubi *Joachimum Curæum* Germanicè eundem vertiſſe teſtatur. *Andreas, Valerius* & *Sweertius* ea de re nihil omnino meminerunt. v. infra in *Pſeudonymis* nomen *Liſtrii*.

(260) CCLX. JUSTA FUNEBRIA *Philippi III. Regis Hiſpanorum* tacito nomine ſuo ſcripſit *Emanuel Theſaurus Jeſuita Italus*, docente *Alegambe* p. 103.

(261) CCLXI. *Vindiciæ inferiarum JUSTI LIPSII contra* Joſ. Scaligerum A. 1606. in 8. Typis Plantinianis, Antvverpiæ, ſine auctoris nomine excuſæ, quod ſint *Heriberti Rosweidi Ultrajectini Jeſuitæ*, *Valerio Andreæ* accredimus p. 376. laudatæ ſæpius Bibliothecæ Belgicæ hoc aſſerenti. *Sweertius* pag. 339. idem confirmat, ſed in 4. editas illas Vindicias refert. Verum *Alegambe* p. 179. cum *Valerio Andreæ* & veritate conſentit.

(262) CCLXII. MULIERES NON ESSE HOMINES diſſertatione, quantum mihi ſanè videtur, ludicrâ, veroſimile facere contendit anonymus aliquis, edita ſuper hac quæſtione diſſertatiuncula 1595. Eam illico eodem anno refutavit *Simon Gœdiccius* quaſi ſerio ſcriptam, *Defenſione Sexus muliebris* Lipſiæ 1595. 4. edita, quæ nunc una cum priore diſſertatione conjunctim 1644. in 12. Hagæ recuſa extat. Prioris auctor quomodo non ex vero ſit habitus *Valens Acidalius*, vide apud *Geislerum* dec. 3. n. 8. Ut adeo nondum inter anonyma planè detecta numerari debeat hoc ſcriptum.

(263) CCLXIII. Jo. Demetrius SOLICOVIUS Archipræſul aliquot Eccleſiarum Poloniæ, compoſuit *Orationem in obitum Regis Auguſti*, & *Panegyrim ad Gallos atque Sarmatas*, quæ ſub nomine *Probi Viri* annectitur annalibus *Cromeri*, *Starovolski* centuriæ Illuſtrium Polonorum ſcriptor. n. 5. qui vitam hujus *Solicovii* continet.

(264) CCLXIV. ORATIO FUNEBRIS *in obitum* Nicolai Fabri *ſeu* le Febure, Pariſiis 1612. in 8. edita eſt â *Johanne à S. Franciſco*, cogno-
73 minato in ſeculo GULONIO, de quo vide plura prolixè apud *Carolum de Viſch* Bibliothecæ Ciſtercienſis pag. m. 221. ubi & hujus orationis editionem ſecundam 1616. Pariſiis itidem, præfixo auctoris nomine publicatam memorat.

(125) CCLXV. ORATIONEM *de S. Roſalia* habitam ab J.M.R. diſcipulo ſuo in aula Collegii Romani Soc. Jeſu Romæ 1629. &

(266) CCLXVI. ORATIONEM *de paſſione Domini* dictam coram Urbano VIII. P. M. A. 1630. proditamque cum aliis ejus argumenti, Romæ 1640. in 12. ſuppreſſo nomine, ab *Angelo Galluccio Jeſuita Italo* profectam teſtatur *Alegambe* p. 33.

(267) CCLXVII. ORATIO, *qua Lernenſium & Caſtri Comitis fratres utrique Siciliæ Proreges in Collegio Neapolitano Soc. Jeſu excepti ſunt* Ao. 1637. *ἀνωνύμως* prodiit, auctore *Joanne Baptiſta Urſo, Italo Jeſuita*, ſcribente *Alegambe* p. 227.

(268) CCLXVIII. PANEGYRICUS *die Natali Academiæ Paderbornenſis ejus fundatori oblatus*, anno 1616. Paderbornæ impreſſus, auctore non expreſſo, *Johannis Horneri Jeſuitæ Belgæ* quod ſit, tacente *Fr. Sweertio*, qui planè hunc auctorem omiſit, confirmant *Alegambe* pag. 251. & *Valerius Andreæ* pag. 519.

(269) CCLXIX. PHARUS SARMATICA, *Europæo Trioni Auguſtis ignibus irradians, Sereniſſimum & potentiſſimum Uladislaum IV. Svecorum, Gothorum, Vandalorumque hæreditarium Regem, Moſcorum Imperatorem Electum, Jagellonici, Auſtriaci, Gothici ſanguinis & Virtutis hæredem, filium, nepotem, auſpicato faſces Regni Poloniæ, & diadema prehendentem, ſuum orbisque delicium, educta manu Palladia Societ. Jeſu Majeſtati ſereniſſimæ ſeſe devovens proponit* A. 1633. verba ſunt *Alegambes* pag. 57. *de Bartholomæi Papuucki Poloni* ſcriptis agentis, ac inter anonyma ſcripta referentis hoc ipſum p. 449. adde *Starovolsk.* in Elogiis Polonorum.

(270) CCLXX. PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS h. e. ACTA PHILOSOPHICA Anni 1669. *aliquam exhibentia notitiam præſentium inceptorum, ſtudiorum, & laborum, eorum qui eruditi ſalutantur in plerisque præcipuis Mundi partibus, ex Anglico in Latinum verſa à* J. S. M. C. ſumptu Danielis Pauli in 8. Eum Interpretem eſſe *Joannem Sterpinum Scotum*, ex jam aliquoties, at minimè ſatis laudato amico meo Doctore *Martino Fogelio* comperi, cui Dominus *Smidius* Med. Candidatus p. m. hoc ipſum Hafniâ, compertum ex Typographo ac Bibliotheca perſcripſerat. Idem oſtendit mihi philyram ejusdem operis â Secretario inclytæ Societatis illius Regiæ Domino *Oldenburg* correctam, verſionis illius inconcinnitatem magnam arguentem.

(271) CCLXXI. PROSODIA *Bononienſis* Bononiæ 1639. absque auctoris nomine excu- 74
ſa, anno ſequenti 1640. 12. ibidem non præfixo nomine *Joannis Baptiſtæ Riccioli* auctoris prodiit, teſte Phil. *Alegambe* p. 225.

(272) CCLXXII. PRYTANEUM *immortalis gloriæ, Illuſtriſſimo Nicolao Danielonicio Theſaurario Regni Poloniæ, vita functo erectum, à Jeſuita Bartholomæo Papvvcki Polono*, memoratur inter anonyma ab *Alegambe* p. 449. adde eundem p. 57.

(273) CCLXXIII. *SATYRÆ* 1. *Dii veſtram fidem* &

(274) CCLXXIV. 2. *Nos canimus ſurdis*, â *Nicolao Villani* profectæ quod ſint, vide in *Rhodianis* n. 37. & 38.

(275) CCLXXV. SATYRAS tres 1. *Hercules tuam fidem*, ſeu *Münſterus hypobolymæus*.

(276) CCLXXVI. 2. *Virgula Divina*.

(277) CCLXXVII. 3. *Cras credo, hodie nihil* ſine auctoris nomine aliquoties ſeparatim & conjunctim apud Elzevirium Lugd. Bat. recuſas ab illuſtri *Daniele Heinſio* profectas, in Athenis ſuis Batavis *Ioannes Meurſius* non futilis auctor eſt, unàque cum illo *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 172. & *Franciſcus Sweertius* in Athenis Belgicis p. 204. quibus adde, ſi lubet, Italos, *Ghilini* nel Teatro d' huomini letterati part. 2. carta. 65. & *Lorenzo Graſſi* Elogi degl. huomini letterati part. 2. carta 216.

(278) CCLXXVIII. De SCHOLIASTE GERMANICO, quisnam ille ſit, vide Clariſſimum *Caſpar. Barthium* adverſarior. l. 10. c. 21. ubi poſtquam *Domitianum* Auctorem *Arateæ verſionis* haud eſſe prolixè confirmaſſet, in ea verba caput ipſum concludit: *Scripſiſſe verò Germanicus non tantum verſus videtur, ſed enarrationem etiam ipſam. Nam quæ* Lactantius *nomine ejus Principis citat, in Commentariis ſunt, non in verſibus. Licet non negemus, multa aliena manu intruſa eſſe, ut omnibus ferè talibus*

libus ſcriptoribus, qui Poëtis enarrandis uſi ſunt, cum in omnium manibus fuerint, Monachi autem exſcriptores vel maximè in hoc genere curioſi fuerint, ſuarumque gloſſarum munes & munifici : Unde conſueta ſibi nimis inconſtantia retractaſſe videtur quod ante lib. 1 cap. 15. pag. m 34. ſcripſerat. *Nec ea mens fuit* Scholiaſtæ Germanici, *qui ex ſcriptoribus variis id Prooemium illuſtrat, nec bono Exemplo in optima editione præteritus eſt; quanquam ſi deſint alia documenta, & præſertim* Lactantii *teſtimonium, qui ipſa etiam Commentaria* Germanici *nomine citat, Fulgentium aliquem his Collectaneis ſcriptorem dederim. Sed de eo in libris Dubiorum Scriptorum prolixius*, quos libros extare jam alias optavimus, & adhuc optamus.

75 (279) CCLXXIX. SCHOLIASTES *Græcus anonymus in* HOMERUM, editus ſeparatim ab Aldo Venetiis 1528. & deinceps una cum ipſo Poëtæ Græco ſolum textu, opera *Iacobi Micylli* & *Ioachimi Camerarii* Baſileæ ex officina Hervagiana 1614 in fol. & denique apud Batavos nitidè cum verſione Poëtæ Latina à *Schrævelio* (qui teſtimonium de hoc *Scholiaſte* à *Ioachimo Camerario* in præfatione ſua perhibitum, verbotenus ipſo non nominato repetit in ſua præfatione, inque frontiſpicio DIDYMO adſcribit Scholia in Homerum univerſa) à quibusdam PORPHYRII eſſe credita, diſco ex *Geſnero*, in Bibliotheca ſua ſub hoc nomine: quæ tamen ego potius eſſe ejusdem *Didymi* cum *Schrævelio* arbitror, cujus in Odyſſeam Scholia ſubjiciuntur in utraque editione, ſtylo genioque ſcribendi plane conveniente, imò quæ priora in Odyſſeam Scholia præſupponat, cum in iis explicata cuncta fermè in hoc prætermittantur.

(280) CCLXXX. SYNTAXIS *Grammatica Andreæ Fruſio Ieſuitæ Gallo*, in ſcriptorum anonymorum Jeſuitarum Catalogo adſcribitur ab *Alegambe* p. 449. cujus inter opera ejusdem p. 26. nulla mentio fuerat facta.

(281) CCLXXXI. THUANEA ſeu *Excerpta ex ore Iac. Auguſti Thuani per* F.F.P.P. 1669. in 8. deberi *Iacob & Petro fratribus Puteanis*, quibus & *Perroniana* ſeu excerpta ex ore *Cardinalis Perronii* Genev. 1667. & *Scaligeriana* ſeu *excerpta ex ore Ioſephi Scaligeri*, Lugd. Bat. 1668. in 8. omnia litteris iisdem initialibus præfixis edita deberi, Typographus aſſeruerat, facilis conjectura eſt. De illa edendi ſermones proletarios inter familiares libertate plerumque majori quam conſideratione habitos quid ſentiam, ad indicem *Rhodianum* n. 5. indicavi. Ad minimum debebant ab eo, qui talia in favorem eruditi ſeculi publicavit, non promiſcue ſed cribrata nonnihil publicari, ne famæ minus Auctoris quam jucunditati vel utilitati Lectoris conſuleretur. Etenim multa notatu digna in hiſce excerptis contineri, & ipſa mixtura, & joculari familiaritate ſua delectare nullus inficior.

(282) CCLXXXII. VALETUDINARIUM *Poeticum Muſis novus & XXII. Poetis, vetulis, frigidis, nudis, edentulis, claudis, Hymenæum Iacobi Reihingi celebrantibus, erectum*, Ingolſtadii & Dilingæ 1622. in 12. & in 4.

(283) CCLXXXIII. Item ÆSCULAPIUS Conradi Cellarii, ſeu Pars ſecunda Valetudinarii Poetici, ibidem eodem anno in 4. Hæc duo opuſcula, prorſus docta & lepida, ſine auctoris nomine, quia ita oportuit, prodierunt. Verba ſunt *Alegambes* pag. 158. *Georgii Stengelii Ieſuitæ Germani* ſcripta recenſentis.

(284) CCLXXXIV. De VERBORUM COPIA liber anonymus, *Andreæ Fruſii Ieſuitæ Galli*, recenſentur inter alios ab *Alegambe* p. 450. ubi ſcripta Jeſuitarum anonyma recenſet. Ejus tamen in Catalogo librorum *Fruſii* pag. 27. enumerato mentionem haud fecerat ullam. 76

CAPUT X.

De Poetis Anonymis detectis.

(285) CCLXXXV.

AGATHYRSUS *inſolentium manifeſtorum* Monachii 1638. in 24. auctori non nominato *Iacobo Balde Ieſuitæ Germano*, Electoris Bavari concionatori debetur, indicante *Alegambe* p. 193.

(286) CCLXXXVI. ASMA *Poëticum Litaniarum Lauretanarum, in quo nimirum ſingulis Litaniarum titulis ſingula Emblemata cum ſuo Carmine reſpondent*, Linzii Auſtriæ, typis Johannis Paltauff. in 12. edidit tacito ſuo nomine *Petrus* STENGLERUS *Ieſuita Carniolus*, docente *Alegambe* pag. 401.

(287) CCLXXXVII. CARMINA non pauca veri ſpiritus Poetici, nitoriſque pleniſſima, tam ſine nominis ſui mentione ulla, quam initialibus ſolis literis ſubſcriptis M.K. vel M.K.S. inſignita edidit Præceptor in hac arte meus olim, Poeta ſeculi ſui facile ſummus *Mich.* KIRSTENIUS Philoſ. & Med. Dr. atque Profeſſor in Hamburgenſi Gymnaſio meritiſſimus; quem eundem ſæpius omnino laudare debuiſſem hoc opere, ſi quos ipſius modeſtia premit, editos ſine nominis ſui mentione libros, aliisve conceſſos, omnes ſcire, vel quos ſcio, nominare ſaltim mihi licuiſſet. Verum adeo Viro huic omnis ſub meum quidem calamum cadentis encomii merita ſupergreſſo, exuta eſt *ambitio*, quæ *Tacito* non minus quam experientia & vero nimis confirmante, *ſapientibus etiam noviſſima exuitur*, ut horum nihil mihi memorare, quamvis ſedulo petenti, permittere ſuſtinuerit. Eundem ſcio quondam Studioſum lucelli cauſa quædam ipſi Epigrammata offerentem, quibus aliena ex variis auctoribus hinc inde non ſine plagio litterario manifeſto corraſa, tanquam propria miſcuerat, quamvis in iis aliqua etiam ſua deprehendiſſet,

ſet,tamen hominem, quem alius quiſq; non vulgari reprehenſione caſtigaſſet, ne verbulo quidẽ
77 contriſtaſſe,ſed inſuper etiam munuſculo exhilaratum dimiſiſſe. Sed vereor ne hæc & ſimilia plura Melanchthonianæ Communicationis (de qua vide *Cl. Thomaſium* de plagio litterario §. 200. & ſeqq.) documenta *Kirſteniana* commemorans, vel hoc ipſo lædam eum, quem omni cultus ac obſervantiæ genere proſequi debeo, voloque. Ab eo, ſi deſideratam mihi cum aliis una doctis viris multis editionem omnium ipſius hactenus ſcriptorum elegantiſſimorum Carminum impetrare poſſem, haberet utique Reſpublica Litteraria quod æternum mihi deberet. Nunc illud etiam non poſſum non monere, Carmen unum ex Kirſtenianis in commendationem publicæ Bibliothecæ noſtræ Hamburgenſis A. 1651. in folio, titulo *Memoriæ Bibliothecæ Hamburgenſis*, hic excuſum, â *Philippo Labbeo* Jeſuita Bibliotheca Bibliothecarum pag 54. ſine auctoris nomine in 4. quaſi Catalogus Bibliothecæ illius eſſet, recenſeri. Eundem invenio in *Catalogo Bibliothecæ Raphaelis Trichetti du Freſne*. Pariſ. 1662. in 4. excuſo, inter librorum Indices fol. 20000. 2. nomine auctoris non memorato, quod tamen ipſi poëmati præfixum eſt.

(288) CCLXXXVIII. CARMEN hactenus *ineditum*, & ex ſtylo adjudicatum PAULINO, mireque ob elegantiam & nitorem celebratum, imò *egregium ſi non planè divinum monumentum* habitum, ab eruente illud ex tenebris *Caſp. Barthio* vide ſis in ejusdem adverſar. comm. lib. 34. c. 1.

(289) CCLXXXIX. DIVOS TUTELARES diœceſis CRACOVIENSIS, *gratulantis ingreſſum in ſuam ſedem Illuſtriſſimo Domino Martino Szyſkowski Epiſcopo Cracovienſi*, Cracoviæ 1617. in fol. edito Carminum libro anonymo, exhibuit *Theophilus Criſtecus Jeſuita Polonus*, docente *Aleg.* p. 431.

(290) CCXC. DISTICHA *Moralia Dionyſii* CATONIS, vulgo ſatis & pueris nota, quomodo primitus auctorem habuerint ignotum, qui poſtea innotuerit, memorantem *Caſp. Barthium* audire fuerit operæ pretium: Ejus hæc ſunt eadem re verba lib. 24. adverſar. cap. 4. *Quem ſcriptorem* Dionyſium Catonem *ex membranis in Gallia repertis hodie eruditiſſimi Viri appellandum ſanxerunt; is dudum admodum eſt cum ignotus fuit nomine, & ſimul quo Juventuti propoſitus ad jungendam cum Latinitate ſapientiam, quo officio hodie quoque fungitur. Utrumque nos docet* Joannes Saresburienſis, *ſive* Carnotenſis *potius, qui ante annos jam ferè quingentos ſcripſit libro* VII. de Nugis Curial. cap. IX. *Cujus ſunt verba*: In libello quoque, quo parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio, & uſus teneris ebibitus annis facilè nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus, quo ſemel imbuta recens eſt: Ait vel *Cato* vel alius, nam auctor incertus eſt, Multa legas facito, perlectis perlege multa, &c. in Scholis quidem perlectum, docet etiam
78 *Mſſ. auctor Vitarum Philoſophorum*, quem alibi laudamus. Et magna opinione ſapientiæ fuiſſe, *Eulogius* libro primo Memoralis ſanctorum, qui cum *Salomone* illum citat, & *Catonem Philoſophum* appellat. Gratulandum ergo ævo noſtro nomen ſuum optimum & Poetam & Sophum recepiſſe. vid. eundem l. 21. c. 21. ubi *terſus eſt*, inquit, *Latinus, acutus, eruditus, facilis*. Hujuſce nec *Voſſium* in Poetis Latinis, nec *Lotichium* in Bibliotheca Poetica meminiſſe oppido miror. *Friſius* in Bibl. Claſſica ad A. D. 70. refert p. m. 6. vid. *Geſnerum* p. 117. editionis Simlerianæ. Ex iis notabo nunc ſolum *Joſephi Scaligeri* duplex Judicium, quorum alterum extat Auſonianar. lect. lib. 2. c. 32. ubi *Dionyſius Cato* inquit, *Poeta Gnomographus*, *Quisquis fuit ille, qui Diſticha illa compoſuit, ita inſcripſit illa, quia probitas Catonis, vel proverbio omnibus nota erat. Probos enim homines & moribus probatiſſimis, illis temporibus Catones vocatos nemo ignorat*, alterum in notis ad ipſa hæcce Diſticha legitur, ita definens: *Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus &c. Ego mihi conſcius ſum, multos graviſſimos & doctiſſimos Viros non puduiſſe jam provectos ætate, hæc Diſticha memoriter diſcere.*

(291) CCXCI. HECATOMBEN ſeu *Oden novam de vanitate mundi*, centum ſtrophis latinis, totidemque Germanicis abſolutam, Monachii apud Nicolaum 1636. in 16. edidit nomine ſuo ſuppreſſo *Jacobus Balde Jeſuita Germanus*, Electoris Bavari Concionator, docente *Alegambe* p. 193.

(292) CCXCII. *Leoninum Carmen in hæreticos* divulgaſſe *Jacobum de CODT vel de COET Jeſuitam Belgam*, non adjecto ſuo nomine, cui principium

Norma Miniſtrorum, ſeu ſimplex regula morum
Juxta iter errorum ſine lege Reformatorum.

teſtatur *Alegambe* pag. 195. & ex eodem *Valerius Andreæ* p. 406. atque *Fr. Sweertius* pag. 359. uno ore illud *elegans & argutum* appellantes, quod ſane lubenter unanimes adeo ipſos perhibuiſſe teſtimonium etiam de re non comperta, falſum credo, quandoquidem hiſce verbis hæretici petebantur, non tam facile conſpiraturi in eadem illa verba, ſi de Cardinali quodam aut ſancto hypocrytico Pontificio ſuis coloribus depingendo ageretur.

(293) CCXCIII. THEOCLIA LOJOLÆA h. e. S. *Ignatii, Societatis Jeſu fundatoris Epiſtola* VIII. *Elegiis abſoluta*, qua mortales ad majorem Dei gloriam in omnibus procurandam adhortatur, Monachii, formis Leyſerianis 1634. in 12. publicavit, addiditque Præfationi initiales ſui nominis Characteres J. B. *Joannes BISSELIUS Germanus Jeſuita*, memorante *Alegambe* p. 227. ubi &

(294) CCXCIV. MARIANUM CLIENTEM *elegiis deſcriptum*, quem cum quarta edi- 79
tione recuderet, hacce modo memorata acceſſione, dignum patella operculum ſuper imponens auxiſſe ibidem memoratur.

(295) MARTIALEM Romæ 1608. in 8. & Lugduni 1618. in 16. excuſum, aliosque *Poetas Laſcivos* expurgatos, ut legi ab adoleſcentibus citra noxam poſſint, nomine ſuo non expreſſo *Jeſuitam Gallum Andream FRUSIUM* edidiſſe memorat *Alegambe* pag. 17. cujus intentionem ſanè non poſſum non etiam hoc loco ſerio laudare. Nec enim impetrare poſſum à me ut cum patronis illis Petronianis, quorum adeo teſtimonia plus quam vellem numeroſa variis ejusdem editionibus præfiguntur, una faciam, & libi-

dinoſa ejusmodi ſcripta ſine noxa legi poſſe credam.

Nam quod non ſuſcitet inguen
Vox blanda & nequam,

ut ſatyræ Latinæ princeps rectè cecinit; cui ingenuè ſubſcribit *Naſo*, dum inter amoris remedia ſimul etiam hoc recenſet.

Teneros ne tange Poëtas,
ſubmoveo dotes impius ipſe meas.

Sane, ſi quemadmodum rectiſſime monent morum boni Magiſtri, libidinoſæ cogitationes, imprimis juvenibus caſtam vitam & virginalem colentibus ex animo, non ſecus ac carbones igniti ex veſte confeſtim absque mora ſunt excutiendi: quis ferat ejusmodi lectionibus easdem excitari, foveri, nutriri? Et quid opus eſt verbis, cum ipſe Spiritus Sanctus per os *Pauli* Apoſtoli litem hanc optimè definiat, ubi inquit. 1. Cor. 15. v. 33. Μὴ πλανᾶσθε, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Nolite ſeduci: corrumpunt mores bonos colloquia prava*, adhibito ad hoc ipſum Ethnici *Menandri* trimetro, teſte *Hieronymo* ad cap. 4. Epiſtolæ ad Galatas, εἰς τὸ παραζηλῶσαι, imo ad pudore afficiendum nos Chriſtianos, qui ſanè Spiritus Sancti gratia peculiari inſtructi, quantum non debebamus ethnicis eſſe hac etiam in parte ſanctiores! Idem Apoſtolus verò etiam iterato, (ne parvi momenti rem hancce viſam illi credas,) monet emphaticè ſuis ipſius verbis. Epheſ. 5. v. 3. πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. *Scortatio vero & omnis impuritas ne quidem inter vos nominetur.* Cui dicto quomodo quæſo probabunt ſe obedientes, qui peculiari ſtudio phraſes & voces obſcœnas omnes conquiſitas Juvenibus proponunt, in hoc genere ſer-
80 monis eos eloquentes reddere ſtudentes, in quo mutis illis eſſe, longè foret præſtabilius. Sed hæc uti non hujuſce ſunt loci, ſic omnibus credo piis & benè moratis etiam hic legiſſe non diſplicebit.

(296) CCXCVI. NABUCHDONOSOR *in theatrum productus, in nuptiis Electoris Bavari cum Ferdinandi II. Imp. filia*, anno 1635. celebratis, ab *Andrea Brunner Jeſuita*, nomine ſuo non expreſſo, publicatus eſt, teſtante *Alegambe* p. 26.

(297) CCXCVII. PANEGYRICUM *Carmen Henrico Ottoni Fuggero, Vellere aureo donato*, cecinit, occultato ſuo nomine *Jacobus Balde, Jeſuita Germanus*, docente eodem *Alegambe* p. 193.

(298) CCXCVIII. POEMATA plurima ſine auctoris *Georgii Stengelii Ieſuitæ Germani* nomine publicata recenſentur apud eundem pag. 159. hoc ordine

Carmen Epicum pro Roberto Card. Bellarmino contra ejus impugnatores Ingolſtadii 1605.

(299) CCXCIX. *Epicum de S. Cruce*, ibidem 1606. in 4.

(300) CCC. *Satyra in ſcientiarum contemptorem Lutherum*, ibidem eodem anno.

(301) CCCI. *Carmen Euchariſticum, de Familiâ Auſtriacâ*, Oeniponti 1606. in 4.

(302) CCCII. *Donarium Scipioni Marchioni Gonzagæ*, Ingolſt. 1606. in 4.

(303) CCCIII. *Epitaphia & Leſſus Iacobo Chriſtophoro Blarero, Epiſcopo Baſileenſi fundatori Collegii Brundrutani.* Friburgi Helvetiorum 1608. in 4.

(304) CCCIV. *Triumphus veritatis*, ibidem 1609. in 4.

(305) CCCV. *Ocelli Iuſtitiæ poëticè deſcripti*, ib. 1612. in 16.

(306) CCCVI. *Galliambus de Peregrinatione Ieroſolymitanâ*, ib. 1613. in 4.

(307) CCCVII. *Helicon Chriſtianus, Illuſtriſſimo Ioanni Chriſtophoro Epiſcopo Eyſtadienſi.*

(308) CCCVIII. *Elegidion Epiſcopo & Capitulo Auguſtano &c. 1616.*

(309) CCCIX. *Flores ſparſi ſuper tumulum D. Stanislai Zborouski* Ingolſtadii 1619. in 16. &c.

(310) CCCX. *Corpus POETARUM* emaculavit, & ex eo chorum duplicem fecit cum ſacrorum tum profanorum, auxitque *Muſeo Poetico & Rhetorico*, tacito ſuo nomine, Lugduni apud Ludovicum Muguet. 1616. in 4. *Alexander Fiſchetus Ieſuita Sabaudus*, teſtante eodem *Alegambe* p. 12.

(311) CCCXI. PROVERBIALIA *Carmina* ſeu *loci communes ſententiarum*, nominis ſui literis initialibus ſoliis præfixis dedicationi, quomodo 81
ediderit, & ab *Hermanni Germbergii*, neſcio cujus, invaſione defenderit, *Bruno Seidelius*, refertur, â V. Cl. *Iacobo Thomaſio* in doctiſſimo de Plagio litterario ſcripto §. 238. & 442.

(537) DXXXVII. AMADISII *fabulæ*, quod Hiſpanum habeant Auctorem, & Hiſpanicè primò fuerint conſcriptæ notorium eſt. Quis autem ille fuerit, omnes ſilent. Et verò nomen intercidiſſe puto. AULICUM HISPANUM SARACENUM & Magiæ peritum, quam etiam commendare ſcripto illo præcipuè ſibi propoſitum habuerit, absque auctoris idonei teſtimonio refert *Lauremberguis* Acerræ Philolog. Centur. 3. Hiſt. 87. quæ tamen omnia ſunt ex Diſc. 6. Domini *de la Noüe*, qui totus agit de pernicioſa lectione horum librorum. *Verſiones Gallicas* Variorum vide apud *Draudium* de Hiſtoricis Gal-
123 licis p. 138. inter illos *Jacobum Gorreum* Pariſinum, augmentis eum plurimis ditaſſe teſtatur *Bodinus* Method. Hiſt. cap. 4. adde Renatum *de Luſinge* Method. Hiſtor. pag. 13. *Lanſium* Or. contra Gall. *Zeiler* de Hiſtor. part. 2. p. 66. Indicem *Irenici* ſeu *Oldenburgeri* pag. 10. *Keckerm.* de nat. & propr. hiſt. part. 1. c. 3. p. m. 1825.

(538) DXXXVIII. CARMEN NUPTIALE Hiſpanicum, *in nuptias Principum Ludoviſii & Renoſæ*, Romæ 1622. in 4. â *Nicolao* RICCARDIO publicatum absque auctoris nomine, memoratur â *Leone Allatio*, Apum Urbanarum pag. 199.

(539) DXXXIX. CATECHISMUM Hiſpanicè tacito ſuo nomine, adſcripto duntaxat titulo Sacerdotis cujusdam è ſocietate Jeſu, edidit *Honoratus RIO*, *Jeſuita Hiſpanus*, hortatu Illuſtriſſimi Domini Franciſci Lopez de Mendoza, Epiſcopi Elnenſis, qui eundem in tota ſua Diœceſi populo explicari juſſit. Uti memoriæ conſignatum reliquit *Alegambe* p. 189.

(540) DXL. ELOGIA *Clarorum Virorum de Societate Jeſu*, *ex provincia Peruana*, Hiſpanicè ſcripta, & auctoris nomine ſuppreſſo publicata, ſunt *Joannis Mariæ* FREYLIN, *Jeſuita Itali*, docente eodem *Alegambe* p. 257. 258.

Huc pertinent ex Cap. 2. n. 91. 92. &c.

HUNGARICE.

(541) DXLI. COR JESU *ſacrum*, *imaginibus*, *Rythmis*, *Orationibus expreſſum*, Viennæ 1629. Hungaricè nomine ſuo non adſcripto edidit *Matthias Hainal*, *Jeſuita Hungarus*, hoc nomine ſcriptores inter Jeſuitas poſitus apud *Alegamben* pag. 337.

(542) DXLII. EVANGELIA & EPISTOLAS, *per annum in Miſſa legi ſolita*, convertit in linguam Hungaricam, & tacito nomine ſuo imprimi curavit Viennæ 1629. *Georgius* KALDI, *Jeſuita Hungarus*, teſte eodem *Alegambe* p. 156.

(543) DXLIII. *Thomas a KEMPIS de Imitatione Chriſti*, Hungaricè verſus & Poſonii editus, numeratur inter libros *Petri* PATZMANNI, *Jeſuitæ Hungari* & Cardinalis, ab *Alegambe* pag. 393. anonymis vero accenſetur ab eodem pag. 450.

LUSITANICE.

(544) DXLIV. MARYROLOGIUM, de quo in Gallicis ſupra c. 14. n. 412. Luſitanicè verſum, anonymis ſcriptis Jeſuiticis accenſetur ab *Alegambe* p. 448 & *Alvari Lupi Luſitani* eſſe perhibetur ibidem, & pag. 24.

(545)

124 (545) DXLV. VITAM *Simonis GOMEZ*, & VITAM *P. Vaſci PIREZ*, è Soc. Jeſu, quæ tamen edita non eſt, Luſitanicè tacito ſuo nomine ſcripſit, *Emanuel de VEGA Luſitanus*, ab aliis duobus ejusdem nominis auctoribus diſtinctus, apud *Alegamben* p. 103.

(546) DXLVI. *Succinctam Narrationem VITÆ & Mortis TRIUM SANCTORUM Martyrum*, Pauli, Ioannis, & Didaci, *Japonum*, è *Societate Jeſu*, Luſitanice nomine ſuo ſuppreſſo edidit *Antonius Colazus*, *Jeſuita Luſitanus*, memorante itidem *Alegambe* p. 37.

APPENDIX ANONYMORUM,

Continens

Omiſſos in ſuperioribus, aut nondum ſatis notos.

Ad CAP. II. *De Theologicis.*

(547) DXLVII.

OPuſcula aliquot, quibus regimen Catholicorum in ANGLIA à S. Sede Apoſtolica inſtitutum propugnat, & decretum ſacræ Congregationis ad Indicem librorum deputatæ, contra contumaces quosdam in Gallia defendit;* ſub nomine H. L. ſcripſit *Joannes FLOYDUS*, *Jeſuita Cantabrigienſis* Anglus, teſte *Alegambe* p. 242.

(548) DXLVIII. ARS NIHIL CREDENDI, Liber atheiſticus, *Gothofredo à* VALLE tribuitur à *Spizelio* Scrutin. Atheiſmi 3. §. 14. p. 56. & de eradicando Atheiſmo p. 16. nec non à Voët. Diſp. de Atheiſmo.

(549) DXLIX. CATECHISMUS *Petri CANISII Jeſuitæ*, anonymus primò prodiit, teſte *Radero* in vita ejus l. 5. c. 6. v. ſupra n. 110.

(550) DL. CATECHESEOS RACCOVIANÆ auctor eſt *Valentinus Schmaltzius*, Gothanus; v. *Kromayer*. ſcrutin. Religion. diſp. 7. part. 1. theſ. 7. p. 162. Ei oppoſuit *Frid. Balduinus* ſummus ille Theologus, Refutationem Cathechiſmi Arriani, qui Rakoviæ 1608. excuſus eſt, Witteb. 1619. editam.

(551) DLI. CYMBALUM MUNDI. Auctorem hujus libri deteſtabilis, in *Diſp. Voëtiana* de Atheiſmo p. 199. nominatum legimus, *Bona-*
125 *venturam de* PERIERS ex *Henr. Stephani* tract. præpar. ad Apologiam Herodoti c. 26. p. 364. & *Hunsdorffio* ad præceptum 3. & αὐτοχειρίᾳ vitam finiiſſe. *Merſennus* tamen ibidem citatus in Geneſin p. 669. *de PEREZ* eum vocat, & *monſtrum, impiiſſimum nebulonem, &c.* non tamen auctorem, ſed interpretem dicti libri anno 1538. ab ipſo editi facit. Vide illum citantem, & argumentum libri referentem quoque *Spizelium* ſcrutin. Ath. 3. §. 14. p. 56.

(552) DLII. *Cur receptum ſit* EVANGELIUM, liber nefarius, Atheiſmum propagans, VALEI vel alterius Nebulonis dicitur à *Theoph. Spizelio*, ſcrutin. Atheiſm. 3. §. 14. p. 56.

(553) DLIII. OCHINI *dialogorum verſionem*, *Sebaſtiano Caſtaliani* tribui à *Theodoro Beza*, principio tractatus de Polygamia, jam notavimus n. 50. pag. 34. Rhodianorum.

(554) DLIV. PUGNA SPIRITUALIS *Laurentio* SCUPULO vindicatur ſupra in Germanicis n. 333. (ubi typographicum errorem in hoc nomine commiſſum BL. corrigat,) & Italis ſuo loco.

(555) DLV. TYPUS MUNDI, *in quo ejus calamitates & pericula*, *nec non divini humanique amoris antipathia emblematicè proponuntur*, cum elegantibus figuris Antvverpiæ apud Cnobbart: 1652. in 12. Nomen auctorum latet in litteris R.R.C.S.J. A. quas interpretor, RHETORES COLLEGII SOCIETATIS JESU ANTWERPIENSIS, ſcribit ad me JCtus laudatiſſimus *Gerhardus von Maſtricht*, cujus divinationi facile aſſentio.

(556) DLVI. VERITAS PACIFICA, v. *Simplicius Chriſtianus* in *Pſeudonymis*.

(557) DLVII. *Breviarium* UBIQUITISTICUM, à *Chriſtophoro Becmanno*, Profeſſore olim Zerveſtano, Collega Wendelini conſcriptum eſſe, ex fide dignis ſe habere perſcripſit idem Dominus *Gerh. von Maſtricht*. v. *in Pſeudonymis Maſſonus*.

Anonyma ſcripta Theologica ſequentia *Alegambe* pag. 10. *Alberto Rozciſzeuski*, *Polono Jeſuitæ* adſcribit hiſce verbis: Edidit partim alieno (vid. in *Pſeudon. Jo. Bobolai* & *Medzybozius*) partim ſuppreſſo nomine, Opuſcula nonnulla, fidei Catholicæ & Societati adverſus utriusque hoſtes propugnandæ.

(558) DLVIII. *Contra libellum Miniſtri cujusdam Calviniani*, qui contendebat PONTIFICEM

CEM MAXIMUM â DÆMONE *miſſum*,tam efficaciter ſcripſit,ut os illi Miniſtro complicibusque perpetuo occluſerit.

(559) DLIX. *Reſponſionem ad* Calumnias cujusdam,qui PATROCINIUM TORUNENSIUM *contra Jeſuitas* ſuſceperat.

116 (560) DLX. ORATIONEM *ad Senatum Equitesque* POLONOS, *in qua refelluntur ea, quæ in Conventu tum Proszevienſi,tum Schedenſi Torunenſes Jeſuitis objecerant.*

(561) DLXI. ORATIONEM *alteram* CONTRA ANDREAM VOLANUM *Sacramentarium*, qui Clementi VIII. inſcripſerat orationem, qua per ſummam impudentiam ei perſuadere nitebatur, ut ſe pontificatu abdicaret. Plura quoque anonyma *Philippi BEBII*, Belgæ Jeſuitæ, pleraque Theologica, recenſet *Alegambe* in appendice p.555. (quæ totidem ex eo verbis transſcribit *Valer. Andreæ* p. 767. omittente hæc omnia *Sweertio*, huncin modum: Ejus libelli ſunt typis Kinkianis editi, ſed tacito ipſius nomine,his titulis & annis.

(562) DLXII. *Porta Cœli*, *una cum ſcala Jacob*, id eſt,*Teſſera ſalutis*, *prædeſtinationis*, *ac mortis felicis cultus Virginis Deiparæ 1616.*

(563) DLXIII. *Scala virtutum cum nonnullis exercitiis ad Sodalitatem ipſam & B. V. cultum ſpectantibus 1618.*

(564) DLXIV. *Diæta Salutis ex* P. Joannis Polanci *piè vivendi induſtriis excerpta.*

(565) DLXV. *Antidotum Spirituale contra peſtem 1622.*

(566) DLXVI. *Scala virtutum & porta cœli, una cum ſcala Jacob ſelecta ex opere* Mariano P. Delrio & Franciſci Ariæ *de præſentia Dei & utilitate freq. Confeſſ.& Commun. 1621.*

(567) DLXVII. *Flores Meditationum ex* S. Ignatio, P. Bruno, P. Buſæo *& aliis collecti.* Hi præcipuam quandam habent commendationem, & ideo recuſi ſunt Coloniæ typis Gualteri in 12. 1623.

(568) DLXVIII. *Thronus Juſtitiæ*, *ſive de Examine triplici Conſcientiæ*, *generali*, *diurno*, *particulari*, *ex* 4.PP. Soc.*concinnatus* 1624.

(569) DLXIX. *Trivium cœleſte*, ſive *Tractatus de triplici via*, *Purgativa*, *Illuminativa & Unitiva*, ex 4.PP. Soc. collectus.

(570) *Antidotum generale*, *contra omnes animæ morbos*, id eſt, *Tractatus Spiritualis de præſentia Dei ex* P. Franc. Aria & P. Antonio Gaudier 1626.

(571) DLXXI. *Ars vitæ ſanctioris*, ſive *Scientia Myſtica Spiritualis*, ex variis PP. collecta 1627.

(572) DLXXII. *Euthanaſia*, ſive *præparatio ad felicem mortem*, ex Bellarmino, Aluarez & de Ponte 1628.

(573) DLXXIII. *Phœnix redivivus*, ſive *de Renovatione interiore Sodalis Mariani*, ex P. Jacobo Aluarez, & Sodali parthenio P. Gaſparis Lechneri.

(574) DLXXIV. Item *Succincta Chronolo-* 127 *gia*, ex Bellarmino & Baronio, *ab initio mundi, usque ad annum* 1628 in 8. apud Hermannum Mylium; præfixa eſt Hiſtoriæ ſeu Chronico Turſellini,quæ à perſpicua brevitate commendatur.

(575) DLXXV. S. Bernardi *Abbatis* libellus *de interiore domo*, ſive *de Conſcientia* 1629.

(576) DLXXVI *Commentarius in tres partes Carminum ſelectorum Latinorum*, ex diverſis Scholiaſtis concinnatus, editus Coloniæ, anno 1629. apud Herm. Mylium in 4. juſto volumine.

(577) DLXXVII. *Gymnaſium virtutum*, ſive *de officio hominis Chriſtiani*, *ac pii Sodalis*, ex S. Ambroſio lib. 1. officiorum.

(578) DLXXVIII.*Tractatus Aſceticus de Militia Spirituali 1630.*

(579) DLXXIX.*Gymnaſii Virtutum II. pars ex* S. Ambroſio lib. 2. officiorum.

(580) DXXX. Item *Tractatus Aſceticus de peregrinatione Vitæ humanæ, ac filiorum Dei*, excerptus è XLII. manſionibus filiorum Iſrael, quæ moraliter explicantur. 1631.

Ad CAP. III. *De Juridicis.*

(581) DLXXXI.

EPISTOLA *ad Amicum*, *bono publico edita*, DE CENSURA FORENSI,Simonis von Levven, Lugd. Bat. in 12. 1662 prodiit; quam *Adriani Beckers à Thienen*, Profeſſoris ibidem Publici, eſſe ex fama ſe habere ſcribit Dominus *Gerhardus von Maſtricht.*

Ad CAP. V. *De Hiſtoricis.*

(582) DLXXXII.

ARTIFICIA *hominum miranda naturæ in* SINA & EUROPA, Francof. 1655. in 12. præfixis literis A. P. F. B. prodiere, quæ BRULII, neſcio cujus, eſſe ſcribit Dn. *Gerh. von Maſtricht.* Liber idem Germanicè in 4. extat.

(583) DLXXXIII. ADDITIONIS ad CATALOGUM TESTIUM VERITATIS, de quo ſupra n. 151. egimus, auctorem eſſe *Simonem Goulartium*, teſtatur *Jacobus Gretſerus* Jeſuita, prolegom. Myſtæ Salmurienſis ſive Myſterii Iniquitatis revelati pag. 60.

(584) DLXXXIV. CHRONOLOGICUM *opus*, R. B. Amſtelodami apud Joh. van Someren paucos annos ante impreſſum, *Roberti Bailii* 128 eſſe,cujus nomine citatur â *Ioh. Henr. Heideggero* in Hiſtor. Patrum, Exerc. 21. §. 9. p. 778. Dn. *Gerh. von Maſtricht* itidem perſcripſit.

(585) DXXXV. DISQUISITIO *de Auctore Stephano Junio Bruto Vindiciarum contra Tyrannos perſonato*, quod ſit *Giſberti Voetii* v. in *Pſeudon.* ad nomen *Bruti.*

(586) DLXXXVI. FASCICULUS TEMPORUM, ſine nomine auctoris olim in Germania impreſſus, ex diverſis aliorum Chronicis collectus, & veluti in Tabulas digeſtus, ſermone parum Latino, libris *Werneri Rolevinck*, Weſtphali Carthuſiani annumeratur â *Geſnero*, Bibl. p. 683. edit. Simler. Adde *Schoock* Fabul. Hamelenſis part. 3. c. 1. p. 181. imprimis autem *Voſſ.* de Hiſt. Lat. l. 3. c. 6. p. 569. 570.

(587) DLXXXVII. PETRONIANA ELOGIA, quæ ἀνωνύμως editioni ejusdem in 8. â *Goldaſto*, cum variorum notis præfixa extant, eſſe *Michaelis Caſparis LUNDORPII* vid. in *Pſeudon.* ad nomen *Erhardi.*

(588)

(588) DLXXXVIII. De JURE, *quod* IN SVECIAM REGI AD LIVONIAM *Regno Poloniæ nullum competit* H. J.M. diſſertatio 1652. in 4. edita, quod ſit *Iohannis Hectoris Mithobii*, Ampliſſ. Dn *Conringius* Helmſtadienſis editionis 1656 factæ in 4. præfatione detegit, laudans ipſum ſcriptum.

(589) DLXXXIX. TRIDENTINI CONCILII *Svavis Polani* verſio Latina, ex Italico, per *Adamum NEWTONUM* Scotum facta quod ſit v. in *Pſeudon.* ad nomen *Polani.*

Ad CAP. VII. *De Mathematicis.*

(590) DXC.

CYCLOMETRIÆ â Longomontano, anno 1612 Havniæ 1627. Hamburgi A. 1664. Amſt. publicatæ, Elenchi editi Pariſiis in 4. Autor eſt *Claudius HARDY*, v. Scaven n. 99.

Ad CAP. VIII. *De Politicis.*

(591) DXCI.

DISQUISITIONES *Politicæ*, SEXAGINTA CASUS *Politici*, *ex omni hiſtoria ſelecti*, Hagæ Comitis 1650. in 12. prodiere, ac poſtea iterum ſunt recuſæ Gallicè, lectu planè digniſſimæ. Eas *Marco Zuerio Boxhornio* deberi, compertum ſibi, cum in Batavis degeret, ſcribit Dn. *Gerh. von Maſtricht.*

Ad CAP. IX. *De Philologicis.*

HEINSIANA quædam anonyma n. 235. 285 & ſeqq. deteximus, quibus addenda.

(592) DXCII. *An & qualis ducenda uxor litterato?*

(593) DXCIII. *Laus pediculi.*

(594) DXCIV. *De Poetarum Nuptiis.*

(595) DXCV. *Batrachomyomachias argumentum*, libelli Lugd. Bat. excuſi ſeculo XVII. ineunte, & deinceps variè recuſi, imprimis 1629. 12. uno volumine, ubi junctæ Epiſtolæ teſtantur *Heinſium* auctorem, ne ſtylum, ejusque ſignum (quod *Voſſius Paulo Colomeſio* dedit, cujus vide hac de re pag. 128.) allegem. Adde quod pleraque horum & à *Val. Andr.* p. 172. & à *Fr. Sweertio* p 204. eidem palam adſcribuntur.

(596) DXCVI. PRÆFATIO quoque DORDRACENÆ SYNODO *præfixa* eidem à *Mareſio*, in refutatione Apologiæ Curcellæi p. 277.

(597) DXCVII. APOLOGIAM quoque *pro ipſo*, *adverſus Joannis Croji Calumnias.* Lugd. Bat. 1646. in 8. editam, cum aliis argumenti non abſimilis, aut ipſius HEINSII, aut *M. Zverii* BOXHORNII putat *Dn. Gerh. von Maſtricht.*

(598) DXCVIII. CLAVA HERCULIS, neſcio quid libri ſit, quod tribuit *Alegambe* pag. 158. *Georgio SCHRETELIO Jeſuitæ Suevo.*

(599) DXCIX. COMMENTARIA in HYGINIUM *Chromaticum*, & POLYBIUM *Megapolitanum*, de *Caſtris Romanis*, quæ extant longè doctiſſima, prodiere, auctore R. H. S. Amſtelodami 1660. in 4. Ea *Rabbodo Hermanno Schellio*, Domino Veneburgæ & Welbergæ, Iſſelmudani Transjulaniæ agri Præſidi deberi, ſcribit iterum Dominus *Gerhardus von Maſtricht.* Ejusdem auctoris habemus *Libertatem publicam*, libro poſthumo deſcriptam, editamque Amſtelod. 1666. in 12. cui adjectus Threnus *Theophili Hogerſii* in obitum ejusdem.

(600) DC. EPISTOLÆ OBSCURORUM VIRORUM, quibus debeantur auctoribus, ex *Henrici Hamelmanni*, qui vitam *Hermanni Buſchii* deſcripſit, loco pag. 49. ex editione Joh. à Goer, cum opuſc. de Weſtphalia, deſcripto transmiſſoque à Dn. *Gerhard. de Maſtricht* didici, qui locus talis eſt: *Orthwinus Vir alioqui non indoctus, in gratiam barbarorum Theologorum (aucupans opimam aliquam præbendam, & beneficia Eccleſiaſtica) ſeſe conjunxerat Jacobo Hochſtrato Theologo & Magiſtro noſtro, certanti contra Johannem Reuchlinum Capnionem, contra quem pro Hochſtrato Lovanienſes & Pariſienſes Theologi pronunciaverant. Interea dum* 130
utriusq; cauſa ventilaretur Romæ; ubi patrocinium Reuchlini ſuſcepit, & ipſius actionem defendit Buſchii Amicus, Doctor J. V. Joannes à Wyck (qui poſtea anno Domini 1533. in Vaſtennow ut ſanctus Martyr tyrannicè eſt occiſus à Canonicis Monaſterienſibus, propterea quod ibi promoviſſet Evangelii Doctrinam) cadit cauſâ Hochſtratus: hinc fit ut ſeſe conjungerent Præpoſitus Comes NEWENARIUS, Ulricus ab HUTTEN eques, REUCHLINUS & BUSCHIUS atque plures, *& Epiſtolas obſcurorum Virorum ridiculas contexerent, in invidiam Orthwini Gratii, qui multis ſcriptis defenderat Hochſtratum: & hæ jam etiam in multorum manibus ſunt.*

(601) DCI. ORATIONEM Mſſtam, *de STATUA VIRGILII per* Carolum de Malateſtis *ſubverſa*, raram, auctori ſuo reſtituit *Voſſius* pag. 27. de Poët. Lat. hiſce verbis: *Habeoque* orationem Mſam adverſus Carolum *iis temporibus ſuper hoc exaratam, ſatis ſanè acerbam: & tamen auctor ait*, acerbius ſe ſcripturum fuiſſe, ſi tutum fuiſſet in eos ſcribere, qui poſſent proſcribere. *Nomen auctoris non apponitur: ſed permiſta legitur orationibus, libelliſque* Guarini *ac diſcipulorum, qui auctore Magiſtro hujusmodi oneris aliquid ſuſcipere ſolerent, ut videri poſſit ſcripta ab ipſo* GVARINO Veronenſi, *Clariſſimo ſui temporis Viro, vel ſaltem* diſcipulorum aliquo.

(602) DCII. *De PILEO cæterisque Capitis tegminibus, tam ſacris quam profanis*, ad Petrum de Maredat, librum, Lugduni 1555. in 4. anonymum prodiiſſe, quem nunc *Anſelmi Solerii* Cemelienſis nomine præfixo, Amſtelodami 1671. in 12. cum figuris recuſum videmus, Dn. *Gerhardus von Maſtricht*, itidem mihi ſignificavit.

(603) DCIII. VENETÆ ACADEMIÆ, SCRIPTI, mihi planè ignoti, auctorem *Fredericum BADOENUM*, facit *Scavenius* n. 68.

Ad CAP. X. *De Poeticis.*

(604) DCIV.

ELEGIAM, quam Caſp. Barthius Adverſarior. l 45. c. 16. transſcriptam ſibi ex membranaceo Codice Colonienſi variarum rerum, & *piam, cordatam, eloquentem, comptam, nec malorum temporum viſam* profitetur, inſcriptam: *Quod diverſi ad diverſa ſtudia nati ſunt*, quamque tam ævo veteri, quam recenti adſcribere dubitat: *Conrado Celti*, primo

Poetæ Laureato adſcriptam reperit ſed mutatam non modo vocibus, verum etiam verſibus interdum integris, auctamque, Vir maximè reveren-
131 dus, *Eſdras Edzardus* SS.Theol.Lic.in cujus Exemplari amicè mihi commodato, collatum vidimus â capite ad calcem ipſi lectum exemplar cum Barthiano. Daremus utrumque, ſi modus opuſculo conſtitutus & feſtinans ad nundinas Typographus hoc permitterent. Alii proinde tempori hoc munuſculum reſervamus.

Ad CAP. XI. *De Germanicis.*

(605) DCV. (606) DCVI. (607) DCVII. (608) DCVIII. (609) DCIX.

BIBLIA VINARIENSIA gloſſata nota ſunt omnibus, credo, Theologiæ cultoribus Germanis. Ex iis aliquam partem notabilem, EXPLICATIONEM nimirum *Cantici Canticorum*, PSALTERII, PROVERBIORUM, & ECCLESIASTÆ, nec non *Evangelii* JOHANNIS, *una cum præfatione*, a ſua manu eſſe teſtatur *Salomon Glaſſius*, apud *Theoph. Spizelium* in templo honoris, p. 220. ubi vide *Glaſſii* elogium, & librorum ab ipſo editorum catalogum exhibitum.

(610) DCX. Tractatus Noviſſimus JURIS PRÆHONORARII *congrui*, RETRACTUS vel προτιμήσεως, Das iſt / Einſtandt / Beſchudt und Abtriebs-Recht / Anonymi cujusdam JCti, Allen Adelichen Gerichts-Herren / Amts-Leuten / Richtern / Vogten / Gerichts-Verwaltern gantz nöhtig und nützlich. Collen / bey Andreas Bingen / vor den Minnen Brüdern in Loreet anno 1655. Scriptum hocce doctiſſimum Auctorem habet *Salomonem Cyriacum*, JCtum ſummum, & Celſiſſimi p. m. Palatino-Neoburgici Principis Wolffgangi Wilhelmi Conſiliarium intimum, ac Fiſcalem Duſſeldorpienſem, nunc verò Celſiſſimi Principis Haſſiaci Conſiliarium intimum, & Directorem Cancellariæ, Rintelenſis exiſtentem, ceu cognovi ex litteris Ampliſſimi Dn. *Gottfried Mellem*, Conſiliarii, Medicique Principis Palatino Neoburgici meritiſſimi, Amici mei ſingularis.

Ad CAP. XII. *De Belgicis.*

BElgica ſcripta anonyma ſequentia *Joanni STALpardo van der WIELEN*, Hagæ Comitano adſcribit *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 566. quem fruſtra apud *Sweertium* quæras.

(611) DCXI. *Vita S. Agnetis*, ſive *Contemptus mundi Mulicbris*, verſibus rythmicis. 1622. 4.

(612) DCXII. *Extractum Catholicum*, ſive *Cantilenæ, De præcipuis fidei capitibus*, adverſus Hæreticos 1631. 8.

(613) DCXIII. *Annus aureus*, in duos Tomos diſtinctus, *cujusq; diei Dominici ac Feſti Evangelicas continens lectiones.*

Ad CAP. XIII. *De Anglicis.*

(614) DCXIV.

COmmentariolum trium foliorum, quod aliquot rationum contextu, *liberum ANGLIÆ CATHOLICIS ad Proteſtantium ſacra aditum* patefecerat, *Thomæ WHRIGTHI*, ſacerdotis eſſe, credidit Georgius *Blackwellus*, uti pag. 3. in Quæſtione ipſius bipartita videre eſt.

Ad CAP. XIV. *De Gallicis.*

(615) DCXV.

L*E BOUCLIER d'Eſtat*, qui parut il y a peu de temps, imprimé en 12. a Anverſe, defendant les droits du Roy d'Eſpagne ſur les pays bas contre le Roy de France & attribuè au *Baron d'ISOLA* dans la *Reſponſe aux Remarques Françoiſes ſur les lettres du Baron d'Iſola & du Chevalier de Cambrick a S. A. E. de Cologne*, qui eſt inſerée dans le *denouement des intrigues du temps, par la reſponce au livret* intitulè *Lettres & autres pieces curieuſes ſur les affaires du temps* fait par S. J. P. P. B a Bruxelles in 4. 1673. pag. 83. En voicy les paroles mémes. *Quoyque*, dit il, *dans tout le cours de ſa vie il ayt employé ſes heures de loiſir â la compoſition de pluſieurs ouurages, dont il auroit pû attendre autant d'approbation, que de ceux qu'il a eſté obligé de mettre en lumiere; jamais les ſollicitations de ſes amis n'ont pû vaincre la repugnance, qu'il a toûjours euë a les expoſer en public, & hors du* Bouclier d'Eſtat, *qu'un commandement abſolu, & une neceſſité indiſpenſable l'obligerent de mettre au jour, auec une precipitation, qui ne luy permit pas de le polir, comme il auroit ſouhaitè; iamais aucune piece de ſa façon, n'a paru de ſon ſceu & de ſon conſentement. Il eſt vray que l'avidité des Libraires, leur a fait ramaſſer quelques fragments mal agencées de deux ou trois autres de ſes ouurages, qu'ils ont mis ſous la preſſe auec tant de deffauts, que l'Autheur meſme a de peine a les reconnoiſtre, mais il a ſuiet de ſe plaindre, de ce que la malice de quelques uns & l'Ignorance de quelques autres, luy attribuent ſouvent des fruits, qu'il n'a pas produits, & qui ont de caracteres ſi contraires aux ſiens, que pour peu qu'on veuille luy faire juſtice, on demeurera facilement d'accord, que ce ſont des Enfants ſupposés.*

Cymbalum Mundi v. ſupra n. 551.

Ad CAP. XV. *De Italicis.*

(616) DCXVI.

LA GIUNTA, di *Ludovico CASTELVETRO* v. Rhodian. n. 52.

(617) DCXVII. VITA DI MELINO, di *Pietro GIRARDO*, vide ib. n. 24.

Submo-

Submonitio
Ad benignum Lectorem.

HActenus Exemplum Vetus, juxta monitum, ſupra pag. 13. adſcriptum. Sequitur nunc libri, ex tenuibus hiſce è priori editione transſumtis principiis immane adaucti, *Continuatio*, ſive quas appellare velis *Additiones* & *Supplementa*, ſingulis itidem capitibus in Columnarum fronte expresſis, ſub numeris autem ab ipſo B. Auctore ordinatis, &, quantum ad interſertos unius ſummæ, literis Græcis diſtinctis in Archetypo: id quod ſine ulla mutatione, utinam & ſine mendâ, expreſſum dare voluimus.

CAPUT II.

De Scriptoribus Theologicis.

(618)

S. ÆGYPTIORUM ANACHORETARUM APOPHTHEGMATA extant *in Bibliotheca Patrum* utraque, ut & *apud Rosweidum* in vitis Patrum, docente *Oleario* Abaci Patrol. pag. 151. (a) qui EVAGRIO PONTICO, (de quô in Schediaſmate Hiſtoricô ſuô Jac. *Thomaſius* pagina & §. 44. lit. l. meminit,) illa Apophthegmata adſcribit poſt *Bignæum.* Eorum 18. libros Pariſiis excuſos ao. 1610. Bibliotheca Oxonienſis, & alios 4. ibidem ao. 1589. memorat. Quos ipſos allegat etiam *Lipenius* in Biblioth. Real. Theol. p. 38. *Cave* in Chartophylace ad A.C. 380. eum refert, ſine mentione ulla hujus ſcripti. Vid. infra n. 888. M. Antonii *Allegro* de Caſanate in Paradiſo decoris Carmelitici etiam hunc, ſi diis placet, accenſet, ni ſit Organiſta ille, de quo Jo. *Climax,* ut fraudem paſſo ſcribit: cœteroqui nil ad nos faciens habet pag. 182. col. b.

(a). Joan. Olearius, *Abaci Patrol, p. 150. & 151.*

Evagrius Ponticus, *qui ex Diacono Conſtantinopolitano factus Monachus, teſte* Hieron. *ep. ad Cteſiph. multa ſcripſit Monachis : prout* Gennadius & Socrates *tradunt. Ex his autem* liber ſeu epitome potius, de octo vitioſis cogitationibus *extat Tomo 5. Bibl. Patrum Pariſ. edit. 2. fol. 1319. & Tomo 4. Magn. Bibl. Colon. f. 925.* Bignæus *ad ſeculum quintum reponit, ejusq; eſſe exiſtimat librum, cui titulus : S. Ægyptiorum Anachoretarum Apophthegmata, quem Herib. Rosweidus inter vitas Patrum edidit, itemque* Bignæus *Tom. 9. Bibl. Pariſ. cit. quoque exhibuit.* Bellarminus *illum, (ut & alios plures) præteriit, iſtiusq; veſtigia ſecutus B.* Gerhardus *noſter.* Labbeus *hoc ſaltim memorat, Origenianâ fuligine Monachum hunc aſperſum, &* Hyperboritam *D. Hieronymo appellatum fuiſſe.*

(618 *a*) De ARTE ÆQUIVOCATIONUM *Liber* mihi nunquam viſus; atque adeo *negatus* etiam impudenter admodum, *quod extaret,* erubeſcendus nempe ſuis auctoribus fœtus, omnium etiam Pſeudo-Theologicorum nequisſimus, ab Henrico *Kippingio,* Jeſuitæ *Henrico* GARNETTO, Anglo, imputatur. Ejus locum damus (a) excerptum ex Ethicor. ejus lib. 1. c. XIII. §. 14. pag. 244. 245. Ubi citati alii num & de hoc libro agant, omnes, inquirendi erunt illis, quorum intereſt. Mihi ſolam ad Frontonem *Ducæum* Epiſtolam, *Caſauboni*, alias ob inſtituti mei hujuſce de Anonymis ſubſidiaria loca multa relegenti, aliqua huc vacavit excerpere. Quæ in editione Londinenſi 1611. nitidiſſima, verſiones etiam allegatorum Græcorum in margine adſcriptos exhibente, (ſecus ac univerſarum Epiſtolarum Caſauboni Volumen Magdeburgenſe & Helmſtadienſe *1666.* ubi ordinatis ad ſeriem temporum Epiſtolis hæc numero 624.) a p. 705. ad 708. redhibetur; qua in editione priori n. *196.* ex *Symbola Normanniana* ubi ſine dubio Gronoviana A. 1638. in Bataviis data intelligitur, pag. 36. 37. legas *Garnettum* hunc Martyrem ſuis prædicatum, edita etiam Apologia : ut ſane prolixe facit etiam *Sotvellus* pag. 325. 326. poſt *Alegamben.* Qui tamen *Garnettus* ut conſcius imo correus illius horrificæ conjurationis pulverariæ convictus pag. 94. &c. & confeſſus, ac pœnitentiam profeſſus, ad mortem usque admodum emphatice tantum facinus, quapropter poſt mortem canonizandus erat ex voto non ſucceſſu, Jeſuitarum irrito conatu aliquoties tentato, vivus adhuc ipſe deteſtatus eſſe legitur pag. 103. 104. ibidem. *Liber* vero hic *de Æquivocatione* ſi non conſcriptus, at certe *approbatus, ut valde doctus & vere pius & Catholicus* pag. 109. quam excerptam damus (b) omiſſis plurimis longe ſequentibus, ubi natura hujus doctrinæ & capita quædam multa plane horrifica, cum *Garneti* una & aliorum ſecutorum eam doctrinam deteſtabilibus plane exemplis exponuntur.

(a) Henrici Kippingi Inſtitutiones Ethicæ, Lib. 1. cap. XIII. *de Veritate, p. 244. 245. Ita* Henricus Garnetus *de pulveraria conjuratione in Britannia rogatus, audacter negabat, ſe quicquam ſciviſſe, nimirum ut horrendum ſcelus dehortando impediret, Regi & Regni civibus exponeret, vitæque ſuæ diligentiorem curam habere eos juberet. Atqui ſcelus iſtud compererat inter primos, dictis inſtimulaverat animos trepidantes, gloriam cœleſtem præmii inſtar laudaverat. Iſte* Libelli de arte æquivocationum *ſarcinator in parricidarum numero deprehenſus, atq; de patibulo martyr factus, à Societatis Lojolæ ſcriptore Eudemone Cretenſi ampliſſima encomia retulit in* Apologia pro Martyribus Anglicanis, p. 30. ſeq. *De negotio toto referunt plura Iſaacus Caſaubonus Epiſtola ad Frontonem Ducæum, Johan. Malderus Antverpianus libro de abuſu reſtrictionum mentalium, Robertus Jonſtonus, Lib. 13. hiſtor. Britannicarum p. 418 ſeq Thomas Mortonus lib. 2. Apologiæ Catholicæ cap. 12. 13. 14.*

(b) Iſaacus Caſaubonus Epiſtolæ ad Fron-

Frontonem Ducæum, p. 109. Edit. Londin 1611. *Extat etiam libellus ab eruditis Pontificiis in hoc ipſo regno ſcriptus, & hoc titulo publicatus ac typis expreſſus;* Æquivocationis Tractatus: *Blackvelli Archipresbyteri & Henrici Garnetti ſuffragiis ut valdè doctus (verba ſunt Archipresbyteri) & verè pius & Catholicus comprobatus. Nam Apologiſta, qui negat in ſecunda Apologia, ullum unquam ejusmodi tractatum in rerum natura fuiſſe, & qui ejus meminerunt, vocat impoſtores, quantus & quam inſignis ipſe eſt impoſtor? Si Sexcentorum Anglorum teſtimoniis credere non vult, qui partim viderunt legeruntque eum librum, partim hodieq; ſervant; ſi Actis publicis, ubi res fuſe exponitur, fidem vult abrogare; at ſuo ſaltem conſecraneo* Andreæ *Eudæmono-Johanni, ſcio, credet. Cujus Apologiam ſi inſpexerit capite ſecundo, levitatem & imprudentiam ſuam, ne quid gravius dicam, velit nolit, cogetur agnoſcere. Quod autem Apologiſta idem,* ſolos eſſe dicit homines Dei amantes, quibus æquivocatio placeat.: *& aliquanto prius cæcitatem eorum Catholicorum è veſtris lamentabiliter deflet, (putes cum legas, de primario aliquo fidei noſtræ articulo agi) qui perſuaderi ſibi non patiuntur, boni viri eſſe, nedum Chriſtiani, æquivocare; videndum eſt, quo jure hæc dicantur.*

(618 β *Olim* XIV) DE ÆTATIBUS ECCLESIÆ libellum Anonymum, *contra primatum & ſuperioritatem Papæ Romani*, exhibet in Monarchiæ Imperii Tomo 1. p. 25. & ſeqq. Hanov. 1614. *Melchior Goldaſtus.* In quo ſtatus Eccleſiæ per ætates quaſi humanas diviſus, fermè hiſtorica ſerie, ex Patribus, aliisque Scriptoribus Eccleſiaſticis enarratur. Unde propemodum Hiſtoricis illum annumeraſſem: niſi eodem Pſeudotheologiæ totius Pontificiæ, de Romanæ Eccleſiæ, Papatusq; principatu principium, novitatis ac inſolentiæ convinceretur. Illud ſcriptum Franciſcum BONAGRATIAM Bergamenſem compoſuiſſe, conjecturam, neſcio num ſatis firmam affert idem *Goldaſtus* in Diſſertatione de *auctoribus à ſe exhibitis*, huic Tomo præfixa. fol. 5.

Inveniri etiam in Matth. *Flacii* Catal. Teſtium veritatis pag. 452 — 459. edit. Argent. 1562. fol. teſtantur Dn. *Mollerus*, in obſervationibus ſuis Manuſcriptis communicatis referens, cenſere *Flacium*, ante 200. annos hunc libellum eſſe ſcriptum, & vereri, ne ſit mutilus. Joh. *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 100. edit. Amſtel. putare ſe, ait, his conjecturis ferme omnibus excipiendis ſinum pandiſſe Bullam Johannis XXII. ao. 1330. editam, in hujusmodi, contra poteſtatem Papæ ſe opponentes auctores, fulminantem.

(619) ALLOCUTIONES *ſacræ ſuper* EVANGELIA *Dominicarum totius anni*, *Pragæ* typis Univerſit. 1659. in 4. editæ, nec non ALLOCUTIONES *ſacræ ſuper* FESTA *ſolennia totius anni*, Pragæ Typis iisdem 1667. in 4to; ut & SPICILEGIUM SUADÆ ſive ORATIONES *variæ* à ſe habitæ, Pragæ, Typis iisdem *ſub nomine ſuorum diſcipulorum* 1667. in 12. ſcriptæ memorantur per *Johannem* JAHODAM natione Germanum, gente Moravum, patria Cremſirienſem & Rectorem Collegii Giczinienſis pag. 465. Bibliothecæ Jeſuit: *à Sotvello*, ſub ejus nomine. In anonymorum indice peculiari ſubjuncto vero idem p. 829. ſic habet: *Allocutiones ſacræ ſuper Evangelia* &c. *Johannes Jahoda.* An ergo illud &c. tres libros hoſce (nam de prioribus binis videtur res magis certa) αἰωνύμως editos ſatis probet, judicium eſto penes lectorem. *Lipenius* etiam aliam editionem allocutionum ſuper Evangelia Herbipoli in 4. 1678. addito nomine auctoris citat Bibliothecæ realis Theol. Tom. I. pag. 645. a. *Jehodam* vocans. Qua occaſione facile confundi poſſet cum Rabbinorum Jehodarum aliquo, cujus nominis complures memorantur & partim enumerantur in Bibliothecæ Bodlejanæ editæ â Thoma *Hyde*, catalogo, qui de hoc *Jehoda* nihil habet. De tali tamen confuſione unquam facta, nihil adhuc habet accuratiſſimus in hoc genere Scriptor, & mihi amiciſſimus Joh. *Mollerus* Homonymoſcopiæ ſuæ Sect. 2. cap. 2. Adde n. 1581.

(619 α *Olim* XV.) DE AMORIS DEI & CONTRITIONIS ACTU Latinè *Flandriceque* libellum anonymum edidit Jeſuita Belga *Jodocus* ANDRIES Mechlin. 1626. docente Philippo *Alegambe*, in Bibliotheca ſcriptorum ſocietatis Jeſu p. 280. ubi Liber idem ſub titulo quoque DUÆ CLAVES *cœli* editus perhibetur *Sotvello*; pag 516. addit, *ſeptem linguis* eum prodiiſſe (a) & alia pauca. Valerius *Andreæ Deſſelius* in Bibliotheca Belgica pag. 588. de libello nihil habet, ſed ad nomen hujus Jeſuitæ remittit ad Bibliothecam Jeſuitarum.

(a) *Sotvellus*, Bibl. Jeſuit. p. 516. *Idem per compendium ſub titulo : Duæ Claves cœli, quæ ſeptem linguis Latina, Hiſpanica, Italica Gallica, Germanica, Anglica, Flandrica in lucem prodiere, & ex illis ſupra centum quinquaginta millia exemplarium diſtracta ſunt.*

(620) A*d* AMPHILOCHIUM *Quæſtiones & dubia* Manuſcripti anonymi, PHOTIO vendicat Paulus *Colomeſius*; in ſuis, ad Chartophylacem Caveanum, paralipomenis ſic ſcribens: (a)

(a) Colomeſii Paralip. ad Chartoph. p. 34. & 35. Quæſtiones *ac* dubia ad Amphilochium, Cyzici *Metropolitam, in quibus de variis S. Scripturæ locis & aliis multis Photius non minus ingenioſe quàm eruditè diſſerit. Extant* grandi volumine MSS. *in Petri Seguierii Galliæ Cancellarii Bibliotheca, ſed* tacito Photii *nomine. Quin eæ tamen ejus ſint, nullus ambigo; cùm Amphilochius ille non alius ſit ab illo, ad quem ter aut quater Photius in Epiſtolis. Harum Quæſtionum* Fragmenta duo, prolixa *ſatis*, edidit Fr. Combefiſius, *vir de Patribus Græcis bene meritus*, unum *ad calcem operum Amphilochii Iconienſis*, alterum, *à Leone Allatio Româ ad ſe miſſum, tomo primo Auctarii Bibliothecæ Græcorum Patrum. Alia* excerpta Combefiſio prior *affert Fr.* Turrianus, *vir (ut eum alicubi vocat magnus Ceſtrienſium Antiſtes)*

infinitæ lectionis, *tum* in Defenſione Epiſtolarum *Pontificum, tum* in Notis ad Conſtitutiones Apoſtolicas *ſub* nomine Clementis. *Ex iisdem Quæſtionibus deſumpta eſſe arbitror*, *quæ* in catena Corderiana *in Johannem reperiuntur.*

(620 α) ANABAPTISTARUM CONFESSIONES: Joh. *Mollerus* in Iſag. ad Hiſt. Cherſon. Cimbr. omnium illarum, quas hæc Secta ineunte Seculo XVII. in Ducatibus Slesvicenſi atque Holſatico in publicum produxit, fabricatorem perhibet *Johannem* CLAUSENIUM COTTEN, Incolam Tonningenſem & aggerum in ditionibus maritimis Ducalium præfectum, hominem dogmatum & controverſiarum cætus ſui peritiſſimum c. V. §. VII.

(620 β Olim XVI.) *Meditatio de* ANGELIS: *Aloyſii* GONZAGÆ Jeſuitæ beatificati â Paulo V. ſcriptis anonymis accenſetur ab *Alegambe* pag. 15. quem vide pluribus de hoc ſcriptore agentem & adde *Sotvell.* p. 28. (a)

(a) Sotvel. Biblioth. Jeſuit. p. 28. *Scripſit* Aloyſius *ex voluntate Vincentii* Bruni, *quem animæ tum ſuæ inſtitutorem habebat*, Meditationem de Angelis bipartitam, *ſane uberem & pietatis pleniſſimam: quam idem* Brunus *nonam inſeruit parti ſecundæ*, *ſuarum meditationum*, de myſteriis vitæ Chriſti, *& poſtea* Ceparius *ſubtexuit* vitæ Aloyſii; *extatq́ cum* opuſculis S. Franciſci Borgiæ, *excuſa Turnonii, per Guilhelmum Linoceirum* 1611. in 24.

---

(621) CONCERTATIO ECCLESIÆ CATHOLICÆ & ANGLICANÆ Aug. 1594. 4. *Jameſ.* p. 137. Eſt *Edmundi* CAMPIANI *Jeſuitæ*; ſi credendum *Burhillo*, Reſp. pro Tortura Torti contra Becanum pag. 166. (a) Lond. 1611. edita. Nihil tamen de hoc inter alia habet *Hyde*, neque *Alegambe*, p. 98. neque *Sotwell.* p. 183. neque *Pitſeus* p. 776. & ſeqq. ad A. C. 1581. qui tres poſteriores tamen illius martyrium multis laudibus extollunt.

(a) Burhillus contra Becan. 166. *Minatus etiam in irritum* Divus Campianus (*Concertatione Eccleſiæ Cathol.*) *Quæ poſteriora*, *parentheſi circumſcripta*, *in margine leguntur*, *contexta verba* Campiani *exhibente.*

(621 Olim ad CAP. II. *De Theologicis detectis, in editione priori num.* DXLVII)

OPuſcula aliquot., *quibus regimen* CATHOLICORUM *in* ANGLIA *à S. Sede Apoſtolica inſtitutum propugnat*, *& Decretum ſacræ Congregationis ad Indicem librorum deputatæ*, *contra contumaces quosdam in Gallia defendit:* ſub nomine H. L. ſcripſit *Joannes* FLOYDUS, *Jeſuita Cantabrigenſis* Anglus, teſte *Alegambe* p. 242.

Quod eo magis hic notandum, quoniam *Sotvellus* omittit & hoc anonymum, & ſub nomine *Danielis à Jeſu* editum hujus auctoris Pſeudonymum ſcriptum ſimilis argumenti pag. 419. b. ubi eadem alias illius ſcripta reliqua verbotenus ex Alegambe repetit.

---

(622) *Libellus Memorialis de* REFORMATIONE ANGLIÆ *continens notas quasdam ac monita*, *quæ proponi poſſe videntur in proximo Parlamento & Concilio nationali patriæ noſtræ, quamprimum Deus ex miſericordia ſua Catholicæ fidei eam reſtituerit, ad meliorem reſtaurationem & conſervationem modo dictæ fidei: Congeſtus ac conſcriptus a R. P.* 1596. neq; ab *Hyde* nec â *Pitſeo*, qui 1610. p. m. 804. eundem refert, memoratus: Quantum ex *Actis Erud.* Lipſienſ. 1691. Jan. p. 3. & 4. liquet, eſt latine conſcriptus, â *Roberto* PERSONIO vel *Parſonio* aut *Pearſonio*, Jeſuita, ac deinde quoque Inſcriptione Anglica, & notis additis, editoris *Eduardi* GEE (a) quarum, ut & libri argumentum ibidem p. 4. recenſetur; (b) Auctor ipſe nobis, in aliis etiam Anonymis & Pſeudonymis bene multis, inpoſterum ſuis locis iterum iterumque memorandus.

(a) Acta Erud. Lipſ. 1691. Jan. p. 2. The Jeſuits Memorial for the intended Reformation of England. *i. e.* Jeſuitæ libellus memorialis de Reformatione Angliæ, quamprimum Pontificium Principem nacta fuiſſet, inſtituenda. Editus ad Exemplar, nupero Regi Jacobo II. oblatum, cum introductione & animadverſionibus Eduardi GEE.

Londini apud Richardum Chisvvel. 1690. *in* 8. *Plagul.* 22.

Ut fraudum politicarum, *hypocriſeos atque* πολυπραγμοσύνης *Jeſuitarum Societatem convinceret*, *hunc Roberti* Perſonii *libellum memorialem*, *ê tenebris in lucem publicam protruſit* Eduardus Gee, *Rector Eccleſiæ*, *quæ in S.* Benedict Paulsvvharf *colligitur*, *ut & utrique Regiæ Majeſtati Britannicæ a ſacris ordinariis. Præmiſit autem ipſimet operi introductionem de Vita Perſonii. &c.*

(b) Ibid. p. 4. *Abſolvitur tribus omninò partibus*, *quarum prior univerſum Angliæ regnum*, *altera clerum*, *tertia Laicos ſpectat. Interpolatur quandoque animadverſionibus editoris, qui modo Jeſuitæ aſſerta refellit, modo ejus conſilia cum nuperis Jacobi II. Regis Britanniæ geſtis confert, modo denique colligit ex iis, quæ jam paſſa eſt Anglia*, *quid juxta ſeriem monitorum Perſonianorum expectare aut metuere debuiſſet*, *circa reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum*, *juramentum religionis Romanæ â membris parlamenti præſtandum*, *tribunal inquiſitionis poſt hæreticos per annos ſex circiter toleratos erigendum*, *confirmationem omnium legum de hæreticis olim latarum*, *ac dehinc abrogatarum*, *& id genus alia*, *niſi Wilhelmus III. divino beneficio in Jacobi II. locum ſucceſſiſſet.*

---

(623) De STATU ANIMARUM, *poſtquam diſceſſerunt à corporibus fidelium*, Anonymi cujusdam *ſeria disquiſitio:* liber eſt in 12. ſine loco & anno impreſſionis (qui tamen 1670. præter propter fuerit oportet, illius editionis, quam ipſe ſum nactus) paginis conſtat 214. hac ſola quam dedi modo inſcriptione, in operis initio hoc ſolo mutato, quod *beatarum* animarum additur. Liber eſt novarum multarum partim

&

& monſtroſarum opinionum plen⁹. Uti vel ex hiſce theſibus p. 5. & 6. probationi propoſitis patet.

I. *Omnes morientium animæ* deſcendunt ad infernum: *Quo & Chriſti anima ſine corpore* deſcendit. Infernus autem eſt *locus ſubterraneus* non uno conclavi conſtans, quippe, quorum duo vel tria in Scripturis nominantur.

II. Animæ *quodammodo dormiunt*, dumque ſeparatæ ſunt, ordinariè actus *vitæ ſecundos* nullos habent, nullaque objecta ſive ſenſuum, ſive intellectus recipiunt, ac proinde ne *loco quidem ſpontaneo motu moventur*, ſed ab Angelis deportantur. Habent tamen vitæ actum primum: nec non actus ſecundos illos, quos objecta immediata â ſolo Deo immiſſa de potentiis illarum eliciunt. Eædem *tamen à Deo* planè *vivificari* poſſunt, *etiam dum ſunt* manentq; ſeparatæ à ſuo corpore.

III. Cum animæ ſint *triplicis ſortis*: Aliæ videlicet eorum, *qui non veniunt* in judicium; Aliæ *judicandorum*; Aliæ eorum, qui jam ſunt *judicati* ſeu condemnati; primæ quidem, per illam Dei negotiationem intra ſe ſuſtinere coguntur, quod aliquando in Abſolutionem, ſæpius in condemnationem deſinit. Poſtremæ per eandem Dei operationem ad αὐτοκατάκρισιν perducuntur, qua ſuæ damnationis juſtitiam agnoſcant, atque ſic creatis rebus omnibus mortuæ, ſoli Deo vivunt animæ.

IV. *Animæ piorum*, ut primum ſunt ſufficienter perpurgatæ ac renovatæ, reduniuntur ſuis corporibus: adeoque piorum dantur peculiares reſurrectiones, quæ univerſalem antevertant.

Has theſes capitibus VII. deinde probatum it auctor. Nempe pag. 7. cap. I. Sectio prior &c.

p. 61.		poſterior
p. 85.	c. II.	—
p. 98.	c. III.	—
p. 110.	c. IV.	—
p. 172.	c. V.	—
p. 178.	c. VI.	—
p. 209.	c. VII.	—

Hoc ſcriptum memoratum *Lipenio* Tom. I. p. 51. a. *Benedicto* SKYTTIO tribuebat *Perengerus*: at *Heyſigius* fratri *Laurentio* SKYTTIO Pontificio asſeruit. De priori credo, at de poſteriori reclamat ipſum ſcriptum. Quidquid ſit: Dnum Heyſigium Anno 1694. hic præſentem, recens nobilitatum, & â *Ridderſtierna* dictum, cum æger hic epiſtola peculiari, quam in ipſius memoriam ob ſtyli & ſenſus nitorem aſſervo, familiaritatem meam facile obtinuiſſet, ipſe percontatus ſum. Qui nihil hujus rei meminerat quicquam. Idem ao. 1695. diſſenteria in itinere contracta, non ſine meo dolore obiit. Auctorem hujus libri non eſſe vel certè non videri velle Pontificium aut Calvinianum, multis ejusdem locis oſtenditur: ſpeciatim p. 184. ſcribit: *illa rationatio, qua in cauſa alia* Calvinianos *premimus* pag. 193. *ſolemus hoc eodem Chriſti dicto redarguere Pontificiorum* purgatorium & id rectè quidem, & p. 199. tam ſollicite docet, quam ex ſuo reſponſo nullum ſibi præſidium Pontificii reperiant pro ſuo purgatorio, quibus & alias in eo contradicit p. 17. & 74. 75. Lutherus è contrario laudatur p. 33. Imo Lutherani noſtrates Theologi auctori vocantur pag. 36. 42. imo gloriatur de facta per illum Eccleſiæ repurgatione p. 80. at diſerte deprecatur eos quos ejus confesſionis ſocios agnoſcit p. 165. Liber ipſe magna cum cura & eruditione ſcriptus, ad regulas interpretandi ſi examinatur, eas nunquam non bonas & rectas allegat, ſed in applicatione hinc inde aberrat. Ut adeo univerſali ſcientiæ interpretandi conſonus ſatis: at prudentiæ applicandi parum congruus ſæpe videatur. V. gr. p. 34. habitaculum habituros infernum quando Pſ. 49. dicit impios; at ſibi ſpondet redemtionem de manu inferni, colligit inde ſenſum eſſe, quod tamen ipſe debeat ibi commorari aliquamdiu. Idque quoniam alias oppoſitio non foret juſta, niſi habitaculo diverſorium opponeretur. Attamen habitaculo ſeu potius carceri perpetuo etiam immunitas & redemtio â carcere potius opponebatur & magis multo pag. 36. Animam pro vita ſumendo tota iterum applicatio corruet. Talia pluſcula invenias. Et tamen ob ipſam regularum toties factam univerſalium citationem, vix ſuſtinuiſſem non examinare ad meas demonſtratas regulas totum opus. Niſi & argumenti non ad fidem ſimpliciter neceſſarii, & operæ prolixitas & difficultas, otiique penuria propoſitum mutaſſent. Cæteroqui propugnat Limbum Patrum & purgationem poſthumam animarum: at non ſatisfactoriam Pontificiam. p. 81. &c. Samuelem Verum apparuiſſe Endoreæ Magæ 157. &c. Non vult infideles ullos qui non audierunt concionem de Chriſto, dici, aut tales damnari p. 165. imo poſt mortem illis prædicari Evangelium ex 1. Pet. IV. 6. imò primitias ſpiritus infantibus gentilium, etiam una cum regeneratione addicit pag. 168. imò meritum Chriſti imputari neſcientibus Chriſtum in lege Naturæ ſolius aut Moyſis pag. 170. Spiritum ab anima paradoxe diſtinguit p. 184. 187. Quosdam citius reſurgere aliis 205. &c. quam etiam doctrinam p. 212. concludit ad ſanctificatione maturandam hanc reſurrectionem præ aliis. Ut adeo non ſit in obſcuro, cur nomen prefferit tantorum heterodoxorum auctor. Quibus tamen ingenioſi multum, & probabiliter adſtrui, non diffiteor. Ita ut refutaturus ea, non proletaria ſit habiturus opus eruditione. Jam hæc ita dudum conceperam: ecce tranſmittitur *Symbola* inopinata Patroni Viri Excellentiſſimi & ſummè venerandi, quem alias, ubi permiſerit, cum honore gratiſſimus memorabo, ea ſic habet.

Variæ variorum de hujus libelli, poſtea a Dr. Balt. *Bebelio* refutati auctore judicia fuerunt. Nonnulli eum attribuere *Jo.* FREINSHEMIO conati ſunt, ſed ex indiciis minus probatis. Sunt qui eundem attribuunt *Jo. Chriſtoph.* ARTOPOEO, *Eloq. & Hiſtor. in Acad. Argentor.* Profesſori, viro antiquitatis omnisque eruditionis peritiſſimo. Qui eundem conſcripſerit, non quod de opinione in libello propoſitâ intra animum firmiter fuerit perſuaſus, ſed ut eruditorum eo de argumento judicia, conſiderationesque eliceret. Unde & refutato libello ſtatim & penitus acquieverit. Quæ conjectura longè certioribus quam illa prior nititur argumentis. Editus citra dubium libellus eſt in Luneburgico Ducatu, in-

in quem ab auctore occultato nomine miſſus eſt. Eam antequam acciperem, jam aliunde cognoveram, in illuſtris Academiæ Roſtochienſis Archivo, Manuſcriptum ipſius *Artopoei* aſſervari, ut illius Approbationem acciperet. Qua dilata, ad mortem usque auctoris illic manſerit MStum.

(623 α Olim XVII.) ANNULUS ÆTERNITATIS tum in Libellulo, tum in exporrecta Charta, *Latinè, Gallicè, Flandriceque*, Gandavi 1621. duodecies repetito prælo excuſus, memoratur ab *Alegambe* pag. 280. inter libros ſæpe nominati Jodoci ANDRIES Jeſuitæ Belgæ. Ejus nomen, non librum huncce memorat p. 588. Valerius *Andreæ*. *Sotvellus* vero eum habet Bibliothecæ Jeſuit. p. 516.

---

(624) *Commentatio ad Loca N. T. de ANTICHRISTO* Amſt. 1640. in 8. *& Appendix ad hanc Commentationem* Amſtel. 1641. in 8. anonyma *Hugonis* GROTII eſſe, ex relatione primum Joh. *Molleri* Flensburgenſis, & dein inclyti & in hoc opere planè ſingularis mihi adjûtoris Dn. Dris *Normanni*, (qui teſtem adducit *Hotting*. pag. 454.) habeo: mirum tamen, horum non meminiſſe Richterum in Epiſt. Select. pag. 475. neque *Hyde* Catal. Bibl. Bodlei. p. 307. & 308. *Bateſius* in vitis doctor. Virorum p. 433. de Anti-Chriſto Titulum, & nil præterea inter opera Grotii refert. In Libro cui titulus: *Effigies & Vitæ Profeſſorum Academiæ Groningæ & Omlandiæ*, in fol. Groningæ 1645. impreſſo, p. 155. in Elencho Scriptor. Samuelis *Mareſii* hoc memoratur editum: Anno 1640. *Diſſertatio de AntiChriſto, quâ expenditur & refutatur nupera commentatio ad illuſtriora ea de re Novi Teſtamenti Loca*, Illuſtris Viri Hugonis GROTII *credita: ſimulque Eccleſiarum Reformatarum ſententia de Anti-Chriſto Romano defenditur, & confirmatur. 8vo.*

---

(625) ANTI-CHRISTI EXCIDIUM in 8. Londini 1664. excuſum auctorem habuiſſe *Samuelem LII*, concionatorem antehac Londinenſem, ſed poſt privatam vitam agentem, Guilielmus *Cave*, in literis ad me datis Islingtonio A. 1676. 12. Kal Jun profeſſus eſt.

---

(626) Neceſſaria DEPULSIO *duarum graviſſimarum* ACCUSATIONUM *quibus* JESUITÆ *Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſias Calumnioſe onerare non erubeſcunt: ac ſi* PAPAM dicendo ANTICHRISTUM (1) *Romanum Imperium, Cæſaream Majeſtatem &c. injuria afficerent* (2) *Solennem religionis pacificationem violarent.* Conſcripta a clariſſimo quodam Theologo, in lucem vero edita â *Wilhelmo* LYSERO, Polycarpi filio, D. Witeb. 1628. 12 *M. Wegnerus* mecum communicavit ſe vidiſſe â quodam ipſi tribui. *Witte* Memor. Theol. dec. 6. p. 712. inter libros Lyſerianos recenſet, nulla mentione facta an autore ipſo, an ſaltem obſtetricante habeamus.

(626 α) ANTI-CICHOVIUS, quid libri ſit, & quomodo à *Jona* SCHLICHTINGIO profectus cenſeatur Antonio *Baileto* in Tr. de Satyris perſonalibus, ſub nomine Anti-Scriptis, vide in excerptis (a) inde ſubjectis. Quæ illuſtrantur inſpectione *Sotvelli* Bibl. Jeſ. pag. 628. Ubi liber ipſe, cui opponitur hæc refutatio, ſic memoratur, ut ſub lit. (b) notamus. De Schlichtingio videatur *Sandius* Antitrinitarior. Biblioth. pag. 129. 130. Ubi alii libri ejusdem huc pertinentes memorantur, at hic reticetur, ex cauſſis apud *Bailletum* legendis. Concionis illius Vechnerianæ refutatio, quæ exilio Schlichtingio conſtitit, editiones quoque variæ, & verſio non reticetur.

(a) Des Satyres perſonnelles pag. 101 & 102.

Je me trouve obligé, continua M. de Rintail, de recourir à la conjecture, pour vous parler de l' Anti-Cichou. Son Auteur, qu'il ne m'a point encore eſté poſſible de découvrir perſonnellement, jusqu' icy, eſtoit un Socinien, autant que j' ay pû me l' imaginer ſur la maniere, dont je l' ay vû allegué dans les Ecrits de divers Auteurs. S' il eſt permis de pouſſer la conjecture plus loin, j' oſe vous dire, que l' Auteur de l' Anti-Cichou m' a paru n' eſtre autre, qu' un Gentil-homme Polonois, nommé Jonas Slichting, ou du moins André Wiſſovvatz, *autre Gentil-homme de Pologne, petit fils de Socin, qui mourut à Amſterdam, en 1678. Tous deux ont écrit contre le Pere Nicolas Cichou, ou Cichovius, Jeſuite Polonois: mais, comme les Livres de Wiſſowats contre Cichou ſont encore manuſcrits; il ne nous reſte plus que Slichting, à qui nous puisſions attribuer l' Anti-Cichou, quoy que de quatre ou cinq Ouvrages, que nous avons de luy, impriméz contre le P. Cichou, il n' en paroiſſe aucun, ſous le titre d' Anti Cichou. S' il eſtoit vray, que ce titre euſt diſparu, non obſtant la conſervation de l' Ouvrage, qui le portoit; il y auroit lieu, ce ſemble, d' attribuer la choſe à la diſcretion de ceux, qui ont eu ſoin des editions poſterieures.*

(b) Sotvellus Biblioth. Jeſuit. p. 628. *Edidit librum contra Arianos, tanto emolumento Fidei Catholicæ, ut ex Regno Poloniæ publico Reipublicæ edicto, omnes Ariani etiam nobiles ſint proſcripti, ſub pœna capitis & amiſſionis omnium bonorum. Libri titulus eſt.* Credo Arianorum, *ſeu* Confeſſio Sociniſtarum, *vel* Samoſateniſtarum, *vulgo* Arianorum, *cui adjecta eſt Centuria argumentorum, pro ſumma, & naturali Chriſti divinitate. Cracoviæ, typis Franciſci Cæſarii 1649. in 4.*

---

(627) *Reſponſio* APOLOGETICA *pro Soc. Jeſu adverſus* ANTI COTTONEM Lat. & Gall. Lugd. 1611. 8. *Jameſ.* Bibl. 29. 31. Videri poterat tribuenda *Andreæ* EUDÆMONO-JOHANNI Cydonio Cretenſi Jeſuitæ, qui Moguntiæ eodem anno & forma confutationem Anti-Cottoni dederat: niſi diſtingueret *Caſaub.* Epiſtola ad Ducæum pag. 183. 184. 196. 203. 219. 220. 224. tum, quod Apologiſta Pariſienſis fuerit, ibid. 150. 151. 156. moneat *Symbola Normanniana.* Memorat & hanc *Hyde*, Catal. Bibl. Bodlej. pag. 357. col. poſteriore, ſolo nomine Jeſuitæ cujusdam. At illam Confutationem Andreæ Eudæmono-Johannis Cydonii Cretenſis *Alegambe* p. 26. & *Sotvellus* ſub ejus nomine ponunt. An autem utriusque idem ſit autor, mihi nondum

in

in proclivi ſatis eſt determinare. Certe *Caſaubonus* Ep. ad Ducæum IↃC XXXVI. pag. 812. edit. Grævianæ Brunſv. 1656. in 4. ſcribit, Apologetici hujus autorem ſe prorſus ignorare: & in antecedenti Ep. IↃC XXIV. ad eundem Frontonem Ducæum (quæ confutatoria illius ſcripti eſt, ſatis prolixa,) a p. 705. ad pag. 798. (olim edita ſeorſim Londini 1611. in 4. hoc titulo: *Iſaaci Caſauboni ad Frontonem Ducæum S. J. Theologum Epiſtola, in qua de Apologia diſſeritur, Communi Jeſuitarum nomine, ante aliquot menſes, Lutetiæ Pariſiorum edita:* Londini excudebat Joannes Norton, Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis, in Latinis Græcis & Hebraicis, Typographus Ao. CIↃ IↃC XI. continens paginas 172.) ſollicite Apologiſtam noſtrum ab Andrea Eudæmono-Johanne diſtinguit p. 737. eumque reprehendit, quod Cretenſis fidem ſequatur, quod & facit pag. 772. 792. & 793. Gallum potius creditum Caſaubono autorem, verba ejus pag. 705. & 729. innuere videntur. Hucusque *Sultznerus* quæ conceperat jam olim. Attentius verò evolvens *Sotvellum* pag. 947. & ſeqq. invenio & *Andreæ* EUDÆMONO-JOANNIS confutationem Anti-Cottoni, & *Joannis Perpezatii* pag. 947 a. & *Petri* COTTONI pro ſe-ipſo 947. b. & *Thomæ* ODOENI reſponſionem ad Anti-Cottonum. p. 948. a. De quibus prolixè multa *Bailletus* Tom. 1. des Satyres Perſonnelles pag. 142. & *ſeqq.* ubi & *Franciſci Bonaldi* reſponſio ad Anti-Cottonum, & *Adriani Behoti* memoratur, doceturque p. 148. quod Johannis Perpezatii & *Thomæ* OUDENI ſive ODOENI, ſint meræ translationes, ex Gallico factæ, reſponſionis Cottonianæ pro ſemetipſo, illius Apologeticæ, cujus in vita Petri Cottoni per Petrum Joſeph *d'Orleans* Jeſuitam conſcripta, neque tamen vel *Alegambeo* vel *Sotvello* memorata qui ſic habet: (ſcripta primum Gallicè ab uno è Patribus Societatis Jeſu, ac poſtmodum Latinè transſcripta à P. Joanne Perpezatio, Sacerdote ejusdem Societatis) fit mentio. Quodque ſit erroneum non *Alegambes*, ſed *Sotvelli* aſſertum, quando pag. 487. Latinam *Perpezatii* verſionem ex Gallica Ludovici *Richeomii* factam ſcribat, quod prolixè pag. ſeqq. deducitur. Ubi à pag. 143. usque ad 155. Refutationum Anti-Cottoni recenſetur hiſtoria: unde aliqua excerpta (a) damus. Addatur *Sotvell.* p. 370. b. de *Lixivio Gretſeri*, & quæ ſequuntur in *Bailleto.* l. c. p. 150. & ſeqq. de binis Satyricis ſcriptis, huc pertinentibus, quorum tituli ſunt ſequentes:

(627 α) ANTICOTTONI Teſtamentarius Codex, &c. &

(627 β) ANTI-COTTONI Horoſcopus, &c. Qui utrique latius in Excerptis (b) deſcribuntur, & Auctori Andreæ *Scioppio* vel *Schoppio* fictitio, adſcribuntur.

(a) Traité des Satyres perſonnelles Tom. I. p. 150.

Jusqu' ici, répartit M. de Rintail, je ne vous ai point donné lieu, de me ſoupçonner de diſſimulation, en faiſant paſſer des Satyres pour Réponſes. Je ne connois, que deux Satyres, de celles, qu' on a pû répandre contre l' Anti-Coton, encore n' ont-elles pas deux Auteurs differens. La premiere eſt le Teſtament d' Anti-Coton, avec commentaire, dreſſé ſur le modelle ancien, du fameux Teſtament de Grunnius Corrocotta Porcellius, que M. de ſaint Yon vous recitera par coeur, quand il vous plaira. Cette piece a pour titre: Teſtamentarius Anti-Cotonis Codex nuper inventus & ad fidem Manuſcriptæ membranæ caſtigatus reformatusque. *Cet ouvrage n' eſt point different de celuy, qui court par le monde, ſous le nom* d'Elixir Calviniſtique, *& qui paroît avoir eſté imprimé à Anvers, quoi que la premiere feüille marque, que ce fut à Charenton, chez Jean le Meuſnier, l' an 1615. in VIII. L' autre Satyre avoit paru des l' année précedente, ſous le titre:* d' Horoſcopus Anti-Cotonis, ejusque Germanorum Martillerii, & Hardivillerii vita, mors, cenotaphium, Apotheoſis. *Elle eſt du meſme boutique, que l' Elixir; & quoique le nom du lieu de l' impreſſion, n'y ſoit pas marqué, celuy de l' Imprimeur, Jerome Verduſſius, nous fait aſſez connoître la ville d' Anvers. Mais il eſt à remarquer, que ni le Pere Cotton, ni les autres Peres Jeſuites, n' ont voulu prendre aucune part à ces libelles, ny ſoin de recourir à la Satyre pour ſe défendre. En quoi l' on peut dire que l' Inquiſition des Païs étrangers s' eſt trouvée d' accord avec eux, puis que nous trouvons l' Horoſcope de l' Anti-Coton, dans l' Index des livres défendus.*

Eſt-ce donc à deſſein, lui dis-je, que vous vous étes abſtenu de nommer l' Auteur de ces deux Satyres? Sont-elles anonymes, & du nombre de ces Enfans, qui ne connoiſſent pas leurs Peres, ou qui n' en ſont pas reconnus? Elles ſont de cette derniere eſpece, me répondit il, quoy qu' elles ne ſoient pas anonymes. Je vous dirai, ſi vous le ſouhaitez, le nom de leur Auteur, mais je ne crains pas de l' expoſer, par cet endroit, au danger, de vous le rendre reconnoiſſable. Il s' eſt appellé André Scioppius, *frere de* Gaſpar.

C' eſt ſe mocquer de nous, repartit M. de Brillat, de nous dire, qu' un homme eſt frere de Gaſpar Scioppius, & de pretendre, qu' il ne laiſſera pas, de nous être inconnu. Y a-t-il un nom, plus connu dans toute la Republique des Lettres, que celuy de Scioppius?

Aſſurément, ajoûta M. Terlaine, il y a du myſtere à tout cela. Je me picque un peu de ſcience genealogique, dans les familles des Sçavans. Mais je ſuis prêt de parier, ou que Gaſpar Scioppius n' a point eu de frere, ou qu' il n' a point eu, qui ait écrit. Je ſçay, qu' il y avoit, au commencement de noſtre ſiecle un André Scoppius, dans la Saxe, qui eſtoit Lutherien, mais on ne me perſuadera pas, qu' il fuſt proche parent de Gaſpar.

Vous eſtes trop bon, dit M de Rintail à M. Terlaine, de vous arreſter à la proprieté des mots. Vous, qu' avez eſté nourri & formé parmi les Proteſtans, vous eſtes encore excuſable de ne connoître point d' autre fraternité, ni d' autre paternité, que la naturelle. Gaſpar Scioppius pouvoit ſans mentir, & dans le langage ordinaire, à l' égard des Religieux, appeller André, ſon frere. Mais j' ay à vous prier de ne me pouſſer point à l' extremité, ſur la revelation du ſecret, que je veus garder à noſtre pretendû Scioppius. Croyez ſeulement, qu' en matiere de Satyres, s' il n' eſtoit point le frere de Gaſpar, il meritoit de l' eſtre.

Ce n' eſtoit pas à un homme de ce caractere, que la Compagnie des Jeſuites avoit confié ſa cauſe, & ſa defenſe. Cet honneur avoit été conferé tout d' une

voix à l' Auteur de la Réponſe Apologetique à l' Anti-Coton, qui parut des l' an 1611. au mois de Janvier, imprimée à Paris. Le Public eut pour cet ouvrage toute la conſideration, que merite une piece autoriſée, auſſi fut ce ſur luy, que tomba principalement le chagrin des amis, ou des défenſeurs de l' Anti-Coton. Je ne mets pas de ce nombre ceux, qui porterent la Faculté de Theologie, aſſemblée en Sorbonne, le premier jour de Féurier, de la meſme année, à examiner quelque point de cette Réponſe, parce qu' ils ont proteſté dans la même aſſemblée, qu' ils ne prétendoient pas, noter cette Apologie, en quelque façon, que ce fuſt; mais ſeulement demander à la Faculté, un eclairciſſement ſur l' autorité du Concile de Conſtance, de crainte, que ſur la foy de cet ouvrage, on ne cruſt, que Mariana ne fuſt d' accord avec les decrets de Sorbonne, touchant une opinion, condamnée par le Parlement, & par la Sorbonne même.

Je n'y mets pas meſme ceus de la meſme Faculté, qui ont fait un Extrait de l' Examen categorique de l' Anti-Coton, ni quelques perſonnes qualifiées dans le Clergé, que l' on accuſe en l' air, d' avoir dit du bien de l' Anti-Coton, & du mal de la Réponſe Apologetique, parce que noſtre créance n' eſt pas pour les rapports legers, & les diſcours frivoles.

(628) ANTIDOTUM *generale contra omnes* ANIMI MORBOS, id eſt, *Tractatus Spiritualis de* PRÆSENTIA DEI, ex P. Franc. Aria & Anton. *Gaudier* 1626. Scriptum hoc *Philippo* BEBIO Jeſuitæ adſcribunt *Sotw.* in Bibl. Script. Soc. Jeſ. *Alegambe* in App. p. 555. & *Witte* in Diar. Biogr. ſub A. 1637. ad diem 16. Febr.

(628. α Olim in addendis capitis II. *n.* DLXII. *& ſeqq.* aliquot:) Plura quoque anonyma *Philippi BEBII*, Belgæ Jeſuitæ, pleraque Theologica, recenſet *Alegambe* in appendice p. 555. (quæ totidem ex eo verbis transſcribit *Sotwellus* p. 707. 708. nec ſyllaba immutata: repetit etiam *Valer. Andreæ* pag. 767. omittente hæc omnia *Sweertio*) hunc in modum : *Ejus libelli ſunt typis Kinkianis editi, ſed tacito ipſius nomine, his titulis & annis:*

Porta Cœli, una cum ſcala Jacob, id eſt, *Teſſera ſalutis, prædeſtinationis, ac mortis felicis cultus Virginis Deiparæ 1616.*

(628. β DLXIII.) *Scala virtutum cum nonnullis exercitiis ad Sodalitatem ipſam & B. V. cultum ſpectantibus 1618.*

(628. γ DLXIV.) *Diæta Salutis ex* P. Joannis Polanci *piè vivendi induſtriis excerpta.*

(628. δ DLXV.) *Antidotum Spirituale contra peſtem 1622.*

(628. ε DLXVI.) *Scala virtutum & porta cœli, una cum ſcala Jacob ſelecta ex opere* Mariano P. Delrio & Franciſci Ariæ *de præſentia Dei & utilitate freq. Confeſſ. & Commun. 1621.*

(628. ζ DLXVII.) *Flores Meditationum ex* S. Ignatio, P. Bruno, P. Buſæo *& aliis collecti.* Hi præcipuam quandam habent commendationem, & ideo recuſi ſunt Coloniæ typis Gualteri in 12. 1623.

(628. η DLXVIII.) *Thronus Juſtitiæ, ſive de Examine triplici Conſcientiæ, generali, diurno, particulari, ex* 4. PP. Soc. *concinnatus* 1624.

(628. θ DLXIX.) *Trivium cœleſte*, ſive *Tractatus de triplici via, Purgativa, Illuminativa & Unitiva*, ex 4. PP. Soc. collectus.

(628. ι DLXX.) *Antidotum generale, contra omnes animæ morbos*, id eſt, *Tractatus Spiritualis de præſentia Dei ex* P. Franc. Aria & P. Antonio Gaudier 1626.

(628. κ DLXXI.) *Ars vitæ ſanctioris*, ſive *Scientia Myſtica Spiritualis*, ex variis PP. collecta 1627.

(628. λ DLXXII.) *Euthanaſia*, ſive *præparatio ad felicem mortem*, ex Bellarmino, Aluarez & de Ponte 1628.

(628. μ DLXXIII.) *Phœnix redivivus*, ſive *de Renovatione interiore Sodalis Mariani*, ex P. Jacobo Aluarez, & Sodali parthenio P. Gaſparis Lechneri.

(628. ν DLXXIV.) Item *Succincta Chronologia*, ex Bellarmino & Baronio, *ab initio mundi, usque ad annum* 1628. in 8. apud Hermannum Mylium, præfixa eſt Hiſtoriæ, ſeu Chronico Turſellini, quæ à perſpicua brevitate commendatur.

(628. ξ DLXXV.) S. Bernardi *Abbatis* libellus *de interiore domo*, ſive *de Conſcientia* 1629.

(628. ο DLXXVI.) *Commentarius in tres partes Carminum ſelectorum Latinorum*, ex diverſis Scholiaſtis concinnatus, editus Coloniæ, anno 1629. apud Herm. Mylium in 4. juſto volumine.

(628. π DLXXVII.) *Gymnaſium virtutum*, ſive *de officio hominis Chriſtiani, ac pii Sodalis*, ex S. Ambroſio lib. 1. officiorum.

(628. ρ DLXXVIII.) *Tractatus Aſceticus de Militia Spirituali 1630.*

(628. σ DLXXIX.) *Gymnaſii Virtutum II. pars ex* S. Ambroſio lib. 2. officiorum.

(628. τ DXXX.) Item *Tractatus Aſceticus de peregrinatione Vitæ humanæ, ac filiorum Dei*, excerptus è XLII. manſionibus filiorum Iſrael, quæ moraliter explicantur. 1631.

Quæ hic conjunctim exhibere neque minus tamen *ſuis* etiam *locis ordini alphabetico* inſerere, brevitatis, & facilitatis ſimul cauſa, ad reperiendum ſingulos, vel ſimul univerſos, prout cuique placeat, non inconſultum eſt viſum.

(629) ANTIDOTUM SPIRITUALE *contra* PESTEM 1622. typo Kinckiano editum, *Philippi* BEBII, Jeſuitæ, eſſe, memoravit *Sotwellus*, in Bibl. Script. Soc. Jeſu, ſub ejus nomine, ac ante

ante jam *Alegambe* in App. p. 555. &, ex eo, *Witten*, Diar. Biogr. ſub A. 1637.

(629. α) ANTIFRIMALIUS: *Controverſiarum liber Apologeticus*, typis Uratislavienſibus excuſus, ſine anni mentione, libris anonymis *Balthaſaris* CONRADI Niſſenſis Germani, Jeſuitæ, adſcribitur à *Sotvello* Biblioth. Jeſuit. pag. 99. b.

(630) Liber ἀντικειμένων ſeu CONTRARIORUM *Vet. & Nov. Teſtamenti* ſ. Ἀντικειμένων libri duo, in quibus quæſtiones utriusque Teſtamenti, in ſpeciem pugnantes, ventilantur, fol. Par. 1530. & 1533. vindicatur BERTHARIO natione Gallo, Abbati Caſinenſi, à Guil. *Cave*, in Chartophylace Eccleſiaſtico, p 161. uti & *Oleario* in Abaco Patrum p. 84. ex Joh. Baptiſtæ *Mari* notis in P. *Diaconum*, de Viris illuſtribus Caſinenſibus c. XII. p. 22. & ſeq. quæ legi merentur. (a) Idem liber, modò *cum dubitatione*, (b) modò *ſine* illa, (c) *Crovvæo* ſcribitur eſſe JULIANI POMÆRII, Epiſcopi primi Toletani. Cui & aſſerit eundem *Mabillonius*, auctoritate *Felicis Toletani* Epiſcopi, in *appendice ad Iſidorum* (d) & luculentius etiam Paulus *Colomeſius*, in eruditiſſimis ſuis, ad eruditiſſimi Guilielmi *Cave* Chartophylacem, ſupplementis, quæ *Paralipomena* inſcripſit. (e)

(a) Joan. Baptiſta Marus in P. Diaconum de Viris illuſtribus Caſinenſibus c. XII. pag. 22. & ſeqq.

Liber cui nomen fecit Ἀντικειμένων, *i. e.* contrariorum *ſive* contrapoſitorum libri utriusque teſtamenti, *extat impreſſus Coloniæ, anno Domini 1533. in 8. incerto auctore, ignotum enim tunc erat nomen noſtri S.* Berthari *iis, qui in lucem dictum librum prodiderunt. Sic exorditur:* Cum in Geneſi ſeptem primi dies legantur. &c. *Meminere hujus libri* Leo *Oſt. lib. 1. c. 32. his verbis:* Hic (*videlicet Bertharius*) apprime literatus, *nonnullos Tractatus atq; ſermones, nec non & verſus in Sanctorum laudes compoſuit. Cujus &* Anticimenon *de plurimis tam Veteris, quam Nov. Teſtamenti quæſtionibus hic habetur: Et* Fabianus Juſtinianus *in ſuo indice univerſali lit. A. fol. 30. inſcio tamen nomine auctoris. Cuſtoditur etiam liber iſte* manu exaratus *literis Longob.* ſub nomine noſtri S. Berthari, in Bibl. Aniciana. *Ejus opuſcula penes Abb. Conſtantinum Cajetanum extitiſſe, ſcribit V. Clar.* Leo Allatius *omnigena eruditione egregie, docteque inſtructus, Librorumque helluo lib. de Viris illuſtribus, cui titulum fecit:* Apes urbanæ, *in verbo:* Conſtantinus. *Agunt de S. Berthario* Oſt. *loco cit.* Trith *de Viris illuſtribus, Sigonius de regno Italiæ lib. 6. aliiq;.*

(b) Crovvæi Elench. Script. in S. Script. p. 58.
(*Forte* Juliani Pomærii, Epiſcopi primi Toletani)

(c) Id. p. 244.
S. Julianus Pomærius, *Epiſcopus Toletanus, creatus A. D. 680. Ejus* Ἀντικειμένων libri duo, in quibus quæſtiones utriusq; Teſt. in ſpeciem pugnantes ventilantur, (*hactenus* incerti Autoris)

(d) Mabillon It. Ital. part. I. p. 125. *Hac inquam ſub* Berthario Abbate, *cui à* Petro Diacono tribuitur *liber Anticimenon i. e. quæſtionum, de libris Veteris & Novi Teſtamenti, qui liber* Juliano Epiſcopo *rectius adſcribitur* à Felice Epiſcopo Toletano, in appendice ad librum Iſidori de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

(e) Colomeſii Paralip. ad Chartophyl. p. 26. Julio Toletano *inter alia tribuit* Felix, Toletanus *itidem Archiepiſcopus, librum* de Contrariis, *qui in editionibus duabus, quas vidimus* ἀντικειμένων *titulo adnotatur. Ad Felicis locum notam hanc appoſuit Garſias* Loaiſa, *Vir Doctus & ingenioſus:* Reddamus noſtro Juliano Toletano, ut vero Auctori, librum ἀντικειμένων, ſive Contrariorum, qui hactenus ſine nomine auctoris fertur. Eum nos Juliani eſſe deprehendimus, admoniti verbis Felicis, & multis locis, quos ex locis ἀντικειμένων Juliani citat Samſon Abbas, libro adverſus Hoſtigeſium Epiſcopum Malacitanum, quod opus ſcriptum A. Chriſti 864. legi in Bibliotheca Eccleſiæ Toletanæ. Ἀντικειμένων *Liber Quæſtiones Veteris & Novi Teſtamenti continet de Locis in ſpeciem pugnantibus. Hunc primus, opinor, edidit Joh. Alex.* Braſſicanus, *ad calcem Salviani, cui propterea à* Sixto *Senenſi & Poſſevino adſcribitur.* Berthario *Gallo ab aliis tributum tradit Doctor* Cave (*quem videſis Hiſt. Litteraria Scriptor. Eccleſiaſt. p. 245 b. 329. b. & 385. b.*)

(631) ANTI-MUSÆI auctorem eſſe *Danielem* HARTNACCIUM, refert *Stengerus*, folio unico, cujus titulus: Nachricht &c. 4. 1680. in 4. edito, cujus, quoniam lites averſamur, mentionem ulteriorem nullam facimus.

(631. α) ANTINOMICAS THESES diſſimulato nomine quod ſparſerit *M. Johannes* AGRICOLA, quem, ob diminutam ſtaturam, diminuto quoque nomine M. GRICKEL ſolebant nominare, in quibus ſtatuebat, pœnitentiam non ex Decalogo, ſed Evangelio docendam eſſe; & ex hoc ita converti & juſtificari homines, ut legis prædicatione neque ad principium neque ad medium, neque ad finem juſtificationis profit, indicat *Sagittarius* Introduct. in hiſt. Eccleſiaſt pag. 839. CONTRA has (addit,) *Lutherus* auctorem & nomen diſſimulans V. DISPUTATIONES publice habuit anno XXXVIII. eique ſexta ſucceſſit anno XL. Et fatetur ipſe *Hornbeckius*, Lutherum in illis Antinomorum deliria egregie perſtrinxiſſe, & confutaſſe. Dein omnem rei totius hiſtoriam fusè proſequitur, p. ſeqq.

(632) ANTIQUITATUM ABSTRUSIORUM, *in novo fœdere à* MATTHÆO *cæterisq;* EVANGELISTIS *memoratarum*, editio ſecunda auctior, Lugdun. 1657. Autor *Joachimus Ludovicus* REIMERUS. Quod ita mihi confirmavit *M. Wegnerus* per epiſtolam. Scripſiſſe in hoc ipſo tractatu: *De origine Synedriorum*, in Diſſert. mea de *Rep. Ebræa*, prolixe monui. Cit. p. 19. *Bertramus* tr. de Rep. Hebr. c. 6. putat, millia iſta familiarum fuiſſe; cui in tr. meo de Rep. Ebr. Diſſ. 2. pag. 1. §. 2. reſpondi, editam autem à Joachimo Ludovico Reimero de Rep. Hebr. 12. 1671. diſſertationem. Addit nomen expreſſe

Lipen. Bibl. Theol. Tom. I. p. 56. Joachimi Ludovici Reimeri Specimen antiquitatum abſtruſarum in N.T. Haffn. 4. 1657. Idem eſt qui *Salomonem bifrontem, & pœnitentem* 1668. concinnavit, teſtimonio *König* Bibl. 683. b.

(631. α olim XVIII.) ANTIROSARIUM contra Jeſuitam quendam Moguntinum (perſona *Godofredi Driellii* tectum, de quo vide in *Pſeudonymis* infra) latinè editum, *Bartholomæo* PITISCO tribuit *Melchior Adami* in vita ejusdem, pag. m. 840. De Vitis Theologorum Germanorum. Ipſe Liber Heidelbergæ in 8. A. 1586. prodiit ſub hoc titulo: *Antiroſarium ſeu Refutatio Theſium Gothofredi* DRIELLII *Noviomagi.* Memorat idem *Melchior Adami* loco citato etiam alia hujuſce PITISCI, ſed quæ neque videre mihi contigit, neque apud *Draudium* inveniuntur, qui tamen præter alia Melchiori quoque nominata, Ideam concionum in Pſalmos hujus auctoris commemorat; unde ambigo de aliquibus, an ea prodierint ἀνωνύμως. De quibus autem hoc conſtat, de iis ſuo loco tractabitur.

Plura prolixè vid. apud Anonymum *Bailletum des Satyres perſonnelles* Tom. 2. p. 363. *Margove*„rò *Diecmannianus* addit hic etiam ſequentia: Bar„tholomæi *Pitiſci* & Abrahami *Sculteti*, Aulæ Ar„chi-Palatinæ Concionatorum *Meletemata Pſal*„*mica*, ſive *Idea Concionum in Pſalmos Davidis*, con„fecta M. Joannis *Adami*, Rugevvaldenſis, opera, „Francof. 1616. 4. Hunc librum ipſe poſſideo, „cui iſte, quem appoſui, titulus præſcriptus eſt.

(632 αα) ANTIWUYEK quid ſcripti ſit *Latini & Polonici* verſi ex Latino, per quempiam, STOINSKI dictum *Bailleto*, in anonymo ſuo ſcripto des Satyres Perſonnelles (a) p. 271. & ſeqq. quem vide cum citatis, maximeque *Sandium* Bibliothecæ Antitrinitarior. p. 73. Ubi ut & p. 93. *Petrus Statorius* non quidem ſenior p. 47. cujus opera recenſentur, ſed junior Stoinski à nobilitatis adeptione cognominatus, quod interpres ſit hujus operis docetur.

(a) Des Satyres Perſonnelles. p. 271. 1722. 73.

Nous finirons noſtre converſation des Antidreſſés contre les Catholiques, par l'Anti-Wujeck *de* Socin. *Cet Hereſiarque, dans une Lettre, écrite à un Seigneur Polonois nommé Chriſtophle de Morſtein, dattée du troiſiéme Fevrier 1595. faiſant le denombrement des ouvrages qu'il avoit compoſez jusques alors, y marque preciſément un* Anti-Wujeck, *écrit* en Polonois, *& finit ſon Catalogue, en ajoûtant, que ſon Anti-Wujeck ecrit* en Latin, *eſtoit actuellement ſous la preſſe.*

Vous voyez, Meſſieurs, ajoûta M. de Rintail, que l'Anti-Wujeck Polonois *eſt venu au monde devant* l'Anti-Wujeck Latin, *ſelon le témoignage même de ſon Auteur. Vous remarquerez cependant, que l'Anti-Wujeck* Latin, *a eſté compoſé* avant *le Polonois, qui n'en eſt qu'une* verſion. *Le Traducteur* Stoinski, *dit* Pierre Statorius *le jeune, fut ſi diligent, qu'il fit cette Verſion dès la même année, que l'original Latin eſtoit ſorti de la plume de* Socin. *Ce fut en 1592. Elle ſortit de la preſſe, l'année ſuivante in 8vo, & l'Anti-Wujeck Latin ne parut, que deux ans aprés, c'eſt-à-dire en 1595. Cet original de* Socin *ſe trouve reimprimé dans le corps de ſes oeuvres Polémiques. Mais ſes diſciples, qui ont procuré cette derniere edition, prêtendant, peut-eſtre, ſauver une partie de la reputation de leur Maiſtre, ont eu la diſcretion, de ſupprimer le titre ſatyrique d'* Anti-Wujeckus, *jugeant qu'il n'étoit bon, qu'à decrier ſa memoire, & à le rendre haiſſable dans l'eſprit de ceux, qui prennent les injures pour de la fauſſe monnoye dans les Livres. C'eſt ce qui fait, que nous ne trouvons plus d'autre titre à la téſte de cet ouvrage, que celuy de Reſponſio ad libellum* Jacobi Wujecki *Jeſuitæ Polonice editum, de Divinitate Filii Dei, & Spiritus Sancti. Ubi eâdem operâ refellitur, quicquid Rob.* Bellarminus *diſputationum ſuarum tomo primo, ſecundæ Controverſiæ generalis libro primo, de eadem re ſcripſit.*

Les Peres Alegambe, *&* Sotvvel *nous repreſentent le Livre du Pere Wujeck, auquel Socin a voulu répondre, comme un ouvrage écrit en* Latin, *& ils le* diſtinguent d'avec ceux, *qu'il a écrits en Langue* vulgaire: *mais il eſt croyable, qu'ils ont pris une verſion Latine de l'ouvrage, par ſon original qui fut imprimé l'an. 1590.* Socin *nous apprend, qu'il fut compoſé en Polonois, & les divers paſſages, qu'il en cite en cette Langue, ne nous permettent pas, d'en douter. Il ajoûte, qu'encore qu'il portaſt le nom du Pere Wujeck, c'eſtoit pourtant l'ouvrage de* Bellarmin, *de qui Wujeck témoignoit publiquement l'avoir reçu. Cela nous porte naturellement à croire, que Bellarmin aura envoyé des memoires Latins à Wujeck, qui les aura mis en Polonois. Ainſi les Peres* Alegambe, *&* Sotvvel *auront eu raiſon de le conter parmi des Livres originairement écrits en Latin.*

(632. β XIX.) DE APIBUS MYSTICIS opus, quod *Borium univerſale* inſcribitur, editum 1597. 1607. & 1627. Duaci cum *Georgii Colvenerii* notis THOMÆ CANTIPRATENSIS *Brabantini*, deque officio Prælatorum, aliorumque Chriſtianorum ad imitationem Apum agit, anonymum primò prodiiſſe, conſtat ex illius initio, quod tale eſt: *Reverendo in Chriſto Fratri Hamberto, Magiſtro ordinis Prædicatorum, Frater humilis, quem ad præſens non urget neceſſitas nominari.* vid. V. C. *Jacob Thomaſium de Plagio litterario* §. 189. ubi de Monachorum illius ævi more ſcribendi ἀνωνύμως, univerſaliter aliqua confirmat. De *Thom. Cantipratenſi* v. plura infra *in Hiſtoricis & Philoſophicis anonymis.* c. 5. & 6. ubi citatis adde *Olearii Abacum Patrol.* p. 455. Confer *Poſſevini* Apparatum ſacrum Tom. III. p. 304.

(633) COMMENTARIUS *in* APOCALYPSIN ἀδέσποτος recuſus Witteb. 1528. Lipen. in Bibl. Theolog. ſub lemmat. *Apocalypſis.* Ad Joh. HUSSUM pertinere hunc *Geſnerus* Bibl. Univ. fol. 427. (a) docet. Vide quoque Bibl. Theol. *Beſodneri*, ductu Pelargi p. ZZ. 2. Suppeditavit *Symbola Wagneriana*, poſt confirmavit *Cavei* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſticor. Additamentum *Warthonianum* p. 54. b.

(a) Geſner. Bibl. Univ. fol. 427.

Commentarius in Apocalypſin ante centum annos editus & im-

& impreſſus Wittenbergæ adeſpotos, i.e. ſine auctoris nomine Ao. 1528. in 8. chartis 25. & dimid. In expoſitione ſuper caput XX. *Auctoris verba hæc ſunt.* Quia ſumus in anno ab incarnatione Chriſti, milleſimo trecenteſimo quiquageſimo ſeptimo, ergo trecenti ſeptuaginta ſeptem anni elapſi ſunt, poſtquam Anti-Chriſtus primo regnavit ex iſta Prophetia. *Ubi in margine additur*, *à* M. Luthero *opinor: Ex hoc loco liquet, quod liber iſte ſit editus ao. 1338. Sic enim emendatur numerus in fine libri. Exiſtimat autem eruditus quidam Theologus in urbe noſtra, motus conjecturis à tempore, doctrinâ & ſtylo ſumtis, hunc librum eſſe ab ipſo Johanne* Hus *conſcriptum; præſertim cum conſtet, illum in Apocalypſin edidiſſe commentarios, nec alii reperiantur.*

Ex præfatione M.Lutheri: *Primum te oro, quisquis es Lector hujus Commentarii, ne quid fictum a nobis editum credas. Ego (ſi qua fides mea eſt) teſtor hunc codicem eſſe per optimos viros ab extremis finibus Germaniæ, nempe e Sarmaticis Livonicisq; regionibus ad me miſſum, literis & ſyllabis ſeculum ſuum propriè teſtantibus deformatum, ut ipſe negare non potuerim, eſſe eum annos circiter ſeptuaginta, ante hos annos, deſcriptum. Ex ipſo vero codice ſatis intelligi poteſt, auctorem ejus Commentarii fuiſſe eò tempore, quo monſtrum illud maximum ſtetit ſchismatis, (quod vocant) noviſſimi, quod tandem Conſtantienſi Conciliabulô, per ſanguinem Johannis Huſſ & Hieronymi Pragenſis, velut ſacrificio quodam placatum & finitum eſt.* Et inferius. *Nam, ut hic auctor pro ſuo ſeculo fuerit (ſicuti arbitror) inter primos, qui eruditionem & ſanctimoniam ardentiſſime quæſierint, tamen vicio temporis & regno caliginis impeditus, ea neque ſic pure loqui, neq; ſic plene ſentire potuit, quam hoc ſeculo noſtro loquimur & ſentimus. Papam tamen (ſicuti eſt) Anti-Chriſtum & rectè & vere pronunciat, idq; indubitata fide atq; conſcientia, argumentisq; fideliſſimis.*

(633 α) *In* APOCALYPSIN *notæ Danielis* BRENII vel TRIGLANDII anonymæ, videantur infra n. 1929. γγ. in Belgicis.

(633. β) De ARISTOTELIS SALUTE Anonymus liber, ſcriptus à SCHOLASTICIS COLONIENSIBUS, editus in lucem ſeculo XVI. vid. *Tubbeſinus* de ſtatu Gentil. diſp. 2. th. 20. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(634. Olim in addendis capiti II. num. DXLVIII.) ARS NIHIL CREDENDI, Liber atheiſticus, *Gothofredo à* VALLE tribuitur à *Spizelio* Scrutin. Atheiſmi 3. §. 14. p 56. & de eradicando Atheiſmo p. 16. necnon à Voët. Diſput. de Atheiſmo. p. 136. ubi anno 1572. Pariſiis combuſtus ſcribitur; ex quo ſua *Spizelius* habet, atque ex hoc iterum *Morhof.* Polyhiſt. l. 1. c. VIII. pag. 74. Adde *Bayle* dictionaire Tom. II. in Gothof. à Valle.

(635) *Capita* ASCETICA *cum Epiſtola ad* Anatolium, item *de re* MONASTICA libellus: & *de nomine Dei* TETRAGRAMMATO *quod* Hebrææ linguæ ignarus πιπι pronunciat, fragmentum, jam anteà à Joh. *Crojo* in ſpecimine conjecturarum ad loca quædam Origenis, Irenæi, Tertulliani, & Epiphanii, ſed minus correctè, & ſine nomine Auctoris editum: Habentur in Eccleſiæ Græcæ Monumentorum Tom. III. Joh Baptiſtæ *Cotelerii*, Socii Sorbonici, atque literarum Græcarum Lectoris Regii, Paris ap. Franciſcum Mugvet. A. 1686. in 4. Addito hic ipſis nomine Autoris EVAGRII *Scithenſis*; ut recenſent *Acta Erud.* Lipſ. 1687. p. 381. Unde colligere nos quidem vix pro certo poſſumus, an fragmentum illud ſolum, an verò etiam reliqua ſint ἀνωνύμως aliquando editis accenſenda. Quandoquidem nihil de his, nec *Olearius*, in Abaco Patrol. nec *Cave*, in Chartophyl. Eccleſ. nec *König* in Bibl. habent. *Friſius* tamen, & *Simlerus* in Bibl. *Geſneri* diſertè adſcribunt EVAGRIO MONACHO, Macarii familiari, qui D. Hieronymi temporibus vixit, *Aſcetica* & *Ethica capita*, uti & *librum monaſticum.* (a)

(a) SIMLERUS *in Bibl. Geſneri pag. 186. Anachoretis etiam ſimpliciter viventibus librum* centum ſententiarum per capitula digeſtum: *& eruditis ac ſtudioſis* 50. ſententiarum *compoſuit, & Cœnobitis ac ſynoditis* doctrinam aptam vitæ communis. *Et* ad virginem DEO ſacratam libellum *competentem religioni & ſexui. Edidit &* paucas ſententiolas, *valde obſcuras. Scripſit etiam* Commentarium in Proverbia Salomonis. *Verum hujus opera pleraque* è Græco in Latinum *tranſtulit* Gennadius. Evagrii Aſcetica & Ethica *capita* Græce *extant in* Bibliotheca Regis Gallorum. *Citatur etiam Evagrici Monachi* liber monaſticus à Nicephoro *Lib. 8. c. 15. neſcio an alius ab Aſceticis. Claruit anno Domini 380.*

(636) INDICULUS ASCETICORUM, quæ *inter Patrum opera* reperiuntur, *ab Aſceta Benedictino* digeſtus, Pariſ. 1648. 4. Hunc Benedictinum *Lucam* DACHERIUM eſſe, qui opera Lanfranci in lucem expoſuit, ex *Labbeo* ſe didiciſſe profitetur *Colomeſius*, Bibliotheque Choiſie, p. 168. (a)

(a) M. Colomiés Bibliotheque Choiſie. p. 169. *Le* Pére Labbé m'a apris, *que ce Religieux Benedictin eſtoit Dom* Luc Dachery, *qui nous a donnê les* Oeuvres de Lanfranc, *& un* Recueil de Pieces anciennes, *en treize volumes in quarto. Au quatrieſme tome de ce Recueil, il y a une faute groſſiere, que je remarquerai ici en paſſant: &c.*

(637) CANONES *Sanctorum* APOSTOLORUM CONCILIORUM *Generalium & Provincialium, cum Commentariis Theodori* BALSAMONIS, *Græcolatine*, Pariſ. typis Cramoiſy 1621. in fol. *Frontonem* DUCÆUM, tacito ſuo nomine, edidiſſe, autores ſunt *Alegambe*, pag. 145. a. & *Sotvell.* p. 296. a. quorum tamen neuter in Indice anonymorum ſubjuncto eum librum habet. v. *Witten* Biogr. 1623. d. 25. ſept. qui Sotvvellum excerpſit hic, ut ſolet. Exemplar verò meum, 1620. Typis Regiis editum, p 1125. è Bibliotheca R.D Jo Tilii, Brioceniſ Epiſcopi, habet *Epiſtolam, Pariſienſium Bibliopolarum nomine,* Lectori ſcriptam, quam proinde *Frontoni*, editori huic *Jeſuitæ*, adſcribendam fore patet. Ea refert de tota editione lectu digna. Unde &, quid debeamus

beamus huic editori judicare licet. Adde Fautoris & Veteris amici mei honoratiſſimi, jam olim editionis primæ, in hoc labore auxiliatoris ſæpenumero celebrati, tunc Anteceſſoris & Hiſtoriarum Profeſſoris ordinarii, in Electorali Duisburgenſi Academia, nunc ampliſſimi Syndici Civitatis Bremenſis, Dn. Gerhard. von *Maſtricht*, in elaboratiſſimo ſuo libro Hiſtoriæ Juris Eccleſiaſtici & Pontificii pag. 379. ubi latinam interpretationem Gentiani *Herveti* hac editione interpolatam notat, non addens nomen interpolantis, interim plura de verſionibus hujus operis aliorum afferens. (a) Inter Collectiones vero Canonum, *Capitularia* etiam ut recenſeantur â Fr. *Florente*, quorum fontes fuerint, & quibus illa debeantur, & quoties edita, luculenter enarrat, poſt alios & maxime Dn. de *Maſtricht*, Hiſtoriæ Juris, pag. 207. & ſeqq. a n. 193. ad 219. *Leickherrus*, not. (1) ad vitam Pithæi pag. 363. & ſeqq. aliquot multis, lectu omnino dignis, ad hiſtoriam hujusce rei compendio tenendam.

(a) Gerhard von Maſtricht, *Hiſtoria Juris* Eccleſiaſtici & Pontificii, p. 379.

Opus hoc Græcè & Latinè prodiit Pariſiis, A. 1620. ex interpretatione Gentiani Herveti, *Galli, quæ tamen in iſta editione eſt interpolata. Latinè tantum verſio Gentiani, in Photii Nomocanonem prodierat ex exemplari Joh. Tilii, Anno 1561. quo tempore ſuam quoq; ejusdem Nomocanonis verſionem Henricus* Agylæus, *Belga, ex exemplari Bibliothecæ Viti Amersbachii, Baſileæ edidit; quam poſteà elegit Chriſtoph. Juſtellus, cum exemplar Græcum Photii, & Scholia Balſamonis, Anno 1615. Pariſiis ederet; & retinuerunt Juſtellus, Filius, & Voëllus in Bibliotheca juris Pontificii, quia ſtylus Agylæi juri magis accommodatus; ut illi in Præfatione teſtantur, & nos ſupra retulimus.*

(638) CANONES APOSTOLORUM diſpari nomenclaturæ ratione ac *Symbolum Apoſtolorum*, (de quo vid. *Varenii* Rationarium Theologicum Scriptorum Eccleſiaſticorum citatum infra in *Pſeudonymis*, tit. *Apoſtolorum Symbolum*) ſic appellantur. Eorum *editiones* refert *Hyde* in Biblioth. Bodlei p. 35. ſequentes. Canones *Apoſtolorum*, Græce, Conſcriptore *Clemente*, cum duplici Verſione, veteri & nova G. *Haloandri*, adjectis etiam Scholiis *Balſamonis* Latine per *Hervetum*. Col. Agr. 1570. *Apoſtolorum* Canones Gr. Lat. per Haloandrum. Baſ. 1569. Et in calce libri: Par. 1553. 8. Et Latine, cum Comm. Dionyſii *Gothofredi*, in calce libri: Lugd. 1583. 4to. Canones APOSTOLORUM & Conciliorum, *Græce*, Par. 1540. 4. Canones Apoſtolorum & Conciliorum, cum Epiſtolis SS. Patrum, & Photii Nomo-canone, cum Comm. Balſamonis, Gr. Lat. per G. Hervetum. Par. 1561. Et Gr. Lat. cum Comm. Balſamonis & Zonaræ, emendatius, & cum Notis per G. Beveregium, Oxon. 1672. Eosdem Canones etiam a Frontone *Ducæo*, Jeſuita Gallo, editos ἀνωνύμως num. proximo modò vidimus. Noviſſime vero prodiit Codex Canonum Eccleſiæ primitivæ, vindicatus ac illuſtratus, auctore Guil. *Beveregio*, Eccleſiæ Anglicanæ Presbytero, in 4. Londini, 1678. Cujus enarrationem vide *Journ. des Sçav.* A. 1679. pag. 147. & ex hoc excerptum infra ſequens (a). Iidem Canones hi etiam habentur Latinè *in Corpore Juris Gothofredi*, edit. Francof. 1663. in 4to pag. 447. & ſeqq. hac inſcriptione: Canones Sanctorum & Venerandorum APOSTOLORUM, *per* CLEMENTEM, à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum, in unum congeſti, *Gregorio Haloandro Interprete:* At Græcè & Lat. cum notis locupletioribus extant in Corp. Jur. Gothofrediano, edit. Amſtelodami. 1663. in fol. poſt Novellas Juſtinian. &c. pag 298. & ſeqq. Ubi ad vocem, Haloandri, *Gothofredus in margine* annotat, aliam extare editionem CANONUM *apud Photium & Balſamonem*, huic in multis diſſimilem. Et quidem in *Photii* Canonibus, in fol. Pariſienſ. A. 1620. de quibus ſupra egimus, extant p. 233. usque ad 271. ſubjuncto, cuilibet Canoni, Balſamonis Scholio. Plures editiones, & alia, huc omnino pertinentia, de hiſce Canonibus, vide apud Robertum *Cocum*, in Cenſura Scriptor. ſub titulo, *Canones Apoſtolorum ſunt ſuppoſititii*, à pag. 4. usque ad 12. edit. Helmſtad. 1655. in 8. Item in *Varenii* Rationario Theologico Eccleſiaſticor. Scriptor. Sect. 1. Ubi §. 2. & ſeqq. numerus horum canonum §. 6. & ſeqq. auctoritas prolixe usque ad p. 72. à p. inde 61. conſideratur. Unde, ſicut & ex *Diario Gallico Eruditorum* citato (a) conſtat, quam variis hi Canones tribuantur ex opinatione variorum. Nempe (1) Pontificii plerique eos, & maximè *primos L.* tribuunt APOSTOLIS ipſis. Nam indifferenter de omnibus id negant, vel Eccleſiam Romanam adeò ſtolide ſapere, ipſi Pontificii; ut ex *Actis Eruditor. Lipſienſibus* (b) id apparet. Licet *Epiphanius*, & *Athanaſius*, ac *Synodus Trullana*, ita ſtatuerint; ut eſt apud *Varenium*, in Rationario Eccleſiaſticor. Scriptorum, Seculi 1. §. 6. pag. 61. Sed *Gelaſius* Papa in Concilio Romano, labente Seculo V. rejecit illos, & prohibuit expreſſe, tanquam ſuppoſititos, & adulterinos: Fruſtra id reſtringente ad 35. poſteriores ſolos *Bellarmino*, ibidem prolixè refutato. (2) Alii Apoſtolis non tam, quàm APOSTOLICIS VIRIS, ſive DISCIPULIS APOSTOLORUM, hoſce Canones adſcribunt diverſarum Synodorum Epiſcopalium. vid. cit. (a) *Beveregio*, qui & ipſe hanc ſententiam defendit ex profeſſo. Cui adſtipulantem Clariſſimum *Ludolphum*, antiquitate Habeſſinorum motum, legimus in *menſtruis Colloquiis Germanicis* (ſuo loco Dno *Tenzelio*, ex potiſſima ſui parte ſaltem, vindicandis) Ao. 1691. (c) qui locus omnino legi meretur. Alii (3) CLEMENTEM ROMANUM, I. Pontificem, ſucceſſorem Apoſtoli Petri, nominatim hic obtrudunt, inſcriptione illi typis expreſſè aliquoties etiam facta, ut ex editionibus ſuperiùs memoratis videre eſt. Alii (4) ISIDORO cuidam: Alii (5) SEVERINO eosdem adſcripſere; vid. Deckherro citata (d) & Martinum *Kempium* in Bibliotheca Anglicanâ: (e) Quin & (6) CLEMENTEM ALEXANDRINUM, hic pro Clemente Romano Pontifice. Denique ut ſacer ſeptenarius etiam hic expleatur, (7) *Dalleus* HÆRESIARCHAM aliquem, ſub finem ſeculi quinti,

ti, ſuperioribus omnibus ſubſtituit, quem refutat *Beveregius*, magno conatu. An ſatis ſolidè, judicent, quibus vacat, & integrum eſt. *Non noſtrum, inter vos tantas componere lites.* Plura plures habent, magno numero, citati pluribus, & alios iterum citantes. Nobis exhibere placuit ſolum hoſce memoratos, & *Olearium* Abaci pag. 99. (f) *Habniiq;* inſigniora Cœli ſydera (g) De certo verò auctore aut collectore horum Canonum nihil determinare lubet, æquè mihi, ac p. m. Amico meo in hiſce magis multis etiam verſato Guilielmo *Cave*, Hiſtoriæ Litterariæ Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 14. b. Qui videri ſibi ait *Apoſtolicos dictos magis Canones hoſce*, quod cum doctrina & praxi Apoſtolica congruant, quàm quod ab Apoſtolis aut viris Apoſtolicis confecti ſint. Quod omnino approbans, *Anonymis* quàm Pſeudonymis *accenſendos* judicavi. Adde quæ (h) *Journal des Sçavans* habet A. 1690. menſ. Nov. p. m. 659. Tom. XIIX. de quarto demum ſeculo natis, neque in Gallia unquam receptis hiſce Canonibus Apoſtolorum. Denique nuperrimè prodiiſſe nunciatur: *De Canonibus Apoſtolorum diſſertatio* unica, *Hiſtorica*, *Chronologica* & *Dogmatica*, *adverſus hujus temporis Criticos* in 4. *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans* 1697. Auguſti p. 549. de qua ſic ſcribit quod ſit: *un Minime, Auctor*; pergitque: C'eſt au *P. Alexandre*, qu'il en veut: il ſoutient, contre tous les plus habiles Critiques, que les Canons, que nous avons ſous le nom des Apôtres, ſont veritablement des Apôtres. Idem tamen eodem anno p. 430. m. Maj. verius docuerat, ex *Beveregio*, de tribus ſententiis circa hos canones, quarum media, quod ſecundo & tertio ſeculo ante Nicenum concilium ſcripta ſint, approbabatur.

(a) Journ. des Scav. 1679. pag. 147. *Cet ouvrage* (Codex Canonum *Eccleſiæ primitivæ Aut. Guil.* Beveregio) *fait voir une Conteſtation aſſez importante entre deux Proteſtans. L'un eſt le feu ſieur* Daillé, *Miniſtre de Charenton, & l'autre le ſieur* Beverege, *qui ſe qualifie Prêtre de l'Egliſe Anglicane. Leur different regarde l'Antiquité de la collection, appellée les* Canons de Apôtres: *ſur quoy il y a* trois opinions, *dont l'une tient le milieu entre les deux autres, qui vont dans l'extremité. La* premiere *eſt de* Turien, *& de quelques autres, qui ont crû, que ces Canons avoient, pour Auteurs,* les Apôtres, *ainſi que marque leur inſcription. La* ſeconde *eſt du fameux* Hincmar, *Archevêque de Reims, de Monſieur de* Marca, *& de la plûpart des Sçavans d'aujourd'huy, qui eſtiment, que ces Canons ont eſté dreſſés dans le 2. & 3. ſiecle, par* divers Synodes d'Evêques, *que l'on a appellez Apôtres, parce qu'ils ont vêcu dans des temps voiſins du premier ſiecle, qui eſt le ſiecle Apoſtolique & qu'on les a conſiderez comme des* hommes Apoſtoliques *& des* Diſciples des Apotres. *Et la 3. eſt du ſieur* Daillé, *qui peut-être le premier s'eſt imaginé, & n'a pas craint d'aſſurer, que ces Canons n'avoient été faits ny par les Apôtres, ny par des hommes Apoſtoliques, mais par un* heretique, *& qu'ils avoient été repandus dans l'Egliſe, vers la fin du 5. ſiecle. Sans doute il avoit de la peine, de voir la grande difference, qui ſe trouve entre les uſages de cette Egliſe, que ces Canons des Apôtres tracent, avec ceux de l'Egliſe de Charenton. Le ſieur* Beverege, *ſoûtient la 2de opinion contre le Miniſtre* Daillé, *& contre un* Anonyme, *qui s'eſt mêlé depuis peu dans ce different, & il prouve par les quatre premiers* Conciles *Generaux, par les Synodes d'Antioche, & de Gangres, pars les Ecrits du Pape Jules, de ſaint Athanaſe, & de ſaint Baſile, que les* Canons *des Apôtres ſont* plus anciens, que le cinquiéme ſiecle, *& qu'ils ſont l'ouvrage* des hommes Apoſtoliques, *qui ont fleuri dans le ſecond & troiſiéme ſiecle.*

(b) Acta Erud. Lipſ. A. 1690. *Decemb. p.* 614. *Negat porro (Abbas* Richardus *in Critica, ſive Examine Præjudiciorum, à Petro Jurio Eccleſiæ Romanæ oppoſitorum,) quod Eccleſia Romana* Canones, *qui dicuntur* Apoſtolici, *pro Apoſtolorum opere habeat, aut indifferenter recipiat.*

(c) Monatl. Unterred. A. 1691. pag. 542. Weit angenehmer aber wird denen Liebhabern der Kirchen-Hiſtorien ſeyn/ was er (Ludolf im *Commentario* über ſeine *Æthiop*iſche Hiſtorie) hinzufüget von denen Conſtitutionibus & Canonibus Apoſtolicis, wie ſie in der Habeßiniſchen Kirche noch heut zu Tage in hohen Ehren gehalten werden. Sintemahl er nicht nur aus dem zu Rom befindlichen Codice MSto die *Præfation* und *ſeriem Canonum & Capitum excerpiret*; ſondern auch die Zahl der *Canonum Æthiopicorum* mit denen bey uns verhandenen *Græcis conferiret* / und dem *Beveregio* Beyfall giebt / daß dieſelbe *Collection* vom Clemente Alexandrino verfertiget worden/ hingegen Dallæi Meinung/ der ſie viel jünger macht/ irrig ſey / weil die Habeßiner *poſt Concilium Chalcedonenſe*, nichts mehr von denen Griechen angenommen/ *&c.*

(d) Jo. Deckher. *de Scriptis Adeſp. p* 69. *Nec majoris, (quam Conſtitutiones* Apoſtolorum) *fidei authoritatisq; ſunt* Canones Apoſtolorum, Clementi, *Petri Succeſſori, ab his; ab aliis* Iſidoro *cuidam; ab aliis* Severino; *ab ultimis*, ipſis Apoſtolis, *ſed interpolati, adſcripti. Vid.* Bellarm. *lib. 1. de Verb. Dei cap. 20.* Gerhard. *Confeſſ.* Cathol. *cit. cap. 1. p. 68.* Rittershuſ. *in Nov. p. 1. c. 1. n. 11.* Scultet. *cit. loc. pag. 463. & inter præcipuos* Covarruv. IV. *Var. Reſ. XVII. num. 6. pag. 68. à Clemente I. difficulter ſe dimoveri paſſus;* authoritatemque *eorum, vel omnium, vel ſaltem* quinquaginta; *vel ſaltem verſionem; illos quidem Apocryphos male judicatos, hanc* Clementis *eſſe vindicans; qui cum* prolixis allegatis *videndus; ut &* Fratres Puteani, *in* Perronianis, *lit.* C. *p. 42.*

(e) Martini Kempii *Biblioth. Anglor. Theologor. pag. 503.* Clementis Papæ *Romani ab anno Chriſti* XCI. *per annos novem, ſex menſes & totidem dies, calculo* Labbei, (*Tom. I. novæ Bibliothecæ p. 502.*) Canones Apoſtolici (*qui tamen potius centonem exhibent rerum & rituum, ab autoritate Apoſtolica remotorum, v. Joſ.* Arnd. *Lexic. Antiquit. Eccleſ. p. 856.*) & Conſtitutiones Apoſtolorum *ejusdem*, Uſſerii *cura luci publicæ expoſuit, ſuamq; de iis ſententiam, uti erat in antiquitatis ſtudio perſpicaciſſimus, declaravit. Sane quod Apoſtolorum nomen gratis ferant, vel ex unico Gabrielis* Albaſpinæi, *Epiſcopi Aurelianenſis, teſtimonio, libro* I. *Obſerv. de veteribus Eccleſiæ ritibus, cap. 13. num. 3. p. m. 55. editionis Helmſtadienſis in 4to anno 1672. innoteſcit. (Cujus verba Kempius adſcribit.)*

(f) Olear. Abac. Patr. p. 99. Canones Apoſto-

Apoſtolorum, *de quorum & auctore*, (*qui vulgo* Clemens *fertur,*) *& autoritate, numeroque inter Pontifici-os etiam lis ardua ſemper fuit. Eos ab* Apoſtolis *Chriſti compoſitos non eſſe, certum eſt. Vide editos cum Decretis Conciliorum, ab Elia Ehingero, Græce & Latine, epicriſi D. Luc.* Oſiandri *ubiq; annexa, Witteberga, ann. 1614. & omnino adde, qui otium hic quidem fecerunt nobis*, L. Balthaſ. Rhavv. *Papat. Concil. denudat. p. 7. ſeqq. & nuperrime D.* Ziegler. *jur. Can. prælim.* p. 3. 8. *ſeq.*

(g) Hahnii Inſigniora cœli Sionæi Sidera p. 16.
Varia Clementi *opera tribuuntur: ut* Canones Apoſtolorum, *qui tamen potius centonem exhibent rerum, & rituum, ab Autoritate Apoſtolica remotorum.*

(h) Journal des Sçavans *Tom. 18.* p. 659. Cette Abregé des Canons des Apôtres ſeroit *placée ſans difficulté la premiere, ſelon l'ordre du temps, s'il étoit certain, qu'elle fut de la fin du ſecond ſiecle, où du commencement du troiſiéme, comme le Pere* Morinet, *& Mr. de* Marca, *Archevêque de Paris, ſe le ſont perſuadéz. Mais l'Auteur ſoutient, qu'elle n'a paru tout au plus, qu'au quatrieme, & que jamais elle n'a été reçue en France.*

---

(639) CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ, cum Canonibus eorundem, ſupra memoratis, junctim exhiberi ab editoribus ſuetæ, & ab octogeſimo quinto Canone, confirmante quaſi Petri Apoſtoli auctoritate, collectori *Clementi* I. Romano Pontifici, ejusdem ſucceſſori, tot editionibus antiquis, (quarum una 1563 Veneta, *Lipenio* etiam memoratur p. 421. Biblioth. Theol.) & manuſcriptis exemplaribus tributæ, ejusdem cum canonibus farinæ judicantur à benè multis etiam Pontificiis; v. *Olear.* Abac. (a) Nec ab ipſis adeo plerisque pro Apoſtolicis, nec ab Eccleſiâ eorum indifferenter habentur. v. *Acta Erud. Lipſ.* (b) Quinimo ab omnibus, Apoſtolos â Canonibus hiſce ut auctores excludentibus, iisdem, qui *Canones Apoſtolici* dicti, auctoribus imputantur. Ut ea, quæ ſuperiùs de Canonibus ſunt adducta, utique docuere. Quibus adde *Varenium*, Rationarii pag. 97. & ſeqq. (c) & Conſilium D. Mart. *Chemnitii* de lectione Patrum, recuſum poſt Academiam Chriſtianam *Schopffii* pag. 340. (d) Quodque monatliche Unterredungen/ 1695. pag. 14. ex *Morini* Commentario, de Sacris Eccleſiæ ordinationibus, ejusdem (Morini) judicium afferunt. Denique & hic, ni fallor, memorabile illud eſt, quod de conficta ab Hæreticis, ſub nomine *Ignatii*, διδαχὴ ſive διδασκαλία refert *Cave* Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 20. & 21. a. Ex qua probabiliter infert, hauſtas eſſe poſſe has Apoſtolicas Conſtitutiones. lit. (e) & in Pſeudon. Ignatio excerpto B. Adde Eliam *du Pin.* Bibliotheq. Eccleſiaſtique Tom. 1. p. 14. & ſeqq.

(a) Olear. Abac. Patr. pag. 99. *Ejusdem farinæ*, (*cujus ſcil.* Canones Apoſtolorum, *quos vide*) *ſunt* Conſtitutiones *quæ dicuntur* Apoſtolicæ, *eidem* Clementi *Rom. tributæ, & tanquam adulterinæ ipſi* Bellarmino, *Pet.* Halloixio, Baronio, *&c. rejectæ, vid. Ziegl. p. 9.*

(b) Act. Erud. Lipſ. A. 1690. Dec. p. 614. *Negat porro* (*Abbas* Richardus in Critica, *ſive* Examine Præjudiciorum à Petro Jurio *Eccleſiæ Romanæ oppoſitorum*) quod Eccleſia Romana Canones, *qui dicuntur* Apoſtolici, *pro Apoſtolorum opere habeat, aut indifferenter recipiat. Idem dicit de* Conſtitutionibus, *quæ ita vocantur* Apoſtolicis, *& fatetur non ſolum bona, ſed & mala in utrisq; contineri.*

(c) Varenii Rationar. Theolog. pag. 97. 98.
Si quid ſub magnifico primi ſeculi ſchemate, & vel ipſorum Apoſtolorum nomine ſcriptum incedit, hoc ſanè, quod ſub Conſtitutionum S. Apoſtolorum B. Clemente Rom. *Auctore; nomine celeberrimo tot ſeculis, opus extitit, memorandum venit, cujus tam magnificum exordium, quæſitumque tanto conatu* πιθανὸν *autoritatis Apoſtolicæ, quantum nec alibi facilè, nec in ipſis,* ὡς ὀνομάζοντο, *Canonibus Apoſtolorum. Licet enim in his reperiatur aliquoties illud:* Dicimus, præcipimus, *& quidem omnibus, Clericis ſimul, & laicis e. c. Can. 41. 81. 85. ac, ut Autores Canonum illorum præſumantur Apoſtoli, ſtylus fingatur Apoſtolicus; e. c. Canone 85. (84) ubi & ingenti Proſopopoeia finguntur Apoſtoli, tum ſuos libros velut venerandos & ſacros, tum hos ipſos libros octo præceptionum S. Conſtitutionum, quæ (verba ſunt* Canonis) vobis Epiſcopis per me Clementem nuncupatæ ſunt, etſi omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in ſe continent Eccleſiæ omnium temporum locorumque, *commendare; quin & Canone 30. (ubi in caſu Simoniæ, & ordinatus & ordinator, non ſolum* ἀφορίζεται, *ſ. ad tempus ſuſpenditur, prout in Canone 6. 13. 37. non ſolum* καθαιρεῖται *ſ. deponitur, prout Can. 6. 23. 25. 28. ſed & ab omni tam* Clericorum, *quam Laicorum communione* παντάπασιν ἐκκόπτεται. *i. e. totaliter & modis omnibus abſcinditur) videatur ipſe Petrus Orator, & Canonis Autor, dum ſic loquitur:* ſicut à me Petro, ἀπ' ἐμοῦ Πέτρου, excommunicatus eſt Simon Magus; *tamen præeminet omnibus his exordium Conſtitutionum (quas ſic appellant) Apoſtolicarum, quod ſic habet: Apoſtoli & Presbyteri omnibus,,, qui ex gentibus crediderunt in Dominum JEſum Chri-,, ſtum: Gratia vobis & pax ab omnipotente DEO, per,, Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, abundet in co-,, gnitione ipſius.*

(d) Academia Chriſtiana Schopffii p. 340. 341.
Antiquiſſimum igitur ſcriptum eſt, cui titulum fecerunt: Canones Apoſtolorum. *Extat & ſeorſim, & in Tomis Conciliorum. Sciendum autem eſt, quod* Diſt. 15. cap. Sancta Romana, *diſerte dicitur, librum Canonum Apoſtolorum eſſe Apocryphum. Et* Epiphanius *lib. 3. Tom. 1. hæreſ. 70. dicit:* Διάταξιν *Apoſtolorum* οὖσαν μετὰ τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον, *Vid. Diſt. 16. ubi* Iſidorus *dicit: Ab,, hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti digno-,, ſcuntur Canones, & quamvis in eis utilia quædam in-,, veniuntur, tamen inter Apocrypha deputantur. Pro-,, cedentibus verò temporibus, receperunt 50. Canones:,, poſtea 60. demum in ſexta Synodo circa A. D. 677. rece-,, pti ſunt 85. Canones. Et gloſſa mirabiliter ſe cruciat, ut illa conciliet. Ex vetuſtioribus nemo, quod ego ſciam, illos Canones allegat, præter Epiphanium: qui valde ſudat,*

ſudat, ut Paulum cum iſtis Canonibus conciliet. Paulus dicit: Virgo ſi nubit, non peccat. Canon vero dicit: Peccatum eſſe, poſt ſemel decretam virginitatem, ad nuptias converti. Et Cyprianus *illum Canonem ignoravit. Dicit enim lib. 1. Epiſt. 11. de illis, quæ profeſſæ „erant virginitatem: Si perſeverare nolint, vel non „poſſint, melius eſt, ut nubant, quam ut in ignem deli„ciis ſuis cadant. Ipſe etiam ſtylus nihil habet Apoſtolicum: ſed eſt tale genus dicendi, quale in Dionyſii ſcriptis. Multa ſunt ibi, quæ probari non poſſunt: ut quod rebaptiſationem ponunt. Vocant enim Baptiſma hæreticorum, lavacrum Diaboli. Vide Diſt. 32. Ubi notetur, quod Stephanus Papa Romanus contra Cyprianum allegat contrariam traditionem; non eſſe rebaptiſandos baptiſatos ab hæreticis vel ſchiſmaticis. Item 84. Canon numerat inter libros Canonicos, tres libros Maccabæorum: cum tota antiquitas contrarium teſtetur. Item quod trinam merſionem in baptiſmo facit neceſſariam, & alia. Eſt tamen antiquum ſcriptum: & continet aliqua non inutilia, de antiqua forma gubernationis in Eccleſia: Et quid ſit Laica communio: (Unde Eccius probare vult unam ſpeciem Euchariſtiæ,) ex iſtis Canonibus intelligitur. Obſervetur & hoc: Notum eſt, quo conſilio conditum ſit Symbolum ab Apoſtolis, & quare ita appellatum. Secuti ſunt igitur homines, qui alia quædam confinxerunt, & ut plauſibili ſpecie ea obtruderent Eccleſiæ, appellarunt Canones Apoſtolorum: quia Philip. 3. dicit Paulus: τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι. Alii vocarunt* Διατάξιν, *quia Paulus dicit 1. Cor. XI.* Cætera cum venero, Διατάξομαι. *Hæc hiſtorica non ſunt indigna obſervatu.*

(e) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. *Eccleſ. p. 21. a.*

Conficta olim erat ab Hæreticis, *ut videtur, quibusdam, ſub* Ignatii *nomine,* Διδαχὴ, *ſive* Διδασκαλία, *quâ explicabantur traditiones & dogmata, ab Apoſtolis inter colloquendum accepta. Ex hujuſmodi, ut dictum eſt,* Διδασκαλίαις *variis, conſarcinatæ ſunt* Conſtitutiones Apoſtolicæ: *& in iis locum non infimum meretur* Ignatiana, *ita tamen aliis immixta ac confuſa, ut quænam ei ſint propria, ne divinando quidem quiſquam aſſequi poſſit. Fragmenta vero quædam proferunt* Damaſcenus, *&* Antonius Meliſſa.

(640) Ad AREOPAGITÆ DIONYSII OPERA SCHOLIORUM auctor, quomodo JOHANNES SCYTHOPOLITANUS Epiſcopus & MAXIMUS, ab *Uſſerio* vero MAXENTIUS habeatur, v. apud *Cave* Hiſtor. Litter. Script. Eccleſ. pag. 281. qui decidere illam litem non audet.

(640. α) ATHANASII *Theologi* V. *περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, interprete* Th. B. in editione Pariſienſi 1627. hoc eſt THEODORO BEZA, cujus editio Græco Latina A. 1570. 8. per Henricum Stephanum vulgata fuit. Scilicet religioni ſibi ducunt Catholici illi patrum editores, hæreticorum, quos vocant, interpretum integra adponere nomina. Ita *Normannus.*

(641) CLAVIS AUGUSTINIANA, *liberi arbitrii à ſervitute neceſſitatis concupiſcentiæ vindicati,* folii dimidium ſolum explens, contra P. Noriſium, creditur in Bibliotheca Volante ſcanz. 2. p. 98. Patris Franc. MACEDO, Luſitani Conimbricenſis, primum Jeſuitæ, poſtea ad Sodalitium Franciſcanorum ſe conferentis, indeque nomen ſuum accipientis. Pluribus ingenii monumentis clarus eſt, quæ Nicol. *Antonius* in Bibl. Hiſpan. pag. 336. *Alegambe,* Bibl. Script. Soc. J. pag. 126. *Sotwell* pag. 235. *König.* Bibl. pag. 491. *Leti* Ital. Regn. part. 3. p. 192. & ſeqq. recenſent, una cum variis ejusdem elogiis. Nullus tamen hujus ſcripti mentionem injecit; forſan quod nimis exiguum ſit.

(641. α) FLORES D. AUGUSTINI, *ex ſuis libris, de Civitate Dei,* excerpti una cum aliquot ſententiis, & auctoritatibus inſignioribus, ex omnibus illius operibus ſelectis. Lugd. ap. Gvilhelmum Rouillium M.D.XXC. in 16. *Franciſco* MAJORONE *Minoritæ* attribuit Petrus Jacob VILLANUS, *Viſiera alzata,* Hecatoſte, n. 42. lit. F. hiſce verbis:

XLII. FRANCESCO MAJORONE Minorita ſcriſſe Anonimo.

Flores D. Auguſtini ex ſuis libris de Civitate Dei excerpti una cum aliquot ſententiis, & auctoritatibus inſignioribus ex omnibus illius Operibus ſelectis Lugduni apud Guilhermum Rouillium M.D.XXC. 16. Io dice lo Stampadore.

Queſto mi fà ſouenire d' un Cau. di S. S. che eſſendo ſtato à Milano intorno à gl' anni XXXIV. ò XXXVI. di queſto Secolo interrogato dal ſuo Principe, per cui era andato, che coſa haueſſe veduto di bello, diſſe; *S. Agoſtino* de *Trinitate DEI.* Me lo atteſtò Paganino Gaudentio, chi vi fù preſente.

(642) DISQUISITIO THEOLOGICA de præſenti FOEDERE inito, & continuato cum PRINCIPE AURIACO, Hæretico, invaſore Regiæ Coronæ, ac Ditionum Jacobi Secundi legitimi, & Catholici principis. In 4. Non vi è nè il luogo doue ſia ſtampata, nè il nome dell' Autore. Il luogo della ſtampa non mi è noto, mà l' Autore è certo il dottiſſimo Padre *Franceſco* POTTERO, verba ſunt *Johannis Cinelli,* Bibliotheca Volante p. 49. & 50.

(642. α) *Tractatus Anonymi de* HÆRETICORUM BAPTISMO, *Rigaltianis ad Cyprianum notis interſerti,* autorem eſſe URSINUM: idque primum à *Labbeo* in ſua Conciliorum Collectione annotatum, & ab Epiſcopo Oxonienſi, in Poſtrema Cypriani editione, non animadverſum fuiſſe, ex ſupplemento de ſcriptoribus vel ſcriptis Eccleſiaſticis, à Bellarmino omiſſis, ad 1460. Caſimiri *Oudin* Pariſ. 1686. in 8. *Acta Erud. Lipſ.* Collectores referunt A. 1686. Menſe Aug. p. 399. Unde tamen, quis ille ſit Urſinus haud colligas. Quorum plures jam olim memoravimus, Alexandrum n. 57. 89. Zachariam, Pſeudonym. 233. 656. Neutrum huc pertinentem. Sed hic eſt Monachus, ad A.C. 440. relatus à *Cave,* Chartophylac. p. 90. addito N. E. i.e. non extat. Quod tamen ex ſuperioribus erroneum jam apparet

(643) BELLA JEHOVÆ, ſeu *Meditationes ſacras contra Vitia*, præfixis ſolis literis nominis ſui initialibus E. A. *Erneſtum* ANDREÆ *Braunfelſio Solmenſem*, Eccleſiæ Reformatæ Dantiſci Paſtorem edidiſſe, refert filius Autoris *Samuel Andreæ*, doctiſſimus hodie Academiæ Marpurg. Theologus, in præf. quam ejusdem Parentis ſui *Fracturæ Joſephi*, ſ. ſuſpiriis pro ſalute Eccleſiæ Catholicæ Marpurg. 1681. in 12. excuſis præmiſit. (Communicavit hæc mecum Joh. *Mollerus* Flensburgenſis.)

---

(644) RESTITUTIO IN INTEGRUM BENEDICTIONIS CEREI PASCHALIS, absque nomine recuſa, quod BEDÆ putetur, ex Molano ſic refert *Miræus* Bibl. Eccl. P. II. p. 21. *Putatur inſuper ejusdem* Bedæ *eſſe Reſtitutio in integrum benedictionis* cerei Paſchalis, *absque nomine Pariſiis excuſa. Sic ferè Molanus in ſua Mſ. Bibliotheca ſacra.*

---

(645) BERNARDINUS, ſive FLORES St. BERNHARDI, absque nomine Auctoris editi, quod ſint WILLERMI, ſeu WILHELMI Monachi S. Martini Tornacenſis, detexit *Mabillon* T. 1. Annal. p. 318. & 319. (a)

(a) Mabillon. Tom. 1. Annal. pag. 318. 319.

Adulfi veſtigiis inſiſtens Wilhelmus, (ejusd. Abbatiæ Monachus,) ſelectas S. Bernardi (Abb. Clarævallenſ.) ſententia, in communes locos ſcitè diſtribuit, opusque ſuum Bernardinum *inſcripſit, tametſi in editis titulus eſt:* Flores S. Bernardi, *absq; nomine. Auctoris. Id quod Ciſtercienſis codex, in quo Wilhelmi Collectaneum hunc titulum præfert:* Incipit Prologus Dni Willermi Monachi S. Martini Tornacenſis in Bernardino, quem idem excepit & compilavit de libris & dictis S. Bernardi Clarævallis. *Tum incipit Prologus:* Cum non eſſem alicui exercitio magnopere occupatus, &c. *prodit. Willermus Seculo* XIII. *floruiſſe videtur.*.

(646. XX.) VERSIO LATINA BIBLIORUM, vulgo *vulgata* dicta, quantopere laborent Pontificiorum plerique, ut credatur eſſe S. HIERONYMI, tamen id perſuaderi ſibi doctiſſimorum Theologorum aliquam multi non patiuntur. Vide hac de re notas *Eraſmi* in Teſtamentum novum paſſim. Imprimis autem *Jo. Gerard.* Exegeſi loc. 1. de S. Scriptura cap. 23. ſect. 5. num. 512. *Janus Wowerius* Syntagmatis peculiaris de Græca Latinaque Bibliorum verſione cap. finali, non totam ſed partem verſionis Hieronymianam probare conatur, quem vide, cum Theologorum plurimis, ab utraque parte controverſiam hanc magno cum fervore agitantibus, quorum partem enumerat aliquam *Draudius* Bibliothecæ Claſſicæ pag. m. 43. Nobis non libet hanc, tantopere tanta cum anonymorum contentione agitatam aliis, controverſiam hoc loco noſtram facere.

Plura quî cupit, conferat Auctores à *Lipenio* in Bibl. R. Theol. allegatos, ſub titulo: *Vulgata Verſio Bibliorum.* it. *Nouvelles des Lettres.* 1686. pag. 855. & *Richardi Simonis* Hiſtoriam Criticam, cum iis, qui ſe ipſi hac in parte oppoſuerunt: nec non *Frantzium* de Interpret. Sac. Scriptur. pag. 19. 20.

Quod ad VERSIONEM PSALMORUM LATINAM; conf. *Journal des Sçavans.* a. 1686. p. 279. Ubi non *Hieronymi*, ſed unius APOSTOLI, aut APOSTOLORUM DISCIPULI ea creditur. Adde *Kortholt*, de variis Bibliorum verſionibus, cap. IX. & ſeqq. valde prolixum, & notabilia multa adferentem, quæque habet M. Georg. Chriſtianus *Eilmarus* Diſp. de Valore interpretationis vulgatæ, Witteb. 1687. habita, §. VI. in cujus fine citat Galatinum, qui de arcanis Relig Chriſt. pag. 286. ſcribat; *editionis vulgatæ autorem* plane *ignotum* eſſe. Id quod etiam ipſe Eilmarus ex ſententiarum de hac verſione repugnantia §. VII. concludit. Legi quoque meretur *Glaſſii* Mantiſſæ Philol. ſacræ pag. 1488. de ipſius vitioſitate, ſecundum ipſos Pontificios. De auctore vero D. HIERONYMO pag. 618. in f. item pag. 370. ubi Hieronymo ejus tribuit partem. Quod & alii plures fecere. Ita docente Jo. *Clerico* in ſuâ Gallica *Bibliotheque Univerſ.* Tom. XII. pag. 31. Ludovicus *Capellus* in Comment. & Notis Crit. in Vet. Teſtamentum, ſoutient, que S. Jerôme â traduit Judith & les additions d'Eſther (i.e. *defendit, quod S. Hieronymus verterit Hiſtoriam Judithæ, & additiones Eſtheræ.*) Simile quid de Pſalmorum hic excipienda verſione, atque plura de totâ verſione, vide in Joſuæ *Arndii* Lexico antiquitatum Eccleſiaſticarum, pag. 1105. (a) ubi errores hujus verſionis, locum nobis excerptum numeroſi ſequuntur. Ante omnia verò conferendus hic eſt Theologiæ Studioſo liber Dr. Joh. *Martinaji*, de quo *Journal des Sçavans*, 1695. XV. d. 18. April. pag. m. 259. & ſeqq. Vulgatam verſionem Matthæi ſimul ac Italicam exhibens, & XVII d. 2. Maji pag. 289. & ſeqq. ubi notæ in verſionem Italicam recenſentur, & pagin. 208. verſio Hieronymi plane ſine ulla admonitione data memoratur. V. P. *Pithæi* de Latinis Bibliorum Interpretibus ſententiam, primo loco in Tom. VIII. Criticor. Sacror. Londini 1660. & quæ habet *Journal des Sçavans* 1690. XXXIV. pag. 597. (b) & *Hiſt. des Ouvr. des Sçav.* 1689. pag. 527. (c) & 1691. pag. 36. (d) Rich. *Sim.* Hiſt. Crit. des Verſions du N. T. c. IV. & ſeqq. &c. XIII. pag. 162. & cap. XXV. pag 287. Addit *Margo Maſtrichtianus* hæc: Qui accuratiſſimum hujus verſionis ex-„ amen deſiderat, adeat quatuor viros, *Hotting.*„ in theſauro à pag. 378. Brianum *Walthonum* in„ Apparatu Prolegom. X. *Simonem* in Critica„ Vet. Teſt. lib. 2. cap. XI. & trib. ſeqq. *Froſſen.*„ Diſquiſ. lib. 2. cap. 6. toto, â pag. 293. Ut„ alios taceam. vid. in Pſeudonymis *Baruch* & *Sixtus* V.

(a) *Joſuæ* Arndii *Lexic. Antiquitat. Eccleſiaſt. p. 1105. ſeq. Deinceps in controverſiam Auctor venit, aliis contendentibus, Eam eſſe* Hieronymi, *aliis vero* incerti eſſe Auctoris. *Auguſtin. Eugubinus Pſalmos excipit, quos fatetur haberi ex* LXX. *editione correctos tamen ab Hieronymo. Ut & Bellarmin. l. 2. de V. D. c.* IX. *Unde communiter Pontificii eam appellant,* Hieronymi Verſionem. *Sunt tamen & inter illos,*

qui

qui diſputant. Pagninus in Præfat. Gramm. Ebr. ad Fr. Fregoſium, *inquit: Optarim, ut Hiero-*,, *nymi mihi translationem germanam oſtenderent. Quæ*,, ,,*enim paſſim legitur, non eſt Hieronymi incorrupta verſio.* ,,*Præterea Hieronymum fuiſſe hominem, & potuiſſe erra-* ,,*re in ſua translatione, inficiabitur nemo. Sic & ſenti-unt* Paulus Foro-Sempron. l. 2. de Paſſ Dom. cap. 1. Eraſmus & Jacob. Faber Stapul. *Apolog. in Comm.* ,,*Epiſt. Paulin. ubi ait: Omnes, qui incolumi pollent* ,,*judicio, negare, hanc eſſe Hieronymi editionem; adeo* ,,*enim multiplici ſcatere vitio, ut non tam Græca fidei* ,,*reddita ſit, quam reddi indigeat:* Gul. Lindanus l. 3. de opt. gen. interpr. *cenſet, Non Latinum, ſed Græculum quendam Latinæ verſionis autorem eſſe. Alii, ut* Baron. Tom. II. & Sixtus Senenſ. & Jo. Dredo, C. 2. de Eccl. Dogm. c. 1. & Andradius *putant, partim eſſe Hieronymi, partim non eſſe, ſed mixtam ex vetere, quæ ante Hieronymum fuit uſitata, & ex* LXX. *int. translata; & Nova, quæ ex Ebræo Textu ab Hieronymo fuerat adornata. Quod & approbatur in Præfat. Bibl. Clementinorum. Diſtinctè loquitur de toto negotio Sixt. Senenſ. L. VIII. Hær.* XIII. *inquiens: De Latinis translationibus duas tantum ab Eccleſia receptas conſtat, primò vulgatam illam editionem, non ex Ebræa origine, ſed ex traductione* LXX. *Latine editam, quâ ſola latinam Eccleſiam uſam fuiſſe usque ad tempora Auguſtini & Hieronymi, teſtis eſt Auguſtin. l. 18. cap. 10. de C. D. Poſt hanc veterem ac vulgatam editionem, Eccleſia habere cœpit novam Hieronymi traductionem, ex Ebraica veritate deſumtam, & Novam quoque ejusdem caſtigationem in N. T. recepit.* Idem *ibid* §. ,,*8. pergit: De editione V. T. quæ Hieronymi eſſe cre-* ,,*ditur, hoc unum inprimis certè conſtat, eam non eſſe* ,,*Hieronymi, ipſomet Hieronymo teſte, qui Præfat. in* ,,*Libb. Regum, de ſua editione loquens dicit, ſe nihil de* ,,*Ebræa veritate mutaſſe. Quod ſane in vulgata* ,,*editione V. T. quâ nunc utitur Eccleſia, ſervatum eſſe* ,,*non videmus, cum in ea tam multa ſint, quæ ab Hebræa* ,,*veritate diſſentiunt. Ad quod & illud accedit,* ,,*quod ex tam innumeris locis, quos Hieron. commemo* ,,*rat, aut emendaſſe aut aliter ſe vertiſſe, aut aliter le-* ,,*gendos cenſuiſſe, quam nunc leguntur, nullus omni-* ,,*no in hac noſtra Editione locus inveniatur, qui vel Hiero-* ,,*nymi caſtigationi, vel ſaltim judicio reſpondeat. Hæc ille, quæ & mox adductis in medium exemplis confirmat.*

(b) Journal des Sçavans, *Tom. 18 pag. 606. Mr.* Ferrand *demande dans l'onzieme chapitre,* de Verſion, de la quelle nous nous ſervons maintenant. *Pour decider la queſtion, il dit d'abord, qu'il eſt certain, que nous ne nous ſervons plus de l'ancienne. Il reſte donc à examiner, ſi la nouvelle dont nous nous ſervons, eſt de* S. Jerome. *Ce qui en pourroit faire douter, eſt, qu'il y a dans cette nouvelle Verſion* beaucoup de paſſages, que ce grand Docteur à condamneéz, *& que* beaucoup *d'autres paſſages,* qu'il a approuvéz, ne s'y trouvent *point. Mais non obſtant ces difficultez, Mr. Ferrand, ne voyant aucun autre auteur, à qui elle puiſſe appartenir, la laiſſe* à S. Jerome, *qu'ayant acquis une plus profonde connoiſſance de la langue Greque, & de la langue Hebraique, que la reſte des Peres & des Docteurs de l'Egliſe Latine, a auſſi travaillé plus, qu'eux, a traduire, & à expliquer les livres de l'Ecriture.*

(c) Hiſtoire des Ouvrag: *des Sçau. Août 1689. p. 527. Le P. Simon y fit quelques retranchements, & la retoucha ſur les exemplaires les plus corrects, Cependant celle* (la vulgate) de S. Jerome *n'etoit pas tout-à fait exacte, ni ſelon les plus pures regles de la Critique.*

(d) Ibid. Septemb. 1691. p. 36. *Le P. Simon pretend donc, que* S. Jerome *a reformé l'ancienne Verſion Latine ſur des Manuſcrits Grecs, copiéz par les Latins, & tels, que celuy de Cambridge, fort differens de ceux, qui etoient à l'Uſage des Egliſes Grecques, & pouvoient avoir été tirez ſur l'Original des Apôtres.*

(*646. αα*) BIBLIA LATINA LOVANIENSIA, quæ hodie vocantur, Caroli V. Imperatoris juſſu, cum Mſptis codicibus contulit, & ex fontibus Græcis & Hebraicis reſtituit *Joannes* ENTENIUS, Ordinis Prædicatorum, docente *Imbonati* Bibliothecæ Latino-Hebraicæ p. 105.

(*646. ββ*) BIBLIORUM POLYGLOTTORUM Anverpienſium editioni A. 1571. præfuiſſe BENEDICTUM ARIAM MONTANUM, ex indice Biblico Johannis *Harlemii* S. J. docet Carolus Joſephus *Imbonati*, Bibliothecæ Latino-Hebraicæ ſuæ, pag. 12. adde *Sotwell* Bibl. Jeſ. p. 460.

At SYNOPSIN NOVORUM BIBLIORUM POLYGLOTTORUM, quæ Ultrajecti,, A. 1684. 8vo publicam lucem adſpexit, eſſe *Ri-*,, *chardi* SIMONIS, patet ex libro III. Hiſtoriæ,, Criticæ V. T. pag 133. ſq. & notavit Cl. *Tenze-*,, *lius*, diſſertat. de Biblicis Polyglottis §. 19. verba ſunt *Jo. Alberti Fabri*, ſive *Fabricii*, Dec. Decad. n. 86. in fine.

(*646. γ* XXI.) BIVIUM RELIGIONIS 1635. auctore nullo proditum, aſſeritur *Gregorio* FABRO, Jeſuitæ, ab *Alegambe*, p. 164. & *Sotwello*. p. 306.

(*646. δ*) IDEA THEOLOGIÆ CHRISTIANÆ, JUXTA PRINCIPIA *Jacobi* BOHEMI, *Philoſophi Teutonici, brevis & methodica.* Accedunt *Sexti Pythagorei Sententiæ*, ob argumenti præſtantiam verè divinæ. Amſtelodami, Ex Typographeo Theodori Boetemanni, 1687. in 8vo. Libellus conſtans paginis 66. & præfatione unius folii, in fine Rusbrochii precatione, itidem unius folii addita, auctorem habet *Petrum* POIRETUM: uti *Fabricius*, in Bibliothecæ Latinæ append. prim. pag. 58. de Sixti Philoſophi ſententiis agens, obiter indicium facit. Eas Pſeudo Sixti ſeu Sexti potius, at revera *Sixti Pontificis* Romani & Chriſtiani, vide ſuo loco.

---

(647) JUDICIUM THEOLOGORUM *orbis aſſenſu merito approbandum de* BONORUM ECCLESIASTICORUM *invaſione ab exercitu Confœderato.* Scriptum hoc *Sotw.* in Ind. Anon. pag. 832. b. & 591. a. *Martino* OLZEWSKI, Jeſuitæ Polono, aſſerit, quodque in eodem, Exercitui confœderato, ac bonorum Eccleſiaſticorum invaſori, conſcientiam moveat, nos docet. Si-

 mon

mon *Starovolſcius* tamen in Hecatontade Scriptorum Polonicorum, Francof. 1625. excuſâ Jeſuitæ hujus non meminit.

(648) Scripſit quidam *ἀνωνύμως contra* EXPOSITIONEM DOCTRINÆ CATHOLICÆ, *Benigni* BOSSUETI, Epiſcopi Condomienſis, poſtea Meldenſis *duos libros*, unum *adverſus editionem expoſitionis*, & alterum *adverſus præfationem novæ editionis*, ſoletque ab ipſo Epiſcopo, in præfatione poſteriorum editionum, ut & ab *Autore Ephem. Gall.* ad A. 1679. p. 227. non alio quam anonymi nomine inſigniri. Eum vocari autem D. de la BASTIDE, Patria Ruthenum, in Occitania, & unum eſſe ex Senioribus Carentonenſibus, nunc vero derelicta priori fidei profeſſione, vexatum noviſſimis procellis, Pontificiæ Eccleſiæ Myſtam agere, detegit *Petrus Balius* Epiſt. de Scriptis adeſpotis, Deckherriano operi, ejusd. argumenti, ſubjuncta p. 398. Ubi ſimul meminit, hunc eundem in arenam deſcendiſſe *cum Clero Gallicano*, Ao. 1682. conſcriptâ de illius *Cœtus Actu, religionem ſpectantibus, reſponſione Apologetica;* primum Pariſiis, deinde Amſtelodami typis mandata: quod ſcriptum, an anonymum etiam ſit, ulterius inquirendum ejus rei curioſis.

(649) *Antoniæ* BOURIGNONIÆ *Veræ & ſolidæ Veritati*, ex Gallico Latine & G. editæ APPENDIX ad part. 2. Epiſt. 6. additur, emolliens aliqua illius duriora, de corrupta voluntate inferiori JESU Chriſti, ejusque malitia, cum ſubſcriptis PP. Illum eſſe Petrum POIRET omnino cenſeo, ad quem Epiſtolas etiam aliquot ſcriptas ejus opinor, & in ipſa illa Epiſtola 6. Litteras M.P. nil aliud, niſi Monſ. Poiret notare. Adde notata cap. V. n. 1055. & ſeqq.

(650) JUSTITIA BRITANNICA: *per quam liquet perſpicue, aliquot in eo regno perditos cives, ſeditionis & armorum civilium* auctores, regnique hoſtium propugnatores acerrimos, ut *Communi Eccleſiæ Reique publicæ paci cautius proſpiceretur, morte mulctatos eſſe: propter Religionem vero aut cærimonias Romanas neminem in Capitis diſcrimen vocatum: licet ab adverſariis multo & admodum malitioſe publicetur.* Perſcriptum primo *in noſtrate lingua*, deinde verſum *in Latinam*, Londini excudebat Thomas Vautroullerius Anno M. D. LXXXIV. Anno Regni Reginæ Eliſabethæ XXVI. Menſe Martio. Sic habet titulus mei Exemplaris, quod conſtat paginis 75. in 8vo. *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlei, pag. 109, col. a. ut & *Lipenius* Bibl. Real. Theol. pag. 44. col. b. ſub lemmate: *Anglica*, hoc modo memorant: *De Juſtitia Britannica, ſeu* ANGLICA, *quæ conſervandæ Pacis publicæ cauſa in Papicolas exercebatur, tempore Eliſabethæ*, Lond. 1584. 8. Sine dubio tamen idem liber eſt. Quod ad auctorem ejus attinet: *Hyde* citato loco refert ita: Scriptum, uti judicatur, per *Guil.* CECYL; quod & *Lipenius* repetit. *Robertum* tamen quendam CÆCILIUM nominare *Andream Philopatera* i. e. *Robertum Perſonum* Jeſuitam in Reſp. ad Edict. Eliſ. Reg. Angl. ſect. 4. num. 254. 255. obſervatum ſuggeſſit Lic. Jo. Chriſtoph. *Rauſcherus*, in Symbolis e Hungaria transmiſſis; Nihil tamen de hoc *Hyde*, neque *Pitſeus*.

Gallicè & Italicè editam hanc Juſtitiam Britannicam, Lond. 1584. & Ital. Lond. 1584. teſtis *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlei. loco citato.

Vide quæ dicemus mox, *de reſponſione* contra hunc libellum. Antequam ad alia transeamus, paucis dicendum, noſtro exemplari adjunctum adhuc aliud ſcriptum anonymum, cujus titulus hic: *De Summa eorum clementia, qui habendis quæſtionibus præfuerant; contra proditores quosdam, deque tormentis quæ in eosdem ob proditionem, non ob religionem, expromta ſunt.* M. D. LXXXIIII. Nos illud & argumenti & ſcriptionis rationibus eidem Autori vindicare, vix dubitamus: niſi quod de illo adhuc ipſo dubitare facit *Symbola Maſtrichtiana* ſic habens: Vide Johann. Hoornbeck Summa,, Controv. lib. 4. pag. 267. Ubi quidem aucto-,, rem non detexit, ſed refert colloquium Joh.,, *Raynoldi*, cum Harto, quod Raynoldus edidit,,, & à pontificiis, ipſoque Harto approbatum eſt,,, tamen oppoſuere concertationem Eccleſiæ Ca-,, tholicæ in Anglia, cui reſpondit hic anonymus,,, An. 1548. regni Eliſabethæ XXVI. libro, cui ti-,, tulus: Juſtitia Britannica, Anglice & Latine,,. quo id probatur, in Anglia non ob religionem,, papiſticam, verum ob perduellionis crimen,, omnes, qui interiere, punitos eſſe. Valde,, itaque probabile, Joh. Raynoldum auctorem,, hujus ſcripti, & Vindicem ſui Colloquii fuiſſe.

(651) Ad PERSECUTORES ANGLOS, *pro Catholicis, perſecutionem ſufferentibus, reſponſio contra libellum* inſcriptum: JUSTITIA BRITANNICA, ex Idiomate Anglicano translata in Latinum Ingolſtad. 1584. in 8. Autor ejus *Wilhelmus* ALANUS, *Lancaſtrenſis:* quem ſexennio poſt, in Collegium Cardinalium adſcivit Sixtus V. Pontifex: Teſtes ſunt Georg *Scherhachl*, & Robertus *Perſonius*, (de quo multa *Alegambe*, pag. 425) Apolog. fol. 172. indicante *Normanno:* ut & *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlej. ſub lemmate: *Britannia*; & Joh. *Pitſeus*, de Illuſtr. Angl. Script. p. 739. Conferantur notata noſtra de *Juſtitia Britannica*, & in *anonymis Anglis*, & Pſeudonymo *Dolmanno*.

(651. *a* Olim XXII.) P. SIXTI V. BRUTUM FULMEN *in Henricum ſereniſſimum Regem Navarræ, & in Henricum Borbonium, Principem olim Condæum evibratum, cujus multiplex Nullitas ex Proteſtatione patet. Cui præter alia ſubjuncta eſt Diſputatio Roberti Bellarmini Soc. I. de primatu Epiſcop. Romani & ad eam reſponſio, item Alciati, Cujacii & Hotomanni conjecturæ de Falſitate l. inter claras 8 C. de ſumm. Trinit.* Liber abſque Auctoris, Loci vel Impreſſoris aut Anni nomine in 8. excuſus, egregiè Papalem Tyrannidem & ſuperſtitionem ob oculos ponens, à *Goldaſto* Tom. 3. Monarchiæ Imperii Romani pag. 68. Anno 1586. editus, & Fr. HOTOMANNUM, JCtum celeberrimum, auctorem habere memoratur. Qui propterea tantam apud Pontificios iniit gratiam, ut in prima claſſe prohibita ſint omnia ipſius ſcripta in Expurgatoriis ipſorum Indicibus.

Deck-

Deckherrus eum auctorem indubium eſſe cenſet, de Scriptis Adeſpotis pag. 84. (a) vid. & *Hotting.* Hiſt. Eccleſ. Tom. V. pag. 541. & *James* Append. Catal. Oxon. pag. 21. &, tanquam in vulgus notum jam paſſim eundem citantes alios quamplurimos v gr. *Strauch*, amœnitat. Juris Canonici Ecloga I. c. 13. pag. 23. v. *Bayle* Dictionaire Tom 2. p. 317. 318. *Margo Maſtrichtianus* „addit ad verba mea: *prohibita ſunt:* error. In „Madriti impreſſo Indice 1612. edit. Ge- „nev. pag. 34. pleraque expurgata, quædam ſine „expurgatione permittuntur.

(a) Deckherrus de Scriptis Adeſpotis p. 84.

Bruti Fulminis *Sixti V. Pontif. adverſus Henricos Navarræum & Borbonium auctor indubius eſt Franciſcus* Hottomannus. *In quo joculari ſtylo veteris Sanctorum Hiſtoriæ, ab obſolete devotis viris ſcriptæ, ridicule diſcutiuntur.* Thuan. *Hiſt. lib.* 82. *p.* 48. *Quam ſcriptionem ſub turbato Gallorum regno ſuſceptam, concurrente fidei ſuæ periculo voluntario ſeceſſu ex Patria luit: quo in puncto recte ſenſit* Goldaſt. *tom.* 3. *Monarch. Imp. in eo autem minus: dum anno* 1586. *librum editum putavit, cum publicatio in annum* 1585. *inciderit.*

(651 β) SENTENTIA DELECTORUM de VOCATIONE *Martini* BUCERI. Hæc majorem partem deberi Joh. GROPPERO Canonico Colonienſi, Reformationis primo ſuaſori & ſuffragatori, mox acerrimo oppugnatori, colligitur ex Sleidano p. 292. 427. *Oſiandro* Hiſtor. Eccleſ XVI. 251. 345. Fra *Paolo*, Hiſtor. Concil. Trident. 128. *Symbola* eſt *Normanniana.*

(652) JOH. BUXTORFII SYNAGOGÆ *Judaicæ Traductionem Latinam ex Germanico Davidis Clerici* Prof. Hebr. P. Genevenſis, ſubinde tamen à BUXTORFIO FILIO interpolatam, eſſe, ex Buxtorfii præfatione p. 16. 18. Cl. *Normannus* annotaverat. Unde dubius evaſi, quomodo hoc conciliari poſſit cum verbis *Lipenii* Tom. II. pag. 142. a. *Johan. Buxtorfii, Patris, Synagoga* Judaica, in qua nativitas, inſtitutio, religio, vita, mors ſepulturaque ipſorum, è libris eorundem, graphice depicta eſt, *è Germanico latine* reddita per M. Hermannum *Germbergium.* Acceſſit Ludov. Carveti Epiſtola, de converſione ejus ad Chriſtum. Hannov. 8. 1604. 1622. Baſel. 8. 1680. Magis etiam me turbabat, quod, quis fuerit iſte Germbergius, imo an veri an fictitii nominis ſcriptor, incertum ſe Jac. *Thomaſius*, de plag. literar. §. 442. profitebatur; occaſione *ſententiarum Proverbialium Brunonis Seidelii*, quibus præmiſſam à Brunone præfatione Grembergium pro ſua uſurpaſſe narrat. Ab *Hyde* tamen in Biblioth. Oxonienſi pag. 287. col. a. huic nomini ſubſcribuntur libri ſequentes. *Nomenclator Lat. Græcus* Pariſ. 1606. 8. *Proverbiorum Centuriæ* XV. *& Epiſtolar. ſacrar. decades* V. Gr. L. Baſil. 1582. 8. Sed omnem rem expedivit inſpecta editio libri, quam poſſideo, hunc præferentis titulum: *Johannis Buxtorfii Synagoga Judaica, auſpiciis auctoris jam olim latinitate donata, nunc primum in vulgus emiſſa,* Baſil. 1641. in cujus præfat. ad Lectorem eod. anno ſcripta, *Buxtorfius filius* de verſione hujus libri memorat: eam primo triginta ſeptem abhinc annis ſcripti a Parente Germanicè libri, factam editamque fuiſſe, ab *Hermanno Germbergio*, Scholæ (ni fallor addit in parentheſi,) poſtea Corbacenſis Conrectore; quod & confirmant tituli librorum, apud Hyde memorati, (ſequitur & preſſi nominis forte cauſa) ſed nec ad mentem Auctoris, nec ſatis emendate, editamq; inſcio ipſo & inconſulto; poſtea ſuſcepiſſe hunc transferendi libri laborem, ac perfeciſſe D. *Davidem Clericum*, Linguæ Hebrææ in Acad. Genev. Profeſſorem, eamque traductionem omnino approbaſſe Buxtorfium Patrem, ac revidiſſe, ac propterea abs ſe editionem illius curatam eſſe hanc ipſam. Dein percenſens, quid in ea præſtiterit. Quod nimirum cum Germanico ita contulerit, ut pro genuina ac fideli venditari poſſit, quod linguæ Latinæ puritati eam reſtituerit, quod ea quæ ἐμφατικώτερα viſa fuerint, ipſis verbis Hebraicis expreſſerit, quod denique obſervatiunculas parce tamen quaſdam adſperſerit. *Capita* liber habet *triginta ſex*, quibus additus eſt *Dialogus* quidam, continens doctrinæ Judaicæ refutationem. Omnia paginis 498. conſtantia. Adjunctus index rerum præcipuarum Alphabeticus.

(652. α) CABALA inſcriptus liber anonymus *Rhodio* num. 2. jam olim ita eſt commemoratus, PICI MIRANDULANI *libri de rerum Prænotione, vulgo* CABALA *Italis.*

Liber editus eſt Venet. A. D. 1569. *in 8vo,* „*hac inſcriptione inſignitus. JO. Pici Cabaliſtarum Selectiora obſcurioraq; dogmata, ab Archangelo Burgonovenſi illuſtrata. Venet.* 1569. *in* „*8. qui num ille ſit, quem Auctor noſter intelligit, haud affirmaverim pro certo. Modo laudatus Ernſtius loco citato ſic habet. Cabalæ auctor creditur ingenioſiſſimus olim Princeps J. Picus Mirandulanus, qui eam prius inſcripſit Libros de rerum prænotione.*„

Hæc olim commentabar, neque nunc plura: diverſa in Cabala denudata; quæ vide. Et magis adhuc *Symbolam Mollerianam* (a) excerptam.

(a) Symbola Molleriana.

Libri de Rerum prænotione, *erroneè tribuuntur Johanni Pico, Mirandulæ, & Concordiæ Comiti, (A. 1494. mortuo), cum ſcripti ſint ab ejus ex Fratre Nepote Johanne Franciſco Pico. Gemina Editio Baſileenſis Operum Johannis Pici in Bibliotheca Templi noſtri Nicolaitani invenitur, quarum prior A.* 1557. *in fol. excuſa ſola illius opera complectitur, altera verò Ibid. Ao.* 1572. *fol. Tomis II. publicata Johannis Franciſci ſcripta etiam exhibet. Hæc inter occurrunt etiam Libri* IX. *de Rerum Prænotione, quos, an cum Cabala Italorum eosdem eſſe recte conjecerint Rhodius ac Scavenius, admodum dubito. Impugnant enim potius vanas iſtius Generis ſuperſtitiones. Quod ut pe-*

nitius perſpicias, non gravabor, ſummaria librorum adjicere. (Liber I. demonſtrat, quomodo ex Vera prænotione Religio, ex falſa Superſtitio dependeat, & quæ demum prænotionis habeantur ſpecies. Liber IIdus de vera divinaq; prænotione diſſerit. Tertius, Prænotionem Naturalem & limites ejus oſtendit. IVtus adverſus aperta cum Dæmone pacta, quibus divinationum plurimæ ducuntur ſpecies, pugnat. Quintus contra Hiſterologiam argumentatur. Sextus contra Chiromantas, Geomantas, cæterosq; ſuperſtitioſos diſputat. Septimus Magicas Vanitates, indeque ſcaturientes præſenſiones redarguit. Octavus prænoſcendi cupiditati metas præſcribit. Nonus docet, quibus modis divinæ prænotiones à Naturalibus, Curioſis & ſuperſtitioſis poſſint diſtingui) Vides quàm planè nihil Cabaliſticum, aut Superſtitionibus iſtis affine in libris his inveniatur. In ipſis etiam Johannis Pici Operibus nihil hujus generis obſervo, niſi quis forte huc trahere velit Concluſiones 900. quas Romæ publica Diſputatione defendere voluit, inter quas, XLVII. *ex Cabaliſtis Hebræis deſumtæ, &* LXXI. *Religionem Chriſtianam ex Cabaliſtis confirmantes reperiuntur. Forte errandi anſam nonnullis præbuerunt Joh. Reuchlini Libri III. de Arte Cabaliſtica, qui in utraq; Editione Joh. Pici Operibus ſubjunguntur. Commentarii Archangeli Burgonovenſis à Te memorati, meminit etiam Joſ. Simlerus, in Biblioth. pag. 405. qui & ipſe non auſus eſt, certo Cabaliſtica iſta Dogmata Pico Seniori tribuere, ſed maluit à reliquis ejus Scriptis ſegregare.*

(653. 654.) EXAMEN *ſententiæ* CAMERONIS, de GRATIA & LIBERO ARBITRIO, & RESPONSIO *ad defenſionem Cameronis* extant Tom. I. operum Epiſcopii. Utrumque ſcriptum hocce *Simonem* EPISCOPIUM olim *ἀνωνύμως* libellum contra *Joh. Cameronem* Theologum Gallum Reformatum, in controverſia de *prædeſtinatione* edidiſſe, & ab eo impugnatum peculiari ſcripto (poſtea cum Cameron mortuus eſſet, ſuppreſſo) defendere voluiſſe, teſtis eſt Hugo *Grotius* in Epiſt. ad Guilhelmum Fratrem An. 1636. ſcripta (numero 541. pag. 794.)

---

(655) *Fridericus Ulricus* CALIXTUS adjecit *Officio Pietatis*, *Parenti* ſuo *contra Calovii* calumnias præſtito, Helmſt. 1675. in 4to edito, *Viri cujusdam in ſcriptis Parentis ſui probe verſati Repræſentationem pleniorem Conſilii ejus de ſtudio* CONCORDIÆ ECCLESIASTICÆ *ex ſcriptis ipſius congeſtam.* Repræſentatio hæc debetur *Gerh.* TITIO Theologo Helmſtadienſi; Verſio autem German. 1677. in 4to edita (ſub tit.) Gründliche und eigentliche Vorſtellung desjenigen Bedenckens / welches vor Jahren Georg. Calixtus wegen Stifft- und Wiederbringung mehrerer Einigkeit und Verträglichkeit in der Kirchen GOttes außgegeben: *Zachariæ* PRUESCHENKIO, Conſiliario Saxo-Vinarienſi; ut Joh. *Mollerus* Flensburg. ex literis Calixti ad ſe datis mihi probavit: de quo c. XI. n. 1696. agetur.

(656.) JUDICIUM de CALIXTINO DESIDERIO: Præclari cujusdam Theologi Lutherani, Freiburg. Typis & Impenſis Georgii Beutheri. Anonymως editum hoc ſcriptum fuiſſe, M. *Wegnerus* teſtatus per literas mihi eſt, HULSEMANNOque deberi. *Lipen.* Bibl. Theol. Tom. I. pag. 193. a. ſub nomine Hulſemanni refert, Lipſiæ tamen impreſſum; idem facit *Witten* Mem. Theol. Dec. X. 6. an anonymum ſit, non memorans, Freibergi 1651. tamen excuſum. Idem Judicium videtur innuere M. *Rithmeier* in literis 1677. 11. Jun. ad me datis, cujus Autorem dicit D. TITIUM (ſine dubio *Gerhardum*, cujus etiam Relationem habemus de morte D. Georg. Calixti, Helmſt. 4. 1657. citante *Lipenio* Bibl. Theol. Tom. I. pag. 193. a) idque Latine ſcriptum, a quodam Jenæ verſum eſſe.

---

(657) CANONES EPISTOLARUM PAULI *Græcos* tribuit EUSEBIO Jacobus *Faber*, Stapulenſis, quem propterea refutat Joſephus Maria *Carus*, in libro ſuo, cui titulus: *Sacrorum Bibliorum, juxta editionem ſeu* LXX. *Interpretum ſeu B. Hieronymi, veteres tituli ſive capitula, ſectiones & ſtichometriæ, ex majori parte ante annos M. in occidente uſitata, de anno 1688.* Hic liber recenſetur à Dno Tentzelio, in den Monatl. Unterredungen ad annum 1691. pag. 607. ubi de his Canonibus. (a) Idem ille Faber Canones Epiſtolarum Pauli, qui repeririuntur in Latinis Codicibus, attribuit PRISCILLIANO. Qui num ſit Epiſcopus Abilæ, hujus nominis, cujus *Hieronymus* in Catalogo ſuo meminit, an alius quidam, Dno Tentzelio cum Caro ignotum eſt. *Lipenius* in Bibl. R. Theol. nec ſub Canonum nec Epiſtolarum Pauli titulo, de his Canonibus quicquam habet.

(a) Monatliche Unterredung. *ad annum 1691. p. 607.* Im andern Theile hat er die *Capitula* und *Verſus* der Bücher des Neuen Teſtaments auf gleiche Weiſe gezeiget / und in der Vorrede *Jacobum Fabrum Stapulenſem refutiret* / daß er die Griechiſchen in alten *Codicibus* befindlichen *Canones Epiſtolarum Pauli* dem Euſebio auch zugeſchrieben: da doch dieſer nur *in Evangelia* dergleichen verfertiget: Weil auch *Faber* die in Lateiniſchen *Codicibus* befindliche *Canones Epiſtolarum Pauli* dem Priſcilliano zuſchreibet / ſo weiß *Carus* nicht / ob derſelbe ſey der *Epiſcopus Abilæ* dieſes Namens / deſſen *Hieronymus* in ſeinem *Catalogo* gedencket / oder ein anderer. Die *Canones* aber / ſo er jetzo zum erſten aus alten *Codicibus* drucken laſſen / finden ſich *p. 63. & ſeqq.* an der Zahl 65. und ſind nichtes anders / als Anzeigungen der Oerter / wo *Paulus* von gewiſſen Dingen handelt / als *de humilitate*, *de hæreſibus*, *de reſurrectione mortuorum &c.*

---

(658) CANONES ſacrorum EVANGELIORUM X. Vindicantur EUSEBIO CÆSARIENSI, ab *Oleario* in Abac. Patrol. pag. 29. cum ibidem citatis, & auctore der Monatl. Unterredungen A. 1690. p. 656. (a)

(a) Monatl. Unterredung. *A. 1690. p. 956.* Nun folget in des *Cave Hiſtoria* ein *Euſebiani*ſches Werck / welches in dem *Chartophylace* gar vergeſſen worden. Canones ſacrorum Evangeliorum X. una cum præfixa ad Carpianum Epiſtola, Ammonii Harmoniæ Evangelicæ apponi ſoliti, *habentur ex Hieronymi verſione inter Orthodoxographa Hieronymi Opera, & in Bibliotheca PP. De iis vide plura in Ammonio*; Woſelbſt *Cave pag. 72.* nicht zugeben wil / was *Hieronymus in Catalogo* ſaget / daß *Euſebius*

bius des *Ammonii Canonibus* gefolget ſey: Denn *Caſſiodorus* ſchreibet ſie dem Euſebio ausdrücklich zu/ und *Euſebius* ſelbſt in der Epiſtel *ad Carpianum* bezeuget/daß er ſeine *Canones* auf Veranlaſſung des *Ammoniani Monoteſſari* ausgeſonnen. *Victor Capuanus* habe es vielleicht am beſten getroffen/ wenn er in ſeiner *Præfation* über den *Tatianum* ſchreibet/daß *Ammonius* die *Canones* erfunden / *Euſebius* aber fleiſſig *excoliret* habe. Ich möchte wol wiſſen/ brach Herr *Antoni* ein/was für ein Unterſcheid ſey zwiſchen des *Hieronymi* und *Victoris* Meinung? Hat nun *Hieronymus* unrecht / wie kan denn *Victor* recht haben? Meines Erachtens iſt am beſten/ man bleibe bey dem/ was *Euſebius* in der gemeldten Epiſtel ſelbſt ſaget/ daß ihm des *Ammonii Monoteſſaron* nicht gefallen/ und er daher Gelegenheit genommen/ſeine 10. *Canones* zu machen.

(658. α) CANON S. SCRIPTURÆ *ſecundum Seriem Seculorum Novi Teſtamenti*: numero XXVII. habens Canones v. gr. *Melitonis*, *Origenis*, *Athanaſii* &c. usque ad ultimum *Proteſtantium*, uti vocantur Eccleſiarum, in tabulam patentem unam conglutinandus, trium foliorum in folio, exhibetur editus Dabrami, typis Jani Allattonis ſine auctore: de quo liberali munere Excellentiſſimi Dni *Gerhardi à* MASTRICHT Syndici Bremenſis, deCivitate ſua,& litteraria re ſummopere meriti, mihi conſtat, Menſe Septembr. 1697.

(659) CANONUM GRÆCORUM, cum quibus *Æthiopici* conferuntur in commentario *Ludolphino*, ſuper hiſtoriam Æthiopicam, collectori CLEMENTI ALEXANDRINO tribuuntur ex *Beveregii* ſententiâ, cui *Ludolphus* contra ſententiam *Dallæi*, ad recentiora tempora illam collectionem referentis,aſſentitur. vide die Monatliche Unterredungen/ de ao. 1691. p. 542. (a) & fuſe infra in *Pſeudonymis*, tit. *Apoſtolorum Canones*.

(a) Monatl. Unterredungen *d. a. 1691. p. 542.* Weit angenehmer aber wird denen Liebhabern der Kirchen-Hiſtorien ſeyn/ was er hinzu füget von denen *Conſtitutionibus & Canonibus Apoſtolicis*, wie ſie in der Habeſſiniſchen Kirche noch heute zu Tage in hohen Ehren gehalten werden; Sintemahl er nicht nur aus dem zu Rom befindlichen *Codice MSto* die *Præfation* und *ſeriem Canonum & Capitum excerpiret* / ſondern auch die Zahl der *Canonum Æthiopicorum* mit denen bey uns verhandenen *Græcis conferiret* / und dem *Beveregio* Beyfall giebt/daß dieſelbe *Collection* vom *Clemente Alexandrino* verfertiget worden; Hingegen *Dallæi* Meinung/ der ſie viel jünger macht/ irrig ſey / weil die Habeßiner *poſt Concilium Chalcedonenſe*, nichts mehr von denen Griechen angenommen.

(660) E. V. EPISTOLA *adverſus Lud.* CAPPELLUM *in Appendice Criticæ ſacræ* pag. 458. 491. *Ezechielis* VAILLANTI *eſt*. *Boſ.* Exerc. in 2. Timoth. II, v. 22. pag. 24. ut habeo ex *Normanno*.

(660. α) *Vincentii* CARAFFÆ FASCICULUS MYRRHÆ *de quinq; Chriſti vulneribus*; Viennæ ex Italico Latinus prodiit, tacito interpretis *Joannis* BUCCELENI, Jeſuitæ,nomine,ut habent, ex *Cozzando*, *Acta Erud. Lipſ.* 1695. pag. 474. ex *Sotwello & Alegambe*, ad hujus Bucceleni nomen citandis ſæpius, n. 671. &c. XLIV. &c.

(661) *Epiſtola* CARDINALIUM ARCHIEPISCOPORUM & EPISCOPORUM *Galliæ ad Innocentium* X. *pro damnanda* JANSENII *hæreſi*, Autorem agnoſcit *Petrum de* MARCA. Vid. Bibl. Anti-Janſeniana, pag. 50. Verba hæc ſunt inclyti Dn. D. Jo. Friderici *Mayeri*, inſcripta honori meo, & adjuncta huic operi diſſertatione Ep. de Anonymis & Pſeudon. Scripſit alias de Concordia Sacerdotii & Imperii, & alia, quæ *Hallervord.* Bibl. Cur. p. 323. col. 6. habet: nihil verò ibidem legitur de hac Epiſtola.

(661 α) DEFENSIO DECRETI CONGREGATIONIS CARDINALIUM, PRO SUPPRESSIONE LIBRORUM, IN CONTROVERSIA EPISCOPI CHALCEDONENSIS Colon. 1634. 8. auctor eſt *Johannes* FLOYDUS, Jeſuita Anglus, qui nomine *Danielis à Jeſu*, Apologiam ſedis Apoſtolicæ ſcripſit, memoratam tibi (mi Placci) pag. 213. & de qua plura legas *Theologiæ Moralis JEſu*, P. I. pag. 125. 126. 128. 135. 164. Quo poſtremo loco hæc ex *Alegambio* adferuntur. Il a eſcrit ſous le nom de H. L. c'eſt à dire, *Henri Loemelius* (quem vide ſuo loco,) quelques opuſcules, pour defendre la forme de gouvernement, etablie en Angleterre par le ſiege Apoſtolique, & le decret de la Congregation de l'Indice, contre quelques eſcrivaines temeraires de France. Spongia illa manu carnificis uſtulata. ibid. P. II. pag. 65. adde memoratu digna, quæ pag. 480. & 481. produntur: Mais il n'y a point d'exemple plus remarquable ſur ce ſujet, que celuy, qui eſt arrivé de noſtre temps, touchant les livres de vos confreres d'Angleterre, pleins d'erreurs, & d'hereſies; contre la hierarchie, & le ſacrament de confirmation. Car les Eveſques de France, & Faculté de Theologie, ayant cenſuré ces livres, & le Jeſuite *Jean Floide*, ayant combattu ces cenſures par des libelles tres injurieux; pour ſatisfaire les Eveſques, vous ne fiſtes pas de difficulté, de leur donner une declaration, ſigneé de quatre des principaux de vos Peres, ou vous les aſſuriez, que ny les livres cenſurez, ny ceux qui avoient eſté faits contre les cenſures, n'avoient point eſté compoſez par aucun Religieux de voſtre Compagnie. Tametſi paullò poſt *Alegambe* librorum horum omnium auctores Jeſuitas indicavit. Perinde ut *Pere Coton* coram Henrico IV. inficiabatur, *Amphitheatrum* honoris à ſocietate JEſu conſtructum eſſe; quod tamen mox *Ribadeneira*, Caroli SCRIBANII Jeſuitæ per Anagramma Clari *Bonarſii*, eſſe agnoverit. Hactenus verba *Symbolæ Normannianæ*, de quorum contentis nil memorat Sotvellus, etiam ab Alegambe. p. 242. a. memorata prætermittens.

(662) CASSIANI *Semipelagiani Opera*, cum notis. 1688.

Has notas attribuit Stephano TUCCIO S. J. (a) *Bibliotheca Gallica Univerſalis*, Tom. 14. A. 1689.

A. 1689. pag. 221. *Sotvell* tamen in Biblioth. Jeſuitarum nullam earum mentionem facit; licet vitam Tuccii prolixè enarret, atque ſcripta: usque ad mortem cum fama ſanctitatis,. Adde *infra* ſequentem num. 689.β.

(a) Biblioth. Univerſelle *Tom. 14.pag. 221. On fit imprimer alors* l'Imprimérie du Vatican, *les* Oeuvres de Caſſien Semi-Pelagien, *avec les notes* d'Etienne Tutie, où Tuccio Jeſuite, *mais qui n'y mit pas ſon nom. Il auoit eté l'un des ſix, qui avoient travaillée à faire le choix des opinions pour les Ecoles de la Societé,* & il ne publia *Caſſien*, que pour s'en ſervir dans les nouvelles Conteſtations ſur la grace.

(662 α) *Orthodoxia vel Theologia* CASUALIS, quomodo facta ſit anonyma, docet *Symbola Maſtrichtiana* his verbis:

Chriſtianus Eichfelds / Magiſter *Doblenſis* Miſnicus, verbi Divini Miniſter in Eccleſia Leubenſi, ſub iſto nomine Ao. 1655. edidit *Orthodoxiam Caſualem*, ſive orthodoxa reſponſa ad difficiliores, præcipuos, ſingulares, ac non ubivis obvios caſus conſcientiæ. Lipſiæ, impenſis Tobiæ Rieſens/quod opus poſtea, nempe anno 1658. mutato tantum titulo, & recuſa præfatione ad lectorem, editum eſt Lipſiæ, Impenſis ut habet titulus, Chriſtoph. Tarnovii, ſub titulo *Theologiæ Caſualis*, ſive reſponſorum Theologicorum, quorum ductu difficiliores rarioresque caſus conſcientiæ &c. facili labore ventilantur. Dempto nomine auctoris, & ſubſtitutis tantum literis initialibus C. E.D.

(663. XXIII.) CATECHISMUS *pro inſtituendis rudibus, præſertim* ÆTHIOPIBUS, *ad Baptiſmum*, inter anonyma ſcripta refertur, & Hiſpano Jeſuitæ DIDADO RUIZ DE MONTOYA tribuitur ab *Alegambe* pag. 94. Et *Sotvell* pag. 157. quem ſequitur, ferè, quod ad ſcripta, verbotenus Nic. *Antonius*, Bibl. Hiſpan. pag. 24. a. niſi quod addit *Hiſpanicè librum ſcriptum*, quem Latinum Jeſuitæ memorarunt, ipſe verò translatum non addit; unde videtur huc translocandus fuiſſe. A.S. *Peregrinus* (quem in pſeudonymis noſtris Andream *Schottum* eſſe docuimus, N. 678.) in Bibliothecâ Hiſpanicâ ejus nullam mentionem facit.

---

(664) CATECHISMI *Catholici Explanatio, juſſu Reverendiſſimi Domini Electoris & Archi-Epiſcopi* TREVIRENSIS, *Praxis item Catechiſtica* Aug. Trev. 1610. in 8. *Normannus* ita de hoc ad me: *Joann. Theodorici* MACHERONTINI Soc. J. *Ribaden.* p. 133. Uti arbitror idem opus eſt, ſed recuſum quod memorat *Ribadeneira*. Ipſemet invenio etiam utrumque in *Aleg.* pag. 276. col. 2. & Sotvv. pag. 508. col. 2. niſi quod in editionibus varient, aut forſan mendum ſit. Prior enim Aug. Trev. typis Henrici Bock M DC XII. in 8. poſterior ibidem 1622. excuſum aſſerit. Priorem ſequitur Valer. *Andr.* in Bibl. Belg. pag. 571. Ribadeneiram verò *Lipen.* Bibl. Tom. I. pag. 263. col. 2. Fuit ipſe Joannes Theodoricus Macherontinus natione Belga, & ex oppido *Macheren*, quod ditionis Luxenburgenſis ad Moſellam fluvium ſitum eſt, ubi prodiit in lucem, nomen traxit. Deceſſit 1616. Jan. die 7. tanta cum opinione ſanctitatis Treviris, ut non defuerint, qui integro anno ſepulchrum ejus floribus conſperſerint, & beatos ſe putaverint, ſi vel paucos capillos ex ejus Canitie nanciſcerentur: uti referunt *Alegambe* & *Sotvell.* citatis locis, ubi adjunctam Catechiſmo Praxin cum recognitione & auctario, diſerte ſcribunt: anonymum vero alterutrum fuiſſe non addunt, neque Catalogis ſuis anonymorum inferunt.

---

(665) CATECHISMUM quendam PONTIFICIUM, â ſe cenſuris ac Animadverſionibus (ſed modeſtis ac moderatis) interpolatum ſub titulo CATECHISMI *Catholici Reformati ἀνωνύμως* (ad lucrandos Pontificios, & præcipue cives Sylvæducenſes) A. 1631. Suaſu Corn. à Myle, Joh. Utenbogardi, & aliorum edere voluit Caſp BARLÆUS. Vide Ep. ab eo ad utrumque d. 15. Jan. Ao. 1631. ſcriptas, in Epiſtolis Theologicis & Eccleſ. Amſt. 1684. fol. editis n. 488. 489. 490. pag. 755. 756. Fidem in his ſequor Joh. *Molleri*, qui non immerito autem dubitat, an prodierit. Quod nec ego affirmare audeo. In *Lipenii* Bibl. non habetur. Valerius *Andreæ* in Bibl. Belg. pag. 128. itidem non indicavit. Interim eo magis hoc addidi, ne cum proximè præcedenti confunderetur.

(665. α Olim in editionis prioris addendis c. II. n. DXLIX.) CATECHISMUS CATHOLICUS; *Petri* CANISII, *Jeſuitæ*, anonymus primo, titulo *ſummæ Doctrinæ Chriſtianæ* prodiit, teſte *Radero*, in vita ejus, l. 5. c. 6. v. infra, num. 110. olim; nunc 882. α.

(665. β.) *Epiſcopi Hieroſolymitani* CATECHETICAS INSTITUTIONES, CYRILLI eſſe putare *Hæſchelium*, Catal. Bibl. Aug. n. XXIII. docuit me Cl. *Normannus*, jam toties in partes nobis vocatus, & ſæpius vocandus. Unde anonymum ibi extare colligas, qui in Bibliotheca Patrum & alibi extat; ſed & Pſeudonymus contenditur, uti ſuo loco videbitur. Interim conſulatur *Olearii* Abacus, p. 126. 127.

(665. γ) CATECHESIS GRÆCA, ſive Κατήχησις τοῦ χριστιανισμοῦ ἤγουν κεφάλαια τῆς ὑγιοῦς διδαχῆς χριστοῦ τοῦ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων; ſine auctore, loco, & anno editionis, in 8. paginis 499. edita *Joachimi* CAMERARII mihi multis ex conjecturis ab initio ſtatim eſt viſa: donec pag. 497. ſeu antepenultima, nomen ejus demum invenirem ſubſcriptum, hexametris Græcis, Capita Chriſtianiſmi puerilis continentibus. Quæ ipſa capita Joannes *Caſelius* Roſtochii 1576. recuſa dederat, ſine verſione. Quam demum Affinis p.m. meus Dr. Chriſtianus *Woldenbergius*, Græcæ linguæ primò dein Juris P. P. Roſtochii editione alia 1667. in 4. pariter cum adjunctis pluſculis adjecit. Catechiſmus ille quod ſit Camerarii, firmat etiam manus notiſſima doctiſſimi Thomæ Huberi præſcripta exemplari mihi monſtrato à Cive Gymnaſii noſtri modeſtiſſimo, Andrea Brey-

Breymanno: ne quis ſolos verſiculos illi deberi putet.

(665. δ) Ad *reſponſi quæſtionis* illius LXXX. CATECHESEOS HEIDELBERGENSIS intelligentiam, ſuccinctas *obſervationes* anno 1687. anonymως typis mandari curavit *Johannes Ludovicus* FABRITIUS; v. *Heidegger.* in vita *Fabritii* pag. 106. Idem ſcripſit dialogum, ſeu διάλεξιν inter Philopiiſtum & anagnoſtem. De eadem quæſtione vid. ibid. pag. 105. prim. edit. Hæc *Symbola Maſtrichtiana.*

---

(666) CATECHESIS pro convincendis JUDÆIS. *Wagenſeilius*, in Confutatione Carminis R. Lipmanni pag. 478. usque ad 515. exhibet Catecheſin pro convertendis Judæis: in qua multa (inquit) *ex egregio libello*, in quem ſui principio & fine truncum, nec auctoris nomen monſtrantem, ſed qui Compendii Theologiæ formam habet, in Lutetiæ ſigillariis incidi, αὐτολεξεὶ depromit, iisque utitur pro ſuis. Auctor illius libelli eſt PLACÆUS, teſte Jacobo *Gouſſet*, in Ternione Controverſiarum adverſus Judæos, Præf. num. 4. In laudes Placæi excurrit quoque *Jurieu*, in notiſſimo de Complemento prophetiarum opuſculo p. 111. cap. 17. Hæc Dn. *Tenzelius* ſuppeditavit. Eſt autem ille Placeur ſive PLACEUS prænomine *Joſua*, Gallus, *de la* PLACE vernacula ſua dictus, *Königio* Biblioth. Vet. & N. pag. 645. col. 1. celebris Theologus, qui ſcripſit contra Crellium, Chriſtique Deitatem contra Neoarianos doctiſſimis diſputationibus vindicavit. Ipſa viri ſcripta tria latina, Gallicum vero unum, contra Miſſam & pro eadem rationes exhibens Salmurii edita, ubi Profeſſorem egit, memorantur *Hydeo* Catal. Oxon. part. poſt. pag. 62. col. 2.

(666. α) CATECHISMUM LUTHERI in Italiam ἀνωνύμως delatum, pro libro egregie pio habitum fuiſſe donec auctor ejus detectus eſt, memorat *Baxter* (a) von der Selbſt-Verleugnung/ c. 50. p. 529. Simile quid *de Melanchtone* quoque vide in *Pſeudonymis*, ſub nomine *Neri.*

(a) Richard Baxter/ von der Verleugnung Unſer ſelbſt/ *Cap. L. p.* 529. Als *D.* Luthers Catechiſmus in Italien kam/ ohne des *Autoris* Nahmen davor/ wurde es für ein ſehr gut und nützlich Buch geachtet; Allein/ da man erfuhr/ das *D* Luther der *Autor* wäre/ ward es verdammet/ als eine Ketzeriſche Lehre/ was darinnen enthalten.

---

(667) CATECHISMUS PALATINUS A. C. 1563. Lat. & Germ. editus tribuitur ab excellentiſſimo Dn. D. Joh. Frider *Mayero* in epiſtolica diſſert. ad me ſcripta, *Zachariæ Urſino* Theologo Heidelbergenſi & Neoſtadienſi. Id quod etiam Melchior *Adamus* (a) & *König.* Biblioth. p. 858. col. 2. afferunt. Adjungit Urſino in confectione hujus operis Caſparem Olevianum. Rango in Hiſtor. Syncret. p. 795. fatetur tamen, Urſino ſoli tribui in operibus ejus. Vide infra *de admonitione Neoſtad.* de *Formula Concordiæ* in anonymis, ut & in Pſeudon. Joach. *Curæus.*

(a) *Melchior* Adamus *in vitis Theologorum* p. 534. *Præter ordinarios iſtos in Academia & Collegio Sapientiæ labores fuit etiam adhibitus deliberationi de* Catecheſi Palatina. *Cum enim Eccleſiarum & Scholarum miniſtri diſſentaneos Catechiſmos, (unus, Brentii; alter Lutheri;) quidam ſua commenta proponerent: Optimus Elector, ut ad harmoniam & uniformem hypotypoſin ſacræ doctrinæ cunctos revocaret, à Theologis pleniorem & planiorem Catecheſin ſcribi juſſit. Id ab Urſino quoq; factum, cum laude; ſicut ex operibus ejus quisq; colliget.*

(667. αα) CATECHISMI *Eccleſiarum & Scholarum* PALATINATUS Electoralis APOLOGIAM nomine facultatis Theologicæ anno 1564. editam ſcripſit, ejusque auctor eſt *Zacharias Urſinus.* Vide Henr. *Alting.* Hiſt. Reformat. in Palatin. pag. 230. 231. Hæc *Symbola Maſtrichtiana.*

(667. α Olim editionis prioris addendorum c. II. num. DL.) CATECHESEOS RACCOVIANÆ auctor eſt *Valentinus* SCHMALTZIUS, Gothanus, v. *Kromayer* ſcrutin. Religion. diſp. 7. part. 1. theſ. 7. pag. 162. Ei oppoſuit *Frid. Balduinus*, ſummus ille Theologus, Refutationem Catechiſmi Arriani, qui Rakoviæ 1608. excuſus eſt, Witteb. 1619. editam: de qua videatur *Hoornbeck*, Apparatus ſacri & Socinianiſmi confutati, pag. 61. & 62. in 4. 1650. & *Franzius* adverſus Schmalzium p. 238. & quæ omnes hos ſuperant, *Sandianæ* commentationes, de hoc & *Fauſto* SOCINO, *Hieronymo* MOSCOROVIO, *Petroque* STATORIO *juniore*, conjunctis operis in hocce toties edito, tot verſionibus ſcripto, deſudantes, ex *Antitrinitariorum Bibliotheca* excerptis (a) (b) (c) (d) (e) Quæque refert Nicolai *Arnoldi* Religio Sociniana, in præfatione ad Lectorem ſub Lit. (f) exhibita; inprimis de refutatoribus hujus Catecheſeos ante ſe aliis.

(a) Sandius Bibliothecæ Anti-Trinitariorum, p. 78. Catecheſeos Racovianæ *reformationis provincia, ipſi unà cum Petro Statorio demandata fuit: prout ipſe teſtatur in epiſtola ad Valentinum Radecium, 23. Novembr. anni 1603. ſcripta. Sed videntur hanc reformationem non perduxiſſe ad finem, non longè enim poſt uterq; extinctus eſt. Itaq; labor is, per Valentinum Smalcium & Hieronymum Moſcorovium, potiſſimum continuatus eſt. Qua de re vide ſub V. Smalcio. Non liquet mihi, an huic fini Socinus exaraverit ſupra memoratam Religionis Chriſtianæ Inſtitutionem, quam morte præventus non abſolvit.*

(b) Idem *p. 100. & 101. Catecheſi vulgò Racovienſi dictæ, complectenti confeſſionem fratrum Polonorum Unitariorum, ipſe cum Hieronymo Moſcorovio, poſt Fauſtum Socinum & Petrum Statorium juniorem (prout ſupra ſub Socino innuimus) inſudavit: & ſic prodiit Katechizm, in Rakowie 1605. 12. Polonicè. Eadem in latinum translata à Hieronymo Moſcorovio, ab eodemq;*

Jacobo, Magnæ Britanniæ Regi, dedicata: edita ao.1609. 12. Titulum ejus ſub Moſcorovio dabimus. Eadem poſtea per viros aliquot in Polonia correcta: iterumque interpoſitis compluribus annis, à Johanne Crellio, Franco, tandem à Jona Schlichtingio à Bukowiec, recognita, ac dimidia amplius parte aucta. Præfixa eſt præfatio ab Andrea Wiſſowatio, & Joachimo Stegmanno juniore exarata. Subjunctæ verò Martini Ruari in Catechiſmum Notæ, cum reſponſionibus quibusdam Jonæ Schlichtingii. Irenopoli, ſumtibus Friderici Theophili, poſt annum Domini 1659. i.e. 1665. circiter: in 8. Eadem ab Andrea Wiſſowatio recognita & emendata, Notisq; cum ſupra memoratorum, tum ipſius & aliorum illuſtrata. Præfixum eſt præter memoratam præfationem, alterius auctoris ad Lectorem alloquium. Stautopoli, per Eulogetum Philalethem, a. 1680. 4.

Eadem Catecheſis prodiit Germanicè, inſcripta Academiæ Wittebergenſi, Racoviæ, a 1612. 12. Eadem Belgicè, vertente Johanne Cornelii vulgo Knoll *dicto. Hic librum hunc mutilavit, omiſſis capitibus de Baptiſmo & cœna Domini, ideoque editionem hanc, Unitarii pro ſua non agnoſcunt. Emiſſa itaq; eſt plena eadem lingua, cum Schlichtingii ac Ruari notis, a. 1666 4. Prodiit inſuper contracta Cathecheſis pro parvulis, a.1612. 12. Eadem Polonice 12mo. Eadem Germanicè, ſub hoc titulo:* Der kleine Catechiſmus / zur Ubung der Kinder in dem geiſtlichen Gottesdienſt zu Rakau / bey Sebaſtian Sternatzki / 1605. 16. *i.e. Parva Catecheſis ad inſtruendos pueros in Religione* Chriſtiana. *Item, Brevis inſtitutio Religionis Chriſtianæ, 1629. 12. Eadem Germanicè ſub hoc titulo:* Kurtzer Jnhalt der Chriſtlichen Religion / für die Kinder und Einfältigen geſtellet / *1633. 12. i e. breve compendium* Chriſtianæ *Religionis, pro pueris & rudioribus conſcriptum.*

(c) Idem p. 105. & 106. Catecheſis Racovienſis *editioni, ipſe cum Valentino Smalcio incubuit, eandemque à Polonico (quæ a. 1605. edita eſt) in Latinum traduxit, ac dedicavit Jacobo, Magnæ Britanniæ Regi. Ejusdem eſt præfatio interpretis ad Lectorem. Titulus hujus Catecheſeos talis eſt:* Catecheſis Eccleſiarum, quæ in Regno Poloniæ & magno Ducatu Lithuaniæ & aliis ad iſtud Regnum pertinentibus provinciis, affirmant, neminem alium præter Patrem Domini Noſtri JESU Chriſti, eſſe unum illum Deum Iſraelis, hominem autem illum Nazarenum, qui ex Virgine natus eſt, nec alium, præter aut ante ipſum, DEI FILIUM Unigenitum, & agnoſcunt & confitentur. *Racoviæ, a.1609. 12. Hæc* Catecheſis *a. 1653. menſe Aprili, decreto Parlamenti in Anglia igni adjudicata eſt. De aliis hujus Catecheſeos editionibus & verſionibus, egimus ſub* Smalcio, *& adhuc agemus ſub J. Crellio, J. Schlichtingio, M. Ruaro & A. Wiſſowatio.*

(d) Idem, p. 117 *Catecheſin Eccleſiarum Polonicarum Valentini Smalcii & Hieronymi Moſcorovii opera in lucem emiſſam, & poſt, per viros aliquot in Regno Poloniæ, correctam, recognovit ac auxit: quæ poſtmodum à Schlichtingio etiam emendata & aucta, impreſſa eſt, a. 1665. 8. & a. 1680. 4. Ethicæ ejus Chriſtianæ adjuncta, ut ſupro monuimus.*

(e) Idem pag. 130. *Catecheſeos Eccleſiarum Polonicarum editionem novam ipſe etiam poſt Jo. Crellium adornavit, eidemq; reſponſiones ad Martini Ruari notas adjecit. Prodiit Catecheſis hæc ſub tali titulo:* Catecheſis Eccleſiarum Polonicarum, Unum DEum Patrem illiusve Filium unigenitum, unà cum Spiritu S. ex S. Scriptura confitentium: Anno 1609. in lucem primum emiſſa, & poſt, per viros aliquot in eodem Regno, correcta: Iterumque interpoſitis compluribus annis à J. Crellio, Franco, ac nunc tandem a Jona Schlichtingio à Bucovviec recognita, ac dimidia amplius parte aucta. Irenopoli, ſumtibus Friderici Theophili, poſt annum Domini 1659. i.e. circa a. 1665. 8. *Eadem Belgicè a.1666. 4to. Eadem iterum Latinè per Andream Wiſſowatium emendata, cum nonnullis ejusdem & aliorum notis, Ao.* 1680. 4to.

(f) *Religio Sociniana, ſeu* Catecheſis Racoviana *major, publicis diſputationibus (inſerto ubique formali ipſius Catecheſeos contextu) refutata. Autore Nicolao* Arnoldo *SS.Theol. Doct. & Profeſſore in Academia Franekerana ordinario. Franequeræ, typis & impenſis Idzardi Alberti, & Joannis Janſonii Bibliopolæ Amſtelodam. 1654. 4. In præfat. ad Lectorem: Habes hic lector refutationem* Compendii totius Socinianæ Religionis, *comprehenſum* Racoviana Catecheſi. *Ea* primum Polonicè *evulgata An. 1606. Hic vero fœtus tam bellus videbatur, qui quadriennio poſt à Hieronymo Moſcorovio* Latinè *emitteretur: ac deinde, opera* Smalcii, Germanicè *etiam prodiret. Animus erat, his populis virus Socinianum propinare. Poſtquam ea Catecheſis Germanis, Academiæ nempe Wittenberg. per Smalcium oblata eſſet, ſolidus & pius Theologus, Fridericus* Balduinus, *nomine Acad. Wittcb. edidit ſuccinctam & doctam refutationem iſtius Catech. Non minus ſolida operâ catecheſeos iſtius refutatio à D.* Wolffgango Crellio, *in Acad. Viadrina Th. Doct. & Prof. affecta fuit ſub nomine* Anatomiæ Heterodidaſcaliῶν *Catecheſεως Socinianæ; Sed abrepta eſt hæc tela, ad Aulam Brandenburgicam vocatione. Quod opus, ſi perfectum fuiſſet, ut affectum erat, habuiſſet Eccleſia panaceam & panſtratiam contra Socinianiſmum univerſalem. Orandus eſt vir ille magnus, telam cœptam ut pertexat.* Alſtedius *quoq; noſter, in Theologia polemica, cenſura perpetua iſtius Catecheſeos Socinianæ errores perſtrinxit.* Mareſius, *Gröningana Academiæ lumen, in* Hydra Socinianiſmi, *&* Hoornbeckius, *non ita pridem Ultrajectinæ, jam Lugduno-Batavæ Acad. Theologus, in* tomo primo Socinianiſmi confutati *ſubinde iſtius Catecheſeos heterodoxias atro carbone notarunt. Quod factum quoque à Lutheranis Theologis, Paulo* Tarnovio, *Johanne* Gerhardo, Mentzero &c.

(667. *β* Olim XXIV.) PRAXIS CATECHISMI ROMANI, *& doctrinæ Chriſtianæ.* Madriti 1640. in 4. præfixis loco nominis Auctoris ſolummodo literis J. E. N. excuſa, JOANNIS EUSEBII NIEREMBERGII, Jeſuitæ Hiſpani eſſe, memoratur ab Philippo *Alegambe* p. 238. Et *Sotwel.* pag. 444. b. (a) Nic. *Antonius* in Bibl. Hiſpan. pag. 523. a. (b) libri titulum Hiſpanice refert, quem Sotvel latinè extulit, uterque tamen in eo conveniunt, quod ao. 1640. in 4to excuſus ſit. Addit Antonius, eum Italice quoque editum eſſe ao. 1658. Romæ in 8. Utrum igitur

igitur latinè, an verò Hiſpanicè primum ab Auctore ſuo ſcriptus ſit, nondum hinc liquet.

(a) Sotvel. pag. 444. b. *Praxin Catechiſmi Romani & Doctrinæ Chriſtianæ. Matriti per Didacum Diaz de la Carrera, 1640. in 4. Quem* ſæpius recuſum *juſſerunt varii per Hiſpaniam Epiſcopi in Eccleſiis ſuis publice legi, etiam inter Miſſarum ſolemnia loco concionis, quando illa non haberetur.*

(b) Nic. Antonius in Bibl. Hiſp. p. 523.
Pratica de Catecíſmo Romano y doctrina Chriſtiana. Madriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1640. in 4. Ibid. 1642. in 4. Italice prodiit Romæ 1658. in 8.

(668) CATECHISMUS *Concilii* TRIDENTINI: cujus variæ editiones videri poterunt ap *Lipen.* Bibl. Tom. I. pag. 263. adſcribitur à *Colomeſio*, (a) *Guilielmo* SIRLETO *Cardinali*, non tamen ſoli, ut auctori, ſed ut reviſori poſt *Leonardum* MARINUM, *Ægidium* FUSCARARIUM & *Franciſcum* FORERIUM. Extat Sirleti vita apud *Ghilins* in Theatro d'huomini Letterati Vol. 2. pag. 170. ubi & ad Catechiſmi eum Romani Correctionem adhibitum fuiſſe dicit. Idem vero hic eſt cum Tridentino. Nam titulus integer ſic ſe habet ap. *Hyde*, Catal. Bibl. Bodlei. pag. 149. col. a. *Catechiſmus Romanus, ex Decreto Concil. Trident. & Pii V. juſſu editus.* Mirum verò, hac de re adeo plane ſilere *Nicium* in Pinacotheca ſua prima, num. 148. ſatis in *Sirleti* laudes profuſum. *Margo* autem *Diecmannianus* hæc memorabilia nobis ſuppeditat: CATECHISMUS ROMANUS, ex Decreto Concilii Tridentini, & *Pii V.* Pontificis juſſu primum editus, quem pro ſcripto Eccleſiæ Rom. publico Jac. *Bajus* in Dedic. *Inſtit. Relig. Chr.* habet, quos Auctores agnoſcat, Bibliotheca Dominicana, Romæ A. 1677. fol. edita, nos docet. Ibi enim pag. 329. b. Ægidium FUSCARARIUM Bononienſem, Ord. Præd. in Conc. Trid. celeberrimum, cum *Leonardo de* MARINIS, Archi-Epiſcopo Lancianenſi, ac F. *Franciſco* FORERIO Luſitano, ex Ord. Præd. aſſumptis, in componendo hoc Catechiſmo egregiam navaſſe operam dicitur. Pag. autem 363. b. idem de hac Triga repetens *Guilielmum* SIRLETUM, Cardinalem, eidem operi adjunctum, ſi non præfectum addit. Hic (de *Sirleto* porro loquitur) demum poliendo Catechiſmo cum F. *Thoma* MANRIQUE, Magiſtro ſacr. Palatii, & F. *Euſtachio* LUCATELLO, Ord. Præd. Procuratore laboravit, perſtititque indefeſſus, admiſſo etiam judicio aliorum complurium doctiſſimorum & emunctarum narium virorum. Hæc ibi.

(a) Colomiez Bibliotheque Choiſie pag. 35. *Le Pere Alby Jeſuite, dans la Vie du Card. Sirlet, pretend, que ce ſçavant homme ſoit l'Autheur de ce* Catechiſme. *Mais Antoine Fabriçe de Liege, dans la Preface, qu'il a miſe au devant de ſon edition, dit, que ce* Cardinal *n'a pas eſtè le ſeul Autheur de ce Catechiſme, mais que c'eſt un Ouvrage, où pluſieurs doctes mains ont travaillè. Ce que je croi d'autant plus volontiers, que voici de quelle façon rapporte la choſe l'Autheur d'un petit ecrit, qui a pour titre*, Quæſtio Theologica Hiſtorica, & Juris Pontificii, de mente Concilii Tridentini, circa gratiam efficacem, & ſcientiam mediam, Ao. 1647. *juxta exemplar impreſſum ao. 1607. Sub finem* Concilii, *dit cet Auteur*, *Catechiſmus componitur, præſertim à Leonardo* Marino, *Archi-Epiſcopo Lancianenſi, ex ordine Prædicatorum* Ægidio Fuſcarario, *Epiſcopo Mutinenſi, &* Franciſco Forerio *ejusdem ordinis. Hi Romam ire jubentur, ut opus illud abſolutum judicio S. Sedis evulgent, recenſitum & perfectum ab illuſtriſſimo* Sirleto, *qui Tridentino Concilio interfuerat, cum Cardinali Sanctæ Crucis, cujus tunc erat domeſticus, & Sylvio Antoniano Cardinali.--- Toutes ces particularitez, ſont tirées des Actes du* Concile *de l'Hiſtoire des Evêques de Modene, de Gaſpar* Siling, *de la* Chronique des Freres Precheurs, *& des* Additions de Victorel, *aux Vies des Papes, de* Ciacconius.

(669) CATECHESIS *ex Corpore* DOCTRINÆ CHRISTIANÆ, *edita latine in Academia* WITTEBERGENSI, *& ad* USUM SCHOLARUM PUERILIUM ACCOMMODATA, Witteb. 8. 1571. uti hunc titulum habet *Lipen.* in Bibl. Theol. Tom. I. pag. 263. tempore Crypto-Calviniſmi edita, multas turbas dedit. Eſt autem D. *Chriſtophori* PEZELII, Theologi poſtea Bremenſis, qui *ex ſcriptis Philippi* compilavit, uti excerptum mihi tranſmiſit *Mollerus* ex libro IV. Theol. Calviniſt. Conradi *Schlüſſelburgii* latine ſolum & ſeorſim quidem Francof. 1610. excuſo in 4. pag. 278. Habeo tamen ſcriptum in manibus, quod abavo meo, Conſuli Hamburgenſi *Eberhardo Mullero* a fratre ſuo, *Henrico*, Theologo ſcriptis notiſſimo, tranſmiſſum, inſcriptio teſtatur manus propriæ hujuſce. Illi eſt titulus: Außſchreiben Decani, und Doctoren / Profeſſoren der Theologen Facultät zu Wittenberg / an alle fromme Chriſten. Von wegen der Auflagen und Verläumdung wieder den neulicher Zeit zu Wittenberg außgegangenen Catechiſmum / dadurch in vielen Landen unwahre / friedhäßige Schreyer und Schreiber / bey den einfältigen und unverſtändigen / Mißverſtand und Verdacht ſtifften / auch unleidliche Beſchwerniß den Univerſitäten und Kirchen dieſer Lande zu verurſachen ſich unterſtehen. Denjenigen ſo die Warheit lieb haben zum Bericht / und männiglich zu verwarnen geſtellet / in der Univerſität Wittenberg. A. 1571. gedruckt zu Wittenberg durch Clemens Schleich und Antonium Schöne in 4. duorum quaternionum ſolorum; in quo expreſſis verbis, omnibus Profeſſoribus Theologicæ facultatis Wittebergenſis tribuitur ea Catecheſis: Nempe ut approbatione ſua illam ſuam facientibus. Adjuncta ſunt, in meo exemplari, adhuc duo, quæ huc faciunt ſcripta non reticenda. Prioris præcedente multo majoris, quippe quod ad Rrr. usque adeoque 63. quaterniones extenditur, titulus hic eſt. Von der Perſon und Menſchwerdung unſers JEſu Chriſti / der wahren Chriſtlichen Kirchen Grundfeſte / wieder die neuen Marcioniten / Samoſatener / Sabellianer / Arianer / Neſtorianer / Eutychianer und Monotheleten / unter dem Flacianiſchen Hauffen. Durch die Theologen zu Wittenberg aus der heiligen

Schrift/aus den Symbolis, aus den fürnehmſten Conciliis und einhelligen Conſens aller bewehrten Lehrer/ wiederholet und geſtellet / zu treuer Lehr und ernſter Verwarnung an alle fromme und gottſelige Chriſten. Neben warhaffter Verantwortung auf die giftigen und boßhaftigen Verleumdungen/ ſo von den Propoſitionibus und Catechiſmo, zu Wittenberg ausgangen/ von vielen dieſer Zeit ausgeſprenget werden. Wittenb. 1571. Poſterior titulus eſt: Bericht eines gottfürchtigen treuen gelehrten und wolverdienten Lehrers der Chriſtlichen Kirchen von dem Wittenbergiſchen Catechiſmo; Aus einer Schrift an einen guten Freund/ Ao. 1571. den 15. Maji. Quod minoris longe molis ad duos tantum quaterniones extenditur, exhibentes primo decem rationes, quare Sacramentariorum numero accenſeri non debeant ob hoc ſcriptum Wittebergenſes. Inde ſeptem Objectionum ſolutionis ſatis utrasque ſolide & breviter conceptas. Scripta, quæ contra hunc Catechiſmum prodiere, vid. apud *Lipenium* Tom. I. Bibl. Theol. 263. 264.

---

(670) CATENA *in Lucam, Matthæum &c.* NICETÆ, cognomento SERRONIS videntur eſſe Guilielmo *Cave*, Chartoph. pag. 197. Ubi eum magnæ Eccleſiæ Diaconum & Magiſtrum, poſtea Heracleenſem Archi-Epiſcopum, Theophylacti æqualem claruiſſe circa annum 107.. aſſerit: malè etiam confundi cum Niceta Davide Paphlagone.

---

(671) CATENA ſive *Commentarius in* PSALTERIUM, *a Pſalmo V. usq; ad ultimum:* &, porro in CANTICA SACRA MOYSIS, HANNÆ MATRIS SAMUELIS, HABACUC PROPHETÆ, TRIUM PUERORUM *apud Prophetam Danielem, & Beatiſſimæ VIRGINIS Deiparæ*, collectus *ex operibus Variorum ſanctorum Patrum*, aliorumque ſcriptorum *Eccleſiaſticorum Græcorum*. Continetur hic in decimo quinto Codice manuſcripto, Theologico, Græco Chartaceo, in quarto, Biblioth. Cæſareæ; ut retulit *Lambec.* Com. Bibl. Cæſ. l. 3. p. 27. & tributus eſt, à Joanni Sambuco, NICETÆ Heracleenſi. *Catenæ* quoque *Græcorum Patrum, in librum Jobi*, Lond. 1637. impreſſæ, *Hyde* & *König* mentionem faciunt.

(671. α) *Franciſci* CEREALIS *Cremonenſis, Idea Sacerdotum* Viennæ 1642. in 8. *latine reddita*, ſuppreſſo Interpretis *Joannis* BUCCELENI Jeſuitæ, nomine memoratur ab *Alegambe* & *Sotvello*, una cum aliis ſimilibus ſcriptis, alias memoratis jam nobis partim & memorandis, repetitisque ex *Cozzando* in *Actis Erud. Lipſ.* 1696. pag. 474. An Theologicum vel hiſtoricum ſcriptum, ambigo: ſed in dubio, priori, uti ſemper alias, quemque librum, claſſi, ut eo citius appareat, inſerui.

(671. β) LIBRUM CEREMONIARUM ROMANÆ ECCLESIÆ quia emiſit anno 1516 PARIS CRASSUS Cardinalis, accenſetur anonymis ab Excellentiſſ. Syndico à Maſtricht, qui & addit, perquam invita Roma, flammis ultura ejus libri publicationem, id factum, allegato Spanhem. Diſq. de Papa fœmina pag. 122. ejusque *Epiſtolam*, *ad Leonem X.* haberi in Muſæo Ital. *Mabillon.* tom. 2. pag. 589. docens.

---

(672) CEREMONIALE ORDINIS *Regularium* Neap. 1613. Sicut & *Praxin Sac. Ceremoniarum, Andream* PISCARAM *Caſtaldum Neapolitanum, ordinis Regular.* cum aliis aſceticis libellis, ſuppreſſo nomine publicaſſe, ex *Silos* Tom. III. Hiſt. Reg. Cler. p. 530. *Olearius* in literis de Ao. 1676. 20. Jun. atteſtatus eſt.

(672. α) SECTA CERVICODURORUM 4. Reg. 17, 14. *ſeu Concupiſcentiariorum* 2. Tim. 3, 6. 7. 8. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Ἀποσπασμάτιον *de Hartnacciſmo, exhibens ſuccinctam Repetitionem Doctrinæ Pietatis Apoſtolicæ, Appendice Micrælio Hartnaccali pervicaciter ac nequiter exploſæ.* Anno Domini Chriſti M. DC. LXXXI. ſine ullo nomine loci impreſſionis, aut Tygographi, in 4. usque ad folia Hh. adeoque fermè ſesqui-Alphabetum ſeſe extendens, liber Anonymus, paginis nullis numeratus, legenti ſtatim detegit M. *Melchioris* STENGERI ſtylum, geniumque, has ſuas acceptas à *Daniele Hartnaccio* injurias ex Stengeriana Hæreſi, in Micrælio, cum appendice ipſius recuſo ſibi impactas vindicantis; quibus nolumus nos hic aut alibi immiſcere: alias uberem dicendi campum habituri.

---

(673) CHARITATIS DEFENSIO 1634 J. H. in Anglia editus. *Eduardi* KNOTTI alias *Matth.* WILSONI dicti Jeſuitæ eſſe, Anton. Wood Antiquit. Oxon. l. 2. pag. 120. columna b. conſignavit. (a) *Hyde* non habet, *Alegambe* & *Sotwell* itidem tacent. *Scripta Eriſtica contra Chillingworthium* ibidem legi poſſunt.

(a) *Wood Antiquit. Oxon. l. 2. pag. 120. b.* Chriſtophorus Potterus *S. Th. Profeſſor ſcripſit de* Chriſtianæ Charitatis defectu in Pontificiis iis, qui Proteſtantes vitæ æternæ prorſus incapaces eſſe contendunt. *Lond. edit 1634. Angl. Is autem adverſus librum de charitate male interpretata per* Eduardum Knott, *alias* Matth. Wilſon *apud Pegsworth in Comitatu Northumbriæ natum, è familia vero Jeſuitica conſcriptum propalatus eſt, quem Gentis noſtræ Epiſcopus tanti fecit, ut* gemmæ pretioſæ *(illo enim nomine ſæpius inſignivit) inſtar habuerit. Contra eundem vero* reſponſionem *(liter. J. H. diſſimulato nomine) præfatus* Knottus edidit, *quam* Charitatis defenſionem *inſcripſit; cui cum clariſſimus* Chillingvvorthius *maturè* occurreret: *tam egregio pugili* ſponte ceſſit Potterus.

(673. α) CHILIAS SANCTA, ſeu PRODROMUS EVANGELII, prodiit Anno 1625. Hujus auctorem putat *Bajerus* eſſe PaulumFELGENHAWERUM. Joh. Wilh. *Peterſen*, in nube teſtium part. III. pag. 86. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(673. β) CHRISTIANISMUS GENUINUS *ex Scriptura, Salvatoris noſtri vita, interno conſcien-*

ſcientiæ, *externoq; Naturæ* teſtimonio repræſentatus, aureolorum Joh. ARNDII, de eadem materia libellorum SUMMARIAM exhibens RECENSIONEM. Argent. 1625. 12. Libelli hujus ANONYMI Autor eſt D. *Joannes Valentinus* ANDREÆ, Theologus ac Abbas Würtenbergicus, non incelebris, qui ſexennio poſt etiam Similia CHRISTIANISMI ARNDIANI COLLECTA, Argentinæ 1621. 12. evulgavit, ac nomen ſuum in opuſculi fronte omiſſum, ſub finem Dedicationis adjecit. *Symbola* eſt *Flensburgo-Molleriana*. Eum titulum usque ad vocem (*repræſentatus*) pro qua (neſcio an errore typographi, certe in erratis impreſſis haud indicato) *repræſentatur*, ibi legitur, exhibet *Lipenius* Tom. I. Bibl. Theol. pag. 275. b. & editiones memorantur Argent. 12. 1616. Francof. 12. 1658. & 1669. Tribuitur hic liber ipſi Arndtio in excerptis ex vitæ & mortis hiſtoria ejusdem Poſtillæ Evangeliorum præmiſſa Germanica per *Wittenium*, in memoria Arndtiana, quæ eſt Decad. II. quarta, & *Freherum* Theatri part. I. Sect. III. p. 410. ubi inſcriptio habet: *Libros ſcripſit & edidit lingua vernacula*. Quod tamen ad hunc non æque atque illi junctum, *de Unione credentium cum J. C. capite* trahendum puto. Quippe quem latine prodiiſſe non ſciam: licet etiam *Lipen*. Tom. II. pag. 924. b. titulo latino exhibentur æque ac apud *Freherum*: ex quo vel potius Wittenio, editiones addente vel unde uterque ſua habere ſe profitetur, etiam ipſe deſcripſit. Poſterior de unione liber extat Germanice recuſus in 8. Lipſiæ 1672. cum ipſius Lehr-und Troſt-Büchlein/&c. Illud vero miror, neminem horum omnium ullam facere mentionem ejus, quod contra hunc auctorem titulo *Myſterii iniquitatis* ſolo memorato exhibet Lipenius, uti videbimus *infra num.* 807.

---

(674) *Enchiridion* ad CRUCIATUS CHRISTI *Domini pie recolendos*, Peruſiæ 1609. recuſum Romæ, typis Corbelletti 1645. in 24. Eſt *Valentini* MANGIONII, natione Itali, patria Peruſini, 1660. defuncti Romæ: cujus Syntagma Juris univerſi Societatis JEſu adhuc Mſptum celebratur, *Sotw.* p. 775. col. a. & in indice Anon p. 831. col. a. quod tamen fugit ſcientiam *Alegambe* p. 440. col. b. Vide quoque *Witten.* Diar. Biogr. 1660. 11. Febr.

(674. *a*) Anonymi CHRISTIANISMI RESTITUTIO. Hic eſt liber SERVETI, *de erroribus trinitariis*, quem putat minus craſſe, & impolite ſe ediſiſſe aut effutiviſſe primum; Itaque in hoc opere additis quibusdam contra Calvinum, putat ſe poliviſſe. Habui exemplar ex Bibliotheca noſtra publica, in quo poſtquam diu auctorem inquiſiviſſem, inveni tandem in fine literas M. S. V. deſignantes MICHAELEM SERVETUM *Villanovanum*. Firmavit me *Sandius* in Bibliotheca Unitariorum, qui nunquam librum vidit. Tamen inſpici debet. Cum hoc libro, femoribus appenſo, Servetus eſt exuſtus. Rariſſima utriusque libri ſunt exemplaria; optandumque, ut pauciora eſſent, nec verſa eſſent in Belgicam linguam: uti *alibi* notatum. Hæc *Symbola Maſtrichtiana* eſt. *Sandius* in Bibl. ſua Antitrin. pag. 13. recenſet quidem hunc librum, ſed non ut Anonymum. Vide plura de Serveto in Pſeudonymis, ſub *Villanovani* nomine.

---

(675) INCARNATIO MYSTICA, ſeu CHRISTIFORMITAS *ex variis* S. Auguſtini *& S.* Bernhardi *locis Contexta*, Muſſiponti ap. Gaſparem Bernardum 1663. in 16. *König.* Bib. 698. col. 2. Colon. 1675. Ediſiſſe hoc opuſculum præfixis nominis ſui literis initialibus, *Nicolaum* ROGERIUM *Jeſuitam*, natione Gallum, patria Fimæum, Collegii Barrodoucenſis, Muſſipontani, & tandem Rhemenſis Regentem teſtatur *Sotwel.* pag. 633. col. b. & in Ind. Anon. pag. 832. col. a.

---

(676) CAPITA DOCTRINÆ & PRAXIS CHRISTIANÆ inſignia, ex LIX. illuſtribus Novi Teſtamenti dictis deducta, & *Evangeliis Dominicalibus*, in CONCIONIBUS an. 1677. Francofurti ad Mœnum habitis, applicata à *Philippo Jacobo* SPENERO, D. & Seniore Evangelici Miniſterii Francofurtenſis. Francofurti, impenſis Joh. Dav. Zunneri, 1689. in 8. Conſtat plagulis 30. Hæc olim Germanice ſcriptarum concionum excerpta, quod illuſtri SECKENDORFFIO, tum alias tum Hiſtoria Lutheraniſmi ſui de Eccleſia & rep. Literaria immortaliter merito debeantur, & alias & ex Actis eruditorum, ea recenſentibus A. 1689. pag. 543. (a) haud obſcure & fama teſtimoniisque Bibliopolarum conſtat.

(a) Acta Erud. Lipſ. A. 1689. p. 543. *Equidem hæc ipſa doctrinæ & praxis Chriſtianæ capita, jam A. 1680.* Germanice, *prout a Venerando Autore concepta, & populo propoſita fuerant, typis impreſſa, & operi majori integras homilias continenti*, *quod inſcribitur*: Des thätigen Chriſtenthums Nothwendigkeit und Möglichkeit/ *i. e. Chriſtianiſmi actuoſi neceſſitas & poſſibilitas, inſerta novimus. Verum cum Vir quidam, haud minus incomparabili doctrina, quam natalium ſplendore, & meritorum in rempublicam gloria, Perilluſtris, cujus pietatem & modeſtiam tacite venerari, quam celeberrimum Nomen, contra nutum evulgare malumus, haud exiguum cœleſtis ſapientiæ guſtum inde percipi ſentiret, operæ ſe pretium facturum cenſuit, ſi has meditationes, ex majori concionum opere excerptas, in gratiam eorum, qui Germanicæ linguæ minus periti ſunt, vel majori illo opere carent, Latine redderet.*

---

(677) EXPOSTULATIO *de S. Johannis* CHRYSOSTOMI *epiſtola ad Cæſarium Monachum, adverſus Apollinarii hæreſin*, præfixa Anaſtaſii Sinaitæ Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron, Libro XII. hactenus deſiderato Lond. 1682. in 4. edito contra Pariſienſes Philologos, ſupprimere hanc Epiſtolam conatos: Refertur ad Dn. ALLIXIUM, Paſtorem olim Carentonenſem, poſt exulem cum multis aliis Londini commorantem, à Petro *Bælio*, Epiſt. de Scriptis adeſpotis, apud Deckherrum pag. 401. Eumque ſequuntur *Lipſienſia Act. Erud.* Ao. 1687. pag. 563. Ubi prolixe recenſent ipſam hanc epiſtolam a *Baſnagio* editam, una cum hujus facti tota hiſtoria. (a) De qua judicium ſuum & *Bailleti*, imo

hujus etiam, JUSTELLUM pro Allixio ſubſtituentis errorem, aperit *Novarum Literariarum* auctor, ſuo loco detegendus A,1686. m. Junio p. 685. 686. verbis infra ſcriptis, (b) & hic ut legantur, merentibus; quibus *Bailleti* etiam verba repræſentantur.

Hujus Allixii, vel uti rectius ipſius ſcriptoris auctoritate nominatur *Petri* ALIXII eſt incomparabile ſcriptum Gallicum, cui titulus: *Reflexions ſur les livres de l' Ecriture ſainte, pour etablir la verité de la Religion Chretienne.* Quod duobus tomis utrisque bipertitis hiſtoriam librorum ſacrorum & contentorum illis fidem, adeo ſolide adſtruit, ut eam contumaciſſimo cuique, non plane veſano contradictionis Spiritu afflato, extorſura ſit omnino vel invito. Prodiit iterum in 8. Amſtel. 1688. poſt Londinenſem ſuperioris anni editionem priorem, & latine verti omnino, ſiquis alius liber, meretur. Ad Expoſtulationem vero noſtram ut revertamur, conſtat ex paginis 24. in 12. excuſa Lugd. Batavorum 1683. apud Danielem Gaesbeck cum præfatiuncula 4. paginarum ad eruditum Lectorem. V. Adrianus *Bailletus* Anonymus in ſuis correctionibus p. 202.203. ad p.553. ligne. 5. Tom. IV. Judicior. Eruditorum de Operibus auctorum: ſive Jugemens des Sçavans ſur les Ouvrages des Auteurs. Tenzel. Exercit. Sacrar. p.404.

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. a. 1677. Octobr. p.563. *Recenſuimus in Actis noſtris menſe Januario A.1683. p.25. de illa Chryſoſtomi epiſtola, ab Emerico Bigotio edita, ſed à Theologis Pariſienſibus ſuppreſſa, expoſtulationem anonymi, quem P.* Allixium, *Paſtorem olim Charentonenſem, nunc Londini commorantem eſſe,* Cl. Petrus Bælius, *in epiſtola addita* Deckherro *de ſcriptis adeſpotis, p.401. docuit.*

Hanc ergò Chryſoſtomi epiſtolam nactus clariſſimus Basnage *eo modo, quô à Bigotio & integra latinè, & cum fragmentis Græcis publicata fuerat, in gratiam eruditorum ſeorſim evulgavit, præfixis iis,* quæ Bigotius in præfatione ſcripſerat, & Sorboniſtæ pariter ſuppreſſerant. *In prima Diſſertatione epiſtolica exponit, quomodo Bigotius Florentiæ inter Dominicanorum codices eam repererit, cenſores autem librorum, inter quos D. Faure iniqui conſilii auctor fuerit, quaternionis lacunam relinquentes eraſerint. Subripuiſſe tamen amicos exemplar Bigotianum, quod à doctiſſimo Eccleſiæ Anglicanæ Theologo (ut in præfatione ſcribit) in ſua adverſus Epiſcopum Meldenſem defenſione editum, ſecum communicarit Burnetus, quem tamen vana ſpe lactaverit monachus quidam Florentinus, qui ſe epiſtolam Chryſoſtomi integram græcô idiomate ſcriptam vidiſſe dixerat.*

(b) Nouvelles de la Republique des lettres. Juin 1686. p.685.686. *Cela fait, qu' on ne peut comprendre la mauvaiſe Politique, qu'on a eüe à Paris, d' empêcher, que M. Bigot ne publiât une lettre de S. Chryſoſtome; car il eût bien mieux valu enjoindre a M. Boileau, qui trouve la Transſubſtantiation dans Ratramne, de la trouver auſſi dans cette lettre, que de témoigner ainſi ſa terreur à toute l' Europe. Il ne faut imputer cette faute, qu'aux Inquiſiteurs de la* Librairie, *qui n' étant encore, que dans leur Noviciat, ont bien de la peine, à ne pas broncher. M. Baillet nous fait entendre, qu'il y a pluſieurs Catholiques, qui trouvent, qu' il auroit été plus a propos,* de donner de bonne foi la lettre avec l'explication de la difficulté du paſſage, que de la vouloir ſupprimer, puis que cela eſt d' autant moins poſſible, que ce paſſage eſt devenu tout public depuis plus d'un ſiècle. Il remarque auſſi, que les Proteſtans ſe ſont récriez là-deſſus, & qu'ils ont traité la choſe de fourbe, & d'impoſture, qu'ils en ont fait même imprimer en Angleterre une plainte, que quelques uns attribuent à M. Juſtel. *Nous en parlâmes, il y à un an, p.594. Elle n' eſt point de M. Juſtel, mais du Savant M. Alix, qui ſe trouvant à cette heure en païs de liberté &c.*

(c) *Adrianus* Bailletus *Anonymus in ſuis Correctionibus p,202.203. ad p. 553. ligne 5. Tom. IV. Judiciorum Eruditorum de operibus Auctorum: ſive* Jugemens des Sçavans, ſur les Ouvrages des Auteurs. *J' ay dit, que la plainte, que les Proteſtans ont fait imprimer en Angleterre, ſur la* lettre de S. Chryſoſtome, retranchée du Pallade de M. Bigot, *étoit attribuée à M.* Juſtel, *par quelques uns. Cela étoit vray alors; & je l' avois appris ainſi, de deux ou trois Sçavans, qui ſont nommèz dans la plainte meme, & citèz en temoignage. Neanmoins on prétend aujourd huy, que ce n'eſt pas M. Juſtel, mais on croit, que c' eſt M.* Allix, *cidevant Miniſtre de Charenton, & cette penſée ſe trouve confirmée par M. Bayle dans ſon mois de Juin de 1686. (ſcil. des* Nouvelles de la Rep. des Lettres.)

---

(678) CIVITAS *ſupra montem poſita*: credita mihi olim Stenonis, celeberrimi illius Anatomici, qui ad caſtra Jeſuitarum â nobis tranſiit. Sed d. 23. Septemb. 1683. ex Dno. *Paulo Georgio Krüſike* t. t. Collega Scholæ Johannitanæ, nunc Sub-Correctore, intellexi eſſe Dni DIETERICI, Profeſſoris primò Gieſſenſis nobilitati poſtea, & vocati de RONDECK *Senioris, Reſidentis Cæſarei hic Hamburgi,* qui nepos fraternus fuit Dieterici, celebris illius Theologi, cujus Catecheſis in Scholis noſtris docetur, & una cum filio ſucceſſore in illa Sparta ad Pontificios eſt transgreſſus. Liber hic in 4to prodiit Hannoveræ 1673. hoc pleno titulo. *Civitas ſupra montem poſita, & Lucerna ſupra candelabrum collocata omnibus, civitatem cœleſtem intrare volentibus, & lumen æternæ claritatis, mediante vera fide, affectantibus, propoſita diſcurſu plano & facili, de Eccleſiæ & fidei unitate retinenda, ideoque omnibus ſub periculo damnationis æternæ indaganda una vera Eccleſia:* paginis 225. Articulis X. controverſias inter nos & Pontificios agitari ſolitas perſequitur, pro principali ſcopo habens, ut demonſtret, Romanam Eccleſiam eſſe veram ac primitivam.

(678. α XXV.) DUÆ CLAVES COELI, variis linguis editus liber Pontificius, *de amoris divini contritionisque actu,* eſt JODOCI ANDRIES Jeſuitæ. vid. ſupra num. 619. α olim XV.

---

(679) *Anonymus ad calcem operum* CLEMENTIS *Alexandrini,* THEODOTUS putatur *Colomeſio* Κειμήλ p.78. quamvis parum aſſeveranter; hiſce

„hiſce verbis: Angelos, pro fidelibus, non uno „loco etiam uſurpat *Theodotus, vel quis alius, qui Ori*„*genis tempore floruit*, ad Calcem Operum Alexan„drini.

(*680*) COLLECTANEA IN CLEMENTEM *Alexandrinum:* Sunt *Frontonis Ducæi. Ribaden.* Script. Soc. J. Ea Collectanea forte in edit. Commeliniana Ao. 1592. extant. At in edit. Pariſ. A. 1641. nomen Ducæi adjectum eſt. Hucusque *Normannus* hæc communicavit. *Alegambe* vero, p. 144. col. 6 & *Sotwell*, pag. 268. col. b. licet Anonymorum indici neuter id inſerat, item *König*. Bibl p. 263. col. a. & *Witte*. Diar. Biogr. A. 1623. 27. Sept. omnes tacito nomine hoc ſcriptum editum eſſe concordes affirmant. Vid. *Mabillon*, Analector. Tom. II. p. 140. & Miræi Bibliothec. Eccleſiaſt. part. 2. p. 126.

(680. *α*) *De* COENA CALVINIANA *imaginaria, & Catholico ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento,* tacito ſuo nomine Bransbergæ, typis Gaſparis Weingartner, 1646. in 8. ſcriptum edidiſſe *Carolus* à KREITZ, Miſnicus Jeſuita, memoratur *Sotvello* p. 129.

(680. *β*) DIALOGUS DE XX. REALIBUS CONTRADICTIONIBUS LUTHERANORUM de S. COENA, quod ſit *Abrahami* SCULTETI, conjectura *Normannianæ Symbolæ* „habet, hiſce verbis: *Berlinenſis Dialogiſta*, (Ti„tulus fuiſſe videtur Dialogus de XX. realibus „Contradictionibus & erroribus Lutheranorum „de S. Cœna. Berolini) *à nonnullis putatur Abr.* „Scultetus. *Fewerborn* Diſp. Gieſ. T. VII. p. 209. „*Freherus* in vita ejus p. 424. & ſeq. nihil ea de „habet.

(*681.*) *Diſſertatio de* S. COENÆ ADMINISTRATIONE, *ubi Paſtores non ſunt, & an ſemper communicandum per ſymbola?* Amſt. 1638. 8. Autor ej⁹ *Hugo* GROTIUS, indicante *Colomeſio*, Bibliotheque Choiſie p. 182. (a) ubi argumentum libri, *Refutationem Petavii* & alia de illo notabilia commemorat. Refert eundem quoque in indice impreſſorum operum ejus *Bateſius* p. 433. & *Richter*, Epiſt. Select. p. 475. *Hyde* tamen non habet, ut ut alia hujus auctoris illuſtris anonyma pleraque. Contenta hujus libri vide in actis Erudit. Lipſ. a. 1687. m. Aug. p. 445. (b) occaſione recentioris editionis, cujus & *præfatio anonyma ſuo* ibi aſſeritur auctori. Joſuas *Arndtius* Miſcellaneor: ſacror. cap. IV. refutaturus aliqua illius libri, auctorem putari Hugonem Grotium ſcribit in capitis inſcriptione: at in textu ipſo, quaſi de re certa loquitur, quando auctorem ejus libri Θάμβον καὶ θαῦμα i. e. *ſtuporem & miraculum omnium ſeculorum* vocat pag. 15. vid. additionem. *α*. mox ſequentem.

(a) Colomies Bibliotheque Choiſie p 182. *L'Autheur de cette diſſertation, eſt* Hugues Grotius. *Ce que ſemble n'avoir pas ſçû le Cardinal* Bona, *dans ſes Liturgiques, livre 2. c. 8 ſection 4. &* Selden, *dans ſon Uxor Ebraica, p. 295. Cette Diſſertation a* deux parties: *Dans la* premiere, *Grotius prouve par un paſſage de Tertullien, dans ſon Exhortation a la Chaſteté, que les Chretiens peuvent conſacrer le pain & le vin de l'Euchariſtie, lors qu'il n'y a point de Paſteurs; prenant le mot* offerre, *dont ſe ſert Tertullien, au méme ſens, que fait le même Pere dans ſon Traité* de virginibus velandis, *quand il dit,* Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec docere nec tingere, nec offerre. *Voiez* Grotius, dans ſes lettres p. 240. & Saumaiſe, *dans les ſiennes p. 42. & dans ſon Livre* de la Transſubſtantiation, *qu'il à publié ſous le nom de* Simplicius Verinus *p. 469. Dans la* ſeconde partie, *Grotius prouve par l'exemple & par l'authorité de S. Chryſoſtome (& non pas de Tertullien, comme l'écrit mal Saumaiſe, dans ſa lettre, â un de ſes Amis, touchant le dernier Ouvrage de Grotius contre Rivet p. 20.) qu'il n'eſt pas toûjours nêceſſaire de communïer. Le Pêre Petau, Jeſuite, frere du Pére Petau Chartreux, a refuté la Diſſertation de Grotius, dans une autre, adreſſée â feu M. Seguier, Chancelier de France. A propos de quoi je remarquerai, que Saumaiſe, dans la Lettre que j'ai alleguée, impoſe à Grotius, lui faiſant dire* ſe à Petavio merito refutatum. *Voicy les paroles de Grotius dans ſon dernier Livre contre Rivet:* Libellum illum, cui vir reverendus D. Petavius reſpondit, merito pro ſuo non agnoſcit *Grotius;* nam & addita ſunt, quæ nec Grotius ſcripſit nec probat; & quæ ab ipſo congeſta erant, eo erant tempore congeſta, quo diſputatio iſta calebat, inter reverendiſſimum Epiſcopum Aurelianenſem (*c'eſt Gabriel de l'Aubeſpine, frere du Garde des Seaux, & du Gouverneur de Breda*) & virum Ampliſſimum Nicolaum Rigaltium, non animo quidquam defendendi, ſed inquirendi eruditorum ſententias. *La Diſſertation de Grotius à eſté miſe dans ſes opuſcules Theologiques, imprimez depuis peu â Amſterdam.*

(b) Acta Erud. Lipſ. *ao. 1687. menſ. Aug. p. 445. Hugonis Grotii Diſſertatio de Cœnæ adminiſtratione, ubi Paſtores non ſunt; item, an ſemper communicandum per ſymbola? cum diverſorum, Dion. Petavii, Cloppenburgii & Henr. Dodwelli Reſponſionibus.*

Londini impenſis B. Tooke 1685. in 8.

Faſciculus hic eſt quatuor diſſertationum, à quatuor doctiſſimis viris, Grotio, Petavio, Cloppenburgio, Dodvvello *procul dubio concinnatarum. In hac momentum & hiſtoria illius controverſiæ proponitur, quam primus a. 1628. moverit Rigaltius, opponente ſe tam acriter Albaſpinæo, ut res Romam fuerit deferenda, ibiq; ſcriptis ab utroq; epiſtolis apud Pontificem agitanda, donec mors Albaſpinæi a. 1630. finem liti impoſuerit. Poſtea Rigaltii cauſſam ſuſcepiſſe Grotium eo tempore, quo pacem Eccleſiaſticam meditabatur, cujus diſſertatio ao. 1638. edita primum hoc in volumine locum occupat, quamquam addita habeat nonnulla, quæ ipſe, pro ſuis agnoſcere non potuerit, & quæ vere ſua eſſent, cum à Riveto impugnarentur, defendere noluerit. Grotio tamen ſuſcripſiſſe* Epiſcopium, *reſpondiſſe* Petavium *a. 1639. ſingulari diſſertatione, quam a. 1640. ſub* Walonis Meſſalini *nomine adgreſſus ſit Claudius Salmaſius. Dehinc Grotio ſeſe oppoſuiſſe, ex Reformatis,* Rivetum & Kloppenburgium, *ex Pontificiis autem Georgium* Ambianum, *in ſuis ad Tertullianum annotationibus.*

Hugo

Hugo Grotius, *in diſſertatione ſua, poſt deſcripta Tertulliani verba, ex opere de Exhortatione caſtitatis, quæ occaſionem dederunt controverſiæ, Rigaltii explicationem affert, qui dixerat &c.*

(681. α) PRÆFATIO *ad Hugonis* GROTII diſſertationem de COENÆ ADMINISTRATIONE, ubi *Paſtores* non ſunt; item, an ſemper communicandum per Symbola? cum diverſorum Dionyſii *Petavii*, Joh. *Cloppenburgii*, & Henrici *Dodvelli* Reſponſionibus, quæ Londini ao. 1685 in 8. prodiit, *Henrico* DODVELLO attribuenda cenſetur ab auctoribus *Actorum Erudit. Lipſ.* ad ao. 1687. M. Aug. p. 445.

(681. β) CANONES CONCILII COLONIENSIS auctorem quomodo habeant *Johannem* GROPPERUM, vid. in Pſeudonymis, ſub nomine *Colonienſium* Theologorum.

(682) COLUMNÆ ECCLESIÆ INCONCUSSÆ Scriptorem diu anonymum, *P. Marcum* SCHONMANNUM, nominat *Caſp. Sagittarius*, in Append. Diſp. Inaugural. de natalitiis martyrium, th. 44. (a) quæ excuſa eſt Jenæ, 1678 & præfationi Armamentarii Catholici, à Schönmanno editi, oppoſita.

(a) Caſpar Sagittarius *in Appendice Diſputat. inauguralis de Natalitiis martyrum th. 44. Auctor Colloquii inter Evangelicum & Pontificium Studioſum, de publica P. Henrici Schönmanni in templo Cathedrali Erfurtenſi Epiſtolæ meæ refutatione non dimicavit in tenebris; ſed in luce publica inclytæ huius Academiæ. Niſi malis dicere, ipſum* P. Schönmannum Eccleſiæ inconcuſſæ *Scriptorem, diu anonymum, in Cimmeriis pugnaſſe tenebris.*

(682. α) COMMONEFACTIONIS DE COENA DOMINI CONSIDERATIONIS Autor putatur eſſe URSINUS, ut refert Henr. *Nicolai* Tract. de eſſe alicubi Exerc 6. §. 81. p. 287. citra dubium *Zachariam* Urſinum, Theologum Reform. intelligens. Ut habet *Margo Diecmannianus*; de quo *Urſino* vide aliàs nobis dicta latiùs.

(683) *Tractatus de* COMMUNIONE SUB UTRAQUE SPECIE; Glogoviæ 1626. *Sotwell.* p. 601. b. tacito nomine edidiſſe hunc *Matthiam* NENNICHEN, Jeſuitam, gente Prutenum, fatetur; in Indicem tamen Anonymorum relatum non deprehendo. Addatur *Witten.* Diar. Biogr. 1656. d. 4. Decembris.

(683. α) *De ſacra* COMMUNIONE *Chriſtiani populi* IN UTRAQUE *panis & vini* SPECIE: *ſitne ejus reſtitutio Catholicis hominibus optanda, etiamſi jure divino non ſimpliciter neceſſaria habeatur, Conſultatio cujusdam paci Eccleſiæ optime conſultum cupientis* tanquam incogniti auctoris, a Typographo in præfatione, pag. 1018. etiam illum diſſimulante exhibetur p. 1017. titulo, & p. 1019. usq; ad 1048. opere ipſo repræſentato, in operibus *Georgii* CASSANDRI. Pariſ. 1616. in folio excuſis, mox à Conſultatione, de qua n LXXXVI excerpto (e) fuſius actum. At quid attinebat eam illic inſerere, ni Georgii *Caſſandri* eſſet, atque haberi poſthac deberet? Extat etiam editus Ao. 1642. in 4. in Univerſit. Helmſtad. à Georgio *Calixto*, celebri tum temporis ibidem Theologiæ Profeſſore: *Dialogus Georgii Caſſandri de communione ſub utraq; ſpecie,* inter ſimplicem & prudentem, paginis 12. quo reſtitutio Calicis itidem urgetur; an iisdem argumentis? videant, quibus conferre vacat. Hic Dialogus in operibus Caſſandri, ſupra memoratis non reperitur.

(684) *De* CONCEPTIONE IMMACULATA *B. Virginis*, liber editus ſine auctoris nomine, Mediolani 1575. ſuo auctori, *Vincentio* BANDELLO, ex Ordine Prædicatorum, adſcribitur & vindicatur ab Antonio *Senenſi* pag. 148. Chronici Ordinis fratrum Minorum, qui etiam meminit in eadem Bibliotheca *Matthæi Bandelli*, quod vitam prioris, ut patrui ſui ſcripſerit: (a) De memorati vero libri auctore pluribus agit (b) (c) (d) quæ legi merentur & ob raritatem ſcripti apponuntur.

(a) Anton. Senenſis Chron. ord. Prædicat. in Biblioth. pag. 173. *Frater* Matthæus Bandellus *de Caſtro novo, Vir eloquio nitidus & emunctus, doctrina clarus, & multis meritis venerandus, ac dignus, qui ab omnibus multum commendatur, vitas quorundam illuſtrium Virorum, ex Plutarcho, brevi complexus eſt compendio. Vitam patrui ſui* Vincentii Bandelli, *& aliorum inſignium Virorum noſtri ord. ſcripſit. Egeſippum ex Latina lingua in vernaculam vertit. Orationes multas & egregias compoſuit, & inter alias una inſignis fuit, quam repræſentavit coram ſenatu populoq; Fircmiano, pro gratiarum actionibus. Cujus Exemplar Senatus continuo habere voluit ſervandum in Archivo urbis illius, pro æterna rei memoria. Claruit anno 1513.*

(b) Idem pag. 263. 264.

Frater Vincentius Bandellus *à Caſtro novo, qui fuit conventus noſtri Bononienſis Prior, & ejusdem ſtudii regens, & provinciæ Lombardicæ vicarius, & poſtmodum generalis Magiſter ord. 37. in ſerie, vir fuit magni judicii, doctrina non ignobilis, & tam religionis quam doctrinæ præſtantia clarus. Scripſit* de Conceptione B. Virginis, *temporibus diverſis*, duo Volumina. *Alii verò aſſerunt, quod* tria: *& unum ex iſtis creditur eſſe illud, quod* ſine auctore habetur impreſſum, *quod eſt* recollectum ex Patribus, *ad probandum ſententiam D. Thomæ de Conceptione B. Virginis, & incipit;* Veritatem meditabitur cor meum &c. *In cujus medio, aut circiter, per ſeries & claſſes diſtinctas poſt teſtimonia innumera Patrum, quibus hæc* D. Thomæ ſententia *probatur, recenſentur etiam Scholaſtici auctores, tam ex familia noſtra, quam fratrum Ord. minorum, quam etiam aliarum religionum, qui idem ſenſere cum D. Thoma. Et poſtquam in uno capite 26. auctores recenſiti ſunt, ex ordine fratrum Minorum qui ejusdem fuere cum D. Thomæ ſententiæ, narrantur & alii &c. Hic liber fuit impreſſus* Mediolani, anno Domini 1575. Aliud *opuſcul ſcripſit* de eodem argumento, *in quo ducentorum & ſexaginta Patrum & doctorum teſtimonia citat, quibus eadem D. Thom. ſtabilitur ſententia, & liber fuit diverſis vicibus impreſſus. Scripſit etiam de poteſtate Papæ. Lib. etiam quæſtionum Theologicarum de variis argumentis. Commentatus*

mentatus eſt etiam in conſtitutiones noſtri ord. ex actis capitulorum generalium. Tales declarationes colligendo, obiit in Calabria anno 1506.

(c) Idem pag. 150. *Frater* Johannes de monte nigro, *Vir felici ingenio & eminenti doctrina præditus & in diſputando energiæ maximæ. Unde à patribus Concilii Florent. ſub Eugenio IV. celebrati, fuit delectus ad diſputationum congreſſus habendos cum Græcis, & ob victoriam de illis reportatam, fuit magno in pretio habitus. Scripſit Tractatum* de conceptione B. Virginis *ad probandum conceptionem B. Virginis Mariæ, & tam auctor quam Tractatus citatur in illo libro recollecto ex Patribus, qui* Bandello *tribuitur.*

(d) Idem, *cum duorum Hugonum ſui ordinis, nihil nunc ad nos pertinentium, meminiſſet, ita deinde pergens* Bandellum *citat* pag. 119. *Unius & „alterius Hugonis prænominati, fit mentio in libro illo, „recollecto ex omnium ſanctorum patrum teſtimoniis, ad „probandum, quod B. Virgo fuit concepta in peccato origi„nali, impreſſo Mediolani a.* 1475. ſine *alicujus* aucto„ris nomine, *cujus tamen creditur fuiſſe noſter* Bandel„lus *auctor.*

(685) CONCORDANTIÆ BIBLICÆ Latinæ anonymæ complures prodiere, quarum aliquot vide apud *Lipenium* editiones, Bibliothecæ Theologicæ p. 384. a. Earundem concinnandarum primus Auctor perhibetur HUGO *Carenſis*, Barcinonenſis, Epiſcopus Cardinalis: qui claruit circa annum Ch. 1240. à Sixto *Senenſi* in Bibliot. Sanct. l. IV. p. 311. Cujus verba pauca ſola recitant *Quenſtedt* in Dial. de patriis Vir. doct. p. 64. & *Freherus* in Theatro Vir. erud. clar. p. 14. At Sixtus Senenſis (a) deſcribit librum inſtitutumque operis & auxiliatores plenè, plenius verò etiam de additamentis inſuper aliis circumſtantiis notabilibus Andr. *Glauchius* (b) Schediaſm. de Concordantiarum Bibl. uſu, Lipſiæ 1694. edito c. 1. aphor. 9. p. 10. & ſeqq. 12. 13. Ubi & *plures* quam Lipenius §. 14. p. 13. recenſet editiones: quarum facile ex nitidiſſimis Weicheliana 1600. in folio publicata, etſi recentiores non deſint.

(a) Sixtus Senenſis *in Biblioth. Sanct. l. IV. p. 311. Primus omnium excogitavit indicem magnum in Sacroſancta Biblia, Concordantias Bibliæ prænotatum, laborioſiſſimum ſane & immenſi tædii ac temporis opus, ſed ſacrorum voluminum ſtudioſis magnopere neceſſarium, in quo ſingulas divinæ Scripturæ dictiones declinabiles, ſecundum conſequentiam literarum, accuratiſſima diligentia digeſſit, annotatis non ſolum libris, ſed etiam librorum capitulis & capitulorum lineis, in quibus unaquæque deſiderata dictio contineretur. Sunt, qui exiſtiment, hoc opus ob immenſi temporis laborisque diſpendium, cui unius hominis vita ſatis eſſe non poterat, hortatu Hugonis injunctum fuiſſe quingentis ſtudioſis Patribus diverſorum cænobiorum, ea ratione, ut ſinguli ſingulas dictiones in Alphabeticas claſſes redigerent, ſicque brevi tempore multorum ſedulitate perfectum fuiſſe opus.*

(b) Andr. Glauchius *Sched. de Concordant. Bibl. uſu c. I. aphor. 9. p. 10. & ſeqq. Miniſterialiter operam ſuam primitus contuliſſe conſtat* Hugonem Cardinalem, (*& quidem in Latinitate*) *quem* Concordantiarum Patrem *dictum fuiſſe, imò etiam propterea S. Bibliorum in capita & verſiculos partitionem inſtituiſſe, monuit nos quondam Venerandus D. D. Hieron.* Kromaierus *in Hiſtor. Eccleſ. cent.* XIII. *pag.* 509. (*Conf.* §. 11.) *Eundem per homines ad id delectos opus perfeciſſe, ex* Antonini *vel* Antonii, *Florentini civis & Epiſcopi, in ſeculo* XV. *florentis, Summâ hiſtoriali habet B.* Gerhardus *in Patrol. pag.* 595. *& quidem* trecentos diverſorum Cœnobiorum Monachos *ſuffragatos fuiſſe, addit Conradus* Kircherus, *in Dedicatione ſuarum Concord. vel è* Sixto *Senenſi* quingentos *in introitu ad uſus Concord.* Hugoni *ex ejusdem Senenſis lib. 3. p. 185. a.* adjungens Conradum Halberſtadium, *quem tamen 30. annis ipſo poſteriorem eſſe, contra Gilbert.* Genebrardum *ex ipſo Senenſi lib. 4. pag. 311. &* Trithemio *obſervat* Buxtorfius, *in cit. præf. ubi de utroq; plura, ut & de ſupra* (§. XI.) *laudato* Antonio, *nec non de* Arlotto, *itemque* Johanne de Secubia, *qui ſeculo* XV. *indeclinabilium particularum indicem adjecerit* (*quod Halberſtadio Senenſis tribuit*) *occaſione vocularum* Ex & Per, *in controverſia Græca de Proceſſione Spiritus S. Ex Patre Per Filium, itemque voculæ* Niſi *ex Joh. VI. 53. circa neceſſitatem communionis ſub utraq;; qua de re fuſius ipſiusmet prologus in Concordantiis Partium ſive Dictionum indeclinabilium in editione Frobeniana 1521.*

Nota.

Poſt Antonium *& Hugonem* Arlottus & Halberſtadius *in ſeculo* XIII. *vixerunt. Et* Antonius *quidem Patavinus inter autores Concordant. relatus primo loco ponitur à* Buxtorff. *l. c. qui tamen, poſtquam Scriptores ejus mentionem injicientes nominavit, de iisdem addit: Quod Concordantiarum fuerit autor, nihil produnt. Patria fuit Ulyſſiponenſis Luſitanus, at* Patavinus *dictus ſive de Padua, quod Patavii* (*quod Venetorum eſt caput, atq; etiamnum Padoua vocatur*) *prædicaſſet & mortuus eſſet. Ordinis fuit Minorum ſeu Franciſcanus. Plura de eodem, ejusdem ſuperſtitione, miraculis, relatione inter Sanctos dabunt Magdeburgenſes Cent. XIII. f. 1019.* Hugo *Boliomus dictus, triplici quaſi primatu inſignitus, Cl. J. G.* Oleario *obſervante, primus utpote ex ordine Prædicantium ſeu Dominicanorum Cardinalis factus ab Innocentio IV. Pontifice, primus Concordantiarum Autor, & primus Bibliorum Poſtillator habitus; vid. Abac. Patrol. pag. 220.* Arlottus *Tuſcus vel Hetruſcus, ordinis Minorum Miniſter Generalis, quem Theologum, Philoſophum, & Dialecticum ſubtilem fuiſſe, itemq; Concordantias Vet. & Nov. Teſtamenti ſcripſiſſe, ex Bergomenſi & Trithemio Magdeburgenſes f. 1175. referunt.* Conradus Halberſtadienſis *ordine Prædicatorum & Theologiæ doctrina clarus eodem tempore extitit. Johannes de Secubia vel* Segovia, *Theologiæ Doctor & Canonicus fuit Toletanus.*

(685. α XXVI.) CONCORDIA *pia, & unanimi conſenſu repetita Confeſſio fidei & doctrinæ Electorum, Principum & ordinum Imperii, atq; eorundem Theologorum, qui Auguſtanam Confeſſionem complectuntur,* potius inter Polyonymos quam Anonymos libros poni deberet. Quamvis enim præcipua in eo conſcribendo navata opera ſit à convocatis ad hoc ab Electore Saxoniæ Auguſto Torgæ ſummis

mis Theologorum : nominatim *Jacobo* ANDREÆ, *Martino* CHEMNITIO, *Andrea* MUSCULO, *Davide* CHYTRÆO, *Nicolao* SELNECCERO & *Chriſtophoro* CORNERO, quorum omnium, excepto ſolo *Muſculo* de quo *Thuanus* lib. 47. & 99. & *Freherus* Theatri Viror. Claror. pag. 277. vitas vide enarratas a *Melchiore Adami*, (qui in vita *Jacobi Andreæ* imprimis fuſè occaſionem hiſtoricam, & ſucceſſum conditi hujuſce ſcripti recenſet) attamen priusquam imprimeretur liber ille Anno 1580. ſubſcriptus eſt à tribus Electoribus S. Romani Imperii, à Principibus XXI. Comitibus XXII. Baronibus IV. Civitatibus liberis XXXV. Interque eas Patria mea. Miniſtris Eccleſiæ octies mille. Id quod acerbe doluit Pontificiis & ſectariis aliis, antea calumniantibus effræni licentia, & plusquam temeraria audacia, non eſſe tres Auguſtanæ Confeſſionis Miniſtros inter ſe conſentientes. Quamobrem mirum haud eſt, ſecuta continuo fuiſſe tot virulenta contra hunc librum edita ſcripta, quorum partem magnam, ut & refutationum contra oppoſitarum enumeratam videre licet apud Draudium Bibliothecæ Theologicæ pag. m. 140. & ſeqq. & *Lipenium* in Bibl. Real. Theol. p. 386. ſeqq. nec non Hiſtoricos Eccleſiaſticos eorum temporum. Ex his nonnulla quoque Pſeudonyma contra Formulam Concordiæ edita, detectaque, vide infra in *Pſeudonymis* ad Nomina BAVARI *Palmerii*, STURMIANI, WOLFFII, *Theologorum Anhaltinorum*, *Belgarum & Palatinorum*. Hic addit *Margo Diecmannæus* ſequentia: In ſex auctores Formulæ Concordiæ falſis verſibus, haud ſcio, an unquam typis expreſſis, quidam Calvinianus luſit, quos dudum ex ſchedis Viri cujusdam illuſtris deſcripſi:

Rem mutilam mutilo carmine, lector, habe.
Pandoræ monſtrum ſex genuere Patres:
Nex animæ, Cornu, Mus, Chamos, Olla, Faber.

Extremus Pentameter ſex illorum Theologorum, qui F.C. conſcripſerunt, nomina complectitur. *Chytræus* tamen ipſe palmariam in ea conſignanda operam tribus tantum Theologis tribuit. En verba ex *Epiſtola* ejus A. 1581. Jac. Moravio ſcripta, quæ Chytræanarum, Hanov. 1614. 8. editarum pag. 417. 418. leguntur: *Torgenſem librum Bergenſi ego etiam multis modis præfero. Et me non adhibito ille primum mutatus eſt menſe Martio à III. Viris* Jacobo, Selneccero, & Kemnicio. *Poſtea menſe Junio alii etiam tres pro forma advocati ſumus, cum omnia jam transacta eſſent. Et tamen quod ſemel ſubſcripſi, retractare jam nec poſſim, nec velim.* Hæc ibi Chytræus.

De hiſtoria quoque illius conferri poſſunt *Rango* de Syncretiſmo pag. 1168. & obice pag. 94. 210. &c. imo reliquo fere toto, item Samuel *Pomarius* im Ehren-Gedächtniß der F.C. & alia ſcripta, nupero illius anno ſeculari 1680. publicata: nec non *Kudrauff* Diſp. Inaugur. de Libris Symbolicis §. 10. 11. 12. 13. ubi a me allegatis ſub finem §. 12. addit *Hutterum*, in Concordia Concordi: *Oſiandri* Hiſtoriam Eccleſ. *Fellerum* in continuat. *Lat.: Kipping.* in ſupplem. ad Pappum. Conferri huc quoque vult Syndicus *von Maſtricht*, *Hornbeck.* in ſumma controverſiarum lib. IX. pag. 657. & ſeqq. ad 663. Item *Wengerſcium* in Slavon. Reform. lib. I. pag. 53. pr. & *Dieſtium* de litib. & pace religioſ. pag. 140. & ſeq. *Schilterum* de libert. Eccleſ. Germ. lib. 2. cap. II. §. 9. 10. 11.

(685. β XXVII.) *Apologia Formulæ* CONCORDIÆ, *in qua Chriſti vera doctrina, quæ in libro Concordiæ comprehenſa eſt, firmis ſacræ ſcripturæ fundamentis defenditur, &c.* Heidelbergæ. 1583. 4. de qua Sethus Calviſius Chronologiæ ſuæ ad ao. 1581. pag. m. 945. ita ſcribit: Apologia Formulæ Concordiæ à Theologis tribus, *Timotheo*, „ *Kirchnero*, *Nicolao Selneccero*, & *Martino Chemnitio*, „ ſcribitur Erphurdiæ, quæ poſt triennium, cum „ à reliquis examinata eſſet, publicè editur. De „ ſcriptis variis formulæ Concordiæ oppugnandæ aut defendeudæ publicatis v. *Draudii* Bibliothecã Claſſicam p. 140. & ſeqq. & *Lipenii* Biblioth. Real. Theol. p. 386. ſeqq. v. & *Frantz* de Interpret. S. Script. p. 340. Addit *Margo Diecmannianus* ſequentia non omittenda: *Quæ hic recenſetur Latina interpretatio, eſt Philippi Marbachii S.S.Theol. D. & tunc Academiæ Heidelbergenſis Profeſſoris Ordinarii. Apologia ipſa autem primum Germanicè ſcripta & edita eſt, hoc titulo:* Apologia, oder Verantwortung des Concordien-Buchs/ in welcher die wahre Chriſtliche Lehre/ ſo im Concordien-Buch verfaſſet / mit gutem Grunde heiliger Göttlicher Schrift vertheidiget / die Verkehrung aber und Calumnien / ſo von unruhigen Leuten wieder gedachtes Chriſtlich Buch im Druck ausgeſprenget / wiederleget werden. Geſtellet durch etliche hiezu verordnete Theologen / im Jahr nach der Gebuhrt unſers HErrn und Heylandes JEſu Chriſti 1583. Vix *videtur hinc Apologia* Anonymis jungenda eſſe, *quia tres illi Theologi Præfationi generali, quæ huic Apologiæ præmiſſa eſt, ſua nomina ſubſcripſerunt, ſed ejus Auctores profeſſi ſunt. Quod de utraque editione Latina & Germanica* certus aſſeverare poſſum, *quia utramque habeo.*

(685. γ XXVIII.) *Inſtructio* CONFESSARIORUM, *ex Ludovici de Ponte Jeſuitæ ſcriptis excerpta*, ab alio Jeſuita Michaele LOSCHER prodita eſt absque ejus nomine. v. *Alegamben* p. 344. & totidem verbis *Sotvell* p. 615.

(686) FORMULÆ CONCORDIÆ *Latina verſio.* In Erhardi *Cellii*, Poeſ. Prof. Publ. Tubing. Orat. de vita *Jacobi* Heerbrand Theologi Tubingenſis, edita Tubingæ 1600. 4. p. 47. refertur HEERBRANDUM Autorem eſſe Latinæ verſionis Formulæ Concordiæ, qua Eccleſiæ Lutheri utuntur, & juſſu Ducis Dni ſui Würtenbergici eam 1578. elaboraſſe. Idem invenio in ADAMI VITA p. 681. excerpta ex Celliana parentatione.

(687) De ECCLESIÆ CONCORDIA, Arianorum atque Socinianorum doctrinæ σύμφωνος libellus, prodiit in Batavis circa A. 1630. *anonymus*. Hunc *Contra-Remonſtrantes*, præcipue autem

autem *Theologi Leidenſes*, *Simoni* Epiſcopio, Remonſtrantium Promacho, tribuerunt. Unus etiam ex iis, Ant. *Thyſius*, ut hanc conjecturam ſuam à vero non abludere oſtenderet, cœpit ex Apologia Remonſtrantium contra Cenſuram Leidenſem loca colligere, quæ locis ex libello iſto collectis à latere opponerentur, ut appareret, eundem Operis eſſe utriusque Autorem. Communicavit hæc Jo. *Mollerus*, Flensburg. *ex Epiſtolis præſtantium & Eruditorum Virorum* (*præcipue Remonſtrantium Theologicis & Eccleſiaſticis*, Amſt. 1648. fol. editis. citans Caſp. *Barlæi* Epiſt. ad Epiſcopium 1630. ſcriptam: (invenitur ea in opere hoc n. 474. p. 748. 749.) qua illum ab hac calumnia vindicat, & ad amolitionem illius, peculiarem apologiam ſe adornare ſignificat.

(687. α) DISCORDIA CONCORS: ſive *Enarratio familiaris alicujus colloquii de concilianda Lutherana & Reformata Religione habiti.* Edita à quodam concordiæ & veritatis amante. Anno 1663. in 8. *Chriſtianus* RAVIUS, Berolinenſis, ab aliquibus ejusdem auctor creditus eſt: ut Symbola habet *Mollero-Altorſina.*

(687. β) CONCORDIA RATIONIS & FIDEI, LIBER Atheiſticus in ſummo gradu deſcribitur, & quid de ſcripto & Auctore actum ſit 1694. m. Januario, Berolini novellis publicis eſſe perſcriptum fuſè docet *Sagittarius* Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. p 681. Unde curioſi facilè nomen auctoris & plura, de quibus mihi nunc non libet eſſe ſollicito, addiſcent.

(687. γ XXIX.) CONFESSIO *Auguſtana Principum & Statuum Imperii nomine Cæſari Anno 1530. oblata*, licet æquo jure cum cæteris ſcriptis anonymis cenſeri nullo modo debeat, cum ob argumenti dignitatem, imò divinitatem, tum ob ſubſcriptionem tot Imperii Statuum factam, ut polyonymis potius quam anonymis accenſeri mereatur: attamen quia primus auctor ſive Conſcriptor illorum articulorum nomen ſuum haud expreſſit, eo minimum intuitu non fuit hic planè omittenda mentio ſcripti, cujus meminiſſe nunquam ſatis cum magna laude DEI divinorumque, quorum illud ope fuit confectum atque defenſum, inſtrumentorum poſſumus, ſanè dememiniſſe nunquam debemus. Et verò à Magno DEI Viro LUTHERO ſcriptum hoc eſſe profectum, ex operibus ejusdem Jenenſibus Tomo tertio fol. 193. & ſeqq. ubi illud inter alia ejusdem ſcripta exhibetur, abundè conſtat. Attamen hic ſcrupulum movere poſſit, quod in operum PHILIPPI MELANCHTHONIS à Caſparo Peucero Wittebergæ 1562. in fol. editorum Tom. 1. pag. 29. & ſeqq. eadem Confeſſio tanquam illius Opus recenſetur. Sed ex *Chytræi* Latina 1575. 8. & *Dilheri* Germanica Hiſtoria Confeſſionis Auguſtanæ, necnon *Melchiore Adamo* in vita Lutheri p. 140. Melanchthonis pag. 334 aliisque hoc argumentum tractantibus Hiſtoricis conſtat, Lutherum antequam ad Auguſtana Comitia cum Johanne Saxoniæ Electore, filioque ejusdem Johanne Friderico unà iret, ipſius mandato cum *Philippo, Joh. Bugenhagio* qui & à Patria *Pomeranus* audiit, *Juſtoque Jona* collocutum de Religione fuiſſe, ac recepiſſe delatam ſibi communi eorundem conſenſu provinciam, Confeſſionem Orthodoxam in articulos redigendi, quod etiam articulis XVII. fecit, qui Tomo Jenenſi Germanico V. fol. 14. & ſeqq. leguntur, poſtquam ferè biennio jam ante ſimiliter XVII. articulos, Suabaci, Theologi Brandenburgenſes atque Norimbergenſes eundem prope in modum concepiſſent. Illi Articuli deinceps latius extenſi ſunt, & uberius propoſiti labore *Philippi*, non improbante hoc *Luthero*, cujus vide Epiſtolam pag. 22. Tom. V. Germ. Jenenſis. De Mutatione verò poſtea in eadem Confeſſione iterato edita per Melanchthonem facta, vide querelas acerbiſſimas apud *Conrad. Schlüſſelburg.* Catal. hæretic. lib. 3. de Sacramentariis pag. 203. & lib. 5. pag. 14. ubi mollem Confeſſioniſtam eum à *Laurentio Surio* Lubecenſi Theologo dici ſolitum non modo memorat, ſed eundem planè accenſet hæreticis, an jure vel injuria, Theologis decernendum relinquimus, quorum libri peculiares etiam partim excuſantes partim defendentes *Philippi* vitam & Doctrinam leguntur. Nobis ſufficiat hic notaſſe, quomodo, ut eſt apud Melchiorem Adami in vita Lutheri p. 140 LUTHERI *conſilio & conſenſu à* MELANCHTHONE *conſcripta Confeſſio exhibita eſt:* imo ut ex *Davidis Chytræi Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis* & *Cœleſtino de Comitiis Auguſtanis* refert *Burgoldenſis ad inſtrum. Pacis* part. I. pag. 17. *Confeſſio iſta à* LUTHERO *&* MELANCHTHONE *conſignatis articulis conſtans exhibita eſt.* Unde quo jure in utriusque operibus exhibeatur apparet. Ipſum Autographum ſubſcriptum hujus confeſſionis adhuc in Archivo imperii aſſervari l. c. p. 18. notat Oldenburgenſis. Lutheri verum Elogium à Wolffgango Severo Præceptore Ferdinandi I. profectum hic omittere non poſſum. Id tale eſt:

Japeti de gente prior majorque Luthero
Nemo fuit, ſed nec credo futurus erit.

De *Luthero* & *Melanchthone*, pluſcula collecta etiam exhibent teſtimonia, κείσεις Melanchthonianæ à Gregorio *Richtero* Isleb 1507. in 8. V. n. 863. excerptum C. & Auctorem der Monatl. Unterredungen/ (quæ pro parte Clariſſimo, amico meo *Tenzelio* Ducali Saxonico Gothano Hiſtoriographo debentur) ad A. 1691. p. 910. ſub lit. (a) Quod hoc nomine *Philippus* Librorum contra ſe invectivorum, imo *Philippiſmi* etiam crimen ſive hæreſin imputatam habeat, innumeri libri, hic non nominandi teſtantur. vide *Lipenii* Biblioth. Theol. & Philoſophicam tit. Melanchthoniani & Philippiſtæ. *Bembellonam* perſonatum detectum ſuo loco in *Pſeudonymis* part. 2. c. X, pag. 77. & ſeqq. *Teiſſier* ad Elogia Thuani Tom. I. pag. 191. 192. *Acta Erud.* Lipſ. 1687. pag. 290. *Heideggeri* Manuduct. in viam concordiæ Proteſtantium Eccleſiaſticæ. *Hoornbeckium* quoque in Summa controverſiarum edit. 2. pag. 620. & ſeq.

(a) Auctor der Monatl. Unterredungen *ad ao. 1691.* Hierauf folget ein *Extract* aus der *Apologia Auguſtanæ Confeſſionis*, welche doch vom *Melanchthone* in *Stylo* geändert worden / ehe ſie in Druck kommen; Weil aber der Chur-Fürſt dem Land-Grafen ein geſchriebenes Exemplar geſchicket/ ſo meint der Hr. von Seckendorff/ daß/ wann ſolches noch in Caſſel zu finden/ auß demſelben vielleicht etliche Zweifels-Knoten/ wegen des vom *Melanchthone mutirten Styli*, aufgelöſet werden könten: Welches wir dem gelehrten Manne in Caſſel/der ſchon etliche Jahr Hr. Land-Graf Philips Leben und Thaten zu beſchreiben bemühet iſt/ zu genauer Unterſuchung überlaſſen.

---

(688) CONFESSIONIS AUGUSTANÆ APOLOGIA auctorem quod potiſſimum habeat *Phil.* MELANCHTHONEM, notum eſt. Idque adſtruit etiam *Rudrauffius* Diſp. de libris Symbolicis; (a) aliique paſſim. Videatur inprimis *Seckendorffii* Hiſtoria Lutheraniſmi, cum aliis ex profeſſo hac de re agentibus ſcriptis.

(a) *Kilian* Rudrauffius, *Diſſ. Gieſſæ 1686. habita de libris Symbolicis Cap. III. §. 3. Cæterum, cum Auguſtana Confeſſio exhibita eſſet Carolo Quinto, juſſu Imperatoris à Pontificiis Theologis, qui Comitiis Auguſtanis intererant, adornata fuit confutatio, eaq́ꝫ Statibus publice prælecta. Quoniam autem Proteſtantibus ejus copia denegabatur, Philippus* Melanchthon & cæteri Theologi, *quæ ex Confutationis illius prælectione aſſequi potuerant, peculiari quadam Apologia conati ſunt refellere. Hæc Apologia initio admodum ſuccincte erat conſcripta; Sed Philippus poſtea multa adjecit, eamque auctiorem edidit. — — Apologia autem à* Philippo Melanchthone, *quemadmodum ipſe in præfatione fatetur*, privato auſu aucta & adornata.

---

(689) De exercitiis Spiritualibus ad CONFESSIONEM & COMMUNIONEM *rite obeundis Tractatus VI. quorum primus exiit inſcriptus* SACRA TEMPE *ſeu de ſacro Exercitiorum receſſu exempla*, Ingolſtad. typis Georgii Hænlini 1622. in 12. *Sotw.* pag. 787. a. vertiſſe *ex Italico Latine, ſuppreſſo nomine, Wolffgangum* SCHONSLEDERUM, natione Germanum, patria Monacenſem, Jeſuitam, retulit. In indice tamen anonymorum non comparet. Nec *Alegambe*, qui hunc ipſum librum habet, perhibet teſtimonium *ἀνωνύμως* prodiiſſe.

(689. a). Orthodoxa CONFESSIO CATHOLICÆ atque APOSTOLICÆ ECCLESIÆ ORIENTALIS. Homologiæ hujus condendæ auſpicia non immeritò ſibi vendicare *Petrum* MOGILAM, Metropolitam Kievienſem, thronique Conſtantinopolitani Exarchum illuſtrem, conſtat ex verſione ejus Latinâ, quâ de vid. *Acta Erud. Lipſ.* ad A. 1695. pag. 319. (a) & fuſius etiam Monatliche Unterredungen / 1695. menſis Junii initio pag. 437. & ſeqq. Unde quoque de MELETIO SYRIGO, primario hujus operis confectore aut interprete, lectu digna memorantur (b) pag. 446. & 452. maleque PANAGIOTAM interpretem â Carolo de *Freſne* in Gloſſario commendatum, cujus mala fides p. 447. & ſeqq. fuſe refertur.

(a) Acta Erud. Lipſ. a. 1695. pag. 319. *Inter Eccleſiæ Græcæ ſeu Orientalis confeſſiones, quæ typis exſcriptæ proſtant, hæc à celeberrimo Academiæ Upſalienſis Profeſſore atqꝫ Theologo,* Normanno, *primum latine reddita, eſt recentiſſima. Primum illa in Belgio Fœderato, Græce tantum A. 1662. publico præpotentum Ordinum ſumtu excuſa, paucioribus innotuit; quod exemplaria ejus maximam partem Conſtantinopolim, ut Græcorum Chriſtianorum uſui inſervirent, transvecta eſſent. Sed τὸ πρωτότυπον ejusdem Patriarcharum Græcorum ſubſcriptionibus confirmatum anno 1671. ad Legatum Galliæ Regis in Porta Ottomannica, Marchionem de Nointel, miſerat Panagiota, primus Turcarum Imperatoris interpres, teſtantibus epiſtolis, è quibus doctiſſimus editor in præfatione Operis hujus allegat. Ipſe autem primum exemplar ab illuſtri Sparwenfeldio, in quo paginis adverſis cum Græca typis exarata, tum Sclavonica calamo deſcripta habebantur, mutuo accepit, ut deſcriberet, Latinamqꝫ adderet interpretationem. Cum hoc exemplar Belgicum ſupra memoratum contulit, & accuratæ indolem Græcitatis vulgaris, qua Confeſſio exarata fuit, verſione latina expreſſit. Cæterum ex Patriarchæ Hieroſolymitani Nectarii præfatione apparet, condendæ hujus Homologiæ auſpicia quidem ſibi non immerito vindicare Petrum* Mogilam, *Metropolitam Kiovienſem, Throniqꝫ Conſtantinopolitani Exarchum illuſtrem.*

(b) Monatliche Unterredung. p. 440. Unſer Herr Normann ſchleuſt nun hieraus / erſtlich/ daß der erſte Urheber dieſer *Confeſſion* geweſen Petrus Mogila, *Metropolit* zu Kyow/ gebohren aus dem Geſchlechte der Moldauiſchen Fürſten/ ein reicher/anſehnlicher und gelehrter Mann/ der auch unter den Seinigen/ anderer Schriften halber/berühmt iſt/die in Sclavoniſcher Sprache abgefaßt/ſonderlich das *Euchologium*, aus dem Griechiſchen überſetzt/und im Kloſter zu Kyow Anno 1646. gedruckt. Zum andern/daß Meletius Syrigus vornemlich Hand angeleget/ dieſe noch unausgearbeitete *Confeſſion* zum Stande zu bringen / wie er denn auch mit einem abſonderlichen *Scripto*, wider *Cyrillum Lucarim* ſich berühmt gemacht / und dannenhero von etlichen für den *Auctorem* des gantzen Wercks gehalten wird. Zum dritten/daß *Carolus du Freſne in Gloſſario Græcitatis* mit unrecht den Ober-Dolmetſcher *Panagiotam*, für den Uberſetzer dieſes Rußiſchen oder Griechiſchen *Catechiſmi* und *Confeſſion* in die heutige gemeine Griechiſche Sprache ausgebe/ welcher doch dazumahl/wie die Bekäntniß abgefaſſet worden/vielleicht noch gar jung geweſen / auch als ein Läye von ſo vielen *Theologis* ſchwerlich zur Uberſetzung gelaſſen werden mögen. Doch habe er ſich unſterblich darum verdient gemacht / daß er durch ſeine Vorſehung / Sorge und (wenn dem *Nectario* zu glauben/) Koſten/ dieſe *Confeſſion A.* 1662. drucken laſſen: Und wiewol aus einem Zeugniß des Frantzöſiſchen *Ambaſſadeurs* an die Ottomanniſche Pforte/ *Olier de Nointel*, erſcheinen will/ daß *Panagiota* zwar das geſchriebene Exemplar/ es auf ſeine Koſten zu drucken/ in Holland geſchicket/ die Herren Staaten aber die Koſten hergeſchoſſen / und durch ihren *Reſidenten* dem *Panagiotæ*, deſſen Gunſt zu erhalten/ viel *Exemplaria* verehren laſſen; So läſſet es doch Herr Normann an ſeinem Ort geſtellet ſeyn / weil auch

der

der Patriarch *Dionyſius* zu Conſtantinopel mit dem *Nectario* hierunter übereinſtimmet / wie aus einem weitläuftigen *Loco* des bekanten Sorboniſten / *Arnaldi* erhellet/ den der Herr Normann/ *ex Tomo III. p. 685.* gantz ausſchreibet *ſeq.*

Pag. 446. Zu dem nimmt die Griechiſche Kirche zu Jeruſalem in einem *Synodo*, den ſie *an.* 1672. unter ihrem Patriarchen *Doſitheo* gehalten / dieſe *Confeſſion* als *univerſal* an/ und gibt ihr folgendes Lob / welches wir nur aus des Herrn Normanns Lateiniſcher *Verſion* anziehen wollen: *Ante hos ſex ſeptem maximè annos in lucem liber, hoc titulo, prodiit:*

Confeſſio Orthodoxa Eccleſiæ Orientalis.

Scriptus ille quidem à Sanctiſſimo illo Metropolita Kiovienſi, Petro (Mogila) *ſed dilucidior emendatiorq; factus, ſi qua in re illuſtrationis emendationisque egere viſus eſt, juſſu Synodi Glaſſenſis, à* Meletio Syrigo *Cretenſi, magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Protoſyncello ac Doctore. Quem librum & tum utique recepit, & nunc etiam recipit univerſa planè Eccleſia Orientalis: typis autem mandavit, nihil neq; detrahens, neq; adjiciens, ſed exemplari ſuo quam ſimillimum vir primarius optimusque, illuſtriſſimus & ſapientiſſimus Dominus* Panagiota, *orientalis occidentalisq; imperii interpres ſummus, pietatisq; cultor ardentiſſimus.*

Pag. 452. Damit man aber die Urſache des Unterſchieds zwiſchen dieſen beyden *Confeſſionen* deſto beſſer errahten möge / iſt aus obiger Erzehlung wol zu *attendiren* / daß Meletius Syrigus bey *Revidirung* der neuen *Confeſſion* das beſte gethan: Hingegen nennet ihn *Thomas Schmith in Miſcellaneis, p. 9. Græculum Tenebrionem, partium ſtudiis addictiſſimum, & in Collegio Græcorum Romæ educatum.* (*NB. addit tamen,* ni fallor.)

(689. β) CONFESSIO THEOLOGICA, tribus partibus edita Pariſiis ao. 1639. *Johanni* CASSIANO tribuitur, docente Mabillonio T. II. Analectorum. pag. 692. (a) qui tamen facti rationem non approbat; vid ſupra num. 662.

(a) Mabillon. T. II. analector. pag. 692. *Id diſertè confirmat poſterioris hujus libri (nempe commentariorum in libros Regum Gregorii Magni) editio Pariſiis A. 1539. apud Vaſcoſanum adornata, atq; in tres partes, ſicut in Codice Metenſi, diſtincta ſub hoc titulo:* Confeſſio Theologica tribus partibus abſoluta. *Cujus Confeſſionis autorem* Vaſcoſanus, *aut alius quiſpiam, ex marginalibus quibusdam, velut fugientibus veteris ſui exemplaris adnotatiunculis, deprehendit fuiſſe dictum* Johannem. *Quod de* Johanne Caſſiano *perperam interpretatus eſt.*

CONFESSIONES reliquas, auctoribus inſignitas ullis, vide in Pſeudonymis, quamque ſuo loco.

(689. γ XXXI.) *Deciſiones Caſuum* CONSCIENTIÆ, *qui ſingulis menſibus in congregationibus Archipresbyterialibus diœceſis Bononienſis diſcutiuntur, annorum quinque ab An. 1634. ad 1639. excluſivè, Lectoris Theologiæ Moralis in Cathedrali Bononiæ* nomine publicatæ *Carolo* ZAMBERTO *Jeſuitæ Placentino* tribuuntur ab *Alegambe* p. 72. & *Sotwell* p. 136. quem ſequitur *Witten* in diario Biograph. ad Ao. 1650.

(690) *Praxis* de CONFORMITATE *ad Dei voluntatem, cum appendice piorum exercitiorum* Flor. 1654. Suppreſſo nomine a *Joh. Maria* AMBROSIO Florentino Ord. Reg. editam ex Silos Tom. III. hiſt Reg. memorat *Olear.* in literis de Ao. 1676. 26. Jun. Nihil de hac re *Leti*, Italia Regnante, Part. III. pag. 409. de ſcriptore hoc agens.

(690. α XXX.) CONFUTATIO CENSURÆ *quorundam Theologorum* PARISIENSIUM, *ſub nomine Facultatis Theol. Pariſ. editæ, in quaſdam propoſitiones ex* R. Patris SARTARELLÆ *libris collectas* 1627. in 4. excuſas à *Guilielmo* FABRICIO *Noviomago* Theologiæ Doctore & Profeſſore Lovanii editas eſſe, *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 315. teſtis eſt, & quidem ſatis idoneus, utpote qui Collega ipſius fuerit. Quem ſequitur *Witten*, in Diario Biographico ad Ao. 1628.

(691) G. V. V. *Opuſculum tripartitum* de CONSCIENTIÆ COACTIONE, BAPTISMO & BLASPHEMIIS in Majeſtatem tam divinam quam humanam, Amſtel. 1644. Literas initiales nomen *Gerhardi* von VRYBURH notare, quod tamen fictitium, pro *Abrahamo* DAVIDIS, obſervavit *Hottingerus* Biblioth. quadripartiti p. 421. ubi §. 1. c. V. l. 3. Bibliothecæ Theologicæ Anabaptiſtarum ſcripta recenſet, ex quibus hocce inter oppoſita Reformatis numerat; & paulo poſt ſub iisdem literis alterius quoque ſcripti meminit tali titulo: *Probatio lixivii D. Bontemps: ubi G. V. V. fides potiſſimum auctoris & methodus agendi ſollicitatur.* Hucque tendit auctor, ut probet ſibi ſuisque falſo quædam imputari: poſtquam antea memoraſſet ejusdem argumenti etiam alia ſcripta, qualia ſunt: *Confutatio argumentorum, quibus* P. Bontemps *probare conatur, Anabaptiſtas injurios eſſe in DEum & homines* 1643. *Spongia ad abluendas maculas* Petri Bontemps, *contra certam Anabaptiſtarum ſectam.* Jodoci Henrici *Lixivium contra ejusdem maculas* &c. apologeticum ſcriptum de ſingulis confeſſionis Anabaptiſticæ capitibus. Amſt. 1644.

(691. α XXXII.) CONSENSUS ORTHODOXUS *ſacræ ſcripturæ & veteris Eccleſiæ, de ſententia verborum* COENÆ DOMINI, *adeoque de tota controverſia ſacramentaria, in certa capita diſtinctus, & in gratiam veritatis & pacis amantium ſacramentariis erroribus oppoſitus,* Heidelberg. 1574. in 4. editus eſt, atque recuſus etiam, teſte *Draudio*, pag. m. 117. Tiguri 1585. in fol. Liber eſt defendens Calvinianam de Sacra Cœna ſententiam, conſcriptus à *Chriſtophoro* HERDESIANO, Syndico Reip. Norimbergenſis, quem *Draudius* pag. 142 Bibliothecæ Claſſicæ, ut & in ejusdem indice perperam *Hardeſianum* vocat: vide *Conr. Schlüſſelburgii Theologiam Calviniſticam*, & eundem *Draudium* pag. 17. & hunc iterum allegantem Dn. *Geislerum* dec. 5. n. 8. ubi nota, malè ſubſtitui pro *Chriſtophoro, Cyriacum Herdeſianum* Anhaltinum ab Oleario in appendice Carpzovianæ Iſagoges librorum

 ſym-

ſymbolicorum §.1.p.1705. cum hic illo ſit junior multo. Extant autem utriusque ſcripta ſub veris quoque nominibus prodita. Nimirum *Chriſtophori Herdeſiani Conſilium in controverſia Honoldina, an infratrum liberis, facta ſubſtitutione ſubintelligatur tacita conditio: ſi ſine liberis* Norimb. 1567. in 4. *Cyriaci Herdeſiani:* 1. *Leſſus Cæſareus ſuper obitum Rudolphi II.* Norimb. 1612. in 4. 2. *De Nobilitate* Lipſ. 617. 3. *De perjurio ejusq; differentiis & effectibus &c.* Adjuncta eſt *de principali in ſubditos, eorumque bona & conſcientiam poteſtate diſſertatio.* Lugd. Bat. 1613. 4. *Cynoſura juris Canonici qua hujus juris origo, progreſſus, Methodus uſus ac abuſus demonſtratur.* Francof. 1621. in 12. De Chriſtophoro hoc vide plura in *Pſeudonymis* ad nomen *Wolffii.*

Cæterum editio libri hujus 1574. Heidelb. 4. excuſi Theologici capita continet IX. & p. 378. cum prolegomenis quibusdam, de erroribus ex verbis cœnæ Domini, non recte & ſecundum fidei analogiam intellectis, pag. 18. Conradus Schlüſſelburgius, libro 4to Theol. Calviniſtarum, (qui Francof. a. 1610. in 4. latine ſolum ac ſeorſim editus eſt, cum libri illius tres priores latinè & Germanicè ſub finem XVI. ſeculi prodierint, quos ſolos evolvi, ex quarto vero excerpta beneficio Domini *Molleri* Flensburgenſis accepi) pag. 201. hunc Chriſtophorum *Herdeſianum*, Conſenſus orthodoxi auctorem, Halberſtattenſem fuiſſe ait, fullonis filium, ſibi complures abhinc annos notiſſimum, & Calviniſtam blaſphemum, rabulamque polypragmonicum appellat. Ibidemque mentionem facit refutationis hujus *conſenſus*, à Theologis Wirtenbergicis editæ. Fuit autem *Chriſtophorus Herdeſianus* (Helmſtadii ao. 1523. natus) Reib. Norib. conſiliarius primarius; obiit d. 22. Dec. A. 1585. æt. 62. Orationem parentalem ipſi à ſe habitam edidit Marqu. *Freherus.* V. Jac. *Eberti* Elogia JCtorum Hebraizantium num. 36. Sed *Cyriacus Herdeſianus* J.U.D. & in Acad. Francof. Profeſſor fuit. Conf. Pſeud. noſtros n. 453. & n. 649. Conſentit quoque in ipſum auctorem hujus conſenſus *Hottinger.* in Bibliothecario Quadripart. pag. 379. (a) & pag. 463. Conſilio illi Herdeſiano, quod memoravimus ſupra, oppoſita eſt Matthiæ *Laymanni* Defenſio Nobilis cauſæ Honoldinæ, Ingolſtadii a. 1580. in 4. publicata n. 5. p. 4. in quâ mentio fit Conſilii jurid. facult. Acad. Ingolſtad. in hâc cauſâ concepti, cujus manuſcriptum poſſideo, 14. vel 15. circiter plagularum; ac licet Reſponſum Herdeſianum approbaverint ſubſcriptione ſuâ Academiæ Lipſienſis, Heidelbergenſis, Wittebergenſis, & JCti ſummi, juſtus Bayerus, Chriſtophorus Julius, Andreas *Stoeckelius*; & ſeparatim *Weſembecius*, referente *Draudio* in Bibl. p. 736. tamen pro Ingolſtadienſium conſilio ter judicatum fuit, & quidem ultimò in Camerâ 25. ſept. 1566. Contra quam ſententiam petita reſtitutio in integrum denegata fuit 8. Jun. 1586. Sed hæc forte hic alieniora. Librum ipſum memorat etiam *Lipenius* Biblioth. Theol. pag 321. a. addita parentheſi *(Chriſt. Herdeſii* creditur.) editionis Tigur. fol. 1547. & 1585. Loco verborum tituli ultimorum *(et ingratiam,)* usque ad *(oppoſitus) hic alia in Dipnoſophiſtarum & Mataologorum impoſturas* (ſic noſtram Orthodoxiam vel ipſe libri titulus exagitat) ϛηλιτευτικὰ, in mea editione leguntur, ut docet hic *margo Diecmannianus*, qui 1665. editionem ſuam indicat. Additque: "Theologi *Würtenbergici*, qui paris molis libro hunc "conſenſum Orth. refutarunt, plurium fœtum "eum eſſe rati, auctores ejus, ſemper *Compilato-*"*rum nomine* notant, & citatæ Theologiæ Calvini-"ſticæ librum 2. Art. 7. fol. 60. & 61. adſcribit.

(692) CONSILIUM *de quibusdam Defectibus ex Eccleſiis Evangelicorum tollendis, à Chriſtiano Groſſ.* Theol. Doct. Profeſſ. & Eccleſ. Stetini ao. 1642. qui itidem *Syllogæ Diſtinctionum Theol.* in articulis fidei, a. 1670. id annectit, cum ſua præfatione, in qua haud obſcure hoc ſcriptum *Theologo Misnenſi* tribuit. Non obſtitit tamen hoc, quò minus ipſi adſcriberetur *Groſſio*, in diſputatione de auxiliis gratiæ divinæ Tubing. 1674. habita ſub præſidio *D. Joh. Andr. Oſiandri* Coroll. X. p. 47. Vindicavit autem poſtea vero auctori D. *Balthaſari Meiſnero*, Prof. *Witteb.* hunc libellum *M. Gottfr. Wegener* ediditque ſub hoc titulo: *Balthaſaris Meisneri* S.S Theol. D. & Profeſſ. in Academ. Wittenbergenſi celeb. paulo ante beatum obitum ab ipſo manifeſtata & delineata; ac inſimul *Pia deſideria & Conſilia Theologica de quibusdam Defectibus in & ab Eccleſiis Evangelicorum tollendis*, edita cura M. G. W Francof. 12. 1679 Conſtat paginis 70. triplici Claſſe titulorum, quibus exhibentur I. Defectus Miniſterii Theoretici, titulis XXXVII. Quibus præcipue libri Theologici adhuc ſcribendi proponuntur usque ad p. 55. II. Defectus quod ad Praxin Theologicam XIV. abſolventes tractatum reliquum. Ut adeo III. Claſſis, defectus Ordinis Politici, ſectionibus X. in præmiſſo ſyllabo promittens, plane manſerit inelaborata: quemadmodum & capita quædam præcedentium. Qua de re, ut & de certa notitia ipſius auctoris nunc præfixi, monuit ſollicite, cumprimis optimè de republicâ litterariâ, Chriſtianaque meritus, & alias & hac editione, ut & de noſtro hocce ſcripto, cui non contemnenda ſubmiſit editor, *M. Gothofredus Wegnerus.* De ſectionum & ſyllabi diſcrimine monitione peculiari ſubjuncta: (a). De auctore vero in dedicatione (b) ad Virum certe ſupra laudis meæ dignitatem & doctrinæ & vitæ pietate multum evectum, Philippum Jacob. *Spenerum.* Cujus & ipſius pia deſideria extant vere pia, utinam vero non mera deſideria huc usque deſiderata fruſtra, nec in opus à quoquam duci cœpta, magno cum Eccleſiæ malo manſiſſent, aut porro manerent.

(a) M. Gotfried Wegnerus in monitione de ſectionum & ſyllabi diſcrimine, Piis Deſideriis Meisneri præfixa, p. 22.

Obſervet lector, ſyllabo huic non exacte reſpondere ſequentem Deductionem. Nam in ſyllabo numerantur defectus, qui plane non explicantur, aut poſtea deducuntur; e.g. poſtremi tres Theoretici, item 12. & 13. practici, & omnes ac ſinguli Politici: Forte quod vel non neceſſarium, vel periculoſum partim judicavit B. autor, imprimis quosdam Politicos: intellectu itaque faciles indicare, procul dubio ſufficere viſum eſt. Contra recenſentur & ex-

& explicantur in deductione defectus, quorum non ſit in Syllabo mentio, quod ocularis inſpectio demonſtrabit. Noluimus tamen mutare ſyllabum, multo minus non viſa aut lecta addi potuere.

(b) Idem *in Dedicatione eidem libello præfixa. pag. 12.*

Mihi verò, cum nuper Collegam & compatrem meum cariſſimum, Eccleſiæ noſtræ Paſtorem, Miniſterii Seniorem & Diœceſeos Inſpectorem graviſſimum meritiſſimumq́; de hoc Conſilio interogarem, num ipſi eſſet notum & quid de illo ſentiret; referebat vir venerabilis, iſtud Witteberga à Præceptore ſuo, Dn. D. Balthaſare Meisnero *b.m. propoſitum publicè, & in calamum dictatum fuiſſe, huncq́; agnoſcere Auctorem verum. Cumque petenti manuſcriptum ſuum commodaret, iſtud cum impreſſo contuli, ac deprehendi alicubi partim diſcrepantia, partim omiſſa. Volui igitur conſilium iſthoc, anonymum hactenus, (quamvis Editori quoq́; adſcriptum in quadam diſputatione viderim) nunc cum nomine veri Auctoris, idq́; auctius & emendatius bonis omnibus communicare.*

(693) CONSILIUM *cujusdam* EX ANIMO CUPIENTIS ESSE CONSULTUM & ROM. PONTIF. DIGNITATI, ET CHRISTIANÆ RELIGIONIS TRANQUILLITATI M. D. XXI. trium paginarum, ut loquuntur, in quarto. Ex ſtylo genioque auſim ERASMO adjudicare; adeo eſt elegans & argutum, ejusque genio congruum. In operibus ejus non comparet, nec in eorum recenſione *Bateſiana* in Vitis, nec meminit ejus *Lipen.* in Bibl. Theol. In *authographis Brunſvicenſibus*, (de quibus *ſuo loco in anonymis cap. V. n.* 1040.) pag 82. Tomo II ad Ao. 152. ſine loco, anno & editore nedum auctore quoque recenſetur.

(693. *a* XXXIII.) CONSILIUM *ſuper* CONTROVERSIA *vertente inter* PAULUM *Papam V. & Remp.* VENETAM Venetiis 1606. in 4. publicatum fuit, quod *Goldaſtus* Monarchiæ Imperii Tomo 3. pag. 439. inſeruit ſub titulo PARISII cujusdam; addens Auctorem ejus perhiberi *Jacobum* LESCHASSERIUM ſive Le CHASSIER, Advocatum Regium, cujus idem paulo ante pag. 277. Tractatum *de libertate antiqua & Canonica Eccleſiæ Gallicanæ* exhibuerat. Utrumque ſcriptum Papalem auctoritatem, & inſolentiam Cleri Romani mirifice oppugnat, neque ſtylo, neque genio ſcribendi abſimili adeo, ut ejusdem auctoris eſſe non ſentias. Extant præterea ejusdem JCti *Antemurale Sionis*, & *de vocabulis ad Geographiam Juris Romani pertinentibus obſervatio,* Venet. 620. 8.

Item *de notis locorum communibus Hiſtoriæ ſacræ exoticæ.* Pariſ. 1621. 8.

Item *in Bibliotheca noſtra publica Johannea* extantes hi *Gallici* libri ſatis rari: Jaques *Leſchaſſier* obſervation de la renunciation, au Vellejan, Paris. 1598. in 8vo: De la repreſentation. ibid. 1598. in 8o. Obſervation de la Digamie Par. 1601. Inſuper alii etiam ab *Hydeo* & *Lipenio* in Bibl Theol. & Philoſophica exhibentur. Inter quos & *latina verſio*, & *Gallica editio* modo memorati libri *de libertate Eccleſiæ Gallicanæ*. Quin & hujus noſtri ſcripti anonymi per *Goldaſtum* detecti nominatim apud utrumque fit mentio. Totam controverſiam ſcite proſequitur, ut ſolet, *Thuanus* lib. 137. lectu plane dignus. Cujus paucula excerpta, quia in omnium manu eſt, hic dare contenti ſumus (a). Cæteroqui diſſimulare hic non debeo, extare penes me *librum hæc omnia plene declarantem*, & in ſe rarum, & eo mihi cariorem, quod *proavi mei, Vincentii Mölleri*, J. U. L. olim inclytæ Patriæ meæ *laudatiſſimæ memoriæ Conſulis*, *manu marginales notas*, admodum quidem breves, at haud eo minus notabiles aliquas continet ad conſilium Cenſurarum *Pauli* V. P. M. a. Paulo *Veneto* conſcriptas. Operis titulus hic eſt: *Pauli V. Papæ Excommunicationis ſententia*, *adverſus Sereniſſimum Ducem ac Senatum & univerſum Dominium Venetum ob decreta ſua* (1) de non alienandis bonis immobilibus in perſonas Eccleſiaſticas (2) de non erigendis de novo Eccleſiis & Monaſteriis, aliisque hujusmodi ædificiis absque licentia ſereniſſimi Ducis &c. (3) de judicandis & puniendis Clericis pro criminibus gravibus & atrocibus. Et pro iisdem diverſorum graviſſimorum ſereniſſimæ Reipublicæ Venetæ cum Theologorum tum Juris-Conſultorum reſponſiones, in quibus nuper *ex Italico* maximam partem in Latinum verſæ, & in lucem editæ Francofurti prelo Richteriano, curante Conrado Nebenio anno 1607. in 4. ubi poſt dedicationem Senatui Francofurtenſi ab editore Nebenio factum, ſequitur: *Interdictum Pontificium* pag. 1. usque ad 11. Inde *Leonardi Donati Ducis Veneti Reſcriptum* usque ad pag. 14. Tum Fr. *Paulli conſiderationes cum notis MStis* modo laudatis, ad pag. usque 87. Inde *Quirini Senatoris Veneti Relatio rationum cum cenſuris JCtorum* pag. 225. Porro *Tractatio de Interdicto Pauli V. compoſita à Theologis 7. Propoſitionibus* XLX. usque ad pag. 166. Sequitur *Reſponſum M. Antonii Peregrini* cum ſubſcriptione JCtorum Patavinorum, pro decreto Reip. Venetorum usque ad pag. 190. *Reſponſum M. Antonii Orthelii* J. C. Utinenſis, cum ejusdem ſubſcriptione usque ad 248. *Oratio Apologetica* ſ. ſermo apologeticus anonymus & alia minora, usque ad pag. 296. quæ ultima eſt illius libri: cui annectitur Nic. *Vianierius*, de Venetorum excommunicatione adverſus Card *Baronium*, & ad Parænefin ejusdem antichriſtianam Chriſtianorum Reipubl. Venetæ Reſponſio Fr. 1606. Item *Reſponſio* Card. *Bellarmini ad duos libros*: unum, cujus inſcriptio eſt: *Reſponſio cujusdam Doctoris Theologi* AD EPISTOLAM REVERENDI ſui amici, DE BREVI ET CENSURIS à ſanctiſſimo PAULO V. Papa ADVERSUS Dominos Venetos publicatis. Et alterum cujus titulus eſt: *Tractatus & Reſolutio Joannis* GERSONIS Theologi & Cancellarii Pariſienſis DE EXCOMMUNICATIONIS VALORE: ſumma fidelitate *ex latino* in vulgarem linguam bipartito opuſculo translati. Acceſſit his interpretis præfatio, qua cauſæ explicantur, cur hanc illuſtriſſimi & reverendiſſimi Cardinalis Bellarmini reſponſionem ex Lingua Italica, in qua ſcripta & edita primum fuit, in Latinam transtulerit. Moguntiæ, apud Balthaſarem Lippium & Nicolaum Steinium anno 1606. Hi libri duo ut ſint celebris illius Pauli ſeu Petri potius SARPII, his

his verbis memorat tota deſuper hiſtoria THUANUS. lib. 137. pag. 1258. edit. in folio anno 1620. Prodiit dein *liber anonymo auctore*, cujus VIII. *capita*, quo probatur principes nullo interjecto medio poteſtatem, qua utuntur, a DEO derivatam habere ſine ulla exceptione. Hunc libellum ſuppreſſo nomine evulgatum *Fr. Paulum* ſcripſiſſe Romæ creditur, & ab eodem duo *Jo. Gerſonis* opuſcula cum præfatione edita. Itaque Robertus *Bellarminus* Cardinalis, omiſſis conſiderationibus, quibus Fr. Paulus nomen ſuum præſcripſerat, in auctorem anonymum & opuſcula ſtylum ſtrinxit & octo illas propoſitiones plane confutat. Joannes *Marſilius* Neapolitanus è contrario ſcriptorem anonymum defendendum ſuſcepit pag. 1260. Ultimum Bellarmini ſcriptum adverſus Gerſonis & præfationem iis præfixam minime reſponſo caruit; & cum finem jam ſcribendi factum omnes putarent, F. Paulus, qui auctor præfationis credebatur —— jam renudato animo, & *nomen ſuum profeſſus*, illius, & Gerſonis defenſionem, prolixa & accurata apologia, ſuſcepit. Hactenus *Thuanus*. De interprete librorum ipſo autem haud dum mihi conſtat. Cæteroqui extat & in Raccolta degli ſcritti uſciti fuori in iſtampa e ſcritti a mano, nella cauſa de Signori Venetiani: Secondo le Stampe di Venetia, di Roma, & d'altri luoghi, Stampato in Coira per Paulo Marcello. 1607. 4. Tom. II. pag. 321. ſeq. ubi inſcribitur: *Conſultatio Pariſii cujusdam de controverſia inter ſanctitatem Pauli V. & Sereniſſ. Remp. Venetam.* Ut habet *Margo Diecmannianus*.

---

(694) CONTROVERSIÆ *noſtri temporis, in Epitomen redactæ.* *Wood* Antiquit. Oxon. l. 2. pag. 79. a. (a) argumento ſatis valido probatum ex *Rainoldi* Cenſura libb. Apocryphorum præl. 2. pag. 22. (b) dedit, eas ex *Roberti* PARSONII Jeſuitæ, profluxiſſe ingenio. *Sotwell* & *Alegambe* de hac re nihil tamen habent.

(a) Wood. *Antiquit. Ox. l. 2. pag. 79. a.* Controverſiæ noſtri temporis in Epitomen redactæ, *in collegii hujus Bibliotheca ipſius Auctoris manu* (ſcil. Parſonii) *conſcriptæ habentur: quibus hæc itidem præmiſſa legis. Compilator hujusce Epitomes eſt* Robertus Parſonius, *ut patet ex* Johanne Rainoldo, *in Cenſura librorum Apocryphorrm præl. 2. pag. 22. ex editione Hieronymi Galleri, in nobili Openheimio* 1611.

(b) Joh. Rainold. in Cenſura libb. Apocryphorum præl. 2. pag. 22. *Et extat manuſcripta Controverſiarum noſtri temporis Epitome, quam Robert.* Parſonius, *popularis noſter, nulli Jeſuitarum Anglorum ſecundus, ne Campiano quidem, confecit è dictatis Profeſſorum ſui ordinis, ad uſum Anglicani ſeminarii plantati Rhemis.*

(694. α) CORPORIS THEOLOGIÆ *Prodromus* 1682. Hagæ Comit. editus *Anonymus* ut &

(694. β.) *Examen Judiciorum de* PRODROMO CORPORIS THEOLOGIÆ 1684. ibidem, libros mihi nunquam viſos, deberi Theologiæ Doctori Hagæ Com. *Gerhardo* van der MEULEN, de quo *infra* n. 1402. & 1403. amplius dicendum, expoſuit in ſuis ad me literis excellentiſſimus Dn. Gerhard von *Maſtricht*, ut ibidem plenius dicetur. Qui ob ſuam, cum Batavis Theologis & eruditis aliis, per ſe fratremque ſuum arctiorem multo mea conjunctionem atq; notitiam, hoc ſcire me longe melius facile potuit. *Prior liber* etiam exhibetur & recenſetur in *Actis Erud. Lipſienſ.* 1682. Octobr. pag. 312. hoc titulo: *Prodromus Corporis Theologiæ, quo tota fidei ac morum doctrina, hiſtoria item & Prophetia methodo pariter ac verbis ſanis, ſecundum rerum Vet. Teſt. illisque reſpondentium Novi ſeriem multifariam aſſeruntur, atq; ſic veritates divinæ omnes in luce integræq; S. S. Literæ in arce collocantur.* Hagæ Comitum apud Arnoldum Leers Anno 1682. in 4.

(694. γ XXXIV.) Petri COTTONI *Meditationes de Vita & Paſſione Salvatoris noſtri JESU CHRISTI latine redditæ* à M. M. Colon. 1617. in 8vo.

(694. δ XXXV.) Ejusdem *Sermones de principiis fidei Myſterii in formam Meditationum redacti, latinè facti* à M.M. Colon. ibidem: ſine dubio ſunt tranſlati à *Matthia* MAYRHOFIO *Jeſuita Germano*, qui *devotionem Calviniſtarum ejusdem auctoris ex Gallico Germanicam fecit*, & Ingolſtadii 1610. in 4. edi curavit, teſte *Alegambe* p. 337. quamvis idem hoc loco bina iſta ſcripta non enumeret. *Sotwell* tamen habet pag. 669.

---

(695) *Specimen Refutationis libri* CRELLII *de Satisfactione Chriſti, authore L. V.* A. 1648. Trajecti ad Rhenum. *Lambertum* à VELTHUYSEN vel Velthuſium S. S. D. Belgam autorem eſſe non dubitat *Cave* in literis A. 1676. in 12. Kal. Jun. ad me datis, inque eo libro veram methodum & optima dogmatis iſtius Sociniani confutandi fundamenta poſita extare. Sed in ea, quam Operum omnium Lamberti Velthuyſii editionem habeo de Ao. 1680. ad fratrem auctoris Wernerum directam, Roterodami typis Reineri *Leers* in 4to, non tamen hunc librum reperio: Evoluti quoque *Hydeus* in Biblioth. Oxon. *Lipenius* item, atque *König*, in ſuis Bibliothecis, omnes de eo ſcripto ſilent. Elogium auctoris v. *Bibliotheq. Univerſelle* 1687. pag. 91.

---

(696) DISQUISITIONES CRITICÆ *de Variis per diverſa loca & tempora* BIBLIORUM EDITIONIBUS. Quibus accedunt CASTIGATIONES *Theologi* cujusdam *Pariſienſis*, *ad opuſculum Iſ.* VOSSII, *de Oraculis Sibyllinis, & ejusdem reſponſionem ad objectiones nuperæ Criticæ ſacræ.* Londini ap. Rich. Chisvvell, 1684. in 4. *Richardi* SIMONIS hunc eſſe fœtum, Act. Erud. Lipſ. Colect. (a) (b) (c) confirmant.

(a) A. Erud. Lipſ. Coll. Ao. 1685. m. Jan. p. 2. *Bipertitum opus quale ipſa loquitur inſcriptio in Gallia, incerto parente (uti comparere vult) oriundum,* in

in Anglia demum luci publicæ expoſuit Robertus Deniſon, *qui & præfationem quaſi dedicatoriam, ad quendam virum doctiſſimum, novo inſcriptionis genere, quo nomen reticetur illius, cui munuſculum offertur, præmiſit. Haud obſcure vero in ea prodit, non unum utriusq; libelli autorem eſſe, &* Disquiſitionum *quidem* Richardum Simonem, *cujus* Sacram Criticam Veteris Teſtamenti *& nos jam olim in Actis A. 1682. p. 92. ſqq. recenſuimus, & ſuperiore anno deſcripta typis Oratione Inaugurali, cum à Profeſſione Linguæ Hebrææ ad Theologiæ Ordinariam in Academia noſtra tranſiret, juſto ſtudio accuratáq; cenſura excuſſit, vir Maxime Reverendus* J. Ben. Carpzovius; Caſtigationum *vero alium Doctorem Theologum &* Canonicum Pariſienſem, *qui illis hanc appendicem attexuerit, & utrumq; ſibi libenti animo communicarit. Sumptas nempe ait Disquiſitiones iſtas è Critica S. Vet. Teſt. quam latino ſermone conceptam dudum meditatus fuerit Criticæ illius Autor in publicum edere. Gallicam enim editionem, quæ in omnium manibus verſetur, (* à Natali Alberto de Verſé *tranſlata) Latinæ, quæ ſolem non adſpexerit, tantum eſſe compendium, quod linguæ ſuæ hominibus deſtinaſſet: qui ut paulo delicatiores ſunt, ita quæ longa, tanquam ſibi moleſta faſtidiant. Neque tamen poſtea opus integrum, quale primitus ſcripſerit, potuiſſe ab autore obtineri: has tantum disquiſitiones laudato Theologo Pariſienſi eum tradidiſſe, ut Biblico apparatui, quem meditabatur, insereret.*

(b) Ibidem. Caſtigationes *quod attinet, videtur eas ſub alterius nomine* idem *ſcripſiſſe* Simonius; *ſit tamen alius, qui fingitur Theologus quidam, Doctor & Canonicus Pariſienſis earum autor, certe ad Simonis mentem ſcripſit omnia.*

(c) *Acta Erud. Lipſ. de Ao. 1685. p. 3.* Robertus Deniſon, *qui bipartitum hoc opus in Anglia luci publicæ expoſuit, in præfatione haud obſcurè prodit,* non unum utriusque libelli autorem eſſe: Disquiſitionum *quidem* Richardum Simonem, Caſtigationum *vero alium Doctorem* Theologum & Canonicum Pariſienſem, *qui illis hanc appendicem attexuerit, & utrumq; ſibi libenti animo communicarit.*

---

(697) CURIOSA *Theologica.* Tribuuntur *Danieli* HARTNACCIO ab Auctore der Monatl. Unterredungen/ad A. 1690. p. 626. (a) ubi & enarrat, quibus de rebus agant.

(a) Monatl. Unterred. *A.* 1690. *pag.* 626. Ich muß dem Herrn erſt noch eins vom Hartnaccio erzehlen/verſetzte Herr *Antoni*, welches ich neulich bey einem guten Freunde erfahren. Derſelbe zeigete mir die Curioſa Theologica, welche die vergangene Meſſe herausgekommen / und aus allerley *Collectaneis* ſo wol gantzer *Tractätlein* und *Disputationen*/ als gewiſſer *Locorum* aus vielen *Scribenten*/ beſtunden/ von denen Mißbräuchen/ die in allen Ständen jetzo im Schwange gehen: imgleichen von den *Fontangen*/Roſen/ Brüſten/Müntz-Weſen/ Zigeunern/und andern Miſchmaſch. Der *Autor* hatte nur die *litteras initiales* geſetzet/ nemlich auf den Titul: *D. H. M.* und nach der Vor-Rede / die er an Waſſer-Flüſſen Babylon *datiret/ D.H.E.P.A.* worauß jener Freund ſo wol / als dem Modo, ſcribendi & colligendi, ſchlieſſen wolte/ daß *Hartnaccius Auctor* davon wäre.

(698) De CURSIBUS ECCLESIASTICIS opus, quod absque nomine habetur *Tom. I. Conciliorum Angliæ pag. 167.* non eſſe GREGORII TURONENSIS, ſed *Poſterioris*, docet *Mabillonius.* (a)

(a) Mabillon. T. I. anal. p. 9. *Ad poſterius* Gregorii Turonenſis *Epiſcopi* opuſculum de Curſibus Eccleſiaſticis *quod attinet, exiſtimavi aliquando illud ipſum eſſe, quod absque nomine Autoris habetur in tomo I. Concilior. Angliæ, p. 167. At re maturius expenſa perſuaſum mihi eſt, hoc eſſe Auctoris* Gregorio poſterioris. *Siquidem in eo fit mentio libri de geſtis S. Columbani & S. Attalæ, Abbatum Bobienſium: qui liber annis minimum quadraginta à morte Gregorii conditus à Jona eſt.*

(698. *a* in editione priori num. DLI) CYMBALUM MUNDI. Auctorem hujus libri deteſtabilis, *in Diſp. Voëtiana* de Atheiſmo p. 199. nominatum legimus *Bonaventuram de PERIERS* ex *Henr. Stephani* tract. præpar. ad apologiam Herodoti c. 26. pag. 364. & *Hunsdorffio* ad præceptum 3. & *αὐτοχειρίᾳ* vitam finiiſſe. *Merſennus* tamen ibidem citatus in Geneſin pag. *669. de PEREZ* eum vocat, & *monſtrum, impiiſſimum nebulonem*, &c. non tamen auctorem, ſed interpretem dicti libri anno 1538. ab ipſo editi facit. Vide illum citantem, & argumentum libri referentem quoque *Spizelium* ſcrutin. Ath. 3. §. 14. p. 56. (a) qui tamen non auctorem, ſed interpretem ex Latino Gallicum una cum *Merſenno* eundem facit, ac Ao. 1582. editum librum tradit; excerpente Dn. *Normanno*, qui dubitat hinc an *ἀνώνυμος* prodierit. At Stephanus *Paſchaſius*, uti mihi *Rauſchiana Symbola* Hungarica excerpſit, ſive Eſtienne *Pasquier* livr. 8. de ſes Epiſtr. Ep. 14. ad Steph. Tabourot. p. m. 325. b. quod nimirum Bonav. de *Perier* compoſuerit librum cui titulus: Cymbalum mundi qui eſt (inquit) un Lucianiſme, qui merite d'eſtre jettè au feu avec l'autheur, s'il vivoit. Ibidem *Pasquier* memoria lapſum *Tabourotum* arguit, quod Facetiarum libellum Jacobo *Pelletario* adſcripſerit, quæ auctorem eundem hunc du *Perrier* haberent.

(a) Theophili Spizelii Scrutinium Atheiſmi, pag. 56. *Nequiſſimum illud* mundi Cymbalum *quod Latine primo conſcriptum Bonaventura de* Perez *(quem teſte Merſenno pag. 669. plurimi atheum fuiſſe aſſerunt) gallicè vertit. Quatuor liber ille conſtat dialogis, in quorum primo Mercurius, Byrphanes, Curtalius & Hoſpita; in ſecundo Trigabus, Mercurius Rhetulus, Cubercus & Drarius; in tertio Mercurius, Cupido, Lelia, Phlegau, Statius & Ardelius; in quarto denique duo canes colloquentes Hylactor & Pamphagus introducuntur. Quibus plurimas de Mercurio, Jove &c. fabulas complectitur Author, per quas fidem Chriſtianam irridere, & ea quæ de Deo veriſſima eſſe dicimus & credimus, rejicere velle videtur. Hinc non defuerunt, qui initio libri illius hæc verba ſcripſerint:* Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt DEUS.

---

(699) CYRILLI, *Epiſcopi Alexandrini, de recta in D. N. Jeſum Chriſtum fide, libri II. ad Reginas,* quæ

in Tomo III, ejus operum Baſileæ 1546. à Johanne Hervagio editorum extant, *in latinam linguam tranſlati* ſunt à *Johanne* OECOLAMPADIO, *in historia Sacramentaria* notiſſimo; non addito ipſius nomine, ut habet *Joſias Simlerus* in Bibliotheca ſua p. 153. col. a. ſub nomine Cyrillus. Qui tamen, videri ſibi hos ab illo libros translatos eſſe tantùm dicit. Melchior *Adami* in Vita Oecolampadii multa quidem ab ipſo in latinum è Græco converſa ſcribit, nihil tamen in ſpecie nominat, ſed Lectorem pag. 59. ad alios remittit, è quibus libellum de morte & vitâ Joh. Oecolampadii, Weinſpergenſis Suevi, auctoribus Simone *Grynæo* Feringenſi Suevo, & Wolfgango *Capitone*, Alſato, inſpeximus, ſed pariter de translatione horum librorum in eo nihil quicquam offendimus. *König* in Bibl. ſua ſimiliter tacet.

(699. *a* XXXVI.) CYTHARAM *laudum Divinarum* tacito ſuo nomine ſcriptam Mediolani 1638. edidit Gregorius FERRARIUS Jeſuita, teſte Alegambe p. 164. & Sotv. p. 306.

(700) *Explicatio* DECALOGI, *ut Græce extat.* Amſtelod. 8. 1640. *Lipenio* referente Bibl. Theol. Tom. I. pag. 493. col. 6. & *Hyde* in Bibl. Bodlei. ſub nomine GROTII. Sub nomine *Notarum ad Decalogum* exhibet *Bateſ.* in vit. Select. Vir. pag. 433. *Hugoni* Grotio hanc deberi, editio operum ejus Theologicorum Amſtelod. 1679. in fol. in quibus recuſa invenitur, confirmat, & *Richteri* Epiſtol. Select. pag. 475. *Lipenii, Hyde, Bateſii* teſtimonium non dubitare ſinit.

(700 *a* XXXVII.) DECLARATIO *Libri* Jacobi Schegkii *de una Perſona & duabus naturis Chriſti* ſine nomine edita Genevæ 1566. in 8. quod fuerit ab Auctore *Thoma* ERASTO *Helveto Medico*, refert *Melchior Adami* in vitis Medicorum Germ. pag. 246. eique reſpondiſſe *Schegkium*, ibidem & in vita Schegkii pag. m. 301. teſtatur, ubi ſequentia leguntur. *In Theologicis edita ſunt ab ipſo. 1. De una perſona & duabus naturis in Chriſto: ex fundamentis quidem ſcripturæ ſacræ: analyſi autem Philoſophica. Ad hoc ſcriptum fertur Schegkius impulſus à D. Jacobo Andreæ, quod Bebenhuſii lectum quidem, ſed non intellectum: approbatum tam à Brentio, quam D. Jacobo, atq; utriusq; opera publicatum: paulò vero poſt, cum orthodoxum eſſe ſenſiſſent, damnatum, ſuppreſſum, exploſum. 2. Reſponſio ad libellum anonymi interpretis libri illius de una perſona & duabus naturis in Chriſto. 3. Reſponſio alia ad Simonis Simonii libellum: quo conatus erat Libellum illum de unione duarum in Chriſto naturarum refellere, reſpondetur etiam Thomæ Eraſto, qui auctor illius anonymi libelli, & oſtenditur, Scheggium cum Eraſto non conſentire. Reſponſio Eraſti* ad libellum D. *Jacobi Scheggii*, quo nuper anonymo libri ſui de una perſona & duabus in Chriſto naturis interpreti reſpondit, Genevæ, Anno 1567. edita, memoratur à *Geſnero, Friſio.* in Bibl. Geſneri pag. 795. & *Simlero* pag. 661. b. Apud quem etiam ejusdem libros Medicos enumeratos vide; ſed accuratius apud Jo. Georg *Schenkium* Bibliothecæ Medicæ pag. 500; accuratiſſimè verò apud Joh. van der Linden / pag. m. 593. & ſeqq. & *Mercklinium* in *Lindenio Renovato*, p. 1013. ſeqq. qui tamen de Theologicis uterque ſilent. Vide *infra* c. XI. num. 318. nunc 1703. *a.* & *Teiſſier* Elogior. Thuan. Tom. II. pag. 88. *Margo Diecmannianus* poſt citata ſupra verba primi libri Theologici in fine poſt *autem Philoſophica* addit *piè & erudite explicata.* Hæc verba, quæ ſenſum abſolvunt, omiſit Melch. *Adami*, ex titulo libri *Schegkiani* Francof. A. 1565. editi ſupplenda. Etiam monet quod Hiſtoriam horum ſcriptorum Theologicorum Schegkii diligenter conſignaverit *Fechtius* in Schediaſm. ſacris, Exerc. 2. p. 446. ſeqq. qui itidem p. 468. 469. quam falſa hæc Melchioris Adami relatio ſit, oſtendit.

(701) DELICIÆ *piorum Spirituales*, Ipris, 1648. in 4. &

DELICIÆ EUCHARISTICÆ ibidem, eodem anno, â Sotvv. pag. 830. inter anonyma relatæ, eodem indice pag. 316. col. b. Sunt *Guilielmi de* LANDSHEERE *Jeſuitæ*, Belgæ, nati Casleti in Flandria, qui Gandavi d. 7. Decembr. 1666. deceſſit. Nec *Lipenius*, nec *König* mentionem injiciunt hujus libri vel autoris. *Val. Andr. Deſſelius* in Bibliothecæ Belgicæ Appendice, pag 862. hujus Jeſuitæ meminit, ſed de libro nihil habet.

(702) *Fundamentum ſeu perſpicua* DEMONSTRATIO *de doctrina ſalvifica*, A. Chr. 1556. edita, addita *meditatione* in PSALMUM XXV. inſtituta: accedit de SPIRITUALI RESURRECTIONE, de EXCOMMUNICATIONE. MENNONEM SIMONIDAM ſub his literis latere Anabaptiſtarum anteſignanum, non dubitat *Hotting.* Biblioth. p. 420. De ejus vita plura ap. *Hornbeck* Summ. Controv. p. 352.

(702) DOCTRINA DE DEO, ET CHRISTO, ET SPIRITU S. IPSIS SCRIPTURÆ S. VERBIS ante paucos annos, à quodam divinæ veritatis confeſſore, in ſermone *Germanico* concinnata; nunc verò in gratiam exterorum, *Latinè* edita &c. eſt Photiniani ſeu Sociniani cujusdam ſcriptum, adverſus dogma de S. Trinitate: cui Nicolaus *Langerhans* (Paſtor dein Nicolaitanus Hamburgi) diſputationem inauguralem *de Myſterio S. Trinitatis*, quæ diſputationum *Gieſſenſium* Tomi IX. tertia decima eſt, oppoſuit. v. pag. 698. Doctrinæ illius calce hæc leguntur. *Tandem bona cauſſa Triumphat. Non ſemper pendebit inter latrones Chriſtus, Reſurget aliquando crucifixa veritas.* Scribebat MAGNUS AMICUS HONESTI. Illud *Magnus Amicus honeſti*, per *Anagramma* eſt *Joachimus* STEGMANNUS, quod ſibi aliquando retuliſſe Jeremiam *Felbingerum*, Socinianum, idem Langerhanſius p. 760. narrat. *Symbola* eſt *Normanniana:* non exponens, Juniorem an Seniorem, utrumque ſcriptis notum Stegmannum, patrem an filium exprimi. *Sandius* in Bibliotheca Antitrinitariorum nos expedit p. 161. ſic habens:

Brevis diſquiſitio, inter duas de S. Trinitate diſputantium partes, utri tandem poſt longa certamina victoria tribuenda ſit: nomine ſuppreſſo, ſub hoc Anagrammate, *Magnus Amicus honeſti.* a. 1649.

a. 1649. 8v. Item a. 1657. 8. adjuncta Jeremiæ *Felbingeri* diſſertationi, de DEO & CHRISTO, & Spiritu Sancto. Eadem Belgicè. Anno 1649. in 4to.

(703) De DEO VETERI & *Deo novo: de veteri* FIDE *& nova: de veteri* RELIGIONE *& nova.* Malmog. 8. 1535. ut refert *Lipen.* Bibl. Theol. Tom. I. pag. 504. col. b. & Albertus *Bartholinus*, in Tr. de Scriptis Danorum, pag. 10. inter anonyma. De eo hæc ſententia Joh. *Molleri* Flensburgenſis in communicatis: Non du-„bito (certis quibusdam rationibus motus) eum „*Paulo* ELIÆ *Carmelitæ* Th. Doctori & Profeſſori „Hafnienſi adſcribere: qui alia etiam ſcripta „contra Lutheranos eodem tempore edidit. Huc usque verba illius. Iſte Elias initio Lutheranus fuerat, mox vero accepto Canonicatu, in Pontificiorum partes tranſiit, hoc ipſo facto *Vertumni* nomen promeritus. Præter *Principis Christiani inſtitutionem* quam ſcripſiſſe cum jam dictis meminit *König* Biblioth. p. 270. col. b. apud *Lipenium* nihil invenias.

(704) DIALLACTICON *viri boni ac litterati, de veritate, natura atq; ſubſtantia Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia:* in cujus libelli præfatione hæc verba ſunt: *Pacem aliorum quærere pulchrum eſt, & habet certam promiſſionem Dei*, BEATI PACIFICI. *Sed vereor, hoc dum cupide ſector; ne quod iis, qui pugnas dirimunt, idem quoq; mihi accidat. Illi dum aliorum ſaluti conſulunt, ipſi reportant vulnera; & ego dum operam do, ut diſſidentes redeant in gratiam, ab iisdem nullam fortaſſe inibo gratiam. Id ſi ſit, illius exemplo me levabo, qui dixit: Si hominibus placuiſſem, Chriſti ſervus non eſſem. Vale, ac ſtude Chriſto placere.* Argentinæ 1557. & 1578. in 8. *Jameſius*, *Lipenius* & *Hyde* habent A. 1576. Hujus libelli, qui utriusque partis cordatis viris plerisque placuit, auctor fuiſſe creditur *Ant.* COOKUS, Eduardi 6. Angliæ Regis Præceptor, & Conſiliarius intimus. Uti nos docet pſeudonymum ſcriptum, titulo: *Syllabus aliquot Concilior.* Theoph. *Irenæi*, editum in 4. Aurel. 1628. ſuoque loco *Matthiæ Berneggero* vindicatum, pag. 19. Cum quo conſentiunt *Scaligeriana*, (a) licet alias obſcura mihi verba manſura ſatis. *Hyde* vero Catalog. Bibl. Bodlei. ſub titulo *Euchariſtia*, ab aliis COOKE, ab aliis Dn. POIGNET ſubſtitui ſcribit, quorum neutrum apud *Königium* in Bibliotheca invenias, nec apud *Pitſeum. Colomeſius* tamen *in Remarques*, ſeu *notis Gallicis ad* illum *Scaligerianorum locum* ſcribit, alios tribuere *Johanni* POGNETO, Epiſcopo Wintonienſi, Argentorati mortuo.

(a) Scaligeriana, *editionis* Lugd. *Batav.* 1668. *in* 8. *p.* 81. Cooki, *Præceptoris Eduardi VI.* Diallacticon. *Non vixit tempore Bertrami, quia ante* 150. *annos non erat in uſu vox* Diallacticon.

(705) DIALOGUS DE REALIBUS CONTRADICTIONIBUS *& erroribus Lutheranorum* de S. COENA. Berolini. Ap. *Lipenium* non extat. Abrahamum *Scultetum* ejus inſimulari, ex *Fewrborn.* Diſp. Gieſſ. Tom. VII. pag. 209. *Normannus* obſervavit. *König* remittit ad Joh. *Læti* Comp. Hiſt. p. 755. quod nobis ad manum non eſt. *Hyde* in Bibl. Oxon inter Abrah. *Sculteti* ſcripta hoc pariter non recenſuit.

(706) DIALOGUS *Orthodoxi* GRÆCI *cum Latino*, de AZYMIS, *& Proceſſione Spiritus S.* Hujus autorem eſſe BARLAAMUM, ſibi perſuadet L. *Allatius* in confut. fabulæ de Papiſſa n. 31. ut ex Dn. *Rauſcheri* notis Manuſcriptis intellexi. Eſt autem ſine dubio Epiſcopus Hieracenſis qui ſeculo XIV. vixit, inter cujus libros citat *Geſn.* Bibl. p. 151. Sermones contra Latinos, de Spiritu S. Romæ extantes: qui an conveniant cum noſtro, non habeo quod affirmem. Scripſit etiam *Epiſtolas ad Græcos, de unione cum Romana Eccleſia*, & *de Proceſſione Spiritus S. quæ habentur* ap. *Lipen.* Bibl. Theol. ſub tit. Proceſſio Spiritus S. & *Hyde* Catal. ſub nomine: *Barlaam.* Neuter tamen hujus Dialogi mentionem facit. *Diſtinguendus* hic noſter *à Barlaamo Monacho*, qui claruit A. C 1350. & de primatu Papæ librum à *Salmaſio*, puero 14. annorum editum, conſcripſit. vid. König. Biblioth. p. 85. col. b.

(707) DIALOGI SACRI, ſine nomine auctoris editi, qui tamen ſunt *Sebaſtiani* CASTALIONIS Hæretici. Sic habet *Index Libror. prohibitorum* juſſi *Alexandri VII.* recuſus edit. meæ in folio, Madriti 1667. pag. 35. col. a. Quæ verba indicant, metu inquiſitionis & hunc librum, ut alios complures, nomine, in titulo, omiſſo, recuſum apud Pontificios, in aliquo loco, rigidiorem inquiſitionem exercente. Nam in aliis etiam Pontificiis aliquibus locis, nedum apud noſtros, excuſæ oculis meis uſurpatæ editiones omnes, *nomen adjectum* habent. Quod nec in prima, teſte *Simlero* pag. 620. col. a. editione 1545. in 8. Baſileæ facta defuiſſe, memorat honorifice de coætanei ſui recens edito libro ſcribens *Geſnerus* (a) & plures editiones Baſileenſes 1548. memorans, & poſtremam 1551. ab auctore recognitam & auctam *Simlerus.* Apud *Lipenium* Bibl. Tom. I. pag. 516. col. b. etiam diſerte leguntur *Sebaſtiani* CASTELLIONIS Dialogi IV. de prædeſtinatione, Electione, libero arbitrio, & fide, Opuſc. quædam: Item annot. ad c. IX. ad Rom. & Tr. de Juſtificatione, *Colon. & Lugd.* 8. 1576. & eodem anno tituloque, *Smalcaldiæ.* Quæ editio in *Civitatis noſtræ* Bibliotheca publica extat. *Lub.* 8. 1611. *Lipſ.* 8. 1605. *Lugd.* 8. 1613. *Heidelb.* 1613. *Witteb.* & *Francof.* 1619. *Bremæ* 8. & cum ejusdem annotationibus & marginalibus, *Tubing.* 8. 1682. qui repetitur etiam apud *Hyde*, Catalogo Bibl. Bodlei. ſub nomine *Caſtellionis*, addita editione *Aresdorffii* 1578. Fuit is Sebaſtianus *Caſtalio*, Allobrox, & obiit Baſileæ ao. 1563. vid. *König.* Bibl. pag. 174. col. a. cui itidem Caſtellio appellatur. Editio mea eſt 8. *Colon.* 1676. apud Joh. Gymnicum, hoc titulo: *Sacrorum Dialogorum* Sebaſtiani Caſtalionis *Libri* IV. *Qui nunc poſtremo opus recognovit: Argumenta ſingulis Dialogis præpoſuit, & ſententias ſubjecit, ex quibus pueri diſcant officium, hoc eſt, quid imitandum ſit aut declinandum. Coloniæ Agrippinæ, apud Jo. Gymnicum,*

cum, ſub Monocerote, A. 1576. paginas habet 318. ubi ſane CASTALIO non CASTELLIO auctoris ipſius cura recognita editio habet. Similiterque Biblica ipſius verſio in fol. *Baſel.* 1573. poſtremum ab ipſo recognita nomen hoc præfigit. In ſerius demum editis Caſtellio legitur, ut in verſione Kempiſii 12. *Baſ* 1606. *De Biblica ejus verſione*, vide repugnantiſſima judicia citata *Kortholto* de variis ſcripturæ editionibus c. XV §. XII. pag. 267. & ſeqq. laudes verò ampliſſimas collatas *Bibliothecæ* ſuæ *Geſnerianæ* pag. 620. *Simlero*, ubi & alia ejus ſcripta bene multa recenſet; (a) item *Königio* p. 174. a. Adde *Huetium* de claris interpretibus lib. 2. Mirum verò, quod lego in *Scaligerianis*, edit. meæ Lugd. Bat. 1668. p. 68. *Caſtalioni fecerunt injuriam, cum doctus eſſet: mortuus eſt in paupertate.* Sed magis etiam quæ in *Scaligerianis* primis Groningæ 1669. cum præfatione & notis *Tanaquilli Fabri* p. 28. (b) & 42. (c) Quo poſteriori loco, & cauſſam omnem, & hiſtoriam ſane ſatis ridiculam mutati ex Caſtellione in Caſtalionem nominis refert. Aliqua ipſius *alieno edita nomine* obſcure ac dubie memorata v. in *Theologia Germanica infra*, & in Pſeudon. Mart. *Belli.*

(a) Geſnerus *Bibliothecæ fol. 593. Sebaſtiani* Caſtalionis *viri hoc tempore doctiſſimi, Dialogorum ad linguam ſimul & mores puerorum formandos libri 4. quibus præcipuæ, tam veteris, quam N. Teſtamenti hiſtoriæ, ita eleganter tenellæ ætati proponuntur, ut nihil ad pietatis ac linguæ eadem opera perdiſcendæ rationem parari accommodatius poſſe videatur. Joan. Oporinus excudit Baſileæ 1545. in 8. chartis 14. In primo libro puerorum ruditati ſerviens ſermone facillimo eoq; minus eleganti, & tamen Latino utitur: & pueris quaſi præmanſum cibum in os inſerit, ut ipſe præfatur.*

(b) Scaligeriana prima pag. 28. *S. C. Optime tractaſſet ſacras literas, ſi à multis anabaptiſmi opinionibus liber fuiſſet, & adjutus ab aliquo. T. F. A. Id eſt* Sebaſtianus Caſtalio, *de quo in vita Joannis Calvini ſatis multa. Ille ipſe eſt, qui Canticum Canticorum flagitioſum eſſe librum dicebat. Quidam Socinianum, quidam Anabaptiſtam fuiſſe aſſerunt. Nihil ad me. Latine doctum fuiſſe conſtat.*

(c) Ibid. p. 42. Caſtalio, *vulgaris, tum in Theologia tum in linguis* un Pedante, *& qui quicquid in buccam veniebat, effutiebat. Sebaſtien Caſtillon, Allobrox, Lugduni cum ageret adoleſcens, accidit, ut quidam errore nominis pro* Caſtellione, Caſtalionem *vocaret, quod audiens à Muſarum fonte, qui Caſtalius dicitur, derivatum, adamavit & amplexus eſt, ſeq; omiſſo deinceps Caſtellionis nomine patrio, Caſtalionem appellavit. Id dicit ipſe*, in defenſione *quadam* adverſus libellum Joannis Calvini.

(707. α XXXVIII.) *Antonini* DIANÆ *reſolutionum Moralium Compendium*, Antvverp. 1637. in 24. nomine *Theologi Clivenſis* editum, *Engelberto* EWICH, *Jeſuitæ Belgæ*, quem in ſuo Catalogo Valerius Andreæ omiſit, tribuit *Alegambe* p. 105. & *Sotwell.* p. 196.

Idem pag. 617. b. inter ſcripta *Michaelis van* TRIEST Jeſuitæ Belgæ, tacito nomine edita, memorat *Compendium Reſolutionum practicarum caſuum* R. P. D. Antonini *Dianæ*, Clerici Reg. complectens omnes 12. partes. Opus omnibus viris doctis, & ipſi Dianæ mirifice probatum. Antvverpiæ apud Jacobum Meurſium 1660. editio ultima in 8.

(708) DIARIUM *hominis pie Chriſtiani*, Ipris, 1653. in 4. quod *Lipen.* in Bibl. Theol. non habet. Autor ejus eſt idem *Guilielmus de* LANDSHEERE, Jeſuita, cujus ſupra *Delicias piorum Spirituales* retulimus ex *Sotwell.* pag. 316. col. b. & in Ind. anon. p. 830. col. b. Val. *Andr. Deſſelius*, in Biblioth. Belgicæ Appendice p. 862. Auctorem habet, ſed librum hunc ipſi non adſcribit.

(708. α) DIATESSERON EVANGELIUM quale ſit falſum, ex vulgari Lectione Juris Canonici LUCIANO, at emendata TACIANO imputandum, his verbis memoratur ab Ægidio *Strauchio* (a) amœnitatum Juris Canonici Ecloga VI. cap. XII. pag. 165. Adde infra *n.* 821. *excerptum* lit. (f) in fine.

(a) Ægid. Strauchius Amœnitatum *juris* Canon. *Ecl. VI. cap. XII pag. 165. Evangelia, quæ falſavit* Lucianus. *Lege* Tacianus. *Theodoret. lib. 1. hæret. fabb. cap. 20. Tacianus Evangelium, quod* Diateſſeron *dicitur, compoſuit, amputatis Genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine David ſecundum carnem natum oſtendunt, eoq; uſi ſunt non modo, qui ejus erant ſectæ, ſed etiam hi, qui Apoſtolica dogmata ſequebantur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius tanquam compendio utentes.*

(709) Opus Eximium *de vera* DIFFERENTIA REGIÆ POTESTATIS & ECCLESIASTICÆ, A. 1534. *à Thoma* CRANMERO, tempore Henrici VIII. Archi-Epiſcopo Cantuarienſi ſcriptum extat: ut Dn. *Cave* in literis de A. 1676. 12. Kal. Jun. mecum communicavit inter alia anonyma Anglorum, latinè ſcripta. Nec Hyde nec Pitſeus habent de hoc libro quicquam.

(709. α XXXIX.) DIGITUS DEI *in bivio; de vitæ ſtatu deligendo, tractatus ex* Ludovici de Ponte Jeſuitæ, *de perfectione Chriſtiana Tomo 2. contractus*, Ingolſtad. 1619. & 1620. in 12. nomine auctoris orbus proditus eſt à *Gaſparo* LECHNERO *Jeſuita.* v. *Alegambe* pag. 150. & *Sotwell* p. 278.

(710) COMPOSITIO PACIS *inter Imperii Romani Catholicos, atq; Confeſſioni Auguſtanæ adhærentes.* DILLINGÆ 4. 1629. ap. *Lipen.* in Bibl. Theol. Tom. II. p. 451. col. a. Magni nominis hoc ſcriptum, communiter ſub nomine JURIS CONSULTORUM DILLINGENSIUM, quia Dillingæ primum prodierat, citari ſolitum, rectiſſime ſacri ordinis Viris vindicatur à *Deckh.* in Conſult. de Pace Civ. relig. data p. 11. & de Script. Adeſp. edit. Amſtelod. A. 1686. pag. 211. (a) Contra ſententiam *Erneſti de Euſebiis* Jud. Theol. ſect. IX. fund. 9. §. 1. cujus judicium quoque reſpuit *Caramuel,* Tract. *Pax S. R. Imp. licita* num. 240.

240. uti *Cl.* J. U. L. & Syndicus Chemnicenſis, in Hungaria, Joh. Chriſtophorus *Rauſcherus*, mihi indicavit. Ipſe enim *Caramuel* cit. libri p. 14. librum hunc *Foreri & Laymanni* fœtum eſſe fatetur, quem locum ex C*arpzovii* Iſagoges in libros Symbolicos p. 127. mihi communicavit *Cl. Tenzelius*, quem ſequitur Inclytus Dn. Jo. Frid. *Mayer.* in diſſ. Epiſtol. d. Anon. & Pſeud. *Alegambe* autoritate nixus, qui tamen in ſua Bibliotheca Jeſuitica, ſub nomine Pauli Laymanni plane nihil habet, quod huc facit: ſed additum demum quid à *Sotwello* p. 652. col. b. (b) quod & *Witten* Diar. Biog. 1625. d. 13. Nov. habet, ut ſolet, Sotvvellum excerpens. Sub Laurentio Forero autem uterque operis alicujus meminit, & Alegambe & Sotvvell iisdem verbis, (c) quod idem eſſe cum noſtro, non dubito. Certum interim ex allatis verbis putem, teſtimonium plane non ſufficere contra negantem auctorem ſine alia auctoritate: niſi forte Jeſuitica fide & integritate negavit, etiam eo prætextu, quod ſolus auctor non eſſet. *Deckherrus* ſoli Forero tribuit, nulla tamen adjuncta ratione: niſi forte in eo illa eſt, quod hujus ſolius meminere *Sotwell* & *Alegambe*. Plura v. *infra num.* 1770. cap XI. *α* 1776. *β.* Ubi de noſtratium Theologorum ſcripto, cui opponitur hocce, cui titulus: *Pupilla* ſive Aug-Apffel/ex cujus & *Defenſione* nunc ſola huc pertinentia c. l. (d) exhibemus, remiſſione facta etiam illic ad titulum *Saxonicorum*, in Pſeudonymis.

(a) Deckherrus, in Script. Adeſp. pag. 211.

Æquali cum Burgkhardo fama gaviſa eſt Com*poſitio pacis inter ordines imperii Catholicos & confeſſioni Auguſtanæ addictos, anno 1629. publicata, & huc usque ſub nomine Juris* Con*ſultorum Dillingenſium, quia Dillingæ primum exierat, citari ſolita: ab Evangelicis, ſubvertendæ Paci religioſæ, ſtabiliendoq; Edicto Ferdinandeo, ſcripta accuſata. Mallem ego, ut & in Conſult. de Pace Civ. Rel. dat. p. 11. eam alicui ex Eccleſiaſtico ordine Viro tribui; nimirum ut puto Laurentio Forero è Societate JESU.*

(b) Sotvvell. pag. 652. col. b. *Scripſit etiam ſuppreſſo ſuo nomine: Pacis* Compoſitionem inter *Principes & Ordines Imperii Romani* Catholicos, atque Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes, *in* Comitiis *Auguſtæ 1555. editam adverſus Commenta plurium ſcriptorum Acatholicorum* quæſtionibus illuſtratam, *Dilingæ, typis Gaſpari Sutoris, anno 1629. in 4.*

(c) *Alegambe* Biblioth. Jeſuit. p. 295. col. b. Compoſitio Pacis Auguſtanæ quæſtionibus illuſtrata *quæ ſub JCtorum quorundam nomine prodiit Dilingæ, 1629. (Sotwell. 1639. habet) illi à nonnullis tributa eſt. Verum in appendice ad Grammaticum Proteum,* negat ſe illius Auctorem *eſſe.*

(d) Nochmahlige Haupt-Vertheidigung des Heiligen Römiſchen Reichs Aug-Apffels. cap. I. pag. 6.

Unter denſelben Schriften iſt das erſte ausgeflogen/mit dem Eulenſpiegliſchen närriſchen Titul: Wer hat das Kalb ins Aug geſchlagen? Und hat ſich der Jeſuit heftig bemühet/auf Herrn *Lutherum* ſeeligen/mit Einführung vieler geſtümmelter und verkehrter Sprüche auszuführen/ daß er dem Religions-Frieden zuwieder geweſen/und derwegen den Jeſuiten mit dieſer Beſchuldigung ungütlich geſchehe. Der Aug-Apffel aber iſt von dieſem Jeſuiten nicht in dem hunderten Theil angerühret und wiederleget worden. Dann der *Scribent* ſeine Zähne zu ſtumpff/ und ſein Gehirn zu ſchwach hierzu befunden. Das Kalbs-Aug auch iſt eine ſo ſchlimm-ſchlechte Scarteck/ daß ſich drüber zu verwundern/ wie die über- und aberwitzigen Jeſuiten haben zugeben mögen/ daß ſie in den Druck kommen. Damit ſie aber nicht meinten/ daß bey uns nicht Leute wären/die behaupten könten/ daß die Jeſuiten dem Religions Frieden gantz zu wieder/ ſo iſt von den Unſerigen eine Gegenſchrift auskommen/unter dem Titul/Dillingiſcher Kälber-Artzt: Die viel in ſich hat/ und in welcher den Jeſuiten ihre eigene Wort und Zeugniß für die Naſen geleget worden. Es iſt ſeither ein ander Tractätlein von den Unſerigen darzu kommen/ unter dem Titul: Der neue Staaren-Stecher/ Oculiſt und Kälber-Artzt/ &c. Welcher dem Kalbs-Aug zu Dillingen gleichwol auch etwas aufgegeben: So in der folgenden Jeſuitiſchen Scarteck: Es müſte wol eine Kuhe lachen/ ſo wenig als der Dillingiſche Kälber-Artzt zur Gnüge beantwortet iſt.

(710. *α* XL.) DISCEPTATIO *cum Cardinalibus Romanis de* PRIMATU PAPÆ, *anonymi cujusdam Græci* exhibetur à *Melchiore Goldaſto* Tom. 1. *Monarchiæ Imperii* pag. 242. & ſeqq. breviſſima quidem, at non omninò nullius momenti, contra Pontificis affectatam Tyrannidem. Eam NILI, *Archi-Epiſcopi Theſſalonicenſis*, eſſe plerisque credi; quibusdam *Nicolao* CABASILÆ potius illam imputantibus, vide differentem *Goldaſtum*, in diſſertatione, de auctoribus à ſe exhibitis, Tomo illi primo præmiſſa. De utriusque auctoris ſcriptis vide *Gesnerum*.

Item *Simlerum* in Bibl. Gesneri pag. 528. cum *Friſio* pag. 636. (a) qui ſub Nili Archiepiſcopi Theſſalonicenſis nomine nullam quidem libri, qui hunc titulum præferat, mentionem faciunt, ſed aliorum tamen non paucorum hoc de argumento à *Nilo* ſcriptorum.

(a) Friſius in Bibl. Gesneri p. 636. Nili *Archi-Epiſcopi Theſſalonicenſis ſermo manifeſte explicans nullam aliam hactenus fuiſſe Latinæ ac Græcæ diſſenſionis cauſam, quam quod univerſali concilio Papa rei controverſæ legitimam cognitionem concedere non vult, quin ſolus ipſe tanquam magiſter & arbiter controverſiæ ſedere vult, alios autem tanquam diſcipulos dicto audientes eſſe, & hoc ab apoſtolorum & Patrum legibus & actionibus eſſe alieniſſimum. Ejusdem ſermo de Papæ origine. Ejusdem clara & brevis ad Latinos reſponſio, tanquam enchiridion quoddam propoſitum his, qui adverſus illos pugnare volunt. Adverſus Papæ Tyrannidem, &* Latinos. *De vita in Chriſto. Omnia hæc Græce manuſcripta extant & Latine edita ſunt verſa ab Illyrico.*

(710. *β* XLI.) DISPUTATIO GRAMMATICA *de Interpretatione Græcorum verborum*

Actor. 3. *Ἰησοῦν χριστὸν ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι. Complectens ἠθολογίαν Reſponſionis, qua Collegium Theologicum Academiæ Wittebergenſis uti poſſet, ad chartam de his verbis ſuperioribus diebus editam, cui nomen eſt præſcriptum* D. Nicolai Selneccceri &c. Witteberg. 1571. in 4. paucis foliis pertractat controverſiam de Chriſti aſcenſione in cœlum, inibique locatione corporali, quam *Selneccerus* contra *Bezam* & alios defendebat, ubiquitatem carnis Chriſti verbis hiſce aſſerens: *Chriſtus DEus & homo, ſedens ad dexteram Patris, poteſt ſuo corpore eſſe, ubicunque vult eſſe, & ubi ſe velle eſſe dixit & promiſit:* ut eſt apud *Melch. Adami* in vita ipſius, inter vitas Theologorum pag. 663. Hoc dogma cum approbare nollet *Esromus* RUDINGERUS, *Profeſſor Phyſices Wittebergæ*, coactus eſt in exilio vivere, morique in Moravia, teſtante eodem *Melchiore Adami* in vita ipſius, inter vitas Philoſophorum pag. 372. Unde patet, quam omnino non ſit de nihilo, quod exemplari cuidam hujuſce diſſertationis, in Bibliotheca Civis & Amici mei laudatiſſimi Dn. *Martini Fogelii*, Ph. & Med. Dris extanti, præſcripſerat ſua manu, Profeſſor itidem Wittebergenſis olim, & quidem Græcæ linguæ Celeberrimus *Eraſmus Schmidius*. Nimirum: *putatur eſſe Esromi Rudingeri.*

Diſerte tamen hoc ipſum jam ante affirmavit Conr. *Schlüſſelburgius*, in Theol. Calviniſtica, uti ex eadem refert *Draudius*, Bibl. Claſſ. pag. 117. Exſtat ejusdem de Luc. XXIII. 14. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Tunica funebris. Verba *Schlüſſelburgii* communicavit nobis Dn. *Mollerus* in Excerptis ſuis ex libro IVto Theol. Calviniſticæ latine ſolum ac ſeorſim Francof. ao. 1610. edito, quæ hæc ſunt: *Anti-Lutherani Wittebergenſes in ſuâ diſp. Grammatica ut* Eſromus Momus, *Auctor iſtius eam appellat, ſcribunt.* Idem alia MSta obſervatione ad anonymos noſtros, poſſidere ſe ſcripſit Editionem Diſputationis hujus Grammaticæ in 8vo excuſam ao. 1571. *cum Refutatione Selneccceri* è regione poſita, cujus in præfatione Selneccerus adverſarium ſuum Philoſophum eſſe memoret.

(711) De DILUVII UNIVERSALITATE *Diſſertatio* in 12. Genevæ apud Petrum Colomeſium 1667. pag. 109. univerſalitatem ejusdem negans, ita ut totius Aſiæ majoris finibus circumſcribatur. pag. 64. & ſeqq. an ſit *Iſaaci* VOSSII? videant diligentius eam expendentes, atque conferentes cum *Martini Schookii* edita diſſertatione contraria Grōningæ 1662. in 12. hocce titulo: *Martini Schookii Diluvium Noachi univerſale; ubi ſatis clare illius* opinionis ſectatorem poſt *Iſaacum Peirerum* (de quo infra de Præadamiticô ſcripto anonymo rurſus dicetur) arguit *Iſaacum Voſſium* c. 1. pag. 19. (a) ejus de ætate mundi, & pag. 113. (b) ejus Tractatus de luce contra Carteſium, imo p. 12. præfationis (c) jam, de LXX. Interpretibus quam fovet opinionem, examinans, additis litteris I.V. Quorum omnium, licet in anonymo illo ſcripto nulla fiat mentio, attamen rationes Schookianæ refutantur ordine ad unum omnes. Neque tamen hoc me ad Iſaaco Voſſio tribuendum hocce ſcriptum ſatis movet. Quin potius Abrahamo MILIO vindicarem. Qui eodem anno ibidem eadem forma *de Origine animalium & migratione populorum* edidit ſcriptum, in cujus fine pag. 59. & ſeqq. diſerte hanc adoptat cum ſuis rationibus omnibus opinionem, niſi me amici honoratiſſimi Dn. Joh. *Molleri* Flensburga transmiſſa, ſymbola ſic informaret: *Diſſertatio proluſoria de Diluvii univerſalitate* (quam impugnat) *ἀνωνύμως* in Belgio edita, Auctorem agnoſcit *Iſaacum Voſſium.* Prodiit a. 1667. in 12. Vide enarrantem utraque ſcripta Diarii *Gallici* Eruditi Pariſienſis auctorem. A. 68. Journ. IX. & X. p. 144. & p. 171.

(a) Martinus Schookius de diluvio Noachi univerſali c. I. p. 19.

Vir doctus, qui videri vult huic ſcriptori adverſari, expendendo quoque primarium illius argumentum, cap. XII. Tractatus ſui de ætate mundi, *hæc verba inter alia, perſcripſit: Diluvio totum quidem humanum,* „ *genus periiſſe, non tamen eo univerſum terrarum or* „ *bem obrutum fuiſſe oſtenditur. Scilicet, ut ſtatuit* „ *ante diluvium non omnes terræ angulos hominibus fuisſe,* „ *repletos, ſed hos ſolummodo manſiſſe circa Judæam,* „ *aut regionem in qua Noach morabatur; ita aquis Di-* „ *luvii extinctos quidem putat omnes homines, non ta-* „ *men totum terræ globum aquis tectum. Sed interim ex eodem progreditur principio cum auctore fabulæ Præadamiticæ.*

(b) Idem *p. 113. Dum hæc ſcribo, venit in manus meas Viri egregii* Tractatus de Luce, *directus contra* Carteſium *& magni aliquid promittens. Quem ſimul ac vidi, quod a multis annis in docenda philoſophia occuper, avide percurri; at ne quid diſſimulem, vix ultra tria capita progreſſus, cogitare cœpi illud Varronis apud Gellium lib. 15. cap 9.* Si quantum operæ ſumſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, ejus duodecimam philoſophiæ dediſſes, ipſe bonus jam pridem eſſes factus.

(c) Idem *præf. pag. 12. Certè ad hos referri debet,* vir cæteroquin ſummus & *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, J. V. cui idem accidit, quod illis, qui excelſo faſtigio dejecti, in ſubjectas rupes labuntur, quo terræ magis appropinquant, majori periculo expoſiti ſunt. Etenim intentus Chronologiæ emendandæ ex verſione LXX. Senum, non ex parte modo Peireri ſomnium de Noachi diluvio quaſi particulari & uni terræ Judææ incumbente pro ſuo adoptavit: verum etiam contendit Ebræos Bibliorum codices mendoſos eſſe.*

(711. a) *De* DISSIDIO IN RELIGIONE, *& collatione veterum* RITUUM *cum Recentioribus*, Baſil. 1595. in 8. *Anonymus Lipen.* Bibl. Theol. Tom. I. p. 534. col. b. & Syllab. ſcript. Iren. pag. 16. *Joachimum* CAMERARIUM ex Hugonis *Grotii* Annot. ad Caſſandrum pag. 82. ſiujus ſcripti auctorem facit *Normannus.* In Bibliotheca *Gesneri* de hoc nihil habetur: quamvis ſtudioſe libros *Camerarianos* recenſuerit. Non liquet præterea, quis Camerarius fuerit, an pater, an filius.

(712) De SACRORUM DISSIDIORUM *cauſis, effectis, & remediis.* Libellus hic anonymus prodiit Amſtelodami ap. Lud. Elzevirium A. 1649.

A. 1649. in 8vo. pag. 40. Ejus Auctorem detegit *Paulus Colomeſius*, in Gallia Orientali pag. 169 ubi *Samuelis* PETITI, SS. Theol. apud Nemauſenſes Profeſſoris, ſcripta recenſens, iisdem hunc etiam libellum annumerat; quod & facit *Hyde*, Bibl. Oxonienſ. pag. 49. Tom. II. col. a. quod dudum præſumſeram, eo quod appoſitus eſſet ac ſimul venderetur, cum Sam. Petiti *Diatriba de jure, Principum edictis Eccleſiæ quæſito, nec armis adverſus temerantes aut antiquantes vindicato*, quam edidit Sam. *Sorberius*, & Claudio Salmaſio dedicavit.

(712. *a*) PRÆFATIO DORDRACENÆ SYNODO *præfixa*, videatur c. IX. additorum num. DXCVI. nunc 1450. *a.*

---

(713) DUODENARIUS HISTORICO BIBLICUS Francof. 8. 1600. *Lipen.* Bibl. Theol. Tom. II. pag. 30. col. b. Duodenarius Hiſtorico-Biblicus ex MS. incerti auctoris Francof. 8. 1605. *Hyde* Catal. Bibl. ſub nomine Georgius DRAUDIUS, addit (ſupplevit, & eſt auctor.) Eoque agnovit, quod Draudius eodem anno, & loco, forma etiam, ſuppletionem Duodenarii hiſtorico Biblici edidit, *James.* in Draud. Conjecit hoc *Normannus* in Communicatis ſuis. *Lipenius* quoque loco citato ſub nomine *Draudii.*

---

(714) *Cenſura* CLERI SUEDICI ſuper actibus Irenicis Joh. DURÆI, Holm. 1638. 4. Johannis WESTHII, celebris Eccleſiaſtæ Nycopingenſis eſſe, Petro *Grubb*, Præpoſito Jederenſi conterraneo ſuo, indice, confirmavit mihi Dn. *Normannus*, itidem Jederenſis. *Duræi* libros recenſet *Lipen.* Bibl. Tom. II. p. 129. & Mart. *Kempius* in Biblioth. Angl. Theol. p. 429.

---

(715) *Methodus facilis, veram* ECCLESIAM *lumine rationis inveniendi* A *Catholicis propoſita à quodam Calviniſta, ſeu Reformato per Dei miſericordiam infinitam in gremium S. Matris Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ reducto.* Non eſt volentis neque currentis ſed miſerentis Dei: Venet. 1676. Typis Joh. Franciſci Valonſenſis in 12. in Bibliotheca Antonii Magliabecchi. Hanc methodum Alberti BURGII eſſe teſtatur *Cinelli*, Bibliotheca volante Scanzia I. p. 61. hiſce verbis: *Il detto metodo è del Sgr.* Alberto Burg, *che in queſta Città abjurò l' Ereſia di Calvino, e ſi fece noſtro catolico Romano.*

---

(716) ECLOGÆ PROPHETICÆ *de* CHRISTO: Vindicantur *Pamphilo Cæſarienſi*, à P. *Lambecio* in Bibl. Cæſ. lib. I. p. 139. & l. 8. pag. 640. 641. Ex quo de illis narrationem prolixam inſtituit Cl. *Tenzelius* in den monatlichen Unterredungen/de Anno 1690. pag. 959. & ſeqq. ubi in percenſione Guil. *Cave* Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoriæ literariæ, circa has Eclogas errorem commiſſum notat, ac alia inſuper lectu digna. (a)

(a) Monatl. Unterredungen *A. 1690. p. 959. ſeqq.* Wir wollen ſehen/ was *Cave* in *Hiſtoria literaria* bey den ἀνεκδότοις, erinnert / ſo im *Chartophylace* nicht ſtehet. Daſſelbe aber gehet nur die *Eclogas Propheticas de Chriſto* an / davon er in der *Hiſtoria* noch gedencket/ daß *Lambecius* ſie *pro parte operis Euſebiani de Demonſtratione Evangelica* halte/ weil *Euſebius* 20. Bücher *de Demonſtratione* verfertiget/ deren aber nur 10. im öffentlichen Druck hauſſen ſind. Ich habe den *Lambecium* auch geleſen / verſetzte Hr. *Antoni*, finde aber dieſes nicht bey ihm/ welches auch nicht ſeyn kan. Indem die *Eclogæ* nur in 4. Büchern beſtehen/ folglich die *Demonſtratio* nur 14. nicht 20. Bücher/ die doch *Hieronymus* und *Photius* außdrücklich melden/ in ſich begriffen haben ſolte. Wir wollen des *Lambecii* erſtes und letztes Buch/ wo er dieſer *Eclogarum* gedencket/ nachſchlagen/ da werden wir bald ſehen/ was den *Cave* bewogen/ daß er dem *Lambecio* dieſelbe Meinung zu geſchrieben. *Lib. I. p. 139. ſeq.* erwehnet *Lambecius*, daß vorn etliche Blätter ausgeriſſen/ die ohne Zweifel den Titul und Namen des *Auctoris* ſammt dem Regiſter/ *Prologo*, erſtem Capitel/ und einem Theil des andern enthalten. Im erſten Buche wären *recenſiret* und *expliciret*/ die Prophetiſchen Zeugniſſe von Chriſto in den hiſtoriſchen Büchern des alten Teſtamentes; im andern/ die aus den Pſalmen; im dritten / die in den Sprüch-Wörtern/ Prediger und Hohem Liede Salomonis / im Hiob/ Hoſea/ Amos/ Obadia/ Jona/ Micha/ Zephania/ Zacharia/ Haggai/ Jeremia/ Baruch/ Ezechiel und Daniel enthalten; und endlich im 4ten die aus dem Eſaia. Darauf bekräftiget *Lambecius*, daß kein ander *Auctor* dieſer *Eclogarum* ſey/ als *Euſebius Cæſareenſis*: *Evidentiſſime enim hoc apparet cum ex plurimis aliis indiciis, quæ paſſim in hoc Eclogarum Propheticarum Opere occurrunt, tum inprimis ex ſtylo & methodo tractandi hujus argumenti, quæ eadem prorſus eſt, atque libri ſecundi Demonſtrationis Evangelicæ &c.*

Endlich verſpricht er dieſe *Eclogas* in dem *Supplemento Bibliothecæ S. S. Patrum*, welches er aus der Käyſerl. *Bibliothec* herausgeben wolle/ an des Tages Licht zu ſtellen. Weil aber aus dieſem *Supplemento* nichts worden / ſo müſſen wir uns begnügen laſſen an dem/ was er *Lib. VIII. p. 639. ſeq.* vorbringet/ und ſeine Meinung aus des *Euſebii lib. I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. II. confirmiret* / an deſſen Ende dieſe Worte ſtehen: ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος &c. *Lambecius allegiret* dabey *Valeſii Verſion* und *Annotation*, welchem *Boſius* in ſeiner *Exercitation in Periocham Joſephi Cap. II. §. 5.* Beyfall gegeben habe. *Verum enim vero* ſchreibet er ferner / *quod absque ulla injuria dictum ſit, minus recte uterque vir doctiſſimus ipſa Euſebii verba Græca perſpexit, ideoque Commentaria Eclog. Propheticarum de Chriſto cum Comment. Demonſtr. Evangelicarum perperam confudit.*

---

(717) Εἰκὼν βασιλική vel IMAGO REGIS CAROLI (I. ANGLIÆ) *in illis ſuis Ærumnis & ſolitudine*, (Rom. 8. Plus quam victor. &c. Bona agere & mala pati regium eſt.) Hagæ-Comitis. Ex Officina Samuelis Broun, Bibliopolæ Anglici. M. DC. XLIX. in 12. Quem ipſum Regem hujus libri auctorem eſſe tam diu creditum fuit, donec anno 1612. Londini apud Nath Ranevv. prodiit Antonii *Walkeri*, Theol. Doctoris diſſertatio poſthuma, ſub titulo: *A true account of the auctor of a book entituled: εἰκὼν βασιλική*: quâ hunc librum vindicavit GAUDENO, S.Th.D. & Epiſcopo Exonienſi, omnesque objectiones, quas D. *Hollingsworth* fecit, ut eum librum

librum Carolo I. aſſereret, argumentis pariter ac teſtimoniis refutavit. Vid. *Acta Erud.* Suppl. Tom. II. pag. 171. ubi plena narratione libri hujus hiſtoriam Auctores perſecuti ſunt. Diviſus eſt in capita 28. & conſtat pag. 272. & quidem ex Anglico in latinum translatus, à *John Carles*, Regis Caroli IIdi Sacellano, qui in præfatione quâ hunc librum Regi ſuo dedicavit, memorat, *juſſu* ipſius *Regis* factum eſſe, ut lingua omnium communi à ſe orbi traditus fuerit, ſeque curaſſe, ut ſenſa tanti Auctoris perſpicuè & fidè traderet, nec ab ipſâ dictione & phraſi (quantum latini idiomatis ratio id permittat) vel minimum recederet: Subjungens, ſperare ſe, fore meminem qui audaciæ ſe accuſaturus ſit, ſi dixerit, nullum, ſi à ſacro Codice diſcedas, inter cæteros mortalium libros eſſe vel Auctore vel argumento illuſtriorem, vel in quo viva magis pietas & eximie Chriſtiana ſpiratur. Unde apparet, hunc interpretem diſerte librum Regi Carolo I. vindicare, cum aſſenſu & approbatione filii Regis Caroli IIdi; quippe cujus juſſu translatus eſt, atque ipſi dedicatus. De *Belgica verſione Grasvinkelii* v. num. 1961. quæque Gregorio *Leti* habet in Cromvello ſuo Italicè ſcripto, Part. 1. pag. 491. & 518. Ubi in Carcere Holinburgenſi egregium hunce librum ſcriptum, & filio dicatum refert: ejus tamen gloriam aliquos auctores ſuæ Majeſtati eripere conatos, dicendo alienam eſſe compoſitionem, neſcio cujus, quem tamen etiam nominatum ſupra dedimus.

(717. α) EPISCOPII OPERIBUS, UT PRÆFATIONEM ſuam CURCELLÆUS præfixerit, docet *Mareſius*, examinis Curcellæani pag. 296. *citante Symbola Maſtrichtiana*, quæ & alia ſimul nos docet anonyma de *Curcellæo* in ſequentibus: *Tradit* Mareſius *in refutat: examinis Curcellæjani pag. 296. ubi &* præfationem *eum præfixiſſe ſcribit* operibus Epiſcopii.

Scripſit quoq; librum de jure DEI *contra Admiraldum*, ibid. *procuravit edi quoq;* acta authentica *Synodorum, contra Blondellum* ibid. *pag. 205. & p. 305.*

Edidit quoq; ex MS. dubio & vitioſo Molinæi ſcriptum Gallicum de Controverſiis Salmurienſibus, *de quo proſtat* Molinæi *adverſus Curcellæum* querela; *adjunxit epicriſin Curcellæus*; ibid. *pag. 282. titulus hic:* Advis d'un perſonage desintereſſé. *vid. eund pag. 246.* ibid.

Multa ad vitam Curcellæi ſpectantia habet Mareſius *in refutatione apologiæ ejus, quam præfixit Blondelli anacriſi: de Johanna Papiſſa.*

(718) EPISTOLA AD SACERDOTEM *quendam vinculis in* ANGLIA *pro Chriſtiana fide detentum.* Extat hæc in Indice Anon. ap. *Sotwell.* pag. 831. col. b. in Indice v. *Alegambe* omiſſa conſtanter autem aſſeritur ab *Alegambe* p. 91. col. b & *Sotw.* p. 172. col. a. *Didaco* MARTINEZ, natione Hiſpano, patria Cordubenſi, Jeſuitæ, Hiſpalenſis Collegii Profeſſori. Uterque nec annum addit editionis, nec locum, aut formam, ſicuti nec eosdem, quod ad librorum hujus ſcriptoris indicem exſcribens Nicolaus *Antonius*, Bibliothecæ Hiſpanicæ pag. 229. col. 2. diverſus tamen in eo, quod anno 1642. d. 5. Aprilis obiiſſe illum memorat, quem *Sotwellus* diſerte 1645. d. 5. Aprilis obiiſſe refert, hac in parte credibilior merito habendus. *Wittenii* diarium hic ſilet.

(719) EPISTOLA PARÆNETICA de FUGA PECCATI, *ἀνωνύμως* ſæpius edita, neque tamen vel *Alegambe*, vel *Sotwello* memorata, ſuo *auctori reſtituta eſt*, in libro cui titulus: *Initium ſapientiæ & finis, Timor Domini, & Amor Dei, ſeu de fuga peccati, deq; dilectione Summi Boni ad rectam morum inſtitutionem* libri duo, Autore R. P. *Joanne Baptiſta* COMIHAO S. J. Editio in Germania prima, Gallica auctior & emendatior. Colon. apud Jo. Buſæum 1667. in forma minori, paginarum 174. Ejus libelli præfatio nomine Angeli Cuſtodis, clienti ſuo concepta, ſic loquitur. *Ecce libellos geminos—Vidiſti, ſcio, alias priorem, ſive* EPISTOLAM PARÆNETICAM DE FUGA PECCATI, *toties typis expreſſam, ſemperq; laudatam, nunc illius quoq; auctorem diſces:* &c. Ipſi ſane *libelli pii & breves*, rationes fugiendi peccati & amandi Dei præcipuas aliquot memoriæ quotidianæ Chriſtianorum omnium commendare ſunt aptiſſimi. Quod vero adjectum eſt *donum Angelicum Anonymi*, ad ſolos Angelorum cultores pertinet, inde ad p. 240. libellum extendens.

(720) EPISTOLA VIRI DOCTI *ad Amicum*, à Joh. Camerone *refutata*. Hujus mentionem facit, occaſione recenſionis operum Cameronis, Genevæ 1642. fol. impreſſorum, *Colomeſius* Bibliotheque Choiſie p. 73. (a) & EPISCOPII eſſe perhibet.

(a) Colomeſius *Bibl. choiſie p. 63. L'Autheur d'* Epiſtola viri Docti ad amicum, *refutée par* Cameron, *eſt Epiſcopius ſçavant Arminien. Elle a eſté miſe depuis dans ſes oeuvres. i. e. Auctor Epiſtolæ viri docti ad amicum, refutatæ per Cameronem, eſt* Epiſcopius, *eruditus Arminianus. Ea inſerta eſt poſtea operibus ipſius.*

(720. α) EPISTOLARUM & EVANGELIORUM DOMINICALIUM pericopæ, ſive *textus*, recepti in Eccleſia Pontificia tot ſeculis, & approbati poſt à Lutherana etiam & bona parte Reformatarum quoque Eccleſiarum aliarumque, ad ſolennem prælectionem & expoſitionem è ſuggeſtu ordinariam, ut acerbe multi, contemptim plerique habuerint ex Reformatis; neque non aliqui etiam noſtratium, minus apte excerptos publice incuſaverint, Theologicis deſuper multa controvertentibus ſcriptis, eſt notius quam ut hic deduci multis mereatur. At nulli quod ſciam, abjectius habitæ ſunt illæ pericopæ, quam Franekerano J. U. Profeſſori alias celeberrimo Joh. Jac. *Wiſſembachio* verbis (a) adſcriptis, meo judicio, etiamſi veriſſima omni ex parte forent, haud reverenter ſatis conceptis: ſive argumenti ſpectes, ſive tot Eccleſiarum, ſane non æque publica proſtituendam petulantia, dignitatem: deſumtis ex *Amamæ* oratione de Barbarie (b) quem ita exſcripſit *Königius* Bibl. Vet. & N. pag. 863. 4. additis etiam de-

de *Paulo* WARNEFRIDO, auctore perhibito earundem contradictionibus. Certe Jo. *Marus*, in commentario ad Petrum *Diaconum*, de Viris illuſtribus Caſinenſibus, pag. 14. hiſtoricas lectiones feſtivitatibus ſanctorum congruentes ſolas memorat. (c) Hunc primum etiam poſtillæ ſcriptorem aliqui volunt in hoſce textus. Quos *Acta Erudit. Lipſienſia* vero alios etiam BEDÆ *Venerabili* ſive *Anglico*, pleroſque ALCUINO ſelectos imputare docent verbis (d) etiam hic lectu non indignis. Adſcribi dignus denique etiam de hoc argumento locus videtur (e) omnino *Conringianus* ex Epiſtola ad Boineburgium pag. 158. & ſeqq. ſui Principis cum Caroli M. inſtituto Harmoniam comparatam multum præferens.

(a) Joh. Jac. Wiſſenbach, Diatribæ de Mutuo Præfatione ad Lectorem: *Non ſecus certè Isnerius in compilandis iſtis Authenticis fuiſſe videtur, ac Paulus* Warnefridus, *qui Caroli M. juſſu, Textus Dominicales, ex Epiſtolis & Evangeliis, excerpſit, judicio adeo nullo, ut eorum quidam nec caput habeant nec caudam*; (*vid.* Ameſium *lib. 4. de Conſcient. cap. 26. quæſt. 2.*)

(b) Königs Biblioth. Vet. & Nov. p. 836. a.

Amama in Oratione de barbarie: *olim*
,,in majoribus Eccleſiis ſemel quotannis univerſa Biblia
,,à capite ad calcem prælegebantur : duravitq; lauda-
,,bilis illa conſuetudo ad annum usq; Chriſti 808. Tunc
,,enim Paulus Warnefridus, *Caroli Magni juſſu, tex-*
,,tus dominicales ex Epiſtolis & Evangeliis excerpſit, judi-
,,cio adeo nullo, ut eorum quidam nec caudam nec caput
,,habeant. Hac ergo occaſione factum eſt, ut iſta
,,tantum Scripturæ fragmenta populo prælecta & expoſita
,,ſint. Ipſis miniſtris mollem pigritiæ lectum hoc com-
,,pendio adornavit Satanas, multosq; è populo in eam
,,traxit ſententiam, iſtis fragmentis univerſam ſcriptu-
,,ram contineri. Obſervatum autem eſt à Viris corda-
,,tis, in eundem annum 4. eclipſes incidiſſe, ac inde non
,,ineptè conjectatum, DEum iſtis Luminarium obſcura-
,,tionibus de tenebris eccleſiæ imminentibus voluiſſe con-
,,cionari. Hæc ille. Alii tamen pericoparum Dominicalium uſum etiam tempore S. Auguſtini & Hieronymi, obtinuiſſe ſtatuunt. Vid. Balth. Meiſnerus *in præfat. meditationum Sacrarum ad Evangel. dominicalia.*

(c) Joh. Bapt. Marus Commentarii ad Petr. Diaconum de Viris illuſtribus Caſinenſibus, pag. 14.

Juſſu ejusdem Caroli (qui anno 814. V. Kalend. Febr. Aquisgrani diem clauſit extremum, ætatis annorum 71.) ordinavit hiſtorias & lectiones per totum annum, ſingulis feſtivitatibus Sanctorum congruentes: quæ ejus diſpoſitio ab Eccleſia tota obſervata eſt, & usque ad hæc noſtra tempora inviolabiliter cuſtodita. Servatur apud nos hæc etiam ordinationis nota m. ſ. Vide epiſtolam Caroli Imperatoris de hac ordinatione ſcribentis, quæ homiliario Alcuini præponitur.

(d) Acta Eruditorum Lipſienſium. A. 1696. p. 217.

Pericopas illas Evangelicas, quæ ſingulis per annum diebus Dominicis feſtisq; populo publicè proponi, atq; explicari, inde à temporibus antiquis conſueverunt, quisnam primus omnium è Scriptorum Θεοπνεύστων *libris ſelegerit, ac in eum, quem nunc tenent, ordinem conſtipaverit, diu equidem multumq; inter Eruditos quæſitum, non tamen adhuc indubitatò ſatis definitum eſt. Sunt etenim, qui* Hieronymo *laborem hunc vindicare annituntur. Sunt qui venerabilem* Bedam *in illius locum ſubſtituunt. Pleriq;* Alcuinum, *Caroli magni ævo celebrem, ſelectus hujus auctorem fuiſſe exiſtimant. Nonnulli quoq; Paulum* Warnefridum *eidem aſſociandum contendunt. Noſtrum verò uti non eſt ſtatuere, utra ex his ſententiis ad veritatem propius accedere videatur: ita hæc commemoraſſe haud ſumus arbitrati ſupervacaneum.*

(e) Hermannus Conringius in Epiſtola ad Boineburgium, p. 158. 159.

Alii ſive Harmoniarum, ſive commentationum ſcriptores itidem ſuis ſeſe limitibus continuerunt: nemo omnia ſimul aggreſſus eſt. Multò minus aliquis Principum, inter graviſſima Regiminis negotia, tale quidquam vel leviſſimo eſt digito molitus, imo vel animo agitavit. De uno Carolo, Magni ſanè & ingenii & operis rege legas, illum ſive per Paulum Aquilegienſem Diaconum, (*leg.* Paulinum) *ſive* Alcuinum Anglum, *illas Eccleſiis noſtris paſſim hodieq; uſitatas* περικοπὰς *ſacris diebus aptaviſſe; curaſſe item ex Sanctorum Patrum homiliis, ad illuſtrandas illas* περικοπὰς, *quæ idoneæ maximè ſunt viſæ, excerpi. Quanto vero diſtant à Carolinis illis hæc* Auguſti *Principis!*

(720. β) EPISTOLA SYNODALIS, integra *apud Euſebium* exſtat lib. 7. c. 30. Tribuitur ab *Hieronymo*, de Scriptor. c. 71. MALCHIONI *Presbytero Antiocheno*, ſed absque auctoritate, ut habet *Cave* in Chartophyl. Eccleſ. p. 25. (a) *Olearius* in Abaco patrolog. de ea tacet.

(a) Cave Chartophyl. Eccleſ. p. 25.

Ei, Malchioni, *Presbytero Antiocheno, tribuit* Hieronymus *de Scripptt. c. 71.* Epiſtolam Synodalem, *qua damnatur Paulus Samoſatenus. Vereor, ne ſine auctore. De hac enim re ne* γρῦ *quidem Euſebius, apud quem extat penè integra,* lib. 7. c. 30.

---

(721) ÆTERNUM EVANGELIUM ſive *Novum* Liber Atheiſticus & à Pontificibus Romanis prohibitus, qualis ſit, & quomodo falſo tribuatur *Abbati* JOACHIMO (de quo vide plura in *menſtruis Dialogis Germanicis* A. 1691. pag. 817. & ſeqq. ut & A. 1692. p. 884. & ſeqq.) cum revera ſit *Joannis* de PARMA & *aliorum Franciſcanorum monachorum*; legere eſt apud Jo. *van der Waeyen*, Profeſſorem Franeckeranum, p. 76. & ſeqq. Nam licet *Acta Eruditor. Lipſ* ad A. 1690. m. Nov. p 575. *Richardi Critica*, ſive Examen præjudiciorum *Petri Jurii* recenſentia, (a) referant *Richardum* contra *Jurium* negare, hos auctores eſſe; Diſertè tamen ita citatur & condemnatur ab Alexandro IV. Pontifice ſub hoc nomine; uti legere eſt apud Leonardum *Nicodemum*, in additionibus ad Nic. *Toppi* Bibliothecam Neapolitanam p. 96. a. (b) Mirum tamen, in Catalogo librorum prohibitorum *Sotomajoris*, nomen hoc non inveniri, ubi tamen pag 3. & 46. prohibitorum *Alexandri* VII. *Evangelium Æternum* exprimitur.

mitur. Quin & ipſius de *Waeyen* excerpta (c) quoniam huc pertinentia, carptim omiſſis alienis exhibemus. Denique addantur ſerius allatæ *Symbolæ Maſtrichtianæ* ſub lit. (d) n. 1. 2. 3.

(a) Acta Er. Lipſ. A. 1690. Nov. pag. 575. *Multus eſt (Abbas* Richardus Simonius, *in Critica Præjudiciorum , à D. Petro Jurio Eccleſiæ Romanæ oppoſitorum cap 40.) in examinandis, quæ* Jurius *de libro, qui titulum habet :* Æterni Evangelii, *commentatus eſt , neq; ſolum vim objectionis enervat, (quia librum à Pontifice condemnatum & igni addictum fuiſſe, ipſe fateatur* Jurius :) *ſed hiſtoriam libri longe aliam narrat, quam ab adverſario propoſita eſt, tum Johannem* de Parma, *aut alios* Franciſcanos *autores ejus fuiſſe negat ; Jurium vero multorum errorum & falſitatum in tradenda ejus libri notitia & excerptis ex illo accuſat.*

(b) *Leonard.* Nicodemus in additionibus ad Nic. Toppi Bibliothecam Neapolitanam p. 96. *Fra gli articuli condamnati da Papa Alexandro IV. dell Evangelio Eterno di Giovanni di Parma il primo è il ſeguente, come ſi può vedere à Carte 254. del Direttorio degl' Inquiſitori di Fr. Niccolo Eimerico : quivi ſi legge :*

Primus Error : quod doctrina *Abbatis Joachim* excellit doctrinam Chriſti & conſequenter Novum & Vetus Teſtamentum.

(c) Joh. van der Waeyen, Sermone Academico de Num. Septenario pag. 76. *Celebre illud monachorum æternum* Evangelium ex hujus Joachimi doctrinis — — — non diu poſtea fluxiſſe *pariter verum non eſt. Sunt qui dicunt, monachos aliquando poſt obitum, nonnulla ex Joachimo compilaſſe, & Evangelio illi ſuo concinnando adhibuiſſe; ſed contra mentem Joachimi.*

Idem *p. 77. Collegam audiat Frid.* Spanhemium, *Viri Clariſſimi Filium, videatq; ſe, ut ægre faciat fratribus, præter omnem rationem, lædere famam hominis, ſuo tempore , de Eccleſia optime meriti : ſic ille. ,,Hujus & ævi monſtroſus liber inſcriptus Evangelium ,,æternum, ſeu novum, autore (ut ferunt) Joh. de Par- ,,ma, monacho italo, Ordinis Minorum Generali, occa- ,,ſione contentionum inter Academiam Pariſienſem & ,,fratres prædicatores; de quibus multis Matth. Pariſi- ,,us, ad A. M. CC. LIII. Alii Cyrillum Carmelitam ,,monachum, auctorem ferunt Novi eius Evangelii; alii, ,,ſed NB. perperam, Joachimum* Abbatem. *Hiſt. ,,Eccl. p. 584.*

Idem pag. 78. *Nec quicquam heic adverſus tot teſtes valet* Hoſpiniani *auctoritas verba* Abbatis *ſequiore ſenſu, abſq; ulla ratione, accipientis. Quin imo eadem , quæ paſſim accepta fuere , tanquam Reformationis prænuncia, ille aliorſum rapit, & anſam dediſſe, imò ſuppeditaſſe materiam horrendo illi Evangelio æterno, temerè adſeverat.* Prædicit fore, ut Chriſtus Eccleſiam ſuam repurget: & ratio reformationis præſentium temporum rebus pulchrè conſonat: *Sunt verba Flacci Illyrici. Pontificis Romani , Æternum Evangelium damnantis verba , allegata ex Matth. Pariſio ego quidem ita interpretor, ut præter Evangelium* Æternum, *alia innuat, quæ Joachimi ex ſcriptis emanaſſe dicebantur. Henricus ſaltem Erphurdienſis, ad quem provocant* Centuriatores, *ipſe corrigit ea, quæ antea rumoribus auſcultans, iniquius in Jochimum dixerat. Notandum autem eſt , quod NB. pluribus videtur liber iſte, qui dicitur Evangelium Æternum, non fuiſſe Joachimi : ſed aliquis, NB. vel aliqui moderni temporis compoſuerunt illum. Sic habent verba Matthæi Pariſii ad A. 1257. pag. 939. Fratres namq; quædam, ,, nova prædicabant, legebant & docebant ut dicebatur, ,, deliramenta, quæ de libro Joachimi Abbatis, cujus ſcri- ,, pta Gregorius Papa damnaverat , extraxerunt. Et, ,, quendam librum compoſuerunt , quem ſic iis intitulare, ,, complacuit.* Incipit æternum Evangelium. Et ,, quædam alia, quæ non expedit recitare. *Nemo magis infenſus fuit monachis, quales ii, qui æternum, ,, illud Evangelium commenti ſunt. Notas obſecro, quas, ,, in Cyrilli vaticinium ſcripſit lege ſodes apud Hoſpinia- ,, num de Mon. L. VI. p. 465. Porrò Guilielmus de San- ,, cto* Amore *ad Pontificem , æternum Evangelium ac- ,, cuſaturus à Pariſienſi Schola miſſus , magni facit Joa- ,, chimum , & paſſim ad eum provocat , tanquam virum, ,, ſapientem pariter ac ſanctum : quin idem ab univerſa ,, ſchola Pariſienſi factum, videre eſt in Antilogio Papæ p. ,, 54. eo ipſo in loco , in quo Evangelium æternum eodem, ,, halitu deteſtatur, p. 55. quo teſtimonia majus nemo, ,, æquus poſtulaverit. Non habent hæc verba ipſi, ,, Centuriatores, aſt reperiet lector apud* Wolffium *Cent. XII. pag. 408. a.*

(d) Symbolæ Maſtrichtianæ.

1.

Johannes de Parma. *De derde Krak, die men evenwel meer heeft gepoogt , als uytgevoert, is geweeſt het* nieve Evangelium, *welck gesmeet ſynde uyt de Grillen van eenen Joachim Abbas, ende de Geſichter van eenen Cyrillus, Karmeliter Monnik , ende te ſaemengeſet door eenen Joannes de Parma , zynde een Italien , door de Preckheeren en Franciſcaanen, in het beginſel van de dertiende ewe is in het Licht gebracht , 't welck ſy noemden het* Evangelium des H. Geeſtes; *het* evvig Evangelium *tot dien einde uitgevonden en voortgeſet , om het waere Evangelium Chriſti , en volgens dien de geheele Schriftuere an Kant te helpen. Andr.* Landeman *in ſyn Apoſtaſia Romana in 't* 1. *Cap. op t'* 18. *Blat, daer noch veel volgende geſien kan warden.*

2.

Parmenſis Joannes.

Quin & auctor Evangelii æterni, *uti id appellabant Dominicani (quo S. Evangelium opprimere erat animus, & quod tumultus illos Pariſiis inter Scholam ac Monachos Ao. 1255. vehementes concitavit) illud Evangelium Spiritus Sancti promittebat; ſive ejus auctor* Johannes Parmenſis, *& ex Scriptis Joachimi* Abbatis *congeſtum fuerit, quod incertum, an alius ; nam ſedulo Papa librum illum clam comburi , & quæſtiones ſopiri curavit. Joh* Hoornbeck, *in ſumma controvers, lib. 6. pag. 437.*

3.

Johannes de Parma.

Auctor Evangelii æterni, vide de eo & Evangelio æterno, auctorem du Calviniſme & Papiſme, *mis en parallele, part 1. cap. 6. pag. 239. ſeq. edit. in 12.*

(722.

(722. Olim. DLII.) *Cur receptum ſit EVANGELIUM*, liber nefarius Atheiſmum propagans, VALEI vel alterius Nebulonis dicitur à *Theoph. Spizelio*, ſcrutin. Atheiſm. 3. § 14. p. 56.

(723) Libelli de EUCHARISTIA, ἀνωνύμως à *Cellotio* editi, Auctorem eſſe HERIGERIUM, Abbatem Laubienſem, prolixè probat *Mabillon* tom. I. Anal. p. 211. (a) hiſce verbis.

(a) Mabillon. *Tom. I. Analect. p. 211. Atqui in eadem etiam perſuaſione fuit* Herigerus, *Laubienſis Abbas, in libello de* Euchariſtia, *qui ſine autoris nomine à* Cellotio *editus eſt in* appendice ad hiſtoriam Gotheſcalci: *cujus libelli autorem eſſe Herigerum Abbat. Laubienſ. qui anno MVII. mortuus eſt, certis aliis documentis, Deo dante demonſtrabo.* (*Idque facit dein prolixè paginis ſeqq. usq; ad p. 218.*)

(723. *a* XLII.) ENCOMIA SS. EUCHARISTIÆ *ex S. litteris & patribus collecta*, ab *Alvaro* ARIA, *Jeſuita Hiſpano*, cumque *Marianis Encomiis* una excuſa, ſine nomine, primum Hiſpali, deinde Viennæ 1632. memorat *Alegambe* p. 24. & *Sotwell.* p. 44.

(724) *De frequenti uſu* EUCHARISTIÆ, Patavii 1625. Prodiit primo ſuppreſſo autoris nomine, quod *altera editio* auctior poſtea evulgavit, ibid. 1643. Paulum BARISONIUM, Patavinum, Ordinis Regul. autorem agnoſcere ex Joſ. *Silos*, Tom. III. hiſt. regul. Cler. p. 625. Dn. *Olearius* in literis, de Ao. 1676. 26. Jun. ſignificavit.

(725) *De ſumtione ſacræ* EUCHARISTIÆ SUB UTRAQUE, Vilnæ, typis Academ. 1637. in fol. ſcriptum inter anonyma redactum à *Sotwello*, p. 831. col. b. *Lucæ* JALUSKI, natione *Rokolano*, nato in Palatinatu Minſcenſi Albæ Ruſſiæ, *Jeſuitæ*, adſcribitur ab eodem p. 556. col. b. Nam apud *Alegamben* fruſtra quæretur.

(726) DISCUSSIO *brevis Judicii Theologici, ſuper quæſtione an Pax qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita? à quodam, qui ſe* ERNESTUM DE EUSEBIIS *nuncupat, pridem in publicum emiſſi, nec non*, Vehiculi *ab eodem autore judicio illi nuper ſuccenturiati. Qua rationes in utroq; ſcripto contra pacis ineundæ conditiones adductæ, confutantur.* Anno M. DC. XLVIII. in 4. ſeptem quaterniones continens. Hujus Auctor creditur *Benedictus* CARPZOVIUS, Jctus, ab *Erico Mauritio*, in Diſp. 64. prol. Vol. 2. excerpente hoc mihi Dn. Ottone *Sperlingio*, cive meo, & Amico honoratiſſimo, nunc Regio Danico Conſiliario.

(727) INIQUITATES *Judicii Theologici* ERNESTI DE EUSEBIIS. Hujus libelli Autorem facit *Ericus Mauritius* Jctus, Diſp. 64. prol. col. 2. *Tobiam* WAGNERUM digniſſimum Academiæ Tubingenſis Cancellarium, tum Superintendentem Eslingenſem, virum integerrimum, ac bono publico natum: ut Excerptum etiam hoc tranſmiſit idem Dr. Otto *Sperlingius*. v. ſuo loco de hoc Erneſto in *Pſeudonymis*, unde nil minus, quam de Euſebiis eſſe agnoſcetur.

(728) EUSEBII *libri duo adverſus Marcellum, Ancyræ Epicopum, & tres de* ECCLESIASTICA THEOLOGIA, *ſtudio R. M. latini facti notisq; illuſtrati*, Pariſiis editi ao. 1628. in 8vo. ut eſt in Bibl. Bodl. cujus pag. 236. a. etiam libri X. Demonſtrationis Evangel. cum notis R. M. Gr. latini huc omnino referendi. Is R. M. eſt RICHARDUS MONTACUTIUS, Anglus, Epiſcopus Norvicenſis, ſcriptis aliis notiſſimus. v. Rivet. Crit. Sacr. p. 286. & *Hotting.* Bibl. Quadrip. pag. 315. *König* inter monumenta ejus p. 549. memorata hoc anonymum non refert. *Pitſeus* ne nomen quidem viri habere adhuc potuit. Ceteroqui videatur quoque *Bibl. Univerſelle* Tom. X. A. 1688. p. 472. & 489. Quarum poſteriori de *Montacutio* res etiam confirmatur.

(729) Verſio EUSEBII *Cæſareenſis*, cognominati *Pamphili*, decem de *demonſtratione Evangelica* librorum latina, ex Græco, à quo profecta ſit, tacetur, tum in Pariſienſi editione, ao. 1628. tum in nova Colonienſi, uti refert in ſchedis ſuis Dn. *Normannus*. Eſt autem DONATI *Veronenſis*, ſeorſim 1542. Coloniæ in fol. edita, *Hottingero* teſtante in Bibl. Quadrip. p. 315. item Venetiis, ex officina Aurelii Pincii, Veneti, 1636. menſe Martio fol. uti *Biblioth. Aproſiana* habet, & p. 403. & 406. Unde colligas, expreſſum interpretis nomen poſteriorem hanc editionem præferre. *Hyde* pag. 236. a. hanc editionem non habet. *Olearius*, Abaci p. 156. quod ἀνωνύμως prodierit, non memorat. Vide Diatriben Hiſtoricam M. Chriſtop. *Erneſti* de Euſebio hoc Epiſcopo Cæſareenſi ao. 1688. Witteb. habita diſp. titulo Diatribæ prioris (cui an poſterior acceſſerit, juxta cum ignariſſimis ſcio.) ubi ſtatim in principio novem ab hoc noſtro diſcrepantes Euſebios memorat, quorum ſex ſolos ex *Dannhauero* recenſet *Olearius* p. 155.

(729. *a*) *Ejusdem* EUSEBII *libri duo* ADVERSUS MARCELLUM, Ancyræ Epiſcopum, & tres de *Eccleſiaſtica Theologia*, ſtudio R. M. latini facti, notisque illuſtrati. R. M. eſt *Richardus* MONTACUTIUS, Anglus, Epiſcopus Norvvicenſis, ſcriptis aliis notiſſimus. *Rivet.* Crit. ſac. pag 256. *Hotting.* Bibl. Quadr. pag. 962. Verba ſunt, modo laudatam *Symbolam Normannianam* continuantia.

(730) EUSEBII ejusdem de EVANGELICA PRÆPARATIONE. libr. X. in fol. 1470. editi (quorum *XV. Græce* in *Bibliotheca Bodejana* extant 4. Pariſiis 1544. p. 237. a. *Latinè* vero etiam XIV. memorantur *Geſnero*, & aliis jam ante 1642. in fol.) in *Bibliotheca Aproſiana* pag. 403. memorantur (a) *ſine nomine* translatoris. Quem auctor ejusdem Pſeudonymus, ſuo loco detegendus, ex modo citata *Geſneri* Bibliotheca fol. 231. b. *Georgium* TRAPEZUNTIUM, Cretenſem, colligit. Quod tamen in dubium vocari poſſit ex eo, quod longe ſit recentior illa Geſneri editio, nec ullatenus pro anonyma memorata. Quippe ex cujus etiam præfatione ad Nicolaum, V. l. c. *Geſnerus* adducit memorabiles Euſebii

laudes, at de Interprete ſubjicit parum laudabilia, promittitque pleniorem editionem Græcam. (b) *Idem* fol. 272. b. nos remittens ad hunc locum, nihil de *ἀνωνύμως* edita hac verſione memorat, quæ 74. annis editione Aproſio memorata junior, nec ejusdem proin eſſe poſſit. Ut adeo *falſo detectis* potius quam vere, hoc opus ſit accenſendum. Qualia multa me inſcio etiam hic ſurreptura prævideo plus ſatis; at quomodo evitare debeam, non video. Hoc tantum adhuc addo, editionem Euſebii de præparatione Evangelica (ſine addito numero librorum) Georgio Trapezuntio interprete Tarviſiis 1480. in fol. & aliam ſine loco impreſſionis 14 3. memorari a diligentiſſimo talium obſervatore Cornelio â *Beughem*, in incunabulis Typographiæ pag 56. Quam poſteriorem editionem, an eandem, cum Aproſiana initio memorata reputare velit B. L. ipſe viderit.

(a) Biblioth. Aproſiana pag. 403. De Evangelica Præparatione, *Libri 10. in ſol.* — — *ſenza titulo, e ſenza nome del Traduttore, ſi cava però dal* Gesnero *. D. nella Bibliotheca, fol. 231. B. che fuſſe* Giorgio Trapezun io, *di Ordine di Papa Niccola V.* (*De quo aliena multa ab argumento præſenti, ſicut alias toto hocce libro paſſim intercalantur: Quibus meritò hic omiſſis ita pergit 405. & 406*) *Mà per rivigliare il filo, il luogo della ſtampa e'l nome dello ſtampadore cavanſi da un' Ottaſtico di Antonio Cornazzano, che dice:*

Artis hic, & fidei ſplendet mirabile nomen,
Quod fama auctores, auget honore Deos.
Hoc Jenſon Veneta Nicolaus in urbe volumen
Prompſit: cui fælix Gallica terra parens.
Scire placet tempus? Mauro Chriſtophorus Urbi
Dux erat: æqua animo muſa retecta ſuo eſt.
Quid magis artificem peteret Dux, Chriſtus & Auctor?
Tres facit æternos ingenioſa manus.

M. CCCC. XXXC.

(b) Gesneri Bibl. fol. 231. & 232. *Sed hoc opus brevi noſtra opera Græce imprimendum ſperamus, idque integrum. Georg. Trapezuntius enim plurima detraxit, ita ut Euſebius jam ſi rediret, illius traductionem ex ſcriptis ſuis factam eſſe, aut vix tandem, aut omnino non agnoſceret. Nos certe obiter quædam cum Græcò exemplarì manuſcripto conferentes, permulta ab illo omiſſa obſervavimus, quæ nihil planè ſuſpicionis pravæ ullo modo habebant: hæreticè verò dictum capitibus aliquot collatis, nihil dum deprehendimus, in quibus tamen ille plurima præterit: aliquando integra capita tranſilit, ordinem confundit, totum ultimum librum omittit, alia librorum initia facit, & ſenſum non raro perperam reddit. Sed fortaſſis in exemplarium varietatem culpam Trapezuntius ex parte rejecerit. Audivi enim ex Docto quodam natione Græco, totum hoc opus etiam in lingua ſua corruptiſſimum haberi.*

(731) EUTHANASIA ſive *præparatio ad felicem* MORTEM, *ex Bellarmino Alvarez & de Ponte*, Coloniæ, typis Kinckianis, 1628. *Alleg.* p. 555. b. *Sotwell.* pag. 707. b. pag. 831. b. *Val. Andr.* Bibl. Belg. pag. 768. *König* pag. 94. *Witt* Diar. Biogr. 1637. 16. Febr. *Philippum* BEBIUM *Jeſuitam* unanimi conſenſu, pro autore hujus agnoſcunt.

(731. α XLII.) *Encomia S S.* EUCHARISTIÆ *ex S. literis & patribus*, collecta ab *Alvaro* ARIA Jeſuita Hiſpano, cumque Marianis encomis una excuſa, ſine nomine, primum Hiſpali, deinde Viennæ 1632. memorat *Alegambe* pag. 24 dubitanter admodum. (a) *Nicolaus Antonius Bibliothecæ Hiſpanicæ* pag. 46. a. diſerte anonymum opus facit; ex quo poſtea *Sotvellus* p. 44. a. idem refert.

(a) Alegambe *Biblioth. ſcriptor. de Societ. Jeſu, pag. 24. Latine vero, ſed ſuppreſſo, ut reor, nomine, duo opuſcula, mole exigua, ſed prorſus egregia;* Encomia Beatiſſimæ Virginis ex Sacrâ Scripturâ & Sanctis Patribus deprompta, cum eorundem citationibus, *excuſa primum Hiſpali, recuſa Viennæ* M. DC. XXXII. *typis Michaelis Riccii.* Encomia ſimilia ſacro ſanctæ Euchariſtiæ, *excuſa Hiſpali unà cum prioribus.*

(731. β) EXCOMMUNICATIONIS PONTIFICIÆ DECRETO, *contra Regem Navarræ Henricum, poſtea & Galliæ IV. Principemque Condæum publicato anti-ſcriptum eruditiſſimum,* puero nec dum 17. annorum *Jacobo* BONGARSIO adſcriptum ut eidem eripere ſatagat Antonius *Varillaſius*, pluribus patet *ex Actis Erudit. Lipſienſibus* Tom. II. Supplement. X. p. 407. & 458. ubi illius vita Henrici III. deſcripta recenſetur.

(731. γ) Libellus EXERCITIORUM *Spiritualium, ad Joannem Auſtriacum, Buteræ principem*, Neapoli. ONUPHRIUS AMPHORA Surrentinus, congregationis Regularium præpoſitus Generalis XI. qui obiit 1640. edidit; referente ex *Silos*, Hiſt. Regular. Clericor. Tom. III. fol. 620. *Oleario* in literis de A. 1676. 26. Jun. Incognitus Scriptor *Königio*.

(731. δ XLIII.) FAUSTUS *Annus, Menſis, hebdomas, dies, hora, Chriſtiani hominis* Brugis 1638. in 24. *ἀνωνύμως* editus, eſt JODOCI ANDRIES *Jeſuitæ*, continens plures ejusdem alias editos ſine nomine, libellos, teſte *Alegambe* pag. 280. & *Valerio Andreæ* Bibl. Belgicæ pag. 588. *Sotvell.* p. 516. addit poſt 5. ejusdem editiones prodiiſſe eum ab auctore recognitum & auctiorem, Brugis 1659. deinde novam omnibus auctiorem Monaſterii Weſtphalium 1643. in 12.

(731. γ) EXAMINIS ACCURATI auctor *Jacob* BATELIER ſeu *Jacobus* BATTELERIUS Arminianus, quomodo ſit, ita refert *Symbola Maſtrichtiana: Batelerius* Jacob Arminianus auctor ACCURATI EXAMINIS ſcribit: Want 't

is

s een laſtering, dat ſeker Vermont Remonſtrant, dien vvy vermonden BATTELIER te ſyn; in Marg. citatur accuratum examen. pag. 15. *Simon Oomius* in diſſert. de praxi Theolog. Belgice editâ, pag. 301. ubi & verba accurati examinis belgicè adducuntur.

(732) FAVUS MELLIS, *ex variis SS. Patribus collectus*, Lugd. apud Joh. Charuet. 1617. in 24. Scriptum hoc à *Lipenio* non adductum, & ab *Alegambe* omiſſum, ſub nomine Alexandri FICHETI, Sotvv. in Ind. Anon. pag. 831. col. b. & pag. 21. tribuit Alexandro *Ficheto*, natione Sabaudo, Jeſuitæ. Cum eo conſentit *Witt.* Diar. Biogr. 1650.

(732. α XLIV.) *Georgii FERRARII Vita Spiritualis, deſcripta per Spiritum Sanctum Pſalm. XVII.* Viennæ. 1637. 8. *ex Italico latina* facta eſt à *Joanne BUCCELENO Jeſuita*, cujus tamen nomen interpretatio dicta non præfert. *Alegambe.* p. 230. & *Sotwell.* p. 428. & ex *Cozzando Acta Erud. Lipſ.* 1659. pag. 474.

(732. β) EJUSDEM *ſelecti Affectus ſponſi cœleſtis & animæ devotæ*, excerpti ex Canticis, Viennæ 1651. EIDEM interpreti ibidem *ab iisdem* adſcribuntur.

(733) *De* FIDE librum GREGORII NAZIANZENI aliquando *ἀνωνύμως* prodiiſſe, memorat *Sixtus* Senenſ. Biblioth. Sanctæ lib. 4to pag. 405. col. 1. (a)

(a) Sixtus Senenſis *Bibl.* Sanctæ *lib.* 4. *p. 405. col. I. Deinde ſunt, qui explorandi alieni judicii gratia lucubrationes ſuas inſcriptione carentes, evulgant, ut quaſi Apelleo more poſt tabulam latitantes, lectorum ſententias intelligant, ut operis vitia ab eis libere detecta, corrigant. Sic magnus ille* Gregorius Theologus, *in præfatione libri* de fide *ſcripſit, ſe ab amico ſuo efflagitaſſe, ut eundem librum detracto Auctoris nomine, ac diſſimulata compoſitoris perſona, doctis viris & prudentibus legeret, ut, ſi quis monuiſſet, quod illic minus recte poſitum videretur, poſſet plurimorum conſilio emendari.*

(733. α) FLAGELLUM HEBRÆORUM edidit *Franciſcus Carbonus*, Venetiis A. 1672 ſuper Judaicam perfidiam Prophetarum jaculis labefactam, *Tribus libris* per capita diſpoſitum, ad ſingulorum utilitatem, in Redemptoris noſtri JEſu Chriſti Meſſiæ probationem. Totum opus diſtributum in tres libros, *in modum Dialogi inter Judæum & Chriſtianum.* In fine extat *oratio Autoris ad Hebræos:* Excuſa Venetiis, anno 1672. typis Stephani Curtii, in 12. verba ſunt Caroli Joſephi *Imbonati*, Biblioth. Latino Hebraicæ p. 41. quæ excerpente M. Joh. Alb. *Fabricio*, inter alia hujus libri Anonyma ſcripta, mihi ſunt communicata; addito, quod pag. 81. doceatur auctor eſſe Ignatius CONTARDUS nominatim, & deſcribatur ut Mercator Januenſis.

(734) *Formularum* FIDEI *quatuor, quæ Notis ſuper* CONCILIUM ANTIOCHENUM *inſeri ſolent*, auctores nominat, & quidem earum ſecundæ, LUCIANUM MARTYREM, *Journal des Sçavans*, ad annum 81. p. 95. (a)

(a) Journal des Sçavans, *ad annum 81. p. 95. Ainſi ſur les quatres* Formules de Foy, *qu' on à côutume de mettre dans les Notes ſur ce* Concile, *& qui ne donnent pas peu d' embarras, aprés avoir montré, que la premiere, & la quatrieme furent compoſées par les ſeuls Eveſques Euſebiens; la* premiere *avant la convocation du* Concile, *pour ſe juſtifier ſur ce qu' on les accuſoit, d' eſtre d' intelligence avec Arius, & l' autre, quelques mois apres la fin du Concile, il prouve, que la 2. fut compoſée par* Lucien Martyr *environ trente ans avant, qu' Arius ſe declaraſt ſur ſon hereſie &c.*

(734. α) COLLEGIUM DE PROPAGANDA FIDE, *ὡς ἐν τύπῳ adumbratum & digniſſimis Eccleſiarum reformatarum Antiſtitibus & Synodis oblatum* à F. S. Hammoniæ, typis Bernh. Wolphard. Anno 1668. in 4. Ex initialibus literis conjicere licet, auctorem eſſe *Fridericum* SYLVIUM, olim Eccleſiaſten Calcarienſem in Clivia, quam conjecturam à fratre ſuggeſtam habeo: ſcribit Ampliſſimus Syndicus von *Maſtricht*, docetque concinere Catalogum Guill. Anſelarii, pag. 76. Qui & addit ſequentia verba manu propria:

Auctor bene doctus & in Juliacenſi & Clivenſi tractu bene notus. Conſilium ſuggerit, quomodo proteſtantium Theologia & ſacra poſſint propagari ad converſionem aliorum. Habuit auctor Xantippen, pro uxore, quæ eum adegit, ut functioni tandem valediceret. Fuit cognatus Sylvii, concionatoris Amſtelodamenſis, ſcriptis quoque clari: quia paucorum foliorum, meretur, ut totum inſereretur; additæ literæ F. S. oſtendunt quoque hunc auctorem.

(735) *Explicatio trium locorum N. T.* de FIDE ET OPERIBUS. Amſtelod. 1640. in 8vo. Omnes hanc ferè uno ore GROTIO attribuunt. *Lipenius* Tom. I. Bibl. pag 694. col. a. ſub ejus nomine adducit: id quod etiam facit *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlej. Nec dubitare amplius ſinit, quod *recuſa* invenitur *in Operum* ejus T. III. Amſt. fol. 1679. ut *Lipen.* cit. loco. Notandum tamen, *Richterum* Epiſt. Select. pag. 475. ubi de Anonymis Grotii agit, non memorare: ut & *Bateſium* in Indice vitæ ejus ſubjuncto hic ſilere.

(735. α XLV.) *Reſponſio Franciſci FONTANI ad quæſita cujusdam Prælati circa Hierarchiam Eccleſiaſticam ex Gallico Latina* facta, tacitoque interpretis nomine fuit edita Viennæ 1634. ab *Henrico* LAMORMAINI, *Jeſuita Belga*, teſte *Alegambe* p. 176. & *Sotwell.* pag. 328. Idem ille, quod perſonatus hic *Fontanus*, ſit *Stephanus BINETUS*, Jeſuita Gallus, apperit p. 426. vide *Pſeudonymos* noſtros.

(736) APOLOGIA PRO JURAMENTO FIDELITATIS *ἀνωνύμως* primum Londini prodiit,

prodiit, dein recuſa præfixo nomine Autoris, Sereniſſimi puta ac potentiſſimi magnæ Britanniæ Regis JACOBI, Hagæ Comitis, 1609. ut *Olear.* in literis de Ao. 1670. 26. Jun. mecum communicavit. Confirmat idem *Hyde* in Catal. Bibl. Angl. ubi & *translationes* libri hujus *in Anglicam & Gallicam* linguam habet eodem anno excuſas. Adde *Maſtrichtiana* ſerius allata n. 1. 2.

Jacobus Rex Angliæ. I.

Scripſit *apologiam pro juramento fidelitatis*, primum ἀνωνύμως; ſed obtulit per legatos tamen eam Principibus Europæ. Edidit poſtea, cum *Parſonius* eam eſſet aggreſſus, item *Bellarminus*, ſeu Matth. *Tortus*, cum ſuo nomine & præfatione monitoria ad Reges, Principes & ordines Chriſtianos, in qua pag. 66. add. pag. præced. agit de ſuo βασιλικῷ δώρῳ, & cur in ſecunda editione præfationem contra Puritanos exacerbaverit.

Parſonius. 2.

Scripſit contra Jacobum Reg. Angliæ, *de juramento fidelitatis.* De eo Rex Jacobus, paſſim, in præfatione monitoria pag. 7. Anglus item paragraphiſta, vel potius petulans ille perverſus *Parſonius*, quandoquidem ſub illo P. tantoperè delectatur &c.

Meminit pag. 40. reſponſionis Parſonii ad Cookium Rex.

---

(737) FLORENTINI CONCILII *Inſtructio Armeniorum*, in Schedis *Normannianis* ex *Hottingeri* de ſcriptis ſuppoſititiis libro mihi prorſus incognito *EUGENII* Papæ Schiſmatici eſſe docetur, cujus hoc nomine nec *Cave* in Chartophylace, nec *Olearius* in Abaco mentionem ullam facit.

(737. α) FORTALITIUM FIDEI, *contra Judæos, Saracenos &c.* Noribergæ editum 4. 1494. *Lipenius* Bibl. Theol. Tom. I. pag. 703. col. b. & Lugd 1525. in 8. *Hyde* in Catalogo ſub lemmate: fides, memorant. De hoc ita Polyhiſtorum decus illuſtre, D. Joh. Frider. *Mayer*, in Epiſtolica diſſ. de Anon. & Pſeud. Fortalitium „Fidei, in quo agitur de armandis fidelibus, ac „de ſex armorum ſpiritualium generibus, quia „& quibus armis muniendi ſint Concionatores. „Auctoris nomen ignorat *Poſſevinus* ſed nonnul„li *Guilielmo* THOLANO, alii THOMÆ Patri„archæ *Barbarenſi*, alii ALPHONSO à SPINA „adſcribunt. Conferatur Caſimirus *Ouden.* ſupplem. de ſcript. à Bellarmino omiſſis p. 714. Paulo aliter ſæpe jam celebratus & impoſterum celebrandus etiam ſæpius imo ſæpiſſime *Dn. Normannus* in ſchedis ſuis: Fortalitium fidei contra „Judæos, Saracenos, aliosque Chriſtianæ fidei „inimicos *Gulielmi* TOTANI aut BARTHOLO„MÆI de SPINA. *Hoornbeck* contra Judæos „Proleg. pag. 9. *Selden* Succeſſ. prol. pag. 15. Sed „ALPHONSO de SPIRIA Minoritæ vindicat „Athanaſ. *Kircherus*, Obeliſci Pamphil. l. I. c. 11. „Vid. *Boſius* de Statu Europæ pag. 337. Huc usque verba *Normanni.* ALPHONSO à SPINA tribui quoque video à *König* Bibl. pag. 770. col. a.

(a) adde *Miræum* Bibl. Eccleſ. part. II. pag. 11. ubi alios BARTHOLOMÆUM de SPINA diverſum ab aliis ejusdem nominis duobus, alios JOANNI à SPIRA id opus adſcribere memorat. (b) Quos ſine dubio confundens, ALPHONSUM de SPIRIA nobis inducit *Athanaſius Kircherus*, citatus *Boſio*, in Exercitatione ad Periocham Joſephi de Chriſto (c) ubi pro GUILIELMO THOLANO Guilielmum TOTANUM ex *Hoornbeckio* ſubſtituit. Poſt quod omnes quid attinet plures conquirere? niſi quis etiam cumulo complendo velit addere *Colomeſium*, in Miſcellaneis Gallicis Hiſtoricis, ſ. Melanges Hiſtoriques pag. 59. ubi TOTANUS itidem, & BARTHOLOMÆUS, & ALPHONSUS SPINA leguntur, & de poſtremo hoc reliquis non memoratum quid additur. (d) Adde *Beughem.* Incunab. typographiæ lit. F. anonymorum, & *Hoornbeck*, de convertendis Judæis, §. 5. pag. 9. poſt. med. citatos in *Symbola Maſtrichtiana.*

(a) König. *Bibl. pag. 770. col. a.* Alphonſus a Spina *Judæus Converſus A. 1452. vixit. Paravit* fortalitium fidei *contra hæreticos, Saracenos, & Judæos*, nomine ſuppreſſo. Waddingus *p. 14. refert eum tandem Orinopolitanum Epiſcopum factum eſſe.*

(b) Miræus *Bibl. Eccl. Tom. II. p. 11.* Bartholomæus de Spina, *Piſanus, ordinis prædicatorum, varia opuſcula ſua Venetiis 1535. in fol. edidit. Ita* Molanus *in ſua Bibliotheca ſacra.* Antonius Senenſis *dicit, ipſum fuiſſe Magiſtrum ſacri palatii, & tria volumina de rebus theologicis 1519. & 1535. in fol. Venetiis publicaſſe. Alius ab iſto fuit* Bartholomæus Spineus, *itidem monachus Dominicanus: cujus liber de* Strigibus & Lamiis *1575. in 4. Romæ &* Malleus maleficarum, *Coloniæ 1581. prodierunt. Præter hos duos ſunt, qui tertium conſtituunt* Bartholomæum de Spina, *eumque dicunt fuiſſe monachum ordinis Minorum, & auctorem cujusdam operis, Noribergæ 1498. in folio & Lugduni 1525. in 8. editi hoc titulo:* Fortalitium fidei contra Judæos, Saracenos, aliosque hoſtes, libris quinque, per quendam ordinis Minorum, in Partibus Occidentis, 1459. ſcriptum. *Alii hujus operis auctorem vocant* Johannem à Spira.

(c) Joh. Andreas Boſius, Exercit. ad Joſephi periocham de JEſu Chriſto, cap. 4. p. 91. §. 2. *E Theologicis igitur id urgent è ſeculo quidem Chriſtiano quinto decimo auctor* Fortalitii fidei, *anno* cIↃ CCCC XXXIX. *in Hiſpania, ut videtur, contra Judæos, Saracenos, aliosq; Chriſtiani nominis hoſtes ſcripti, & Noribergæ anno* cIↃ CCCC XCIIX. *excuſi, libro I. articulo VI. puncto IV. theſauro I.* (Alphonſum de Spiria *laudat* Athan. Kircherus, *in Obeliſco Pamphilio;* Guil. Totanum, *Jo.* Hoornbeckius *in prolegomenis librorum VIII. pro convincendis & convertendis Judæis; alii* Bartholomæum de Spina, *monachum Franciſcanum; quidam neſcio quem* Joannem de Spira.)

(d) *Pauli* Colomeſii Melanges Hiſtoriques, pag. 59. *L'on ne ſçait pas au vray, qui eſt l'Autheur du Livre intitulé,* Fortalitium fidei. *Quelques-*

ques-uns croyent, que ce ſoit Guillaume Totanus: D' autres Barthelemy de Spina, *Dominicain. Grotius dans une lettre manuſcrite, que j' ay leüe chez M. Voſſius, l' appelle* Thomas Barbarienſis. *Le Jeſuite* Mariana, *dans ſon hiſtoire d' Eſpagne*, Liv. 22. ch. 13. *dit, que c' eſt un Cordelier, nommé* Alfonſe Spina, *qui aſſiſta à la mort ce grand Capitain Alvare de Lune. Ce Liure eſt fait contre les juifs.*

(737. β) CONFORMITATUM S. FRANCISCI fertur Auctor *Bartholomæus* ALBICIUS. vid. *Spanhem.* Epit. Iſagog. in hiſtor. p. 738. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(738) FRATERNA *& modeſta ad omnes* REFORMATAS ECCLESIAS, *pro unamini* CONSENSU *conſtituendo* EXHORTATIO; *à pio & erudito Theologo* Francof. 1618. 8. In *Codice Bibliothecæ Oxenſtiernia* hæc annotantur. Dilectiſſimo fratrum D. Johanni BYTHNERO, auctoris filio, dono obtulit ALTERMANNUS, Cracovienſis Miniſter. Hucusque communicata Dn. *Normanni Symbola. Lipenius* iisdem ferè verbis titulum adducit in Bibl. Theol. tom. I. p. 413. col. a. niſi quod anno impreſſionis 1608. diſcrepat. Quis autem ille ſit *Bythnerus*, à quo ſane diverſus, qui Cantabrigiæ clavem linguæ ſanctæ, & Lyram Davidicam ſtruxit, de quo *Hyde* & *König*, p. 147. col. b aperit nobis porro Hiſtoria, nomine Syſtematis Hiſtorico-Chronologici, Eccleſiarum Sclavonicarum, libro tertio p. 417. ubi hæc leguntur. „Bartholomæus *Bythnerus*, Sileſius antea Eccleſiæ Glambovicenæ, deinde Malicenſis Miniſter, Senior primum Diſtr. Oſviecim. & „Satorienſ. ultimus, deinde Sendomirienſis, Chriſti pro nomine multa perpeſſus. Extant Scripta ejus Latina: *Fraterna ac modeſta ad omnes, per „Univerſam Europam Reform. Eccleſias, pro unanimi „in toto Relig. Evangelicæ negotio, conſenſu inter ſe „conſtituendo, Exhortatio*, nomine Fratrum Evangelicæ Profeſſionis, in Regno *Polon.* exiſtentium, Excuſa 1612. recuſa Francofurti ad Mœnum 1618. Idem Tractat. *de InvocationeSanctorum, Enchiridion Conſolatorium pro iis, qui hoc tempore perſequutiones graviſſimas, Evangelicæ veritatis „cauſa patiuntur* 1624. Latinè. Idiomate Bohemico, 1631. Polonico 1635. translatum &c.

(738. α XLVI.) *Achillis* GAGLIARDI *compendium Chriſtianæ perfectionis, ex italico latinum* edidit Viennæ 1633. in 16. oppreſſo nomine ſuo, *Jo.* BUCCELENUS *Jeſuita Italus*: teſte *Alegambe* pag. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat; & *Sotwell* pag. 428. & ex *Cozzando, Acta Erud. Lipſ.* 1695. p. 473.

(738. β) FUTURORUM *per ſigna temporum* INVESTIGATIO, edita Lugd. Batav. 1688. dedicata, ut ſcitu valde neceſſaria, cunctis Proteſtantibus, recenſetur in Dialogis Menſtruis Germanicis anonymis (Monatl. Unterredungen) A. 1689. pag. 342. & ſeqq. Unde, quæ damus excerpta (a) conjuncta cum iis, quæ de *anonymo Corporis Theologiæ Auctore* dicta jam habemus ſupra n. 698. α ſatis manifeſtant auctorem *Gerhardum* von der MEULEN, de quo & n. 1402. & ſeq. plura memorabimus.

(a) Monatl. Unterredungen *A.* 1689. *p.* 346. — Ich habe das Lateiniſche Werck ſchon ſelbſt geleſen/ und weil mir dabey eingefallen / daß die darinnen enthaltenen *hypotheſes* mit dem Prodromo Corporis Theologiæ, der im Haag *Anno* 1682. 4. gedruckt/ gantz übereinkommen / als habe ich deſſelben dreyzehendes Capitel biß zum 26ſten mit dem neuen *ſcripto conferiret*/ und leicht geurtheilet/ daß ein Auctor beyde Schriften gemacht habe. Allein / ob ich gleich ſeinen Namen bißher nicht erfahren können / ſo bin ich doch mit denen Herren Leipzigern / welche den *Prodromum* im *Octobr.* des 1682ſten Jahrs *recenſiret*/ darinnen eins/ daß er eine neue Secte machen wolle / welche man mit gutem Beſtande/ meines Erachtens nach/ die Myſtiſche nennen köñte. Denn es iſt alles mit *Senſibus Myſticis* und *Allegoriis* angefüllet.

(739) *Vindiciæ ſecundum* LIBERTATEM ECCLESIÆ GALLICANÆ, & *Regii ſtatus Gallo-Francorum*, 8. 1593. James. 516. Sunt Ludov. SERVINI, ut ex Ravio & James. app. 32. Catal. Bibl. qui & Francof. 1613. editas eſſe teſtatur, docet Dn. *Normannus* nos iterum. Prodiit eodem fere tempore 1594. Codex Libertatum Eccleſ. Gallicanæ *Widdrigntoni*, de Juram. fidel g. 59. Hic Ludov. Servinus, Jctus Gallus & tractatum de Actionibus forenſibus nobis reliquit. v. *König*, Bibl. p. 749. b.

(739. α) *Tractatus de* LIBERTATIBUS ECCLESIÆ GALLICANÆ, *continens amplam diſcuſſionem Declarationis, factæ ab illuſtriſſimis Archiepiſcopis & Epiſcopis, Pariſiis mandato Regio congregatis* Anno 1682. Auctore *M. C. S. Theol. Doctore*. Leodii apud Matthiam Hovium 1684. Superiorum permiſſu in 4. & ſe trouve à la Haye, chez Moetjens: recenſitus in *Novis Reip. Litterariis* 1685. p. 699. & ſeqq. An ſit idem, qui adverſus 4. propoſitiones (famoſiſſimas illas & alibi nobis memoratas atque memorandas *Stevarti*) Leodii impreſſus liber Baronium defendens, & ex præfatione memoratæ n. 2225. Concionis de S. Polycarpo, Cardinali *d' Aquirre* & Monſeigneur CAZZONI adſcribitur Monatl. Unterredung 1689. pag. 473. videant, quibus vacat ulterius in hæc inquirere. Additis iis, quæ refert idem Auctor. *Novor. Reip. Litterariæ* 1689. de libro, qui traitte *des libertez de l' Egliſe* Gallicane, citatus 1689. Martii p. 275. At 1688. recenſitus hoc titulo pag. 733. & ſeqq. Anonymus hac ratione quoque detectus.

(739. β) GALLIA VINDICATA, *in qua Teſtimoniis Exemplisq; Gallicanæ præſertim Eccleſiæ, quæ pro* REGALIA *ac* 4. *Pariſienſibus Propoſitionibus* à Ludovico Maimburgo *aliisq; productæ ſunt, refutantur.* C'eſt à dire, *Refutation de ce que M. Maimbourg, & les autres, ont ècrit en faveur de la Regale, & des 4. Propoſitions de l' Aſſemblée du Clergé*. 1688. in 4. Pag. 637. & 295. & ſe trouve à Amſterdam chez Henri Desbordes. De qua, præter. *num. proxime* præcedenti dicta, nunc ultra nil habemus, niſi quæ n. 2259. in Gallicis aſſeruntur. In quo tamen & erratum eſſe n. 2259. indicabitur.

(740) *In Geneſeos* CAP. I. *Commentariorum libri ſeptem*, ſive *in Hiſtoriam Hexaëmeri*, MANUSCRIPTUM eſt anonymum, cujus auctorem detexit *Sebaſt. Tengnagelius*, JOHANNEM PHILOPONUM, Grammaticum Alexandrinum, beneficio *Photii* in Bibl. librorum à ſe lectorum, illudque edi curavit per *Balthaſ. Corderium*, S. J. Vindobonæ, typis Gregorii Gelbhaar/ ao. 1630 in 4to *Lambecius* Bibl. Cæſ. Tom. I. pag. 138. (a) qui p. 139. Corderium in prima hâc iſtius operis editione nonnnullis locis a vera lectione & verſione contextus Græci aberraſſe ſcribit, ſeque hoc opus ſecundâ vice in Supplemento Bibliothecæ SS. Patrum cum notis & animadverſionibus exhibiturum eſſe.

(a) Lambecius Bibl. Cæſar. Tom. I. pag. 138.

Deeſt quidem in Codice illô MSto Joannis Philoponi *nomen, ſed feliciſſime illud indagavit jam memoratus* Tengnagelius, *beneficio* Photii, *Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui in Bibliotheca librorum à ſe lectorum opus hoc* Philoponi *in* Hexaemeron *non tantum Codice XLIII. recenſet & laudat, verum etiam Codice CCXL. excerpta quædam ex eo exhibet.*

---

(741) GENESIS, *cum Catholica Expoſitione Eccleſiaſtica ex univerſis probatis Theologis excerpta, à quodam verbi Dei Miniſtro, diu multumq; in Theologia verſato.* Liber Genevæ editus, cujus Autorem *Auguſtinum* MARLORATUM eſſe, liquet ex præfatione præfixa. Sunt hæc verba Decad. V. n. 6. *Beckeri* Advocati Haffnienſis in collectionibus Mſptis, per Dn. *Mollerum*, Flensburga mihi communicatis. Plenius adhuc titulum exhibet *Index libr. prohibit.* Alex. VII. pag. 53. *Geneſis cum Catholica Expoſitione Eccleſiaſtica, id eſt, ex Univerſis probatis Theologis quos Dominus ſuis Eccleſiis dedit, excerpta &c. ſive Bibliotheca expoſitionum ex probatis Theologis, quotquot in Geneſin &c.* Morg. fol. 1568. 1580. adde *Lipen.* Tom. I. Bibl. pag. 731. col. b. 1585. & *Hyde*, Catal Bibl. Bodlei ſub lemmate: *Geneſis.* Non alium auctorem ejus, ac Marloratum, qui ſtrangulatus â Guiſianis in expugnatione urbis Rhotomagenſis 1562. obiit, teſtantur etiam *König.* Bibl. pag. 511. col. a. *Hyde* vero ipſi non adſcribit, alia ejusdem exhibens ſcripta, pag. 433. a. Vide omnino *Friſium* (a) Bibl. Geſnerianæ, p. 92. a. & infra n. 854. dicenda.

(a) Friſius *in Biblioth. Geſn. p. 92. a.* Auguſtinus Marloratus *Evangelium docuit Rothomagi, & illic propter veræ fidei confeſſionem ſupplicio affectus eſt. Hic ex doctiſſimis ætatis noſtræ Scriptoribus, commentarios concinnavit in plures libros ſacræ Scripturæ, additis ubiq; auctorum nominibus & ſua ſententia ſæpe interpoſita: qui excuſi ſunt Genevæ ab Henrico Stephano, in folio. Primum Novi Teſtamenti. Deinde* Geneſis cum Catholica expoſitione eccleſiaſtica. *Pſalmi Davidis & Cantica ex diverſis Bibliorum locis cum ſimili expoſitione, & indice huic expoſitioni communi cum expoſitionibus in Geneſin & Pſalmos.*

---

(742) In GENESEOS â *Xante Pagnino* factam *interpretationem Notæ Hebraicam veritatem indicantes*, auctorem habent amiciſſimum & honoratiſſimum Dn. Collegam meum S S. Theologiæ, Licentiatum Eberhardum ANKELMANNUM *Profeſſorem Gymnaſii Hamburgenſis meritisſimum.* († 1703) Prodierunt Hamburgi 1675. in 8vo majori p. 134.

(742. *a*) *Homilia in* S. GENESIUM, Martyrem, quam *Surius* d. 25. Auguſti in vitis Sanctorum ſuorum publicavit anonymum, S. PATIENTI, ab aliis & PAULINO NOLANO aut BITERRENSI quomodo adſcribatur, videatur *Miræus.* Eccleſiaſticæ Bibliothecæ, ſive de Scriptoribus Eccleſiaſticis (a) pag. 204.

(a) Aub. Miræus, auctario de Script. Eccleſiaſt. p. 204. *S. Patiens, Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus, Martyrologio Rom. ad d. 11. Septembris inſcriptus legitur. Extant ad eum epiſtolæ aliquot Sidonii Apollinaris. Gregorius Turonenſis lib. 2. c. 24. Patientis munificentiam prædicat, cum fames in Burgundia graſſaretur. Papirius Maſſonus, in deſcriptione fluminum Galliæ, huic Patienti tribuit elegantem* Homiliam in S. Geneſium Martyrem Arelatenſem, quam Surius 25. Auguſti publicavit, quamque Paulino Nolano aut Biterrenſi alii adſcribunt.

---

(743) *Interpretatio Confeſſionis* GENNADII *in Opuſculis Theologicis, à celeberrimo Chriſtiano Daumio editis* p 53. cujus ſit, non indicatur in titulo: ſed factum id in præf. p. 6. ubi *Davidi* CHYTRÆO aſſeritur. *Normanni* hæc obſervatio eſt. Fuit iſte Gennadius, cognomine Scholarius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & vixit 1440. Confeſſionem hanc de fide Chriſtianorum ad Mahumedem Imperatorem exaravit. Ea Confeſſio in Turc. Arabicam linguam converſa eſt, ab Achmet Berrhoeæ prætore, & habetur in Turco-Græcia Cruſii. Eandem Daumius una cum dialogo Hieronymi de Trin. Ao. 1677. edidit. *König.* Bibl. pag 340. col. a. Edita habetur etiam cum notis Joh. *Wegelini* Auguſt. 1608. vid. *Lipen.* Bibl. Tom. I. p. 400. col. a.

---

(744) Beati GILII, ex ordine Prædicatorum, *Officium*, quod ſit *Balthaſaris* de S. JOHANNE Luſitani, ordinis Prædicatorum, indicat *Antonius Senenſis*, in Bibliotheca eorundem fratrum (a) *Hyde* & *König* eum ignorant. Nicolaus *Antonius*, Bibliothecæ ſuæ p. 142. b. hoc ejus ſcriptum recenſet, neſcire ſe quo idiomate ſcriptum ſit, addens. Claruiſſe verò Ao. 1500. teſte Alphonſo *Fernandez.*

(a) Antonius Senenſ. *Chron. fratr. Ord. Prædic. in Biblioth. p. 38.*

Frater Balthaſar de S. Johanne, *Portugallus natione, Vir ingenio præſtans, eloquio comtus, in humanis litteris verſatus, ac divinarum non ineruditus, ſcripſit* Vitam beati Gilii, *ſive* Ægidii, *noſtri ordinis, qui in Portugallia in noſtro conventu Sancterenenſi reconditus habetur, & eam dicavit integerrimo Patri, fratri Georgio Vogado, cum Priorem ageret conventus noſtri de Benfiqua. Cum eadem Vita conjunctum vidi* officium *hujus* beati Gilii & *illius* ejusdem patrem Balthaſarum fuiſſe auctorem arbitror.

(744.

(744. α XLVII.) GLOSSA ORDINARIA BIBLIORUM, & *Gloſſa Juris Canonici magnæ ſemper in Eccleſia Romana fuerunt authoritatis.* Auctor gloſſæ ordinariæ fuit ALCUINUS, ut placet *Antonio* part.3. t.4. cap. 15. & *Ganguino* lib.4.Hiſt. Franc.c.1. vel STRABUS *Fuldenſis* circa A. 840. ut placet *Trittbemio*, verba ſunt *Jo.Gerhard.* Exegeſ. Loc.1. de S.Script.n.89.p.m. 101.

Deckherrus in Conjecturis de Scriptis adeſpotis pag. 91. *tres* ejuſdem auctores nominat, ALCUINUM, STRABUM Fuldenſem, & BRITONEM, putatque labore conjuncto eam fortaſſe collectam eſſe, nihil tamen certi definiens. (a) *Bellarminus* vero libro de Scriptt. Eccleſ. pag 191. atque alii plerique, eam Strabo Fuldenſi tribuunt, ac decerpſiſſe ex operibus RABANI magiſtri ſui, referunt. De lite, an is idem ſit cum WALAFRIDO STRABONE, Augiæ divitis abbate, auctores in utramque partem allegat *Olear.* in Abaco Patrolog. pag. 469. Quibus adde *Quenſtedt* de patris illuſtr. Virr. pag. 213. qui WALAFRIDUM ABBATEM SAN-GALLENSEM, & Strabonem Monachum Fuldenſem, unum eundemque eſſe ac, qui diverſos faciunt, errare aſſerit. (b) Inclytus Regius Svecicus Conſiliarius Dn. Joh. Frid. *Majerus*, S. S. Th. D.&P.P. in Epiſtolica diſſertatione, quam olim mihi inſcripſit, *Gloſſæ ordinariæ inquit, auctor* Walafridus Strabo creditur, *quo de inter* Miræum, Voſſium, Poſſevinum, atque Labbeum lites multæ, an idem hic Strabus Augienſis abbas qui Fuldenſis fuerit. Plura vide peculiari capite XXVII. apud Richard. *Simon.* Hiſtoire Critique des Commentateurs du Noveau Teſtament.

(a) Deckherrus in Conjecturis de Adeſpotis, *editione Amſtel. p. 91.* Gloſſa ordinaria *Bibliorum* tres *habere* Auctores *Noſtratibus dicitur:* Alcuinum, Strabum *Fuldenſem*; *illum ex allegatione* Antonini (*ita enim legendum pag.3. t.4. c.15. &* Ganguini *&c.) Hunc ex* Trithemii, Sixtique Senenſis *fide*; *Me Hercle! hic conjecturis locus, & eas fingere licet!* Tertius Britonem *nominat. Et quid ſi labores conjuncti eſſent? Vide autem uberiora apud Robertum* Stephanum *in Epiſtola Gloſſæ illi præmiſſa; & Dn. Th. Janſon. ab* Almeloveen, *de Vita Stephanor. p. 46.*

(b) Joh. Andr. *Quenſtedt*, *de Patriis illuſtr. Virr. pag. 213. Rabani Mauri diſcipulus & notarius fuit Walafridus* Strabus *vel* Strabo *ab oculorum vitio ſic dictus, Fuldenſis Monachus primum, poſtea Decanus ad S. Gallum in Helvetiis, & demum Abbas Augiæ-divitis in diœceſi Conſtantienſi, natione Germanus, vir divinæ ſcripturæ peritiſſimus, qui Gloſſam, quæ ordinaria dicitur, e dictis S. Patrum primus comportavit in univerſam S. Scripturam; quæ gloſſa poſtea aucta fuit à poſterioribus. Errat autem* Trithemius, *eumque ſecuti Laurentius* Surius *in hiſtoria Sanctorum, &* Bellarminus *de Scriptor. Eccl. qui* Wallafridum Abbatem *San-Gallenſem &* Strabonem *Monachum Fuldenſem diverſos eſſe arbitrantur.*

(744. β) Theologi IN GOESII PILATUM JUDICEM STRICTURÆ, habent auctorem *Fr.* BURMANNUM, quas rogatas, & extortas, Goeſius poſtea acerbiſſimè inſectatus eſt, ut patet ex ejus Pilato Judice, ex eoque impotentia animi hujus Viri. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*, v. quæ de Pilato judice damus. & *Maphanatus* in Pſeudonymis.

(745) Ad GOMARUM *moratorem* ANTAPODIXIS J. B.R. CORVINI Leidenſis quod ſit, v. in *Declaratione Ordinum contra Formulam Remonſtrantium* pag. 247. Nempe illius *Jo. Arnoldi* celebris Arminiani, cujus extant contra *Molinæi Anatomen* Arminianiſmi & *Reſponſio duplex pro Grotii Pietate Ordinum* vindicanda, & alia, factaque prolixa mentio p. 637.&c. in Vita Antonii *Walæi*, quæ extat in Bateſiana collectione à pag. 600. usque ad 660. in qua tota Remonſtrantium & Contra remonſtrantium pugna, cujus Walæus pars magna fuit, enarratur.

(745. α) EXAMEN & *refutatio* XXIV. ERRORUM *quos Latini tribuunt* GRÆCIS, Mſptè extat in Bibliotheca noſtra Carolina quod huic etiam adſcribitur Petro. Videatur Joh. Jac. Huldric. de Religione Græcorum pag. 64. Verba ſunt Joh. Henr. *Hottingeri* in Bibliotheca Tigurina pag 162. de *Petro* NUMAGEN, Trevirenſi, agentis. Quæ anonymorum ſuorum ſymbolis mihi transmiſſis Holmia annumerat Dn. *Laurentius Normannus.*

(746) *De* GRATIA VICTRICE liber. Ejus libri autorem ſibi ſatis notum aſſerit *Bertrandus Textor*, S. Theol. D. Bonifontis, in Theraſcia, Ordinis Ciſtercienſis Prior, in Diſputatione Theologica ad hunc librum: quæ diſputatio prodiit Carlopoli 1651. 8. Creditque eſſe *Nicolaum* de la LANE, vel LANÆUM Janſenianum, Abbatem Cœnobii B. Mariæ, à Bonofonte. Communicavit hæc Dr. *Sperling.* ex Bibl. Anti Janſen. p. 6. Nec enim ſcriptum hoc apud *Lipen.* nec autorem ap. *Königium* reperio.

(747) S. GREGENTII *Tapharenſis*, in Homeritide, Arabiæ felicis regione, *Archiepiſcopi, Diſputatio* integra *cum Erbano Hebræo* quatuor diebus continuis coram Abramio, Rege Homeritarum Chriſtiano, in Metropoli Taphar ſ. Saphar habita, cum ſubjuncta narratione de converſione ingentis multitudinis Judæorum ad religionem Chriſtianam, ſimul & de morte Regis Abramii atque Sti Gregentii ArchiEpiſcopi. Ita *Lambecius* Tom. V. Bibl. Cæſ. pag. 127. ex Manuſcriptis eam recenſet, addens etiam Inſcriptionem Græcam pag. 128. ubi refert edidiſſe quidem hanc diſputationem Græcè & Latinè Nic. *Gulonium*, Pariſiis, apud Fredericum Morellum, anno 1586. in 8vo, ſed mutilè & mendoſè; eodemque modo eam editionem inſertam eſſe *Magnæ Bibliothecæ Patrum* græco-latinæ Pariſinæ, Tom. XI. à p. 194. usque ad p. 272.

Quis vero auctor ſit *deprompta ex publicis Eccleſiæ Tapharenſis actis* hujus Sti Gregentii diſputationis & tàm prolixe literis mandatæ, illud certò ſe indicare non poſſe dicit Lambecius loc. cit. p. 131. (a) putare tamen eum laborem tribuendum

dum eſſe NONNOSO, *Imp. Juſtiniani I.* ſive Magni ad Homeritas legato. *König* in Bibl. ſub nomine *Gregentii*, allegat Caſp. *Barthium*, ad Claud. pag. 1348. qui hujus diſputationis cum Herbano Judæo habitæ, atque à Gulonio verſæ, non Gregentium ſed PALLADIUM auctorem eſſe exiſtimet. Sed *Barthius* loco citato non diſputationis ſed librorum contra Judæos atque in eos Juliani Pomerii præfationis meminit, ex qua ibidem locum quendam exſcribit pro illuſtrando Poëta ſuo. *Olearius* in Abaco patrologico pag. 181. hunc Gregentii Dialogum de converſione judæorum, ſive cum Herbano habitam diſputationem *Bignæum* exhibere ait Tomo 4. Bibl. Pariſ. ed. 2. fol. 967. de *Palladio* autem nec refert quicquam, nec de Gregentio quod auctor illius ſit, dubitat, uti nec *Cave* in Chartophyl. Eccleſiaſt. pag. 96. qui eum *incertæ ætatis ſcriptorem* nominat, ac, *ſi conjicere fas* ſit, *circa annum* 470. vixiſſe refert.

(a) Lambecius *(Petrus)* Biblioth. Cæſar. l. V. p. 131. *Cæterum de Auctore, qui S.* Gregentii diſputationem cum Erbano Hebræo ex publicis Eccleſiæ Tapharenſis actis *depromtam, primus adeo prolixe & accurate literis mandavit, nondum quidem adhuc certo aliquid auſim affirmare: multas tamen ob cauſas veroſimile mihi videtur, eum eſſe* Nonnoſum, Imp. Juſtiniani Imi ſive Magni ad Homeritas Legatum, *cujus Hiſtoriam* Legationis Photius *Patriarcha Conſtantinopolitanus refert exſtitiſſe in Bibliothecæ ſuæ Codice tertio.*

(748) CONSILIUM GREGORIO XV. *exhibitum, cum præfatione & Cenſura* J. G. V. 1623. 4. Leidæ, Johannem Gerhardum VOSSIUM elicit fultus etiam ipſius Voſſii filii *Iſaaci* autoritate *Colomiez* Melanges Hiſtoriques pag. 34. (a) rarum librum aſſerens. Quod expertus adeo ſum, in nullo Bibliographorum quos bene multos evolvi, eundem vel nominatum adeo reperiens.

(a) Colomiez *Melanges Hiſtoriques pag. 34. M.* Voſſius *m' a dit que M. ſon Pere etoit Autheur d'un livre intitulé* Conſilium Gregorio 15. exhibitum cum præfatione & cenſura *G. J. V. c' eſt a dire*, Gerhardi Joannis Voſſii, inprimé *à Leyden l' an 1623. in quarto. Ce livre eſt* rare.

(749) GYMNASIUM VIRTUTUM, *ſive de* OFFICIO *hominis* CHRISTIANI, *& pii ſodalis: ex* AMBRSOIO *l. 1. Officiorum*, Gymnaſii virtutum *pars altera* ex S. Ambroſii libr. II. officiorum *Aleg.* p. 536. a. *Sotwell.* p. 708. a. p. 832. a. Valerii *Andr.* calamum effugit.

(750) *Dialogum de* HÆRETICIS, *jure gladii coercendis, inter Calvinum & Vaticanum, anonymum eſſe, atq; in ipſa præfatione libelli paſſim attribui* CASTELLIONI *(Sebaſtiano* nempe) ab aliquibus vero *Lælio* SOCINO (famoſi illius Fauſti patruo) retulit Dn. *Normannus* in obſervationibus Mſtis communicatis, citans *Hoornbeckii* Summam Controv. pag. 442. prioris editionis quæ, poſterioris & auctioris Colbergæ 1676. in 8. proditæ p. 563. verbis modo citatis Normannianis reperiuntur. Nos hujus argumenti librum ſub duobus Pſeudonymis, *Martino Bellio* n. 159. & *Mino Celſo* n. 236. recenſebimus, quo B. L. remittimus pleniori tractatione de auctore ibidem acturi, præcipuè ſub *Bellii* nomine; qui ſane hic dialogus ipſe eſt.

(751) DISCURSUS INQUISITORIUS, de *Inventoribus & Defenſoribus* HÆRETICÆ *pravitatis V. & N. Teſtamenti Inquiſitore: Nihil eſt in intellectu, quod non prius fuit in ſenſu* in 4. plagulis 5. cum dimidio. Prodiit 1673. ſine loco impreſſionis, & nomine alio: cujus argumentum, & Oeconomia diſtinctiſſime ſtatim altera & tertia paginis à titulo exhibetur, ac hiſce verbis concluditur: *Tandem (inquiſit. VI.) Fontem omnis erroris quaſi indice digito monſtrabimus; ſcilicet quod omnes Hæretici, ea quæ in Sacra Scriptura ut credenda hominibus propoſita ſunt, intelligere voluerint; Deplorando Conatu!* Scriptum examine accurato dignum: utpote altioris indaginis & multiplicis conſequentiæ. Illius autem Auctorem eſſe *Dr. Broderum* PAULI, ex Protoſyndico Conſulem Hamburgenſem, Dn. *Sperlingius* & Mollerus Flensburga, confirmabant in ſuis Mſtis mihi transmiſſis. Sed magis Libellus ipſe, paulo ante obitum auctoris dono mihi datus, ab illius Virtutum omnium ex aſſe hærede filio J. U. Licentiato & fori noſtri ornamento, Cive & amico meo honoratiſſimo.

(752) HARMONIA CONFESSIONUM (Eccleſiarum Reformatarum in GALLIA) impreſſa Genevæ, ao. 1581. in 4. Auctor illius tantiſper latuit, donec in Synodo Nationali Vitræenſi detectus eſt, miniſter quidam Eccleſiæ Caſtrenſis in Galliâ, cui nomen fuit vel SALNARIS, vel HALNARIS, vel SALVARTI, quemadmodum ex Johannis *Quiccii*, Theologi Londinenſis, libro, cui titulus: *Synodicon in Galliâ Reformatâ*, referunt *Acta Erud. Lipſienſia* (a) menſ. Jan. 1693. pag. 30. Ab ea differt confeſſio Reformatarum Eccleſiarum, & ab hac alia â Beza compoſita Gallicè, dein Latine, uti notat *Bailius* Dictionaire, Tom. I. p. 580.

(a) Acta Erudit. Lipſ. *Menſ. Jan. 1693. p. 30. In Vitræenſi (vel Vitriacenſi, aut Victoriacenſi) cap. IV. aart. 14. approbatur* Harmonia Confeſſionum, *impreſſa Genevæ apud Petrum Santandreanum, a. 1581. in 4. Hujus auctorem ignorabamus. A Synodo vocatur* Salnar, *miniſter Eccleſiæ Caſtrenſis, (de Caſtres). Notat autem Quiccius, quod in MSC. uno legatur* Halnar, *in duobus* Saluart. *Poſteriori modo idem nomen exaratum vidimus in Actis Synodi Gargogilenſis, cap. 6. art. 8.*

(752. a XLVIII.) HERMES CHRISTIANUS, *ſive* Bartholomæi Jacquinoti *ars vitæ, ex Dei nutu in ſeculo inſtituendæ*, Lugd. 1619. in 12. *ex Gallico Latina* facta prodiit, interprete *Petro* MONODO *Jeſuita* non adſcripto. *Alegambe* pag. 388. & *Sotwell.* p. 684.

(753) EPISTOLA PASTORALIS *ad Catholicos*

tholicos in HIBERNIA, *de officio & ſolatio patientium ſubditorum*, Pariſ. 1674. in 8. in indicem Anonym. relata à *Sotwell* pag. 831. col. b. Petri TALBOTTI, natione Hiberni, primum *Jeſuitæ*, poſt ArchiEpiſcopi Dublinenſis eſt, confirmante *Sotw.* p. 702. col. b. & loc. cit.

(753. α) *Articuli Eccleſiæ* HIBERNICÆ a. 1615. prodierunt; quos totus Cleri in Regno illo Conventus fidei formulam eſſe voluit. Autor eorum *Jacobus* USSERIUS, ArchiEpiſcopus Armachanus à Joh. *Mollero* Flensburga mihi perſcriptus eſt. Nihil tamen de hoc apud *Bateſium*, in vita ejus, neque *Lipenium* qui hoc ſcriptum non attigit, neque *Hyde*, neque *Richterum* in Epiſt. ſelect. pag. 492. neque *König.* pag. 859. col. a. extat.

(753. β) D. HIERONYMI *operibus* in editione *Deſiderii Eraſmi voces* HEBRAICAS addidiſſe *Conradum* PELLICANUM, quemadmodum Græcas *Joannes Capnio*, docet Carolus Joſephus *Imbonati*, Bibliothecæ Latino-Hebraicæ, p. 29.

(754) *Conſultatio de Reformandis* HORIS CANONICIS, *ac rite conſtituendis Eccleſiaſticorum muneribus.* Hanc ſine autoris nomine editam, *Hugonis GROTII* ſobolem eſſe detegit *Richter*, Ep. Select. p. 475. quanquam nec *Lipen.* in Bibl. nec *Hyde*, nec *Bateſius* in Catalogo ſcriptorum ejus adduxerint.

(754. α XLIX.) HORTULUS DEVOTIONIS, *variis orationum piorumq; exercitiorum, quæ mentem in DEum rapiunt, floribus peramœnus*, GERARDI HAMONTANI, *Brabantini Carthuſiani*, videtur *Theodoro Petrejo*, in *Bibliotheca Carthuſiana*, quem pluribus ea de re agentem conſulere operæ pretium eſt *Valer. Andreæ* Bibl Belg. p. 274.

(754. αα) De HUMANARUM RERUM EMENDATIONE, libri anonymi auctorem detegit *Symbola Maſtrichtiana* his verbis.

Joh. Amos Comenius.

„Prodiit poſt medium credo ſeculi „XVII. in Belgio liber, locus nec typographus „eſt additus, DE RERUM HUMANARUM „EMENDATIONE *conſultatio catholica ad genus „Humanum, ante alios vero ad Eruditos Religioſos, & Po„tentes* Europæ, in 8. cujus auctorem non ſine „variis argumentis conjicio eſſe *Joh. Amos* CO„MENIUM. Pag. 16. §. 29. cum laude meminit „*Januæ linguarum.* Verbis: *Atque ſic exiguæ illæ „Lucis Panharmonicæ nuper apud nos in Europa ex„cuſſæ, & ſub titulo* Januæ linguarum *foras ſparſæ „ſcintillulæ tanta celeritate per Aſiam usq; volitare, in „ipſiusq; etiam infidelibus deſiderium excitare cœperunt, „ut ſimilis Styli plura jam poſcant.* pag. 68. obſer„vo quæ ſcribit de innata præſciendi cupidine, „majore quam ſciendi præterita, quæ Come„nio peculiaris, uti ex Dubricii aliorumque „ſcriptis editis patet. Ex typis conjicio, edidiſ„ſe *Betkium* hoc ſcriptum, hominem ad ejusmodi „pronum.

(754. β L.) *Meditatio de* HUMILITATE *Aloyſii* GONZAGÆ *Jeſuitæ Cardinalis* anonymum ſcriptum memoratur ab *Alegambe* p. 15. & *Sotvell.* p. 28.

(755) *Documenta practica ad profundiſſimam* HUMILITATEM acquirendam, Germanice tranſlata. & *Latine* cum auctario recuſa, ſcriptis anonymis *Balthaſaris* CONRADI, Niſſenſis Germanici, Jeſuitæ, adſcribuntur apud *Sotvellum* Biblioth. Jeſuit. p. 99. b. in calce.

(756) N. J. *Diſputatio contra Joh.* HUSS. Hanc diſputationem in Concilio Conſtantienſi habuit *Nicolaus* JAQUERIUS, Ordinis S. Dominici, qui literis his initialibus nomen ſuum adumbravit: notante id *Valer. Andreæ Deſſelio*, in Bibl Belg. p. 689. Idem monet ſcripſiſſe contra Waldenſes; & texuiſſe *flagellum hæreticorum faſcinariorum*, ex *Sweertio* recenſet *König* Bibl. p. 422. col. a. quod ſolum ſub nomine ipſius apud *Hydæum* habetur.

(757) *Veritas* BULLÆ URBANIANÆ, *demonſtrata in eo, quod aſſerit, in Auguſtino* JANSENII *multas è propoſitionibus à Pio V. & Georgio XIII. damnatis contineri*, Namurc. 1650. 4. Et *Vindex* ejusdem impugnatæ à Pſeudonymo, ut videtur, nec dum mihi detecto, &

(758) *Appendix* ad *veritatem* BULLÆ URBANIANÆ, ſeu *Notæ ad Aurelii Aviti* MOLINOMACHIAM, verius URBANOMACHIAM. Item

(759) *Tractatus* APOLOGETICUS pro *ejusdem* BULLÆ *auctoritate.* Hæc omnia adſcribuntur *Michaeli* PALUDANO *Gardarenſi*, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, in Academia Lovanienſi Theologiæ *Doctori, & Profeſſori, in Bibliotheca AntiJanſeniana*, pag. 40. excerpente Dno. Dr. Ottone *Sperlingio.* *Leydeckeri* Hiſtoria Janſeniſmi nihil nos hic juvat.

(759. α) JANSENIUS SUSPECTUS quid libri ſit, ex nuperrime perlecta Hiſtoria Janſenianiſmi à Melchiore *Leydeckero* edita libris VI. Traj. ad Rhenum in 8. 1695. recordor me cognoviſſe. Eum JESUITAM eruditum ſibi ex omnibus ſignis videri ſcribit *Teiſſerius*, Elogior. Thuaneor. Tom. II. pag. 369. Meminit vero *Nicolai* RAPPINI. An eum putaverit, judicet B. L. Veroſimilius eſt longe, quod Leydeckerus lib. II. cap. IV. p. 89. de *Franciſco* ANNATO, Jeſuita Gallo credidit: cujus alia Polemica AntiJanſeniſtica refert *Sotvell.* pag. 213. Ipſe vero etiam hujus libri argumentum aliqua ex parte dat extractum pag. ſeqq.

(760) Contra ICONOMACHOS diſputatio Græca extat in Bibl. Collegii novi Oxonienſis. Hanc Jo. *Rainaldus* adm. ad Lect. ad calcem Lib de Idol. pag. 607. ſuſpicatus eſt fuiſſe opus NICETÆ, cujus liber de *Imaginibus* citatur à Steph. *Durant.* de rit. l. 1. c. 2. §. 2. Sed cujus-

Q 2 nam

nam Nicetæ, non dicit. Solus autem Guil. *Cave*, in Chartophylace ſuo, ſeptem diverſos enumerat, ex cujus manuſcripta epiſtola ad me 1676. hæc habeo.

(760. α LI.) *Diſſertatio de IDOLO HALLENSI* Juſti Lipſii, *Mangonio & phaleris exornato, atq; producto.* Heidelberg. 1605. in 4. Dialogum exhibet Chriſtiani & Papiſtæ collocutorum ſuper ſcripto Juſti Lipſii de Diva Virgine Hallenſi, ſanè eruditum ac elegantem, & quod palmarium eſt, Sanctorum adorationem egregiè oppugnantem: unde merito laudatur, commendaturque mirificè â *Dominico Baudio* Epiſtola 88. ubi *Georgio Michaeli LINGELSHEIMIO* eum adſcribit, cui eundem etiam adjudicaverat *Joſephus Scaliger* lib. 4. Epiſt. 315. ipſi Lingelsheimio mittenti illius Exemplar reſpondens, ubi pariter egregiam ejusdem ſcripti laudationem legere eſt. Et hiſce quidem ſine dubio teſtibus, tanquam exceptione quavis majoribus, idem accredidit *Paulus Colomeſius*, dans ſa Clef des Epiſtres Francoiſes â M. Juſtes Scala, recueillées par Jaques de Reves a la page 206. nec non in clave Epiſtolarum Scaligeri ad pag. 283. In Scaligerianis etiam extemporaneis ſermonibus, quos Puteani fratres aſſervarunt, pag 203. ſequentia leguntur. *Lingelsheimius, Autor de Idolo Hallenſi eſt Lingelsheim, Conſiliarius inferioris conſilii Palatini. C' eſt luy, qui m' en a envoyé un exemplaire, par ce qu'il a eſté Præcepteur du Prince, il a eu cet Eſtat, & eſt aymé. Je reconnois en de Idolo Hallenſi les traicts de l' Eſprit de Lingelsheim, je le connois fort bien, il m' a envoyé le livre, & prié de luy eſcrire mon jugement.* (i.e. Ipſe eſt, qui mihi miſit exemplar illius, quoniam Præceptor fuit Principis, hoc munus adeptus eſt, & fuit charus. Ego in Idolo Hallenſi cognoſco lineamenta ingenii Lingelshemiani: novi illum optime, ipſe mihi miſit librum & judicium meum me rogavit.) Verum hic ſane erravit, & infeliciter Criſin ſuam, quam ipſemet tantopere prædicare ſolebat, exercuit Heros ille Criticorum hypercriticus. Siquidem ipſe ex reſponſo Lingelshemii poſtea rem aliter longè ſe habere cognovit, & pag. 91. ſermonum modo laudatorum, teſtatum reliquit, hunc in modum diſſerens. *DENAISIUS. Lingelsheim m' a eſcrit, que l' Auteur de Idolo Hallenſi eſt* Denaiſius, *Aſſeſſeur de la Chambre imperiale.* Et *par ce qu'il vit entre des Jeſuites, il ne deſire eſtre nommé, il eſt de Strasbourg comme Lingelsheim.* (i. e. Lingelsheimius mihi ſcripſit, Auctorem libri de Idolo Hallenſi eſſe Denaiſium, Aſſeſſorem Cameræ Imperialis. Is quia vivit inter Jeſuitas, non vult nominari, eſt Argentoratenſis, ut & Lingelsheimius.) Porro *Melchior Adami* quoque in vita *Denaiſii* pag. m. 447. JCtorum Germanorum, expreſſis (a) verbis auctori ſuo librum hunc adſcribit, unà cum aliis anonymis, quos vide ſuis locis. Adde *Böckler.* Diſſert. Polit. II. 320. & ad diſſert. Polit. Lipſii c. 5. p 53. *D. Geisler.* dec. 4. n. 5. imprimis autem *Aubertum Miræum* in vita Lipſii pag. m. 41. ubi, quo pacto narratio de Diva iſta Hallenſi collecta ſit, & cur ad ſcriptum hoc ſiluerit *Lipſius*, indicat. Oppoſuit tamen ſe eidem *Anaſtaſius Cochelet* Maſurienſis, Carmelita, edito Antvverp. 1607. in 8. *Palæſtrita honoris D. Virginis Hallenſis pro Juſto Lipſio*, recuſo ibidem 1627. in 4.

Mirum vero *Colomeſium* etiam reclamantibus tot teſtibus, in notis ſuis Gallicis ad Scaligeriana editionis Grōningenſis p. 69. *Lingelshemium* pertinaciter auctorem ejus ſcripti tueri, nulla niſi allegata loci ex editione noſtra p. 203. (ex hacce vero p. 140.) auctoritate: quam ſatis jam deſtructam puto. Commendat hic mihi in Mſtis transmiſſis Dn. Joannes Chriſtophorus *Rauſcher* J. V. Licentiatus, & Syndicus Schemniicenſis in Hungaria, inſpiciendas ipſius *Lingelshemii* literas ad Bongarſium 57. & 59. Sed eas nec habeo, nec vidi, nec qui vidiſſe meminerit, hic invenio, neque adeo meorum Bibliothecariorum plerique eas novere. *Hyde, König* &c. ne nomen quidem habent. In *Lipenii* etiam indice Bibliothecæ Philoſophicæ allegatâ p. 456. b. fruſtra quæres eundem; at p. 454. b. tandem inveni Jac. *Bongarſii* & Georg. Mich. *Lingelshemii* epiſtolas Argent. 8. 1660. quas inſpicere nondum mihi fuit conceſſum. In Bongarſianis vero, in 12. Pariſiis, anno 1681. editis cum Gallica Interpretatione, in gratiam Delphini, adeo ſcita & fida è regione poſita, ut loco Altorfinæ Academiæ quater *Monſieur Altorfius* Tom. I. p. 253. 355. 367. & Tom. II. pag. 338. producatur, nihil *Lingelshemianum* apparet. Vide quæ prolixe accurateque, ſicut omnia, hic tradit *Bayle*, Dictionaire Critique & Hiſtorique Tom. 2. p. 327. a. quæque ſerius allati *marginis Diecmanniani notata* hic ſequentia addunt. „Etiam Melchiorem *Goldaſtum* ab aliquibus pro au-„ctore *Idoli Hallenſis* habitum *Lingelshemii* ad eum,„ Epiſtola, Heidelberga A. 1607. 29. Jan. ſcripta,„ index eſt, quæ in Goldaſtianis ex *Thulemarii* J.„ C. Bibliotheca, Ao. 1688. 4. editis p. 167. legi-„tur: ubi quoque Joſeph. *Scaligerum* in Amphi-„theatro honoris, (de quo Dn. *Placc.* infra pag.„ 166. 167.) Idoli auctorem putari notat. Adde dicta in *Pſeudonymis* in *Yvone Villiomaro*; & alibi. „

(a) Melchior Adami de vitis JCtor. pag. 447.

Scripſit & Theologica nonnulla: Ut libellum vernaculum, cui titulum fecit: Jeſuiter Latein: *item* diſſertationem de Idolo Hallenſi *contra* Lipſium. *Præter iſtos* multa *dicitur tum politica tum alia ſcripſiſſe & edidiſſe: ſed* ſine nominis ſui appoſitione.

Nec enim ita fuit auceps famæ, quamvis ea digniſſimus, ut hac ætate permulti, qui omnibus modis nominis ſui gloriam ex vulgi opinione, ac ſæpe laureolam in muſtaceo, ut dicitur, quærunt. Ita etiam depingi ſe nunquam eſt paſſus: nec epitaphium ſibi poni ullum juſſit: nugas & vanitates ejusmodi appellando.

---

(761) *De* JESU CHRISTO, PONTIFICE MAXIMO, & *Rege fidelium ſummo Regente in Eccleſia Catholica.* Libellus ſine Auctoris nomine refertur in *Ind. libr. Prohib.* Alex. VII. p. 65. b. Communicavit autem mecum de hoc Dn. Jo. *Mollerus*, Flensb. poſſidere ſe librum, & in titulo nomen quidem Autoris non invenire: ſequente autem pagina legere, recuſam hoc ſcripto ſeorſim exhiberi Henr. *Bullingeri* Theol. Tigurini Præfat. Commentariorum in Evangelium Marci. Prodiiſſe

diiſſe

diiſſe Tiguri 1545. in 16. Nihil de hac re ap. *Hotting.* in Bibl. Tigurina. Unde an *Bullingero* imputari debeat, judicet, qui poteſt.

(761. α LII.) *Conſtitutiones Societatis JESU Ignatius LOYOLA* fundator illius ſectæ conſcripſerat Hiſpanice, quarum *verſio Latina*, ſine nomine auctoris ſemper edita, *Joanni POLANCO*, *Jeſuitæ Hiſpano*, vendicatur ab *Alegambe.* p. 266.

Adde *Sotvel.* p. 492. b. & Lud. *Anton.* Bibl. Hiſpan. p. 584. v. *infra* c. XI. *num.* CCCXLVII. nunc 1884. β. Adde ſerius allata *Maſtrichtiana* ſequentia: notatu digna. Conſtitutiones „has Societatis pleniſſimas, novem voluminibus curarunt Patres, Antvverpiæ, tanta ſedulitate imprimi, ut ſemper duo Patres cuſtodes „prælo adeſſent, ne quod folium in alienas ma„nus perveniret, quod etiam feliciſſimè cura„runt. Hæ conſtitutiones non cuique, ſed tan„tum iis, qui quartæ profeſſionis ſocii, credun„tur, & qui in peregrina loca dimittuntur. Tem„pore Cromvvelli, ſeculo XVII. ultra medium „prolapſo contra edicta quidam Patres in An„glia depræhenſi, & carceri mancipati ſunt. „Apud quos exemplar Antvverpienſe harum „conſtitutionum depræhenſum Protectore aut „ejus juſſu Amſtelodamum miſſum, à typogra„pho Johanne Schippero, *Schipper Jan* vulgò „dicto, ita accuratè nova impreſſione imitatum „eſt, ut Jeſuitæ illud pro ſuo Antvverpienſi agno„ſcere debuiſſent, ni in titulo, addita forma qua„dam litterali, peccatum fuiſſet. Jeſuitæ cun„cta exemplaria à typographo memorato redi„mere voluerunt, ſi jurejurando ſe obſtringere „vellet, ſe nulla retenturum; quod ille recuſa„vit. Multa enim exemplaria diſtracta fuere, „quorum unum ego vidi. Credo tamen, poſtea „ipſos cætera emiſſe. Hæc Gerhard. *von Ma„ſtricht.*

(762) FLORES MEDITATIONUM ex S. IGNATIO, P. BRUNO, & P. *BUSÆO & aliis collecti.* Colon. Typ. Gualt. in 12. A. 1623. Referuntur hi ab *Alegambe* p. 555. col. b. in Append. & *Sotwello* p. 707. col b. ad *Philippum* BEBIUM Jeſuitam. Conſentit cum his *Witte*, Diar. Biogr. 1637.

„(762. α) In IGNATII editionibus fe„re omnibus habetur vetuſtus *Epiſtolarum* inter„polatarum *Interpres Latinus*, quem Adone Vi„ennenſi (qui circa an. 875. floruit) antiquio„rem eſſe conjicit *Uſſerius.* In editionibus verò „Uſſerianis habetur Latina Epiſtolarum non in„terpolatarum verſio, de qua ſupra. ROBER„TUM, Epiſcopum LINCOLNIENSEM, ejus „Autorem eſſe, opinatur idem *Uſſerius;* verba ſunt Guil. *Cave*, Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 21. a.

(762. β LIII.) *Exercitia Spiritualia IGNATII LOYOLÆ*, fundatoris ſectæ Jeſuiticæ, *ex Hiſpanico latina* fecit, ac nomine ſuo ſuppreſſo edidit *Andreas FRUSIUS Jeſuita*, teſte *Nicolao Orlandino, Hiſtoriæ Jeſuiticæ.* l. 16. n. 90. & l. 8. n. 2. ubi primum hunc Societatis illius impreſſum memorat. Vide plura hujus auctoris ſcripta recenſentem *Alegamben* p. 27. & *Sotv.* p. 50.

(763) *Contra uſum* IMAGINUM *in templis:* libellus circa Reformationis initia editus, latine, verùm absque auctoris nomine. Scripſit hunc *Ludovicus* HEZER. *Simler.* in Bibl. p. 462. col. a. *Friſ.* p. 556. De auctoris decollatione, Conſtantiæ 1519. facta ſcripſit Thomas *Blaurerus*, Friſ. 793. *Simlerus* p. 660. col. a. *Lipenius* in ſua Bibliotheca eum non adducit: neque *Königius*, licet alia quoque ſcripſerit. Neque anonymum hoc ſcriptum memorat vel ille vel *Hyde* titulo ſuo.

(764) CENSURAM *annotationum in* VATABLI *Biblia* INQUISITIONIS SANCTÆ IN HÆRETICOS *nomine* quod ediderit Frater ordinis prædicatorum, *Alphonſus* MARTINE Bæthicus, refert *Anton. Senenſis*, in Bibliotheca hujus ordinis, (a) cum laude illius; quem meorum Bibliothecariorum nemo novit, puta, *Friſius*, *König*, *Hyde*, *Lipenius* & cæteri, fruſtra inquiſiti.

(a) *Biblioth. Ord. Fratrum Prædicatorum, Autore R. P. Magiſtro Fratre* Antonio Senenſi, *Luſitano, p. 11. Frater* Alphonſus Martine Baethicus, *vir optimi judicii in ſcholaſtica doctrina, & in aliis non ignobiliter doctus*, *edidit cenſuram adnotationum* Vatabli, *in Biblia ejusdem: Idq; fecit ſub nomine* Sanctæ *in hæreticos* inquiſitionis, *Anno Dn.* 1558.

(764. α LIV.) INSTITUTIO METHODICA *de præcipuis Chriſtianæ vitæ myſteriis*, *cum adjuncta Methodo ad confeſſionem generalem rite peragendam*, *latinè*, *angliceque* excuſa, debetur *Jeſuitæ Hiberno*, *Guilielmo BATTEO*, teſte *Alegambe*, p. 169. & *Sotvell.* p. 313.

(764. β LV.) INSTITUTIO CATHOLICA *Petri Cotoni*, famoſi Jeſuitæ Galli, *libris IV. Inſtitutionibus Calvini*, totidem libris comprehenſis, *oppoſita*, Gallicè primum ab auctore conſcripta prodiit, inde *latina facta*, interprete L.C.R. quem eſſe *Jeſuitam* itidem *Gallum*, *Ludovicum* CRÆSOLLIUM, cujus Theatrum Rhetorum & alia tenemus, indicat *Alegambe* pag. 310. & *Sotvell.* p. 562.

(764. γ LVI.) INTERIM Liber, qui à nonnullis *Inter-Religio*, ab aliis *Decretum Religionis*, Germanice *Religions-*Ordnung/ & in Conſtitutionibus Imperialibus, *Declaration* der Religion/ nominatur, Imperatoris Caroli V. juſſu A. 1548. per tres Theologos conſcriptus eſt. Ii fuere

1. JOHANNES AGRICOLA Theologus Berolinenſis, qui à communi cum Martino Luthero patria ISLEBIUS cognominatur. Is cum ante annos 18. cum Melanchthone & Brentio pro Auguſtana Confeſſione ſtetiſſet, tum temporis ad Pontificios tranſierat.

2. JULIUS PFLUGIUS, Epiſcopus Naumburgicus.

3. MICHAEL HELDINGUS SIDONIUS, ſuffraganeus Moguntinus, deinde Epi-

ſcopus Merſburgenſis. Hi uti non nemo veritate joculari dixit, Chriſma & oleum Pontificium defenderunt, ut ipſi unctiores diſcederent. Quam liberaliter enim pro hac opella remunerati fuerint: ex illius ævi Hiſtoricis refert *Melchior Adami* pag. 410. Theologor. German. Quam parum etiam hic liber ipſis Pontificiis, nedum Proteſtantibus placuerit, adeo ut communi vulgi verbio differretur, das Buch Interim hat den Schalck hinter ihm: Vide apud eundem libri citati pag. 218. 343. 344. 410. 680. &c. *Himmelii* diſp. in librum Concordiæ XI. theſ. 7. tum *Sleidanum* lib. 20. *Thuanum*, & Hiſtoricos illius temporis non Eccleſiaſticos modo, ſed etiam Politicos fere omnes. Complectebatur autem Capitum plerorumque omnium Pontificiæ Religionis, præter Conjugii Sacerdotum & Communionis ſub utraque, & pauciſſimorum aliorum defenſionem, eaque ſervari volebat, usque dum Generali Concilio, ubi opportunum fuisſet convocando, res aliter decerneretur. Quo factum, ut contra prohibitionem Cæſaris pœnalem utrinque ſuper ea re ſcriberetur. Impugnantibus illud præcipue *Jo. Agricola*, *Jo. Æpino*, (de quo v. infra in Anonymis Germanicis, & lit. *Hamburgenſium*, &c. in Pſeudonymis *Sleidan.* p. m. 658. *Rango* de Syncretiſmo, p. 648. *Bucero*, *Calvino*, *Matthia Flaccio*, & aliis tantum non innumeris. Quorum ſcripta circa id tempus edita, latina partim & Germanica, ſi ſexcenta dicerem, fortaſſis nimium haud dicerem. Ut taceam eos, qui non data opera, ſed hinc inde in operibus ſuis hoc ſcriptum convellunt. Vide *Conrad Schlüſſelburgium*, in *Catalogo hæreticorum* lib. 13. de Adiaphoriſtis & Interimiſtis pag. 75. & ſeqq. & lib. 4. ubi Antinomis accenſet *Agricolam*. De Auctoribus hujus ſcripti adde quoque, ſi lubet, *Burgoldenſem ad Inſtrum. Pacis*, diſc. 1. part. 1. pag. 27. §. 34. (a) *Zeiler. Epiſtol.* 450. & *Dreſſer. de Urb. Germ.* pag. 617. & *Hornbeck* (b) in ſumma Controverſiarum l. 9. p. 731. 732. *Miræus* (c) Bibl. Eccleſiaſticæ part. 2. p. 67. Ante omnia vero legi meretur eleganter & accurate ſcripta relatio *Petri Soave Polano*, vel ut infra in *Pſeudonymis* detegitur, Patris, *Pauli Servitæ* libro tertio hiſtoriæ ſuæ notiſſimæ de Concilio Tridentino p. m. 296. & ſeqq. usque ad 304. Italicæ editionis Genevenſis, 4. a. 1629. latinæ verò p. 323. usque ad 331. Extat etiam Conradi *Schlüſſelburgii* ſcriptum peculiare, cui titulus: Bericht vom Deutſchen Interim und deſſen Wiederlegungen in 4. Francof. 1599. qui annus omiſſus *Lipenio* pag. 104. b. Bibl. Theol. ubi alia plura ejus argumenti ſcripta ut & ſub titulo *Inter-Religio* pag. ſeq. 106. Addit „hic *margo Diecmannianus* ſequentia. Latine ex„tat Tom. 7. Oper. Calvini pag. 301. ſeqq. & in „*Schlüſſelburg.* Catal. Hæret. l. 13. p. 82. ſeqq. Ger„manice eum exhibet *Bidenbach.* Conſil. Theol. „Dec. X. pag. 59. ſeqq. Primo impreſſio Lati„na juſſu Cæſaris curata eſt à Jaſpare Gennepœo. „Ao. 1548. 4. duodecim quaternionibus. Pon„tifices eum in Indicem librorum prohibito„rum retulerunt, unde & in recentioribus indi„cibus Clementis X. p. 165. & Innocentii XI. p. 142. adhuc legitur.

(a) Burgoldenſis, *alias* Altenburger/ *ad Inſtrum. Pacis diſc. 1. part. 1. pag. 27. §. 34. Laudandus ſane in eo Carolus Imp. quod ipſe, Papa Romano fruſtra ringente, curam religionis, jure meritoq; geſſerit, & librum iſtum ſcribi curarit, quamvis optimus alias Imperator omne punctum in eo minime tulerit. Hunc librum* Dreſſerus *(de Urbib. Germ. p. 617.) eleganter vocat* Auguſtanam Sphyngem, *ac de illo in declaratione, quæ Magdeburgi prodiit, tale extat judicium:* Das *Interim* iſt ein Eingang zum Verderben an Leib und Seele. *Et mox:* Es iſt auch ſo weit dieſer Oerter mit dem verfluchten *Interim* kommen / daß man Hund und Katzen darnach genannt / und auf Bret-Spielen geſpielt/geflucht und geſungen:

Selig iſt der Mann/
Der GOTT vertrauen kan/
Und willigt nicht ins *Interim*
Denn es hat ein Schalck hinter ihm.

Præallegatus Dreſſerus *eund. librum Auguſt. vocat (in oratione de obitu Chriſtiani, Elect. Sax.) fucatum, fallacem, & credito artificio illitum in eo eſſe nitorem ait.*

(b) *Hoornbeck, in ſumm. controv. lib. 9. p. 713. 714. Ex libro interim, authoribus Julio Pflug, Michaele Sidonio & Johanne illo Agricola confecto ao.* cIↃ IↃ XLVII. *qui controverſias religionis inter Proteſtantes & Pontificios moderabatur, & cui inhæreri usq; ad determinationem generalis Concilii volebat quidem Cæſar, ſed ei neutra pars aſſenſit. Inter Lutheranos alii aliis librum illum magis probabant, vel improbabant. Et quia varia in illo tum circa doctrinam, tum ritus animadvertebantur; de operibus ad ſalutem neceſſariis; de hominis ad ſui converſionem cooperatione & ſynergia; de ritibus & ceremoniis; nata hinc tria fere apud Lutheranos ſchismata. Primum* Majoriſtarum *dictum, motum ab Amsdorfio, docente, opera bona dicenda eſſe non neceſſaria ad ſalutem, potius pernitioſa. Alterum* Synergiſtarum, *partes ducente Victorino Strigelio, ſeq; ex Philippi Melanchthonis lib. Corp. Doctrinæ potiſſimum tutante. Tertium* Adiaphoriſtarum, *ritus papiſticos de quibus litigabatur, dicentium indifferentes eſſe. Litesq; & contentiones adeo exundarunt, ut quamvis ſatagente illas componere Saxoniæ Electore Auguſto, in Colloquio Altemburgico anno* cIↃ IↃ LXIII. *inter Theologos Miſnicos & Thuringicos, quorum illi pro intermiſtis erant, hi contrarii, & producta in vanum diſputatione, de uno juſtificationis articulo per quinq; integros menſes, re infectâ tandem diſceſſum ſit. Adverſus conſilia & conatus interimiſticos egregiè quidem ſe geſſit* Andreas Oſiander, *atq; potius loco cedere, & Noribergam relinquere voluit, quam illis ſe adjungere; ſed idem in Academiam Regiomontanam Boruſſiæ admiſſus ad Profeſſionem Theologicam, alia movere cœpit, non minus mala.*

(c) Miræus, Bibl. Eccl. P. II. p. 67. Michael Heldingus alias *Sidonius aut Merſeburgenſis— Anno 1547. à Carolo V. Imp. Auguſtam Vindelicorum ad munus Eccleſiaſtæ aulici vocatus, interfuit hæreticis illis ſanctionibus, quæ* Interim *vocatæ ſunt, una cum* Julio Phlugio & Johanne Islebio, *concinnandis. Poſteà verò ad Merſeburgenſem Epiſcopatum ejusdem Caroli opera evectus.*

(765) (766) *Explicatio in I. Caput* JOHANNIS, *edita ab Hieronymo Moſcorovio, Racoviæ, 1618. in 8. adjectis Cap. IX. in Romanos & aliorum quorundam S. Scripturæ locorum explicationibus. Eidem adduntur ad* Martini Zechovii *contra hanc explicationem objecta* Socini *Reſponſiones. Sandius* Bibl. Antitrin. p. 66. Ea explicatio LÆLIO SOCINO adſcribitur à *Simlero*, Bibl. *Beza* Ep. LXXXI. pag. 362. aliisque: ſed & potius eſt FAUSTI SOCINI; *Hoornbeck*, appar. Controv. Socin. 61. verba hæc ſunt clariſſimi *Normanni* in ſchedis transmiſſis. Memoratur hic liber *Lipen.* Tom. II. Bibl. pag. 121. editus Comment. in 1. Epiſt. Joh. Racov. 8. 1624. & in Biblioth. *Antitrinitariorum* ſ. *Unitariorum*, Irenopoli f. 1656. FAUSTO adſcribunt *Hyde*, ſub ejus nomine, *Lipenius* jam adductus, *Sandius* l. c. (a) LÆLIO vero *König.* Bibl. p. 762. a. Simler. (b) Bibl. p. 443. a. *Hoornbeck* dubitanter (c) Summæ Controverſiar. pag. 563. edit. Colbergenſ. 1676. Ea explicatio memoratur in *Polonicum* translata quoque ſermonem, per Gregorium *Pauli*, Bremenſem *Sandio* l. c. Item *Belgice* 1664. 8. l. c. (d) pag. 21. 22. 23. hanc eandem contra ſupradictorum diffidia ſatis operoſe ſolliciteque diſtinguit ab alia Lælii Socini Paraphraſi in Johannis initium, cujus loci ob prolixitatem excerpta ſola quædam interrupta hîc exhibemus. Unde apparet, *tertiam Latinam quoque & quartam Belgicam explicationem anonymam ejusdem loci* prodiiſſe. Quarum illa quoque Lælio Socino, ſed falſo imputetur: aliquomodo vero per conjecturam Georg. BLANDRATÆ ex König pag. 113. b. aſſeratur, hæc planè ignoretur â Belgica, Socini nomine prodita, planè diverſa. v. & *Spanhemii* Elench. Controverſ. pag. 139.

(a) Sandius Bibl. Antitrin. pag. 65. & 66. Brevis explicatio initii primi capitis Evangelii Johannis, *quæ incipit*; Quoniam quæ dicenda ſunt: *cum præfatione præfixa. Conſcripta eſt circiter anno 1562. prout id ex ipſo* Socino *patet: Sic enim ad Dudithium a. 1580, 3. Non.* Decemb. *Cracovia de ſcriptis ſuis agens ſcribit:* Neſcio an unquam oculis tuis oblata ſit brevis quædam explicatio initii primi capitis Evangelii Joannis, à Zanchio & Beza, & ex parte â Polonis iſtis, Lælio adſcripta: ea vero jam ante annos octodecim ex officina noſtra prodiit. *Et in libro contra Eutropium, circa ao. 1548. conſcripto, cap. 4. memorat explicationem primæ partis primi cap. S. Joh. quæ ante annos circiter viginti duos conſcripta, & poſtmodum edita, mox* Polonicè *quoque* παραφραστικῶς *converſa atque edita fuerit. Porrò falſo opus hoc* Lælio *adſcriptum eſſe, fuſius ſupra demonſtravimus ſub Lælio Socino: quem præter* Paraphraſin, *cujus d. l. libri contra Eutropium Fauſtus Socinus facit mentionem, in primam partem primi cap. S. Joh. Evangelii, aliquid ſcripſiſſe, non liquet. Memoratam explicationem inveni impreſſam in opere quodam Tranſylvanorum, quod in primordiis reformationis ab eis in lucem emiſſum, in quo conſtituebat libri ſecundi partem primam, præfixam habens præfationem.* Franciſcus Junius *quoque eandem ſine præfatione & in reliquis minus auctam, prout MS. ad eum pervenerat, edidit. Eadem à Hieronymo* Moſcorovio *in lucem emiſſa eſt, Racoviæ ao. 1618. 8vo. adjectis, cap. IX. ad Romanos & aliorum quorundam S. Scripturæ locorum explicationibus. Eidem adduntur, ad* Martini Czechovicii *contra hanc explicationem objecta, Socini reſponſiones. Eadem in* Polonicum *tranſlata eſt, prout ipſe d. l. libri contra Eutropium, & in memorata epiſtola ad Dudith docet: ubi poſtquam dixit*, Labores mei hactenus editi ſunt iſti &c. *ſubjungit;* Explicatio initii Evangelii Joannis, quæ Polonicè quoque fuit edita, multò antequam huc advenirem. *Hujus translationis Gregorius Pauli, Breſinenſis, auctor fuiſſe perhibetur. Eadem* Belgicè *a. 1664. 8.*

(b) Simler. *Bibl. Gesneriana, p. 443. a.* Lælius Socinus *Senenſis, Mariani celeberrimi JC. Filius, de ſingulis fere dogmatibus religionis multa diſputavit & ſcripſit*, nihil tamen ipſe in publicum edidit; *at Samoſateniani noſtræ ætatis eum inter principes ſuæ hæreſeos nominant, ac dicitur illius eſſe impia interpretatio in primum caput Joannis, absque nomine autoris ab illis edita.*

(c) Hoornbeck. Summ. Contr. pag. 563. *Hic* Lælius Socinus *ſcripſit* explicationem in primum caput Joannis, *quam primus refutavit Hieron.* Zanchius, *omiſſo auctoris nomine, cujus rationem dat in Præfatione lib. de* tribus Elohim, *ubi accuratius hominem ſibi bene notum & familiarem (qui ut erat pleniſſimus diverſarum hæreſium, ita eas nunquam Zanchio proponebat, niſi interrogans, & diſputandi prætextu magis, quam aſſerendi) deſcribit. Eandem primi capitis Joannis interpretationem exhibent Auctores maledicentiſſimi ſcripti*, Miniſtri conſentientes in Sarmatia & Tranſylvania, *Albæ Juliæ anno* 1563. de unius DEI Patris, Filii & Spiritus Sancti cognitione vera & falſa, *Lib. II. cap. XI. Etiam Franciſcus Junius*, in Defenſ. tertia Trinitatis. *De illa ſic* Socinus *ipſe ſcribit epiſt. 1. ad Dudithium:* Neſcio, an unquam oculis tuis oblata ſit brevis quædam explicatio initii primi Capitis Joh. à Zanchio, & Beza & ex parte à Polonis iſtis Lælio aſſcripta: ea vero jam ante annos XVIII. ex officina noſtra prodiit.

(d) Sandius Bibl. Antitrinit. pag. 21. ſeq. Paraphraſis in initium Evangelii S. Johannis, *ſcripta a. 1561. prout teſtatur* Fauſtus Socinus, *libri contra Eutropium cap. 4. ubi hæc leguntur: Dicit ergo Joannes:* in Principio Evangelii erat Sermo *&c. Hæc Fauſtus Socinus d. l. An præter hanc Paraphraſin (quam hactenus nondum mihi videre contigit)* Lælius Socinus *explicationem in primum caput Evangelii S. Joannis ſcripſerit, mihi non conſtat: prout etiam, quisnam ſit auctor hujus ſcripti, ex quo* Fauſtus Socinus *ultimo allegata verba produxit. Nam in his initii Evangelii S. Joannis explicationibus, quæ nunc extant, ea non reperio. Prodierunt autem circa memoratum tempus* duæ explicationes *in initium Evangelii S. Joannis: quorum alterius exordium eſt tale:* Cum plerique abutantur — — — — — — — — — — — — — — —
p. 22. *Altera explicatio, ſic incipit;* Quoniam (ut in Epiſt. ad Lectorem monuimus,) quæ dicenda ſunt, ut majore ex parte nova, & noſtro ſeculo inaudita, ſuſpecta fortaſſe prima fronte videbuntur, paucula quædam præfari viſum eſt, quæ ſcilicet,

licet, & ſuſpicionem tollere, & ſimul ad ea intelligenda non mediocriter conferre poſſint &c. *Harum Explicationum* prior *reperitur in libro Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ, de falſa & vera Dei cognitione, anno 1567. Albæ Juliæ excuſo, ubi conſtituit libri ſecundi caput undecimum.* Poſterior *vero cum alias, tum in Bibliotheca fratrum Polonorum Unitariorum, inter* Fauſti Socini *opera, impreſſa eſt. Utramq; earum* Franciſcus Junius, *tertiæ ſuæ defenſioni Trinitatis, inſeruit. Verum non tam auctæ ac emendatæ, prout in memoratis codicibus leguntur, in manus ejus pervenere. Earum priorem typis impreſſam, poſteriorem vero tantum MS. (quam tamen accuratius exaratam dicit eſſe,) adeptus eſt. Hæc poſterior, in Poloniam linguam translata eſt.* — — — —

Pag. 23.24. Cloppenburgius *tamen illam, quam Miniſtri Sarmatiæ & Tranſylvaniæ ediderunt, teſte* Zanchio *dicit eſſe* Lælii Socini: *alteram vero (hanc nimirum de qua modo egimus) à Junio priori adjunctam,* Fauſti. *Similiter &* Hoornbekius *eandem eſſe putat quam* Zanchius refutat, *cum ea, quam dicti Miniſtri in lucem emiſerunt. In ſummâ Controv. Sed* hallucinantur atque diſtinguunt non diſtinguenda. *Eadem enim eſt, quam* Zanchius *lib. 6. de tribus Elohim cap. 2. refutat, cum illa, quam Junio ſecundo loco poſuit: illa nimirum, quæ incipit:* Quoniam quæ dicenda ſunt, *&c. quam non immerito (prout vidimus) Cloppenburgius Fauſto adſcribit. Ex his, ut & ex illis quæ* ſupra ex Fauſto Socino *allegavimus, patet,* nos hodie Lælii Socini opere, in S. Johannis Evangelii initium, carere. *Quod, quo pacto interciderit, aut ubinam adhuc lateat, penetrare nondum potuimus. Prout etiam, quisnam ſit autor hujus explicationis, quæ Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ libro:* de falſa & vera unius DEI &c. cognitione, *inſerta eſt. Nam non* eſſe Lælii Socini fœtum *arguit cum ſtyli ab aliis ejus ſcriptis diverſitas, tum etiam, quod in ea tales opiniones, & quorundam ſacræ ſcripturæ locorum explicationes proponuntur, quæ diſcrepant à Lælii ſententiis, & ab interpretationibus, quas ei proprias fuiſſe, imò ab ipſo adinventas,* Fauſtus Socinus *teſtatur.* Königius *in Bibliotheca Veteri & Nova tribuit* Blandratæ *Commentarium in cap. I. Johannis: qui an idem ſit, cum eo, de quo nunc agimus, certo affirmare non auſim; quamvis certum ſit, Blandratam primarium auctorem eſſe memorati libri* de falſa & vera DEI cognitione. *Prodiit etiam anno 1623. 40.* Linguâ Belgicâ, *quædam brevis explicatio initii Evangelii Johannis, quæ incipit;* Naademaal ick/als ock andere Apoſtelen en Diſcipelen Chriſti gedaan hebben/i.e. Quoniam ego prout & cœteri Apoſtoli ac diſcipuli Chriſti fecerunt &c. *Hujus etiam quis auctor ſit, nondum mihi conſtat: nam illa Belgica, quæ edita eſt anno 1664. 8. ſub nomine* Fauſti Socini, *eſt illa, cujus exordium eſt:* Quoniam quæ dicenda ſunt. *Quam* à Fauſto Socino *conſcriptam eſſe, nos etiam, ob ſuperius allegatas rationes, non dubitamus.*

(767. LVII.) *De* S. JOSEPHO conſcriptum *opus Theologicum* ab *Alexandro URSINO Cardinali,* narrat *Alegambe* pag. 14. quem tamen *Janus Nicius Erythræus, Pinacothecæ* ſuæ part. 2. Elog. 9. nihil conſummaſſe ex propoſitis ſibi ſcriptis apertè profitetur.

Idem & *Odam* quandam illius de *Chriſti* Domini *cruciatibus & morte* Urbano VIII. Pontifici ſummo ejus generis carminum artifici, inſpectam non ſolum valde laudatam; verum etiam modulatori inprimis aptiſſimo, ad modos eidem faciendos, demandatam refert, ut in templis caneretur: v. *infra* n. LXXXIX. de opere hujus argumenti. *Sotvellus* pag. 266. contentus eſt Alegamben hic exſcripſiſſe more ſuo ſed hic etiam mutilatum, loco non indigno, qui memoratur (a) utpote de libro etiam miris laudibus *Nicii* (b) celebrato, quem penes ſuo tempore fuerit cum editionis adeo ſpe magna, enarrans.

(a) Alegambe Bibl. Scriptor. Societ. Jeſ. pag. 14. b. *Adornabat præterea geminum opus, unum de* Regum unctione; *alterum juſti voluminis* de Regno, *omni eruditione refertum juris divini & humani; cujus veſtigium per ſingulas partes, & capita diſtributum reliquit, ex ſacra primorum quatuor Regum hiſtoria, ſingulis capitibus diſſerendi argumentum præfigens; explicaturus videlicet Regnorum initia in Saule, in Davide progreſſus, in Salomone conſiſtentiam, declinationem in Roboamo, Hoc veſtigium, unà cùm doctiſſimis commentariis Joannis* Hieronymi *de* Sepranis *in libros Regum, expectamus a P.* Fabio *Ambroſio* Spinola, *ſtudioſiſſimo benemerendi de poſteritate.*

(b) Nicius, *Pinacoth. part. 2. elog. 9. pag. 33. & 34. Scripſit, tum ſoluta oratione, tum verſibus, elegantiſſime nitidiſſimeq;, adeo, ut* odam *ejus quandam Urbanus VIII. qui ſummus ejus generis carminum artifex erat, cum inſpexiſſet, non ſolum maximam illi laudem tribuerit, verum etiam, modulatori inprimis optimo, modos eidem faciendos mandaverit, ut in templis caneretur. Erat autem* de Chriſti Domini cruciatibus & morte, *ſcripta dulciſſime. Quorum cruciatuum memoriam perpetuo in animo infixam habebat, ut etiam de eodem argumento nocturnas diurnasque quaſdam compoſuerit typisque mandaverit horas, quas ipſe aliiq;, qui vellent, recitarent. Præterea, è collo ad nudum pectus, Chriſti crucifixi imaginem, ex argento vel ære, ſibi demiſerat, hamis acubusque acutis probè refertam; quam identidem pectori adſtringebat, ut aliquam ex eo ſanguinis guttam eliceret. Et usque adeo pietatis Deoq; placendi ſtudio flagrabat, ut tentaverit, è purpuræ celſitudine ad Societ. Jeſu humilitatem demiſſionemq; deſcendere. Sed ab hoc conatu depulſus eſt à Summo Pont. cui non æquum viſum eſt, Patrum purpuratorum Senatum tanto ornamento ſpoliari.* Multa inchoata egregiè, ſed nihil planè abſolutum, *reliquit: quorum princeps illud erat* opus, *in quo* præcepta ſapientis Regis *expoſuit,* ex *quatuor illorum Regum rebus geſtis excerpta, qui primi Regnum Hieroſolymorum obtinuerunt;* Saule, *qui illud fundavit;* Davide, *qui ſtabilivit & auxit;* Salomone, *qui conſervavit; poſtremo* Roboam, *qui perdidit.*

(768) IRENÆI *verſio Latina* quamvis non plene imo vix *ſemi detecto* auctore: tamen ulteriori etiam indagini huc adſcribi digna viſa eſt ex *Actis Eruditorum* Lipſienſ. (a) anno 1690. pag. 558.

(a) Acta Erud. Lipſ. *Ao. 1690. Nov. pag. 558. Suſpicatur igitur* Dodvvellus, (*Diſſertatione quinta*

quinta in Irenæum) poſt annum 385. occaſione Priſcilli-aniſtarum hanc Latinam Irenæi verſionem *elaboratam, ejusq́ auctorem* Hiſpanum *aliquem* aut Gallum *eundemq́ nec* Græcæ linguæ nec Latinæ *ſatis* peritum *fuiſſe, & extinctis jam Priſcillianiſtis hujus etiam operis uſum paulatim exoleviſſe, paucosq́ emptores & qui tædium exſcribendi ſuſciperent, reperiſſe, indeq́ tantam Latinorum exemplarium paucitatem enatam, ut nulla ſua ætate Gregorius M. etſi ſtudioſe quæſita, reperire potuerit, cum vice verſa Græci Irenæum tam frequenter allegaverint, ut magnam Græci textus partim his fragmentis debeamus.*

---

(769) IRENICUM IRENICORUM ſeu „*Reconciliatoris Chriſtianorum hodiernorum Norma* „*triplex: ſana Ratio, Scriptura, & traditiones, exemplo* „*doctrinæ de Chriſto, ob oculos poſita*; ſine mentione „Auctoris, loci, & temporis, prodiit in 8. Autor „eſt *Daniel* ZWICKERUS Socinianus: qui hu„jus ſcripti occaſione, aliquoties poſtea ſerram „contentionis cum Joh. Amoſo *Comenio* recipro„cavit. Verba hæc ſunt Joh. *Molleri* in Communicatis v. *Lipen.* Tom. II. Bibl. Theol. p. 128. b. qui pro Reconcilia*toris* legit Reconcilia*tionis*. Adsatur *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlei. ſub titulo.: *Irenicum Irenicorum*, pag. 366. b. In rariſſimo nunc Catalogo Bibliothecæ p. m. Collegæ mei amiciſſimi Martini *Fogelii*, in juvene ingenuo, filio optimæ ſpei, quem DEus ſoſpitet! auditoreque meo ſedulo, ſuperſtitis adhuc, Theologicor. voluminum n. 72. plagulæ M. folio ultimo (nam paginæ non ſunt numeratæ) D. *Zuikeri* A. 1658. editio memoratur. An hæc nova ſit, & diverſa ab anonymis prioribus, ſine loco & anno editis, alias vulgo extans editio, non dixerim. Inter anonymos etiam refert *Symbola Normanniana* „hiſce verbis: D. *Zuickeri* eſt *Irenicum Irenicorum* „1658. 8. quemadmodum annotatum eſt in *Bi*„*bliotheca Fogeliana* Theolog. num. 72. Ejusdem hominis ut apparet, ſunt quæ illic proxime ſubjiciuntur:

1506. *IRENICO-MASTYX perpetuo convictus & conſtrictus contra Joh.* Amos *Comenium* Amſtel. 1661. 8.
1507. *IRENICO-MASTIX iterato victus & conſtrictus* Amſtel. 1662. 8.
1508. *HENOTICUM Chriſtianorum* Amſtelod. 1662. 8.

Lipenio hæc & alia partim anonyma, partim & ſuis nominibus inſignita, magno numero memorantur Biblioth. Theolog. pag. 128. & ſeqq. usque ad 131. b. Ubi & hocce D. Zuickero tributum ſine dubio ex Fogeliano Catalogo exſcriptum. Nam alias *Daniel* ZWICKERUS, Medicus, auctor *Joſiæ Novi Fœderis* A. 1670. editi, eſt *Königio*, Biblioth. V. & N. pag. 887 a. Et ita quoque memoratur in Catalogo *Fogeliano* deinceps l. c. n. 99. ejusdem *Tractatus Tractatuum de Contradictionibus Novi Fœderis Joſiæ*, in 4. 1670. Vide Diſputationem M. Friderici Erneſti *Kettneri*, Lipſiæ 1694. habitam de Unitariis §. XXIV. Ubi tota hiſtoria ſecutorum ſe invicem horum ſcriptorum exponitur (a) Adde *Sandium* Biblioth. Antitrinitariorum pag. 152. 153. Ubi & plures ejus argumenti & omnes ejus auctoris libri recenſentur, anonymi partim. De illo vide judicia in *ſymbola* (b) *Maſtrichtiana*.

(a) M. Fridericus Erneſtus Kettnerus in Diſput. de Unitariis, Lipſiæ habita, 1694. §. XXIV.

Ordo nunc tangit Danielem Zvvickerum, *Gedano-Boruſſum, Medicinæ Doctorem, natum anno 1612, mortuum Amſtelodami, an. 1678. Iſte ſcripſit* Irenicum Irenicorum, *ſeu normam triplicem reconciliationis Chriſtianorum hodiernorum, Rationem, Scripturam & Traditiones, exemplo Theologico illuſtriſſimo ob oculos poſitam. Dedicavit hunc librum Pontifici, Cardinalibus, Theologis Lutheranis, Reformatis, Remonſtrantibus, Socinianis & Mennoniſtis. Exemplum autem Theologicum Irenici Irenicorum agit de Deitate Chriſti ſumma, & quia Ratio, Scriptura, & Traditiones, ex ſua quidem opinione, unanimi conſenſu ſummam Chriſti Deitatem impugnarent; hinc ab omnibus Chriſtianis deſiderat, ut pacem inter ſe mutuo in hoc articulo inire velint. Hunc librum etſi* Curcellæus *dixerit irrefutabilem, nihilominus tamen Joh. Amos* Comenius *edidit an.* 1660. in 8. Admonitionem ad Chriſtianos de Conditionibus Pacis Irenici Irenicorum, *in quo miratur, quod Rationem inter Normas Irenicas præponat, & exemplar proferat, ſine præmiſſa regula. Sed mox Amſtelodami anno 1662. prodiit* Irenico-Maſtyx prior, perpetuo victus & conſtrictus, *ſeu nova confirmatio infallibilitatis Irenici Irenicorum; & cum Comenius iteratam admonitionem edidiſſet, iteratam ejus futilitatem oſtendere conatur, in libro, cui titulus,* Irenico-Maſtyx iterato victus & conſtrictus, imo obmuteſcens: ſeu novum & memorabile exemplum infeliciſſimæ pugnæ Comenii per biennium ad ſilentium adacti.

(b) *Symbola Maſtrichtiana.*

„*Ita, & quidem non immerito ad exemplum* Hoornbe„ckii *graviter caſtigat auctorem nefandum* Irenici Ire„nicorum, *tanquam profeſſum divinitatis Chriſti ho*„*ſtem, & magnis paſſibus contendentem ad Muhamme*„*diſmum, id eſt, ſi ad priora reſpiciamus, ipſiſſimum* „*Atheiſmum Anton.* Reiſerus *de Atheiſmo pag. 287.* „*Auctor ejus eſt* Dan. Zvvikerus, *uti ſcimus ex ejus* „*Antagoniſta, Joh. Amos Comenio.*

(770. LVIII.) ITER *certum* COELI, & *modus efficax ad ſalutem*, Tornaci 1621. in 12. ſine auctore prodiit, quem habuit *Alardum le* ROY, *Belgam, Jeſuitam*, v. *Alegambe* p. 9. *Valerius Andreæ* non meminit hujus auctoris, quia non niſi nomine occultato ſcripſit. Unde nec apud Fr. *Sweertium* invenitur. *Sotwellus* autem uti vitam illius; ita & librorum Catalogum habet auctiorem. Quare, ne opus ſit toties illos diverſis locis exhibere, communi denuo, & univerſali catalogo deinde ordinandos, hic adſcribere maluimus. Sunt vero p. 16. enumerati.

---

(771) DOCUMENTA VIRTUTIS, *ex conſideratione* AVIUM, Leodii apud Balduinum Bronkart, 1653. in 8.

---

(772) SANCTITATEM *vitæ ex conſideratione* FLORUM, ibidem: ejusdem typis, 1641. 8.

(773) *Pœnitentiam dilatam.* Apud eundem 1642. in 8.

(773. α) *Patrem familias.* Apud eundem, 1642. in 8.

(773. β) *Inſtitutionem ad dies Dominicos feſtosq́; pie tranſigendos.* Apud eundem, 1653. in 12mo.

(773. γ) *Divam, cui à Gratia, à felice itu, Redituque nomen eſt.* Apud eundem 1651. in 12.

(774. LIX.) ITINERARIUM PIETATIS *ac doloris, per eos gradus, quos Rex dolorum ſuis paſſibus & ſanguine conſecravit*, Romæ 1625. in 12. editum, auctorem, quem non præfert, habet *Aloyſium SPINOLAM, Jeſuitam Genuenſem,* teſte *Alegambe* pag. 16. vel potius *Octavium,* quod prænomen verum cum altero illo, ingreſſus ordinem Jeſuitarum, permutavit; uti poſt Alegambem confirmat *Sotwel,* plenius etiam de ipſo referens p. 30. adde *Witten,* Biogr. 1673. m. Jun.

(775. LX.) *De* JUBILÆI gratia *augenda ſervandaq́;*, liber anonymus Pontificiæ ſuperſtitionis, memoratur inter ſcripta *Jodoci* ANDRIES *Jeſuitæ*, apud *Alegamb.* p. 280. Valerius *Andreæ* hunc & alios multos anonymos libros ipſi debitos omittit, Bibl. Belgicæ ſuæ pag. 588. Quos, ut & vitam illius, ſupplet *Sotvell* pag. 516. & 517 Unde parem ob rationem brevitatis atque compendii operæ faciendi, atque modo n. (770) LIIX. huc potius quam tot locis proponentur. Nempe poſt Fauſtum annum n. 731. *Editi deinde alii.* (verba ſunt *Sotvelli*) Supplex libellus pro animabus purgatorii Antvverpiæ 1642. in 24. Gallice ibidem 1649. Latine Coloniæ, typis Wilhelmi Freiſſem 1650.

(776) *PERPETUUM SACRIFICIUM CRUCIS & Altaris.* Ibidem, in iisdem linguis, & anno in 12.

(777) *PERPETUA CRUX, uberius explicata.* Ibidem, iisdem typis 1651. in 24.

(778) *PERPETUUS GLADIUS Reginæ Martyrum*, iisdem typis 1650. & 1652. in 12. pluribus linguis ſæpius recuſus.

(779) *Neceſſaria ad SALUTEM SCIENTIA PER ICONES 52. repræſentata.* Antvverpiæ iisdem typis 1654. Latine, Belgicè, Gallicè in 12.

(780) *Tacitum PACTUM inter AMATORES CRUCIFIXI,* Antvverpiæ in 12. Hæc & alia tacito nomine, maximo fructu, evulgavit. adde num. 812. α.

(780. α LXI.) JUDICIUM *de Exercitationis Paradoxa, cui titulus, Philoſophia ſcripturæ interpres* 1666. Eleutheropoli, in 4. editæ: *Refutatione,* auctore *Petro Serrario,* anno ſequenti, Amſterodami in 4. publicata, *Viri,* ut habet inſcriptio, *doctiſſimi ſcripto amici expetitum, ſincereque datum,* Serrario puta, ab eoque ſuæ refutationi ſubjunctum, quod ſit *Joannis Amos* COMENII, viri de Theologia, & litteratura omnis generis optimè meriti, lubens accredo, binis mihi litteris hoc confirmanti Nobiliſſimo Excellentiſſimoque & experientiſſimo Dno *Gottfried* MELLEM. Ph. & Med. Doctori, nec non illuſtriſſimo Palatino-Neoburgici Principis Medico, aulico, Militari, ac Metropolitano Düſſeldorpienſi, pariterque Conſiliario ac Metallorum in Ducatu Juliæ Montiumque ſummo Præfecto, gratiſſimo mihi quondam itineris Italici menſæque ſocio, & amico etiamnum honoratiſſimo, cujus tanto a me locorum intervallo diſparati abſentiam ſubinde doleo, memoriam tamen præſentem utique conſervo, & quoad ero, conſervabo. v. infra 830. & 889.

(780. β LXII.) JUGULUM CAUSÆ *Pontificiæ, ſeu Nova, unica, compendiaria, & una propemodum periodo comprehenſa ratio: per quam totus doctrinarum Romanenſium complexus, de quibus lis eſt inter Proteſtantes & Pontificios, & unà Papa ejusq́; Imperium funditus evertuntur, &c.* Juxta exemplar Londinenſe Anno 1671. in 8. vel, ut habet ſecunda inſcriptio, poſt præliminares Epiſtolas 70. ad Viros Principes, comites & eruditos, quos auctor ſibi Lectores eligit: *Jugulum Cauſæ ſeu Nova & expeditiſſima Ratio, per quam Papa ejusq́; imperium, totusq́; Miſſæ, Religionis & Eccleſiæ Romanæ Apparatus una ruina coincidere debent &c.* quod auctorem habeat *Ludovicum* MOLINÆUM, filium celeberrimi Theologi Petri Molinæi, Medicum & Hiſtoricum egregium Londini degentem, cujus etiam Paræneſin ad ædificatores Imperii in Imperio, paulo ante in 4. Londini excuſam, ac ad impugnandam Papalem Hierarchiam unicè ſpectantem habemus, pro certo ſibi conſtare ſcripſit ad me laudatus modo Amicus meus, Vir Nobiliſſimus, Excellentiſſimus, & Doctisſimus Gotfried Mellem. Confirmat idem hujus operis cum Paræneſi, in ſtylo doctrinaque conſonantia, nec non cum eo, quod anagramma detegit *Ludiomæi Colvini*: de quo vide in *Pſeudonymis.*
Acta Eruditorum Lipſienſium 1684. p. 456. ex Anglico libro illic recenſito anonymo *conſiderationem ad librum Brueyſii confirmant* MOLINÆUM auctorem hujus JUGULI CAUSSÆ, cujus tamen exceſſus quosdam ſcribunt ſibi non probari. Addatur Martini *Kempii* Bibliotheca Anglorum Theologica p. 373. 374. (a) & *Hoornbeck,* Summæ Controv. lib. X. p. 387. & ubi de *Paræneſi* ejusdem: de qua hæc transſcribenda huc omnino literis ſuis monuit amiciſſimus & clariſſimus Dn. *Guil. Cave*: de L. Molinæi paræneſi,, ais eam ad impugnandam Papalem Hierarchi-,, am unice ſpectare. Hac tamen in re falſus es,, vel fallit te potius amicus tuus. Quædam fa-,, teor in illa ſunt, quæ controverſiam movent,, Pontificiis, primarius tamen iſtius libri (Oli-,, verio Protectori inſcripti) ſcopus eſt, cauſam,, Independentium ſeu Fratrum (uti vocamus),, Congregationalium adverſus regimen Presby-,, teriale ſtabilire. Quod vel ex ſolo Titulo con-,, ſtare

ſtare poteſt, qui ſic ſonat: *Paræneſis ad ædificatores imperii in imperio, in qua defenduntur Jura Magiſtratus adverſus Moyſen Amyraldum, & cæteros vindices poteſtatis Eccleſiaſticæ Presbyterianæ*, Auctore Lud. Molinæo Petri F. *Hiſtoriarum Prof. in illuſtri Academia Oxonienſi.* Lond. 1656. 4. Idem aliàs monuit aliud anonymum ſcriptum ſibi dein memorandum, cui titulus: *Regii Sanguinis clamor ad cœlum* hujus fratri, Petro, deberi cognomini magni Parentis Theologi, modo laudati: additur falli lectorem titulo libelli, quaſi juxta exemplar Londinenſe impreſſi. Nec enim niſi ſemel id eſſe Londini editum. *Fuit*, ut addit, *Auctor ipſe vir plane* „*impotens animi, & cui vix ſanum ſynciput.* Addit hic iterum *Margo Diecmannianus* ſequentia: „v. *Voët.* Polit. Eccl. Part. 3. l. 4. Tract. 1. C. 13. pag. „818. 819. Ubi hujus libri priorem partem „præter Dedic. ad Car. II. Angl. Regem 70. Epi-„ſtolas continere, alteram partem autem titulo „paululum mutato, & admonitione præmiſſa „à pag. 1. ad 396. Capitibus 24. jugulum cauſſæ „operoſe explicare & ſuadere refert. Et poſt „verba *Molinæi:* Edidit & hic Ludov. *Molinæus* Ha-„gæ Comitis Ao. 1662. ſpiſſum volumen in 4. „paginis 1255. conſtans, cui titulus eſt *La Nou-„velle decouverte du Myſtere d'iniquité*, quod habeo. Ad locum cit. ex Kempio addit hæc *Syndicus von Maſtricht:* Errat *Kempius*. Paræneſis illa ſcripta eſt contra Moſen Amiraldum, in ipſo titulo, & vindices poteſtatis Eccleſiaſticæ presbyterianæ.

(a) Martini Kempii *Biblioth. Anglor. Theol. p. 373. & 374.* Jugulum cauſæ Pontificiæ, *ſeu* nova, unica, compendiaria & una propemodum periodo comprehenſa ratio, per quam totus doctrinarum Romanenſium complexus, de quibus lis eſt inter Proteſtantes & Pontificios, & una Papa, ejusque imperium funditus evertuntur, *Londini Lat. octavo, 1671. Autore* Ludovico Molinæo, *olim Profeſſore Hiſtoriarum Oxonienſi, quem mihi tunc temporis præſenti, Nobiliſſ. Dn.* Oldenburg, *Societ. Reg. Secretarius meritiſſimus, innuit, ad quem inter alios viros principes, comites & eruditos Epiſtola præliminaris directa eſt. Ex ejusdem ſcriptoris cerebro nata eſt* Paræneſis ad ædificatores Imperii in Imperio, *paulo ante ibidem in quarto excuſa, qua papalem Hierarchiam evertere laborat.*

---

(781) *Dux* JUDÆORUM *ſublatus ex vaticinio* JACOBI. *Gen. IL.* 10. J.L. Jenæ 1674. Jobi LUDOLFI eſſe viri in Orientali literatura peritiſſimi ob & Æthiopica ſua notiſſimi, Cl. iterum *Normannus* indicium fecit.

---

(782) *Oratio ad* JULIUM M. PP. *pro indicendo libero* CONCILIO, Cracoviæ 1550. Eſt *Johannis* COSMINII aut COSMII, Regii Concionatoris in Polonia. *Simlero* Bibl. pag. 357. b. docente. *Starovolskius* hac de re nihil in Polonicis ſuis C. auctoribus habet.

(782. α LXIII.) *Elementa Chriſtianæ perfectionis, à Thoma de KEMPIS quatuor libris de Imitatione Chriſti olim comprehenſa, nunc iisdem verbis, novo ordine per locos communes digeſta*, Dilingæ 1626. in 16. qui prodiit ſine mentione auctoris liber, Indicis vicem accuratiſſimi præbere poteſt in aureos Kempenſes libellos, confectus à *Joanne ISFORDING, Jeſuita Germano*, ut eſt apud *Alegamb.* pag. 241. *Sotvel* hic Alegamben repetit p. 466. a. & 831. item Witte Diarii Biograph. 1639. 24. April.

(782. β LXIV.) *Thomæ KEMPIS de Imitatione Chriſti libri IV. in Locos Communes redacti* prodiere nullo auctore, ſed quem detegit *Henricum WAGNERECK Jeſuitam Germanum*, *idem Alegambe* pag. 178. adde *Sotvell.* pag. 333. a. & ex eo *Witte* Biogr. anno 1664. d. 11. Novembr.

(782. γ. LXV.) *Methodus Practica utendi libro Thomæ de KEMPIS de Imitatione Chriſti*, tacito auctoris *Martini de FUNEZ Jeſuitæ Hiſpani* nomine divulgata, ac italicè reddita à D. *Bartholomæo Zuechio*, Mediolani 1603. memoratur apud *Alegamb.* pag. 326.

(782. δ) Κοσμογραφία χριστιανικὴ i. e. COSMOGRAPHIA *Chriſtiana* COSMÆ INDOPLEUSTÆ adſcribitur ab Iſaaco *Voſſio* in *Melam*, pag. 275. 276. docente *Symbola Normanniana*.

(782. ε) PROPEMPTICON ad Johannem *Labadiam* & Jeſuitam Fanaticum αὐτοκατάκριτον & ἑαυτὸν τιμωρούμενον anonymum: prodiit, Gröningæ, apud Rembertum Agricolam, 4. 1670. poſſeſſor mei exemplaris, titulo, tum quoque præfationi ad Lectorem, ſubſcripſerat, nomen *Samuelis Mareſii*, tanquam auctoris. Symbola eſt Maſtrichtiana.

---

(783) LEGATUS *fidelis ad Oratores Chriſtianos*, Antvverpiæ, ap. Cornelium Uvoons, 1657. in 12. Scriptum hoc anonymum omiſerat *Alegambe:* addidit verò *Sotvel.* pag. 315. b. & 832. b. & *Guilielmi* HESII eſſe pronunciat, natione Belgæ, patria Antvverpienſis, Jeſuitæ. Meminit quidem Autoris *Valerius Andreæ*, ſed non jam adducti ſcripti.

---

(784) REFORMATIO LEGUM ECCLESIASTICARUM, per *Henr. VIII. & Edw. VI.* Lond. 1571. 4. Autor hujus judicatur *Gvalterus* HADDONUS, Anglus, ut verba ſunt *Hyde* in Catal. Bibl. ſub lemmate: *Eccleſia Eccleſiaſtica*. Is idem ſine dubio eſt, quem Poëmata Londini edita 1567. & librum pro veritate Evangelica 1577. reliquiſſe teſtatur *König*, Bibl. pag. 375. col. a. Extat quoque ejus oratio in Martinum *Bucerum*, in vitis *Bateſii*, p. 275. & ſeqq. *Pitſeus* & *Lipenius* tacent.

(784. α LXVI.) *De* LIBERTATE ECCLESIASTICA Liber anonymus promiſſus eſt CASAUBONO, in Epiſtolis pag. 628. editionis Brunſuicenſis ex ſecunda Græviana 1656. Ep. 486. pag. 544. ubi vide *Colomeſium in Clave*, ut & in Clave Epiſtolarum *Scaligeri* ad pag. 345. & *Caſaubonum* ipſum *in Epiſtolis* pag. 539. 632. 647. editionis Hagenſis alias Ep. 425. pag. 590. Porro *Colo-*

meſius dans ſon recueil de particularitéz (in ſuis Collectaneis ſingularium) pag. 127. ita refert. M. GUDIUS ſçavant home de la Duché de Holſtein, m'a montré un liure, *de Libertate Eccleſiaſtica*, imprimé l'an. 1607. 8. qui eſt de *Caſaubon*, commé l'avoit marqué de ſa main *Joſias Mercerus* beau-Pere de M. de *Saumaiſe*. Cet ouvrage ayant eſtè entrepris par l'ordre de Perſonnes de qualité, eſt demeuré imparfait par le commandement d' Henry IV. ce qui a fait mettre â *Mercerus* â la page 264. qui eſt la derniere, *cætera rebus mutatis non ſunt edita*. Paroles que *Jacques Cappel* explique en ces termes, dans ſon Aſſertion de bonne foy contre le Jeſuite *Rosweidius*. (Dn. *Gudius*, Vir doctus è Ducatu Holſatiæ, monſtravit mihi librum de Libertate Eccleſiaſtica, impreſſum An. 1607. in 8. qui eſt Caſauboni, quemadmodum hoc ipſum notaverat ſua manu Joſias Mercerus Socer Dn. Salmaſii. Hoc opus inceptum juſſu quorundam Principum Virorum, imperfectum manſit juſſu Henrici IV. Id quod fecit Mercerum ſcribere pag. 264. quæ ultima eſt: Cætera rebus mutatis non ſunt edita. Verba quæ Jacobus Capellus exponit hoc modo: in aſſertione ſua bonæ fidei contra Jeſuitam Rosvveidum) In Eccleſiaſtica antiquitate quam non eſſet Tyro *Caſaubonus*, docuit A.D. 1607. libro ſingulari *de Libertate Eccleſiaſtica*, cujus jam paginæ 264. typis erant editæ, cum Rex Henricus IV. auguſtæ memoriæ, compoſitis jam Venetorum cum Pontifice Romano controverſiis, vetuit ultra progredi, & hoc ipſum quod fuerat inchoatum, ſupprimi voluit, ut ejus pauca nunc extent exemplaria. Hactenus *Colomeſius*. Librum ipſum inſeruit *Goldaſtus* Monarchiæ imperii Tom. 1. pag. 674. & ſeqq.

Et in *Sorberianis* præfixa Vita Sorbierii â *Graverolo* (a) continuatio hujus operis perhibetur eſſe Junii BRUTI Poloni, de quo ſuo loco in *Pſeudonymis* agetur. Citatur & in Catalogo Bodlejano ab *Hyde* pag. 121. b. hoc modo J. C. G. i.e. *Iſaacus Caſaubonus Gallus*. De Libertate Eccleſiaſtica p. 674. Franc. 1621.

(a) Graverol dans la vie de Sorbiere. m. p. 17.

Junii Bruti, *Poloni, Vindiciæ pro religionis libertate: il faut les regarder comme une ſuite, que l' on a voulu donner au Traité de* Libertate Eccleſiaſticâ, *imprimé en 1607. qui ſans contredit eſt de* Caſaubon, *lequel auſſi en parle aſſez ouvertement en ſa lettre 539. de l' Edition de la Haye; bien qu'il en eût parlé en termes aſſez couverts, en deux ou trois autres lettres precedentes.*

(784. β) CONCILIORUM SYNOPSIN Mſſam duplicis exemplaris PHOTIO ſic vindicat Paulus *Colomeſius*, in doctiſſimis ſuis, ad doctiſſimi Guilielmi *Cave* Chartophylacem, paralipomenis. (a)

(a) Colomeſii *Paralip. ad Cartophyl. p. 38.* Synopſis Conciliorum, *quam apud amicum* MSS. *vidimus*, Photium, *non Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſed* Tyriorum Epiſcopum, *auctorem agnoſcit. Aliud exemplar, à Chriſtiano* Ravio *ex Oriente allatum, ſe adeptum eſſe ait, ſimulq; fragmentum exhibet Reverendiſſimus* Uſſerius, *in Diſſertatione ſupra laudata.(nempe pagina præcedente proxima, ubi de Symbolis inſcribitur.)*

---

(785) LIBERTAS *veri* CHRISTIANISMI, & SERVITIUM MUNDI, THEOLOGIÆ *Encomium* & FIDUCIA *bonæ cauſæ*, Argent. 1618. publicata. *Joh. Valentini* ANDREÆ progeniem eſſe, *Deckherro* de Scriptis Adeſp. p. 320. teſtis nobis exhibetur *D. Wolff à Todenwarth*, qui convictor celebris illius Chriſtophori Beſoldi fuiſſe memoratur pag. 316.

---

(786) ANTIQUITATUM LITURGICARUM ARCANA, typis Belleri 1605. 8. Omiſit hunc librum *Lipenius*. *Florentio* van der HAER, Canonico & Theſaurario Inſulenſi vindicat *Val. Andreæ*, Bibl. Belg. pag. 218. (a) Idem facit *König* Bibl. p. 375. b.

(a) Valer. Andr. *Bibl. Belg. pag.* 218. Florentius van der Haer, Antiquitatum Liturgicarum arcana *ex ſcriptoribus partim ineditis concinnavit* Duaci, *typis Belleri, 1605. 8. Tom. III. Eſſe vero* Florentium van der-Haer *harum Antiquitatum Auctorem ac Collectorem, cum nomen ipſe ſuum ſuppreſſum voluerit, conſtat vel ex præfationis ad Lectorem hac clauſula:* Vale Lector & Auctori tam *florido* & tantum caſtis *Aris* addicto, quantum ab inceſtis *haris* alieno, fave. &c.

---

(787) LITURGIA ſeu MISSA PAPISTICO LUTHERANA A. 1576. fol. Stockholm. edita. Auctor ejus haberi voluit *Laurentius* PETRI, Gothus, ArchiEpiſcopus; *Scheff.* Sued. liter. 31. Rectius tamen tribuitur *Laurentio* NORWAGO, vulgo KLOSTERHASSIO, & *Petro* FECHTEN, uti Dn. *Normannus* indicavit.

(787. α LXVII.) LOCI *uſitatiores ex S. SCRIPTURA pro adſtruenda Veritate Catholica PONTIFICIA*, Moguntiæ, ſine auctoris *Matthæi* Schrick *Germani Ieſuitæ* nomine prodiere. *Alegambe* p. 336 & *Sotvel.* 599. b.

(787. β) *Martini* LUTHERI QUERELA, ſive *Somnium*, & *Onar hypar*, ſive *Syndicus Querelæ Martini* LUTHERI: quænam ſint anonyma ſcripta, de Adiaphoriſtica controverſia, & quod *Ioachimo* CAMERARIO debeantur, legere eſt in Hiſtoria ſapientiæ & ſtultitiæ Chriſtiani *Thomaſii*, unde (a) pauca, huc potisſimum pertinentia, damus excerpta, p. 23. & ſeqq. ubi plura exactè, ut omnia Jacobi *Thomaſii* ſcripta, legi poſſunt deducta.

(a) Chriſt. Thomaſius Hiſtor. Sapient. & Stult. p. 23. & ſeqq.

§. 1. *Quo tempore fervebant adhuc certamina de adiaphoris, ac neceſſitate bonorum operum, tria ſcripta ſucceſſive prodierunt, quorum titulos appono.*

Primi: *Querela Martini Lutheri, ſeu* (a) *Somnium.*

Secundi:

Secundi: *Defenſio Martini Lutheri, ſeu Somnium.*

Tertii: *Onar* (b) *Hypar, ſeu Syndicus Querelæ Martini Lutheri.*

(a) *An huc* alludunt *verba Camerarii in Philippi Mélanchthonis vita p. 357. ſub Anno 1555.* Impunitas edendi, quæ unusquisque ſomniaſſet.

(b) *Videtur ad hanc vocem* alludere *Synodus av. v. 220. ed. ao. 1558.* ô narrans plurima Bubo. *Nam bubo* Stolſium *ibi notat.*

§. II. *Primum â ſecundo impugnatur, á tertio vero defenditur.* Secundi Autor *nominatur aperte* Stolzius; primi & tertii *Autor nomen ſuum reticuit, eſt autem* unus *utriusque ſcripti* Faber, *quod vel ſtyli ſimilitudo prodit. Sed & aliunde* probari poteſt, *Joachimum* Camerarium *eum* fuiſſe.

§. III. *Univerſa* tria ſcripta junctim edita *ſunt Baſileæ ex Officina Oporiniana A.* 1555 *in 8vo.*

Primum *etiam ibidem ſeorſim prodierat Anno 1554. menſe Martio, 8vo; recuſum Gorlicii A. 1580. 4to.*

Secundum *vero Ratisponæ A. 1555. in 8vo. Primi autorem fuiſſe, quem dixi* Camerarium, *probari poteſt tum ex ſtylo, qui ubique Camerarium ſpirat, tum ex indicio Stolzii* (c) *& Amsdorffii.* (d) *His jam adde Johannem Avicinium in Chronol. Evangel. (rhythmis Germ. cum verſione Joh. Naſſ. ſcripta) p. 13. ubi & in margine:* Somnium Lutheri per Camerarium divulgatum. *Item* Waſſer-Spieg. *p.* 164. Einer aus der *Adiaphoriſten* und *Synergiſten Camerâ,* nachdem er ausgetraumet / *qui licet* ἀντιλώμθοι, *ſatis tamen, quem autorem eſſe crediderint, indicant: tum ex eo denique, quod & tertium ſcriptum, quod primo fert ſuppetias, Camerarii eſſe proditum eſt, ut infra dicetur.*

(c) *Qui in defenſione iſta jam* voce Camerinæ, *p. 82. (Conſ. 91.) & 103. jam* Cubicularii *p. 93. haud obſcure* Camerarium *ſignificat.*

(d) *In Epiſtola reſponſoria ad Stolzium, quæ legitur ibidem p. 48. ubi hæc verba: Durius tractandus fuiſſet* Sycophanta mendax & virulentus, *etiamſi* Camerarius *Papæ eſſet.*

---

(788) LUX *in tenebris:* liber contra Pontificios ſcriptus: auctor nomine omiſſo memoratur, quod Joh. ACOLUTHI Crauburgenſis Sileſii apud *Witten* Biographiæ part. 2. A. 1689. 3. Maji. p. 163. b.

(788. α) MANTISSA Anonyma THESIUM JOHANNIS von der WAYEN de concurſu rationis, & S. Scripturæ, *Ricardo* ab ANDALA vendicata occaſione ejus & aliorum de hoc argumento ſcriptorum, videatur *Bibliotheca Univerſalis Gallica* Tom. VI. A. 1687. p. 489.

---

(789) MANUALE, ſine ulla additione, unde libri argumentum agnoſcas, *tacito nomine auctoris* ſcriptum memoratur â Philip. BEBIO, Belga Jeſuita per *Witten,* Biographiæ part. I. A. 1637. d. 16. Febr. Illud non invenias apud *Alegamben* pag. 555. & 556. *in Appendice* ſuæ Bibliothecæ Jeſuiticæ, omnia illius auctoris anonyma longa ſerie recenſentem; at breve apud *Sotvellum,* priores verbotenus repetentem, & in *appendice noſtro num.* DLXI. *& ſeqq.* datos, *usq; ad* DLXXX. ſequente Additamento augentem. Quod hîc inſerere brevitatis ergo potius quam ſingulis ſemper locis denuo repetere, conſultius videtur. Et aliqua jam ſupra n. 628. 629. repetita dedimus, &, ſi aliis inſuper acceſſerint, præter Sotvelliana, ſi opus, augenda repetere non detrectabimus. *Sotvellus* ſic habet p. 718. a.

His adjunge,

MANUALE, *continens* PSALTERIOLUM B. VIRGINIS MARIÆ *& alia* EXERCITIA. Coloniæ, apud Gualterium 1615.

---

(790) QUADRIGAM PIETATIS. Coloniæ, anno 1616. in 12.

---

(791) PORTAM COELI, SCALAM VIRTUTUM, PRAXIN BONARUM INTENTIONUM, è *Gallico latinè* redditum Coloniæ 1619.

---

(792) DIÆTAM SALUTIS, & eandem *auctiorem* 1620.

---

(793) *Modum* PIE *vivendi.* Coloniæ 1620.

---

(794) VINDICIAS URSULANAS, quas noſter *Hermannus Crombach,* ſupplevit, & edidit utriusque nomine præfixo. Coloniæ apud Hermannum Mylium, 1647. in fol. vide num. 906. infra.

(794. α LXVIII.) MANUS HOMINIS, & DIES *hominis Chriſtiani,* Latinè *Flandrice, Gallicèque* editus liber Gandavi 1621. *Jodoco ANDRIES, Belgæ S. I.* tribuitur ab *Alegambe* pag. 280. de quo jam ſæpius ſupra egimus, nominatim n. 15. 17. 25. 43. & 60. ubi reliquos ejusdem libros etiam memoratos omnes habemus, & monuimus, plerosque illorum Valerio *Andreæ* omiſſos. Quod in compendium coegit *Witten,* Biograph. part. I. a. 1668. ad diem 17. Novembr.

(794. β LXIX.) MARIA, *mater agonizantium,* Græciæ 1640. in 16. editus liber auctorem occultat *Jo. NADASI Jeſuitam Hungarum. Alegambe* pag. 260. *Sotvellus* p. 481. prolixius de illo agens, addit huic libro alia etiam, & alios ſerie longa, quorum aliquos tacito, alios expreſſo nomine prodiiſſe ſcribens, ſeparationem nobis difficilem & ambiguam relinquit.

(794. γ LXX.) *B. Virginem MARIAM, Cauſam omnium bonorum, & notam ſalutis* peculiari, nec immerito nomen auctoris occultante Libello,

probare conatus eſt Jeſuita *Alardus de ROY*, teſte *Alegambe* pag. 9. vid. ſupra n.58. reliquos ejusdem auctores anonymos.

(794. δ LXXI.) *Dolores B. Virginis* MARIÆ. Mechlen. 1627. & Brugis 1629. absque ſcriptoris nomine deſcripti ſunt à *Jodoco ANDRIES Jeſuita, Alegambe* p.280.v.modo n. 59.

(794. ε LXXII.) *Encomia B. Virginis MARIÆ ex S. Scriptura & ſanctis Patribus deprompta, cum eorundem citationibus*, excuſa primum Hiſpali, dein recuſa Viennæ 1632. ſuppreſſo nomine, ab *Alvaro ARIA Jeſuita Hiſpano* collecta teſtatur *Alegambe* pag. 24.

Dubitanter admodum. (a) At Nicol. *Antonii* Bibliothecæ Hiſpanicæ p.46. a. diſerte anonymum opus facit (b) ex quo poſtea *Sotvellus* p.44. idem refert.

(a) Alegambe *Biblioth. Jeſuit. p.24.a.* *Latinè verò, ſed ſuppreſſo, ut reor, nomine, duo opuſcula, mole exigua, ſed prorſus egregia;* Encomia beatiſſimæ Virginis, ex ſacra Scriptura & Sanctis Patribus deprompta cum eorundem citationibus, *excuſa primum Hiſpali, recuſa Viennæ* M DC XXXII, *Typis Michaëlis Riccii.* Encomia ſimilia ſacro ſanctæ Euchariſtiæ, excuſa Hiſpali unà cum prioribus.

(b) *Nicol.* Antonii *Biblioth. Hiſpan. p.46.a* *Eo tempore, quo edita eſt* Bibliotheca Societatis *à Philippo Alegambe, foras dedit ſuppreſſo tamen nomine in libri fronte:* Encomia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ ex Sacra Scriptura deprompta. *Hiſpali, apud Gabrielem Ramos 1615. 8. atque iterum Viennæ typis Michaëlis Riccii, anno 1632. Quod quidem opus mole exiguum, ſed prorſus egregium vocat memoratus Bibliothecæ* Author.

(794. ζ LXXIII.) *Faſti* MARIANI *cum illuſtrium divorum imaginibus & elogiis &c.* Libellus, Latine ac *Germanicè* Monach. 1630. cum picturis, & Antvverp. 1633.16. ſine picturis editus, auctorem diſſimulat *Andream* BRUNNER, *Jeſuitam*. *Alegambe* pag.26. Quod totidem verbis & addita commendatione priori repetit *Sotvellus* p.49. a. v. & *Witte* diar. Biogr. A. 1650.

(794. η LXXIV.) *Faſciculus laudum* B. V. MARIÆ, ſine auctoris nomine proditus eſt à *Jo.* RIVULINO *Jeſuita Hungaro*, teſte *Alegambe* pag. 270. repetitum totidem verbis *Sotvel.* p.489. a.

(794. θ LXXV.) *Zodiacus* MARIANUS, anonymus *Henrico* WAGNERECK *Jeſuitæ* adſcribitur ab *Alegambe* pag. 178. jam ſupra num.64.

(794. ι LXXVI.) *Exegeſis ſuper* MARIANI SACRAMENTI *formulâ, qua ſe ii, qui in ſodalitatem Annunciatam recipiuntur, obſtringunt.* Ingolſtad. 1620. in 16. liber ſuperſtititionis Papalis plenus, à *Georgio* STENGELIO, *Jeſuita*, cum aliis anonymis multis eſt conſcriptus. Vid. *Alegambe* Bibliothec. Jeſuit. pag 159. & *Sotvel.* p.295. ubi plura poſt Alegambeam editionem prodita ſcripta recenſet, verum ex quibus anonyma nulla memorat prodiiſſe, quemadmodum, & ex multis illis, quæ tempore ſuæ Bibliothecæ producentis eundem adhuc minitatum fert *Alegambe*, nihil in editis poſtea fere apparet. Ut adeo incertas illius & vagas ſcriptiones fuiſſe appareat. Alegamben hic ut ſolet, in epitomen trahit *Witte* 1651. 10. Aprilis, ubi *Strengelius* mendoſe pro *Stengelio* impreſſum.

(794. κ LXXVII.) MARIANAM *Hebdomadem, Gebhardi* RAZENRIED, *Jeſuitæ Suevi* anonymis adjicit *Alegambe* pag. 154 & prolixius de ipſo agens etiam *Sotvellus* pag. 284. 85. ubi & illius ſcripta, ſed non tamen anonyma etiam auget. Quemadmodum nec de hoc ſcripto, quod anonymum ſit, ex ipſa Bibliotheca, ſed ex addita ſpeciali ſub horum anonymorum Catalogis tantummodo conſtat.

(794. λ LXXVIII.) *Manuale Sodalitatis immaculatæ conceptionis* B. MARIÆ Virginis, Viennæ confirmatæ: Vien. 1630. in 16. editum anonymum conſcripſit Leonardus BAGNUS Jeſuita, v. *Alegamb.* p.300.

(795) *Opus de laudibus* MARIÆ *virginis*; vel ut *Hyde*, ſub nomine *Alberti M. Summa de laudibus Chriſtiferæ virginis*, Colon. 1509. Antvverp. 4. 1625. teſtante *Lipenio* Tom. II. p.237.b. Tribuitur ALBERTO M. a nonnullis, ut Hyde, ab aliis *Richardo* de S. LAURENTIO, cujus nomen addidit Lipen. l. cit. Vide Lambec. Comment. Bibl. Cæſ. l. II. p. 776. (a)

(a) Lambecii Bibl. Cæſ. l. II. p. 776. & 777. *Volumen Latinum chartaceum in folio, continens magnum aliquod* Opus de Laudibus Beatæ Mariæ Virginis, in duodecim libros diviſum, *cujus absque ullo titulo, ullâque Autoris mentione, hoc eſt principium:* Nota prudens Lector, & acquieſce obſecro his, quæ tibi dicturus ſum ad honorem Dei & Beatiſſimæ Matris ejus. Librum iſtum &c. *Nec multò poſt ſequitur:* Liber iſte, qui intitulatur DE LAUDIBUS BEATÆ MARIÆ diſtinctus eſt & partitus in duodecim libros &c. *Quod autem Autor hujus Operis nomen ſuum de induſtria celaverit, indicat ipſe in fine Prologi ſecundi his verbis:* Nomen verò meum malui ſubticere, ne Tractatus forte vileſceret cognito tractatore. *In fine totius Codicis legitur, deſcriptionem iſtius Operis abſolutam eſſe anno Domini* M CCCC XXXVIII. *ante Feſtum omnium Sanctorum.* Attribuitur *illud à nonnullis* Alberto Magno, *ut videre eſt* Tomo vigeſimo *Operum ipſius, à Petro Jammy, S. Theologiæ Doctore, Ordinis Prædicatorum, Lugduni* A. *1651. Tomis XXI. editorum in folio; ab* Hippolyto *autem* Maraccio *Lucenſi, in parte ſecundâ* Bibliothecæ Marianæ, *& pleriſque aliis tribuitur* Richardo de S. Laurentio, *natione Gallo, Pœnitentiario Rotomagenſi. Meminit hujus controverſiæ etiam R.P.* Philippus Labbé, *Tomo primo doctiſſimæ*

ſimæ Diſſertationis ſuæ ad Card. Bellarmini librum, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ipſumque Opus refert A. 1625. ex antiquis exemplaribus Duaci primo editum eſſe in quarto, apud Joannem Bogardum. Quam editionem ego hactenus nunquam vidi: reperi autem, in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſareâ Vindobonenſi, aliam multo antiquiorem in folio, absque nomine ullius Autoris publicatam, ſub hoc titulo: Opus inſigne de Laudibus Beatæ Mariæ Virginis, aliàs MARIALE appellatum. In fine ejusdem editionis extat de tempore & loco ejus hæc clauſula: Finit liber de Laudibus Beatiſſimæ Mariæ Virginis Matris DEI, impreſſus anno Domini M CCCC XCIII. per Martinum Simum, Librarium & civem inclytæ Civitatis Argentinæ, factâ diligenti collatione prævia ejusdem Libri ad exemplaria ſcripta.

(796) DEIPARA MATER MISERICORDIÆ; ſua excellentia & miſericordia admirabilis MARIANIS cultoribus compendio expoſita Inſulis, ap. Ignatium & Nicolaum de Rache, 1658. in 12. Sotvell. pag. 704. b. & 830. b. Petro WOESTWINKEL, natione Belga, Jeſuitæ, qui Cortraci 1672. obiit, aſſeruit.

(797) Pſalterium S. MARIÆ, aliæque precationes, in quibus B. Virgini Mariæ honores divini tribuuntur, exiſtimantur ſcriptæ à Cardinali BONAVENTURA, teſte Joſepho Hallo, Epiſcopo Anglo, in tractatu Germanico: Die alte Religion. Freher. pag. 14. (a) Illud operibus ejus in folio voluminibus VII Lugduni 1668. excuſis inſertum adeoque publice agnitum eſt. Ubi ſtupendum, ad Mariæ adorationem omnes Davidicos Pſalmos DEO à Rege Propheta dicatos, idololatria ſane divæ Mariæ nunquam approbanda detorqueri.

(a) D. Pauli Freheri Theatrum Viror. Clar. p. 14. b. Author quoq; fuiſſe exiſtimatur Pſalterii S. Mariæ, aliarumque precationum, in quibus B. Virgini Mariæ honores divini tribuuntur, eique opus Redemtionis humanæ adſcribitur. Teſte Joſepho Hallo, Epiſcopo Anglo, in Tractatu Germanico; Die alte Religion.

(798) MONITA Salutaria B. Virginis MARIÆ ad cultores ſuos indiſcretos. De iis hæc habet ſæpius laudatus Dn. D. Joh. Frid. Mayer in Epiſt. „diſſ. de anon. & Pſeudon. Gandavi, anno 1673. „liber utiliſſimus, in quo Maria cultum ſui ſuperſtitioſum per ipſos cultores deprecatur, quem „nos aliquando edidimus, laudatus & approbatus „Petro de Wallenburg, Wernero Francken, „Gothofredo Molano, aliisque Doctoribus „Pontificiis: defenſa per Gilbertum Epiſcopum Tornacenſem in Epiſtola Paſtorali, prodierunt per „Adamum WIDEFELD, JCtum Colonienſem, qui „& ſua eſſe agnovit, & profeſſus eſt. ALIUM tamen hujus fœtus parentem Jeſuitæ eſſe volunt videlicet Franciſ. Ludoviſcium BONAM, Theologum, in præfatione defenſionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ Ao. 1674. Conjungi poſſunt quæ habet hic Excellm⁹. von Maſtricht hiſce verbis. De libro multa habet, item de Antogoniſtis, & fato, quod Romæ habuit, Andreas Kuhnen, Superintendens Annebergenſis, in Catholico diſcreto, autocatacrito, pag. 77. & ſeq. Adde Bibliotheque Univerſelle, & Hiſtorique, de l'Année 1688. Tom. XI. pag. 457. (a) & Acta Eruditor. Lipſienſ. 1696. Jan. pag. 30. 31. (b) Quorum poſteriori loco quæ memoratur editio in Germania ſuperiori, ſine dubio eſt Mayeriana, modo ipſius verbis indicata. Recuſa ſunt hæc monita etiam cura Melchioris Leydeckeri, poſt hiſtoriam Janſeniſmi: quæ pag. 527. memorat editiones omnes, ut excerptum (c) docet. Ipſum opus vero etiam redhibetur dein à p. 631. usque 640. una cum appoſito libello, cui titulus:

(798. α) JESU CHRISTI MONITA maxime ſalutaria de cultu dilectiſſimæ MATRI debito exhibendo pag. 641. usque ad 656. cujus auctor in præfatione hiſtoriæ Janſeniſmi pag. 24. nominatur Theologus Duacenſis & Cenſor Matthias GERTMANNUS S. T. D. ac Profeſſor primarius Academiæ Cancellarius & Seminarii Regii Præſes. Ibidem plura de his libris legas, quæ quia recens etiam in omnium manu, nunc non excerpimus. Addo tandem debiti honoris ergo Amicam Symbolam Maſtrichtianam, ſub lit. (d)

(a) Bibliotheq. Univerſelle, Tom. XI. p. 457. L' auteur de ce livre étoit un Gentilhomme Allemand, nommé M. Widenfeld, Intendant du prince de Schwarzenberg. Ce Livre a fait beaucoup de bruit dans le monde, ſur tout, apres la Lettre Paſtorale de Mons, de Tournai, ou il recommende cet écrit à ſon peuple comme plein d' une ſolide pieté & tres propre à detourner des abus, ou la ſuperſtition engage.

(b) Acta Eruditor. Lipſienſ. 1696. Jan. pag. 30. 31. Porrò, cum Janſenitæ ſe vulgaribus, maxime Jeſuiticis erga B. Virginem honoribus oppoſuerint, edito (à Janſenita, ut putat, Mechlinienſi) libello, cui titulus: Monita ſalutaria B. Mariæ Virginis ad cultores ſuos indiſcretos; idcirco eum integrum ſubjungit ex editione Leodienſi apud Nicol. de la Rache, Anno 1674. (ſed habetur, id quod obſervamus obiter, exemplar prius Gandavenſe A. 1673. typis Franciſci d' Erckel impreſſum, juxta quod ante annos aliquot in Germania noſtra ſuperiore repetita vice excuſa monita hæc ſunt. Bina vero hæc exemplaria inter ſe contendentibus aliqua equidem occurret in lemmatibus diſtinctionibusq; diſcrepantia, ſed levior, unde nonniſi ἐν παρέδῳ iſthæc memorare placuit) nec minus alterum illi oppoſitum, Duaciq; mox editum eôdem anno, Latinè & Gallicè apud Mariam Serrurier, hac ſub inſcriptione: JEſu Chriſti monita maximè ſalutaria de cultu dilectiſſimæ Matri Mariæ exhibendo, cujus author fuerit Theologus quidam Duacenſis.

(c) Melchioris Leideckeri Hiſtoria Janſeniſmi, lib. III. de Janſeniſmi dogmatibus p. 557. Id notum eſt, eo deveniſſe Jeſuiticas ſuperſtitiones, ut Janſenitæ, probantibus viris Eximiis, etiam Epiſcopis, ſcripſerint Monita Salutaria B. V. Mariæ ad cultores indiſcretos, quartumq; Lovanii ediderint. Prodierant primum, ut hoc ſciat Lector, A. M. DC. LXXIII. facultate & approbatione Cenſoris J. Gillemans, S. S. Theol.

Theol. Licentiati, & Eccleſiæ Cathedralis Gandavenſis Canonici, & Archipresbyteri munita. At inviſa erant nonnullis, qui in id ſtuduerunt, ut ea vulgò ſuſpecta & exoſa redderent. Ergò recuſa fuere, quartæq; editioni præfixa P. de Walenburgii, Epiſcopi Myſienſis & ſuffraganei Colonienſis approbatio, itemq; P. Anſemii Vicarii in Spiritualibus & Generalis ejusdem Archidioceſis F. Franken S. T. D. & ad S.S. Apoſtolos Decani, Henrici Patricii S.S. T D. & P. Colonienſis & Johannis Polez, Paſtoris ad S. Cuniberti, quibus ipſe Tornacenſis Epiſcopus ſuis Paſtoralibus literis acceſſit.

(d) Symbola Maſtrichtiana *n. 1. 2.*

1.

Saluetus vere Wiedenfeld/ *auctor libelli* Monitorum Salutarium *B. Mariæ Virginis ad cultores ſuos indiſcretos, Gandavi editi cum approbatione Epiſcopi Myſiæ, Gandavenſis, & Theologorum Lovanienſium. Fuit is JurisC. Colonienſis. Extat quoque in Scriptis Joh.* Sylvii, *Eccleſiaſtæ Amſtelod. contra Walenburgicos. P.* Craſſetius, *Jeſuita contra eum ſcripſit ſub titulo:* Veritable devotion envers la S. Vierge, *Paris* 1679.

2.

Lodovicus de Abellis *Epiſcopus Rhodenſis & pater* Craſſet, *Jeſuita, Doctrinam Eccleſiæ Romanæ defenderunt de cultu B. Mariæ Virginis.*

(798. β LXXIX.) *De Devotione erga* S. MARIAM MAGDALENAM libellum anonymum edidit *Lævinus* TOLOMÆUS *Jeſuita*, teſte Alegambe p. 293. Ejus Elogium n. 49. partis 3. Pinacothecæ ſuæ, edidit *Ianus Nicius Erythræus*. Nil addit *Sotvell.* p. 537. b.

---

(799) MARTINUS PRÆSULIBUS EXITIOSUS, vel PRÆSULO-MASTYX, MINERALIA, DIOTREPHES, DEMONSTRATIO DISCIPLINÆ, &c. Libelli ſunt Satyrici, de quibus vide *Camdeni* Narrationem ex Annal. rerum Ang. & Hibern. ad annum 1588. p. 251. 252. (a) & *verbotenus* Camdenum excerpentem *Deckher.* in conjecturis de ſcriptis Adeſpotis Sect. V. ſub finem pag. 190. editionis ultimæ Amſtelodamenſis. Nam in priori nondum quidquam horum memoratur.

(a) Camdenus Annalium pag. penult. *Cum Regina, quæ* Semper Eadem, *novatores in Religione audire noluerit, quos Eccleſiaſticæ admirationis, & Regiæ Prærogativæ nervos ſucciſuros exiſtimavit; nonnulli ex iis, qui Genevenſis Eccleſiæ diſciplinam unice admirabantur, non aliam rationem conſtituendi eandem in Anglia excogitari poſſe putarunt, quam Anglicam Hierarchiam inſectando, & Præſulibus invidiam apud populum conflando. Hi itaq; & Hierarchiam, & in Præſules* probroſis *editis* libellis, *quibus tituli erant:* Martinus Præſulibus exitioſus, *vel* Præſulo-Maſtix, Mineralia, Diotrephes, Demonſtratio diſciplinæ *&c. calumniis & convitiis virulentiſſimus adeo* ſcurriliter *debacchati ſunt, ut auctores non pietatis cultores, ſed è popina ganeones viderentur. Auctores tamen erant* Penrius & Udallus, *verbi miniſtri, &* Jobus Throcmortonus, *vir doctus & facete dicax: Fautores, Richardus* Knightleius & Wigſtonus, *Equites aurati, viri alioquin boni, graves & prudentes, (ſed à quibusdam Miniſtris ſibi ſapientibus circumventi) qui crimen gravi mulcta in Camera Stellata irrogata luiſſent, niſi Archi-Epiſcopus Cantuarienſis, quâ fuit ille lenitate, Reginam ægre exoraſſet.*

(799. α LXXX.) *Praxis* MEDITANDI *myſteria Chriſti Domini noſtri, B. Virginis & Sanctorum, ex Italico latina facta,* & edita Viennæ 1633. in 16. interpretem habet *Io.* BUCCELENUM *Ieſuitam*, teſte *Alegambe* p. 230. & *Sotvello*, p. 428. a. totidem verbis, niſi quod præponi debuiſſe hunc librum proximè præcedenti per numeros 1. 2. denotatur. Quod ipſum refert minus quam illud etiam monuiſſe, ne confundatur hic Italus Brixienſis Jeſuita, cum alio Joanne *Buccelino* Belga, de quo & *Alegambe* & *Sotvel.* ſuo loco.

(799. β LXXXI.) MEMORIALE *ſciendum à* CLERICIS, *cum Appendice de aliis ſciendis à* CONFESSARIIS, *& præſertim de 100. caſibus obligantibus ad reſtitutionem*, Bononiæ, Cremoniæ, Mediolani, alibique recuſum ſcriptum anonymum, *Victoriani* PREMOLI, *Ieſuitæ Cremonenſis*, memorat *Alegambe.* p. 441. & addente *Sotvello* p. 777. b. poſtea etiam appoſito veri auctoris nomine rurſus editum, Bononiæ Typis Joannis Recaldini, 1670. in 12.

(799. γ) MENOLOGIUM, *Iames.* 329.„ & paſſim *Meurs.* Gloſſ. MAXIMI EPISCOPI,„ CYTHERORUM, *Iames.* 323. Margunii, ad-„ dit 161. *Rav.* idemque inculcat ad nomen„ MARGUNII, pag. 314. *Symbola iterum eſt Nor-„ manniana* ex Manuſcriptis notis Ravianis. Memini de Menologio multa me legiſſe, ſed quæ nunc congerere non vacat, ſive in *Lambecii* Biblioth. Cæſar. ſive *Actis Eruditorum Lipſienſibus*, ſeu Monatl. Unterredungen/vel omnibus hiſce, imo & aliis. *Hoffmannus* in Lexico ſuo remittit nos ad *Maeror.* fratrum Hierolexicon.

---

(800) *De* MENSÆ SACRÆ *nomine & re*, Tractatus longe erudititiſſimi auctorem eſſe *Ioh.* GUILIELMUM, *Epiſcopum Lincolnienſem*, conſentiens fama eſt ex *Philadelphi* Epiſt. p. 20. docente iterum *Normanno.* Sed quis iſte Philadelphus, quorum ſolus *Hyde* p. 52. 53. part. 2. Bibliothecæ Bodlejanæ *quatuor* enumerat, cum longe plures extant: Quis ille Joh. *Guilielmus* in tanta nominum *Guillaume, Guilhelmi, Guillelmi, Guilielmi, Guilhermi* &c. confuſione, apud eundem part. I. pag. 313. a. inquirat, cui magis vacat.

---

(801) *Tractatus* ASCETICUS, de MILITIA ſpirituali, Colon. 1630. *Aleg.* p. 556. a. *Sotv.* pag. 786. a. at non in ind. anonym. *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 768. Philippo BEBIO, Jeſuitæ aſſerunt. *Witten.* Diar. Biogr. Ao. 1637. 16. Febr. conſentit. v. ſupra. n. 789.

---

(802) *Enchiridion* MILITIÆ *Chriſtianæ.* Scriptum hoc prætermiſſum *Lipenio* in Bibl. &

Hyde

Hyde in recenſione operum Lanſpergianorum. *Index Romanus* librorum prohibitorum ab Alexandro VII. editionis Sotomajorianæ in folio p. 42. a. tribuit *Jo. Juſto* LANSPERGIO, editum Compluti. Adde p. 77. b. 78. a. & 89. b. & confirmantem hoc *König*. B. V. & N. p. 457. addentem A. 1607. vulgaſſe: nec ullum aliud ejuſdem ingenii monumentum: Quæ tamen plura invenias in *Catalogo Bodlejano Hyde* p. 385. b. ab anno 1530. jam uſque ad 1586. latine partim & Italice in lucem data.

(803) MONITA *quædam ſpiritualia*, brevicula quidem illa, ſed vere aurea, primus ſub PACHOMII Ægypti Abbatis nomine edidit latine *Voſſius*, in Appendice ad Greg. Thaumaturgum, Mogunt. 1604. ita ſcribente *Cave* Chartophyl. Eccl. p. 54. Unde colligas, antea ſine ipſius nomine prodiiſſe: v. *Olear.* Abaci (a) p. 352.

(a) Olear. Abaci PP. p. 352. Pachomius, *ex gentili milite factus monachus, dein Tabennenſis in Ægypto Abbas, denatus ann. circiter 350. vel 360. Ejus* Regula monachorum, *quam Angelo dictante conſcripſiſſe perhibetur*, extat Tomo 4. Biblioth. PP. Colon. *& poſt Caſſiani Operum pleraſq; editiones. Eadem ſed brevior, habetur* apud Pallad. *in hiſt. Lauſ. vid. v. edit Meurſii f. 89. 189 Nonnulla ejusdem monita vid. Tom. 4. Bibl. cit. Confer* B. Gerhardum, *p. 202.*

(804) *Auctor antiquus contra* MONTANUM varie diſputatus ac tandem Aſterius Urbanus ab *Euſebio*, illum citante nominatus, videatur apud Thomam *Ittigium*, de Hæreſiarchis ævi apoſtolico proximi, excerptum in *Actis Eruditor. Lipſ.* 1690. menſe Junio. (a)

(a) Acta Erud. Lipſ. A. 1690. p. 311. & 312. *Autorem antiquum, ex cujus voluminibus, contra Montanum ſcriptis, Euſebius lib. 5. c. 16. & 17. nonnulla excerpſit,* Apollinarium *non fuiſſe*, contra Ruffinum *&* Baronium *probavit* Halloixius, *qui nomen illius Autoris Euſebio incognitum fuiſſe cenſet. Conſentit* Valeſius, *antiquum illum Autorem non eſſe* Apollinarium; *putat tamen Euſebio nomen illius Autoris incognitum non fuiſſe, cum expreſſe* Aſterium Urbanum *appellaverit. Valeſium impugnat* Baluzius *&* pro Apollinario *pugnat. Verum cum ad rationes ab Halloixio adductas, & à Valeſio probatas, nihil reſponderit, Valeſii ſententiam diſſertationis hujus* (de Hæreſiarchis ævi apoſtolici) *Autor* (*Thomas* Ittigius) *præferendam exiſtimat.*

(805) *Theſes* MONTEMAJORIS, diſſimulato nomine *confutavit Dominicus* BUNNEZ, ex ordine Dominicano. Ediderat enim iſte *Prudentius* de Montemajori, Salmanticæ 1581. ex Societate Theologus, theſes adverſus Decretum abſolutum, quæ illico à facultate Theologica damnatæ ſunt: uti recenſent hæc *Acta Erud. Lipſ.* Ao. 1687 Menſ. Jul. pag. 354. ex libro, cujus titulus: *Abregé de l' Hiſtoire de la Congregation de auxiliis*, &c. i.e. *Compendium Hiſtoriæ de Congregatione ſub Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. habita in quæſtione: De auxiliis gratiæ divinæ*, Francof. 1687. in 12. Addo hic tantum, Montemajoris prænomen eſſe *Joannes* apud *Alegamb.* p. 259. b. *Sotvell.* p. 480. a. *König.* Bibl.

(805. *a*) SPLENDOR VERITATIS MORALIS, *collatus cum tenebris mendacii & nubilo æquivocationis ac mentalis reſtrictionis. Addita depulſione calumniarum, quibus Joannes* BARNESIUS, *Anglus, Ord. S. Benedicti Monachus, Leonardum* LESSIUM S. J. Theologum oneravit per Fr. S. EMONERIUM, *Ordin. Min. Convent. S.T.D. & ejus ordinis apud Salaſſios Commiſſarium* Av. Av. Lugduni apud Antonium Berterium, M. DC. XXVII. liber anonymus, quem ſcripſerit P. *Theophilus* RAYNAUDUS, Jeſuita, memoratur num. 26. & ultimo Indicis, initio Tomi III. Operum Petri *Aurelii*, (quem ſuo loco detegemus Abbatem San-Cyranum) præfixi, *Jeſuitarum, qui in certamen* (ut auctor exemplo *Sirmondi* ſe loqui ſcribit,) *larvati prodierunt.*

(806) *Examen Præfationis Joh.* MORINI, *in Biblia Græca, de textus Hebraici corruptione, & Græci auctoritate*, Lugd. 1636. 12; ita ἀνωνύμως recenſetur in Catal. Bibl. *Voſſ.* p. 17. Eſt *Arnoldi* BOOTII, qui de ὑποσπασματίῳ hoc majoris ſui in Morinum operis prolixe agit *præfatione Animadverſionum in V. T.* Lond. 1644. in 4. Hæc mihi Cl. Dn. *Normannus*, cui tam multa cæteroqui nobis incognita debemus in hoc argumento. Is Bootius Belga erat, & Medicinæ Doctor, qui etiam *Epiſtolam de Textus Hebraici Vet. Teſt. certitudine* contra Capellum, Par. 1650. 4. ſcripſit, ut & *Vindicias* ſ. *Apodixin Apologeticam pro Hebraica veritate* contra Morinum, & Cappellum, Par. 1653. 4. Videatur *Königii* Bibl. Vet. & Nova, p. 124. col. b. *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. p. 99. col. b. *Lipen.* Bibl. Real. Theol. Dom. II. pag. 19. col. a. Nullus tamen horum autorum quicquam de hocce ſcripto Anonymo meminit. Quo magis hic Dno Normanno debemus.

(807) FASCICULUS MYRRHÆ, Ipris, 1648. in 4. Guilielmo de LANDSHEERE, Sotv. p. 831. b. & 316. b. vindicat Jeſuitæ, natione Belgæ. v. ſupra n. 701. & 708. & alium hoc ipſo titulo librum ex Caraffæ Italico verſum: *num.* 660. *a.*

(807. *a*) MYSTERIUM INIQUITATIS *Pſeudo-Evangelicæ:* hoc eſt *diſſertatio Apologetica, pro doctrina B. Johannis* ARND: *adverſus Centauros quosdam Pſeudo-Evangelicos, & ſophiſticam illorum Theologiam:* per M. B. F. B. Auctor maledici libelli, cui titulus: Myſterium iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ: vocatur *Melchior* BRELERUS, qui natus eſt in Civitate Fulda, quæ tota eſt Pontificia. Profeſſione auctor erat Medicus, & poſtquam peragraſſet Galliam, Italiam & Germaniæ magnam partem, factus eſt Archiater Auguſti, Junioris Ducis Luneburgenſis. Moriebatur Hamburgi A. 1627. poſtquam editionem maledici libelli ſui deteſtatus eſt. Mihi ſemper viſus eſt Crypto-Papiſta eſſe. Hæc ad marginem *Vindiciarum Eccleſiæ Lutheranæ* contra myſterium iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ Hamburg. 1622. 8. editarum adſcripſerat vir illuſtris, *Joachimus Tranſæus*, Regius

S olim

olim Secretarius. Huc usque ſymbola Amici mihi inæſtimabilis Dni. *Laurentii Normanni.* Quibus addere nunc poſſum ſolum Titulum ex *Lipenio*, Bibl. Theol. Tom. I. pag. 97. b. qui ſic habet: *M.B.F. B Myſterium iniquitatis, ſ. Diſſertatio Apologetica pro Joh.* Arndio *contra Pſeudo-Evangelicos.* Goslar. 8. 1628. una cum *titulo refutationis* ex Tom. II. pag. 99. b. taliter repræſentato: *Anonymi Vindiciæ pro Myſterio iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ,* Goslariæ in 8. 1622. Sed relationem etiam de ipſis hiſce libellis inſpectis. Horum qui prior prodiit, integro titulo talis eſt: *Myſterium iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ,* Hoc eſt, *Diſſertatio Apologetica, pro Doctrina Beati Johannis* Arnd, *Ducatus Luneburgenſis Superintendentis Generalis, &c. Adverſus Centauros quosdam Pſeudo-Evangelicos, & Sophiſticam illorum Theologiam:* uti repetitur in refutatione M. Jacobi *Werenbergii* pag. 2. dedicatoriæ. Ejus integer hic eſt titulus. *Vindiciæ Eccleſiæ Lutheranæ, Dei Gratia à Myſterio ſuperſtitionis Pontificiæ ſuperiore Sæculo liberatæ: a Myſterio Apoſtaſiæ Hæreticæ ab eo tempore conſervatæ: Contra Myſterium iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ, quod revera eſt μυςήριον τῆς ἀνομίας cujusdam Veſpertilionis inordinatè ambulantis: ſuſcepta* à M. Jacobo Werenbergio, ad D. Mar. Magdal. Paſtore & Profeſſore in Inclyto Gymnaſio Hamburgi. in 8. 1622. Ea conſtat paginis 448. Et reſpondit prior ille tenebrio, nomine ſuo iterum occultato, ſub hac inſcriptione: *M.B.F.D. Vindiciæ pro Myſterio iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ:* Adverſus Pſeudo-Evangelicum Declamatorem & Poſtillatorem Hamburgenſem. *Goslariæ,* in 8. 1622. paginis 944. Præcipuum argumentum omnis hujus litis eſt, de Academiarum noſtratium corruptelis: uti ſatis indicat vel clauſula ultima libri ex anonymi ad auctorem Epiſtola gratulatoria, adductis hiſce verbis: *Male ſit Academicis noſtris verbalibus qui primi videntur in Chriſto defendendo, ſed verè primi ſunt in perſequendo, pejores Ethnicis ſanioribus, cum tamen Socraticam ſibi ſomnient ſapientiam.* Addit *M* Colberg im Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthum p. 258. ſub (a) excerpta, & *Margo Diecmannianus* ſequentia: Quem litteræ capitales auctorem notarent, hærenti mihi dudum occurrit Chriſtianus *Becmannus,* qui in Exerc. Theol. Amſt. 1644. fol. ed. Exerc. 21. p. 353. a. MELCHIOREM BRELERUM, in Myſter. iniq. citat. Eſt hic ipſe ille, etſi *Daniel pro Melchiore vocatus* Brelerus, quem Martinus *Ruarus,* Socinianus, Centur. 1. Epiſt. 100. p. 447. nunc paſſim Danielem Hermannum audire, Altorfii olim vixiſſe, apud Auguſtum, Luneburgicum Principem, in ferventi gratia degere, & myſterium aliquod iniquitatis molitum eſſe ſcribit, in quo famoſos quosdam Theologos mordaci ſale defricare, eorumque mores publicare ſtatuiſſet. Quod ei Ruarus per Joachimum *Morſium* ſerio diſſuaſerit. *Calovius* Anti-Böhmii p. 118. Melch. *Brelerum* iis annumerat, qui a Weigelianis fanaticis damnatis opinionibus converſi ſunt divina gratia.

(807. αα LXXXII.) *Praxis juvandi* MORIBUNDOS: *ex Hiſpanico* Joannis Baptiſtæ Villelæ, *facta Italica per Franciſcum Conturla,* ac inde *Latine reddita* per *Joannem* BUCCELENUM, absque interpretis mentione prodiit, teſte *Alegambe in Biblioth. Ieſuiticæ Indice.* Nam in ipſo textu hoc ſcriptum præteritur, ubi de Bucceleno agitur. p. 230. v. ſupra n. 80.

(807. β LXXXIII.) *Facilis modus lætam* MORTEM *obtinendi. Latine* & Flandricè Gandavi excuſus liber eſt *Iodoci* ANDRIES *Ieſuitæ. Alegambe,* p. 280. v. ſupra n. 60.

(807. γ LXXXIV.) *De* NATIVITATE MEDIATORIS *ultima nunc futura, & toti orbi terrarum in ſingulis ratione præditis manifeſtanda,* inter anonymos refertur à Scavenio n. 51. & *Geſneri* fide *Guilielmo* POSTELLO tribuitur, inter cujus ſcripta recenſetur hoc ipſum, ac Baſileæ 1547. excuſum. De hoc Poſtello vide in *Rhodianis* noſtris ad n. 50. & *Scævolæ Sanmarthani Elogia Gallorum* doctrina illuſtrium lib. 3. pag. m. 79. ubi *neſcio, cujus mulierculæ præſtigiis, abſurda quædam & impia de Religione commentus eſt, quæ deinde Lutetiæ frequenti Auditorum turba publicavit.* Operum reliquorum Catalogum vide apud *Geſnerum. Beza* Epiſt. 1. pag. m. 21 *Poſtellus,* inquit, *omnium hæreſeon, ipſis etiam Romanis inquiſitoribus judicibus, Cloaca:* adde ejusdem Epiſt. 4. Imprimis autem *Ioſ. Scaligeri* Ep. 362. ubi inſanum planè fuiſſe teſtatur, & ſe cum ipſo communi cubiculo uſum aliquamdiu fatetur. Adde *Thuan. Hiſtoriar.* lib. 74. circa finem. *Popeliniere Hiſtoire des Hiſtoires* liv. 8. pag. 443. & ſeqq. (a) ubi mira de ipſo narrantur, huc ob prolixitatem haud transſcribenda, ob raritatem tamen libri excerpta ex multis pauca, & ex aliis alia. Vide *infra de Tribus Impoſtoribus* n. 2079. ſcripto ipſi a quibusdam an vere vel falſo? imputato. Quod vero doctiſſimus & nimis mature Orbi literato mihique ereptus *Morhofius* miratur, anonymis hunc auctorem accenſeri, eo, quod nomen in fronte libelli extet: At ego viciſſim mirer; Cum ſane nil impediat, editionem ejusdem libri & ἀνωνύμως & autoris præfixo nomine, vel poſtea, vel ſimul etiam, eodem tempore, prodire. Neque nulla utriusque facti extant, & notata mihi ſuis locis ſunt exempla. Suffecerit unum idque recentiſſimum, n. 799. β Olim. LXXXI. memoratum & *proxime* n. 811 memo-

(a) M. Colberg in ſeinem Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthum/Cap V. p. 258.
In der Vorrede der Prüfung des Geiſtes *Eliæ Prætorii,* des Dreyfachen Ehrwürdigen *Miniſterii* zu Lübeck/Hamburg und Lüneburg/woſelbſt eines/Nahmens *Melchior Brelerus,* gedacht wird/der in ſeinen Büchern das Evangeliſche Predig Amt greulich geläſtert/ aber durch GOttes Hülffe in ſeinem letzten *Anno* 1627 ſich bekehret hat. Andere nennen ihn aus Irrthum *Martinum Brelerum,* weil er vor ſein *Myſterium Iniquitatis, h.e, Diſſertationem Apologeticam pro B. Arndio,* und *Vindicias pro Myſterio, Anno* 1622. zu Goslar gedruckt/ nur die Buchſtaben *M.B.F. B.* geſetzet. Sein *Myſterium* hat *Joh. Werenbergius, Paſtor* zu Marien-Magdalenen und *Profeſſor* des *Gymnaſii* zu Hamburg/ in *Vindiciis Eccleſiæ Evangelicæ* aufgedecket/ dem er mit lauter Schmähen und Läſtern in ſeinen *Vindiciis pro Myſterio iniquitatis Pſeudo-Evangelicæ* antwortet.

memorandum. Quin ſimile quid hic accidiſſe citato à me Scavenio accredam, quid vetet? Interim ipſe locus *Morhofianus* alias ob cauſas etiam excerpi meretur. (b) Et *Margo Diecmannianus* expreſſè teſtatur de anonymo ſuo exemplari his verbis: *Hunc librum inter Anonymos relatum miratur Morhof.* Polyhiſtor p.73. *cum ejus nomen in fronte libelli extet, quam integram, prout in meo exemplari, nullum, vel typographi vel loci vel anni indicium faciente apparet, adſcripſi.* Addit etiam hæc verba titulo ſuo: *in quo totius naturæ obſcuritas, origo & creatio, ita cum ſua cauſſa illuſtratur exponiturq́;, ut vel pueris ſint manifeſta, quæ in Theoſophiæ & Philoſophiæ arcanis hactenus fuere. Auctore Spiritu Chriſti. Exſcriptore Gulielmo* POSTELLO, *Apoſtolica profeſſione Sacerdote.* Ita habet totus titulus. Eſt liber in 4. pag. 187. conſtans.

(a) Popeliniere, *Hiſtoire des Hiſtoires, liv.8.p.444. & ſeq. Guil.* Poſtel *de Barenton en Normandie. Il faut le mettre au rang des plus notables és langues, doctrine & voyages eſtrangers qui ayent eſté de ſon temps. Mais encor plus ſignalè pour la deteſtable indiſcretion, & jamais aſſez puniſſable demonomanie, de ſe dire envoyé de Dieu, pour accomplir les choſes, que Chriſt n'eût loiſir de faire, pour le peu de temps, qu'il fut au Monde: & ſa mere* Jeanne, *qu'il comparoit à la Vierge Marie, comme ſon precurſeur, qui luy repreſentoit ſaint Jean Baptiſte, criant par les rues de Paris & ailleurs, qu'on l'ouyſt & celuy, qui venoit apres luy, qu'on s'amendaſt & ne pechaſt plus, veu que le jugement du Monde eſtoit prochain —— —— il occaſionna le brulement de ſon precurſeur a Tholoſe, & l'euſt ſuiuy en meſme forme de punition, s'il n'euſt repris ſes premiers voyages. D'où retournè par la faveur de quelques-uns amis de ſa doctrine, plus que de ſes nouvelletez: Et en fin recogneu recidiver en ſes vieilles folies; luy eſtant deffendu d'enſeigner en public & particulier, fut condamné a tenir priſon perpetuelle, entre les Religieux de —— —— auſquels le Parlement enjoint, de le nourrir & fournir à ſes neceſſitez, où il trouua le dernier de ſes jours: apres auoir dreſſé pluſieurs liures neantmoins, concernans la Theologie, & notamment ſur le Pentateuque de Moyſe, & diuers Rabins des Juifs: Il nous veut faire croire par ſes eſcrits, auoir deſcouuert & apporté des parties Orientales pluſieurs & divers bons liures Anciens: Comme celuy d'Henoc, de l'Ange d'Adam, de la lumiere tres-claire, d'Abraham & pluſieurs autres, qui ſe fuſſent laiſſé feuilleter, s'ils euſſent porté quelque apparence de verité. Entre autres, celuy qu'il fit des origines, ou de l'antiquité de la langue & nation des Hebreux. Un autre, de la Republique & Police des Turcs. Autres des lettres & nations Pheniciennes. De la langue ou antiquitè des Hetrusques, ou Toſcans. De la loy Salique. L'Alphabet des douze langues, au quel il deduit quelques rares antiquitez des Chreſtiens, habitans és pays, eſquels ces langues ſont practiquées. Un autre des Origines, ou de la diverſe hiſtoire: & peut eſtre, non conſiderèe par aucun Peuple Chreſtien: En la quelle les ſources des peuples Orientaux, notamment Tartares, Perſes, Turcs, & de tous les nourriſſons & deſcendans d'Abraham & Noé, comme les origines & myſteres des Brachmanes, ſont deſcouuerts en ce qui concerne les Peuples & les lettres deſquelles ils uſent, tirées des liures de Noè, d'Henoc & autres anciennes traditions, gardées depuis les nourriſſons de Moyſe jusques à noſtre temps és eſcrits Chaldées, recherchéz, deſcouuerts & interpretéz par Poſtel. Outre ce, les admirables Propheties de Chava ou Eue, Grand-mere de tous vivans, qu'il dit merueilleuſes & par tout gens adviſez recherchables pour la doctrine, ſur toutes autres admirables qu'elles contiennent, ſelon la veritè Evangelique, tant du vieil que nouueau Teſtament, eſcrites par Raziel, Ange du premiere Pere Adam, & tirées du liure Behir, c'eſt à dire, de la lumiere tres-pure. Le liure Behir tourné du Chaldaic, auquel eſt compris le progrez & aduancement du regne de Chriſt. Le* Liure *du Patriarche* Abraham, *intitulé* Jezirach, *c'eſt à dire, Creation, ou forme, tourné de l'Hebreu en Latin par Poſtel, imprimè à Paris 1552. au quel eſt expoſée l'oeuvre & creation du Monde, telle que Dieu l'avoit, à fin que j'uſe de ces mots, auparauant conceu & preordonné en ſa ſapience, tant eternelle que creée. Sçauoir celle, qui non ſeulement eſtoit au commencement & devant tous les ſiecles, mais auſſi eſtoit creée. La quelle eſt appellée des philoſophes,* Mens, *ou intellect, agent ou poſſible, ioinct & aſſociè en un. Et pluſieurs autres telles fantaſies, leſquelles bien que trop legierement conconceuës, & indiſcrettement formèes: confirmées neantmoins par quelques apparences, & auctoriſées par l'eloquence, doctrine, humilitè & courtoiſie de ce perſonnage: recommandé d'ailleurs par les belles leſons qu'il faiſoit publiquement en la langue latine à un grand nombre d'eſcholiers: par ſes grands voyages: raretez qu'il en apportoit: d'un aſpect graue & aggreable: d'une diſpoſition propre a tout exercice; & ſur tout d'un meſpris de ſon particulier pour l'advancement de celuy d'autruy: euſſent peu esbrander l'ignorante ſimpleſſe de quelque François: Si les plus adviſèz de ce parlement Pariſien, & les principaux officiers, tant de l'Univerſitè que de l'Eccleſiaſtic de Paris, ne luy euſſent ſoudain couppé l'herbe ſouz le pied.*

(b) Morhofii Polyhiſtor, lib. I. cap. 8. pag. 73. 74.

Poſtellum *à quibusdam libri de tribus Impoſtoribus autorem haberi ait. Sed ſumma ipſi hac imputatione injuria infertur: Ego enim hunc inter Atheos vel Deiſtas referre nolim, quod & Theophilus* Rainaudus *facit, qui Deiſtarum parentem vocat, qui Deum unum admittere contenti cœtera Chriſtiana myſteria pro fabulis haberent. Nam omnia alia teſtatur liber ejus* de Nativitate Mediatoris ultimâ, *quem inter anonymos relatum miror apud V. Placcium, cum ejus nomen in fronte libelli extet. Hunc qui legerit, illum à Chriſto & Chriſtianis Myſteriis univerſam rerum naturam quaſi ſuſpendiſſe deprehendet. Multa alioquin habet, quæ cum receptis in Eccleſia ſententiis pugnant: errores quoque multos in religione; paradoxa in illo multa ſunt doctrinæ, quarum intuitu potius ad hæreticos & Enthuſiaſtas, quàm ad* Atheos *referendus videbatur. Quod de formanda Religione ex Chriſtianiſmo, Turciſmo, & Judaiſmo dixit, fortè eò pertinet, quod multa Chriſtianorum monumentorum λείψανα in ipſo* Alcorano *aliisque, qui apud Orientales & Judæos extant, libris deprehenderet: in Judæorum quoque vetuſtioribus libris, quos ſuppoſititios aliqui exiſtimant, multa ille myſteria venatur, non ad infringendam, ſed potius ſtabiliendam religionem Chriſtianam. Ille, quem de* Etruriæ Originibus *ſcripſit, liber integra capita pro veritate Religionis Chriſtianæ inſerta habet; ut mirari ſatis non poſſim, quod in mentem venerit Rainaudo, qui illum Chriſtianæ Religioni adverſum faciat. Sed multa ſunt in*

Rainaudo inepta & falſa de ſcriptoribus judicia, *de quo ſuo loco. De Poſtello legi amplius poteſt Popeliniere in Libro Gallico* l'Hiſtoire des Hiſtoires lib 8. p. 444. *Ego, etſi in illo aliqua damnanda & heterodoxa aliqua ſuperſtitioni propiora agnoſcam; multa tamen acutè excogitata, & profundam doctrinam ſpirantia deprehendo. Facilè alioquin eſt, apud homines imperitos & indoctos in* Atheiſmi *ſuſpicionem vel ex leviſſima cauſâ incurrere.*

---

(808) Anonymi cujusdam Autoris PARAPHRASES *triginta tres*, *in totidem S. Gregorii* NAZIANZENI *carmina*: Habentur in *Codice MSto*, Theologico Græco Chartaceo, à fol. 1. part. 1. usque ad fol. 31. part. 2. Biblioth. Vindobonenſis, earumque autorem vel NICETAM, vel *Joannem* ZONARAM eſſe ſtatuit *Lambec.* Comm. de Cæſ. l. IV. p. 17. (a) Nicetæ arbitratur ea etiam *Hoeſchelius* Catal. Bibl. Auguſtanæ, vol. XXIX. Indicante D. *Normanno.*

(a) Lambec. *Bibl. Cæſ. Comment. l. IV. p. 17. Cæterum, quod ad autorem harum triginta trium paraphraſium attinet, de eo nondum quidem aliquid certo affirmare auſim; veriſimile tamen mihi videtur, attribuendas eſſe vel* Nicetæ *iſti alias dicto* David Philoſopho, cujus Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetraſticha & Monaſticha *ab Hercule Phaello, Presbytero Imolenſi* latine verſus, *& Imolæ ap. Laurentium Gianotum Ao. 1588. in 8. editus eſt: vel potius* Joanni Zonaræ, *qui non ſolum S. Gregorii Nazianzeni Tetraſticha, verum etiam alia non pauca, partim diverſi generis monumenta antiqua, commentariis atq; paraphraſibus ſuis illuſtravit.*

(808. α LXXXV.) NEGOTIATIO SPIRITUALIS *mercaturæ*, *ut uno tantum lucremur, quantum decem*, Latinè, Gallicè, Flandricèque, variè repetito prælo excuſa, *Jodocum* ANDRIES *Jeſuitam* auctorem habet. *Alegambe*, p. 280. v. n. 60. ſupra.

---

(809) *Apologia pro Miniſtris* NON-CONFORMISTIS *in* ANGLIA Lugd. Batav. 1663. edita. Autor hujus eſt *Henricus* HICKMANN, qui relicta Eccleſia Anglicana, Leydæ apud Anglos concionatorem agit: teſte Dn. Guilielmo *Cave*, in literis 12. Kal. Jun. 1676. perſcriptis. Cum hac tamen minime confundenda eſt *Apologia pro Miniſtris Eccleſiæ Non-Conformiſtis*, Anglicè 4. A. 1587. cujus mentionem injicit *Lipenius* in Biblioth. ſua Reali Theologica, ſub lemmate: Conformiſtæ, & Non-Conformiſtæ.

(809. α) NICÆNI SYMBOLI auctor „ATHANASIUS nominatur in Epiſtola ad So„litarios, hiſce verbis: Hic (*Oſius*) inquit Prin„ceps eſt Synodorum, & ſi quid ſcribit, ubique „auditur. Hic formulam fidei in Nicæna Syno„do concepit, & Arianos ubique pro hæreticis traduxit. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

---

(810) INFORMATIO de NULLITATE PROCESSUUM PAPÆ JOHANNIS XXII. *contra* LUDOVICUM *Bavarum Imperatorem*, *pro ſuperioritate* IMPERATORIS *in temporalibus* Ao. Dni. M CCC XXXVIII. in Tom. I. *Goldaſti* Monarchiæ à fol. 18. ad pag. 21. M. Johanni de GAUDUNO, de GANDAVO vel JANDANO tribuit *Goldaſtus.* Eandem vero ad M. *Henricum* de CHALHEM, Monachum Franciſcanum, & Ludovici IV. Imperatoris Cancellarium, refert *Deckh.* de ſcriptis adeſpotis edit. Amſtelod. 1686. in 12. p. 99. (a) Quorum nominum nullum invenio ap. *König.* excepto Jandano; cujus libri Philoſophici deſignantur ap. *Hyde*, qui tamen ſine dubio poſterior hoc tempore fuit.

(a) Joh Deckherr. *de ſcriptis Adeſpotis, editione tertia, pag. 99. & 100.* De informatione de Nullitate Proceſſuum Papæ Johannis XXII. contra Ludovicum Bav. Imperatorem *pro ſuperioritate Imperatoris in temporalibus, M.* Joh. *de* Gauduno, *de* Gandavo, *vel* Janduno, *adſerenda, quæ eſt in d. tom. 1. pag. 18. ad ann.* M CCC XXXIIX. *relata, ipſe Goldaſtus, ſed ut videtur, citra neceſſitatem, monitu Canonici amici ſui dubitat; & conjecturam de Authore, actis quoq; gratiis, revocat; ſed libellus ligitioſi elogium, aut non, aut vix meretur, quippe inter ejus ſeculi monumenta minimus; poſtmodum tamen M. Henrico de* Chalhem, *Monacho Franciſcano, & Ludovici IV. Imp. Cancellario & veteris libri teſtimonio, &, quod ad oram editionis Freherianæ hoc nomen adſcriptum eſſet, adjudicatus.*

---

(811) THEOLOGICA EXPLICATIO NUMERORUM *Simplicium*, AB UNITATE AD DENARIUM, Græca, Paris. apud Wechelium A. 1544. in 4. chartis 8. & dimidia, PROCLI vel THEONIS eſſe *Geſnerus* eam vult in Pandectis p. 74. col. b. (a) tacet tamen in ſua Bibliotheca cum *Simlero. Lipenius* omiſit; nec mentionem faciunt *Voſſ.* de Matheſ. nat. *König.* in Bibl. V. & N. *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej.

(a) Geſnerus Pand. pag. 74. col. b. Theologica explicatio numerorum ſimplicium ab unitate ad denarium Græca, *incerti quidem authoris, ſed qui plurima ex Arithmetica Nicomachi, Geraſeni, & Artatolii, citatis authorum nominibus transſcripſerit. Ab initio meminit etiam Iſagogæ à ſe conſcriptæ. Impreſſa eſt primum Pariſiis apud Vuechelum 1544. in 4.* Chartis 8. & dimidia. *Pythagoricè & Platonicè Philoſophari videtur: primum enim diſſerit de natura unitatis, ejus præſtantia & perfectione, & quas ob cauſas à veteribus præſertim pythagoricis, cognominata ſit* Mens, Prometheus, Chaos, materia *& multis aliis cognominibus. Vide ne ſit* Theonis, *(cujus etiam Geometrica habemus, quatenus ad Philoſophiam Platonis accommodantur) aut forte* Procli.

(811. α β Olim in editione priori num. DLIII.) OCHINI *Dialogorum verſionem, Sebaſtiano* CASTALIONI tribui à *Theodoro Beza*, principio tractatus de Polygamia, jam notavimus n. 50. pag. 34. Rhodianorum.

Olim: vel potius *numero* addito I nunc *ad* CXIIX. *hujus capitis.* Cui adde, quæ de *Caſtalionis*

ſtalionis ejuſdem Dialogis verſis etiam teſtatur *Thuanus* Hiſtoriar. Tom. 2. lib. 35. pag. 272. & diſerte *Sandius* (a) in Bibliotheca Antitrinitariorum pag. 4. & 5. (b) Ubi & EXPOSITIONIS OCHINI *in Epiſtolam Pauli ad Romanos*, interpres ſiſtitur, & aliæ verſiones dialogorum illorum memorantur in varias linguas factæ.

(a) Sandii Bibliotheca Anti-Trinitariorum, pag. 4. *Expoſitio Epiſtolæ Pauli ad Romanos, Italicè. Eadem Latinè ex verſione Sebaſtiani Caſtalionis, Genevæ: & Auguſtæ Vindelicorum, apud Philippum Ulhardum 8. Ex cujus præfatione haud obſcurè colligi poteſt, Caſtalionem interpretationis auctorem eſſe: ſic enim illic typographus lectorem alloquitur:* Nolo te ignorare, pie lector, has expoſitiones ab Ochino primum Latine ſcriptas non fuiſſe, ſed Italicè. Deinde ab erudito atq; pio quodam viro Latiniſſimè redditas, qui elegantiæ ſtudio ſcripturæ ſæpè phraſes Latino inducens habitu, Theologis rem obſcuram fecit, &c.

(b) Idem pag. 5. *Dialogi triginta in duos libros diviſi, quorum primus eſt de Meſſia, continetq; Dialogos XVIII. Secundus eſt, cum de rebus variis, tum potiſſimum de Trinitate. Italicè. Prior liber dedicatus eſt comiti Bethfordiæ: alter verò Principi Nicolao Radzivilio in Olicha & Nieſuvis Duci, Palatino Vilnenſi, Ducatus Litvaniæ Archi-Cancellario, & ſupremo Mareſchalco, ac militiæ Imperatori. Idem Latinè Baſileæ per Petrum Pernam a. 1563. Interprete Caſtalione. Bullingerus tamen a. 1568. menſe Auguſto, ſcribit;* Ochinum clancularia adjutum Italorum quorundam, quemadmodum & ipſe Italus erat, opera, ſuos illos lingua Italica ſcripſiſſe Dialogos, quos converſos in linguam latinam, opera Italorum ut ajunt quorundam, inſciis Tigurinæ eccleſiæ miniſtris, Baſileæ, per Italum quendam, ipſi admodum familiarem & amicum, excudi curavit. *Verum conſtantem famam de verſione Caſtalionis, præter Thuanum, lib. 35. & Bzovium, a. 1541. §. 30. confirmat Dudicius notis MS. in hos Dialogos Ochini, (quas mihi videre contigit) quando adhæc verba Dialogi 18. pag. 13.* Te Spiritus Sanctus invadet, & ſupremi vis inumbrabit: itaque ſanctus iſte partus dicetur, h. e. erit DEI Filius: *hæc in margine annotat;* vel hinc apparet Caſtalionis eſſe interpretationem. *Ideò videlicet, quod memorata verba ex Caſtalionis verſione ſint allegata. Verum clariſſimè id demonſtratur ex ipſius Caſtalionis confeſſione, quæ legitur in ejus Epiſtola ad Conſulem & Senatum Baſileenſem, cujus exordium tale eſt:* Eſt mihi, mei Clementiſſimi Domini, à Magnifico Domino Rectore, & cæteris Eccleſiæ Doctoribus & Paſtoribus demonſtratum, quemadmodum vobis ſcriptæ fuerint literæ, in quibus ego graviſſimè accuſarer: cujus accuſationis partes ſunt duæ: Una ex libro Theodori Bezæ ſumta, altera ſuper mea dialogorum Bernhardini Ochini translatione.

Ad quam poſteriorem accuſationem in calce epiſtolæ hoc pacto reſpondet: Quod ad accuſationis partem ſecundam attinet, videlicet quod Bernardini Ochini Dialogos transtulerim, non puto id mihi fraudi eſſe debere. Transtuli enim (ſicut & alia ejus opera transtuleram) non ut judex, ſed ut translator, & ex ejuſmodi opera, ad alendam familiam quæſtum facere ſolitus: & typographus librum ſe dixit obtuliſſe, eumque ſecundum Baſileenſia inſtituta, fuiſſe cenſura approbatum. *Huc etiam facit, quod eodem anno, quo iſti Dialogi Baſileæ evulgati ſunt, ibidem Caſtalio vixerit: quo etiam anno die 29. Decembris defunctus eſt, annos natus quadraginta & octo. Horum Dialogorum exempla, in loco admodum celebri concremata eſſe, refert Bullingerus d. l.*

(811. ββ) DE OCCULTIS DEI JUDICIIS: liber anonymus 1674. Francofurti impreſſus H.H M. litteris ſolis præfixis, quo agitur de variis probationibus per ignem & aquam calidam &c. de Provocatione ad Vallem Joſaphat, (in quo ipſe referebat ſe multa non citato Dno Profeſſore Francofurtano Becmanno exſcripſiſſe, ut adeo inter plagiarios recenſeri mereatur: ſed excuſaſſe id per litteras eidem bonam in partem exceptas) authorem habet ex orali ao. 1690. facta confeſſione *Henricum Hartwigium* MEIER *van Meienthahl*, à Cæſare nobilitatum, virum *immania paſſum*.

(811. γ.) De OFFICIO HOMINIS CHRISTIANI, quid libri ſit, & cui debeatur, exponit *Symbola Maſtrichtiana* his verbis. Oſtoro-„ dus. Chriſtoph. & SOCINUS vid. de eo *Clop-*„ *penburg* compend. Socinianiſmi pag. 22. & ſeqq. „ ubi & edicta ordinum Belgii, & contra Andre-„ am Voidovium. „

1610. Oſtorodius & Voidovius in „ Friſia commorantes *Fauſti* SOCINI *libellum, quod,* „ *Evangelici Lithuaniæ & Poloniæ ſe Arianis & Ebioni-*„ *tis ſociare debeant*, Franekeræ excudendum „ curavit: cum hac inſcriptione *de officio hominis,* „ *Chriſtiani in hodiernis iſtis de religione controverſiis,* „ hoc eſt, cui potiſſimum Cœtui inter omnes, „ de religione diſſidentes homo Chriſtianus ad-„ hærere debeat. Libellus hoc tempore utiliſſi-„ mus, ab anonymo quodam veritatis Patrono, „ ſcriptus, cum gratia & privilegio ſummi Pon-„ tificis, & Regis Catholici excuſus. Irenopoli, „ Typis Theophili Adamidis, 1610. Quæ editio, „ à Sibrando Luberto, & Paſtoribus Leovardien-„ ſibus, nominatim Bern. *Fullenio*, & Joh. *Boger-*„ *manno ſuppreſſa* eſt. Anno ſequente iterata eſt, „ typis Seb. Sternii à Raccavienſibus, & *ſine diſſi-*„ *mulatione auctori vindicatus* liber inter varia T. „ Socini anno 1611. edita opuſcula. Hæc Sym-„ bola Maſtrichtiana. Adde *Sandium* in Bibliotheca Antitrinitariorum, ſub nomine Fauſti *Socini*, ubi fermè eadem hæc habentur.

(811. δ LXXXVI.) *De* OFFICIO PII *ac publicæ tranquillitatis vere amantis Viri, in hoc* RELIGIONIS DISSIDIO, liber ἀδέσποτος prodiit, quem *Jo. Calvinus* refutavit, & *Franciſci* BALDUINI JCti Atrebatis eſſe falſò credidit, cum eſſet *Georgii* CASSANDRI Brugenſis, teſtante *Valerio Andreæ*, in *Bibliotheca ſua Belgica* pag. m. 262. ubi neutri parti ſcriptum hoc placuiſſe, ſed etiam à Pontificiis per *Jo. Heſſelium* Theologum Lovanienſem confutatum fuiſſe, alio *de officio pii viri urgente hæreſi adverſus* Caſſandrum Antverp. apud

 Plantin.

Plantin. 1566.8. excuſo libro teſtatur: adde eundem pag.516. & pag. 224. ubi *Balduini Apologiam contra Calvinum* editam memorat. *Caſſandri* verò *Defenſionem* nomine *Veranii Modeſti* publicatam vide in *Pſeudonymis*. Similis autem argumenti orationem prudentiſſimam *Alberti Novi Campiani* Theologi Poloni laudat *Starovolskius* in Elogiis Polonor. num. 29. p. m. 51.

Latius hanc rem totam expedivit poſtea *Deckherrus* (a) in adeſpotis editione poſtrema Amſtelodamenſi in 12. fide *Operum ipſius* Caſſandri (in Johannea noſtra Bibliotheca extantium editorum 1616. Pariſiis pag. 780. usque ad pag. 797. & in *Goldaſti* Politicis Imperialibus parte XXXIIX. â fol. 1291. usque ad 1300. tanquam poſtremæ editionis juxta priorem 1561. repræſentatur. Quemadmodum & ante noſter hic liber Lugd. 1612. ſeorſim 8. extat nomine præfixo hic in Bibliotheca reverendi Capituli publica n. 192. Juridicor. Voluminum.) Qui locus *Deckherri*, ob prolixitatem & quod in omnium libellus exiguus eſt manu, paucis excerptus hic eſt datus quaſi per ſaturam. (a) Addantur quæ habentur in eo quem ſuo loco Matth. *Berneggero* vindicabimus Syllabo Synodorum ſub *Theophili Irenæi* ficto nomine prodita pag. 7. (b) & apud *Colomeſium* Bibliothecæ Gallicæ ſelectæ pag. 19. 20. (c) laudatique mihi (neque nunc inquirendi) â Dn. *Normanno*, *Friſius* pag. 266. *Jameſius* Biblioth. Oxonienſ. pag. 114. & *Commentarior. de ſtatu Religionis in Gallia ſub* Carolo IX. Ao. 1651. fol. 15. b. *Freher.* pag. 209. Theatri ſui &c. Quibus omnibus hæc addit Dn. Joh. *Mollerus*, Flensburga in ſuis notis Mſtis: Contra librum hunc „Caſſandri ſcripſit etiam Wilh. *Lindanus*, Epiſc. „Ruremundenſis, de cujus acerbitate quæritur „ipſe *Caſſander*, in Epiſtola ad Joach. Hopperum, „quæ invenitur inter epiſtolas celebrium virorum ex Biblioth. Cornelii â *Myte* per Danielem „*Heinſium* editas Lugd Bat. 1617. 8. n. 47. Prodiit autem liber ille Caſſandri Baſileæ & Pariſiis, a. 1561. teſte *Simlero*. Liber hic *Caſſandri*, & contrarius Heſſelii *prohibentur* in ind. *Rom.* p. m. 76, 77. Alexandri VII. nempe jam aliquoties memorato. Plura qui velit videat *Stearne* de electione & reprobatione pag. 33. ex *Grotio* Caſſandrum non Balduinum auctorem probantem & *Thuan.* lib. 53. & 57. docentem quod *Balduinus* ex Georgii Caſſandri conſilio ad Pontificios â reformatis tranſierit &c. Unde Apoſtata *Voëtio* in Bibliotheca ſua Theologica audit lib. 2. cap. 24. Sect. 2. pag. —& *Scaligero*, cujus hic ſunt verba ex Scaligerianis (d) per FF. PP. id eſt fratres Puteanos, aſſervatis pag. 36. Addatur omnino *Teiſſierius* ad Elogia Thuani Gallica ſua part. I. pag. 303. & 304. ex *Thuani* lib 36. Hiſtoriarum & aliis valde notabilia etſi non directo huc pertinentia referens (e) de libro illius alio, ſive conſultatione & hujus occaſione ex mandato Ferdinandi Imperatoris, & argumento atque judiciis deſuper eruditorum.

Poſt quæ omnia vix operæ pretium ſit evolvere, quæ parcius ac obiter quaſi referunt ea de re alii. Vid. Melch. *Adami* (f) in vita Balduini pag. 202. ex quo declarare licet, titulum libri, qui extat etiam in Bibliotheca noſtra publica Joannea in 8. fine loci & impreſſoris nominatione talis: Antonii *Guærinii* Epiſtola ad Franc. *Balduinum*, Apoſtatam Ecebolium, (cujus agnominis ratio pagina tituli averſa exhibetur:) de *Chriſtiani JCti officio &c.* 1564. paginis 50. quas ſequitur pag. 51. *ejusdem appendix*, qua novis *Balduini* Balaamitæ calumniis reſpondetur, usque ad 60. Sequuntur pag. 61. Nicolai *Renati* in Franc. Balduinum, Apoſtatam Ecebolium Verſus Elegiaci duriſſimi duplicis Carminis, 8. & 2. diſtychis. An vero Cabrinus vel Beza ſit iſte Guærinius, nondum dixerim. Adde quæ habent Valerius *Andreæ*, (g) Biblioth. Belg. pag. 224, & Chriſtianus *Thomaſius* pag. 30. & 31. Epiſtolæ de nova editione Balduini operum 8. Lipſiæ 1689. editæ, (h) De quibus tamen adhuc vidi nihil. Edidiſſe quoque *Melchiorem Fabricium* pro Balduino Reſponſionem ad Bezam, ex M. *Jo. Alberto Fabricio* hic cognovi. Adde ſerius allatam *Symbolam Diecmannianam* (i) adjectam ex marginalibus ejus notis.

(a) Deckherrus de Adeſpotis p. 106 & 107.

De libello, de Officio Viri Pii in hoc Religionis diſſidio, *tanta non eſt ſicut olim, contentio; cum editio operum Authoris, anno hujus ſeculi XVI. Pariſiis procurata cultu & ingenio eximia & illuſtria ſcripta publicans, pag. 780. & ea, quæ poſſideo, fidelia manuſcripta, hunc quoq; non diſſimulato nomine* Caſſandri, *volumini inſeruerint.* Veranium *etiam* Modeſtum *ſe ipſum eſſe, profitetur idem Caſſander, Oper. p. 798. Rationes verò judiciorum, de magno, & Concordiæ Eccleſiæ nato viro, ferendorum, remitto ad lectu digniſſima* Thuanea *in Præf. Hiſtor. ad Henr. Gall. Reg. & tom. II. Hiſtor. lib. 36. p. 46. ut & 286. & 363. Actaq; ipſa in ejus operibus p. 896. & ſeq.*

(b) Theophili Irenæi Syllab. aliquot Synodorum 4. Aurel. 1628. p. 7.

De officio pii & publicæ tranquillitatis vere amantis viri in Religionis diſſidio, *Libellus ſæpe editus primum* Coloniæ *in 4. tum vero* Latine & Gallice, *Lutetiæ in 8. deniq; nuper inter opera* Caſſandri, *cujus genuinum opus eſt: Verum dum Calvinus Balduini fœtum eſſe ſuſpicatur, in eum ſatis acerbe & aculeate invectus eſt 1561. Canonicus quidam Lovanienſis virulento ſcripto moderatum & modeſtiſſimum* Caſſandrum *eſt adortus. Ita dum partium concordiæ vir bonus iſte ſtudet, utrinq; miſere & indigne vapulat.*

(c) Colomiés Bibliotheque Choiſie, pag. 19.

Milton ſe trompa, comme fit autrefois Calvin, *qui aiant cru, que Fr.* Baudouin, *dont j'ay déja parlé, eſtoit l'Autheur d'un livre intitulé*, de Officio Viri pii in religionis diſſidio, *lui dit mille injures dans ſa Rêponce; quoi que ſe fuſt* Caſſander, *& non pas Baudoin, qui l'euſt composé.*

(d) Scaligeriana, pag. 36. Balduinus *fuit Apoſtata, ſed immeritò Calvinus contra ipſum ſcripſit, cum non eſſet Autor libri, qui ipſi affingebatur, ſed* Caſſander. *Calvin vit bien, qu'il s'eſtoit trompé.*

(e) Teiſſier ad Elogia Thuani Gallica P. I.

P I. p. 303. ſeq. Caſſander, *comme le dit ailleurs M. de Thou, étoit un homme docte & de probité, qui avoit ajouté à la connoiſſance qu'il avoit des choſes ſaintes, la candeur de l'ame, & une grande moderation, & avoit employé une grande partie de ſa vie à connoître les controverſes, qui diviſoient les eſprits de ſon ſiécle, & à cercher les moyens, par leſquels on pouvoit en quelque ſorte appaiſer cette tempête, & empêcher, qu'il ne ſe fit une plus grande diviſion dans l'Egliſe. C'eſt pourquoi l'Empereur Ferdinand, ſongeant à accorder les articles controverſez de la Confeſſion d'Augsbourg, ſe ſervit de Caſſander, qui étoit alors à Duisbourg, & l'exhorta par ſes Lettres, de le venir trouver à Vienne. Mais parce qu'il s'excuſa ſur la goutte, qui le retenoit au lit la plus grande partie de l'année, Ferdinand le pria par d'autres lettres, que puisque ſa ſanté ne lui permettoit pas, de travailler à cet ouvrage par ſes écrits & par ſon conſeil, qu'il fit un abregé de la doctrine Chrêtienne, & qu'outre les anciens articles de la Foi Catholique, qui ſont compris dans la Confeſſion d'Augsbourg, & qui ont toujours eté hors de toute controverſe, il expliquât auſſi tous les articles, qui déja de part & d'autre ont ete accordez par les Sçavans de chaque partie, ou que, pour établir l'unité & le repos dans l'Egliſe, on peut accorder ſans bleſſer la verité Catholique, & auſquels la Confeſſion d'Augsbourg ne contredit pas expreſſement, bienque ceux qui les ſuivent, les revoquent en doute contre la Religion Catholique. Ce que Caſſander executa merveilleuſement bien, en peu de paroles, & avec une admirable moderation. Et ayant fait imprimer cette* Conſultation des articles controverſez entre les Catholiques & les Proteſtans, *il l'envoya à l'Empereur Maximilien, car Ferdinand étoit déja mort. Ce fut le dernier ouvrage de cet excellent homme, qui mourut deux ans apres à Cologne. Caſſander par cette Conſultation ne ſatisfit ni les Proteſtans ni les Catholiques, comme il arrive d'ordinaire à ceux, qui veulent accorder la verité avec le menſonge, joindre la lumiére avec les tenébres, & allier Jeſus Chriſt avec Beliál. C'eſt ce que Caſſandre avouë lui même dans une de ſes lettres :* Ab utraque parte, *dit-il,* plagas accipimus, & ab illis lapidamur.

Un des plus Sçavans hommes de ce temps donnant ſon ſentiment, ſur les deux plus fameux perſonnages, qui ont entrepris d'accorder la Religion Catholique & la Proteſtante, ſçavoir ſur Caſſander *& ſur Melchior* Canus, *dit que celui-là dans ce deſſein à temoigné moins d'eſprit que de pieté, & que celui-ci a donné plus de marques d'un admirable jugement, que d'une ſincere pieté.*

(f) Melchior Adami in Vitis JCtor. pag. 202.

Propter libellum, cui titulus: de officio boni viri in religionis diſſidio, *tanquam à Balduino, quem Proteſtantes deſertorem & Ecebolum alterum vocabant, factum; contra ipſum J. Calvinus ſcripſit, cui poſteà Balduinus aculeatè reſpondit: cujus in certaminis partem & Beza venit.*

(g) Valer. Andreæ, Biblioth. Belg. *p. 224. & 225.* A*pologia triplex adverſus Joan. Calvinum ac Theod. Bezam Hæreſiarchas, quæ fraudes illorum erroresque detegit, quod Balduinum crederent auctorem libelli: De* officio pii Viri & publicæ tranquillitatis amantis in hoc Religionis diſſidio; *qui Georgii Caſſandri erat.* Prima *eſt commentarius ad LL. De famoſis libellis & calumniatoribus, quem ea occaſione ſcripſit:* altera *Reſponſio edita eſt Paris. & Coloniæ 1562. 8.* ac tertia *ibid. 1564. hoc titulo:* Pro Fr. Balduino Reſponſio ad Calvinum & Bezam, cum refutatione Calvini, de Scriptura & Traditione. *Deniq; in cauſa Reformationis Eccleſiæ Informationem quandam Gallicè ſcripſit cum Apologia, adverſus calumniatorem, qui nomine & titulo Principis alicujus Galliæ ſeſe prædictæ Informationi oppoſuit, Pariſ. apud Nic. Cheſneau, 1578. 16. Legitur &* Franc. Balduini *nomine, Argentinæ editus libellus, titulo* Chriſtianorum juris conſultorum contra Duarenum, *ſed ſuppoſititio, uti in Apologiis ipſe affirmat. Sed & quæ eidem in Bibliotheca Conr. Gesneri adſcribuntur* Annotationes in officia Ciceronis, *non hujus ſed* Petri Balduini *ſunt.*

(h) Chriſtianus Thomaſius Epiſtolæ ad Fautores jurisprudentiæ atque Hiſtoriæ, *De* nova editione quam parat operum Franciſci Balduini, JCt. Atrebatii, Lipſiæ, Ao. 1689. pag. 30. & 31.

Et in B. Patris mei MSS. ſequentia de hoc diſſidio annotata inveni. Anno 1561. Georgius Caſſan-„ der edidit libellum de officio pii ac publicæ tran-„ quillitatis vere amantis viri in hoc religionis dis-„ ſidio. *Contra hunc librum primus ſcripſit Calvinus, ratus,„ Balduini id opus eſſe. Indidit vero libello ſuo titulum:„* adverſus verſipellem mediatorem, *in eoq; Baldui-„ num auctorem fecit libelli memorati. Cumq; Baldui-„ nus edito ſcripto ad legem:* de famoſis libellis, *in-„ ficiatione Calvini accuſationem refelleret; Calvinus,„ alio edito libello, quem inſcripſit:* Reſponſiones„ ad Balduini Convitia, *eo confugit, ut diceret, libel-„ lum non ab uno eſſe conſcriptum, ſed partim à Baldui-„ no, partim à Caſſandro. Cui reſpondit poſtea Caſſan-„ der in libro, cui inſcriptio:* Traditionum veteris„ Eccleſiæ & ſanctorum Patrum defenſio, adver-„ ſus Joh. Calvini importunas criminationes,„ *quam tamen primo ficto nomine* Veranii Modeſti Pa-„ cimontani *ediderat. Hæc ex MSS. Patris. Cæterum & Bezam quædam adverſus Balduinum edidiſſe ſub titulo:* Poſiacæ velitationis, *ſuadet Præfatio Balduini ad Hiſtoriam* Collationis Carthaginenſis, *ubi hujus Poſiacæ velitationis mentionem facit. Mallem adeo non ſolùm Balduini, ſed & Calvini, Bezæ, & Caſſandri ſcripta hanc controverſiam concernentia inſpicere.*

(i) Diecmannianæ notæ marginales ad h. n. LXXXVI.

Pertinet huc omnino, quæ Thuanus *ad* Ao. 1561. *Hiſtor. l. 28. pag. 567. b. ed. Franc. Ao. 1625. fol. narrat. Adde Joh.* Calvinum *Tom. VII. operum Genevæ. A. 1617. fol. editorum, à p. 351. ad 371. unde ſatis conſtabit, non habitum fuiſſe Balduinum à Calvino, pro hujus libri auctore, ſed proxeneta, lenone & productore, ut pag. 366. loquitur, qui libellum tradidit manu ſua, & vulgandum Baſileæ curavit. Auctorem verum,* Caſſandrum *autem, Calvinus pag. 365. b. ſe ſcire non diſſimulat. Hinc quoq; iſtud advertere liceat, libello huic ἀνωνύμως edito,* Calvinum *ἀνωνύμως* oppoſuiſſe Reſponſionem *ad verſipellem quendam mediatorem, qui pacificandi ſpecie rectum Evangelii curſum in Gallia abrumpere molitus eſt. Nam cum deinde Balduinus* Calvinum *propter hunc librum aggreſſus eſſet, Calvinus in Reſponſione ad Balduini convitia cit. pag. 365. b.*

„365. b. Quid vero *inquit*, ſi negem, libel-
„lum cui tam ardenter infeſtus eſt, à me ſcri-
„ptum? Et certè ſi cavillari libeat, negare
„promtum eſt. Quia tamen magna ex parte
„ex meo ſermone fuit exceptus, pro meo
„agnoſcam.

(811. ε) RAMUS OLIVÆ *Septentrionalis primus, Baccas nonnullas Religioſæ paci ſuaviter redolentes, & Concordiæ Eccleſiaſticæ ſacras inter Chriſtianos diffundens.* Præmittitur Apographum Literarum ejusdem argumenti, juxta exemplar excuſum Strengneſiæ, A. M. DC. LVII. in 12. paginis 119. Quarum prima ſtatim poſt titulum „hæc habet: *Typographus Lectori.* Oblatum mihi, „benigne harum literarum apographum, ab eo, „qui Stockholmia illud accepit, dignum puta- „vi, quod tuis & plurium oculis ſubjiciatur, „cum propter rei, de qua tractat, excellentiam „& utilitatem; tum propter autoris dignitatem, „qui ſuum in hac cauſa zelum Eccleſiis Evange- „licis æque ac ſuo Regi patefieri & probari haud „dubio non ægre feret. Sequitur *Apographum Literarum*, reverendiſſimi in Chriſto Patris, Dn. *Joh. Matthiæ*, Epiſcopi Strengnenſis ad Sereniſſimum Regem Sueciæ, in quibus Conſilia Concordiæ Eccleſiaſticæ, hoc tempore inter Evangelicos promovendæ, ſuæ Majeſtati prolixe commendat, usque ad paginam 22. cum ſubſcriptione: Majeſtatis Regiæ ſubjectiſſ. & humillimus ſervus d 7. Martii 1656. *Joh. Matthiæ, Epiſcopus Streng.* Inde *Bacca prima* procemium pacificum pagina prox. ſeq. ac inde *ſex baccæ* totidem capitibus aliæ; donec ultima ſeu *octava bacca* pag. 88. exhibeat *ſalutaria Theologi Auguſtani ſacrorum diſſidiorum remedia:* Sectiunculis 9. Quarum „*concluſio* pag. 112. ita incipit: *Atq; hæc ſunt viri* „*doctiſſimi Auguſtanæ* Confeſſioni *addictiſſimi* (anony- „mi vero) *ſaluberrima ſacrorum diſſidiorum remedia.* „Quibus hoc maxime neceſſarium, & ab ipſo „dubio procul præſuppoſitum, nos ſuperaddi- „mus; *cavendum ſcilicet inprimis eſſe, ne pacis ob-* „*tentu, gloria DEI, a quo & propter quem ſunt omnia* „*veritatiq; unico mentium ſoli, animarum pabulo quip-* „*piam detrahatur; ne veritatis etiam prætextu, charita-* „*ti conteſtandæ, fratribus, in non fundamentalibus fidei* „*articulis, aliter ſentientibus officiatur &c.* Hæc usque ad pag. 116. Ubi *Indiculus* baccarum rami primi, & *additamenta* quædam *excerptorum ex Patribus Chemnitio* & *Calixto* claudunt opuſculum hoc omnino pium atque doctum, quod ab alio nullo quam auctore ipſo *Johanne* MATTHIA, *Strengnenſi Epiſcopo*, nobilitato & OLIEQUIST (quod ramum Olivæ ſonat) cognominato, profectum, & titulus, & alia multa ex ipſo illo ſcripto conjecturanda: mihi vero maxime probavit auctoritas teſtimonii ab excellentiſſimo Profeſſore Theologiæ Upſalienſi, toties laudato, Laurentio *Normanno* præbiti: de quo plura vide in Pſeudonymis ad *Stockholmenſis* Conſiſtorii nomen.

(811. ζ) ONOMASTICON THEO- „LOGICUM, *in quo, præter nomina propria fere omnia, quæ in Bibliis extant, plerorumq; etiam ſancto-* „*rum, qui Calendario inſcribi ſolent, item Doctorum* „*Eccleſiæ, Martyrum, hæreticorum & Synodorum nomi-* „*na ac hiſtoriæ, leviter indicantur.* Witteb. 1571. „8. Scriptum hoc ἀνωνύμως editum autorem „agnoſcit Davidem CHYTRÆUM, cujus nomen, „in poſterioribus Editionibus comparet. Hæc, „*Mollerus* in obſervatis transmiſſis. *Lipen.* Bibl. Tom. II. p. 395. a. cum nomine Dav. Chytræi adducit. Idem facit *Hyde*, in Catal. Bibl. Bodlei. In Bibliotheca noſtra publica extat in 8vo. Wittenb. cum dedicatione, auctoris nomen præferente.

---

(812) ONUS ECCLESIÆ. Ita paſſim, „ſine autoris nomine, ab Orthodoxis hic liber, „allegatur, compilatus ann. 1519. & poſtea „Landshuti in Bavaria, *per Joh. Weiſſenburgerum* „editus, ann. 1524. Sunt, qui UBERTINUM, „*Epiſcopum Chenenſem*, ejus autorem vocitent. „(vid. *Gerhard.* loc. de Miniſt. Eccl. §. 197. f. 116. a.) alii JOHANNEM, *Epiſc. Chemenſem* nomi- „nant: (vid. ex Jacobo *Uſſerio*, D. *Siric.* contra „Schefl. pag. 104.) Quisquis tandem ſit, omni- „no Papalem curiam & Eccleſiæ nævos libere „exagitavit, ſicut maxime teſtantur ea, quæ ex- „inde contra adverſarios produxerunt noſtrates, „D. Jac. *Heilbrunn.* Acathol. Pap. f. 135. 296. 475. „*Gerhard.* l. c. & de Eccleſ. pag. 146. 128. 264. „&c. Hæc totidem verbis habet *Olearius* Abaci p. 346. Adde

Symbolam Maſtrichtianam n. 1. 2.

1.

Johannes Epiſcopus Chemenſis. Scripſit librum, quem Onus Eccleſiæ nominavit. Prodiit liber ſine nomine, Coloniæ Agrippinæ. Anno. 1531. Errat *Simlerus* in Bibliotheca, in anno editionis, niſi altera extet editio, quam non memini, nec vidi. Ponit eum ad annum 1515. *Wolffius* in memorabilibus, ſeculo XVI. pag. 104. Nil refert de eo *Pantaleon*, in ſua proſopographia. *Goulartius*, auctor Auctarii Catal. teſt. verit. *Flacii* pag. 216.

Wolfius facit aliquem, qui Epiſcopo Salisburgenſi & Chemenſi fuit à ſuffragiis, auctorem oneris Eccleſiæ. vide *Gerhard.* Confeſſ. Cathol. lib. I. cap. 3. pag. 18. col. a. §. 1. in procem.

2.

Auctor ONERIS ECCLESIÆ, quod opus ſcriptum anno 1519. typis excuſum primo Landshuti, in Bavaria, anno 1524. poſtea Coloniæ, anno 1536. tandem alibi, 1620. 4.

(812. α LXXXVII.) *Modus* ORANDI *pro neceſſitatibus patriæ. Lat. & Flandrice* conſcriptus, ac editus Gandavi, 1619. alibique ſubinde novis acceſſionibus auctus, *Jodoco* ANDRIES, Jeſuitæ Belgæ, debetur. *Alegambe* pag. 280. vid. num. LX. nunc 775. ſupra.

---

(813) ORDINATIO ECCLESIASTICA Regnorum DANIÆ & NORWEGIÆ, edita Haffn.

Haffn. 1537. 8. Hanc Joh. BUGENHAGII, Pomerani prudentiam nobis dediſſe, à *Mollero*, Flensburgo ſignificatum eſt. Teſtimonium in hac re delego Melchiori *Adamo* in vit. pag. 315. (a)

(a) Melch. Adamus *in vitis Theologor. p. 315. Anno trigeſimo ſeptimo à Chriſtiano Daniæ rege, duce Holſatiæ, evocatus eſt ad piam doctrinæ religionis, rituum Eccleſiaſticorum & ſcholarum conſtitutionem: quo tempore ordinationem Eccleſiaſticam* libello Latino *complexus eſt, quem optant multi ut pluribus eſſet notus: ut qualem Eccleſiarum & totius adminiſtrationis Eccleſiaſticæ formam Lutherus & Collegæ ipſius probarint, plures cognoſcerent.*

(813. α) In ORDINE ROMANO *de* „OFFICIIS *divinis*, quem à GELASIO *Papa* col-„lectum conſtantior opinio eſt, ſi credimus *Ba*-„*ronio*, ad an. 692. ſect. 44. & *Bellarmino* lib. 2. de „Miſſa cap. 14. licet autor floruiſſe videatur poſt „annum 700. Verba ſunt Jac. Uſſerii de Scripturis, & ſacris vernaculis pag. 207.

(813. β LXXXVIII.) ORDO VITÆ *Chriſtianæ*, liber ſuppreſſo auctoris nomine excuſus, *Alexandro* FICHETO *Jeſuitæ* tribuitur, apud *Alegamben* pag. 12. ubi & de alio eidem attributo quidem, ſed abnegato ſcripto *Curriculi vitæ ſpiritualis* titulo impreſſo narrat.

(814) Περὶ τοῦ παντὸς *Fragmentum Græcum* libri alicujus amplum, apud *Höſchelium*, in notis ad Photium, pag. 9. extans. CAJO vel GAJO, Presbytero Romano potius quam HIPPOLYTO Portuenſi an tribui debeat, dubios nos relinquit *Cave*, Chartophyl. pag. 20. (a) expedit Pet. *Lambecius* Biblioth. Cæſareæ lib. VIII. p. 14. & 15. cujus (b) excerpta damus.

(a) Cave in Chartophyl. Eccleſiaſt. p. 20. Cajus *vel* Gajus, *vir digniſſimus, Presbyter Romanus, &* Gentium Apoſtolus *ordinatus, clar. circa an. 210. E. Frr. ap. Euſeb. lib. 2. cap. 25. Lib. 3. cap. 31. L. 6. c. 20. & Phot. Cod. XLVIII. Amplum libri* περὶ τοῦ παντὸς Fragmentum *E. gr. ap. D. Hæſchelium, not. in* Phot. *p. 9. An verò Cajo noſtro, an potius* Hippolyto Portuenſi *tribuendus ſit iſte liber, non ſatis liquet: noſtri etiam, ut videtur, eſt Fr. ex Lib. adv. Artemonem ap. Euſeb. l. 5. c. 28. confer* Phot. *16. Niceph. l. 4. c. 21. & Theod. hær. fab. l. 2. c. 5. Idem cum noſtro videtur Gajus ille, cujus mentio fit in calce Actorum B. Polycarpi editionis Uſſerianæ, ubi legimus eum cum Irenæo converſatum fuiſſe, & Smyrnenſium Epiſtolam, ex ipſius Irenæi exemplaribus tranſcripſiſſe.*

(b) Lamb. Bibl. Cæſ. lib. VIII. p. 14. & 15. *Meminit is* (Photius) *in Bibliotheca Librorum a ſe lectorum, & quidem in recenſione Codicis XLVIIIvi, Operis alicujus* περὶ τοῦ παντὸς, *ſive, de* Univerſo; *ac ſimul monet, a nonnullis quidem Flavio* Joſepho *illud attribui, rectius autem tribuendum eſſe* Cajo, *Romanæ Eccleſiæ Presbytero, ſub Summis Pontificibus S. Victore & S. Zephyrino viventi, quoniam in eo Opere Servator noſter non ſolum expreſſe fuit appellatus Chriſtus, verum etiam inenarrabilis Ejuſdem ex Patre generatio accurate fuit deſcripta. Ipſa Photii verba ſunt hæc:——R. P. Andreæ* Schotto *S. J. Interprete: De*„ *Mundi quoq; generatione per Compendium diſſerit. De*„ *Chriſto autem vero Deo noſtro aptiſſime loquitur, quan*-„*do & ipſam* Chriſti *appellationem illi attribuit, & in*-„*enarrabilem ex Patre generationem citra reprehenſio*-„*nem deſcribit. Quæ res ambigendi fortaſſe cuipiam*„ *cauſſam præbeat, ſitne hoc Joſephi opuſculum, etſi ni*-„*hil dicendi genere a reliquis ejuſdem ſcriptis diſcedit.*„ *Comperi autem annotatum fuiſſe,* non eſſe Joſephi,„ *hoc Opus, ſed* Caji *cujuſdam* Presbyteri Romæ„ *agentis, quem &* autorem *faciunt* Labyrinthi; *cu*-„*jus etiam* Dialogus eſt adverſus Proclum quen-„dam, *hæreſis Montaniſtarum defenſorem. Cum enim,*„ *ſine Titulo Opus relictum eſſet, alii quidem Joſepho in*-„*ſcriptum referunt, alii Juſtino Martyri, nonnulli Ire*-„*næo; quemadmodum &* Labyrinthum Origeni,„ *quidam tribuere. Alioqui Caji eſt Opus ejuſdem re*-„*vera qui Labyrinthum compoſuit, quando ille* ipſe *in*„ *extremo Labyrinthi* teſtatum reliquit, eſſe ſe Li-„bri de Univerſi natura autorem. *Verum hic ne*„ *liber ille ſit, de quo agitur, an alius, nondum mihi liquet.*„ *Hunc Cajum Presbyterum Romanæ Eccleſiæ fuiſſe affir*-„*mant ſub Victore & Zephyrino Pontificibus.* Hæc *ibi* Photius.

(815) *De vera Chriſtianæ* PACIFICATIONIS, *& Eccleſiæ* REFORMANDÆ *ratione tractatus, ante annos LXXX. ab eximio quodam Theologo editus, recuſus* Lugd. Bat. 1642. 8. ſubjunctusque Animadverſionibus *Riveti* in Annotata H. Grotii ad Conſultationem Caſſandri. Libellus ille, quem C*alvini ſpiritum redolere* dixeram, (Animadv. Animadverſionum Riveti pag. 138. Edit. Grot. pag. 81.) eſt, ut jam diſco, ipſius CALVINI, & certe ad omnem pacem diſturbandam egregius. *Grotius* Voto Pac. Eccleſ. p. 156. Debeo hæc Cl. *Normanno.*

(815. α) PAPATUS ROMANUS, ſeu *de*„ *Origine, progreſſu & exſtinctione ejus*, prodiit Lon-„dini in quarto, ex Officina Northoniana, apud„ Joh. Billium, 1617. ſine nomine. Auctor eſt,„ M. *Antonius de* DOMINIS, Archi-Ep. Spole-„tanus, uti manu Domini *Eſſenii* exemplari, quod,„ Ultrajecti ex ejus, in fratris mei Bibliothecam,„ translatum eſt, inſcriptum erat. *Symbola Maſtrichtiana.*

(816) *Commentatio de* POTESTATE PAPÆ *temporali adverſus* BARONIUM, Heidelb. 1612. 8. *Jam.* 62. (non habet *Hyde*) *Jacobo* BONGARSIO hanc haud citra ἐποχὴν adſcribit *Caſaub.* Ep. CXCII. pag. 241. ex fide *Normanni*, quod in editione Græviana mea invenire nondum potui.

(816. α) DIALOGUS INTER CLERICUM ET MILITEM DE ECCLESIASTICA ET CIVILI POTESTATE. Hunc dialogum 1314. prodiiſſe ſcribunt, cum inter Pontifices & Imperatores de poteſtate in Imperio diſceptaretur, ejusque auctorem fuiſſe *Guilielmum* OCCAM, laudante *Gunero*, in Opuſculis ſuis p. m. 253.

(817) *De* PRIMATU PAPÆ *Diſputatio inter Græcum & quosdam Cardenatios* Gr. Lat. per Salmaſium, Han. 8. 1608. *Lipen.* Tom. II. pag. 551. b *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. ſub voce *Papa*; cum Salmaſii libro 1645. in 4. Londini in 4. absque anni & typographi nota; *Chartophylax* Cavei, pag. 275. Francof. cum Flacii verſione 1555. typis Zephelianis. *Olear.* Abac. Patr. pag. 337. 65. De Autore ejus diſceptatur. *Deckherri* judicium de hac re in Conject. de Script. Anon. editi Amſt. 1686. pag. 104. ſonat ita: Anonymi cujusdam Græci diſceptatio cum Cardinalibus Romanis de primatu Papæ, exhibita in Mon. Imp. (*Goldaſti* np.) pag. 242. NILI Archi-Epiſcopi Theſſalonicenſis opus eſſe fertur; non adeo veriſimiliter! cum Nilus nomen ſuum nunquam ſupprimere ſolitus fuerit. Sunt tamen, inquit Editor, qui putent NICOLAUM CABASILAM ſcripti autorem extitiſſe, qui tempore Concilii Conſtantienſis, ut putat, vixerit eamque diſceptationem Conſtantinopoli cum Legatis Romani Pontificis habuerit. En Conjecturam! Nilo (qui itidem Cabaſilæ cognomen habuit) affert *Colomiez*, Biblioth. Choiſie pag. 120. Sequuntur hunc *Olearius* Abac. Patr. & *Cave* l. cit. Nicolaus Cabaſilas fuit Nili Theſſalonicenſis nepos. *Cave* Chartophyl. p. 279.

---

(818) PAROCHIANUS OBEDIENS, & mutato titulo PAROCHIOPHILUS, anonymus liber *Ludovici de* PIPPRE, cujus, & qualis ſit, vid. infra *n.* 886. Ubi de libro cui titulus *Theophilus Parochialis* agetur.

---

(819) PAROCHORUM HOC AGE, *ſeu evidens demonſtratio, quod Parochus teneatur omnes alias occupationes dimittere, & ſuæ attendere perfectioni, ut commiſſas ſibi oves ad ſtatum ſalutis æternæ ipſis a Chriſto præparatum perducat.* Florentiæ, ap. Hippol. Naveſium, 1684. in 8. Eſt, ex relatione *Cinelli* nella ſua curioſiſſima Bibliotheca volante, ſcanzia V. p. 73. (a) *Nicolai* STENONIS, celebris illius Anatomici, qui de ſolido intra ſolidum obſervationes Anatomicas, ſpecimen Myologiæ, & alia ſcripſit. v. *König.* p. 775. & *Leti* Italia regnante, parte 3. p. 408.

(a) Cinelli Bibl. Volante, Scanzia V. pag. 73. *Queſto librettopaſſa i ſei fogli, eſſendo circa à 10. mà per la novità hoſtimato bene, darne notitia; Benche non vi ſi vegga in niun luogo il nome dell' Autore, è componimento di* Nicolo Stenone, *già celebre Anatomico, & ora exemplar veſcovo.*

---

(820) *Oratio in* PASSIONEM & SEPULTURAM CHRISTI; cujus titulus & principium: Λόγος εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν συμπαθεῖ λαμβάνων ὁμοῦ καὶ τὰ φρικτὰ πάθη κείμενον. Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὰ καὶ ζωοποιὰ πάθη καὶ τὴν θεόσωμον αὐτοῦ ταφὴν ἑορτάζομεν &c. Habetur in Codice MSto Theologico Græco chartaceo in quarto à fol. 27. ad fol. 62. Autorem ejus credidit Joannes Sambucus, ad quem olim pertinuit Codex iſte, *Michaelem* PSELLUM, ideoque propria manu ibidem in principio adſcripſit ψελλοῦ. *Petrus* Lamb. Comm. de Bibl. Cæſ. libr. IV. p. 140.

(820. α LXXXIX.) *De Chriſti Cruce &* PASSIONE opus anonymum, ab *Alexandro* URSINO *Cardinali* conſcriptum, memorat *Alegambe* pag. 14. Eundem tamen *Janus Nicius Erythræus*, ſive ut in *Pſeudonymis* noſtris detegitur, *Victorio Roſſi*, in Pinacothecæ ſuæ part. 2. Elog. 9. nihil edidiſſe teſtatur. vide *ſupra* n. LVII.

(820. β XC.) *Emblemata de Actionibus & Memoria* PASSIONIS *Dominicæ*, Gandavi 1626. edita, *Jodoci* ANDRIES *Jeſuitæ* ſunt. *Alegambe* pag. 280.

(820. γ XCI.) *Memoria* PASSIONIS *Domini, Latinè, Hiſpanicè, Gallicè, Flandriceque* Lovanii & Brugis 1621. editus liber eſt ejusdem *Jodoci* ANDRIES *Jeſuitæ*. *Alegambe.* pag. 280. & 449. Adde *Sotvel.* pag. 760. & 833. a. Ubi ex poſterioribus locis, quod ex prioribus minus conſtat, anonymum eum prodiiſſe liquet. Valerius *Andreas* in Bibliotheca Belgica, pag. 588. ſilet de hoc & aliis ſcriptis, ob parvitatem credo, v. ſupra n. 60. plura.

---

(821) PASTOR inſcripti Libri, quomodo HERMAS, vel HERMES D. Pauli diſcipulus auctor habeatur, ſed falſo: plurimi & certatim pene omnes de Scriptoribus Eccleſiaſticis agentes memoravere. Quorum ut aliquos ſolum inſpectos memorem v. gr. *Habnii* inſigniora Cœli Sionæi Sidera (a) & *Mehlfüreri* coronam C. Patrum (b) *Extat in Bibliotheca Patrum* Tom. V. & *ſeorſim* editus à Caſp. *Barthio poſt Claudium Mammertum* de ſtatu animæ, in 8. Cygneæ, 1655. a pag. 692. usque ad 847. ubi ſequuntur animadverſiones usque ad p. 932. Præceſſerant antiquitatis teſtimonia a pag. 676. Ubi cumprimis ex *Bellarmino* de Scriptoribus Eccleſias. Secul. I. notabile, quod *Hieronymus* eum credat eſſe illum Hermem, quem Apoſtolus Paulus ſalutari jubet Rom. XVI. 14. quæ etiam ſententia eſt Patris le *Nourry*; vide *Acta Eruditorum Lipſienſ.* Supplem. tom. II. Sect. XI. pag. 534. (aa) & le *Journal des Sçavans*, 1694. du 1. fevrier pag. 162. 163. (bb) *l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans*, 1694. du Juillet. pag. 488. (c) & *Cave* loc. cit. pag. 15. qui tamen quædam ei aſſuta eſſe ſibi perſuadet. Vide Chartophylac. Eccleſiaſt. pag. 10. *Damaſus* vero, vel *Anaſtaſius* potius, in actis Pontificum fratrem S. Pii, Romani Pontificis. Quorum priores adſtruere conatur, & ab *Irenæo* nomine S. Scripturæ citari v. *Ibid.* pag. 687. & quæ habet *Olearius* Abaci pag. 206. (cc) ibique citatos: *Cave* Cartophyl. pag. 9. (d) & *Auguſtum Varenium*, Rationarii Theologici de Scriptoribus Eccleſiaſtici pag. 73. & ſeq. (dd) §. III. pa. 57. & ſeq. prolixe *Bellarminum* refutatum. Addatur *Miræus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis. (e) *Deckherrus* pag. 70. & ſeq.

ſeqq. (f) *Strauchius* (g) Amœnit. J. Canon. p. 163. *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. pag. 15. 25. Acta Lipſienſ. Supplement. Tom. II. Sect. X. p. 505. Hunc adeo *Sybillarum* etiam libris auctorem ut aſſignet *Servatius Gallæus*, infra in *Pſeudonymis* videbimus. Nunc tantummodo monentes, ne cum eo confundatur *Hermes Triſmegiſtus*, de quo itidem in *Pſeudonymis* ſuo loco.

(a) Hahnii Inſign. Cœli Sion. Sidera, pag. 28. *Tribuitur ei liber, qui inſcribitur* Paſtor, *quem Origenes* θεόπνευςον *ſtatuit*, *in quo mandatum continetur*, *quod ei præcepit Angelus Domini apparens (verba ſunt* Baronii) *in habitu paſtoris*, *ut ſanctum Paſcha die dominica celebraretur.*

(b) Mehifüreri Corona Centum Patrum pag. 1. *Liber qui* Paſtor *inſcribitur, varias peperit inter eruditos lites. Nam notum eſt*, *antiquiſſimos aliquot Scriptores*, *tanquam genuino* Hermæ *libro uſos: nec latet*, in aliquibus Eccleſiis *etiam populo prælectum fuiſſe. Origenes ait*, *quod ſit Scriptura utilis*, *& divinitus inſpirata. Hieronymus vocat revera utilem*, *Irenæus approbat*, *Clemens Alexandrinus aliquot ex illo teſtimoniis utitur. Negat eſſe genuinum ſcriptum Baronius*, *Ann. 159. Bellarm. de Script. Eccleſ. pag 51. Gelaſius*, *dict. 15. in decretis. Tertullianus de pudicitia. Athanaſius de decretis Synodi Nicenæ. Margarinus de la Bigne ait: eum eſſe hæreſibus oppletum. Unaquæque pars non frivolas adducit rationes*, *ſimulque antiquitatis venerandæ præſidium oſtendit. Sed in re tam intricata conſulamus doctorem*, *de Orthodoxa Eccleſia bene meritum*, *B Hulſemannum*, *in fragmento MS. alicujus*, (*quod à benevola manu Dn. D. Bebelii accepi*) *egregie differentem Primo diverſorum Patrum & Scriptorum allegavit ſententias*, *quas quia aliquo modo jam ſuperius tetigimus*, *lubenter prætermittimus. Pergit deinde* „*ita, Verum quia non ſolum* Euſebius *l. III. c. 3. & 27.* „*quando de Scriptis Canonicis Apocryphis & aperte falſis* „*agit, verum etiam* Ruffinus *ab Arrianiſmi labe nun*„*quam ſuſpecti*, Hieron. *ille in Prol. Galeat. & Comm.* „*in Cap. 1. Hoſ. Iſte Hiſt l. I. cap. 4. Iſtum librum Hermæ* „*laudat*, *tanquam utilem*, *etſi non ubique ab omnibus* „*receptum*; *econtra vero* Tertullianus *non ſolum, poſt*„*quam ad Montaniſtarum ſectam defeciſſet*, *hunc librum* „*ab omni concilio Eccleſiarum*, *etiam Orthodoxarum*, „*inter Apocrypha*, *& falſa judicatum fuiſſe ſcribit*, *in* „*libro de judic. cap. 10. Verum etiam in libro de ora*„*tione*, *quem adhuc orthodoxus ſcripſit*, *Cap. 12. illi*„*us libri allegati autoritatem hujus Scriptoris rejicit.* „Neque *vero* titulus hiſce libris olim præfixus „*neq; numerus librorum neq; contenta conveniunt cum* „*iſtis libris*, *quorum ſub Hermæ nomine hodie tres ex*„*tant*, *inter Orthodoxographa Tom. I. Bibl. Patr. Ex* „*quibus* I. *inſcribitur Eccleſia*, *& quatuor viſiones*, *ſeu* „*fabulas continet; Solus* Secundus *inſcribitur Paſtor*, „*& 12. moralibus præceptis ſecundum numerum Apo*„*ſtolorum abſolvitur.* Tertius *liber ſimilitudinum* „*vocatur, in quo purgatorium ab anu quadam revela*„*tum dicitur.* Hieronymus *autem*, Euſebius *&* „Ruffinus *unici tantum libri meminerunt*, *qui Paſtor* „*dictus ſit:* Tertull. *autem de pudicitia c. 6. iſtum* „*Hermæ librum caſtigat*, *qui titulo judicium Petri inſi*„*gnitus fuit*, *alii alium librum*, *Duplex via dictum*, „*ſub nomine Paſtoris Hermæ allegant*, *hinc conſtat*, *non* „*ſolum hodie neſciri quis tandem liber pro Paſtore agno*„*ſcendus ſit &c.*

(aa) Actorum Eruditorum Supplementa. Tom. II. Sect. XI p. 534. *Barnabam* Hermas *excipit*, *de cujus* Paſtore IV. *diſſertatio diſquirit. Hunc librum itidem genuinum*, *& omnino à diſcipulo Pauli* (*nequaquam Pii J. P. R. fratre*, *ut nonnulli falſo exiſtiment*) *ſcriptum adſtruit*, *& ab argumentis*, *quæ in contrarium afferri ſolent*, *vindicatum it.*

(bb) Journal des Sçavans 1694. du Fevrier pag. 162. 163. *La diſſertation ſuivante eſt ſur le livres du Paſteur*, *nommé Hermas. Notre auteur y montre*, *qui eſtoit cet Hermas*, *en quel ſiecle*, *en quelle langue il a ecrit*, *comment il a diviſé ſon ouvrage*, *ce qu' il a traité dans chaque partie*, *qui eſt celui qui l' a traduit en latin*, *& l' eſtime*, *que les anciens en ont faite. Il refute en ſuite ceux*, *qui ont cru qu' il eſtoit rempli d' erreurs*, *& qu'il favoriſoit les Novatiens*, *bien que Tertullien ait reconnu*, *qu' il leur eſtoit contraire. Enfin il examine*, *ſi le mot de* Hegrin, *dont il eſt parlé dans ce livre*, *eſtoit celui d' un ange*; *ſi le ieuſne*, *appellé* Xerofagie, *eſtoit d' obligation dans les premiers temps*, *& quel eſt le ſens de ce*, *que dit Hermas*, *que les Apotres precherent à ceux*, *qui eſtoient dans les enfers.*

(c) Hiſtoire des Ouvrages des Scavans Juillet 1694. p. 488. *Il ſoutient que le Paſteur eſt une production d' Hermes*, *diſciple de S. Paul*; *& il ſe moque avec raiſon de ceux*, *qui ont confondu ce premier Hermes avec un autre*, *frere du Pape Pie*, *puis*, *qu' il y a cent ans d' intervalle entre ces deux hommes. Il remarque auſſi*, *qu' Anaſtaſe le Bibliothecaire*, *& l' Auteur de la Decretale attribuée à Pie*, *frere de cet Hermes*, *lui font dire*, *qu' un Ange ordonna*, *de celebrer toujours la Fete de Pâque un Dimanche*; *ce qui marque*, *que ces deux Auteurs ſe ſont copiez l' un l' autre*, *& fait voir le peu d' exactitude*, *qu' ils ont eu*: *car cela ne ſe trouve point dans l' Ouvrage d' Hermes.*

(cc) Olear. Abac. PP. pag. 206. Hermas *ſive* Hermes, *D. Pauli diſcipulus*, *cui adſcriptus olim liber*, Paſtor *nominatus*, *ſed apocryphus. De quo prolixè B.* Gerhardus, *pag. 1. ſeq. Labb. pag. 430 & qui ſeorſim edidit atq; Claudiano Mamerto ſuo*, *A. 1655. ſubjunxit*, *notisq; illuſtravit*, Gaſp. Barthius. *Adde*, *quæ habet* Dn. D. Bebelius, *antiq. triſec. pag. 5. poſt* B. Dannhauerum, *Chriſteid. act. 1. p. 887. ſeq.*

(d) Cave Chartophyl. Eccl. p. 9. Hermes *Pſeudo-Triſ-megiſtus*, *qui Poëmandrum ſcripſit*, *Cl. Caſaubono Chriſtianus eſt*, *ſeu potius Semi-Chriſtianus*, *& claruiſſe videtur circa Ao. 120.* —— —— *Quisquis Autor ſit*, *exeunte ſeculo Apoſtolico ſcripſiſſe videtur.*

(dd) Auguſti Varenii Theolog. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Claſſ. III. §. 1. & 2. *Celeberrimum in Scriptoribus*, Græcis *imprimis*, *veteris ævi*, Irenæo, Origene, *&* Clemente *Alexandrino*, *& ne nunc quidem ignotum*, *ipſiq;* Salmaſio, *&* Blondello, *in quæſtione de regimine veteris Eccleſiæ dignum auto-*

autoritate citandâ viſum nomen libri eſt, qui Paſtor *appellatur, & cujus autor fertur* Hermes. *Extant enim tum alibi, tum in Bibliotheca Patrum tom. 5. propter molem minorem, conſervati tres libri Hermæ adſcripti, quorum primus, quatuor viſiones continet, & appellatur* Eccleſia, *ſecundus habet* mandata moralia 12. *& vocatur* Paſtor. *Tertius ſimilitudines 10. ab ipſo* Paſtore explicatas *continens, appellatur liber* Similitudinum. *Nec tacent antiqui, unde* Paſtoris & Autori, & libro ſecundo, & toti operi *cognomen: quia enim Angelus in* habitu Paſtoris *Hermeti apparuiſſe,* & ut ea ſcriberet, quæ ille revelarat, juſſiſſe, *memoratur, inde libris vel operi nomen deducit* Damaſus *ſive potius* Anaſtaſius Bibliothecarius*: quia in ſecundo Angelus 12. illa præcepta moralia proponens, Angelus* pœnitentiæ nuncius *& ipſius Hermæ* Paſtor, *& protector repræſentatur, inde & illi libro & toti Operi, & ipſi Autori facile nomen* Paſtor. §. 2. *De* Paſtore *illo duplex jam olim in ipſa antiquitate fuit controverſia: Una de* Auctore, *altera de* Auctoritate. *Quia enim Paulus in Epiſtola ad Romanos, cap. 16. 14. ſalutare jubet* Herman, *nec de antiquitate ſcriptoris hujus nominis, & ætate illius Apoſtolica dubium fuit Patribus, inde magno conſenſu itum in hunc Autorem, ab* Origene *inprimis, comm. in Epiſt. ad Romanos ad cap. 16. 14. Euſeb. L 3. hiſt. c. 3 &* Hieron. *in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſt. n. 20. etſi Euſebius & Hieronymus ex populari tunc ſententia potius quam ex propria minutius excuſſa loquuntur:* Ἑρμᾶς λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου, ἐπιγραφείσης ποιμένος. *i. e.* Hermas (*cujus Paulus Ep. ad Rom. c. 16. meminit*) dicitur eſſe autor libri, qui PASTOR *appellatur. Contra, Anaſtaſius Bibliothecarius &* Abbas Romanus (*huic enim ſcribenti ſeculo medio 9. quàm* Damaſo Pontifici *ſcribenti ſeculo medio fere quarto rectius tribuitur integer liber de* vitis Pontificum) *ſcribit:* Hermetem autorem libri Paſtoris, fuiſſe fratrem ſancti Pii Romani Pontificis, *qui ſederit ſeculo 2. ab anno 157. ad a. 166. & adeò longè poſt illum, cui ſalutem plurimam dixerit Paulus. Quia autem in quæſtione facti credendum potius antiquiſſimis & accuratioribus teſtibus, quàm longè poſterioribus, & pluribus magis, quam uni, proinde concludendum omninò fuerit, vel illum Hermetem S. Paſtorem veteribus ſive decantatum, ſive ſaltim notiſſimum, non fuiſſe illum* Pii Pontificis *fratrem: ſed alium, & ſolum illum Pauli contemporaneum, nec præter hunc antiquitati notum fuiſſe* PASTORIS *librum, vel dandos duos diverſiſſimos, autores pariter & ſub* Paſtoris & Hermæ *nomine* libros, *ſic ut de altero, primo ſc. loquantur Patres citati, de altero ſ. poſteriore,* Damaſus, *vel rectiùs Anaſtaſius in Pontificali, nec hic ſolum: ſed & Pius I. in Epiſtola (etſi ſuppoſititia) decretali ad omnes Chriſti fideles.*

(e) Miræus *Bibl. Eccl. pag. 6. Hermam (cujus Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens meminit--) aſſerunt auctorem eſſe libri, qui appellatur* Paſtor, *& apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiam publicè legitur. Revera* utilis liber—*ſed apud Latinos penè ignotus eſt. Quis hujus libri auctor habeatur, & quæ noxia contineat, inter alios* Bellarminus *lib. de Script. eccleſ. explicat.*

(f) Joh. Deckherrus *de Scriptis adeſpotis, p. 70. ſeq.*

Omnia quoq; ſuppoſititia ſunt ipſius Bellarmini judicio quæ proſtant: Prot-Evangelium & Liturgia Jacobi: *Evangelium* Nicodemi; (*de quo ſuperius dicta nondum deſero:*) *Hiſtoria* Prochori *de Johanne Evangeliſta; Epiſtolæ* Martialis: Abdias, *de Vitis Apoſtolorum. Scultet. d. l. cap. VI. pag. 464.* Clementis *Epiſtolæ in tom. I. Concil. Libri decem* Recognitionum: Hermæ (*de quo Paulus ad Rom. XVI, 14.*) *quatuor viſiones; Covarruv. d. cap. XVII. pag. 66. quem intenſa oratione, ut in omnibus ab ipſo tentatis Antiquitatis & jurisprudentiæ diſceptationibus, ita & in his materiis, & ad Can.* Sancta Romana Eccleſia, *3. Diſt. XV. de libris Apocryphis, ſive in Eccleſia prorſus non, vel cuſtodite à piis legendis, ferme ultra exemplum ſcribentem, commendamus. Nonnulla quæ ad inſtitutum ſunt, excitando, ſi quis contigerit, Lectori, ſubnectamus: dictum Canonem, ut res feret, in veſtigiis lecturi.* Evangelia, *quæ falſavit* Lucianus; *quis ille? An nepos ex ſorore Eunomii hæretici & Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui ſub Arcadio & Honorio in Epiſcopatu Eudoxio ſucceſſit? Liber* Paſtoris; *cujus autor* Hermes, *diſcipulus Paulinus, ex teſtimonio Origenis, Hieronymi & Nicephori; de quo ſupra.*

(g) Ægid. Strauchius, Amœnitatum Juris Canonici Ecloga VI. cap. XII. pag. 163. *Liber qui appellatur* Paſtoris, *habetur Gelaſio apocryphus. Eſt tamen à Pio I. Papâ receptus. c.* noſſe. de conſecrat. diſtinct. 3. *Auctor ejus eſt* Hermes. *A Clemente Alexandrino, itemq; Origene & Irenæo Lib. 4. c. 27. teſtis citatur. Rejicitur à Tertulliano libr. de Pudicit. Euſebio lib. 3. hiſt. 3. & ab Hieronymo in prologo galeato. Antiquum eſſe & magnæ apud veteres auctoritatis oſtendi à Johanne Baptiſta Cotelerio, Societatis Sorbonicæ Theologo, in notis ad hunc librum ait Baluz. not. ad Emend. Grat. pag. 429. Vide etiam Covarruv. 4. V. R. pag. 315. Fertur Pauli Apoſtol. diſcipulus, cujus ad Romanos meminit. In eo* Angelus *Paſtor, Protector & cuſtos ipſius Hermæ, qui & Angelus pœnitentiæ nuncius dicitur, duodecim præcepta vitæ bene agendæ proponit. Euſebius lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſticæ:* Libellus, *inquit,* Hermæ, qui dicitur ποιμὴν, cujus Paulus in Epiſtolis ſuis meminit, a plurimis non eſt receptus, ab aliis autem neceſſarius judicatus eſt propter eos, qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur. Unde & in nonnullis Eccleſiis legitur. Et multi veterum uſi ſunt teſtimoniis ejus. *Dorotheus, Tyri Epiſcopus, in ſynopſi ſcribit, eum Philippopoleos fuiſſe Epiſcopum. Damaſus in Catalogo Pontificum tradit, hunc Herman fuiſſe fratrem Pii Papæ, hoc nomine primi, exaraſſe Paſtoris opus, temporibus Antonini Pii, Anno Domini 129. At Origenes, libro X. in epiſtolam ad Romanos exiſtimat, eum Paulo fuiſſe Synchronon. Vid.* Sixt. *Senenſ. lib. 2.* Baron. *Martyrol. 9. Maji; inprimis* Barthium, *editorem hujus.*

(821. *a*) VERSIO HERMÆ ſeu PASTORIS hujus, modo memorati *Latina*, (nam Græcum originale periit) eſſe RUFFINI, quomodo probetur, refert ſic (a) excerptus *du Pin* Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I. p. 29. col. a. poſtquam multa alia de illo Herme erat ibidem ante commentatus.

(a) Du Pin Nouv. Biblioth. des Auteurs Eccleſ. T. I. p. 29. col. a.

Nous avons perdu l' Original Grec de ces trois Livres, & il ne nous en reſte qu' une verſion,

verſion, qui a eſté imprimée dans les Orthodoxographes, dans les Bibliotheques des Peres, & donnée au public ſeparément par Barthius, *& en fin par M.* Cotelier *avec les Fragmens Grecs, tirez des Auteurs anciens. On ne ſçait qui eſt l' Auteur de cette verſion, ni quand elle a eſté compoſée. Quelques-uns l' attribuent à* Rufin; *d' autres pretendent, qu' elle a eſté faite, des les premiers ſiecles de l' Egliſe, dans leſquels les Livres d' Hermas n' ont pas eſté entierement inconnus aux Latins. Quoi qu'il en ſoit, cette verſion n' eſt pas infidelle.*

(822) *S. Pontii Meropii* PAULINI *Nolani Epiſcopi opera, digeſta in duos tomos, ſecundum ordinem temporum nunc primum diſpoſita, & ad Manuſcriptos Codices Gallicanos, Italicos, Anglicanos, Belgicos, atque ad editiones antiquiores emendata & aucta: nec non variorum notis illuſtrata,* Pariſ. apud Johann. Conterot & Ludovicum Guerin Ao. 1685. in 4. Recenſentur in *Actis Erud.* Lipſ. 1685. menſ. Oct. p. 482. & procurata fuiſſe ſtudio Joh. *Baptiſtæ* le BRUN additur. Idque Collectores *ex Oudino* didiciſſe ſe profitentur, A. 1686. menſ. Aug. pag. 397.

(823) *Notæ* AMOEBÆÆ *ad Sanctum* PAULINUM *Epiſc. Nolanum una cum Heriberto Rosweydo,* Antwerpiæ, typis Plantinianis 1622. editæ ſunt in 8. Eas *Frontonis* DUCÆI (quem honeſtiſſimum Jeſuitam *Scaliger.* in Excerptis, & *Caſaub.* Epiſt. 488. virum meliorem quam ut pro Germano Lojolita poſſit haberi, vocat) eſſe *Alegambe* pag. 145. & *Sotvellus* in Bibl. Script. Societatis JESU, & ex eo Henningius *Witte*, in Diario Biographico, ſub A.1623. agnoſcunt, ut & *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. p. 217.

(824) *Obſervationes in* IGNATIANAS PEARSONII *Vindicias & in Annot.* BEVEREGII, in CANONES SS. APOSTOLORUM, Rotomagi 1674. auctori ſuo *Matthæo Lar-Roquano* vindicantur à Jacobo *Baſnage*, in Epiſtola IV. quæ adjuncta eſt Divi *Chryſoſtomi* Epiſtolæ ad Cæſarium Monachum, ab ipſo editæ p. 107. Ut refert Epiſtolica diſſert. Dni. & Patroni mei atque Scholarchæ honoratiſſimi D. Joh. Friderici *Mayeri*, de Anon. & Pſeudon. ad me ſcripta. Quibus adde nunc ſerius exhibitas notas Marginales (a) verbotenus adſcriptas Ampliſſimi Dn. Præſulis *Diecmanni*, aliaque etiam ſuperiorum emendantes. Adde Republiq. des Lettres 1684. Martii. pag. 57.

(a) Notæ Marginales Dris Diecmanni.

Obſervationes in Ignatianas Pearſonii vindicias, *& in* Annotationes Beveregii in Canones S. Apoſtolorum, *Rothomagi 1674. 8. In harum auctorem, ut anonymum, paſſim incurrit Guilielmus* Beveregius, *in Codice Canon. primit. Eccleſiæ vindic. & illuſtrato, ubi eum p. 4. virum haud mediocri eruditione & doctrina ſalutat. Eundem quoq; ut* Dallæi *nuperum hyperaspiſten anonymum Georg.* Bullus, *Defenſ. fid. Nicæn. de æt. divin. Filii DEI ſect. 2. pag. 78. edit. Amſtel. notat. Sed virum de Antiquitate Eccleſiaſtica tot egregiis ſcriptis meritiſſimum* Matthæum Larroquanum *fœtus hujus parentem eſſe, dudum Orbi litterato innotuit. Occaſionem nati hujus ſcripti legas in* Larroquani *vita, quæ poſtremo Adverſariorum ſacrorum, Lugd. Bat. 1688. editorum præfixa eſt.*

(824. α) EPISTOLA PARÆNETICA DE FUGA PECCATI, *ἀνωνύμως* ſæpius edita, neque tamen vel *Alegambe*, vel *Sotvello* memorata ſuo auctori reſtituta eſt; nec illi alias etiam hiſce Jeſuitarum collectoribus memorato, in libro cui titulus: *Initium Sapientiæ & finis: Timor Domini & Amor DEI,* ſ. *de fuga peccati, deque dilectione ſummi boni ad rectam morum inſtitutionem* libri duo, Auctore R.P. *Joanne Baptiſta* COMITIANO S. J. editio in Germania prima, Gallica auctior & emendatior. Colon. apud Jo. Buræum 1667. in forma minori, paginarum 174. Ejus libelli *præfatio*, nomine *Angeli Cuſtodis*, clienti ſuo concepta, ſic loquitur. *Ecce libellos geminos — — vidiſti, ſcio, alias priorem, ſive* Epiſtolam Paræneticam de fuga peccati toties typis expreſſam, *ſemperq; laudatam, nunc illius quoq; auctorem diſces:* &c. Ipſi ſane libelli pii, & breves, rationes fugiendi peccati, & amandi DEI præcipuas aliquot memoriæ quotidianæ Chriſtianorum commendare ſunt aptiſſimi. Quod verò adjectum eſt, *donum Angelicum* Anonymi, ad ſolos Angelorum cultores pertinet, inde ad pag. 240. libellum extendens.

(824. β XCII.) *Facile certumq;* PRÆSIDIUM ADVERSUS *omne* PECCATUM Brug. 1629. *Latinè, Hiſpanicè, Flandricè, Gallicè, Anglicè,* multiplici prœlo recuſum, absque nomine auctoris eſt *Jodoci ANDRIES, Jeſuitæ. Alegambe.* pag. 280. Sotvel. p. 516. b. tot. verbis; & addatur ſupra n. 60.

(825) PECCATUM ORIGINALE *κατ' ἐξοχὴν Philologice περιβλημματικῶς elucubratum à Themidis alumno. Eleutheropoli. Extra plateam obſcuram, ſine privilegio auctoris, abſq; ubi & quando,* in 8vo. *Sceleratiſſimi libelli, uti ex vero appellat qui deteſtatione ſua confutavit auctoremq; detexit*, Leonh. *Ryſſenius*, Auctor eſt *Hadrianus* BEVERLANDUS, Jctus: verba ſunt pl. reverendi Dn. *Normanni* in ſchedis ſuis. Librum ipſum non ſuſtinui legere, vel oblatum ab amicis: propter obſcœna & impia, quæ continere memorabatur. Is Beverlandus, quomodo *Iſaaci Voſſii* famulatu functus eundem in ſuſpicionem etiam hujus operis conſcripti traxerit, vel parte, vel toto, vide Monatl. Unterredungen/ 1693. pag. 169. (a) & ejusdem auctoris nempe Cl. *Tenzelii* Symbolam pſ. (b) cum citatis in illa ex *Spizelii* infelici literato literis (c) excerptis.

(a) Monatl. Unterred. *A.* 1693. *p.* 169. Ja/ man hält ihn (*Iſaacum Voſſium*) im Verdacht/ daß wo er nicht die leichtfertige *Scarteque de Peccato Originali* gar gemacht/ doch ſeinem *famulo*, Beverlanden/ dazu gerahten und geholffen/ um ſo viel mehr/ weil die drey Bücher *de Proſtibulis Veterum* darinnen verſprochen ſind/ welche/ nachdem man in Holland nicht wollen

len drucken laſſen/ ſchickt *Voſſius* ſeinen *Catullum* hin; Als aber ſolcher bald fertig/ werden die *Cenſores librorum* erſt gewahr/ daß faſt alles darinn/ was in dem *Opere de Proſtibulis Veterum* geſtanden: Derowegen ſie den weitern Druck verboten; und daher kommet es/ daß das Ende ſammt dem Titul und *Præfation* Engländiſcher/das übrige Holländiſcher Druck iſt. *vide etiam ſub* Aloyſia Sigæa infra *in* Pſeudonymis.

(a) Symbola Tenzelii.

A.B. peſſimi auctor libelli de peccato originali an. 1678. editi, eſt Adrianus Beverlandus, *quemadmodum non ſolum proximo poſt impreſſionem anno* T. Wincklerus *perſcripſit ad* Spizelium, *qui memorabile Epiſtolæ illius fragmentum inſeruit infelici Litterato p. 366. 367. ſed etiam manifeſtiſſimè detexit Leonardus* Ryſſenius, *in juſta deteſtatione ſceleratiſſimi libelli, Gorinchemii an. 1680. edita. Quanquam Iſaacus* Voſſius, *cujus miniſter* Beverlandus *fuiſſe perhibetur, in ſuſpicionem ſi non integræ ſcriptionis, conſilii ſaltem & auxilii, mutis veniat, inprimis ob promiſſos in eos libros,* de Proſtibulis Veterum, *quos cum librorum cenſores in Begio imprimi vetuiſſent, Commentario* Voſſii *in* Catullum, *pleraque iſtis contenta, inſerta ſunt; Quo animadverſo Commentarius quoque iſte prohibitus eſt, & quanquam maximam partem abſolutus, in Belgio tamen perfici non potuit, ſed reliqua in Anglia impreſſa ſunt; uti ex diverſitate typorum manifeſtum eſt.*

(b) Theoph. Spizelius *Infelicis Litterati p. 366. 367.*

Vir præclariſſ. & Eruditiſſ Dn. T. Wincklerus, *documento memorabili in litteris ad me Amſtelodami die 3. Auguſt. ſuperioris anni ſcriptis dedit demonſtratum: h.m. Dum in eo ſum, ut de profanæ ſcientiæ in ſacris abuſu querar, non poſſum non meminiſſe nequiſſimi libelli, qui non ita pridem hic prodiit, auctore quodam* Beverlando: *Inſcribitur is de* peccato originis κατ᾽ ἐξοχὴν *ita dicto. Autor in eo eſt, ut peccatum primorum hominum* Gen III, *figuratè & Allegoricè tantùm deſcribi oſtendat, ſtatuitque, eſum fructus vetiti exponendum eſſe de congreſſu cum Eva, quod ut probet, impura omnia ex Martiale, Petronio, Plauto, cæterisque veterum ſcriptoribus dicta collegit, eaque ad iſtum locum & aliqua Cantici Canticorum applicavit, eo modo, ut non videar mihi vidiſſe librum ullum flammis ultricibus digniorem. Non eſt hæc inſania nova; memini enim me vidiſſe in Gallia, qui eadem opinione tenerentur. Sed hic Beverlandus in eo cæteros exſuperat malitia, quod cum vidiſſet contextus Sacri συνάφειαν ſententiæ ſuæ repugnare, eò delapſus ſit, ut omnem Scripturam V.T. paſſim à Judæis & aliis corruptam, transpoſitam, defiguratam & tantum non omnino transmutatam ſtatuerit, cui opinioni fulciendæ adduxit, quæ undique ex Spinoſa ejusdemque farinæ ſcriptoribus aliis corradere potuit.*

---

(826) Adverſus PELAGIUM, qui extat Tom XI. Concil. pag. 1577. libellus fortaſſe PAULLINI Presbyteri, vel ex aliorum ſententia tantum Diaconi & Amanuenſis Beati Ambroſii, reputatur à doctiſſimo Guil. *Cave* Chartophyl. Eccleſ. p. 82.

---

(827) PELLIS OVILLA DE FRATERNITATE (inter Auguſtanos & Reformatos, ineunda). Confutam hanc à PEDISCO, aulæ Palatinæ Eccleſiaſte, ex *Hoe* Epiſt. dedic. T. V. Apocal. pag. 13. docuit me Dn. *Normannus.* Qui celeberrimi Theologi *Matthiæ* HOE locus omnino erit lectori benevolo inſpiciendus: ne forte per errorem calami pro *Bartholomæo* PITISCO, celebri Scriptore Irenico, Concionatore aulico Palatino, *Pediſcus* nemini notus Bibliothecariorum hic ſurrepſerit. Cum hunc noverint omnes ejusque vitam exhibeat Melchior *Adami* pag. 883. & ſeqq. Ubi tamen in ſcriptis ejusdem pag. 841. nihil hujus argumenti reperitur.

---

(828) *Tractatus Aſceticus de* PEREGRINATIONE *vitæ humanæ ac Filiorum DEI, excerptus e LXII. manſionibus filiorum Iſrael, quæ moraliter explicantur.* 1631. *Aleg.* pag. 556. a. & *Sotvell.* p. 708. a. non tamen in indice Anon. *Val. Andr.* Bibl. Belg pag. 768. *Witten.* Diar. Biogr. 1617. 16. Febr. *Philippo* BEBIO vindicant.

---

(829) *Conflictus S.* PETRI *cum Simone Mago,* vel potius fragmentum ejus libelli MARCELLO Romano, B. Petri Apoſtoli diſcipulo minus recte, quam alteri *Marcello I.* PONTIFICI tribui judicat d. Guil. *Cave* hiſce verbis. (a)

(a) *Cave Chartophyl. Eccl. p. 5.*

Tribuitur huic autori à nonnullis Fragmentum libelli de Conflictu S. Petri cum Simone Mago. *Bibl. Pontif. L.* Jacobi *ad calcem p. 487. Si tanti res eſſet, ego potius hunc libellum* Marcello *I. ab Ao. 304. Epiſcopo Romano, qui obiit Ao. 309. tribuendum eſſe exiſtimarem.*

---

(830) *PHILOSOPHIA SCRIPTURÆ INTERPRES*, Exercitatio Paradoxa *in Belgio Ao.* 1666. *ἀνωνύμως edita & Eleutheropoli 1669. in* 4. *recuſa, multum Theologis negotii faceſſivit. Autorem illius fuiſſe* Lambertum VELTHUYSIUM, *Philoſophum & Medicum Civitatis Ultrajectinæ ingenioſiſſimum,* Joh. Hoornbeckius *D. Nicolao Arnoldo, Theologo Franequerano ſignificavit, Arnoldus autem eum in Diſputationibus ſuis idcirco ſubobſcure notavit, ac Mareſio deinceps itidem deſignavit. Mareſius de rumore hoc Eccleſiam Ultrajectinam monuit; cujus Antiſtites cum Velthuſio, lectulo emortuali affixo, eundem expoſuiſſent; ille jurejurando præſtito ſanctiſſime aliquoties confirmavit, ſe nec Autorem, nec adjutorem libri ac editionis illius extitiſſe; imo dogmata ejus tanquam Sociniana & blaſphema deteſtari. Ipſi etiam Ultrajectini in toto hoc ſcripto ne umbram quidem Velthuſii agnoverunt. Ut igitur Eccleſiam ſuam à labe illi inuſta vindicarent, Ludovicus* Woltzogenius, *Academiæ iſtius Theologus Libr. II. de Interprete Scripturæ contra Exercitatorem Paradoxum Ultrajecti A. 1668. in* 12. *edidit, iisque præfationem pro Velthuſio Apologeticam præfixit: in qua etiam D.* Nicolai Arnoldi *Epiſtola d. 27.*

d. 27. Jan. A. 1667. *ſcripta, errorem ſuum & Velthuſii innocentiam agnoſcens exhibetur. Nonnulli* Benedictum *male* SPINOSAM, *blaſphemum illum Ex-judæum ſcripti hujus Auctorem eſſe credunt.* Verba hæc ſunt Jo. *Molleri*, Flensburgenſis in MStis transmiſſis. Moneo ſaltem hoc, in mea editione. ſc. Wolzogeni eodem anno & loco expreſſa nullam præfationem præter duas epiſtolas inveniri. *Deckherrus, Ludovico* MEYERO Medico Amſtelodamenſi neſcio cui vindicat (a). cui quidem commercium litterarum cum Spinoſa interceſſiſſe in Epiſtolis Spinoſæ videre eſt: Quod eo credibilius eſt, quoniam *contraria hæc ſententia Spinoſæ* dogmatibus. Vide Opera Poſthuma Spinoſæ, Epiſt adj. 48. p. 544. b. Etiam *Pierre Yvon*, in pio admodum ſcripto, cui titulus: *L'Impietè convaincue* part. 2. chap. IV. pag. 244. & chap. V. pag. 278. ut diverſum a Spinoſa tractat hujuſce diſſertationis auctorem. v. n. LXI. & infra 889. De Velthuſio adde n. 1394.

(a) Deckherr. *edit.* A*mſtelod.* 1686. *de Anon. & Pſeudon. p. 388.*

Ludovicus Meyer, *Medicus* A*mſtelodamenſis, ante paucos annos vivis exemptus, Autor, ut fama eſt, diſſertationis Paradoxæ, cui titulus:* Philoſophia S. Scripturæ interpres; *quæ non immerito diſplicuit Theologis, utpote ſapiens hæreſin. Contra eam ſtylum ſtrinxerunt varii Theologi in hac Belgica fœderata.*

---

(831) PHOENIX *redivivus, ſive de* RENOVATIONE *interiore ſodalis Mariani, ex P. Jacobo Alvarez, & Sodali Parthenio P. Gaſparis Lechneri. Aleg.* pag. 555. b. *Sotv.* p. 707. b. p. 834. a. Val. *Andr.* pag. 768. *Witt.* Diar. Biogr. 1637. 16. Febr. Philippo BEBIO Jeſuitæ acceptum ferunt; de quo toties *ſupra*, n. 561. *usq;* 568. 628. 790. *usq;* 794. &c.

---

(832) PIA *deſideria Meisneri* anonyma primo edita, docet *Spenerus*, contra Theologiam Horbio-Spenerianam, pag. 2. & 3. partis poſterioris (a) Editio mea in 12. edita Francofurti, cura M. G. W. nomen diſerte ac ample ſic præfert: *Balthaſaris* MEISNERI, *S.S. Theol. D. & Prof. in Acad. Witteb. Celeb.* PIA DESIDERIA, *paulo ante beatum obitum ab ipſo manifeſtata & delineata, ac* inſimul Conſilia Theologica, de quibusdam Defectibus in & ab Eccleſiis Evangelicorum tollendis; edita cura M. G. W. (i. e. ni fallor M. Georg. WAGNER.) Conſtat libellus totus paginis 70. ex cujus dedicatione Dn. Spenero a M. G. W. facta, aliquot notata non indigne huc pertinentia dabimus excerpta. (b)

(a) Spenerus *contra Theolog. Horbio-Sperian. P. II. p. 2. & 3.* Die zweye/ unter den Namen *piorum deſideriorum D. Balthaſaris Meiſneri*, des berühmten Wittenbergiſchen/ und *D. Quiſtorpii*, Roſtochiſchen *Theologi*, herausgegebene *Tractatus* ſind nicht unbekant. Deren jenes zwar erſt dieſes Jahr unter ſeinem Namen allhier gedruckt worden/ aber ſchon vorlängſten 1642. von H. D. Chriſtiano Groſſen / ohne Meldung des *Autoris publiciret*/ und zu einigen ſeiner Schriften beygeſetzt war worden. Beyde aber handeln von Verbeſſerung vielerley Fehler.

(b) M. G. W. Epiſt. Dedicator. ad Balthaſ. Meiſn. Pia deſideria. p. 11. & 12.

Præſens, quod transmitto, Conſilium, de quibusdam defectibus noſtræ Eccleſiæ, quod primum in lucem dedit Dn. Chriſtianus Groß/ *S.S. Theol. Doctor, & id temporis Profeſſor in Pædagogio Stetinenſi, ad D. Mariæ Eccleſiaſtes, ac Conſiſtorii Aſſeſſor, Anno* 1642. *adjuncta oratione quam anno præced.* 1641. *d.* 25. *Novembr. publicè habuerat, de S.S. Theologia & vera Religione. Idem hoc, Syllogæ Diſtinctionum Theologicarum in articulos fidei, anno* 1670. *evulgatæ, iterum in fine adjecit, cum prædicta oratione, hâcq; ſua de iſto præfatione ad Lectorem, quam iisdem verbis ſubnecto:* Accipis hic Lector pie, Conſilium, de quibus-„ dam Defectibus ex Eccleſiis Evangelicorum „ tollendis, quod ante aliquot annos in manus, „ meas pervenit, ſine certa Autoris notitia, &, „ in quo finis & lima ultima quidem adhuc vi-„ dentur deſiderari. Expectavi hactenus, an perfectius & elaboratius proditurum eſſet, ſed fru-„ ſtra: dignum tamen luce publica mihi & præ-„ claris aliquot viris viſum fuit. Nolui ergo diu-„ tius id latere. Stylus & tractandi ratio haud ob-„ ſcurè ſcriptum Theologo Miſnenſi tribuit, de „ Eccleſia olim præ cæteris merito: — — — *Pag. 13. & 14. Mihi verò, cum nuper* Collegam *& compatrem meum cariſſimum, Eccleſiæ noſtræ Paſtorem, Miniſterii Seniorem, & Diœceſios Inſpectorem graviſſimum meritiſſimumq;, de hoc* Conſilio *interrogarem, num ipſi eſſet notum & quid de illo ſentiret, referebat Vir venerabilis, iſtud Wittebergæ à Præceptore ſuo, Dn. D Balthaſare* Meiſnero *b. m. propoſitum publicè & in calamum dictatum fuiſſe, huncq; agnoſcere autorem verum. Cumque petenti manuſcriptum ſuum commodaret, iſtud cum impreſſo contuli ac deprehendi alicubi, partim diſcrepantia, partim omiſſa. Volui igitur* Conſilium *iſthoc, anonymum hactenus, (quamvis Editori quoq; adſcriptum in quadam diſputatione viderim) nunc cum nomine veri autoris, idq; auctius & emendatius, bonis omnibus communicare.*

---

(833) *Modus* PIE VIVENDI, 1620. Colon. *Sotwell.* pag. 708. a. & *Witten* Diar. Biogr. 1637. 16. Febr. *Philippo* BEBIO Jeſuitæ deberi, affirmant; poſterior tamen in Indice anonymorum ſubjuncto, omiſit hocce ſcriptum; v. ſupra n. 580. & ſeqq. 628. 790. &c.

---

(834) E. W. L. MANUDUCTIO ad *veram* PIETATEM, Hamb. 1675. 12. Eſt *Erici* WORDENHOFFII, Senioris, J. U. Licent. & Senatoris olim Hamburgenſis, (non confundendi cum filio cognomine ac in eadem poſtea dignitate conſtituto,) & idem ſcriptum cum ejus ENCHIRIDIO, *in quo ſumma & præcipua doctrinæ Chriſtianæ Capita ad S. Scripturæ Normam & veræ pietatis uſum conformata breviter & dilucide explicantur.* Hamburgi impenſis auctoris excudebat Chriſtophorus Demler a. LVII. Indice Johan. *Mollero* Flensburgi, id, quod famâ publica dudum hic conſtabat, confirmante in ſuis Mſtis transmiſſis. Hæc anterior editio nomine auctoris & titulo & dedicatione ad ampliſſimum Senatum præfixa ſola mihi viſa paginis conſtat 622. Capi-

tibus XXXIII. Locos communes Chriſtianæ Religionis totidem complectentibus : — cum Epilogo & Symbolis tribus in Eccleſiâ receptis.

(834. α) IMAGO PIETISMI v. cap. XI. in Germanicis *n.* 1766. & 1767.

(835) De POENITENTIA *Tractatus pro doctrina Jeſuitica* Paris. 1644. Principis CONDÆI eſſe, ex *Grotii* Epiſtola ad Jo. Oxenſtiernium Mart. 1/12 data Pariſiis, *Normannus* indicavit, quod alioqui cum aliis illi debitis Amico ſingulari, ſane ignoraſſemus.

(836) *Summa* CANONUM POENITENTIALIUM, alias *Summa Confeſſorum dicta* : ad THOMAM DE AQUINO vel INNOCENTIUM IV. referri debere recenſet *Lambec.* Comm. Bibl. Cæſ. l. 2. pag. 813. (a) Cum quo ſane idem non ſit *Confeſſionale Thomæ de Aquino*, quod *Lipen.* Tom. I. pag. 395. habet.

(a) Petri Lambecii Comment. de Biblioth. Cæſ. lib. II. Cap. VIII. p. 813. n. CXXXIV. *Volumen* chartaceum *in quarto, quo continetur* Summa Canonum Pœnitentialium, *alias* Summa Confeſſorum *dicta*, *cum Procœmio de Autore ejus & variis ejusdem titulis*, *à recentiore quodam Scriptore A.* 1400. *præfixo, cujus principium*: Summa, quæ ſubſcribitur ſecundum diverſitatem locorum & exemplarium diverſa ſortitur Nomina, eo quod in eundem nec nomen Auctoris, nec nomen Operis invenitur expreſſum. Quare quidam &c. *Ibidem aliquanto poſt ſequitur* : Sive ergo Autor ſit beatus Thomas de Aquino, ut plures aſſerunt, ſive Innocentius Papa Quartus, ut alii affirmant, uterque bonus & famoſus & authenticus in Eccleſia ſancta tenetur & notabiliter allegatur. Summa autem præſens SUMMA CANONUM POENITENTIALIUM ex præmiſſis ordinibus merito nominatur. *Principium porrò ipſius Summæ hoc eſt* : Cum miſerationes Domini ſint ſuper omnia opera ejus, &c. *In fine autem ejusdem legitur ibi hæc ſubſcriptio* : Explicit Summa INNOCENTII benigniſſimi Papæ Quarti, finita anno Domini milleſimo quadringenteſimo octavo, feriâ ſecundâ ante feſtum S. Barbaræ in Adventu Domini.

(837) *Modus diſponendi ſe ad bene* MORIENDUM, Franciſci POIRÆI, *translatus ex Gallico*, Viennæ, typis Coſmerovianis 1641. in 16. Hoc ſcriptum *Sotw.* in Ind. pag. 833. a. & 328. b. prætermiſſum ab *Alegambe*, Henrico LAMORMAINI, Belgæ Arduennati Jeſuitæ aſſignat. Nec meminit ejus *Valerius Andreæ* in Bibl. Belg. quanquam dicat, libros pleroſque aſceticos quo ad plures eorum manaret utilitas, ex Gallico Latine interpretatum eſſe. Iſte Franciſcus Poiræus fuit itidem Jeſuita; de quo *Aleg.* & *Sotw.*

(838) „Βίος καὶ ΠΟΛΙΤΕΊα τῆς ὁσίας συγκλη„τικῆς extat Græce & Latine apud *Cotellerium* Tom. I. *Monum.* Eccleſiæ Græcæ pag. 201. ad 277. qui„ in notis 754. in ſuis Codicibus ἀδέσποτον ferri, in„ aliis ATHANASIO, aut POLYCARPO Aſcetæ,„ tribui, obſervat: Ipſe in Athanaſium pronior,„ videtur, adducta & *Nicephori* auctoritate ex Hiſt.„ Eccleſ. VIII. XL. Eadem ut arbitror eidem„ Athanaſio tribuitur â *Barvoetio* ap. *Labbeum* Bibl.„ MSS. p. 83. Ex communicatione *Normanniana*.

(838. α XCIII.) *Compendium Ludovici de* PONTE, *Jeſuitæ Hiſpani, qui de perfectione Chriſtiana* libros edidit, aliosque memoratos Alegambe pag. 317. prodiit, adſcriptis litteris auctoris nomen ſignantibus P. J. D. quas notare Patrem *Joannem* DARDE, *Jeſuitam Germanum* auctor eſt *Alegambe* p. 234. & *Sotvell.* p. 436. a. Ejusdem

(838. β XCIV.) Ludovici de PONTE Jeſuitæ *Meditationum Breviarium*, edidit *Petrus* XIMENEZ *Jeſuita*, nomine ſuppreſſo Col. 1623. & 1629. in 8. quod *italicè* transtulit, auctorisque nomine inſignitum edidit Romæ 1638. 8. *Ludov. Dulceberius*, itidem Jeſuita, teſte ſæpius citato *Alegambe* p. 404. & 310. & *Sotwello* p. 706.

(838. γ) DISPUTATIO APOLOGETICA PRO POTESTATE SUMMI PONTIFICIS, *in qua clare, perſpicuè, & evidenter ex Scripturis, S. S. Patribus, & conciliis, & XIII. efficaciſſimis rationibus demonſtratur, penes Pontificem eſſe poteſtatem Principes abdicandi, iſtamq; veritatem non ſolum eſſe concluſionem Theologicam, quæ errori opponitur; ſed de fide etiam expreſſe definitam, ita ut contraria opinio absque manifeſta hæreſi, ſuſtentari non poſſit.* Qui libellus diu ſuppreſſus latuit: Imo latet impreſſus quidem ſed hactenus, uti *Sotwell.* Bibl. Jeſuit. p. 554. a. ſcribit, adhuc ſuppreſſus. Eum tamen anonymis accenſet *Index* Tomo III. operum Petri *Aurelii* ſive, ut ſuo loco detegimus, *Sancyrani* Abbatis præfixus Jeſuitarum, qui in certamen larvati prodierunt. Quem videtur etiam intelligere Excellmus *Maſtrichtus*, quando refert, Jeſuitam, Duci Olivario à ſecretis confeſſionibus, qui à Rege fuerit nominatus Epiſcopus, ſed â Papa, intercedentibus Jeſuitis Italis, non admiſſus: citatque *Revium* in vita Urbani VIII in fin. p. 321.

(839) *Libellus in quendam locum* PORPHYRII *anonymus* quomodo primum GERBERTO, dein GEBEHARDO Auguſtenſi Epiſcopo, poſtea iterum Gerberto, tribuendus viſus ſit *Mabillonio*, ipſe refert Tom. II. Analect. pag. 215. ſequentibus verbis.

Gerberto *tribuendum exiſtimo libellum in quend.* Porphyrii locum, *cujus libelli præfatio ad Otonem III. Imperatorem edita eſt in tomo I. Analectorum. Opuſculum illud eſſe* Gebehardi, *Auguſtenſis Epiſcopi, conjectabar in notis ad eam præfationem: at re maturius expenſa, id* Gerberto *adjudicare viſum eſt, in addendis ad tom. I. Analector. Ejusd. autoris eſt ſermo ſubſequens, quem ex MS. codice Bibliothecæ S. Martialis apud Lemovicas rogatu meo deſcripſit noſter Petrus* Trelius

Trelius, *à me jam laudatus. Extat ipſiusmet Gerberti geometria & rythomachia in Bibliotheca Thuanea mſ. codice, ſignato n.283.*

(840) PORTA COELI una cum SCALA JACOB, id eſt, *Teſſera ſalutis prædeſtinationis ac mortis felicis cultus Virginis Deiparæ*, 1616. typis Kinckianis. Scriptum hoc ἀνωνύμως publicatum Philippi BEBII Jeſuitæ eſſe ajunt *Alegambe* in *Append.* p. 555. b. *Sotvell.* pag. 707. b. pag. 834. a. *Valer. Andreæ* Bibl. Belg. pag. 768. *Witten.* Diar. Biogr. de Ao. 1637. 16. Febr. *König.* pag. 94. Bibl. col. b.

(841) POSTULATA, omnibus ab Eccleſia Romana diffidentibus à ſcrutatore veritatis propoſita 1681, *edita nullo Auctoris nomine. Verum ecce jam* SCRUTINIUM *iſtud, ex iisdem poſtulatis conſtans, inſigniter auctum prodit* per R. P. Joh. Franciſcum HACKIUM *S. J. Theologum. Sic enim frons operis habet à Theologo profecti, qui hoc ipſo titulo ſe fronte carere oſtendit: &c. Quippe poſtulata illa* Jodocus KEDDIUS *Jeſuita fabricavit,* Erhardus Comes TRUCHSESS de Wetzhauſen/ *cum ſuperpondio vulgavit, Vien.* 1652. Joh. Franc. Hack, Jeſuita *interpolavit. Nunc ubi ſolius Hackii nomen oculis legentium obtruditur, Keddii autem & Erhardi Comitis nulla in toto libro fit mentio, nihil aliud reſtat, quam ut credamus per literas R. P. Antagoniſtam noſtrum circumferri tanquam* Recentem Plagiarium.

Verba hæc ex *Schelwigii*, Theologi Dantiſcani, *Examine Scrutinii Hackiani*, excerpta dedit *Normannus. Sotwellus* nec nomen Hackii quidem exhibet, nedum ulla ſcripta: Jodocum *Keddium* alia minutiora, præter commemorata ſibi plurima hujus generis controverſias ſpectantia edidiſſe, fatetur. In iis ergo facile ob argumenti affinitatem, & hoc eſſe credas. v. quæ *infra* memorantur de *Scrutatore veritatis*. n. 877.

(842) *Libri de* ECCLESIASTICA & POLITICA POTESTATE, Pariſ. 1611. qui Jura „atque libertates Regis Galliæ adverſus Curiam „Romanam defendit. Auctor eſt *Edmundus* RI„CHERIUS, ſocius Sorbonicus; confer *De„cret. Sacræ Congregationis Indicis* 2. Febr. 1622. „& M. C. S. Theol. Doct. *Tractatus de libertatibus „Eccleſiæ Anglicanæ*, qui anno 1689. prodiit Leodii „apud Matth. Hovium: & *Vindicias doctrinæ Ma„jorum ſcholæ Pariſienſis Edmundi Richerii*, Docto„ris, ac Socii Sorbonici, Coloniæ anno 1683. „editas, in quarum præfatione ita *Richerius*: „*Hic inquam, attentus apud me reputans poſt va„rias lucubrationes, pro defenſione libelli de Ec„cleſiaſtica & Politica Poteſtate a me conſcriptas,* „&c. Verba hæc ſunt Ampliſſimi Dn. Jo. Friderici *Mayeri* in epiſtola mihi publice ſcripta de Anon. & Pſeudon. Quæ poſſent ſufficere. Præter ea tamen idem confirmant *Colomeſius* Opuſc. pag. 166. in clave Epiſtolarum. Caſaubonus pag 341. (a) & J. *Mollerus* Flensburg. ex *Indice expurgatorio Rom.* pag. 157. In meo *Indice librorum prohibitorum* Alexandri VII. juſſu edito, invenitur pag. 40. col. b. & 41. col. a. (b) & (c) vetitus una cum omnibus ejus operibus, in quibus tamen ſunt varia nihil ad religionem pertinentia: ut liquet ex Catalogo ſubjecto: (d) Unde colligas odium Papale. Ludov. *Jacob* à S. Carolo Bibliothecæ Pontificiæ lib. II. pag. 301. eundem auctorem huic ſcripto aſſerit, & *Tomo tertio Monarchiæ Goldaſti* illud exhiberi etiam annotat, prohibitionem in 2. decembris diem referens. In *Goldaſto* vero legitur, hocce ſcriptum editionis meæ Francof. 1613. in fol. a. pag. 797. usque ad pag. 806. ſectionibus XVIII. poteſtati Pontificis Romanæ immoderatæ moderandæ dicatis. Editionem vero aliam 1621. Francofurti memorat etiam *Hyde*. De libro hoc & auctore plura in *Actis Erud.* Lipſ. ao. 1683. pag. 494. (e) & A. 84. pag. 103. (f) qui ultimus locus horrenda, de perſecutionibus, quas ob hunc libellum paſſus eſt, & quomodo pugionibus ad ejus recantationem ſignandam ſit adactus, enarrat.

(a) Colomeſius opuſculorum pag. 166. in Clave Epiſtolarum Caſauboni ad pag. ejus 349.

Richerius *nomine abſtinuerat in libro de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate, cujus Cenſura legitur Tom. 2. Mercurii Gallici p. 307. & ſeq.*

(b) Index librorum prohibitorum & expurgandorum, *editionis ultimæ in folio Madriti 1667. Juſſu Antonii à Sotomajore recogniti; in indice librorum prohibitorum Alexandri VII. juſſu pag. 41. col. a.*

Edmundi Richerii *Opera, cujus eſt etiam liber anonymus, alias prohibitus, & qui denuo modo prohibetur, qui ſic inſcribitur: De Eccleſiaſtica & Politica poteſtate liber unus. Eccleſia eſt Politia Monarchica ad finem ſupernaturalem inſtituta, regimine* Ariſtocratico *&c. temperata à ſummo animarum Paſtore D. N. JEſu Chriſto.*

(c) Ibid p. 40. col. b.

De Eccleſiaſtica & Politica poteſtate *absq. nomine auctoris. Vide etiam Edmundi* Richeri Locos communes. *Eos tamen hucusq; fruſtra quæſivi.*

(d) Ex Hyde *Catalogo Oxonienſ. part. 2. p. 107. col. a. præter hunc adſcriptum Richerio librum memorantur inſuper*

In Librum Tertulliani de Pallio Pariſ. 1635.

De arte figurarum & cauſis eloquentiæ 8vo. *Pariſ.* 1605.

(*Qui extat etiam in Bibliotheca Hamburgenſi publica.*)

De arte & cauſis Rhetoricæ 8. Paris. 1629. *Addunt ur à* Königio *p. 691.*

Obſtetrix animorum Libri II.

De Optimo Academiæ ſtatu

citaturq; Mariſottus *centur. 2. Epiſt. 9.*

V (e)

(e) Acta Eruditor. Lipſ. ao. 1683. pag. 494.

Quinquaginta elapſi ſunt anni, ex quo diem ſuum obiit Edmundus Richerius, *Presbyter Lingonenſis, & Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, qui præter obſtetricem animorum, de optimo Academiæ ſtatu libros duos, notas ad Tertullianum de Pallio, libellum de arte figurarum & cauſis eloquentiæ, item de arte & cauſis Rhetoricæ, ac alia ingenii ſui monumenta, tractatum de Politica & Eccleſiaſtica poteſtate edidit, cujus hoc eſt „ſumma ipſi titulo præfixa:* Eccleſia eſt Politia „Monarchica ad finem ſupernaturalem inſtitu„ta, regimine ariſtocratico, quod omnium „optimum & naturæ convenientiſſimum eſt, „temperata a ſummo animarum Paſtore Domi„no noſtro JESU CHRISTO. *Hujus libri pri„mum ſine auctoris nomine impreſſi parentem cum ſe „profeſſus fuiſſet* Richerius, *Monarchiæ Pontificiæ patronos haud mediocriter offendit. Inventi quippe, qui non ſolum diatriben hanc de politica & Eccleſiaſtica poteſtate confutandam ſuſciperent, quos inter Andreas* Duvallius, *Doctor Sorbonicus & Regius Theologiæ in Univerſitate Pariſienſi Profeſſor Primarius extitit, verum etiam coactis ſynodis damnarent atq; proſcriberent, quod anno Chriſti 1612. menſe Martio Pariſiis in congregatione Aquenſis provinciæ contigit, & inter libros publica auctoritate prohibitos referrent, quod adhuc nuperrime in indice librorum prohibitorum juſſu Innocentii XI. Romæ publicato his verbis factum legimus:* Edmundi Richerii opera. Cujus eſt etiam liber anonymus prohibitus & qui denuo prohibetur, inſcriptus de Eccleſiaſtica & politica poteſtate liber unus &c.

(f) Acta Erud. Lipſ. A. 1684. p. 103.

De Richerio ejusq; fatis nonnulla diximus, cum Novembribus ſuperioris anni Calendis hiſtoriam generalium conciliorum, quæ eundem Auctorem habet, recenſuimus. Plura ſuggerit hiſtoria cenſuræ adverſus Andream Santarellum *latæ, &* Claudius Bartholomæus Mariſotus *in Epiſtola* A.C. *1633 quo Richerius ſeptuagenario major obiit, ad* Curetum *ſcripta, in qua optimum virum, Romani Pontificis inſidiis, modo per ſatellites à Duce Eſſernonio immiſſos, è Collegio Cardinalis Monachi abreptum, & carceri intruſum, ac ægre amicorum &* Academiæ *Pariſienſis interceſſione ad Senatum, in quo cauſam ſuam egregie peroravit, libertati ſuæ reſtitutum; modo in ædes P.* Joſephi *Capucini ad prandium & amica colloquia doloſe invitatum; & poſtmodum præſente Notario Apoſtolico, ad ſubſcribendam libelli ſui de* eccleſiaſtica & politica poteſtate *retractationem ſtrictis pugionibus adactum memorat. Hoc igitur lucubrationum ſuarum præmium Richerius tulit, ut, quod ipſe dicere ſolebat, in medio regno jura regni tuens velut exul fieret, & violentas manus metuens Collegio ſuo pedem efferre non auderet. Ac ne ſic quidem Richerii de ariſtocratico eccleſiæ regimine doctrina aboleri potuit: cui defendendæ & vindicandæ usq; adeo incubuit, ut plus quam viginti ejus volumina ſe typis mandaturos ſpondeant, qui hoc quadripartitum Vindiciarum opus ediderunt, cum in finem à Richerio collectum, ut Majores ſcholæ Pariſienſis opinioni ſuæ, de regendis utriusque poteſtatis finibus, conformes demonſtraret.*

---

(843) De *Controverſiis inter ordinem Eccleſiaſticum & ſecularem in* POLONIA, librum anonymum, 1592. in 4. ſine loci & typographi mentione memorat *Ribadeneira* pag. 13. & ex eodem *Alegambe* in Biblioth. Jeſuit. pag. 292. b. *Laurentii* ARTURI FAUNTEI, Leceſtrenſis Angli, totidemque verbis *Sotvell.* pag. 538. b. De quo viro nedum ejus hocce ſcripto, apud Pitſeum nihil. Adde Freheri Theatrum p. 282.

(843. *α*) *Summa doctrinæ* SARMATARUM: quod opuſculum ſub hoc titulo; *Com*„ *pendiolum doctrinæ eccleſiæ Chriſtianæ nunc in* PO„ LONIA *potiſſimum florentis*; anno 1630. editum„ eſt: idemque Belgice in lucem emiſſum ſub„ tali titulo: Kort Begryp van der Leere der Soci„ nianen: i.e. *Compendiolum doctrinæ Socinianorum*.„ Sub quo titulo libellus is à Cloppenburgio refu„ tatur: qui eum, prout ſupra diximus *Oſtorodo* ac„ *Voidovio* tribuit, VORSTII (*Conradi*) MS. hunc„ quem primo loco collocavimus, præfixum ha„ bet titulum: quod ab ipſo ex Socinianorum„ (ut vocantur) libris concinnatum eſſe perhibe„ tur. Verba ſunt hæc Chriſtophori *Sandii* in Biblioth. Anti-Trinitarior. p. 99. Vid. plura de hoc *Vorſtio* n. 904. & 863. *α*.

(843. *β* Olim DLVIII & ſeqq. in additionibus cap. II. *conjunctim* recenſita, hic etiam ſic brevitatis amore reddimus *quatuor.*) Anonyma ſcripta Theologica ſequentia quæ *Alegambe* pag. 10. *Alberto* ROZCISZEVSKI, *Polono Jeſuitæ* adſcribit hiſce verbis: Edidit partim alieno (vid.„ in *Pſeudon. Jo. Bobolai & Medzybozius*) partim ſup„ preſſo nomine, Opuſcula nonnulla, fidei Ca„ tholicæ & Societati adverſus utriusque hoſtes,„ propugnandæ.„

(843. *γ* DLVIII.) *Contra libellum Miniſtri*,„ *cujusdam Calviniani*, qui contendebat PONTI„ FICEM MAXIMUM à DÆMONE *miſſum*,„ tam efficaciter ſcripſit, ut os illi Miniſtro com„ plicibusque perpetuo occluſerit.„

(843. *δ* DLIX.) *Reſponſionem ad* Calu„ mnias cujusdam, qui PATROCINIUM TO„ RUNENSIUM *contra Jeſuitas* ſuſceperat.

(843. *ε* DLX.) ORATIONEM *ad Sena*„ *tum Equitesque* POLONOS, *in qua refelluntur ea*,„ *quæ in Conventu tum Proszevienſi, tum Schedenſi Toru*„ *nenſes Jeſuitis objecerant.*

(843. *ζ* DLXI.) ORATIONEM *alte*„ *ram* CONTRA ANDREAM VOLANUM *Sa*„ *cramentarium*, qui Clementi VIII. inſcripſerat„ Orationem, qua per ſummam impudentiam„ ei perſuadere nitebatur, ut ſe pontificatu abdi„ caret. Hæc ita leguntur totidem verbis repetita *Sotvello* pag. 18. b. adde Witten. Biograph. Ao. 1619.

(843. *αα*) *Diſputatio ſuper* POTESTATE PRÆLATIS *Eccleſiæ atq; Principibus terrarum commiſſa, temporibus Bonifacii VIII. Pontificis Romani*

Scri-

ſcripta, ſub forma Dialogi inter Clericum & militem. Refertur in Monarch. Tom. I à pag. 13. ad 18. à *Goldaſto*; cit. *Ciſnero* in opuſculis ſuis pag. 253. *Hyde, Pitſeo* p. 458. Ea *Deckherro* de adeſp. edit. 1686. pag. 96. (a) *Guilhelmo* OCCAMO aſſeritur, Nominalium autori, & Ludovici Bavari hyperaſpiſtæ, quod multum imminutam autoritatem & excommunicationem ipſi peperit. Celebratur ipſius dictum ad Ludovicum Bavarum: *Defende me gladio; & ego te defendam verbo.* v. *Sagittar.* Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 725. & iterum pag. 728.

(a) Deckh. de Adeſp. p. 98.

Diſputatio M. Wilhelmi de Ockam, *ſive* de Campo, *natione Angli Profeſſoris Regii Pariſienſis, & poſt ſeceſſum ex Gallia, Ludovici Bavari adverſus Jo. XXII. Pontificem rigidi defenſoris merito habetur: cujus memoria prolixe recolenda fuit Joh. Georgio* Hervvarto, *in* Ludov. Bavaro defenſo.

---

(844) POSTILLA *Harmonica Theologico-Politico-Philologica* Dn. Georgii Chriſtophori *Waltheri* Jcti & Imperial. Reip. Rotenburgo-Tuberanæ Conſiliarii &c. Poſt mortem auctoris a Feſto S. S. Trinitatis, ad ejusdem mentem modumque, quantum fieri potuit *continuata & finita* à M. O. T. P. P. Norimbergæ, ſumtibus Wolfgangi Endteri, Senioris, ao. 1658. in 8. De hujus auctore ita ad me ſcripſit in literis, Dn. *Jo. Mollerus* ao. 1678. Flensburga Kalend. Octobris. *Continuator Waltherianæ Poſtillæ recte quidem abs te Dn. M.* Abdias (*vel* Obadias) TREW *habetur, ſed eheu nihil amplius vel circa illam vel alias literas molitur. Tali enim nunc*, DEI *gratia, quiete ab anno jam* 1669. *fruitur, quali poſt has mundi curas quilibet noſtrum frui ſerio exoptat.* Hactenus *Mollerus.* Ipſa continuatio mole alteram tertiam operis continuati ſuperat. Illud paginis 429. hoc 1182. Quæſtionibus delectabili veritate ſua longe potius ab Evangelii pia meditatione diſtrahentibus, quam ſcopum Evangelii promoventibus, curioſitatem præ pietate adaugere apta utraque ſcripta.

(844. *a* XCVI.) De PRÆADAMITIS excuſus aliquoties nefarius magis quam ingenioſus liber, quod *Iſaaci* PEIRERII ſit, ex ipſius recantatione Anno. 1655. in 4. excuſa, notorium eſt.

Ipſe liber ſæpius variis formis excuſus, &, ut ſolet, ſine loci & Typographi nomine, in Bataviis. Mihi viſa editio 1655. 12. jam tum puero legi cœpta, ut perlegeretur non impetravit miſerrimis ſuis argumentis v. gr. quid opus fuiſſet oves paſcere & cuſtodire Abelo cum vacuus eſſet mundus hominibus ſuffuraturis &c. Qualia ſane referre ſit refutare, atque adeo vel anicularum lucubrationibus, ut alicubi ſcribit Cicero, indignum. Unde nec ullum eorum, qui refutando huic ſcripto dederunt operam, perlegendo volui vacare. Quos videre eſt ſerie longa apud *Lipenium* Biblioth. Theol. pag. 523. 524. & ex iisdem de auctore alia quoque ſcripta plura cognoſcere. Mihi ſufficiat, bina nunc loco excerpſiſſe, ex iis qui tantum incidenter, attamen notabiliter ejus meminere. Nempe Guido *Patinus* celeberrimus & ſuo & filii nomine Medicus Regius (a) Gallicus, in Epiſtolis ſuis Ep. 70. pag. m. 225. & Mart. *Schookius* (b) præfationis ſuæ de diluvio univerſali pag. 10. & ſeqq. Utrobique vivis coloribus auctorem invenies depictum. Quis vero auctor ſit ille, quem citat Pierre *Yvon* Paſteur de l' Egliſe Reformée retirée du monde, &c. ut habet titulus libri in 8. Amſt. 1681. chez Jaques van de Velde impreſſi p. 284. *de la Miletiere*, en ſon livre des Præadamitis, fateor me cum ignariſſimis juxta neſcire, nec ab auctoribus meis Bibliothecariis edoceri hactenus potuiſſe: uti nec *de L' Amy* Gallice ſcripto de Præadamitis libello ex Mſto amici commendato. Quemadmodum vero puero mihi viſæ ſunt rationes frivolæ Peirerianæ pro Præadamitis; ita & illæ multo magis, quas exhibet ejusdem *Epiſtola ad Philotimum*, qua exponit rationes, propter quas ejuraverit Sectam Calvini quam profitebatur, & librum de Præ-adamitis quem ediderat cum gratia & privilegio Sereniſſ. Electorum & Ducum Bavariæ ac Saxoniæ S. Rom. Imp. Vicariorum, Francofurti Impenſis Wilhelmi Serlini, Typis Ægidii Vogelii, anno M. DC. LVIII. in 4. edita plagulis nondum integris quinque, quarum pagina 3. usque ad 20. rationes revocationis, p. 21. usque ad 36. deprecationum ad Papam Alexandrum VII. complectuntur. Quod vero Peirerius hunc libellum ſcripturus eſſet, jam ante ad Salmaſium ſcripſerat *Sarravius* 1643. Prid. Id. Novembris: etiam lego in MStis Dn. Joh. Chriſtophori *Rauſcher* J. U. L. & Syndici Schemnicenſis in Hungaria. Adde quæ habet *Spanhem.* Elenchi controverſiar. p. 623.

(a) Guy Patin, lett. 70. p. 225.

L' Auteur du Livre des Preadamites, *nommé* Iſaac de la Pereire, *Gaſcon, eſt ici de retour de Rome. Il a fait imprimer un petit Livre in 4 dans lequel il rend raiſon de ſon changement de Religion*, (*on appelle cela en termes d'école,* Abjurer ſon hereſie) *& il deſavoüe ſon Livre des Preadamites. J' ay vû ce Livre, mais il ne ſe vend pas bien. On dit que le Pape luy a donné une petite Abbaye, & que le Mazarin luy a encore promis quelque nouvelle faveur du Ciel, ou du Purgatoire. Il eſt ici, attendant cette grace auſſi avidement que vous vous pourrez l' imaginer d' un Gaſcon, qui a peur de mourir de faim, & qui n' a changé de Religion que pour faire faire fortune & meilleure chere, aus dépens de qui il appartiendra. Il ſe produit ici comme s' il étoit quelque grand faiſeur de miracles, ou debiteur de pardons. Nôtre grande ville de Paris eſt un theatre fort propre a cela, car il s'y rencontre beaucoup de ſots & de curieux, & pareillement d' ignorans, qui s' étonnent aiſement de ce qu' ils ne connoiſſent point; & de plus un Gaſcon, ſçavant, courtiſan, Huguenot converti, qui vient de Rome, eſt fort propre à ce badinage, & a joüer une telle Comedie.*

(b) Mart. Schoockii *Diluv. Noach. Præf. p. 10. 11. 12.*

In unum præ aliis digitum intendere debeo, Autorem, ſcil. fabulæ Præ-Adamiticæ: *qui turpiter de-*

ſerta Reformata Religione, quam antea profeſſus erat, & metu pœnæ, hodierno Papæ Alexandro VII. ſupplex factus, profeſſus ſibi nomen eſſe Iſaaco Peyrero, *delirantis mentis perículoſa ſomnia imputare auſus fuit Religioni, cujus ſi ſincerum membrum fuiſſet, ſubmittere ſe ſcripturæ ſcivisſet, nec obtorto collo eam male-ſanis Dogmatibus aptare tentaſſet, tractando illam haud aliter, atque corium calcearii ſolent.* Opinionum monſtra, *quæ homo hic enixus eſt, quod aliquatenus foveantur ab illis qui ad torrentem deducere, ſuffocare & deteſtari deberent, non poſſum non per Indicem exhibere prout à Joh.* Hilperto, *viro docto, bona fide factum eſt. Ergo inculcat & perſuaſum cupit:* Peccatum fuiſſe in mundo ante „legem Adamicam; eo homines peccaviſſe an„te Adamum; Adamo naturaliter inhæſiſſe „peccatum Originale ex vitio naturæ ſuæ pecca„tricis, qua formatus eſt: homines ex peccato „Adami morbis non eſſe obnoxios: homines „fuiſſe morituros, etiamſi Adamus nunquam „peccaviſſet: plures eſſe Spiritus creationis: Co„gnitionem, ſanctitatem, & immortalitatem „nusquam comparare potuiſſe virtute creationis „primæ: Electionem Judæorum incepiſſe ab „Adamo: Judæos à Gentilibus differre ſpecie: „die ſexta creationis formatos à Deo fuiſſe ma„ſculos & fœminas ubique terrarum: creatio„nem vel eſſe generalem omnium gentium, vel „particularem primi Judæi: Adamum non il„lico & primo die, ſed, ex intervallo, ſucceſſivè, „& per ætates ſuas provectum fuiſſe ab infantia „& adoleſcentia ad virilem ſtatum: Evam viri„potentem factam deductam ad Adamum: Ada„mum nihil adeptum fuiſſe ſingulare præ aliis „hominibus: Multa in libris Moſis legi obſcura, „confuſa, inordinata, trunca, mutila, invicem „pugnantia: Diluvium Noachicum non fuiſſe „effuſum ſuper univerſum terrarum orbem, ſed „ſuper terram ſaltem Judaicam: Non omnes „terrarum omnium populos à filiis Noachi fuiſſe „propagatos: Mundum non fuiſſe conditum „cum Adamo formato: Nos non noviſſe prin„cipium illud, quo DEUS cœlum & terram „creavit: æternum eſſe ab æterno, poſt & ultra „æternum: Nullum unquam mortalium mor„tuum eſſe ob peccatum Adami Mortem æter„nam non conſecutam fuiſſe condemnationem „illam mortis, quæ decreta fuerat ex peccato „Adamico: Adamum non dediſſe pœnas pec„cati ſui: Infantes omnes peccaviſſe ad ſimilitu„dinem transgreſſionis Adami: Imputationem „transgreſſionis Adamicæ retro actam fuiſſe in „Anteceſſores Adami &c. *Quibus alia plura portenta reſpondent, certè usq; adeo enormia, ut illorum Chriſtianum pudere debeat. Eoq; nemo hactenus, quod ſciam, ea omnia propugnare auſus fuit. Excerpſerunt varii varia, atq;, quæ ipſe Auctor deteſtatus eſt, cum convitio & aliorum injuria tueri ſuſtinuerunt.*

(844. β) *PRÆBENDÆ PLURES AN UNI PERSONÆ CONFERENDÆ*, ſcripto publico, quod *DECANO DURHAMENSI* in Anglia imputatur, & à pluribus ſit refutatum, *Anonymum* diſputaſſe, ac de quo ut malæ ſequelæ Epiſcopus Salisburienſis Reginæ ſit conqueſtus, novellæ publicæ Londinenſes 18. Januarii 1692. nos edocuere. An *Anglicè* vel *Latinè* ſcriptus is liber, non inquiſivi.

---

(845) PRÆDESTINATUS, â *Sirmondo* Par. 1643. 8vo. ut *Hyde* habet, ſub tit. *Prædeſtinatio*, & *Lipen*. Tom. II. pag. 525. col. a. qui addit edit. 1649. eod. loco, & Amſtelod. 1645. *primum editus*, cujus autoris ſit, diſquiritur. PRIMASIUM *Adrumetinum* pro ſtructore venditat *Oudin, Acta Erud. Lipſ.* 1686. menſ. Auguſt. p. 397. (a) Rejicit vero hunc *Piccinardus*, in libro, qui itidem in *Act. Eruditor. Lipſ.* 1687. menſe Majo. p. 271. recenſitus, cujus titulus hic eſt: *De novitio opere*, „*quod inſcribitur Prædeſtinatus Auctoris Anonymi ſemi*-„*pelagiani* (in re ſub Prædeſtinatorum nomine „ſcribentis adverſus divos S. Patris Auguſtini di-„ſcipulos) conſarcinato (ut ſupponitur) anno „434. tempore Proſperi, nuper reperto & im-„preſſo in Galliis, & a nemine hactenus revoca-„to ad Examen, nova quæſtio Hiſtorico Theolo-„gica, autore F. *Seraphino* PICCINARDO Bri-„xienſi Ordinis Prædicatorum, provinciæ Magi-„ſtro ac Theologo primario Patavii in via S. „Thomæ ſumtibus Petri Mariæ Frambotti 1686. „in 4. Iſta recenſio tota huc transferri merebatur (a) (b) (c) (d) Adjungi poſſet *Bibliotheque Univerſelle*, Tom. 3. p. 257. (e) niſi ob prolixitatem utriusque loci, excerpta ſelectiora ſola nunc dare potius cogeremur. Non poſſumus tamen non exhibere locum integrum hac de re (f) *Eliæ du Pin*, ex novæ Bibliothecæ Gallicæ auctorum Eccleſiaſticorum Tom. V. ſeculi VI. pag. 80. & 81. ſolidiſſime huic de Primaſio ſententiæ ſe opponentis.

(a) Act. Erud. Lipſ. Ao. 1686. p. 397. (*F. Caſim.* Oudin *in Supplem. de Scriptor. Eccleſiaſticis.*) — Primaſium Adrumetinum *pro auctore* Prædeſtinati *a Sirmondo publicati venditat.*

(b) Ibid. Ao. 1687. pag. 271. *Quatuor ſupra quadraginta elapſi ſunt anni, ex quo* Jacobus Sirmondus, *Jeſuiticæ Societatis Presbyter, jam ſenex, poſt plurima alia, novum aliquod antiquitatis eccleſiaſticæ monumentum, in Mariæ Rhemenſis bibliotheca ſine Autoris nomine repertum, e tenebris produxit. Quod cùm ſi* Hincmarus *Rhemenſis* Hygino, *alii* Primaſio *tribuiſſent, & ipſe ex ſtyli & ſententiarum affinitate autorem ejus* Arnobium *juniorem deprehendiſſe ſibi videretur: nihilominus tamen cum & ſuæ ipſius divinationi minus fideret, & aliorum judicia falſis præſumtionibus inniti crederet*, Prædeſtinati *titulo ſignare maluit.*

(c) Ibid. pag. 273. (*F. Seraphinus* Piccinardus *in Quæſtione Hiſtorico-Theologica, de Novitio Opere, quod inſcribitur* Prædeſtinatus) *Autorem Prædeſtinati a* Sirmondo *vulgati* Vincentium *appellat; ſiquidem 16. Objectiones Vincentianas, quas* Proſper Aquitanicus *confutavit, ex hoc ipſo Prædeſtinati opere excerptas collatione facta probare contendit.*

(d) Ibid. p. 274. *Porro cum plures quinto ſeculo* Vincentii *fuerint, Vincentium* Lirinenſem *ab opere Prædeſtinati alienum pronunciat. Etſi enim ſibi ipſe objiciat, quod Vincentius Lirinenſis ab Henrico* Noriſio & Natali Alexandro *Semipelagianæ hære-*

ſeos

ſeos arguatur, & ſcripta ſua ſub Peregrini nomine ediderit, ex quo fortaſſe Hincmari errorem natum eſſe cogitari poſſit, qui characteribus antiquitate nonnihil obliteratis pro Peregrino Hyginum legerit, objectiones tamen iſtas parum habere roboris reſpondet, cum & Vincentium Lirinenſem a Pelagiana labe, quod alibi a ſe probatum aſſerit, immunem fuiſſe, & illum Hincmari errorem aliunde promanaſſe conſtet. Vincentio igitur Lirinenſi abſoluto, aliud Vincentiorum par adducit, nimirum Vincentium Pſalmorum interpretem, à Gennadio c.80. de Scriptoribus Eccleſ. commendatum, & alterum cognomento Victorem, adverſus quem Auguſtinus libros quatuor de origine animæ compoſuit. Ex his duobus Vincentiis alterutrum Prædeſtinati opus edidiſſe Piccinardus ita ſtatuit, ut ferme magis ad Vincentium Victorem inclinare videatur.

(e) Bibliotheque Univerſ. & Hiſt. de l'Année 1686. p. 258. 259. *Le livre intitulè* Prædeſtinatus, *qui a donné occaſion au P.* Piccinardi, *Jacobin, de faire celuy dont on vient de mettre le titre, a êtè imprimé pour la premiere fois à Paris en 1643. in 8. ſur un Manuſcrit, que le P.* Sirmond, *qui en a fait l'edition, aſſure avoir appartenu à Hincmar, Archevêque de Rheims. On peut voir le jugement, qu'en porta alors* Grotius *dans le I. Tome de nôtre Bibliotheque p.12. Dans la derniere èdition qu'on a faite a Lion de la Bibliotheque des Peres, on a inſeré le* Prædeſtinatus *avec une préface du P. Sirmond, dans le XXVII. Volumine. En 1645. on en fit une édition en Hollande, ou l'on a ajoutè une cenſure de ce Livre, traduite en latin, du François d'un Docteur de Sorbonne, nommé* Auvray. *Le P. Piccinardi nous donne dans cet* Appendix *une nouvelle edition & un examen du* Prædeſtinatus. *On n'a pas vû le Livre de ce Religieux, mais on a trouvé l'extrait qu'en donne le journaliſte de Parme aſſez circonſtantié & aſſez conforme a la Méthode qu'on ſuit dans cette Bibliotheque, pour l'y inſerer ſans aucun changement.* — — — — — — — — — —

Celui qui a compoſé le Prædeſtinatus, *qui eſt, ſelon l'Auteur, un Africain, nommé* Vincent Victor, *qui a êtè premierement Donatiſte & puis Pelagien, & contre lequel S. Auguſtin a ècrit ſes quatre Livres de l'Origine de l'Ame. Le P. Piccinardi veut, qu'on diſtingue bien ce Vincent* Victor, *de Vincent de* Lerins, *qu'il croit avoir été exemt de Semipelagianiſme. Pag. 262. 263. Le* Prædeſtinatus *eſt diviſè en trois parties. La premiere eſt un Catalogue d'hereſies, qui commence à Simon le Magicien, & finit avec Neſtorius & les* Prædeſtinatiens. *On y parle en même temps des Auteurs, qui ont combattu ces hereſies, & des raiſons dont ils ſe ſont ſervis. Dans la ſeconde on trouve le Livre Predeſtinatien d'Evodius, qu'on attribuë aux Diſciples de S. Auguſtin; & on le refute dans la troiſiéme Partie.* — — — — — — —

Pag. 264. En diſtinguant les temps auſquels les Ouvrages d'Hincmar, qui nous reſtent, ont étè faits, on rendra facilement raiſon, pourquoi cet Archevêque dit en quelques endroits, que l'Auteur du Prædeſtinatus *eſt un Anonyme, & l'attribue mal a propos en d'autres à un certain* Hyginus.

(f) Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques par Mre L. Ellies Dupin, Tome cinquiême *p. 80. & 81. Quelques Sçavans croyent, que le Livre, que le Pere Sirmond a donné ſous le nom de* Prædeſtinatus, *parce qu'il n'avoit point de titre dans ſon Manuſcrit, eſt cét Ouvrage de* Primaſius. *Cette opinion n'eſt pas ſeulement fondée ſur une ſimple conjecture, mais ſur l'autorité d'un Manuſcrit de ce Traité, trouvé en Allemagne par le Pere* Mabillon, *qui porte le nom de Primaſius. Cela ſemble déciſif: mais cecependant ſi l'on fait attention ſur la doctrine de l'Auteur intitulè* Prædeſtinatus, *on verra, que cela ne peut être. Car le Livre compoſé par Primaſius, n'eſtoit pas, ſuivant Iſidore, un Catalogue d'Hereſies, c'eſtoit un Traitè, dans le quel on entreprennoit de reſoudre la queſtion, que Saint Auguſtin s'eſtoit propoſèe, & qu'il avoit deſſein de traiter dans la ſeconde partie de ſon Livre des Hereſies ſçavoir en quoi conſiſte l'hereſie, & comment on peut connoître, ſi une perſonne eſt heretique. Or il n'eſt pas dit un mot de cette queſtion dans le Traitè donné par le Pere Sirmond ſous le nom de Prædeſtinatus. Il eſt bien diviſé en trois parties: mais la premiere eſt un Catalogue d'Hereſies; la ſeconde eſt un Traité compoſè ſous le nom de Saint Auguſtin par un pretendu Predeſtinatien; la troiſiéme eſt une refutation de ce Traité. Cela eſt tout different du ſujet de celui dont parle Iſidore. Il y a plus, Primaſius eſtoit un fidele diſciple de la doctrine de Saint Auguſtin, comme il paroit par ſes Commentaires. Cét Auteur au contraire eſt un de ſes plus grands adverſaires. Il avance meſme en quelques endroits des dogmes tout-a-fait Pelagiens. Il eſt donc bien vraiſemblable, que quelque demi-Sçavant, ayant ſçû que Primaſius avoit écrit un Traité des Hereſies, diviſé en trois parties, & en trouvant un Anonyme ſur le même ſujet, qui eſtoit auſſi diviſé en trois parties, n'a point fait de difficulté, d'y mettre le nom de cét Evêque.*

---

(846) PRÆFATIO *Parænetica, præfixa,* „
verſioni V.T. τῆς ἑβδομήκοντα (ſive LXX. Interpre- „
tum) Amſtelodami 1683. 8. editæ; docti ſatis, „
& accurati ſcriptoris ſed prorſus innominati, qui, „
tamen in Londinenſi editione nomen ſuum li- „
teris J. P. ſubindicarat. Puto eſſe *Joannem* PE- „
ARSONUM Anglum. Cujus, nomen ſuum, „
profeſſi, erudita ad Hieroclem Prolegomena, „
aliaque ſcripta extant. Utinam vero ab illa In- „
ſularum Regina bonarumque literarum antiſti- „
te, Anglia, luculentas Heſychii ac Suidæ editi- „
ones ejusdem Pearſoni, quarum meminit Ca- „
ſaubonus Not. Hierogl. pag. 181. tandem ali „
quando impetremus! Hæc totidem verbis ex „
MSta ſcheda Clariſſimi *Normanni* apponere operæ pretium putavi.

---

(847) PRECES *Calvini anonymæ*, ſeculo XVI. cum horis B. Virginis ligatæ, Lugduni à Catholicis ad Miſſam quomodo in Gallias deferebantur, neſcientibus, quod eæ eſſent Joannis CALVINI; refert *ex Scaligerianis* prioribus Anon. *Jugem. des Sçavans* Tom. I. ch. 12. p. 473.

---

(848) PRECATIONES *tres ad beatiſſimam Virginem* MARIAM, quarum prima Εὐχὴ εἰς ἐξομολόγησιν &c. Retulit has *Lambec.* Comment. de Bibl. Cæſ. libr. 3. pag. 151. ex Codice ſeptuageſimo quinto manuſcripto Theologico Græco. Facit autem hujus primæ Autorem in append. I.V. p.398. SYMEONEM (ita pro vulgari Simonem ſcribit *Lambecius*) METAPHRASTEM. (a)

(a) Lambec. App. Cæſareæ Biblioth. l. V. p. 398. *Autor hujus precationis eſt* Symeon Metaphraſtes; *ut teſtatur V. Cl. Leo* Allatius *in Diatriba de Symeonum ſcriptis pag. 131. ubi illius meminit his* „*verbis:* Pleraſque etiam preces quæ in Eccleſia „Græcorum non ſine pietatis fructu retineri ſo„lent, *Symeon Metaphraſtes* compoſuit, quarum „nonnullæ inter rituales Græcorum libros repo„nuntur. Hujusmodi eſt Εὐχὴ ἐξομολογιτικα (ſic Lamb. pro ἐξομολογητικὴ) ἣν ὀφείλεις καθ' ἡμέραν ἀμεταθέτως λέγειν πρὸς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον ἐὰν ποθῇς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ψυχοῤῥαγήματός σου ἰδέσθαι αὐτὴν καὶ βοηθείας πολλῆς καὶ παρηγορίας τυχεῖν ἐξ αὐτῆς. „Hoc eſt: Preces, in quibus delictorum confes„ſio fit, ſingulis diebus ſine ulla remiſſione reci„tandæ, ſi vis, cum animam agis, ſanctiſſimam „virginem Deiparam intueri, & ſubſidium mul„tum nec non & ſolamen ab eadem obtinere. „*Hucusq; Allatius.*

(848. α XCVII.) PRECUM *familiarium* libellum anonymum edidit Antvverp. 1639. in 16. *Jeſuita Franciſcus ab* HEER *Belga*, quem ſicut alios anonymos ſcriptores Belgas plures omiſit *Valerius Andreæ*, ſed notavit diligentius *Alegambe*, p. 125. & *Sotv.* p. 231. a.

(848. β XCVIII.) PRECES *ad ſtationes Paſſionis, & ad XV. Myſteria B. Virginis, ac ſeptem ejus dolores*, Gandav. 1621. & deinceps alibi recuſæ *Jeſuitæ Jodoco* ANDRIES adſcribuntur ab *Alegambe.* pag. 280. & *Sotvel.* p. 516. b. vid. *ſupra* plures ejusdem libros anonymos â n. XV. usque ad 780. hinc inde jam obſervatos.

(849) PROT-EVANGELION *cum Evangelica Hiſtorica* S. MARCI *Evangeliſtæ, & vita ejus.* Baſil. 1552. in 8vo qualiter primus evulgarit, ac illius auctor habitus ſit *Guilielmus* POSTELLUS, ex toto Iſaaco Caſaubono, & Henrico Stephano ex parte, prolixius *Bibliotheca Gallice* ſcripta *Univerſalis* refert, A. 1688. pag. 145. (a) v. ſuprà de hoc Anonymo plura n. 807. olim LXXXIV. ibique citatos etſi non de hoc ipſo libro, de quo videſis in *pſeudonymo* Jacobo Apoſtolo.

(a) *Bibl. Univerſ. Tom. XI. p. 145.*
Guillaume Poſtel *publia le premier* l'Evangile *du faux* S. Jaques, *& l' ayant traduite de Grec en Latin, le fit imprimer à Bâle, en 1552. ſous le titre de* Prot-Evangelion cum Evangelica Hiſtoria S. Marci Evangeliſtæ, & Vita ejus, 8vo. *Quelques années apres Bibliander fit des notes ſur cet Ouvrage, & on le rimprima avec des autres, qui ne valoient pas mieux ſous le titre d' Eſcrits orthodoxes,* Orthodoxographa. *Si l' on veut ſcavoir, qui ètoit ce* Guillaume Poſtel, *on n' a qu' à lire la fin du I. Chapitre de l' Apologie pour les Reformateurs de Mr. Jurieu. Henry* Eſtienne, *qui n' ètoit pas Theologien, mais qui ſcavoit de quoy un Deiſte comme* Poſtel *etoit capable, le ſoupconna d' avoir embelli cet ouvrage, &* Caſaubon *le luy attribuë tout entier.*

(850) PROVINCIALE *Romanæ Eccleſiæ* compoſuit TANCREDUS JCtus. v. *Deckherrus* de Adeſpotis pag. 82. (a) ex *Ziletto* in Indice omnium librorum Juris pag. 47. quod HIERONYMO PAULO male imputatum memorat *Miræus* part. 2. p. 1. (b)

(a) Deckherrus de Adeſpotis, p. 82. Provinciale Romanæ Eccleſiæ *compoſuit* Tancre„dus, *juris conſultus; quod per Epiſcopum Civitatis*„ *(ſed quem? vel cujus?) ſub nomine provincialis omni*„*um Eccleſiarum, ponentis ſtylum Cancellariæ Romanæ, Curiæ, canonesq; pœnitentiales, editum: ſcripſit Jo. Bapt.* Zilſettus *in Indic. omn. libr. jur. p. 47.*

(b) Miræus Biblioth. Eccleſ. P. II. p. 1. Hieronymus Paulus, *Catalanus, Hiſpanus, Canonicus Barcinonenſis, juris utriusq; Doctor, Alexandri VI. Papæ cubicularius, ſcripſit* Practicam Cancellariæ Romanæ, 1493. *ibidem editam. Eidem tribuunt nonnulli* Provinciale Romanum: *quod tamen longè antiquius eſſe conſtat ex manuſcriptis exemplaribus, quæ Pariſiis ad S. Victorem vidi. Primus fortaſſe illud Hieronymus typis publicavit. Sunt, qui ſcribunt, eundem Hieronymum Bibliothecæ Vaticanæ præfuiſſe.*

(850. αα) CORPUS PRUTENICUM: ſive Symbolicus liber Eccleſiarum Boruſſiæ, â *Johanne* MORLINO, & CHEMNITIO confectus, docente *Symbola Diecmanniana* ſub lit. (a) non exprimens, utrum Chemnitium velit *Martinum* patrem an filium, vel *Chriſtianum*, nec an Germanice vel Latine ſcribentem. Piget etiam ulterius inquirere; Poſtquam fruſtra in *Frehero* & *Melchiore Adamo* de *Morlino*, quod ad hanc rem pertineat, quæſivi; cujus tamen vitam habet hic & alter Epitaphium: Ut & de *Aurifabro* & *Funccio*, cujus uterque vitam habet, ut auctoribus *Eccleſiaſticæ Ordinationis Germanicæ* ab eadem Symbola memoratis Pſeudon. n. 30. Quare verbotenus eam adſcribo, ulterius inquiſituris.

(a) Symbola Diecmanniana.
Agendæ Eccleſiaſticæ Prutenicæ. A. 1558. *cuſæ* (Preuſſiſche Kirchen-Ordnung) *auctorem aut D. Job.* AURIFABRUM, *perſonatum Præſidentem Sambienſem, aut M. Job.* Funccium *celebrem illum Chronologum fuiſſe, certum eſt D Cæleſtino* Mislentæ *Manual. Pruten. Diſp. 1 lit. I. 5. qui omnino videndus. Idem ibid. lit. O. inſignes Theologos* Morlinum & Chemnitium Corporis Prutenici (*ſic Eccleſiarum Boruſſicarum liber Symbolicus inſcribitur) auctores fuiſſe oſtendit.*

(850. α XCIII.) *Flores* PSALMORUM Tomis duobus, *& ſanctos affectus animæ devotæ, cum mediis vivendi in gratia DEI*, Rotomagi 1619. in 12. ſubjectis dedicationi litteris S. P. deberi *Stephano* BINETO *Jeſuitæ*, ſcribit *Alegambe*, Jeſuiticæ Bibliothecæ p. 426. & *Sotvell.* p. 748.

(851) LIBER PSALMORUM cum annotationibus ex Hebræorum Commentariis, Lutet. 1546. ex Jameſii Catalogo additis notis pag. 408. â Nic. Ravanello, HENRICI STEPHANI imo ROBERTI, obſervat *Normannus* in ſchedis ſuis transmiſſis. Eam editionem diligentiſſimus *Beughem* in ſuis incunabilis Typographiæ memoratam non habet.

(852)

(852) PSALMORUM *verſio Latina*, ut ex infra ſcripto loco Hiſtoriæ ſapientum intelligitur anonyma ÆLSHUSIO Rectori Collegii Thilenſis debetur, de quo præterea quid dicam nil habeo: niſi quod in *Hiſtoria Gallica Eruditorum* loco ſequenti (a) hoc legitur:

(a) Hiſtoire des Ouvr. des Sçavans, Fevr. 1690. p. 278. Mr. Ælshuſius *Recteur du College de Thielen eſt l'Auteur. Il les avoit fait imprimer avec la muſique, en 1683. Mais ſa mort empecha, qu' il ne les publiaſt luy meme; & depuis ſes heretiers n' ont point pensè à en faire part au public. Cependant j' ay* (*Mr.* Hemin) *crû, que ſon travail ne devoit point demeurer enſevely dans le ſilence. Vous y trouverez icy aſſurement une cadence agreable, & beaucoup de politeſſe & d' elegance.*

(853) In Bibliotheca Collegii novi Oxonienſis eſt PSALTERIUM *Gloſſatum*, quod opus eſſe P. LOMBARDI, probat verſus in fine libri:

Explicit hic PETRI *gloſſarum meta Magiſtri.* Annotavit Dn *Cave* in literis de Ao. 1676. 12. Kal. Jun. Gloſſas has editas Par. 1541. Memorat *Olear.* Abaco Patrum p. 374. etiam ante pridem num. 478. *Beughem* in incunab. Typographiæ pag. 163.

(854) *Liber* PSALMORUM *Davidis cum* CATHOLICA EXPOSITIONE *Eccleſiaſtica, excuſus per Henr. Stephanum* 1562. fol. Refertur inter anonymos in *Indice libr. prohib. Alex.* VII pag. 107. Pertinere autem ad *Auguſtinum* MARLORATUM, cujus *Geneſis cum Catholica Expoſitione*, quoque retulimus, teſtes ſunt *König* p. 511. col. a. *Lipen.* Tom. II. ubi legas p. 585. col. a. *Auguſtini Marlorati Commentarius in Pſalmos Davidis*, Genev. f. 1565. 1585. & ſub titulo *Expoſitio Catholica* Pariſ. 1627. *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. Adde quæ *ſupra* diximus n. 741. de Catholica ejusdem *expoſitione in Geneſin.*

(855) *Commentariorum* in PSALMOS Davidis, Lugduni, 1651. in fol. Tom. II. editorum auctorem olim incognitum poſt cognitum R. P. *Michaelem* AYGUANUM Bononienſem Ordinis Carmelitarum, vocat *Bibliographia Gallica Univerſalis*, communicante mecum jam olim multis abhinc annis Rectore Scholæ Luneburgenſis at poſtea Guelpherbytanæ, ſcriptisque dein pluribus notiſſimo Dno M. Johanne *Reiskio*. Cum nomine Autoris habent *Lypen.* Tom. II. p. 582. b. Mich. *Ayguani* Comment. in Pſalmos Davidis III. Tom. Compl. 1524. Venet. f. 1603. Pariſ. 1613. ut & *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlej. *König.* Bibl. pag. 76. ſub nomine *Incogniti* in Pſalmos Commentarium ſcripſiſſe afferit.

(855. *a.*) *Liber* PSALMORUM *cum argumentis, Paraphraſi & Annotationibus* in 4to à Paris, chez André Prarlard, 1683. editus atque recenſitus *Journal des Sçavans*, eodem anno, num. XXII. XXIV. & XXIIX. pag. m. 283. 315. & 377. Mr. — — — FERRAND attributus legitur, non in titulo, ſed recenſione demum cum commendatione multa.

(856) PSYCHOLOGIA *vera J. B. T. Interprete Jo. Angelio Werdenhagen* J. C. Amſtelod. „ 1632. 24. Is J. B. T. non alius eſt quam *Jacob*, „ BÖHM *Teutonicus* ſatis notus. Ejusdem ſine „ dubio erat *Trias myſtica* quam edidit *Franciſcus de* „ *Monte* S. (nomen id fictitium) Amſtelod. 1650. „ 12mo. Verba ſunt Guilielmi *Cave* in Ep. de Ao. 1676. Kal. Jun. de quo tam diverſæ ſententiæ diverſorum memorandæ in nomine *Teutonicus* Philoſophus, in Pſeudonymis, ubi æque parum atque hic tantæ liti nos ingeremus.

(856. *a* Olim in editione priori num. DLIV.) PUGNA SPIRITUALIS *Laurentio* SCUPULO vindicatur in *Germanicis n.* 333. (ubi typographicum errorem in hoc nomine commiſſum eumque nec unum ex hac editione, ſi velit illa uti, BL. corrigat,) & *Italicis ſuo loco*, n. 493.

Nunc illud tantum additur *ex literis* reverendi, Dn. M. J. Gotfridi *Olearii*, quod laudatus, „ jam alias Joſephus *Silos* Bituntinus, Hiſtoriæ, „ Clericorum Regularium ejus ordinis Panormi, „ 1666. in folio, fol. 616. opellam hanc verè au- „ ream, ubivis fere gentium evulgatam, ſine „ auctoris nomine primum, at eodem addito Pa- „ normi, Pariſiis &c. dicat. *Editio mea* Lutetiæ Pa- „ riſiorum 1664. in 12. ſic inſcribitur: *Pugna Spi-* „ *ritualis* Italice ſcripta à R. P. D. Laurentio *Scupu-* „ *lo* Hydruntino, Clerico Regulari vulgo Theati „ no: Anglice, Belgice, Cantabrice, Gallice, „ Germanice, Hiſpanice, Indice, à diverſis, no- „ viſſime *latine* reddita à D. Olympio *Maſotto*, Ve- „ ronenſi, Clerico item Regulari, paginis 285. „ capitibus LXVI. conciſe, nervoſeque admo- „ dum, exceptisque ſolis illis, quæ Pontificiæ, „ ſunt ſectæ peculiaria heterodoxa, ſolide ad- „ modum practica perfectionis Chriſtianæ ſibi, „ comparandæ præcepta tradens. Præcedit Epi- „ ſtola Nuncupatoria Maſotti editoris, & alia Le- „ ctori ſcripta. Tum Elogia & vita auctoris pa- „ ginis 29. cum indice capitum, & Scupuli dedi- „ catione ad J. Chriſtum directa. Editiones „ aliæ innumeræ prodiere, v. gr. Lovanii 1657. „ per Lotichium &c.

(857) *De* PURGATORIO *igne*, *Gr. Lat. per Salmaſium*, Hanov. 8. 1608. Lugd. Batav. 4to. 1645. & Gr. Lat. *per Vulcanium*, Lugd. Batav. 8. 1595. indicante *Lipenio* Tom. II. pag. 617. a. & *Hyde* Tractatus extat. Autor ejus ſcripti MARCUS *ArchiEpiſcopus* EPHESINUS à Colomiez, Bibliotheque Choiſie p. 121. (a) vindicatur, contra eos, qui NILUM, aut *Nicolaum* CABASILAM eo donare maluerant.

(a) Colomiez Bibliotheque Choiſie p. 121. *Pour le traitè du* Purgatoire, *les uns l' ont attribué à* Nilus, *les autres à Nicolas* Cabaſilas; *mais il n' eſt ni de l' un ni de l' autre. L' Autheur eſt* Marc, *Archeveque* d Epheſe: *comme le decouvre le Pere* Labbé *dans ſa Bibliotheque de Manuſcrits. Ce Marc aſſiſta au Concile de Florence, ou il parut fort zelè pour la religion. Gennadius, Patriarche de Conſtantinople, (a* qui

qui nous devons cette belle Confeſſion, qu' il preſenta à Mehemet ſecond Empereur des Turcs) a fait des vers ſur ſa mort.

(857. α XCIX.) PURGATORIUM *Catholicè aſſertum, cum invitamentis & methodis ſuffragandi.* Brugis 1642. 12. *Jodoco* ANDRIES aſſeritur ab *Alegambe* p. 280. & *Valerio Andreæ.* Bibl. Belg. p. 588.

(858) *Patronus bonæ fidei in cauſſa* PURITANORUM, *contra Hierarchicos Anglicanos*, Lond 1672. eſt *Ludovicus* MOLINÆUS, filius Petri Molinæi, celebris apud Gallos Theologi, & frater Petri Molinæi S. Th. D. & Eccleſiæ Metropoliticæ Cantuarienſis apud Anglos Canonici, (cujus vide infra *Regii Sanguinis Clamorem ad Cœlum.*) Hic Ludovicus Molinæus (de quo etiam plura dicta jam habemus ſub libro *Jugulum Cauſſæ Pontificiæ* inſcripto) in hoc libro in Eccleſiam, Præſules, & Prædicatores Anglicanos more ſuo, i. e. inſane & impotenter debacchatur. Uti nobis retulit Guil. *Cave* in litteris Ao. 1676. d. 12. Kal. Jun. datis. Nam librum neque in *Kempis* Bibl. Angl. de Puritanis inveni, neque *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlej. habet, neque *Lipenius* in Bibl. Theol. ſub voce *Puritani.* Ubi notamus *Puritaniſmum Anglicanum*, ſeu præcipua Dogmata eorum, qui inter vulgo dictos Puritanos in Anglia, rigidiores habentur; Annexa Diſceptatione Scholaſtica de *Circulo Pontificio*, & eorum omnium ἀκαταληψία, qui in Scripturis non acquieſcunt. Francof. 8. 1611. (1610. debebat eſſe) quaſi ἀνώνυμον citari; Cujus tamen auctor *Guilielmus* AMESIUS nomen ſuum præfationi priori ſubſcripſit. Nam licet *Kempis* in Biblioth. Anglor. Theol. pag. 411. *Ameſium* tantummodo editorem, librum vero anonymi eſſe putet; contrarium tamen apparet tam ex præfatione hac, quam *Diſceptationis Scholaſticæ*, cujus initium hoc eſt: *Theſes iſtas cum jam poſuiſſem in charta; ſubit animum de opellæ fructu cogitare.* Per theſes intelliget librum præcedentem theſibus conceptum: ea vero præfatio ſubſcriptas habet litteras G. A. i. e. *Guilielmus* AMESIUS. Adeoque hic idem eſt, cum eo quem idem *Lipeniuus* loc. cit. paulo poſt ſub Guil. Ameſii nomine refert. Cœterum Ludovicus hic Molinæus præter ſcripta, ad librum *Jugulum Cauſæ Pontificiæ* citata, etiam edidit *Apologiam pro Epiſtola Irenæi Philadelphi.* Lond. 4. 1641. Genev. 4. 1646. cit. Lipen. Bibl. Theol. Tom. I. p. 57. a. quem *Irenæum Philadelphum* eſſe ipſum *Molinæum*, notabimus in Pſeudonymis. *Epiſtolam ad Amicum adverſus* Joh. Dallæi *Epicritam* Lond. 12. 1658 Send-Brieff an ſeine Söhne/ 12. Lipen. ib. p. 608. a. Pro Dei Miſericordia & Juſtitia *Apologiam contra Amyraldum*, Amſterd. 8. 1649. De *Juſtitia & Jure.* Tom. VI. Opp. Colon. 1614. *Lipen.* Bibl. Theol. Tom. II. p. 103. b. Adde *Maſtrichtianam ſymbolam* ſerius allatam, quæ ſic habet:

Quæ qua cautela apud Nos obſerventur, (formula precum nempe &c.) vid. ex Ameſio, Caſ. Conſc. lib. 4. cap. 26. quæſt. 1. §. 2. &c. quippe cui Brovvniſtica *gravamina vel dogmata erant perſpectiſſima, ad quæ habita ratione perplura apud eum dicta occurrunt, tum in libro* Medullæ, *tum* caſuum conſcientiæ, *quæ niſi hinc, vix bene quis intelligat vel explicet. Unde edidit idem quoque accuratum libellum* Puritaniſmi Anglicani, *auctore* BRADSHAW. *Joh.* Hornbeck *in ſumma controverſiarum lib. X. p.* 746.

(858. α) Diſputationis contra ROKITSANUM ET PONTIFICIOS PRAGENSES, auctor quis credatur *Symbola Maſtrichtiana* docet hiſce verbis:

Joh. à LUCANETZ.

Sacerdos Taborita, auctor diſputationis contra ROKITSANUM ET PONTIFICIOS PRAGENSES, *ut vult Lydius in Valdenſibus, tom. I. & probat ex Joh.* Cochlæi *hiſtoria Huſſitica, anno* 1544. *Moguntiæ editæ, vid.* Wengerſii *Slavoniam reformatam, part. I. lib. I. cap. 6. fin. pag.* 22.

(859) QUADRIGA PIETATIS, Colon. A. 1616. in 12. *Sotvel.* p. 834. in Indice Anon. & p. 708. Philippi BEBII eſſe aſſeruit; quanquam *Alegambe* in Appendice non habeat, nec *Valerius Andreæ.* v. totum eundem jam anonymum n. 561. & ſeqq.

(860) QUIETISTA ſive *illuſiones Orationis quietis*, ut anonymus liber memoratur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* (a) tribuendus *Paulo* SEGNERIO, cujus Italicum ſcriptum *de concordia laboris & quietis* recenſuerunt anno ſuperiori, ſimulque memoratur (b) ibidem Libellus APOLOGETICUS PRO MOLINOSIO adeoque pro QUIETISMO anonymus, qui Cardinalis *Petri Matthæi* PETRUCCII, magni Molinoſii amici, & multum ejus nomine, de ſalute ſua, per Inquiſitorum, ei captivitatem minitantium vim periclitati, credit auctor, illic ipſe enarratus, quem *Guilielmum Burnetum* eſſe, *infra* ſuo loco docebimus; ubi plura de hoc argumento vide. Nunc piaculum nobis eſſet, non commendare hoc occaſione lectu digniſſimam de Quietiſtarum perſecutionibus Orationem habitam, ab inclyto Dno. Jo. Frid. *Mayero* (Scholarcha t. t. Hamburg.) multis nominibus venerando cum ſolenniter ad Profeſſionem Theologiæ inauguraretur, Kiloni, editamque ib. 1688. in 8.

(a) Acta Erud. Lipſ. ao. 1688. p. 430. *Libellum illum, cui titulus eſt:* Quietiſta, ſive, Illuſiones Orationis quietis, Segnerio *tribuendum cenſet*, (auctor du Recueuil de diverſes Pieces, concernant le Quietiſme, & les Quietiſtes &c.) *cujus tractatum* contra Molinoſium *in Actis anno 1687. pag. 19. recenſuiſſe nos modo diximus; unde & ab excerpendo novo illo abſtinuimus, cum in Segnerii libro priori eadem fere reperiantur.*

(b) Acta Erud. Lipſ. ao. 1688. p. 430. *Maxime vero* libellum apologeticum *Romæ excuſum deſiderat, (auctor du* Recueuil de diverſes Pieces, concernant le Quietisme, & les Quietiſtes &c.) *quem Cardinalis* Petruccii *eſſe putat.*

(860. αα) QUÆSTIONES *ad* ORTHODOXOS. Hujus ſcripti Auctorem fecerunt

runt JUSTINUM MARTYREM. Sed *Spalatenſis* fatetur eſſe ψευδεπίγραφον, & ex Pontificiis *Poſſevinus*, & *Bellarminus*, ex noſtris *Sylburgius*, *Sultetus*, aliique non γνήσιον *Juſtini Martyris*, ſed ſcriptoris RECENTIORIS JUSTINI fœtum eſſe demonſtrant: quorum rationes præcipuas videſis apud *Cl. Rivetum*, Critici ſacri l. 2. c. 5. *Spanh.* Dub. Evangelic. 1. part. p. m. 135.

(860. α) RAYMUNDI SUMMULA, Coloniæ 1502. edita, cujus initium eſt:

Summula de Summa Raymundi prodiit iſta.

Joh. de *Friburgo*, Lectoris ordinis Dominicani, utrum collectoris; an vero ſaltim auctoris, ex quo collecta eſt Raymundi de PENNAFORTI, collectoris Decretalium, an alterius ea ſit, vide ex loco Dni Gerhardi von Maſtricht pag. 388. Hiſtoriæ Juris Eccleſiaſtici laudatæ ad Corporis Canonici auctores n. 919. Meminit & *Starovolskius* Centuriæ ſcriptor. Polonor. num. 2. Joannis *Laſcii* Jcti, quod antiqui Juris gnarus, primus ſtatuta & leges Polonor. deinde & *Summam Raymundi Parthenopoei* libris V. & alia ſcripſerit.

(860. β C.) De REFORMATIONE RELIGIONIS *Chriſtianæ, per Miniſtros Evangelicos introductâ, deliberatio, à Studioſis Danis & Norwegis propoſita Profeſſoribus Academiæ Hafnienſis* d. 1. Octobris 1602. absque nomine Auctoris excuſa, tribuitur *Laurentio* NICOLAI, *Norwego Jeſuitæ*, teſte *Alegambe* pag. 299 & *Sotvello* pag. 545. b. ubi & altera editio in capita & titulos digeſta memoratur 1606. in 16.

(860. γ CI.) REFUTATIO *pugnæ oblatæ Catholicis à quatuor Miniſtris Calvinianis* SYLVÆ DUCENSIBUS, *qui ſtatim à capta per ipſos urbe eò convolaverant*, Antverp. 1630. tacito auctoris nomine fuit edita per *Joannem à* GOUDA *Jeſuitam Belgam. Alegamb.* pag. 247. De eodem v. *Valerium Andream* Biblioth. Belg. p. 510. ubi tamen hoc ejus ſcriptum haut recenſet, repetitum *Sotvello* p. 457. a. totidem verbis.

(861) *De* REGNO CHRISTI GLORIOSO *in his terris erigendo* Anonymi recentis ſcripti auctor *Daniel* BENIUS, Socinianus, pro comperto publicatus à D. *Jo. Guilielmo Bayero*, ſtatim in ipſo titulo adverſus eam editæ diſputationis, Wittebergæ 1695.

(861. α CII. CIII.) RELIGIO MEDICI cum ANNOTATIONIBUS L. N. M. Argentorati 1652. in 8. Liber ipſe primo *Anglicè* ſcriptus ab auctore, poſtea à quodam *Joanne Merryweather* Latinè redditus, aliquoties anonymus prodiit, donec Leidenſis una Editio nomen THOMÆ BROWNE *Angli* ſubſcriptum præfationi exhibuit, cujus etiam habemus Anglicè ſcriptum librum ſub titulo: *Enquiries in the vulgar Errors.* Lond. 1646 in fol. id eſt, *Inquiſitiones in Vulgi errores.* De quo Viro legi poſſunt quæ habet Præfatio *Auctoris annotationum* in eundem Libellum doctiſſimarum, qui cum ipſis etiam initialibus literis ſolis nomen profeſſus ſit, orbis litterarii Civibus plerisq; anonymus manſit. Eſt autem Eques Generoſiſſimus *Levinus Nicolaus* MOLTKIUS, quem Mart. *Kempius* in Bibliotheca Anglorum pag. 381. vocat doctiſſimum doctiſſimarum annotationum auctorem, ut aliunde jam compertum hoc habenti confirmat Auctor Itinerarii Germaniæ Politici Pſeudonymus *Conſtantinus Germanicus* pag. 264. & alibi. Eidem *Moltkio* debemus *Conclave Alexandri VII. & alia Hiſtorica conjunctim edita.* Sleſvvici 1656. in 8. De ipſo libro ita loquitur *Dr. Mollerus* in *Atheiſmi devicti* præfatione, ubi inter Atheiſmum foventes etiam hunc numerat. Religio Medici durch Thomas Brune zu Paris/ auch in Engeland gedrucket/ darinn der Autor in allen Capitteln ſich anſtellet/ als ob er ein guter Chriſt wäre/ am Ende aber eines jeden Capittels ſolche Dubia fürbringet/ durch welche alles wieder umgeſtoſſen/ und in Zweifel geſetzet/ das er im Anfange geſchrieben. Annotator noſter nobiliſſimus, hoc ſe quoque animadvertiſſe, quamvis nullum atheiſmum ſe ex ipſius lectione deprehendiſſe, teſtatur, ſuo non minus quam eruditiſſimorum Virorum teſtimoniis, ut inter alia verbis ſequentibus declarat. *Jam ante mihi innotuerat, lectionem illius libri multos præclaros Viros delectaſſe, imo occupaſſe. Non ignorabam librum in Anglia, Gallia, Italia, Belgio, Germania cupidiſſime legi. Conſtabat mihi eum non ſolum in Anglia, ac Batavia, ſed & Pariſiis cum præfatione, in qua Auctor magnis laudibus fertur, eſſe typis mandatum. Compertum mihi erat, multos magnos atq; Eruditos Viros cenſere, auctorem (quantum ex hoc ſcripto perſpici poteſt) ſanctitate vitæ ac pietate elucere: Eum vera, firma, ac generoſa fide ſe ſcrupulis, quibus interdum conflictatus fuit, exolviſſe: ejus conatus tendere ad profectum, ad bonam mentem, ad veram non fictam pietatem, ad admirationem Sapientiæ, ſecretorumque DEI, ad objurgandum cœcum Zelum in Religione Chriſtiana, ad inſinuandum ſtudium charitatis & concordiæ, ad irridendum ſtolida atque abſurda atheorum, ad teſtatum faciendum, non omnes ingenioſos rerum naturalium atq; abſtruſarum indagatores flagitioſiſſimi atheiſmi contagione contaminatos eſſe. Reperiebam tamen ego, hominem, præſertim ſi durum ac rigidum (ut nunc mos fert) nanciſcatur cenſorem, in nonnullis reprehenſionem mereri: Dubia enim interdum proponit, quæ non reſolvit; Scrupulos injicit, quos non eximit. Se difficultatibus nonnullis urgeri fatetur, quomodo illis liberemur ſilet. Hæc animadvertens annotavi nonnulla ad ea, quæ mihi aut diſplicebant, aut parum ſatisfaciebant; ea verò quæ prodeſſe judicabam, confirmavi teſtimoniis aut ex SS. Scriptura, aut ex Patribus, aut ex aliis bonis auctoribus depromptis.* Præfationis autem Pariſienſis, cujus mentionem facit, initium eſt tale: *Atheiſmi ſuſpicione laborantes Medicos, purgaturus hic medendi Artifex, & innocentem artem, Apoſtoli laudibus claram, interque divina chariſmata annumeratam, a magnis & impudentibus vulgi calumniis vindicaturus, fidem ambiguam non tantum manifeſtat, verum etiam occupat omnia, quæ contra illam ab Atheis, Turcis, Judæisq; opponi poſſe arbitratus eſt:* & ſequentia quæ unà eo tendunt omnia, ut Atheiſmi non modo crimine, ſed omni culpa liberatus Auctor, omnibus quam commendatiſſimus inſinuetur. Quo jure quave injuria judicent alii! Annotationes, de quibus nunc agimus, omnino lectionem

multam & eruditionem haud vulgarem arguunt; vide quæ habet huc facientia *Franciſci Irenæi* nomine edito Collegio in *Oldenburgeri* diſcurſus ad Inſtrumentum Pacis ſubjectus Indiculus auctorum (a) pag. 124.

Cujus verus auctor *in Pſeudonymis* ſuo loco detegetur. Addo nunc honoratiſſimum piæ memoriæ, dum viveret mihi amiciſſimum Dn. Scholarcham meum D. Antonium *Reiſerum* (b) ad D. Jacobi Paſtorem differt. de Atheiſmo pag 286. & minus hocce ſerium, vel nimis potius in plerisque lepidum Guidonem *Patinum*, (c) in Epiſtolis ſuis Gallicis, lettre 3. pag. 12. & de hoc iterum judicantem ſuo loco detegendum in Cap. de Anonymis Gallis Auctorem *Novorum Reipubl. Literariæ* (d) 1684. pag. 117. Quibus teſtimoniis alia inter ſe diverſa multum etiam liceret accumulare, maxime ſi ſpecialium etiam locorum cenſuras huc adſcribere vel memorabiles maxime allubeſceret. Ex quibus tamen omittere non poſſumus vicini nobis Profeſſoris Bremenſis (e) *Kippingii* unam, qua illius auctoris de *Ariſtotelico ſummo bono* ſibi adoptato etiam poſt tot alios multos epicriſin optimam male refert, ac pejus refutat l. 2. c. I. §. — p. 317. ut ex collato ipſius auctoris ea de re loco (f) & magis adhuc *commentatoris* modo detecti (g) inſpicienti cuivis ad oculum patet. Nec enim ipſe Summum Bonum Ariſtotelicum eo quod nusquam inveniretur apud quenquam, ſed quod in ſe vanum ac inſufficiens adeoque perperam pro Summo Bono venditatum eſſet, improbaverat, alias ob id, quod nusquam actu compareret, idem non rejecturus à philoſophia, qua non quid actu impetremus aut quæramus, ſed quid quærere debeamus & impetrare poſſimus, omnia quando ſatis ſedulo præſtitimus, exponi debet: ut alias in *philoſophia noſtra practica* toties, & in *JCti perfecti* initio ſtatim edocuimus. Interim ejusdem Kippingii alteram ſtricturam de philoſophia Epicurea excuſata non utique improbamus (h) eod. cap. §. XXVI. pag. 322. Sed longum nimis imo infinitum ſit ad particularia talia delabi. Hoc unum de Summo Bono, quia tanti momenti, & ad profeſſionem meam pertinens, utique prætermittere non ſuſtinui. Nunc illud ultimo loco ſubnectere omnino etiam inſtituti præſentis ratio jubet. Nempe opera omnia noſtri auctoris Anglice prodiiſſe poſt priorem hujus mei operis editionem A. 1686. in fol. Londini & erudite percenſeri ab eruditiſſimorum *Actorum Lipſienſium* auctoribus, Supplementorum ſuorum Tom. I. Sect. VI. p. 279. & ſeqq. Unde hic plenus titulus:

The

WORKS

OF

SIR, THOMAS BROWN

Kt. Doctor of Phyſick late of

Norvvich.

i. e.

Opera Thomæ Brovvnii, Equitis, Doctoris Medici, dum viveret Norvicenſis. Londini, impenſis Tho. Baſet, Rich. Chisvvel, Thomæ Savvbridge, Caroli Mearn & Caroli *Browne*; 1686. fol. *conſtant plag.* 154.

Unde (i) p. 286. de præſenti hocce libro agentia verba ſola nunc enotamus; auctarii loco addentes mitiſſimum de auctore Thomæ *Bartholini* (k) judicium, quod extat in doctiſſima illius de *legendis libris* diſſertatione II. pag. 37. quo durius longe *Memoria Schröckii Welſchiana* (l) in deperditorum ejusdem librorum indice poſthumo. Ita hi duo celeberrimi Medici de hacce Religione Medici plane inter ſe diſcordarunt. Interim non poſſum non de Auctore ſimul ac interprete addere ex libro non omnibus in manu ob molem & raritatem poſito Antony a *Wood*, Antiquitatum Oxonienſium Tom. II. pag. 336. quæ leguntur (m) hiſce verbis. Addo ſerius allatarum notarum *marginalium Diecmanniarum* (n) locum neutiquam prætermittendum poſt tot alia adjecta.

(a) Philip. Andr. Burgoldenſ. pag. 124. Indiculi poſt Colleg. ad Inſtrum. Pacis:
Liber Anglico ſermone prodiit, Latinitate donatus à D. Joh. Merry-Weather *Anglo. Auctor* l. 1. ſect. 2. *fatetur ſe reformatæ eſſe Religionis. Auctor hujus libri in nonnullis repræhenſionem meretur; Dubia enim interdum proponit, quæ non reſolvit: ſcrupulos injicit, quos non eximit. Se difficultatibus nonnullis urgeri fatetur, quomodo illis liberemur ſilet. Auctor eſt* Thomas Brovvne, *ut teſtatur præfatio in Editione Leidenſi, natione Anglus, arte Medicus, ut manifeſtum faciunt* ſect. 1. & 5. lib. I. ſect. 9. lib. 2. *Quod attinet hominis religionem, non fuit Puritaniſmo addictus, aut turpitudine inde pendentium errorum fœdatus. Vid.* Sect. 2. L. I. *& ex* Sect. 3. L. I. Sect. 6. L. I. Sect. 4. & 5. L. I. Sect. 3. L. 2. *Secutus eſt placita antiqua Eccleſiæ Anglicanæ, prout illa tempore Eliſabethæ reſtabilita fuit,* Sect. 5. l. 1. *In præfatione fatetur:* ſe partim privatæ exercitationis gratia, partim ne memoriæ exciderent, hæc conſcripſiſſe; nequaquam ut aliis normam ac religionis canones præſcriberet. *Quâ modeſtia, meo judicio, omnem errorem expiare videtur. Hæc autor ille habet, (qui fuit* Holſatus, *ceu patet ex annot. ad* Lib. I. Sect. 6.) *qui ad* Religionem Medici *annotationes adjecit Argentinæ, Anno* 1652. *Fatetur etiam auctor de ſuo libro, quod multa rhetoricè, multa tropicè (in eo) dicantur; prout ſcil. animi ſenſa commodiſſimè quæq; exprimere videbantur. Ideoq; flexibili quodam & leniori ſenſu interpretanda eſſe, non ad ſeveram rationis normam exigenda. Pergit:* Quæcunque denique in hoc continentur, provectiori judicio ceſſura ſunt, & ea tamen patrocinium noſtrum habitura, quæ doctiſſimorum Virorum calculus approbaverit. *Hæc ipſe auctor in præfat. Thomæ Brownii* Religionem Medici *ex puritate dictionis multis ſolitus eſt commendare H.* Grotius, *Relig.* § 30.

(b) Anton. Reiſeri Epiſt. de Atheiſmo, p. 286.
Quid de Religione Medici, *Libro autorem Anglum*

Anglum habente, ſtatuendum ſit, ex attenta ejus Lectione non difficulter conſtat. Varia ejus inſolita ex debito caſtigavit Moltkenius, *qui antehac cum annotatis eam publicavit. Multò plura adhuc reſtant, modò ſeverus accederet corrector. Illud valde crudum eſt & intolerabile, quod ſine omni diſtinctione* nullum unquam fuiſſe atheum *ſtatuit, Epicurum, Stoicos, hoſtes SS. Trinitatis, homines ab omni religione alienos*, Machiavellum, Lucianum, *& quos non? puros ab hoc crimine pronuncians, atq; hac ratione* Atheiſmum *pro non-Ente habens, omnes illos non obſcurè ſimplicitatis accuſans, qui tanto hactenus ſtudio Atheiſmum inter ipſos etiam Anglos impugnarunt, quorum nomina nuper* Hottingerus *in Bibliothecario recenſuit, qui certè hoc labore libenter ſuperſediſſent, ni de Patriæ ſuæ atheis certi fuiſſent.*

(c) Guy Patin Lettr. 3. p. 12.
On fait icy grand état du Livre, intitulé Religio Medici. *Cet Auteur a de l'eſprit. Il y a de gentiles choſes dans ce livre. C'eſt un melancolique agréable en ſes penſées; mais qui à mon jugement, cherche maitre en fait de religion, comme beaucoup d'autres, & peut-être qu'en fin il n'en trouvera aucun. Il faut dire de Luy, ce que Philippe de* Cominés *a dit du fondateur des Minimes, l'Hermite de* Calabre, *François de Paule,* il eſt encore en vie, il peut auſſi bien empirer qu'amander.

(d) Nouvelles de la Republique des Lettres, 1684. p. 117.
Cet Auteur ne parle gueres des gens & des Livres, ſans en dire ſon ſentiment avec beaucoup de liberté. Ainſi en parlant du Livre de la Religion du Medecin, il dit que celuy, qui l'a compoſé a de l'eſprit, & qu'il y a de gentiles choſes. C'eſt un melancolique —— — *Apparemment Monſieur* Patin *ne ſçavoit pas, que ce Livre avoit été compoſé par un Medicin Anglois, nommé* Thomas Brovvne.

(e) Kippingi *inſtitut. Ethic. Lib. II. Cap. I. pag. 317.*
Thomas Broun *Anglus, libro de Religione Medici* part. 2. Sect. 15. *pronunciat:* Summum bonum Ariſtotelis nihil aliud eſſe quam ſomnium & Chimæram. *Nimis crude! Vir perfecte bonus non eſt niſi in deſcriptione, re talis poſt lapſum nunquam fuit, mollius dicendo verè ait maximus amæniorum literarum Doctor Juſtus* Lipſius, *lib. 1.* Manuductionis ad Philoſophiam Stoicam Diſſert. 16. *Cauſa eſt, quod inſtrumentales cauſæ imperfectionis vitio obnoxiæ ſint, inde effectus ille multis cauſis eſt cum notabili defectu.*

(f) Religio Medici, p. 438.
Ideas Platonicas dum Ariſtoteles refutat, in ideam ipſe incidit; nihil enim aliud eſt ejus ſummum bonum, quam ſomnium & chimæra. Id cujus fruitione Deus pariter atq; Angeli felices ſunt, & cujus defectu Dæmones miſeri, id veram fœlicitatem appellare non metuam; ad hoc autem quicquid conducit, per haud invitam metaphoram eodem titulo inſigniri poterit: Præter hoc quicquid vulgus fœlicitatem nominat, mihi fabula & ſpectrum eſt; & amabilis tantum impoſtura, quæ præter nomen ſolum nihil fœlicitatis habet.

(g) Pag. 439. Annotat. ad Relig. Medici.

(Quam ſomnium & chimæra.) Plato multo melius Ariſtotele de ſummo bono philoſophatus eſt. *Vid. in ejus conviv. & ea quæ ibi Diotima ad Socratem profert.* Et reverà Ariſtotelis ſumma felicitas parum aut nihil perfectionis in ſe habet. Confer ea, quæ de hoc ſcripſit, cum Platonis dogmate. *Vid. & Auguſt. l. 8. de Civit. DEI c. 9.* Ille enim ſolum beatus & ſummè felix eſt, qui verum & ſummum bonum h.e. DEum amat, & fruitur eo.

(h) Kippingi *inſtitut. ethic. Lib. II. cap. I. p. 332. & 333. §. XXVI. Scribit Thomas Broune: Illud Epicuri dogma, quo providentiam divinam ſuſtulit, atheiſmus non erat; ex ſublimi enim & magnifica opinione de Deo conceptâ, majeſtatem ejus indignam judicavit, quæ viles iſtas inferiorum actiones curaret*, libro de Religione Medici, *part. 1. Sect. 19. Nimirum, uti aliàs ſemper, ita nunc erroribus viam præparans, haud obſtruens. Deus enim iſte, qui non habet curam rerum infra ſe conſtitutarum, fruſtra eſt, quia otioſus eſt. Et quid eſt, negare Deum eſſe, quam aſſerere, DEum non eſſe penes homines opis ſuæ indigos in variis fortunæ incertæ caſibus?*

(i) Actor. Erud. Supplem. Tom. I. Sect. VI. p. 286. *Alteram voluminis partem abſolvit* Religio Medici, *octavum edita, cum Commentario gemino, altero a* Kenelmo Digbæo *a. 1642. altero ab* Anonymo *a. 1654. exarato. Plura de opere hoc multis praclare monitis, ſed & non paucis paradoxis referto dicere haberemus, niſi* Joh. Merryvveather, *M. A. Cantabrigienſis a. 1644. Latine id convertiſſet, ejusque verſionem L. N. M. E. N. Germanus cum notis ſuis a. 1652. Argentorati recudi curaſſet.*

(k) Th. Bartholini Diſſert. II. de legend. Libris, pag. 37. *Eruditi quidam experiundi gratia aliorumq; judicia & cenſuras eliciendi, ſine nomine Opuſcula ſua prodire patiuntur, Apellem imitati, qui poſt tabellam latens etiam ſutoris de crepida & anſulis monitum excepit. Hoc animo* Thomas Broune *Religionem Medici religioſe divulgavit.*

(l) Memoria Welſchiana. Schröckii cap. 9. n. 66. pag. 70. ut & Welſchii edita Epiſtola de Scriptis ſuis ad Bibliopolas & Typographos S. Rom. Imperii, 1674. Nonis Januarii, ſubjuncta Th. I. ab Almeloveen Bibliothecæ Promiſſæ & Latenti in 8vo. Gaude 1692. pag. 116. & poſt Epiſtolas Gerhardi Johannis Voſſii recuſas Auguſtæ Vindelicorum in fol. 1691. pag. 18. n. LXVI. *Hunc libellum primus hoc nomine Anglicè conſcripſit Thomas Browne Medicus Anglus. Mox in latinam linguam translatus prodiit Amſtelodami in 12. & tertium recuſus eſt in Galliis: cum præfatione præfixa. Nec finis; quartum prodiit Argentorati cum notis quibusdam viri pranobilis, quem, quia nominari noluit, nec ipſe nominabo. Mira mihi ſemper inſcriptio viſa, & poſtquam legiſſem, abſonum atq; monſtroſi ingenii infelicem partum adverti. Dolui etiam univerſo Medicorum cœtui haut exiguam labem adſperſam, tam laxo ſcil. titulo, ac ſi omnibus eadem mens foret, quam ſanè ad Atheiſmum non tantum inclinantem, ſed remis velisq; omnibus properantem non eſt difficile agnoviſſe. Huic ergò me ubiq; oppoſui & ſingulis propemodum Lineis contradixi, ut noxium, impium, atheum & improbatæ lectionis oſtende-*

rem, ab omnibus damnandum, cujuscunq; fere religionis, eſſent, ſi modo Chriſtianam *fidem profiterentur.*

(m) Antonius Wood, Hiſtor. & Antiquitat. Univerſit. Oxonienſ. p. 336. lib. II. Thomas Brovvne, *Londini, infra Parochiam S. Michaëlis (CHEAP dict.) natus, & in Schola Wichamica Wintonienſi educatus; unde in hoc collegium translatus. Ubi & adgradum Magiſtri in Artibus ſuſceptum, commoratus an.* cIↃ DC XXIX. *peregrè profectus eſt, & medicinæ ſe ſtudio addicens, in exteris (ni fallor) regionibus, in ea facultate Doctoratum adeptus eſt. Poſt reditum in patriam ejusdem praxi clarus, in Collegii Medicorum Londinenſium Socium honorarium fuit cooptatus. Scripſit anglicè:* Religionem Medici, *Lond. 1642. &c. angl. qui liber non ſolum in latinum verſus eſt* (à Johanne Merryvveather Cantabrigienſi) *ſed etiam Gallicè, Italicè, Teutonicè, editus.* Pſeudodoxiam Epidemicam, ſive *Diſquiſitiones in errores vulgo receptos. Lond. 1650. &c. Angl. 16. 4ta vice 1658. De* urnis veterum ſepulchralibus, *in agro Norfolcienſi repertis. Lond. 1658.* Cyri hortum, *ſive de Quincunce, Rhomboide, &c. Lond. 1658.* Miſcellanea *quædam, nondum edita Anno* cIↃ DC LXXI. *menſe Septembri, cum forte per eas regiones Carolus II. obiret, ordinis equeſtris dignitate, ab eodem donatus eſt, Nordovici, ubi nunc vivit & floret, non ſine ſumma omnium inter quos verſatur, utilitate ſimul & admiratione.*

(n) Diecmannianæ notæ marginales hujus loci.

Meæ editionis, quæ Londini *A. 1672. 4. prodiit, &* Sexta *eſſe dicitur, hic eſt titulus:* Pſeudodoxia Epidemica, *or* Enquiries into very many rectived Tenents and commonly præſumed trouths together vvith the Religion Medici. *Singulis hujus libri paginis inſcribitur brevior titulus The* Enquiries in to vulgar and common Errors. *Continet quoq; hæc editio in Religionem Medici annotationes Anglicas Anonymi, itemq; Obſervationes Anglicas Kenelmi* Digbæi. *An liber hic* Religio Medici, *Anonymum numerum augeat, ideo hæreo, quia* Thomas Broune *ſuum nomen præfationi ad lectorem ſubſcripſit. Ex Epiſtola tamen ejus Norvici Ao. 1642. 3. Mart. ſcripta, conſtat, illum librum primum, ipſo inſcio, valdè immutatum excuſum eſſe, ut ita eum iſta facie pro ſuo agnoſcere non potuerit. Iſtud utrum expreſſo, an ſuppreſſo Brownii nomine factum ſit, dicere nequeo.* Cenſuram annotationum Nobiliſſ. *Moltkeni lectu dignam inſtituit* Anonymus, *quem modo retuli,* Anglus *præf.* Annot. *ſuarum ad Relig. Med.*

---

(862) De RELIGIONE RATISBONENSI ut appellatur ab illuſtri Seckendorffio, liber, quia Ratisbonæ Imperatori per Legatum Pontificium Contarenum exhibitus, quomodo *Martino Bucero* ſit adſcriptus, *à Maiemburgio: Johanni* GROPPERO Dri. Colonienſi & Canonico â Pontificiis: *Georgio* VICELIO, ex ſuſpicione Legati, vide Maiemburgium (a) verbis ſuis referentem addito interprete (b) & commentante (c) illuſtri Seckendorffio.

(a) Hiſtoire du Lutheraniſme par le P. Lovis Maimbourg, Livre III. 1541. pag. 389. 390.

Or comme l' Empereur le ſouhaittoit encore plus que luy, pour une raiſon, & une fin bien differente de la ſienne, il luy fit mettre fort ſecrettement, entre les mains par ſon premier Miniſtre Nicolas Granvelle *un écrit, contenant vingt-deux articles qu'il diſoit avoir eſté dreſſez par le bons & ſçavans Docteurs, qui croyoient en leur conſcience, qu' ils pouvoient eſtre acceptez des uns & des autres, ſans préjudice de la Foy Catholique. On ſçait neanmoins que* Martin Bucer *Prédicant de Strasbourg & Apoſtat de l' Ordre de Saint Dominique y avoit mit la main, & n' avoit pas manqué d' y faire couler ſubtilement le venin de ſon hereſie. Auſſi le legat qui eſtoit fort habile homme s' en apperçeut bien, & ne manqua pas d'y changer quelque choſe en vingt articles pour les rectifier. Mais comme d' autre part il vouloit avoir la gloire de faire cét accord, qui veû la diſpoſition des uns & des autres, eſtoit autant impoſſible que celuy qu'on voudroit faire entre la lumiere & les tenebres, &* JESUS CHRIST *& Belial: il ſe ſervit en quelques uns de ces articles, comme dans ceux de la juſtification, du merite des bonnes oeuvres, & de la Foy, de certaines expreſſions ambigues dont ni l' un ni l' autre des deux parties ne parut ſatisfait, parce qu' elles n' exprimoient pas tout ce que chacun pretendoit eſtre eſſentiel à ſa creance.*

(b) Seckendorf. Verſionis Maimburgianæ Lutheraniſmi lib. III. Sect. 22. p. 348.

Cum autem Imperator pacem illam magis, quam ipſe, quanquam ex alia ratione, & multum diverſo fine appeteret, ſecreto ipſi per miniſtrum ſuum primarium, Nicolaum Granvellanum, *ſuggeri fecit ſcriptum, viginti duo capita complectens, quod a bonis & eruditis Doctoribus compoſitum eſſe dicebat, pro conſcientia ſua credentibus, poſſe illa ſine præjudicio fidei Catholicæ ab utraq; parte acceptari. Compertum tamen fuit, manum iis admoviſſe, & venenum hæreſeos ſuæ ſubtiliter inſtillaſſe Martinum* Bucerum, *Eccleſiaſten Argentoratenſem, & ex ordine Dominicano Apoſtatam. Legatus ſane, vir induſtrius, id deprehendit, nec corrigere quædam in viginti articulis ceſſavit. At cum gloriam procurandæ concordiæ affectaret, quæ tamen pro utriusque partis diſpoſitione non magis, quam inter lucem & tenebras, Chriſtum & Belial, ſtabiliri poterat, uſus eſt in quibusdam articulis, v. gr. de juſtificatione, de meritis bonorum operum, & de fide, phraſibus aliquibus ambiguis, quæ neutri parti ſatisfaciebant, quia id non exprimebant, quod alterutra ad profeſſionem fidei ſuæ eſſentiale eſſe exiſtimabat.*

(c) Comm. de Luther. Seckendorf. Lib. III. Sect. 22. §. 85. p. 350. b.

De libro, quem Cæſar collocutoribus propoſuit, quod contenta attinet, poſtea agemus. De hujus autore à Pallavicino, *qui ex Contareni & Nuncii judicio* Gropperum *nominat,* (Maimburgius) *neſcio an ex ambitione, ne illum perpetuo Magiſtrum agnoſcat, an ideò diſſentiat, quod Groppero, ex quo paulo poſt in hiſtoria anni 1542. heroem facit, injuriam inferre videatur, ſi eum diceret autorem libri eſſe. Cæſar in exordio* Receſſus Comitialis §. Nachdem aber Chur-Fürſten *&c. compoſitum illum eſſe memorat à doctis quibusdam viris. Eccii ſuſpicio fuit, teſte Pallavicino cap. XIV. §. 4.* Vicelium *autorem fuiſſe, & ideo ille, quod huic vehementer infenſus eſſet, a libro abhorruit; nec fortaſſe prorſus fefellit eum conjectura; Librum enim Elector*

Brandenburgicus, cui non ingratus erat Vicelius, *Berolino attulerat, Luthero in tranſitu monſtraverat, & ab hoc reſponſum tulerat, eſſe reformationem Georgii Ducis & Miſnicorum. (de qua A 1539. egimus) vid.* Epiſt. Luth. *tom. 7. Alt. fol. 486. Credibile eſt,* plures *manum operi admoviſſe; incertum tamen, an* Bucerum; *quanquam Maimburgius, Cochlæum ſecutus, id aſſerere videatur, duriori etiam, quam* Cochlæus, *cenſura; ait enim,* Bucerum hæreſis ſuæ venenum libro admiſcuiſſe. *Interim* Gropperus, *ut Pallav. d. l. refert, à Pontificiis Legatis pro autore ſe haberi non detrectavit, & laudem modeſtiæ adeptus eſt, facilis ad emendationes ab illis propoſitas: neq; enim Contarenus ipſe librum correxit, quod ei tribuere videtur Maimburgius. Approbarunt inde librum* Thomas Badia *Dominicanus, palatii magiſter, qui Contareno aderat, &* Eccius; *ſed hic fere invitus. Cum igitur* Pallavicinus *d. l. §. 5. diſertè ſcribat, approbatum fuiſſe librum à Pontificiis, locum habere non poteſt epicriſis Maimburgi de vano* Contareni *ſtudio, conciliationem inter Chriſtum & Belial quærentis.*

(863) *De diverſis Gentium* RELIGIONIBUS ſive ut *Brouneus* Britannus in Verſione Merryvveatheri locutus, RELIGIONUM GEOGRAPHIA, ante XXX. & plures annos Amſtelodami prodiit; autor qui tum tectus *Bernhardus* VARENIUS. *Moltk.* ad Relig. med. pag. 4. & 5. Verba ſunt *Deckherri* de Adeſpot. Pag. 115. Sine dubio idem eſt Autor qui Geographiam Univerſalem nobis dedit Lipenius prætermiſit.

(863. α) EPISTOLÆ *Præſtantium &* ERUDITORUM *inter* REMONSTRANTES *Virorum Eccleſiaſticæ,* bis editæ, quomodo poſterioris editionis ſolius Philippi LIMBURGII ſcrinio, prioris vero inſuper Simonis EPISCOPII, Conradi VORSTII, & Caſparis BARLÆI; OCTO etiam LATINO-GALLICÆ Simoni GOULARTIO, juniori, debeantur, exponit accurate, ut ſolet, Amicus meus ſingularis, Joh. *Mollerus,* Flensburgenſis, Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ part. 2. pag. 109. & 223. cujus excerpta (a) (b) eo pertinentia repræſentamus.

(a) Joh. Molleri Iſagoge ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam & literariam part. 2. pag. 108. 109. §. VI. Remonſtrantes *ſive Arminiani, ex fœderatis Belgii Provinciis ferali Pſeudo-Synodi Dordracenæ Decreto ejecti, à Friderico, Duce Holſato-Gottorpienſi, ut novam ſibi in Ducatu Slesvicenſi Civitatem,* Fridricopolin, *condere inque iſta Sacris ſuis vacare liceret, invito Jac.* Fabricio, *Sen. Eccleſiarum Ducalium Antiſtite (qui peculiari ſcripto inedito admiſſionem illorum diſſuaſit) A. 1619. impetrarunt. Hiſtoria Coloniæ hujus petenda eſt ex* Epiſtolis Præſtantium & Eruditorum inter Remonſtrantes Virorum Eccleſiaſticis, *quarum primam Editionem Chriſt. Hartſoekerus, Cœtus eorum Fridricopolitani & Roterodamenſis ad annum uſq; emortualem 1683. Eccleſiaſtes, & Phil.* Limburgius, *Amſtelodamenſis illorum Eccleſiæ hodienum Antiſtes, an. 1660. Amſtelodami (in 4to) latino, &, biennio poſt Belgico ibidem (in 8vo) idiomate, ex* Epiſcopii, Vorſtii, Barlæi, *ſuisq; ſcriniis, publicarunt. Poſteriorem, Epiſtolarum plus quam 300. augmento ſuperbientem, & ſex in univerſum illarum Centurias cum dimidia exhibentem, ſoli* Limburgio, *qui Typis eam Amſtelodamenſibus an. 1684. in fol. evulgavit, debemus.*

(b) Idem pag. 223. Cap. V. §. 6. *Sim.* Goulartium *Jun. quem in Genevenſi Civitate, cujus Eccleſiæ pater ejus, ipſi cognominis, præfuit, natum credidi, Senliſienſem Silvanectinum eſſe, rectius fortè tradit vir Clariſſimus Henn.* Wittenius, *PP. Rigenſis magnam diligentia ſua Hiſtoriæ Seculi XVII. Literariæ lucem fœneratus, in Tomo, qui nuper prodiit,* Diarii Biographici *IIdo (ad annum ejus emortualem 1628. pag. 35.) Scripta autem, quæ Filio ibidem tribuit, Parenti ſunt vindicanda. Filium autorem agnoſcunt VIII. Epiſtolæ Gallico-Latinæ, quæ inter Eccleſiaſticas Remonſtrantium a Philippo* Limburgio *Anno 1684. Amſtelodami ſunt publicatæ (num. 374. 384. 424. 428. 429. 441. 445. 446.) & Scriptum, quod in earum prima allegatur, Gallicum:* Examen des Opinions de M. Fabrice Baſſecourt, contenuës en ſon Livre de Diſputes, intitulé: *Election Eternelle, & ſes Dependences.*

(863. β CIII.) REMONSRANTIUM in Belgio Theologorum *defenſiones Anonymæ variæ* prodierunt, ex quibus ſequentes poſtea in operibus SIMONIS EPISCOPII Profeſſoris aliquando Leidenſis, Amſtelodami Ann. 1665. in folio Tomis duobus excuſis, denuo exhibitæ, verum auctorem ſuum profeſſæ ſunt.

(863. γ CIV.) *Apologia pro Confeſſione ſeu Declaratione ſententiæ eorum, qui in fœderato Belgio vocantur REMONSTRANTES, contra* Cenſuram Leidenſium Theologorum 1630. in 4to ſine loco impreſſionis edita, voluminis ſecundi operum Epiſcopii p. 95. & ſeqq. recuſa.

(863. δ CV.) *Reſponſio ad libellum, cui titulus* Specimen Calumniarum atque heterodoxarum opinionum, ex Apologia REMONSTRANTIUM excerptarum *per Theologos Leidenſes.* Hardervici 1631. 4. Eodem Tomo p. 229.

(863. ε CVI.) *Vedelius Rapſodus, ſeu Vindiciæ doctrinæ REMONSTRANTIUM adverſus* Nicolai Vedelii *Arcana Arminianiſmi* 1633. ibid. pag. 32.

Plura etiam de re tota, & ſcripta ſimul quinque alia hujus argumenti anonyma deteget relatio ſequens Mſta.

(864. 865. 866. 867. 868.) REMONSTRANTES *poſt condemnatam A. 1619. in Synodo Dordracena ſuam de V. Articulis ſententiam, cum Sociniſmi etiam, ac aliorum errorum, à multis arguerentur* (1) CONFESSIONEM FIDEI *ſuæ A. 1621. ediderunt, ut ex ea falſitatem accuſationum iſtarum, homines candidi ac cordati perſpicerent. Ejus integer titulus apud* Hyde *Catal. Bibl. Bodlej. ſub lemmate* Remonſtrantes; *&* Lipen. *Bibl. Theol. Tom. II. p. 663. col. b. eſt: CONFESSIO, ſive DECLARATIO SENTENTIÆ PASTORUM, QUI IN FOEDERATO BELGIO RE-*

MONSTRANTES VOCANTUR, SUPER PRÆCIPUIS ARTICULIS RELIGIONIS CHRISTIANÆ, *Francof.* 4.1622. *Hardew.* 4.1622. Huic *Theo-* „*logi Leidenſes* (2) oppoſuerunt CENSURAM „CONFESSIONIS REMONSTRANTI- „UM (hanc nec *Hyde*, nec *Lipenius* habent.) „Reſponſum eſt illi (3) à Remonſtrantibus „ao. 1630. in APOLOGIA CONFESSIONIS „SUÆ, *contra Cenſuram quatuor Profeſſorum* „*Leidenſium* (*Andr.* RIVETI, *Joh.* POLYAN- „DRI, *Ant.* THYSII, *Ant.* WALÆI) Har- „dervv. 1629. in 4. edita, Hydeo & Lipenio „teſtibus. Repoſuere (4) Leidenſes *ſpeci-* „*men* CALUMNIARUM *ex Apologia* RE- „MONSTRANTIUM *excerptum* eod. Ao. „1630. Lugd. 4. Confutarunt autem iſtud „Remonſtrantes (5) in RESPONSO AD „SPECIMEN Hardevv. 4. 1631. & (6) in „PRODROMO contra illud 1630. edito. „Prodromum denuo impugnarunt Leiden- „ſes (7) ſuo RESPONSO Ao. 1631. publica- „to. Sed & illi ſatisfactum eſt (8) à RE- „MONSTRANTIBUS in REPLICA, ao. „1632. excuſa. Omnia hæc *octo ſcripta* eriſti- „co *ἀνωνύμως* prodierunt. *Primi*, *Tertii*, & „*Quinti*, Autorem eſſe Simonem EPISCO- „PIUM, non eſt dubium: cum operum „ejus Tom. II. Roterod. A. 1665. ab Arnol- „do Poelenburgio editorum, poſtea ſint in- „ſerta. *Secundum*, *quartum*, & *ſeptimum*, à „*Theologis Leidenſibus* jam nominatis ſunt pro- „fecta: inter quos tamen præcipuæ facile „partes fuerunt *Ant.* WALÆI. *Sextum* autem, „& *octavum* Joh. UTENBOGARDO Paſtori „Hagienſi, Mauritii Principis Arauſio- „nenſis Concionatori Caſtrenſi, & præ- „cipuo Arminianorum Directori vindico, „fretus autoritate Caſp. *Barlaei*, illi amiciſſi- „mi, in Epiſt. ad eum d. 6. Dec. ao. 1630. & „d. 26. Mart. ao. 1631. ſcriptis, ſcriptorem „indicantis. Inveniuntur autem illæ inter „Epiſtolas Præſtantium & eruditorum Vi- „rorum (præcipue *Remonſtrantium*) Theo- „logicas & Eccleſiaſticas Amſt. 1684. fol. editas. Hæc ex transmiſſis à Joh. *Mollero* Flensburgenſi. Quod ad Antonii *Walæi* merita in hoc facto attinet: plura habet *Bateſius*, in vitis ſelectorum Virorum Lond. 1681. excuſis pag. 645 (a) & ſeq. totum horum ſcriptorum hiſtoriam explicatius enarrans, & quid quisque contulerit ad Leidenſium Profeſſorum defenſionem, puta Johannes POLYANDER, Andreas RIVETUS, Antonius WALÆUS, atque THYSIUS, expreſſe memorans. Unde quædam (a) excerpta damus ex Mart. *Kempii* Bibliotheca Theologica (b) l. 3. c. 13. ut & ex *Hoornbekii* ſumma controverſiarum (c) cujus ad Socinianiſmum apparatus inibi citatus cum non ſit ad manum, hæc interim ſuffectura credidi. Plura qui vult, legat *Hornii* Hiſtor. Eccleſiaſticam ejus temporis, p. 215. & adductos in excerptis allegatis alios plures; ut & ſeq n. 904. Compendio vero elegantiſſimo Elenchum Errorum Remonſtrantibus per Reformatos impactorum quatuor Claſſibus diſtinctorum exhibet *Spanhemius*, in Elencho Controverſiarum pag. 243. & ſeqq. De confeſſione totius Eccleſiæ nomine poſtea publicata a ſolo EPISCOPIO vero conſcripta fatetur, & rationes reddit Philippus à *Limborch* Admonitione præfixa parti alteri operum illius lectu digna, cujus ſub lit. (d) excerpta damus. At ARMINIO deberi docet *Symbola Maſtrichtiana.* (e)

(a) Bateſius in Vitis Selector. Viror. Lond. 1681. excuſis pag. 645. & 646. *Abrupto hoc colloquio denuo ad arma itum eſt. Inſtigante præſertim utraque Hollandiæ Synodo: & Theologiæ Profeſſores detexerunt ſtatim latebras Confeſſionis Remonſtrantium, editô libello prodromo per Walæum, quo periculoſa eorum dogmata indicabantur: quæ adverſario libello conati ſunt Remonſtrantes extenuare: ad quem iterum nomine facultatis Theologiæ Walæus reſcripſit, & quem velare conabantur, Socinianiſmum, occepit detegere. Mox confeſſionem ipſam in partes æquas diviſere. Primam* Polyander, *Secundam* Rivetus, *Tertiam* Walæus, *Quartam* Thyſius *ſumſere ſibi excutiendam refutandamq;: Secundam partem abſolvit Rivetus, Tertiam Walæus, ſed ad primam quartamq; plurimum quoq; Walæus contribuit, id petentibus ab eo Collegis, quem maximè in iis controverſiis verſatum credebant. Cumq; Delegati Ordinum Hollandiæ & Synodus utraq; peterent, ut ea cenſura à Theologiæ Profeſſoribus in Lingua Belgica ederetur, qua edita quoq; Confeſſio eſſet, obtinuerunt a Walæo ejus Collegæ, ut in ſe id oneris admitteret, permiſeruntq; ſimul, quibus vellet locis, eam interpolare. In cenſendo autem hoc præcipuè egerunt Profeſſores, ut obiter refutata Confeſſione, præcipuè elicerent, quod novarum opinionum etiamnum latere ſuſpicabantur. Qui novas opiniones cudunt, quædam tantum majoris momenti propalant, quæ arctius opinionum ſuarum fundamentis connectuntur: in reliquis & generalius & lenius loqui conſuevere, ne vel adverſarios irritent nimium, vel ſequaces abſterreant. Qui verò novatoribus ſe opponunt, ut celari connexa vident, ita & principia alia tegi arbitrantur, quare omnia in deteriorem partem trahunt. Solebat autem ſemper* Walæus *conqueri, nihil ſe unquam majori tædio quàm eam verſionem perfeciſſe, quâ nec doctior fieri nec excitare ingenium, aut exercere judicium poterat: alteri tamen non fidebant Eccleſiæ, cum in talibus controverſiis etiam in loquendi modo poſſit error committi. Ad hanc cenſuram* Epiſcopius *Apologiam pro confeſſione edidit: in qua etiamnum credebat* Walæus, *præcipua ſua dogmata conatum eſſe incruſtare; quare ad cenſuræ vindicias Refutationemq; Apologiæ iterum ſe accinxit: annotaveratq; in eam non pauca, quæ inter* Walæi *manuſcripta aſſervantur. Verum injuncta illi Novi Teſtamenti, librorumq; Apocryphorum in linguam Belgicam verſio Commentatioq; id inſtitutum interrupit. Suſcepit ejus Apologiæ refutationem* Franciſcus Junius, *Sylvæ-Ducenſis Paſtor doctiſſimus, qui plene* Walæo *non ſatisfecit. Cumulatè verò Jacobus* Triglandius, *in locum Riveti ſucceſſor, Walæi collega. Minus exercitati in controverſiis non præcavent primum, quæ illis poſtea poſſunt obeſſe, nec facile extendunt cogitationes ad ea, quæ deciſa controverſia per totam ſcientiam conſequuntur.*

(b)

(b) Mart. Kempii Biblioth.Anglor. Theologica Lib.III. cap.13. pag.397. ſeq. Antinomis *commodè ſociantur* Arminiani, *ſive ut ipſi ſe appellant*, Remonſtrantes, *aut* Remonſtrantico-Reformati, *qui paſſis velis omnes religiones admittunt, & ad Libertinismum terminantur. Nominatim vero* Sociniſtis *ſe miſcent, uti probant peculiaribus commentariis* Vedelius *in Arcanis Arminianiſmi :* Bodeckerus *in Sociniano Remonſtrantiſmo:* Feſtus Hommius *in ſpecimine controverſiarum Belgicarum, è* Venatoris *declaratione, pag. 112. Nomen traxerunt à* Jacobo Arminio, (*ſive* Jacobo Herman(*quod vocabulum in* Arminium *mutarat*) *Veteraquinate Batavo, ex oppidulo* Oudewater/ *in meditullio Bataviæ oriundo, Eccleſiæ Amſtelodamenſis paſtore. Vir erat ingenii quidem excitatioris, verùm cui nihil arrideret, niſi quod aliqua novitatis ſpecie ſe commendaret* , — — — — Pag. 398. *Præcipuus ſectatorum ipſius erat Johannes* Utenbogardus, *magni nominis concionator, ſed literarum humaniorum fere rudis, cujus inprimis autoritate ac inſtantia commoti, penes quos poteſtas,* Arminium *in defuncti* Franciſci Junii *locum, ad Profeſſionem Theologicam in Academia Leidenſi vocarunt, ubi primus currentis ſeculi anno tertio Theol. Doctor creatus eſt, anno autem 1609. ætatis quadrageſimo nono deceſſit.* — — — — — — — — — — — *Hinc diffidia in Eccleſiis Belgicis mota ſunt, ex quibus poſtea ſchiſma Remonſtrantium propullulavit. Qui* Arminio *adhærebant ARMINIANI ; quiv erò receptam à Reformatis defendebant doctrinam, GOMARISTÆ appellabantur, à Franciſco* Gomaro *itidem Theolog. in Academia Leidenſi Profeſſore & Arminii collega, qui novitatibus his ex juſtiſſima cauſa infenſisſimus erat. Iisdem arma ſpiritus & veritatis obverterunt plures Anglorum; Nempe* Abbotus, *Wilhelm.* Ameſius, *profundæ & accuratæ eruditionis Theologus , qui non ſolum ante Synodum nationalem,* Cal. Novemb. *anno 1618. præſentibus Theologis Fœderati Belgii, Britannicis, Palatinis, Brandenburgenſibus, Bremenſibus , Embdanis aliisq; coactam; duello theologico cum Nicolao* Grevvinckovio ; *ſed etiam ſcripta editaq; coronide adCollationem Hagienſem,* Amſtelodami *12. anno 1636. in quarto, Leidæ anno 1618. & poſt Synodum Antiſynodalibus cum univerſa remonſtrantium ſocietate , refutatis capitalibus eorum ſcriptis, fortiter , prudenter & feliciter pugnavit, & aliorum in hoc certamine fortem & invictum ducem ſe præbuit. Vid. ejusdem Diſceptationem cum Nicolao* Grevvinckovio, *de* Arminii *ſententia , qua electionem omnem particularem fidei prævisæ docet inniti : In quarto,* Amſtelodami, *1613.* Ad *reſponſ. Nicolai Grewinckovii reſcriptionem contractam, Leidæ in 12. 1617. & Hardervici 12. 1645. Antiſynodalia ſcripta in 12. Amſtel. anno 1633. Exercitationem Apologeticam pro divina gratia, octavo, Franekeræ, 1636.* — — — — *Anno 1621. Confeſſionem ſuam, qui merus cothurnus eſt, verbis ex ſchola Socinianorum depromptis, conſarcinatus, ediderunt, & cum cenſura Theologorum Leidenſium (cujus auctor creditur* Feſtus Hommius) *notaretur, Apologiam Socinianis erroribus non parum infectam anno 1630. emiſerunt; quam declaratio ejusdem nihilo melior excepit. Eſt autem* Arminianiſmus, *vel* Remonſtrantiſmus, *qualis circa tempora Synodi prædictæ præcipuè & poſt illa fuit, nihil aliud, quam in quibusdam articulis fidei,* Crypto Socinianiſmus *ſub* Libertiniſmo, (*non vivendi, ſed*) *credendi, deliteſcens, & clanculum ſubintroductus ; aliis ipſius Arminii dogmata quædam attendentibus, eſt in præcipuis fidei articulis, ſubtilis* Papiſmus: *Aliis in controverſis fidei articulis* Pyrrhoniſmus *Theologicus : Aliis diſpoſitio ad* Socinianiſmum. *Evolve* Baily *antidotum contra Arminianiſmum,* Davenantii *animadv. in* Hoardum, *de amore DEI erga homines :* Featlæi, *Pelagium redivivum : Ep.* Hotton. Kendall. *contra Johann.* Goodvvin. *Anonymi Parallelismum* Novantiqui erroris Pelagiarminiani, *Latinè & Anglicè in quarto. 1626. Londini.* Sam. Rhetorfortis, *Examen Arminianiſmi, octavo, Ultrajecti, anno 1668. Quo de Matthias* Nethenus, *Theologus Ultrajectinus, in Præfatione ad Lectorem ſic pronunciat :* Ex omnibus libris, quos, contra Remonſtrantes, Theologi noſtri Latinè ſcripſerunt, nullum ego quidem novi, qui tam plenè, doctè, nervoſe, methodicè, & ſimul quantum licebat, breviter, adeoque tam accommodatè ad Tyronum & Doctiorum uſum, totam Remonſtrantium doctrinam examinaverit, & Orthodoxam Eccleſiarum noſtrarum doctrinam contra eos aſſeruerit, quam eſt hic *Doctoris Rhetorfortis* Liber.

(c) Hoornbeck Summæ Controverſiar. *Libro VIII.* in principio. pag. m. 576. & 577.

Vivere deſiit Arminius, à CIƆ IƆC IX. *In cujus locum deſignatus quidem erat* Conradus Vorſtius; *ſed quum tempeſtivè ſe prodidiſſet, præſertim in libro* de DEO, *non tantum quas partes turbasq; foturus eſſet adverſus rectè ſentientes & docentes in doctrina Prædeſtinationis, ſed hæreſi* Socini *imbutum pectus, & varia opinionum monſtra à ſe ali, de quibus & Eccleſiæ noſtræ, & Rex Magnæ Britanniæ* Jacobus *Illuſtriſſ. Belg. Ordines monendos exiſtimabant; nunquam hic muneri , ad quod quidem vocatus erat, & cujus occupandi cauſa Leidam jam cum familia ſua venerat, admotus fuit. Unde factum, quod eum poſtea* Sociniani , *ad capeſſendam apud ipſos Theologiæ profeſſionem, invitarint : quæ in Apparat. ad Tom. I. Socinianiſmi Confut. p. 95. plenius , ubi oſtendendum mihi fuit , quomodo ſub nomine* Remonſtrantium (*quo pacto ſe ipſos lubenter appellant, aut* Remonſtrando-Reformatos, *uti in inſcriptione Catecheſis ſuæ illud nomen ab anno* CIƆ IƆC X. *acceperunt ex libello, ſeu* Remonſtrantia, *uti vulgo dicimus, Ordinibus Hollandiæ oblata , quam in Collatione Hagienſi, anni ſeq.* CIƆ IƆC XI. *& apud Baudartium in Hiſtoria, legere eſt*) *tum à* Vorſtio, *tum ab aliis, Socinianiſmus in noſtris Eccleſiis innoteſcere & doceri cœperit. In quo haud ſegnem operam à Simone* Epiſcopio *etiam collocatam, nemo inficiabitur.* Epiſcopius *iſte, de quo ſimiliter, loco jam à me aſſignatô, dixi, ſedulus* Arminii *diſcipulus, cuiq; ſua ſtudia potiſſimum debebat, in locum* Franciſci Gomari *Leidam accitus fuit a.* CIƆ IƆC XII. *atq; poſtquam à Synodo Dordracena a.* CIƆ IƆC XIX. *una cum aliis Remonſtrantium Doctoribus munere exauctoratus fuit , tamen invita & Eccleſiâ & Rep. Rotterodamum primum, inde Amſtelodamum , ut* Remonſtrantium ſeminario præeſſet, & juvenes, qui in ſpem Eccleſiæ aluntur, in Theologia inſtitueret, *uti palam de eo loquitur* Stephanus Curcellæus, *in præfat. Operum* Epiſcopii, *repedavit; atq; ne Prædeſtinationis negotium parum Schiſmati videretur, Sociniana dogmata paſſim ita ſuis immiſcuit, ut & Remonſtrantium fecerit, & ſectæ affricarit, quam ducebat. Hinc ne* Confeſſionem *dicam, quam ita ambiguam & laxam fecit, ut ſub ea, quemadmodum patuit, ſatis tuto præſidio*

dio Socinianiſmus lateret, Apologiam *illius ſeu Socinianiſmi novam Confeſſionem edidit*, *Remonſtrantium omnium nomine.*

(d) Philippus à Limborch, in Admonitione ad lectorem, præfixa alteri parti operum Epiſcopii.

Mirabitur tamen fortaſſe aliquis, cur Confeſſionem Remonſtrantibus *omnibus communem, privatis* D. Epiſcopii *operibus inſeramus. Plura id ſuaſerunt. Quia* Epiſcopius primus eam concinnavit: *& quia* Apologiæ, quæ etiam Epiſcopium agnoſcit autorem, *ut jungatur, ipſa res videtur poſtulare: Maximè verò, quia ſumma exemplarium illius penuria eſt, & ſummopere intereſſe exiſtimamus ſemper eam extare, omniumq; manibus teri: tum quia breve & perſpicum continet totius Religionis Chriſtianæ compendium: tum vel maximè ob præfationem, quæ verum & rectum Confeſſionum uſum aſſerit, varios illarum abuſus notat, remediumq; continet ſalutiferum contra immoderatos illorum conatus, qui eas tanquam normas ſecundarias, aliorum conſcientiis imponere ſatagunt.* Nihil tamen propterea confeſſioni decedit, ac ſi ſolius Epiſcopii eſſet, *atq; ille ſuo arbitrio eam adornaſſet, ſuosq; conceptus pro ſententia totius communitatis venditaſſet, uti multi criminati ſunt. Abſit tam tetra ſuſpicio. Animum ipſi produnt ſuum, qui dum in aliorum conſcientias dominatum ambiunt, aliorum animos ex ſuo æſtimantes, ſuum ipſis crimen impingunt. Omnes non potuere ſimul eſſe autores; per unum concipi & concinnari oportuit: ita* Confeſſio Belgica *autore conſcripta eſt Guidoni* de Bres, *Catechiſmus* Heidelbergenſis, *Zachariæ* Urſino: *imo Confeſſio* Auguſtana, *tantopere celebrata, quam tot Duces, tot Eccleſiæ in Germania pro pro ſua agnoſcunt, in operibus* Philipp. Melanchthonis *exhibetur. Nullus tamen tantum autoribus illarum crimen impingere ſuſtinuit. Imo docet nos Hadrianus* Saravia *in Epiſtola ſua ad Joannem Uytenbogardum, Guidonem* de Bres *Confeſſionem Belgicam ſibi & paucis tantum, quos nanciſci potuit, concionatoribus communicaſſe & examinandam tradidiſſe. Docet nos Joannes* Uytenbogardus *in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica, Synodos aliquot in Hollandia decretum cudiſſe, ne quis paſtor ad docendum admitteretur, niſi ſubſcriptione confeſſionis hujus, triginta ſeptem articulis conſtantis, ſuum cum reliquis in doctrina conſenſum teſtatus eſſet: cum tamen nuſquam appareat, eam in ſynodis lectam, aut legitimè ad DEI verbum, tanquam Lydium lapidem, exploratam fuiſſe: imo paſtores aliquot adeo fuiſſe ignaros, ut, cum agi audirent de ſubſcriptione triginta ſeptem articulorum, quæſiverint, qui & quales illi articuli eſſent? Remonſtrantium vero confeſſio antequam vulgata eſt, omnibus legenda, examinanda ad verbum DEI, unicam fidei noſtræ normam, exigenda tradita, tandemque unanimi omnium conſenſu approbata eſt, ne iis quidem exceptis, qui ergaſtulis & carceribus captivi detenebantur. Licet itaq; primus ejus autor ſit EPISCOPIUS, revera tamen omnium opus cenſeri debet. Nullum tamen propterea confeſſioni auctoritatem conciliare volumus, quaſi nefas ducamus ab ea, tanquam norma fidei, vel latum unguem diſcedere. Minimè: ipſi Remonſtrantes in præfatione (quam à confeſſione ſua ſeparari nunquam volunt) contrarium coram toto mundo proteſtati ſunt. Idem illis animis fuit, qui primis confeſſionis Belgicæ autoribus & recognitoribus, quorum nemo, ut idem* Saravia *ſcribit, unquam cogitavit fidei canonem edere, verum ex Canonicis Scripturis fidem ſuam probare: idem illis etiamnum animus eſt, & quoad Remonſtrantes ſunt, permanebit.*

(e) *Symbola Maſtrichtiana.*

(Jacobus ARMINIUS.)

Ille eſt auctor Apologiæ remonſtrantium, quod docuit Manaſſe ben Iſrael. *Epiſcopii intimus Oomius in diſſert. Belgice ſcripta, de praxi Theol. pag. 297. qui in margine citat,* Manaſſe ben Iſrael, *l. 3. de reſurrect. Mort. cap. XI.*

---

(869) RESTITUTIO *in integrum benedictionis* CEREI *Paſchalis,* celebris *Junilii* (Natalis) BEDÆ, aliis BEDDÆ Theologi Pariſienſis, putari ſcribitur, ab alia illius ſcripta memorante Auberto *Miræo* part. 2. pag. 21. Quod alius meorum Bibliothecariorum nemo, certe non *Friſius, Simlerus, Hyde, Geſnerus, Königius* ſcripta illius alia memorantes, monuere.

(869. α) *De* RESURRECTIONE PRIMA, *cujus Johannes meminit,* Apoc. cap. XX. v. 5. 6. *Epiſtola ad Amicum.* Anno M. DC. XCV. in 4to trium quaternionum ſive viginti quatuor paginarum philyra, dono mihi auctoris obtigit *Brandani Henrici* GEBHARDI, *Profeſſoris Ebrææ linguæ in Academia Gryphiswaldenſi* per Civem meum & olim Auditorem cariſſimum, nunc amicum honoratiſſimum Dn. M. Hermannum KROGMANN, referentem etiam, quod doctiſſimus auctor nomen ſuum propterea reticuiſſet, ut de hac ſua interpretatione plane ſingulari, ſolique hactenus Ludovico ab *Alcaſar* à ſolo Cornelio a Lapide allegato, propoſita, doctorum judicia, tanquam Apelles pone tabulam latens exploraret. Ea vero in hoc ponitur, quod exemplaris reſurrectio ſicuti duorum teſtium Apocalypticorum, ita hic Confeſſorum & Martyrum ſit intelligenda.

(869. β) ROSELLA *caſuum conſcientiæ,* quam & SUMMAM BAPTISTIANAM nominant, Lovanii 1483. & Spiræ 1488. In folio, editam. *Joh. Bapt.* ROSELLO patavino nonnulli tribuunt; Alii tamen à *Baptiſta de* TROVAMOLA, *Salio* Ligure, ordinis Minorum, ſcriptam eſſe putant. *V. Miræus* in Bibl. Eccleſiaſt. part. II. pag. 1. (a) *Königius* in Biblioth. ſua, *Ghilini* in Theatro hominum literatorum, *Thomaſinus*, in *Gymnaſio Patavino*, ut & in *Elogiis* Virorum Illuſtrium, *Lipenius* item de *utroq; omnes ſilent.* Ex *Hyde* tamen in Biblioth. Oxon. eam quoque Arg. 1516. prodiiſſe ἀνωνύμως patet. Et *Simlerus* in Bibliotheca *Gesneri* pag. 85. & *Friſius* p. 101. *Summam* hanc *Baptiſtianam Baptiſtæ* cuidam de SALIS, ordinis fratrum Minorum provinciæ Januenſis adſcribunt, *Baptiſtæ* de *Trovamola* ibidem (b) quam *Simlerus* pag. 343. cum *Friſio* p. 407. vindicat *Johanni Baptiſtæ* de SALIS vel ROSELLIS, JCto. (c) Dubium itaque eſt, fuerit-ne unus variè ſic cognominatus, an duplex libri hujus auctor. Ubertus *Folieta* in Elogiis ciarorum Ligurum hic nihil nos adjuvat. Corneli-

us à

à *Beughem* incunabulor. Typographiæ p. 165. habet: *Summa Roſella, cum maximo ſtudio emendata.* Venet. 1494. in 4. pag. vero 137. ea, quæ leguntur ſub tit. (d)

(a) Aub. Miræus in Bibl. Eccleſ. part. II. p. 1. *Joannes Bapt.* Roſellus *Patavinus annis amplius quinquaginta Jus Civile publice docuit, & Conſilia quædam de Monte pietatis 1494. publicavit, quo tempore mons ipſe pietatis primum inſtitutus fuit. Reliqua ejus ſcripta incendio & injuria militari periiſſe,* Scardeonius *in ſuo Patavio narrat.* Roſello *nonnulli adſcribunt* Summam Baptiſtianam, *quam &* Roſellam caſuum conſcientiæ nominant, *Lovanii 1483. & Spiræ 1488. in folio editam. Alii tamen hanc Summam putant ſcriptam à* Baptiſta de Trovamala, Salio, *Ligure, ordinis Minorum.*

(b) Simlerus Geſnerianæ Biblioth. pag. 85. & Friſius pag. 101. Baptiſta Trovamala, *ordinis Minorum obſervantiæ, ſcripſit Summam ad utilitatem ſimplicium confeſſorum* ordine Alphabeti, *quæ nominatur* Roſella caſuum conſcientiæ. *Impreſſa eſt Argentinæ, anno Domini 1516. in folio chartis 58. Floruit auctor Lovanii ao. 1483.*

(c) Idem *in Biblioth.* Geſner. pag. 343. & 307. *Johannis Baptiſtæ* de Salis *vel* Roſellis. *JC. Summa* Roſella, *quæ &* Baptiſtiana vocatur.

(d) Cornel. à Beughem, incunabulor. Typographiæ, pag. 137. *Baptiſta* Travamola, *Ord. Minor. claruit an. C. 1483. Summa caſuum Conſcientiæ, hinc* Roſella Baptiſtiniana *adpellata, continens explicationes variarum juris quæſtionum, ſecundum Alphabeti ordinem. Papiæ 1489. Venet. 1499. in 8.*

(869. ββ) De REVOLUTIONE ANIMARUM, quanta ſit illius doctrinæ cum veritate Chriſtianæ Religionis conformitas, *Problematum centuriæ duæ*, lectori modeſto modeſte propoſitæ, ac *Latinitate donatæ, juxta* Exemplar *Anglicanum,* Londini An. 1684. impreſſum. Annexus eſt hic libellus opuſculis philoſophicis, quibus continentur principia Philoſophiæ antiquiſſimæ & recentiſſimæ, ac Philoſophia vulgaris refutata, ed. Amſt. 1690. 8. Autorem libelli de *revol. animæ*, inquit D. Caſp. *Löſcherus*, Theologus Witteb. in Diſſ. de glorioſo animarum cœlo, Witteb. 1692. habita §. 14. *Franciſcum Mercurium* van HELMONT eſſe, è Societate Quakerorum ob eundem tractatum exturbatum, Eruditis compertum eſt. Et de Helmontio quidem, metempſychoſeos Patrono, rem totam tradit Gerardus *Crœſus*, Hiſtor. Quakerorum l. 2. pag. 282. ſs. qui eum non à Quakeris exturbatum, ſed ipſum Quakeris omnibus valedixiſſe narrat, cum iis ſe ob hanc ſententiam valde inviſum eſſe ſentiret, quam Pſeudonymus, qui ſe *Philalethen* vocat, in elucidat. ad Crœſi Hiſt. Quak. Ambſt. 1696. 8. excuſis, p. 121. Helmontium jam ante 36. & plures annos foviſſe, & intrepide de ea locutum fuiſſe refert. Num idem *Helmontius* quoque *opuſculorum* illorum *Philoſophicorum* auctor ſit vel habeatur, mihi non conſtat.

(869. γ CVII.) *Martini de ROA de ſtatu animæ purgatæ* librum *ex Italico Latinum* fecit, ediditque Viennæ 1633. in 16. nomine ſuo non adſcripto *Jo.* BUCCELENUS, *Jeſuita Italus*, teſte *Alegambe* pag. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat, æque ac Sotvellus p. 428 a. Leon. *Cozzandus* inſcriptionem hujus libri facit *de ſtatu animarum purgatorii*; v. *Acta Erud. Lipſ.* 1695. pag. 473.

(869. δ CVIII.) *Alphonſi* RODRIGUEZ *Valeſolitani* (fuit enim & alius ejusdem cognominis *Segovienſis*) uterque Hiſpanus, ac *Jeſuita*, v. *Alegamb.* p. 19. & ſeqq. *Exercitium perfectionis & Virtutum Chriſtianarum*, omnium virtutis exercitium ſtrenue ſectaturorum lectione dignum opus eſſet, niſi tot ſuperſtitionibus pontificiis undique ſcateret. Illud *Hiſpanicè* primum ab auctore conſcriptum, in varias poſtea linguas eſt transfuſum. *Latina* editio Colon. 1612. in 4 prodiit, nullo interpretis appoſito nomine: quem duplicem fuiſſe tradit *Alegambe* p. 300. nempe *Joannem* TANNEMAR, neſcio quem, qui primum & *Leonardum* CREDER *Jeſuitam*, qui reliquos Tomos transtulerit.

Ac totidem verbis repetitis *Sotvell.* p. 549. a. qui uterque in ipſius *Rodriguetz* memoria, ille p. 20. b. hic p. 38. a. opus illud mire commendat, & auxeſi Jeſuitica *in omnes linguas transfuſum* ſcribit, & ſæpius recuſum. Nicolaus *Antonius* Bibliothecæ Scriptorum Hiſpaniæ pag. 3. (ubi duplex etiam Hiſpanus Alphonſus Rodriguetz, etſi non *Jeſuita* additur,) editiones aliquot & verſiones recenſet; at plures etiam addit repetitis Antonianis *Sotvellus* (a) loco citato p. 39. p.

(a) Sotvell *Biblioth. Scriptor. Societ. pag. 39. a. Prodierunt hi libri* Hiſpanicè, *Hiſpali apud Matthiam Clauyo 1614. in 4. Barcinone 1618. in 4. Cæſar Auguſtæ 1625. in 4* Latinè *eos vertit Matthias* Martinus de Vauc-quier. *Duaci 1625. in 8* Italicè *Tiberius* Purignanus, *Romæ, typis Zannetti, 1617. in 8.* Gallicè *noſter Paulus* Duizius, *Pariſiis 1621. in 8* Germanicè *D. Philippus* Kiſſing, *Parochus Diœceſis Moguntinæ 1622. & noſter* Leonardus Creder. Belgicè *Heribertus* Rosvveidus *Partem I. Marcus* Vander Tympel II. *Jacobus* Stratius *III.* Anglicè *varios tractatus varii transtulerunt.* Bohemicè *Georgius* Conſtantius *noſter, Pragæ, 1663.*

(870) MEDITATIONES *inter recitandum* ROSARIUM, Audomari 1610. Scriptum hoc ἀνωνύμως editum, & ad Joſephum CRESWELLUM Jeſuitam natione Anglum referri debere, *Witten Diar.* Biogr. A. 1623. 19. Febr. voluit. Pro anonymo nec Alegambe nec Sotvell habet. *Pitſeus* ad annum 1611. pag. 813. libri plane non meminit quædam alia tamen ſuppreſſo nomine auctorem ſcripſiſſe ferri, & adhuc in Hiſpania vivere teſtatur.

(870. α) Libri RUTH *Textuum, Syriaci & Arabici, Verſio Latina*, in opere Bibliothecæ Patrum Pariſienſi, 1646. *Abrahami* ECCHELLENSIS, à Valeriano *Flacignio*, in Epiſtola de opere Bibl. Pariſienſium P. 1664. in 8vo. & incerti ap.

eundem, Ep. II. pag. 17. 18. annotante *Normanno* docetur.

(870. *aa*) De SACRAMENTIS, Mſtum in Bibliotheca Collegii novi Oxon. James. in Catal. MSS. conjicit eſſe PARISIENSIS, ut Dn. *Cave* in literis de A 1676. 12. Kal. Jun. ſc. MATTHÆI qui Hiſtoriam Anglicanam quoque condidit. Nihil quod huc faciat, habet *Pitſeus*.

(871) *Simplex Inſtitutio de diſſidio* SACRAMENTARIO inter Evangelicos. Autorem hujus libri putat eſſe *Henricum* WOLFIUM, *Hotting.* Biblioth. quadrip. p. 457. Nec libri *Lipenius*, nec autoris *König* meminit.

(872) EXEGESIS SACRAMENTARIA, Lipſiæ 1574. *Lipenio* non memorata. Auctor ejus fuiſſe narratur *Joach.* CURÆUS, Medicus Freiſtadienſis in Sileſia, Caſpari Peuceri Conjuratus Frater. *Refutarunt* eam D. Joh. *Wigandus*, & Tilemannus *Heshuſius*. Typographus Lipſienſis Erneſtus Voegelinus ob ejus impreſſionem graviter ab Auguſto Electore multatus ad Sacramentarios profugit. In quibus fidem ſequor Joh. *Molleri*, Flensb. qui excerpſit hæc ex Conradi *Schlüſſelburgii* libro IV. Theol. Calviniſtarum, ſeparatim Francof. 1610 edito. Quod ad *Wigandum* attinet, ejus ſcriptum comparet ap. *Adamum* in vita, inter libros Polemicos pag. 619. hac fronte:

Analyſis Exegeſeos Sacramentariæ, ſparſæ in ſede Lutheri à PEUCERO *Medico*, PEZELIO, *&* CRUCIGERO *Apoſtatis*.

De *Curæo* vero in Vitis Medicorum apud eundem, quod huc faceret, plane nihil, ſed ſolummodo *Gentis Sileſiæ annales*. Quod ſane mirere nec niſi data opera etiam intelligas, vel ab ipſo Jo. *Ferinario*, Profeſſore Marpurgenſi, ex cujus Oratione, de vita & morte *Curæi*, *Melch. Adami* ſua ſe excerpſiſſe profitetur, vel ab excerpente ipſo; quod non crediderim; aliam in aliis diligentiam ejusdem reſpiciens. Quin magis etiam id miror, quod de medico referens ne medica quidem illius ſcripta recenſet, quæ legere eſt apud Georg. Adamum *Mercklinum*, Lindani renovati p. 509. Sed quid, quod ipſa hæc exegeſis præfixo ſtatim nomine auctoris prodiit Heidelbergæ: ut habet titulus in 8. a. 1575. ſic conceptus:

EXEGESIS *perſpicua & ferme integra controverſiæ de Sacra Cœna, ſcripta, ut privatim conſcientias piorum erudiat, & ſubjecta judicio ſociorum confeſſionis Auguſtanæ, quicunq; candide & ſine pravis affectibus judicaturi ſunt.* Auctore *Joachimo* CUREO Freiſtadiano. Ejusdem auctoris *Spongia exigua & mollis, comparata ad eluendos colores, quos illevit Controverſiæ de Sacra Cœna* D. Paulus *Eberus*, Paſtor Eccleſiæ Wittenbergenſis; Acceſſerunt præterea ſcripta aliquot D. Philippi *Melanchthonis* & aliorum de eadem Controverſia Heidelbergæ 1575

(872. *a* CIX.) DE SACRIS ALIENIS NON ADEUNDIS. *Quæſtiones duæ in uſum Praxinque Angliæ breviter explicatæ*, auctore R. P. 1607. Audomari, & antea Duaci 1601. 8. v. *James.* p. 416. Catalogi Oxon. quod à ROBERTO PERSONIO *Jeſuita* profectæ eſſent, ſuſpicatus illicò fuit *Georgius Blawellus*, uti legere eſt pag. 3. Quæſtionis in eundem bipartitæ, Londini 1609. in 4. excuſæ, ubi præterea leguntur hæc verba. *Sed & ei cauſam arbitratur dediſſe* Thomæ WRIGHTI *ſacerdotis (ſic enim conjectat) commentariolum quendam trium puta foliorum, quod aliquot rationum contextu, liberum* Angliæ *Catholicis ad Proteſtantium ſacra aditum patefecerat. Delatum Romam hunc Argumentorum manipulum (ipſo tamen, quod maximè intelligi vult, nec autore, nec quidem conſcio) Tractatu illo, ut videre eſt, confutatum rediiſſe. Rogatus, num ſacerdotes* Angli *hoc* Perſonii *tractatu, ut vera rei controverſæ deciſione, vulgò acquieſcerent: reſpondit, nihilo videri minus, in ſuo quenque ſenſu abundare.* Unde patet, hoc ipſum etiam ſcriptum anonymum fuiſſe, quod cum neſciam quo titulo vel idiomate prodierit, in cap. ultimum, de ignotis ſcriptis, mentionem ejus differemus. Perſonio ſcriptum hoc tribuit expreſſe *Philipp. Alegambe*, ad nomen ejus Elogium mirificum, & ſcripta alia anonyma pleraque vel pſeudonyma recitans. pag. 415. a. totidemque verbis *Sotvell.* p. 727. a.

Notandum autem eundem auctorem Anglis PARSON ſcribi, eo quod ipſi A tanquam E pronuncient. Unde & in Bibliotheca Bodlejana plura ſub hoc quam illo per E ſcripto nomine reperias ſcripta ipſius enumerata. Quæ omnino videſis una cum *Pſeudonymis* ibi notatis neque ſuo loco nobis oblivifcendis. Quemadmodum & *anonyma* complura *n. 109. 376. usq; ad 395. & n. 694.* memorata. *Pitſeus* ad Annum 1610. p. 804. hocce ſcriptum refert, & ex *Ribadeneira* etiam plura, quæ totidem verbis aut latius illo habent continuatores Ribadeneiræ *Alegambe* & *Sotvellus*.

(873) *Disquiſitio Theologica de* SANGUINE *corporis Chriſti poſt reſurrectionem*, ad epiſtolam 146. S. Auguſtini, *Auctore Theologo Pariſienſi*, Metropolitanæ Senonenſis Eccleſiæ Decano, Pariſ. 1681. 8. Hunc *Jacobum* BOILEAU, Pariſienſem, detegunt *Act. Erud. Lipſ.* 1682. p. 331. 333. (a)

(a) Acta Eruditor. Lipſ. 1682. p. 331. *Disquiſitio hæc* Jacobum Boileau *Facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctorem & Socium Sorbonicum, nec non Metropolitanæ Senonenſis Eccleſiæ Decanum, Autorem habens, opponitur* Petro Allixio *Reformatæ, quæ vulgo ſic dicitur, Religionis apud Charentonios Miniſtro, qui ao. 1680. ejusdem argumenti disquiſitionem eo conſilio ediderat, ut doctrinam de reali Corporis & Sanguinis Chriſti in Sacramento* Cœnæ *præſentiâ Eccleſiæ primitivæ ignotam fuiſſe, ex iſta* Auguſtini *epiſtola Lectoribus ſuis perſuadere poſſet.* — — — — — — — Pag. 333. *Poſtremo adoleſcentiam ejus opinionis Hiſtoriæ Euchariſticæ Gallico ſermone conſcriptæ Autori, cui nomen eſt* Larrogue, *virilem vero ætatem & fortaſſe ſenium* Petro Allixio *tribuit, quem disquiſitionis à ſe impugnatæ Autorem eſſe ſibi firmiter perſuadet, & quem cum ſociis ex penuria argumentorum contra realem Corporis & Sanguinis Chriſti in* Cœna *præſentiam* quæſi

quæſitorum, ad extrema hæc, ſed infirma laborantis cauſæ præſidia adactum judicat.

(874) *Teſtimonia primæ, mediæ & ultimæ ætatis Chriſtianæ Doctorum, eorumq; non infimæ auctoritatis, quod* SATISFACTIO *Chriſti divini duntaxat decreti ratione & ob congruentiam non vero abſolute neceſſaria fuerit, ad illuſtrem quendam virum perſcripta:* quod HELMSTADIENSIBUS prelis debeantur, ex typo chartaque, & Catalogo illic impreſſorum, ac magis etiam pl. Reverendo Dn. *Dr. Fechtio*, P. P. Roſtochienſi conſtat. (a) De ipſo collectore non conſtat. Unde ſemi-detectis & hic computetur etiam.

(a) D. Jo. Fechtii Theſ. ex Univerſa Theologia Patriſtica, *Theſ. IIX. Quæ Helmæſtadii, ut videtur, A. M. DC. LXXIIX.* teſtimonia *edita ſunt,* primæ, mediæ & ultimæ ætatis Chriſtianæ doctorum, eorumque non infimæ auctoritatis, quod ſatisfactio Chriſti Divini duntaxat decreti ratione & ob congruentiam, non vero abſolute neceſſaria fuerit; *Præterquam quod res ſit ſcandali plena, teſtimonia pro Socinianis, (contra quos citra doctrinam de neceſſitate incarnationis in argumento de ſatisfactione* Chriſti *diſputari ſolide non poteſt) ſollicite conquirere, quoad maximam ſui partem intentum nullo modo probant.*

(875) SCALA VIRTUTUM, *cum nonnullis Exercitiis ad ſodalitatem ipſam, & B. Virginis cultum ſpectantibus 1618. typis Kinckianis. Aleg.* app. pag. 555. col. b. *Sotw.* pag. 707. b. p. 834. b. *Witten* Diar. Biogr. de Ao. 1637. 16. Febr. *Valer. Andreæ* Bibl. Belg. p. 768. tribuunt Philippo BEBIO, Jeſuitæ, toties jam memorato à num. 561. usque 859. &c.

(876) *Tractatus de* SCHISMATE *adverſus factioſos in Eccleſia* ANGLICANA, *pro Archipresbyterio* BLACKWELLI: LYSTERI Jeſuitæ eſſe, J. B. Reply adv. Append. 365. 366. 369. 370. habet, teſtante *Normanno.* Lyſteri nomen nec in Alegambe nec Sotvvelo, nec Hyde, nec Konigio, nec Lipenio comparet. *Pitſeum* enim, quia cognominum indicem non habet, propterea cum ſpe tam exigua perluſtrare non vacavit. *Gerhardus* quidem *Lyſtrius* notus eſt, vel ex commentario in Moriam *Eraſmi*, & memoratur etiam in Bibliotheca *Friſii* Geſneriana; ſed huc non pertinet. *J. B. Treatiſe againſt Blackwel, the Arch-Prieſt in England,* Francford. 1610. in 4. memoratur *Hydeo* pag. 55. a. de quo Blacvello plura in *Tortura Torti*, infra; & apud *Hyde* pag. 91. b. Ex cujus Hiſtoria & ad eam citatis, forte ſi cui majus ſit inquirendi otium, penitius in notitiam hujus ſcripti liceat penetrare, ſi res tanti videatur. V. Caſp. *Sagittarii* Introductio in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 738. 747.

(876. α) *Manuductio ad Lectionem ſacræ* SCRIPTURÆ anonyma deinceps agnita per *Auguſtum Hermannum* FRANCKEN, Gr. & Or. linguarum Profeſſorem Publ. Halis, & Paſtorem Glauchii, in edito à ſe ſcripto trium plagularum cui titulus: Entdeckung der Boßheit/ ſo mit einigen jüngſt unter ſeinem Nahmen fälſchlich publicirten Briefen von dreyen ſo benahmten begeiſterten Mägden zu Halberſtadt/ Quedlinburg/ und Erffurt begangen. Cöln an der Spree 1692. in 4.

(877) SCRUTATOR *Veritatis* quomodo idem ſit, qui *Poſtulatorum anonymorum auctor*, ſupra n. 841. dictum jam habemus. Nunc illic indicatis, quæ omnino huc repetenda erunt B. Lectori, iſtud etiam ſuperaddimus, quod inſpectus liber Melchioris *Zeidleri* S. Theol. D. & P. P. in Academia Regiomontana, cui titulus: *Notæ & animadverſiones in Scrutatorem Veritatis Opus poſthumum, in,, quo veritas doctrinæ Eccleſiæ Proteſtantium contra So-,, phiſticas technas Auctoris illius* (qui Tubam quoque,, Pacis incentivam Matthæo *Prætorio* ſubmini-,, ſtraſſe creditur) *egregie defenditur.* Præmiſſa,, eſt B. Zeidleri vita e Programmate Rectoris &,, Senatus Academiæ Regiomontanæ, ut & epi-,, ſtolæ tres à viris celeberrimis ad eundem olim,, ſcriptæ, quin & Operum hactenus ab ipſo edi-,, torum, & inpoſterum ab aliis edendorum, Ca-,, talogus. Accedit denique & *Scrutator ipſe*, nec,, non argumenta notarum & animadverſionum,, in eundem, inſtar Syllabi totius operis & indicis,, generalis, Helmæſtadii, Typis & ſumtibus,, Georg. Wolfgangi Hammii, Acad. Typogr. ao. 1689. in 4. conſtans pag. 215. exhibeat ipſum Scrutatorem veritatis & poſtulata ejus XII. cum præloquio & Epilogo foliis. 4. ſive plagula unica, quam refutatio ſequitur. At de auctore hic nihil, ut nec in *Actis Erud. Lipſienſibus* A. 1689. pag. 469 & ſeqq. at bene dein Tomi I. Suppl. Sect. VII. pag. 360. (a) hiſce verbis:

(a) Acta Erud. Lipſienſ. Tomo Suppl. I. Sect. VII. pag. 360. *Loco præfationis (Samuelis* Schelguigii *D. in Disquiſitionem Theologicam de Rechabitis) ſunt animadverſiones in nonnulla, quæ D.* Johannes Franciſcus Hackius, *Theologus Jeſuita præfationi libelli, cujus titulus eſt:* Vindex veritatis reus, *inſperſit. Patuit hinc,* Scrutatorem illum veritatis, *(quem peculiari libro a* Zeidlero *refutatum diximus in Actis a. 1689. p. 469.) ipſummet eſſe* Hackium *qui* dudum exploſa poſtulata Jodoci Keddii Jeſuitæ leviter interpolata ao. 1680. recoxit in *opuſculo* typis Olivienſibus *edito. Huic e veſtigio oppoſuit* Schelguigius Detectionem Veritatis, *cui nihil adhuc reſponſum eſſe dicit. Utut itaq; a.* 1682. Poſtulata eadem *verboſo commentario aucta*, præfixoque Hacki nomine, *prodirent, eandem tamen* crambem tertia vice *apponi ſentiens* Schelguigius, *maluit ore quam calamo cum adverſario congredi, illumq; ad diſputationem publicam provocavit de theſibus inſcriptis:* Examen ſcrutinii veritatis *iterati, quoad prolegomena. Sed viſum aliter fuit magnifico Senatui Dantiſcano, qui diſputandi facultatem eo tempore Schelguigio facere noluit. Quievit ergo Noſter per ſemeſtre. Hackius vero, adſcito ſibi* Lucæ Markievvicz *nomine, virulentiſſimum libellum a. 1683. contra Schelguigium,* Trutinæ *titulo, ex officina Olivenſium,* Poſnanienſes *ſeſe fingentium, in lucem publicam emiſit.*

(877. α) SEDER OLAM ſive ORDO SECULO-

CULORUM, *Hiſtorica Enarratio doctrinæ.* Anno 1693. in 12. in Batavis ſine loci aut typographi mentione excuſus, paginis 196. cum indiculo unius folii, liber multa Paradoxa, multa Theologica circa expoſitionem Apocalypſeos continens. Ejus auctorem P. *Rabus* Boekzaels van Europe A. 1693. menſ. Junii p. 449. dicit HELMONTIUM; docente *Symbola Tecklenburgiana.*

(878) SEMITA LUCIS *ſeu Meditationes* in PSALMUM CXIX. Præfixis ſolis literis nominis ſui initialibus E.A. Parentem ſuum *Erneſtum* ANDREÆ, Braunfelſio-Solmenſem, Eccleſiæ Reformatæ Dantiſci Paſtorem edidiſſe olim *refert filius* Autoris *Samuel Andreæ* Profeſſor Marpurgenſis, in præf. quam ejusdem Parentis ſui *fracturæ Joſephi* ſeu *ſuſpiriis pro ſalute Eccleſiæ Catholicæ, Marpurgi* 1681. in 12. publicatis præmiſit; uti refert Flensburgâ Dn. Joh. *Mollerus.* Vide *Bella Jehovæ* ſupra.

(879) SERMONES QUADRAGESIMALES Anonymi ANTONII PARVI memorantur *Miræo* part. 2. de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 5. his verbis (a) part. poſter.

(a) Miræus, Part. II. de Scriptor. Eccl. p. 5. Antonius Mathelicius, *Bitontinus, ejusdem ordinis Doctor Theologus, ſcripſit* Sermones Dominicales, *Argentorati* 1495. *in* 4. & Quadrageſimales, *Venetiis*, 1499. *in* 4. *publicatos. Similis argumenti Sermones* Antonius Parvus, *Bononienſis, ord. Prædicatorum Doctor, concinnavit, Venetiis* 1505. *ſine nomine editos. Vixit autem* Parvus *anno* 1402. De Joanne Gerbrando *cap.* 552. & *de* Matthæo Pappenhemenſi *c.* 520. *in cit. Auctario egi.*

(880) SERMONIS *qui quotannis in feſto* SANCTORUM *legitur*, quomodo *Manuſcripto*, alii præferatur autor BEDA (puto venerabilis ille notiſſimus, non recentior longe Natalis) alii RABANUS, ab aliis WALEFRIDUS ABBAS AUGIENSIS cognominatus STRABUS vel STRABO, exprimit *Mabillonius* in Analectis, (a) ita ſcribens.

(a) Mabillon T. IV. analector. pag. 630. *De autore* ſermonis, qui quotannis in feſto Sanctorum legitur omnium, *non eſt conſtans veterum librorum inſcriptio. In vulgatis* Bedæ *tribuitur; in codice Fulienſium Pariſienſium ſcripto ab annis quingentis* Rabano: *at in Sanct-Gallenſi, qui annos Sexcen-„tos ſuperat, ita inſcribitur: In feſtivitate omnium „ſanctorum ſermo* Walfredi Abbatis, *nempe Augien-„ſis, cognomento* Strabi *ſeu* Strabonis. *Rabanus hujus ſermonis fragmenta quædam refert in lib. 3. de modo Pœnitentiæ ad Bonoſum, c. 12. & 13.*

(881) SERMO *alius* (*ſive Oratio in* SEPULTURAM *Domini*) PHOTIO tributus in Manuſcripto *Seguerii*, Cancellarii Regii Gallici, memoratur à *Colomeſio* (a) his verbis.

(a) Colomeſii Paralip. ad Chartophyl. Caveanum pag. 33. *Oratio in Sanctiſſimæ Virginis natalem diem, quam tomo primo Auctarii Bibliothecæ Græcorum Patrum Græcè & Latinè edidit Fr.* Combefiſius, *è Codice MS. Bibliothecæ Seguierianæ. Huic Codici præfixus index antiqua manu aliam* Orationem, *valde luculentam illam* in Sepulturam Domini, Photio *tribuit; extatq; ibi integra, exordio excepto. Quam mutilam licet, utinam evulgaſſet Pater Combefiſius!*

(881. a) SPECULUM VITÆ ex„ diverſis Codicibus excerptum, & *juxta Alphabe-„tum* compoſitum à *Daniele* PODH, S. C. Rque„ M. T. K. Poſonii excudebat Gottfrid Gründer,„ a 1671. 8. continet circiter ½. alphab. Autor hu-„jus libelli eſt *Daniel* PODHORANSKY, *Sacræ Cæ-„ſareæ Regiæq; Majeſtatis Triceſimator Koepchinienſis.„* Eſt autem Köpchinium Pagi alicujus grandioris„ nomen, in Hungariâ, unius milliaris ſpatio ab urbe Poſonienſi, trans Danubium ſiti. Symbola eſt *Mollero-Altorffina.*

(882) PROBLEMA PARADOXUM de SPIRITU S. Coloniæ typis exſcriptum, *Chriſtophorum* SANDIUM Auctorem agnoſcit. Vide *Act. Erud.* Lipſ. 1683. pag. 39. (a) occaſione libri recenſiti: *Cauſa Spiritus S. Victrix demonſtrata* à Chriſtophoro *Wittichio* Lugd. Bat. 1682. in 8vo. Ipſe hoc fatetur in ſua *Biblioth. Antitrinitariorum* p. 170. (b) inter ſcripta ſua id recenſens, verbis expreſſis huc adſcribendis.

(a) Acta Erud. Lipſ. 1683. pag. 39. *Anni jam quatuor elapſi ſunt, quod novus Arianorum promachus, Chriſtophorus* Sandius *Coloniæ* (*ut libelli titulus habet*) Problema paradoxum de Spiritu S. *typis exſcribi publicis curavit. In quo, ut Spiritus S.* ὑπόςασιν *& ſubſiſtentiam, contra Sabellianorum, Samoſatenianorum & Photinianorum ſententiam adſtruere videtur, non quidem per eum cum* Bidello *unam perſonam Angelicam, ſed* genus Sanctorum Angelorum, vel collectionem Spirituum S. *intelligi poſſe exiſtimat. Hanc novam & portentoſam opinionem, à Sandio ad examinandum orbi eruditorum propoſitam, Chriſtophorus* Wittichius, *Theologus ac Profeſſor Lugdunenſis celeberrimus, diſcutere ſuſtinuit, edito Lugduni Batavorum anno 1678. tractatu, cui titulus:* Cauſa Spiritus Sancti Perſonæ divinæ, ejusdem cum Patre & Filio eſſentiæ, contra C.C. S. Problema paradoxum aſſerta vel defenſa. *Ad hunc libellum primum Socius quidam Sandii, qui ſub literis A.A. (ut ille ſub C.C. S.) latere voluit, Epiſtola quadam ad Chriſtophorum* Gittichium (*ita enim ſcriptum pro* Wittichio) *exarata reſpondit: Deinde a C. C. S. reſponſum Mſtum & quidem prolixum ad Wittichium, ut ipſe memorat, transmiſſum fuit. In quibus quidem ambo antagoniſtæ priorem ſententiam dereliquerant; ſed ne tacuiſſe cenſerentur victi, novas exceptiones attulere, queis* Spiritum Sanctum plures Angelos principes eſſe, *v. gr. Septem illos, de quibus* Apocal. I, 4. *agitur, probare auſi ſunt. Has autor Cl. heic diluit, exiſtimans, non poſſe dictum problema melius confutari, quam ſi contendatur,* Spiritum Sanctum in illis locis, in quibus ut Perſona diſtincta à Patre & à Filio introducitur, deſcribi ut Deum Summum ejusdem cum Patre & Filio eſſentiæ. *Itaq; loca illa V. & N. T. a Sandio & Socio ſuo propter hanc cauſam in alienum ſenſum detorta, vindicat, ac à detorſione perverſa liberat.*

(b)

(b) Sand. Bibl. *Antitrin.* pag. 170. Problema Paradoxum de Spiritu S. *annon per illum Sanctorum angelorum genus intelligi poſſit? Addita ſunt Addenda alterius auctoris (nimirum I. C.) ſeu refutatio opinionis Socinianorum Spiritu S. Perſonam eſſe negantium Coloniæ (i. e. Roterodami) ap. Joh. Nicolai, Ao. 1678. 8.*

(882. *a* CX.) SUMMA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ *brevis*, continens religionis Chriſtianæ, Pontificiis tamen erroribus inquinatæ, ſumma Capita, prodiit, ab Ignatio *Loyola* Jeſuita, ſectæ fundatore approbata, & Ferdinandi Regis diplomate munita, tacito auctoris *Petri* CANISII nomine 1554. ſecundus infelix partus illius Societatis, cujus etiam Compendium *Catechiſmi* nomine prodiit. v. *Matth. Raderum* in vita hujuſce CANISII.

lib. 5. & 6. citatum Theophilo *Raynaudo* de libris bonis & malis pag. 230. n. 404. & *Urſinum* in Templo Jeſuit. nec non Valerium *Andreæ* Bibliothecæ Belgicæ p. 728. ibique citatam *imaginem ſeculi primi Soc. JESU lib. VI. cap. V.* cæteroqui exſcribentem *Alegamben* pag. 374. totidem verbis exſcriptum *Sotvello* pag. 662. 663. quæ hic excerpta damus (a) una cum anonymi Dni. *Baileti:* apud quem ita ſcriptum legimus de Caniſii hujus ſcripto. (b)

(a) Sotvel. Biblioth. Jeſuit. p. 662. & 663. *Scripſit, poſtulante eodem Ferdinando Rege,* Summam Doctrinæ Chriſtianæ, *brevem quidem illam, ſed præclariſſimam, & quæ copioſæ Bibliothecæ inſtar ſit. Prodiit primum à S. P. N. Ignatio probata, & Ferdinandi Regis munita diplomate, tacito alioqui auctoris nomine, anno ſalutis 1554. primus omnium ſocietatis partus, poſt S. Patriarchæ noſtri Exercitia ſpiritualia, ſæpius deinde variis locis & linguis recuſa; demum recenſita ab auctore, & multis locis aucta, excuſa eſt Antverpiæ à Chriſtophoro Plantino 1574. cui acceſſit* Appendix de hominis lapſu & juſtificatione ſecundum ſententiam & doctrinam Concilii Tridentini. *Hanc ſummam Petrus Buſæus, ut paulo ante monui, illuſtravit adductis integre teſtimoniis, quæ Caniſius in margine indicaverat, quaſi digitum in fontes intendens. Incredibilis autem extitit in Chriſti Eccleſia hujus Catechiſmi fructus, cujus hoc unum pignus do, quod ejus lectione ſe fateatur Sereniſſimus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus inductum ad orthodoxam fidem amplectendam. Eadem hæc ſumma in breviorem formam contracta prodiit hac inſcriptione:* Inſtitutiones Chriſtianæ pietatis, ſeu parvus Cathechiſmus Catholicorum, *qui omnibus prope linguis editus, paſſim in ſcholis ac templis edocetur. Antverpiæ, 1556. & 1589. ibi & alibi ſæpiſſime. Prodiit etiam* Summa Doctrinæ Chriſtianæ per Quæſtiones conſcripta. *Item:* Parvus Catechiſmus figuris adornatus: *rurſum idem cum adjunctis,* Precibus horariis æternæ Dei ſapientiæ JEſu Chriſti, *Mantuæ, Leodii, Dilingæ; demum* Græco-Latinus *Ingolſtadii, deniq; ſeorſim.*

(b) Jugemens des Sçavans Tom. I. *chap. des prejugez des Anonymes. p. 408.*

Le premier livre, qu' elle (la Societè de JEſus) ait jamais produit, etoit de ces Anonymes, (qui publient la vertu des Auteurs qu' ils nous cachent;) mais l' utilitè du livre avoit excitè la curioſitè du monde, avec tant d' efficace, qu' on a decouvert en fin, qu' il eſtoit dû a Caniſius.

Quod a ſe profectum teſtimonium ipſe repetit Tom. IV. Eclairciſſements p. 48. 49. addita parentheſi (je ne parle pas des Exercices de S. Ignace) Quaſi colligere inde oporteat ea prius prodiiſſe. Qua tamen de re & *Alegambe* & *Sotvellus* tacent, contenti nomen S. Ignatii Lojolæ poſuiſſe in Catalogo cognominum, non vero in opere ipſo, nec in prænominum Indice illi præmiſſo. Et tamen extare illius Exercitia ſpiritualia, de quibus idem valde glorioſe ib. p. 51. & 52. dicta ſibi repetit; item Epiſtolas & Conſtitutiones Societatis, patet ex præfatione Anonymi ad libellum in 12. Pariſ. 1682. editum, cui titulus: Les Memoires de S. Ignace &c. avec les Sentimens de S. Franc. Xavier.

(882. *aa*) De SUPPOSITO tractatus Anonymi auctoris Arauſicæ prodiit. Invehitur in eum tanquam peſſimum nebulonem, ſpurcum, hæreticum, &c. *Raynaud.* de bon. & mal. lib. §. 209. pag. 134. 135. hiſce verbis (a) quæ argumentum libri divinitati Chriſti oppoſitum ſatis arguunt. Etiam in adducto cap. XIV. ex ſuppeditatis a Dn. *Lic. Winckelio* allegatis, *Jurieu* in Apologia recenſita in Actis Lipſienſ. 1692. p. 122. dicitur auctorem eſſe *Davidem* DERODONEM, vocatque librum peſſimum, qui Toloſæ publicè eſt combuſtus, quique *Pajonium* per ſcripta *Epiſcopii* & *Curcellæi* in errores ſeduxerit; ut ex eo referunt *Acta Erud.* Lipſienſ. Menſ. Martii. Addit Excellentiſſimus Syndicus *Gerhard von Maſtricht in Symbola,* hoc notabile: *Poſtea Eccleſiaſtes Gallus Bremæ ex Refugis unus auctorem, & forte potiorem, cum Derodone eſſe Galliardum ex provincia Galliæ, mihi tradidit, utrumq; ſibi notum & familiarem fuiſſe:* Galliardum *Neſtorium pro orthodoxo habere, & errorem in terminis ſeu locutionibus monſtraſſe.* Hucusque Symbola. In ipſis tamen operibus Davidis Derodonis tractatus ille non comparet. Ea prodiere poſthuma 1669. hoc titulo: *Davidis Derodonis Philoſophi Nulli ſecundi Opera Philoſophica hactenus in lucem edita, Quorum ſeriem exhibet verſa pagina.* Genevæ, Sumptibus *Petri Chouët* M. DC. LXIX. in 4to. Spiſſo volumine in duo commode dividendo conſtant.

(a) *Raynaudus de mal. & bon. lib. §. 209. p. 134. Eidem S. Cyrillo, ſuppoſitum eſſe opus, quod inſcribitur* Theſaurus, *contendit Spurcus hæreticus, autor diſputationis de ſuppoſito, quam nuperrimè ementito nomine loci, ſuoque ſuppreſſo, homo malè teres atq; rotundus, edidit Arauſicæ. In ea diſputatione, quæ eſt una jugis hæreſeon & atrociſſimarum calumniarum lepra, nebulo qui in S. Cyrillum maximè rabit, abjudicat ei opus Theſauri.*

(882. *β*) *Altercatio* SYNAGOGÆ *& Eccleſiæ:* quid libri ſit & quomodo à Georgio *Calixto* de numero Librorum Vet Teſt. §. LXXII. p. 136. ex Chronico Hirſaugienſi *Tritthemiano* GISBERTO

TO Abbati Weſtmonaſterienſi adſcribatur, vide ſub lit. (a) prolixius.

(a) Georgius Calixtus, de numero libror. Vet. Teſtamenti §. LXXII. p. 136. *In Chronico Hirſaugienſi ad annum ſeculi undecimi ſeptuageſimum ſeptimum ſcribit Trithemius*: Claruit his temporibus in Anglia *Giſelbertus Abbas* Monaſterii Weſt. B Anſelmi diſcipulus, vir tam in divinis Scripturis, quam in ſecularibus egregie doctus, qui inter cœtera ſui ingenii monumenta ſcripſit contra Judæos pulcram altercationem non ineleganti ſermone. *Paria habet libro de Scriptoribus. Hic itaq; Giſelbertus ſine dubio auctor eſt* Altercationis Synagogæ & Eccleſiæ, *quæ Coloniæ ante elapſum ſeculum* Ao. *1540. edita, introducit colloquentes Chriſtianum & Judæum, illum quidem ſub nomine Pauli & Magiſtri, hunc ſub perſona Gamalielis & Diſcipuli. Quod antiquius ſit ſcriptum, ſuadere poſſint hæc auctoris verba: Theologus apud Græcos* Linus *fuit, apud Latinos Varro, & noſtri temporis Johannes Scotus de decem categoriis in Deum. Johannem* Scotum *Erigenam ad tempora* Caroli Magni *refert Trithemius: ad Caroli Calvi rectius Matthæus Weſtmonaſterienſis, & Gulielmus Malmesburienſis. Neq; conſtat de aliquo hujus opere, quod iſto modo inſcriptum. Plures itaq; fuerint eo nomine Scoti, quam duo illi celebres, Erigena & Doctor ſubtilis. Merito etiam recentior cenſeri debet auctor propter verba, quæ occurrunt cap. IIX.* Duplici, *inquit*, ſpecie ſacramentum accipimus propter remedium corporis & animæ: & quum idem in utraque ſumatur ſpecie, ſufficit unam tantum ſpeciem exhiberi multitudini. Et ne forte periculum fiat calicis, ſolam panis ſpeciem dari non eſt incongruum, ita tamen, ut nec contemtu religionis, nec vitio levitatis fiat. — — — — Quisquis autem ſit, aut quacunque vixerit ætate, — —

(883) *De S.* SYNAXI *Propoſitiones XXXIII.* „*Luneburgi in templo S. Johannis affixæ*, ac cum re„ſponſionibus *Urbani Regii* in *Operibus* illius Tom. „II. fol. 81. ad 89. editæ. De auctore ita Re„gius in Epiſtola dedicatoria ad Eccleſiæ Lune„burgenſis Miniſtros: *Fama*, inquit, *eſt* GETE„LIUM *clancularii libelli auctorem eſſe, etſi mihi non* „*veriſimile eſt.* Si verax fama fuit, *Auguſtinum* GÖ„TELEN haud dubie innuit, quicum per epi„ſtolam anno 1531. Julii II. ſcriptam, de cau„ſa Religionis diſputat idem Regius Tom. III. fol 89. Hæc totidem verbis ex *Normannianis* ſchedis hic transſcribo, nec aliud addo, quoniam omnes mei Bibliothecarii inſpecti hoc nomen ignorant.

(884) *Scholia in* SYNESIUM *Græca* edita per Dionyſium *Petavium*, MATTHÆO CAMARIOTÆ vindicat Paulus *Colomeſius*, in additionibus ad *Caveanum Chartophylacem* (a) hiſce verbis:

(a) Colomeſii *Paralip. ad Cartoph. Guil.* Cave, *p. 6.* Syneſius *fuit patriâ Cyrenæus, ſed Epiſcopus Ptolemaidis, quæ urbs eſt in Cyrenaica. Edidit Dionyſius* Petavius *cum notis, quibus inſeruit aliquot* Scholia Græca in Epiſtolas, *ex Bibliothecis Medicæa & Auguſtana, quæ* augere potuiſſet *Scholio ab Hœſchelio allato in limine Notarum ad Photium. Horum Scholiorum* forſan auctor *eſt* Matthæus Camariota, Scholarii, qui *poſtea* fuit Gennadius Patriarcha *Præceptor. Hunc enim notas in Syneſii Epiſtolas Græce ſcripſiſſe, apud Joh. Zygomalum venales, aſſerit Martinus* Cruſius, *in Turco-Græcia, p. 187.*

(884. α) SYNGRAMMA SUEVICUM, Witteb. 1526. *cum Præfatione Lutheri* excuſum eſt, v. Tom. II. Autograph. Luth. & coæt. &c. p. 136. In editione Francof. 1561. 8. qua nunc utor, hic eſt titulus: *Clariſſimorum virorum, qui* A. 1526. *Halæ Suevorum convenerunt, Syngramma, & pium & eruditum, ſuper verbis cœnæ Dominicæ:* Ad Jo. *Oecolampadium* Baſileenſem Eccleſiaſten. Libellus ſtatim ab Oecolampadio per oppoſitum ei *Antiſyngramma* (quod induſtriam *Bailleti*, omnes ſcriptores *ANTI* ex inſtituto colligentis, fugit) examinatus, licet multos ſui ſcriptores & ipſa ſyngrammatis voce, & ἐπιγραφῇ, quæ 14. Theologos exprimit, oſtendat, eum tamen *Joanni* BRENTIO, autori deberi, exiſtimat Georg. *Calixtus* de toler. Reform. p. 44 Ejusq; ſtylo communi cæterorum nomine putari refert conſcriptum *Seckendorf.* Comm. de Luther. l. 2. pag. 35. a. Alii *Brentio, Erhardum* SCHNEPFIUM ſocium dant. v. *Scultet. Annal.* Evang. Dec. I. p. 250. *Kipping.* Supplem. Hiſtor. pag. 14. Addit Excellmus *Maſtrichtus Johannem* BRENTIUM ejus auctorem etiam docentem *Dieſtium*, de lite & pace Evangelica, Part. 1. pag. 17. cujus hæc ſint verba:

Eodem 1525. anno Joh. *Oecolampadius*, Eccleſiæ Baſileenſis Paſtor, coram Collegis pro concionibus, quoties occaſio fuit de Sacramentis dicendi, Zvvinglii ſententiam quoque docebat; mox incitantibus iisdem collegis & amicis ſuis, primum ſuum de Euchariſtia edit ſcriptum, hac inſcriptione: *De gemina Expoſitione verborum: (Hoc eſt corpus meum:)* &c. cui ſcripto Suevici Doctores XIV. numero Halæ Suevorum congregati opponunt *Syngramma*, Joh. *Brentio*, ut credebatur auctore, qui inter alios illi ſubſcripſit: &c. Quibus *Oecolampadius* mox ſuo *Antiſyngrammate* reſpondens &c. Hoc Suevorum Syngramma *Lutherus* non modo laudat, ſed & idem in *Germanicam Linguam* à Jo. *Agricola* translatum, ſua Præfatione dignatur, &c. Huic deinde Præfationi etiam reſpondet *Oecolampadius*, quæ prima ejus ad Lutherum Reſponſio fuit. Adde *Hoſpinianum*, Hiſtor. Sacram. part. altera, p. 36. Interea *Suevici Concionatores* numero XIV. Halæ Suecorum convenerunt, & Libri Oecolampadiani Refutationem conſcripſerunt; cujus tamen Joh. *Brentium* auctorem fuiſſe compertum eſt. Item *Lavater.* in Hiſt. Sacram. Idem habet *Seckendorf.* in Lutheraniſmo; quem vide.

(885) *B. K. Dialogus de* TEMPLO SALOMONIS &c. cum præfatione *D. Speneri* Lipſ. 12. 1688. vel. 89. Auctorem ejus facit Dn. M. Chriſtianus *Teuber*, tum præpoſitus Berolinenſis, in Gôttl. Gebet-Buch/ (nomen ejus omiſſum in titulo poſt præfationem ſubjungitur) præf. pag. 80. Hr. *Balthaſar* Köpken/ zu Fehrberlin Prediger; & confirmavit mihi ipſe Teuberus in literis de 30. Maji

Maji 1690 ad me datis, una cum vicino auctoris Inſpectore Witſtochienſi Melchiore *Stengero*, & Dn. Dr. J.U. Caſparo *Thürmanno*. Ad quorum tamen privata etſi ſatis certa teſtimonia cum aliis una pluribus ſcriptis aut viva voce acceptis, id non publicaſſem, motus verbis Dn. *Speneri* in præfatione operis hujus, (a) niſi à priori etiam ante me id publico ſcripto factum jam, uti retuli, comperiſſem. De hujus ſcripti aliquibus locis etiam controverſiam Dn. Dr. *Spenero* motam, ſed reſponſo gravi & notabili compreſſam legere eſt. Quas ut & alias deinde cum eodem proh dolor! inſecutas controverſias, neque legere libuit neque nunc libet, nedum huc referre. Ipſe liber cum fructu à me lectus *paginis* conſtat 200. hoc frontiſpicio: *B. K. Dialogus de Templo Salomonis, in quo præter alia eximia & profectui in Chriſtianiſmo utilia inprimis incipientium, Adoleſcentium & Adultorum in Chriſto communia & diſtincta officia, pericula, impedimenta & adminicula dilucide exponantur*; cum præfatione *D. Philippi Jac. Speneri* de perfectione Chriſtiana, Lipſiæ impenſ. Reinhardi Wæchler, imprimebat Chriſt. Balt. Lampe, M.DC.LXXXIX. *partibus IV.* quarum.

I. Conſtat Capitibus V. de iis *qui ſunt extra Templum.*
II. Continet Capita V. de iis, *qui ſunt in atrio primo, ſeu Infantibus ſeu Incipientibus in Chriſto.*
III Habet Capita VI. de iis, *qui ſunt in atrio ſecundo ſeu Adoleſcentibus in Chriſto.*
IV. Conſtat Capitibus VI. de iis, *qui ſunt in atrio tertio, ſeu Adultioribus in Chriſto.*

Additur Epilogus.

Eccleſia creditur non videtur. Regitur Spiritu Sancto: non autoritate humana. Reædificatio templi incepta jam impedita. Ædificatur, quando lapides præparantur, combinantur. Præparantur lapides, quando excinduntur, formantur, &c.

Adde loca Speneriana Germanica. (b)

(a) Phil. Jacobi Speneri, præfat. ad B.R. Dialogum de Templo Salomonis *ſub fin.*
De autore, ut ſolicitus Lector ſit, nolim: poſtquam enim modeſtè nomen ſuum plene non exprimi deſideravit, & præter hoc quod à vanitate, qua ſcriptis multi inclareſcere unicè geſtiunt, alieniſſimus eſt, deſiderii ſui alias quoq; rationes, quas expoſitas improbare nequirem, habet; Noſtrum non eſt, ut ipſius fruentes labore, eo ipſo ingrati exiſtamus, latere adhuc volentem ſi publicè deſignemus, & curioſius indagemus: quod promiſcuum ſtudium, αἰώνυμος, *præſertim ſuperſtites ſcriptores inveſtigandi, nonnunquam charitati adverſum, non ſemper alias etiam probavi: Quod verò nomen non additum, dignitati libelli nil demet apud eos, qui, quid dicatur quam quis dixerit, plus penſi habent. Interim me etiam a teſtimonio abſtinente, ſpero lectorem ſedulum ex ipſa lectione talem de ſcriptore ideam ſibi formaturum, qualem formare decet, hoc eſt, agniturum Theologum non inter vulgus doctum, in ſcripturis* δυνατὸν, *earumque indagatorem & ſolicitum & felicem, adeoq; talem, qui interiora regna DEI viderit, cum de iis tam præclarè & dilucide teſtetur, & quod reliquis coronidem addit ſancto Zelo, non apud ſuum tantum, quem extra has ditiones paſcit, gregem, ſed apud quosvis alios fratres pietatem genuinam, & in ea profectum atq; adeo perfectionem promovendi ardentem.*

(b) Aufrechte Ubereinſtimmung mit der Augſpurgiſchen *Confeſſion D.* Speners *p.*309.§.1. des 14. Satzes. Von der Vollenkommenheit habe vor dem in der Vorrede über Hr. Barth. Köpken/*Templum Salomonis*, welches derſelbe nun wieder den vergebenen Angriff Hrn. *D. Joſuæ* Schwartzens gründlich vertheidiget —— — gehandelt. *Adde* Anhangs *contra D.* Carpzov und *D.* Mayer/*p.*4 §.3. Hr. *B. K.* treuen *Inſpector* zu Nauen / welcher mit Heraußgebung der Teutſchen Überſetzung ſolches Tempels / eheſter Tagen ſeine Antwort ans Licht geben wird / *contra D. Joſua* Schwartz/ Probſt zu Rendsburg/ und Königl. Däniſchen *General Superintendenten* in Schleßwig und Holſtein. *Idem ibid. p.* 37. §.42. *ferme eadem repetit, addens & D. Mayero ſatisfactum iri ab eodem*, nach dem reichen Maaß des Geiſtes / ſo ihm GOTT verliehen.

(885. *aa*) *Libellus Monachi* de TENTATIONIBUS *varia fortuna & ſcriptis:* memoratur à doctiſſimo Mabillonio, & OTHLONI eſſe docetur in analectis ſuis hoc modo (a) De hoc Othlono v. *Olear.* Abaci pag. 351. *Cave* Chartophylax eum neſcit.

(a) Mabillon. T. IV. analector. pag. 402. *In ſubjecto libello auctor, Monachus olim Ratisponenſis ad S. Emmeranum, ſuppreſſo nomine proprio, varias tentationes ſuas ſpirituales, variamq; fortunam ſuam deſcribit. Opuſculum illud dividi poteſt in duas partes, quarum in priori varias tentationes ſuas, in poſteriori ſcripta ſua commemorat. In his vitam S. Nicolai, itemq; S. Wolfgangi & S. Magni ſe emendaſſe dicit. Sed & vitam S. Bonifacii Epiſcopi & Martyris difficili ſtylo editam faciliori reddidit, rogatu fratrum ex Fuldenſi monaſterio, in quod procellâ neſcio qua exagitatus ſeceſſerat A.M. LXII. Ex hoc unico opuſculo (nam alia reperire non potuimus) conjicere licet, hunc eſſe* Othlonum, *qui acta S. Bonifacii novo ſtylo donavit, amplificavitq;. Nam & tempus rectè congruit, & Othlonus ipſe non ex Fuldenſi ſed ex alio grege erat. Unde —— Quominus tamen —— illud ocurrit, quod Monachus ille, quisquis eſt, Ratiſp. vitam S. Bonif. faciliori tantum ſtylo donaverit: Othlonus verò epiſtolis, actis* Concilior. *aliisq; multum eam auxit, atq; in duos libros Wilibaldi unicum diſtinxit. Lectoris erit hac de re ferre judicium.*

---

(886) NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM cum 100. Manuſcriptis collatum, & Oxonii noviſſime editum, curæ præcipuæ Epiſcopi Oxonienſis *Johanis* FELL, deberi nobis perſuadet *Vinding.* in Epiſtol. de ſcriptis adeſpotis, *Deckherri* ſubjuncta (a) pag. 356. ubi quoque ſpem facit editionis melioris adhuc Oxonii prodituræ, ad quam optimos Codices congeſtos ipſe vidiſſet.

(a) Pauli Vindingii de adeſpotis, pag. 356. & 357. Novum Teſtamentum Græcum *cum 100. MSS. collatum, Oxoniiq; ante quinquennium editum, curæ præcipuæ Epiſcopi Oxonienſis, Doctoris* Johannis

hannis Fell *debemus. Intra breve ſpatium meliorem adhuc pollicentur Oxonienſes editionem, & vidi ipſe optimos Codices in hunc finem congeſtos. Multum iſti viro Reſpublica literaria debet, nec pauci hodie in Anglia ſunt, qui eidem vindicant illuſtre illud opus & omni auro pretioſius, ſub titulo:* The vvhole duty of man.

(887) Ad ACTA APOSTOLORUM, & reliquas NOVI TESTAMENTI partes, usque *ad Apocalypſin;* Anonymi cujusdem COMMENTARIUS MARGINALIS, habetur in Bibliotheca Cæſarea, in Codice Manuſcripto Theologico Græco trigeſimo quarto. De hoc *Johannes Sambucus*, à quo 15[illegible]4. in Italia emptus eſt, propria manu annotavit, eum in Vaticana Bibliotheca DOROTHEO dubitanter attribui, his verbis: Δωροθέου φαίνεται ταῦτα σχόλια (h. e. *Dorothæi videntur eſſe hæc ſcholia.*) Quam tamen Conjecturam in medio relinquit *Lambec.* Comment. de Bibl. Cæſ. Lib. III. p. 55.

(887 *a* CXI.) TESTAMENTUM *Patriarchæ* JACOB, ſive *Concionum Tomum Joannis* SUFFRENI *Jeſuitæ*, 1623. editum, anonymis accenſet *Philip. legambe* in Jndice Bibliothecæ Jeſuitarum. pag. 450. a. & *Sotvell.* 835. b. Neuter tamen ubi de ipſomet auctore agit, hoc monet. Quamvis *Sotvellus* addat etiam plura viri vitæ, & ſcripta: ac moneat etiam hoc opus Conciones continere Gallice ſcriptas, adeoque huc male inſertas, & ad Cap. XIV. usque differendas.

(888) *Fragmentum de nomine DEI* TETRAGRAMMATO: ſine auctoris nomine à Joanne *Crojo* quondam editum at nunc EVAGRIO SCITHENSI aſſertum vide in *Actis Eruditorum* (a) 1687. pag. 382. Is idem eſt cum *Pontico*, ut docet eundem ſecernens, ab Antiocheno æque ac à Scholaſtico *Ellies du Pin* in Bibliotheca ſua Eccleſiaſticorum auctorum Gallice ſcripta Tom. III. in principio, ubi prolixius de ipſo & libris etiam à *Cotelerio* editis ejusdem refert, ſed quæ parum huc pertinere viſa excerpere nolui; v. *ſupra* n. 618. eidem auctori vindicatum anonymum ſcriptum *Apophthegmata Anachoretarum.*

(a) Acta Erud. Lipſ. 1687. pag. 382. *Occurrit, (in Eccleſiæ Græcæ Monumentis, Tomo tertio, (illic recenſito,) editore & interprete Joh. Bapſtiſta* Cotelerio, *Socio Sorbonico, atq; litterarum Græcarum Lectore Regio) III.* Evagrii Scithenſis *capita aſcetica cum epiſtola ad Anatolium, ejusdemq; de re Monaſtica libellus, & de nomine DEI Tetragrammato, quod Hebrææ linguæ ignarus* יהוה *pronunciat, fragmentum, jam antea a Johanne* Crojo *in ſpecimine conjecturarum ad loca quædam Origenis, Irenæi, Tertulliani, & Epiphanii, ſed minus correcte, &* ſine Evagrii nomine *editum: &*

(888. *a*) THECA GLADII SPIRITUS, „ſententias quasdam breves, vereque Philoſo„phicas continens Argentorati Impenſis Lazari „Zetzneri 1616. ſunt ex adverſariis *Tobiæ* HESSI, „Viri Pii, ut habet Præfatio ad lectorem, quæ forte eſt Joh. *Valentini* ANDREÆ, S. Th. D. ſub„ cujus nomine à Bibliopola mihi hæc Theca ex„ hibita, quæ tamen non eſt ejus opus, ſed forte„ „editio ab eo curata. *Symbola* eſt *Maſtrichtina.*

(888. *aa* CXII.) THEOLOGIA GERMANICA *Germanice* primum edita, quomodo latine & in alias linguas poſtmodum verſa ſit, *infra in Germanicis* videbimus *ſuo loco:* ubi ex profeſſo & explicatius quam olim longe pleniusve agetur de hoc libro, quod in ſpecimen omnium ita elaborandorum olim edere conſtitueram, cum de hiſce omnibus edendis adhuc deſperarem.

(889) *Tractatus* THEOLOGICO POLITICUS, *continens diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur*, LIBERTATEM PHILOSOPHANDI *non tantum, ſalva pietate & Reipublicæ pace poſſe concedi: ſed & eandem niſi cum Pace ipſaq; Pietate tolli non poſſe* in 4. tanquam Hamburgi apud Hinr. Kuhnraht clↄ Iↄ CLXX. revera conſilio audaci ſane ſatis (Nam id exprimit fictitium illud nomen Kühn Raht/ cujus nunquam hic Hamburgi quod ego ſciam, Typographus aut Bibliopola ullus habitavit) liber ut ex typo & charta ſatis colligitur, in Bataviis excuſus, paginis 283. Capitibus XX. cum præfatione ſeparata 8. paginarum. Cujus ſit & quid contineat, refert *Deckherrus* in adeſpotis (a) pag. 331. & ſeqq. Nec nomini huic parcit *Maſtricht* in Novitatibus Carteſianis, docente Cl. *Normanno* in Mſtis ſuis excerptis ad me miſſis alius etiam vivæ vocis Doctoris Theologi teſtimonio gravis hoc confirmans. Alii tamen diverſum ab eo volunt. Vide quæ *ſupra* notavi *n.* 830. de *Philoſophia interprete S. Scripturæ*, Quibus nunc addo ipſa verba ex Epiſtola doctiſſimi Dn. Guil. *Cave* Islingthonio 1676. 12. Kal. Jun. ad me ſcripta (b) & anonymi editoris operum B. d. S. *Benedictus de* SPINOSA poſthumorum Ao. 1687. in 4. apud Batavos ſine loci & Typographi mentione, excuſorum præfationem, agnoſcentem hoc opus & illius variationis quoque pugnam cum reliquis operibus excuſantem (c) pag. 28. 29. poſtquam pag. 3. & 4. (d) adduxiſſet rationes, cur latere auctor maluiſſet. Id etiam hic diſſimulare non poſſum, quod merx hæc tam egregia ſcilicet, bis mihi vendita eſt non ſine dolo ſub alio titulo: nempe *Reflexions curieuſes d' un Eſprit desintereſſé ſur les matieres les plus importantes au ſalut* &c. 12. a Cologne 1678. Extat etiam mutato iterum titulo in talem *Traité des Ceremonies ſuperſtitieuſes des Juifs* 12. eodem circiter editus tempore hic liber. Quem tertium emiſſem, ni Bibliopolæ ipſius integritas me præmonuiſſet. Is erat doctiſſimus Henr. Wettſtenius. Nempe tanto Zelo debebant hæc obtrudi! Refutationes hujus libri bene multæ prodiere, quas nunc enumerare non vacat. Sufficit eum agnoſci ab hoc illius editionis laudatore publico, ac ſine dubio diſcipulo atque ſectatore, infra in Phil. Practicæ ſcriptoribus cap. IIX. detegendo: imo agnoſci ab ipſo *auctore Spinoſa* in *Epiſtolis* ſuis ad Henricum Oldenburgium, quæ ſunt in operibus Spinoſæ numero XIX. pag. 445. XXI. pag 449. XXIII. pag. 249. 250. Ubi *blaſphemia* non abeſt: quando *quod DEus naturam humanam*

manam aſſumſerit qui dicant, eos quid dicant, neſcire, imo non minus abſurde loqui ſcribit, ac ſi quis dixerit, quod circulus naturam quadrati induerit. Nec horribile minus etiam id eſt, quod Epiſt.XXV. ſcribit Chriſti *reſurrectionem non niſi allegorice à ſe accipi: ac putaſſe de eadem ſalva Evangelii doctrina decipi Apoſtolos; ut aliis etiam Prophetis contigerit.* Ad quæ tam veſana, non potui non exclamare: *increpet te Deus Sathan! pone me, offendiculo mihi es!* & illa opponere Apoſtoli: Si *Chriſtus non reſurrexit, vana eſt veſtra fides: adhuc eſtis in peccatis veſtris.* Plura huc pertinentia de Tr. Theologico Politico agnito Spinoſæ v. in *tribus ultimis* ejusdem *Epiſtolis.* De Judiciis aliorum & refutatione quoque nonnulla recenſent Valentinus *Alberti* in Carteſianiſmo & Coccejaniſmo Belgio hodie molitis (e) quem anno 1678. Lipſiæ publicavit c. 1. §. 24. Petri Danielis *Huetii* demonſtrationes Evangelicæ (f) prop. IV. cap. XIV. §. 1. pag. m. 254. & 256. in 8. Denique amici mei dum vivebat ſingularis, hanc ſcriptionem, ſi vixiſſet, adjutu ri copia librorum & oblatis inde mihi excerpendis, quæ volebam, per conductos ad id ſtudioſos, Theophili *Spizelii* (g) felicis literati ſui ex infelicium periculis, ſeu de vitiis literatorum commentatio I. pag. 143. Ubi commendata Jo. *Muſæi* refutatio recens, ſciendum, quod ſit diſputatio publica Jenæ 1674. habita ſub ipſius præſidio extans, cujus initium ſolum de auctore detecto etiam teſtimonium perhibens ſubnotamus (h) una cum alio non minus notabili ex *Actis Erud. Lipſienſ.* A. 1695. Septemb. initio pag. 393. 394. in recenſione libri Batavi Salomonis à Til. Het *Voorhof de Hoydenen* inſcripti. Ubi de Atheiſtis præfatus in Spinozam illorum Promachum ita pergitur, uti ſub lit. (i) exhibemus. Addatur omnino *Spanhemius* Elenchi controverſiar. pag. 627. & magis etiam pag. 638. ſeqq. quem ut in omnium manu poſitum non excerpo, at lectu digniſſimum hoc loco plane teſtor. Citatur & nomine *Tractatus de Libertate Philoſophandi*, an & hoc titulo editus non dixerim, Clariſſimo & mihi dum viveret amiciſſimo Jacobo *Thomaſio* in Epiſtola 1672. præfixa Joh. Conradi *Durrii* orationi de præpoſtera & impia libertate philoſophandi præcipue in Religionis negotio, oppoſitæ huic Tractatui, Jenæ, eo dem anno in 4. Joannes *Tepelius* Hiſtoriæ Philoſophiæ Carteſianæ pag. 95. utrius horum meminit etiam. Dr. *Melchior* in refutatione ſua in 8. edita Zinoſpum Judæum vocat. v. infra num. 2242. Nuperrime prodiit Refutatio ejus libri nova Mr. *Earberi* titulo: DEisme examined and confuted, anglico idiomate. v. *Hiſtoire* des Ouvrages des Sçavans May 1697. pag. 426. Poſtremo hic legi merentur verba *Heideggeri* ab Excellmo *Maſtrichto* excerpta ſequentia: Oblatus Fabritio Ben. *Spinoſæ* tract. Theologico-Politicus. Lecto horribili libro ad me horreſco, quando video tam effuſam dari licentiam, quæcunque in mentem veniunt, publice proponendi &c. Talia Scripta in Germaniam inferri, & inter ſtudioſos divulgari, perniCioſiſſimum eſſe puto. Quin etiam conſultius eſſe ut ſupprimantur, quam ut refutentur &c. *Heidegger* in vita Fabritii pag. 70. & ſeq. De ejus vocatione ad profeſſionem Heidelbergenſem vid. ibid. pag. 74. hiſtoriam affabre deſcriptam.

(a) Deckherrus de Adeſpotis, pag. 331. *ſeq. Exiit autem Hamburgo Anno LXX.* Tractatus Theologico-Politicus, continens diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur, Libertatem philoſophandi non tantum ſalva pietate, & Reipublicæ pace concedi poſſe &c. &c. *Sine adjecto nomine; (ne, ut videtur, diſciplina ex ipſo haberet nomen, vel ipſe qualis etiam cunque ambitionis accuſari poſſet) ſed cum præfatione, ardua illa, & magnanima. Summa libri eſt, de Captivitate Rationis humanæ: &, utrum terminatio Theologicorum diſcurſuum in illa; ut & neceſſitate credendi cuicunque quodcunque publica autoritate, & privatæ ſapientiæ opinione obtrudenti: non minus in ſervili, vel ingenuo poſtulato reſpiciendi ad traditiones, ut ſibi videri volunt, infallibiles &c ſolis acquieſcere obligata ſit? diſſerere. Quæ libri infortunatæ, aut ſecus, cenſuræ? Vid. in Epiſt. L.D.V.M.D. (quæ eſt XLVIII.) quæ fortunatæ, vel minus, exculpationes? (quæ extant in Epiſt. Ej. XLIX.) cenſeat, qui viderit, ſi omninò, Lector eruditus: hic tacere magis oratorium eſt, quam dicere: nam laudare vel vituperare, utrumque in ancipiti, & debachari in alios nimis indecorum. Autor eſt* Benedictus de Spinoſa, *Amſtelodamenſis, à glorioſiſſ. memoriæ Electore Palatino* Dn. Carolo Ludovico *Heydelbergam ad Profeſſionem vocatus, ſed ad Stoicam excuſationem ſtudioſo otio & tranquillitati relictus; vitamque anno ſuæ ætatis XLIV. ſalutis, MDCLXXVII. IX. Calend. Mart. Hagæ Comitis occluſit. Ejusdem ſunt B. d. S. Opera Poſthuma, Anno LXXVIII. præfixa tersiſſima incogniti Autoris Præfatione, publicata. Ethica certè maximi judicii:* De Mente, de Affectibus, de Servitute & Libertate humana, & de Intellectus emendatione, *ſubtiliſſimæ meditationis:* Politica, *an ſatisfaciant? non dixerim:* Epiſtolæ, *& ad eas* Reſponſiones, *ſenſus & experientiæ tam ejus (ubi Theologiam & doctrinam de* Chriſto *temere non invaſit) quam Britannorum, ſubactæ; &* Hebraica *extra exemplum! De turbata per ipſum Religione, & hujus periculo, quam ſumma ſolicitudine ſe curare, omneque diſſidium exſcindere viſus eſſe voluit, conqueſtus Henr.* Oldenburgius, *in Epiſt. XVIII. cui ipſe reſpondit in Epiſt. XIX.*

(b) Guil. Cave Epiſt. mſcr. 1676. d. 12. Kal. Junii. *Miror in toto hoc libro nullam Tractatus* Theologico-Politici *mentionem fieri. Prodiit (ſi neſcias) ante annos aliquot (uti præ ſe fert, ſed mentitur titulus) Hamburgi in 4to, recuſus Anno ſuperiori in 8vo. alicubi, forſan in Belgio, ſi non in Anglia noſtra. Auctorem eſſe quendam* Benedictum Spinoſam *è Judæo Chriſtianum, alicubi in Germania vel Hollandia latitantem ferunt: Judæum autem fuiſſe, ſaltem inter eos, & in eorum ſcriptis diu verſatum, multa perſuadere videntur. Chriſtianum vero vix agnoſco, utpote qui non modo Chriſtianæ, ſed etiam naturalis Theologiæ fundamenta ſubvertere conatur, dum DEum corporeum & à rerum Univerſitate haud diſtinctum, naturæque neceſſitati ſubjectum ſiſtit &c. Adeo totus liber Hobbeſii noſtratis in* Leviathane *ſuo gentilem & Judæum ſapit. Nuperæ editioni adjuncta eſt, anteà quidem edita An. 1666. Exercitatio Paradoxa,* Philoſophia Scripturæ interpres. *De Libelli illius refutatione, &* Serrarii *de eadem refutatione judicio, agis tu quidem libri tui pag 20.*

De Autore vero nihil   Nec certi quicquam de hac re ſtatuere poſſum, niſi quod ex editis literis Lud. Wolzogenii ad Academiæ Franekeranæ ſenatum, & Nic. Arnoldi ad eaſdem Reſponſione colligo, Lamb. Velthuyſium J. C. Ultrajectinum (de quo ſupra) & Eccleſiæ ibidem Seniorem, pro autore infelicis iſtius Libelli habitum fuiſſe, idq; ex literis Joan. Hornbeckii ſe intellexiſſe ſcribit D. Arnoldus. Velthuyſius verò ſæpius ſe nec autorem, nec editorem illius, ſanctè proteſtatus ſit.

(c) Præfatio Operum Spinoſæ, pag. 28. Negari nequit id, quod nunc de Chriſtiana Religione oſtenſum eſt ex Scriptura, videri cum iis pugnare, quæ Philoſophus in Tractatu Theologico Politico demonſtranda ſumſerat; nempe Religionem in ſola obedientia conſiſtere, & veritatis indagationem & Meditationem, ad purè intellectuales, atq; adæquatas acquirendum ideas earum rerum, quas ſcriptura docet, nullum obtinere locum. Quicunq; vero hunc Tractatum bene evolverit, non erit ignarus rationum, quæ ſubtiliſſimum virum moverunt ad hoc propugnandum, & ſimul comperiet, noſtrum Auctorem rationalem agnoſcere Religionem. Pag. 29. Quin modo dicta, & a noſtro Philoſopho in Tractatu memorato demonſtrata, DEum nimirum in Scriptura ſolam Obedientiam &c. exigere, & Philoſophiam cum Theologia nihil habere commune, cum utraq; proprio nitatur talo, pro noxiis & ſeditioſis opinionibus habuerunt, eaſq; ſummo ſtudio falſas eſſe demonſtrare conati ſunt. Aſſenſum iis præbebunt, quæ de Chriſtiana Religione, quantum ejus ſpectatur cognitio oſtendimus. Hæc tam an Ethicam, quam ad ſententiam Auctoris noſtri defendendam, viſum fuit adducere.

(d) Idem ibid. pag. 3. & 4. Nomen Auctoris in libri fronte, & alibi literis duntaxat initialibus indicatum, non alia de cauſa, quàm quia paulo ante obitum expreſſe petiit, ne Nomen ſuum Ethicæ, cujus impreſſionem mandabat, præfigeretur; Cur autem prohibuerit, nulla alia, ut quidem videtur ratio eſt, quam quia noluit, ut diſciplina ex ipſo haberet vocabulum. Dicit enim in Appendice quartæ partis Ethices, capite vigeſimo quinto, quod qui alios conſilio, aut re juvare cupiunt, ut ſimul ſummo fruantur bono, minimè ſtudebunt, ut diſciplina ex ipſis habeat vocabulum; Sed inſuper in tertia Ethices parte Affectuum Definit. XLIV. ubi quid ſit ambitio explicat, eos, qui tale quid patrant, non obſcurè, ut gloriæ cupidos accuſat.

(e) L. Valent Alberti Carteſianiſmi & Coccejaniſmi §. 24. Inter craſſiores pondere abſurditatum eminet Autor anonymus exercitat. Paradoxæ de Philoſophia Scripturæ interprete; in quam ſententiam per κακοζηλίαν Carteſii ſe perveniſſe non diffitetur in Prologo. Sed pœnam craſſitiei ſuæ dedit apud ſubtiliores Carteſianos, rejectus a Wittichio, Heidano, aliisq; ſtrictim; ex profeſſo a Wolzogio in velitatione cum Exercitatore. Hujus enim ſocietatem inviſam ſibi noxiamq; fore, facile intelligebant, vel in Epilogo peſtilentiſſimi ſcripti (ſcilicet, ut omnia tum bona ſint, clauſula quando bona eſt) inter alia legentes: Ex ſola Scripturæ lectione ne unius quidem rei perfectam ſcientiam addiſci, nec ullam ideam claram diſtinctamque inde acquiri, nec falſam ac perverſam corrigi. Vide tamen, quomodo inter eum & ſubtiliores Carteſianos harmoniam in verbis, hypotheſibus, concluſione, objecto, conditionibus genuini interpretis, praxi ipſa, oſtendere ſatagat Maſtricht d. l. pag. 106. ſeq. Specioſius a Carteſianis excludi potuit Autor Tractatus Theologico-Politici pro libertate philoſophandi (Joh. Spinoſa) quia non minus Hobbeſii quam Carteſii placita probat; imo Ex Judæus blaſphemus, & formalis atheus eſt; judicio Mareſii in vindiciis diſſertat. de Abuſu Philoſoph. Carteſ. adverſus Petrum ab Andlo, Batavum, pag. 4.

(f) Petri Daniel. Huetii Demonſtrat. Evangel. prop. IV. cap. XIV. §. 1. pag. m. 254. Prodiit vero nuper è tenebris in lucem Tractatus, uti præ ſe fert, Theologico-Politicus, cujus Scriptor philoſophandi libertatem affectans, non ſolidæ tantum pietatis, & ſinceræ Theologiæ, ac totius Chriſtianiſmi fundamenta convellit, ſed ſanam etiam Politicen ac rectam Philoſophiam funditus labefactat; planeq; eò inclinat, ut exitialem ac peſtiferam & nimis hac ætate contagioſam Deiſtarum, ut vocant, hæreſin tueatur. Res eſſet operæ levis & exigui laboris, vanitatem & impietatem ſcriptionis hujus merita confutatione retundere: ſed quoniam nobis ab inſtituto in præſentia divertere non licet, aliquas tantum ejus partes quæ ad noſtrum pertinent propoſitum adoriar, & ſuam ſacris codicibus dignitatem, quæ hac oppugnatur lucubratione, defendere conabor. Quoniam autem omnia undecunq; adverſus Moyſen collegit venena, & partem argumentorum ſubminiſtrarunt ipſi Aben Ezræ Explanationes; partem Syſtema Theologicum ex Præadamitarum hypotheſi, pernicioſum itidem opus, ſed cujus virus ſalubri pœnitentia Auctor eluit; partem etiam Thomæ Hobbeſii Angli Leviathan; omnium argumenta una opera diſcutiam.

(g) Theophil. Spizelius felicis Literati, pag. 143. cum notis Marginalibus. Prodiit ante annos aliquot in lucem ſcriptum quoddam anonymi. (Editus autem eſt hic anon de Libertate Philoſoph. tract. non Hamburgi, ut mendax inſcriptio habet, ſed Amſtelod. ubi auctor vixiſſe dicitur.) ſub titulo Tractatus Theologico-Politici, de libertate Philoſophandi, cujus infeliciſſimus fœtus autor Lucifuga (ferunt autem Benedictum Spinoſam eſſe, natione Judæum, hominem ut res ipſo loquitur perfrictæ frontis, fanaticum, & ab omni religione alienum) palmariam in impugnando ſacro codice inq; explodenda omni revelatione divina poſuit operam, eo progreſſus impudentiæ ac impietatis, ut Prophetiam dependiſſe diceret à fallaci imaginatione prophetarum, ac in uno quoque pro diſpoſitione temperamenti ac ratione præconceptarum opinionum (quibus DEus quod ad ſpeculativa attinet ſe accommodaverit) variaſſe, adeoque prophetiam nunquam prophetas doctiores reddidiſſe, ſed eos in ſuis præconceptis licet falſiſſimis opinionibus reliquiſſe, ac propterea nos iis circa res mere ſpeculativas minimè debere teneri: Apoſtolorum Epiſtolas non ex revelatione & divino mandato, ſed tantum ex ipſorum naturali judicio ſcriptas fuiſſe; eos accommodaviſſe religionem quoad fieri potuerit hominum ſui temporis ingenio, ſuperædificaſſe illam fundamentis tum temporis maxime notis & acceptis: Exin (quod diverſis fundamentis religionem ſuperædificaverint) ortas eſſe multas contentiones & ſchiſmata, quibus Eccleſia jam inde ab illorum temporibus indeſinenter

ter vexata fuerit; DEI æternum verbum & Pactum veramque religionem hominum cordibus, h. e. humanæ menti inſcriptam eſſe, quod autem in ſcripturis contineatur, eſſe mendoſum, truncatum, adulteratum, & ſibi non conſtare, maxime in Hiſtoriarum & Prophetiarum circumſtantiis, miraculis rebusque ſpeculativis. *Quid quod nulla prorſus* Miracula *& Opera ſupernaturalia in ſcripturis agnoſcat, ſed quæ talia dicantur, dici contendat reſpectivè ad hominum opiniones, & nihil aliud illorum appellatione intelligi, quam opera naturalia, quorum cauſam ignoremus, vel explicare non poſſimus, vel quæ explicari eo modo non poſſint quo vulgus res naturales explicare ſoleat. Hinc deniq; concludit:* Omnia, quæ in Scripturis verè narrentur contigiſſe, ita ſecundum leges naturæ, ut omnia, neceſſario contigisſe; ſi quid vero reperiatur, quod legibus naturæ repugnet, aut ex iis conſequi non poſſit, id a ſacrilegis hominibus literis ſacris adjectum fuisſe. *Quo magis verò illa DEO ac revelatæ ejus veritati inimica impietas non in peregrino tantum, ſed in Germanico etiam noſtro ſolo radices agere conatur, ut verendum ſit, ne brevi tempore aliquam in communi patria noſtra (quod hæc aliaq; portentoſarum opinionum commenta attinet) Italiam, Galliam aut Belgium ſimus habituri; eò diligentius doctis omnibus proſpiciendum, ne & ipſi a nefariis hujusmodi præceptoribus, librisq; aut diſſertationibus tanta impietate refertis corrumpantur, tandemque extremum τὸ ἀπειλῆς ſubeant periculum.* (*Anonymo huic Libertino in Belgio ſcripto peculiariter ſe oppoſuit Jacobus* Batalier; *Editis* Vindiciis miraculorum, *per quæ divina relig. & fidei Chriſt. veritas olim fuerit confirmata. In Germania vero ſcripti ejusdem refutationem Jenæ D. Johann.* Muſæus *haud ita pridem eſt meditatus.*)

(h) Tractatus Theologico-Politicus examinatus Præſide D. Joh. Muſæo Jenæ, A. 1674 §. 1. & 2. *Triennium eſt, & quod excurrit, cum in lucem prodiit Scriptum quoddam anonymum ſub titulo:* Tractatus Theologico Politici, continentis diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur, libertatem philoſophandi non tantum ſalvâ pietate & Reipublicæ pace poſſe concedi, ſed eandem, niſi cum pace Reipublicæ, ipſaque pietate tolli non poſſe; *Infelix ſanè & immaturus ingenii infelicis & immaturi fœtus, quem tenebris* Cimmeriis *involvi, quam luce publica donari ſatius fuiſſet. Auctor lucifuga, etſi tenebrionum more latere, quam nomen ſuum profiteri maluit, fertur tamen eſſe* Benedictus Spinoſa, *natione Judæus, ſed ob opinionum, quas fovet, monſtra ἀποσυνάγωγος, homo, ut res ipſa loquitur, præfrictæ frontis, fanaticus, & a religione omni alienus. Natales ejus tribuit inſcriptio mendax* Hamburgo, *quos* Amſtelodamo, *ubi Auctor vixiſſe dicitur, deberi veriſimile eſt.* §. 2. *Anſam conſcribendi libri ſibi præbuiſſe refert diſſidia Hominum*, qui ſe Chriſtianam religionem profiteri jactent, hoc eſt, amorem, gaudium, pacem, continentiam, & erga omnes fidem, & tamen plus quam iniquo animo certent, & acerbiſſimum in invicem odium quotidie exerceant, ita ut facilius ex his, quam illis, fides uniuscujusq; noſcatur. &c.

(i) Acta Eruditor. Lipſ. Cal. Sept. Ao. 1695. pag. 393. & 394. *Fervidum tamen imprimis in Belgio habuerunt promachum Benedictum Spinozam, ſacrum caput & omni poſteritati execrandum, qui cum in libro Hiſpanico idiomate ſcripto, cui titulum fecerat* Apologia pro Spinozæ à Judaiſmo apoſtaſia, *ſcurrilitates ſuas contra autoritatem Veteris Teſtamenti temerè primum effutiiſſet, amicorum vero ſuaſu premere monſtroſum iſtum fœtum conſtituiſſet, illas tamen nihilominus* Tractatui *ſuo* Theologico-Politico, *tectius licet, poſtmodum infarcire, fumosq; ſuos lumini offundere auſus fuit.*

(889. α) THEOPHILUS PAROCHIALIS, ſeu, *De quadruplici debito in propria Parochia perſolvendo: Concionis, Miſſæ, Confeſſionis Paſchalis, Paſchalisq; Communionis.* Per R.P.B.B.C.P.C. i. e. *Rev. Pere Bonaventure* BASSEAN *Capucin Predicateur*, ut exponit *Bailletus* Tr. *des Satyres Perſonelles* pag. 397. & 398. (a) prolixè agens de hoc libro, & ortis inde motibus Lugduno-Gallicanis, tempore bellorum Civilium Pariſinorum; ac quomodo cohæreat cum altero ſupra n. 818. α. memorato libro *Parochianus Obediens*, & *Parochiophilus*, & ut vero nomine auctor vocetur *Louis* le PIPPRE, nos edocens.

(a) Des Satyres Perſonnelles Tom. II. pag. 397.

Un Capucin Flamand, qui ne s' eſtoit fait connoiſtre d' abord, que par les Lettres initiales De R. P. B. B. C. P. & qui depuis a paſſé pour le Rev. Pere Bonaventure Baſſean, *Capucin Predicateur, s' eſtoit aviſé vers l' an 1633 de compoſer un Livre Latin, touchant les devoirs des Fidelles à la Paroiſſe. Cet Ouvrage, qui eſtoit écrit ſuivant des lumieres, qui n' avoient pas eſté puiſees dans les Maximes ordinaires des Reguliers, tomba entre les mains d'un Abbé de l' Ordre des Chanoines Reguliers, nommé Robert, qui poſſedoit l' Abbaye de Hennin auprés de Doüay. Cet Abbé ayant jugé, que l' Ouvrage n' eſtoit pas indigne de la lumiere, le fit examiner par les Cenſeurs ordinaires des Univerſitez de Louvain & de Doüay: & s' eſtant muni de leurs Approbations avec le Privilege du Roy, il le dédia au Cardinal Francois Barberin, & le fit imprimer à Anvers l' an 1635. in 8. ſous le titre de* Theophilus Parochialis, *ſeu,* De quadrupli ci debito in propria parochia perſolvendo: Concionis, Miſſæ, Confeſſionis Paſchalis, Paſchalisque Communionis. *Per R. P. B. B. C. P. C' eſtoit une eſpece de ſuite ou d' augmentation à un autre Ouvragne, que le meſme Auteur avoit écrit auparavant, & qu' on avoit imprimé l' année precedente, ſans ſa participation, ſous le titre de* Parochianus obediens. *L' Abbé qui avoit encore fait ce preſent au Public, nous apprend dans un petit avertiſſement aux Paroiſſiens Zelez, que l' Auteur de l' un & l' autre s' appelloit de ſon vray nom* Loüis le Pippre: *qu' il avoit vécu dans le ſiecle avec la qualité de Licentié en Theologie: qu' il avoit eſté Profeſſeur en Philoſophie dans le College Royal à Doüay: qu' il ſe fit Capucin dans la ſuite: qu' il fut Gardien, puis Lecteur ou Profeſſeur en Philoſophie & en Theologie dans le Couvent de Liege.*

L' ouvrage fut reimprimé vingt-deux ans aprés dans la ville de Paris in XII. ſous le titre de Parochiophilus *chez Huré & Leonard, par les ſoins d' un Preſtre, qui s' eſt appellé Timothée Cleritime, & qui a fait une grande Diſſertation aux Curez de Paris, auſquels il dedie cette nouvelle edition.*

Mais des quatre parties de cet ouvrage, celle qui concerne la Meſſe de Paroiſſe, parut ſi importante à M. Puys, Curé de Saint Nizier à Lyon, qu'il voulut la traduire en François pour l'uſage commun des Fideles du Royaume. Il fit imprimer ſa traduction avec privilege & approbation l'an 1649 in 8. à Lyon, ſous le titre de: Theophile Paroiſſial de la Meſſe de Paroiſſe, par le R. P. B. B. C. P. traduit du Latin de l'Auteur par Benoiſt Puis, Docteur en Theologie, Chanoine, Sacriſtain, & Chef du Chapitre de l'Egliſe Collegiale & Paroiſſiale de Saint Nizier de Lyon, Juge Lieutenant en la Primacie de France *L'ouvrage eſt dedié aux Prelats du Clergé de France, & il y avoit lieu d'eſperer que cette vuë pourroit contribuer à le faire recevoir favorablement de tout le monde.*

Mais n'ayant pû diſſimuler, qu'il avoit entrepris ce travail pour s'oppoſer à la liberté de quelques Predicateurs, membres d'un Compagnie Reguliere qu'il honoroit beaucoup, qui s'eſtoient échappez à déclamer publiquement contre la Meſſe de Paroiſſe, &c. il s'attira la petite tempeſte, dont M. de Brillat *vient de nous parler ſous le nom de ces bruits excitéz dans l'Egliſe de Lyon pendant la guerre de Paris.*

La tempeſte commença par un petit Livre d'un Auteur Anonyme, qui parut à Lyon ſans privilege, & ſans approbation, l'an 1649. in 12. ſous le titre de l' Anti-Theophile Paroiſſial, *ou Réponſe au Livre qui porte pour titre le Theophile Paroiſſial de la Meſſe de Paroiſſe. Il ne ſe peut rien ajoûter au zele de l'Anonyme pour la défenſe des pretentions des Reguliers. Non content de dire, que le Traducteur a augmenté de ſon nom le* Catalogue des *Anti-Reguliers Wicleff, Jean de Polliac, Guillaume de S. Amour, Odon, Siger, Hallier, Aurele &c. il pretend que ce Capucin (qu'il appelle ſans nom, parce qu'il n'eſtoit pas encore connu en France) eſt un phantême, & un Auteur ſuppoſé: Que le vray Auteur de ce Livre eſt un Eccleſiaſtique ſeculier, qui ne voulant point ſe faire connoiſtre pour celuy qu'il eſtoit, & cherchant encore un avantage pour battre à couvert les privileges de Reguliers, a pris le nom d'un Regulier, & s'eſt caché en Ulyſſe madré ſous ce bouclier emprunté.*

L'Anonyme qu'on auroit crû n'avoir eu d'autre intention que d'examiner ce qui concernoit les devoirs des Fideles pour la Meſſe de Paroiſſe, ne laiſſa point de toucher ſouvent à la perſonne du Traducteur, qu'il vouloit bien conſiderer comme ſon Adverſaire. Il s'en forma une querelle perſonnelle, qui fut accompagnée de quelque ombre de ſcandale parmi le peuple.

Le Traducteur de Theophile Paroiſſial ſe trouvant offenſé par l'Anti-Theophile, entreprit de le faire connoître au Public. Ce fut dans cette intention qu'il mit au jour l'an 1649. in 8. dans la ville de Lyon un nouveau Livre contre luy, ſous le titre de Réponſe Chreſtienne à un Libelle anonyme, honteux & diffamatoire, intitulé, *Anti-Theophile Paroiſſial.* Faite par Benoiſt Puys, Docteur, *&c. L'Auteur qui dédie encore cet Ouvrage aux Prelats du Clergé de France, nous apprend, que l'Anti-Theophile avoit eſté debité & vendu le jour de l'Aſſomption de Noſtre Dame par des Religieux, dans la Chappelle d'une Congregation dediée à la Vierge, à des perſonnes qui ſortoient du Tribunal de la Penitence & de la Communion. Il ajoûte, que le Livre ne revenoit pas à deux ſols, mais qu'il en fut vendu quatre, & que ce fut au profit de ces Reguliers, qui en receurent l'argent, avec un benefice de cent pour cent.*

L'Auteur de l'Anti-Theophile ne fut point inſenſibile aux reproches de M. Puys. *Mais voyant qu'on traitoit ſon Ouvrage de Libelle diffamatoire, & qu'on prétendoit tirer avantage contre luy de ce qu'il s'eſtoit rendu Anonyme ſans donner ſa caution, conformément au Reglement du Concile de Trente, il voulut remedier a cet inconvenient dans la Replique qu'il fit à la Réponſe Chreſtienne de ſon Adverſaire. Il commença par ſe donner un nom, un ſurnom, & une qualité. Aprés il prit diverſes Approbations, de deux Carmes, d'un Auguſtin, & d'un Jacobin, qui furent ſuivies d'une permiſſion d'imprimer. De ſorte que ſon Livre compoſé de huit Chapitres, parut avec autorité l'an 1649. in 8. à Lyon, chez Ant.* Cellier, *ſous de titre* d'Apologie pour l'Anti-Theophile Paroiſſial contre la Replique injurieuſe, & les plaintes injuſtes de Monſieur Benoiſt Puys, où de nouveau eſt ſolidement établi le privilege des Egliſes des Reguliers. Par Paul de Cabiac, Preſtre Regulier.

Je ne vous diray rien des impreſſions que ce dernier Ouvrage a pû faire dans l'eſprit de M. Puys, *& de ſes Amis: mais je puis raiſonnablement préſumer, que toute la querelle ſe termina enfin par une bonne reconciliation de cet Auteur avec celuy de l'Anti-Theophile, qui mourût à A les, dix ans preciſément aprés la publication de cette derniere Apologie, âgé de 69. ans. Leur accommodement ſe fit publiquement, & de la meilleur grace du monde, comme il paroiſt par un Acte, qui en fut dreſſé le 25 jour de Septembre de l'an 1650. en preſence des principaux du Clergé de la Ville, des Magiſtrats & premiers Officiers, de trois Gentils hommes, & de quelques uns des premiers Bourgeois, qui ont tous ſigné l'original de la Declaration, avec M. Puis & l'Auteur de l'Anti-Theophile.*

(889. βCXIII.) THESAURUS piarum & CHRISTIANARUM INSTITUTIONUM, prius nomine BULLÆ, ſine auctoris mentione editarum, cujus ſit auctoris, Hiſtoria præter morem ſuum prolixa narrat *Philippus Alegambe* pag. m. 119. ſic ſcribens. *Libellum Sodalitatis*, hoc eſt, *Piarum & Chriſtianarum Inſtitutionum* lib. III. *in gratiam Sodalitatis B. Virginis Mariæ.* Hic Libellus, cum ſub annum M. D. LXXV. primum fuiſſet editus, ſub nomine *Bullæ*, nullius adſcripto nomine, ſæpiusque annis ſequentibus recuſus, mox etiam, ne incerto auctore ſuſpectus fieret, per *Joannem* PERELLIUM, modicè variato titulo, in hunc modum: *Theſaurus piarum & Chriſtianarum Inſtitutionum*, editus prodiiſſet Ingolſtadii, M. D. LXXVIII. Dilingæ. M. D. LXXXIII. Mediolani M. D. LXXXVI. Colon. 1610. 12. & alibi. Demum Auctor ejus *Franciſcus* COSTERUS librum recognovit, & duobus libris auctum, præfixo nomine ſuo recudit Antvverpiæ typis Plantinianis, & Coloniæ apud Goſuinum Cholinum, utrobique anno M. D. LXXXVI. additis Academiarum aliquot approbationibus, quæ illum auctorem eſſe agnoſcunt, iterumque Lugduni apud Paulum Frellon & Abrahamum Cloquemin M. C. XCIV. præfixa ad Sodalitates Beatiſſimæ Virginis Mariæ Epiſtola, ſuo nomine ſubſcripta, qua ſuum illis librum offert, explicatque

catque, quam habuerit ejus conſcribendi occaſionem, ut nullus poſſit ambigere, cujus Auctoris hic partus ſit; qui rurſum VI. libro auctior Antvverpiæ, Coloniæ, & alibi editus eſt. Hactenus *Alegambe*, cujus locus hic notari eo magis debuit, quod *Andreas Valerius*, & *Franciſcus Swertius* uterque nihil de hoc ſcripto, quamvis alia Belgæ illius Jeſuitæ ſcripta recenſeant, meminere, & totidem verbis *Sotwell.* pag. 222. eundem repetit.

(889. γ CXIV.) THESAURUM SPIRITUALEM *rerum ac documentorum variorum ad ſocietatem JEſu pertinentium* Cracoviæ 1607. item

(889. δ CXV.) THESAURUM PRECUM *ac variarum exercitationum Spiritualium, ex variis auctoribus collectum* opera PP. Soc. Jeſu, recenſet inter anonyma ſcripta *Friderici* BARTSCHII Pruteni Jeſuitæ, *Alegambe* pag. 144. & *Sotwell.* p. 267. b.

(890) THRONUS JUSTITIÆ ſive *de Examine triplici Conſcientiæ generali, diurno, particulari*, ex quatuor Patribus Soc. J. concinnatus M. DC. XXIV. *Philippo* BEBIO ſæpius jam in ſcenam deducto vindicant *Alegambe* p. 555. b. *Sotw.* p. 707. b. p. 835. a. Valer. *Andr.* Bibl. Belg. p. 768. *König.* Bibl. p. 94.

(891) *Cenſura Catholici cujusdam de judicio* TIGURINORUM *& Heidelbergenſium de dogmate Antitrinitariorum in Polonia ſparſo* Colon. 1565. 8. *Stanislai* HOSII Poloni Cardinalis quod ſit, in Symbolis ſuis confirmavit mihi *Normannus* ex *James.* pag. 120. Addi poterit *Simlerus* Biblioth. Geſn. p. 275. in Henr. Bullingero, & 763. in Stanislao Hoſio. *Hoornbeck.* Apparat. Socin p. 30. Loca Simleriana ex noſtra editione Tigurina 1574. adſcripſimus (a) (b) *Hottingerus* in Scholæ Tigurinæ appendice (c) & in methodo Hiſtoriæ Helvet. pag. 214. quem locum Dn. *Normannus* indicavit; quo libro, ut & hocce de quo nunc agitur deſtituti neſcimus, an de *Judicio*, vel ut poſteriori loco Simleri legitur, *Judicium de Cenſura Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergenſium de dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia nuper ſparſo 1568.* vera ſit hujus libri inſcriptio. Nam duplicem librum non eſſe res ipſa loquitur. Simon *Starovolſcius* hunc Stanislaum Hoſium primo ſtatim loco nobis in Elogiis centum illuſtrium Polonorum Scriptorum exhibens, nihil hujus aut alterius ab eodem illius proditi ſcripti meminit: uti neque *Gaddius* p. 233. Tom. I. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

(a) Joſias Simlerus Bibliothecæ Geſnerianæ pag. 275. col. a. *Præfatio ad libros Simleri, de æterno DEI Filio, qua reſpondetur libello Anonymo (cujus tamen auctorem quidam* Oſium *eſſe volunt) qui inſcribitur:* Judicium de Cenſura miniſtrorum Tigurinorum & Heidelb. *de dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia nuper ſparſo.*

(b) Simlerus Bibl p. 635. col. poſter. in Stanislao Hoſio de ſcriptis ejus itidem agens: *Idem dicitur Autor eſſe libri anonymi qui inſcribitur* Cenſura Catholica de judicio Tigurinorum *& Heidelbergenſium de dogmate contra adorandam Trinitatem nuper in Polonia ſparſo.* Reſpondit *huic libello Henr.* Bullingerus.

(c) Hottingerus in Schol. Tig. Carol. App. I. p. 184. Henrici Bullingeri libros recenſens ita: *Tom. IX. 1. Præfatio ad libros quatuor* Joſiæ Simleri *de æterno DEI Filio qua reſpondetur libello anonymo, qui inſcribitur* Judicium de Cenſura *Miniſtrorum* Tigurinorum & Heidelbergenſium *de dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia nuper ſparſo 1568. Ajunt autorem hunc anonymon* Hoſium *fuiſſe Cardinalem Varnienſem, in Polonia Epiſcopum. Et Poloni rogarunt ut reſponderem huic libro.* Ita Hotting. verbis ipſius Bullingeri.

(891. α) *Epiſtola de* TOLERANTIA, *ad clariſſimum Virum* T. A. R. P. T. O. L. A. *ſcripta* à P. A. P. O. I. L. A. Goudæ, apud Juſtum ab Hoeve cIↃ IↃc LXXXIX. paginis 9. in 12. recenſetur in Hiſtoria Operum eruditorum Gallica, (*Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans*) 1689. Septemb. pag. 20. usque ad 26. Ubi pag. 21. (a) Auctor Mr. BERNARD appellatur. Ipſum ſcriptum conjunctim una cum alio Gallico ejus argumenti, mihi à Clariſſimo & doctiſſimo Bibliopola Amſtelodamenſi Henrico Wetſteinio miſſum eſt, cui titulus: *Abregé de la doctrine de la Tolerance Civile*, à Rotterdam, Chez Barent Bos, Marchand Libraire auprès de la Bourſe 1691. paginis 58. con præhenſo. Quod alterius illius defectum forte ſupplere poſſe credebam breviarium; ſed aliud longe, & omnium in utramque partem hujus quæſtionis argumentorum inveni eſſe compendium. Adjacebat alteri etiam illi, *Diſſertatio Theologica de Pace Eccleſiaſtica*, auctore Samuele Strimeſio V. D. M. Theol. & Philoſ. Prof. P. in Univerſitate Viadrina, juxta exemplar impreſſum Francof. ad Viadrum Typis Johannis Cœpſeli Acad. Typ. cIↃ IↃc LXXXIX. una cum illo etiam vendi ſueta, ut ad argumentum hoc maxime pertinens, X. Diſſertationibus, & paginis 80. conſtans. Sed ad noſtram ut revertamur Epiſtolam: eam ſerio deprecatus *Bernardus* ad auctorem *Hiſtoriæ Operum Eruditorum* ſcribit, ut (b) adjacet 1690. pag. 278. Poſteà *Nov.* ejusdem Anni (c) pag. 99. Mr. ROZEL BEAUMONT, dubie tamen, in partes vocatur; & *Auguſti* pag. 545. (d Gallicus alius libellus, de quo infra *cap. XIV. num.* 2267. agetur auctoris, & linguæ, geniique, & argumenti differentis, memoratur; una cum publicato per *Peliſſonium*, iterum diverſo ipſius & Excell. *Leibnitzii* commercio litterario mutuo, deſuper inchoato.

(a) Hiſtoire des Ouvr. des Sçav. Sept. 1689. pag. 21. *C'eſt pourquoy* Mr. Bernard *commence ſa lettre par cette reflexion, que du moins la charité de ces ardens ennemis de la tolerance &c.*

(b) Ibid Feur. 1690. pag. 278. *Je* (Mr. Bernard.) *vous prie Mr. de vouloir bien me depouiller d'un bien, qui ne m'appartient point, & de reſtituer à ſon veritable auteur la* lettre de la Tolerance,

 que

que vous m' attribuez dans votre dernier mois de Septembre.

(c) *Ibid. Nov 1690. pag. 99. J' en ay jugé (Rozel Beaumont.) moins favorablement, & ce qui a achevé de me le rendre ſuſpect, c' eſt, que bien qu' il y ait des graces & des beautez peu Communes, perſonne n' a voulu s' en faire honneur; &* l' Auteur ecoute encor ſous le Maſque *les divers jugemens du Public.*

(d) Ibid. *Août 1692. pag. 545. Mr.* Peliſſon *a fait imprimer un Traité de la* Tolerance des Religions. *C' eſt un commerce des Lettres entre luy & Mr.* Leibniz, *Conſeiller de Mr. le Duc d' Hannover: & il ne s' agit que d' une eſpece de Tolerance Eccleſiaſtique. Le but & le deſſein ſont bien differens de celuy de Mr.* Papin, *qui a debité un livret de la Tolerance des Proteſtans.*

(891. β CXVI.) TORTURA TORTI à *Lancellotto* ANDREWS Elienſi primum, deinde Wintonienſi apud Anglos Epiſcopo profectum ſcriptum detectum jam *Colomeſio* pag. 163 Clavis Epiſtolar. *Caſauboni* ad pag. ejus 90. conjungi debet cum eo, cui titulus:

(891. γ CXVII.) TRIPLICI NODO TRIPLEX CUNEUS, ſive *Apologia pro Juramento fidelitatis, adverſus duo Brevia Papæ Pauli V. & recentes litteras Cardinalis Bellarmini ad Georgium Blackvellum Angliæ Archi Presbyterum, ſcriptas.* Liber *Anglicè* primum editus eſt Londini anno 1607. eum in finem, ut liberaret animos ſubditorum Pontificiorum opinione falſâ præconceptâ, quaſi bona cum pace conſcientiarum ſuarum injunctam ipſis formulam juramenti fidelitatis, ob detectas varias Conſpirationes Jeſuitarum, aliorumque Catholicorum in Regiam perſonam, neceſſariam exiſtimatam, dicere non poſſent: quamvis Archi-Presbyter ille hoc ipſum, non obſtantibus Papæ brevibus, & Cardinalitiis litteris dixerit, uti patet ex Proceſſu ejusdem impreſſo Londini 1609. hac inſcriptione: *In* Georgium Blackvellum *Angliæ Archi-Presbyterum à Clemente VIII. deſignatum Quæſtio bipartita; cujus Actio prior Archi-Presbyteri jusjurandum de fidelitate præſtitum, altera ejusdem juramenti aſſertionem, contra* Cardinalis Bellarmini *literas continet.* quam *Goldaſtus* etiam Tomo 3. pag, 565. Monarchiæ S. Romani Imperii, recuſam exhibuit. Liber hic *latine* mox verſus, & refutatus à Cardinale *Rob. Bellarmino* ſub nomine *Matthæi* TORTI, quod in *Pſeudonymis* invenies: *Liber graviſſimus & ſummæ pietatis* dicitur ab *Iſaaco Caſaubono* appendicis Epiſtola 106. Profectus autem eſt ab ipſo Rege Angliæ JACOBO, cujus alia doctiſſima ſcripta, tum ſeparatim ſingula, tum conjunctim una recuſa Anglice 1616. & Lat. 1619. utraque Londini, vide in Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 263. 264 Vide *Colomeſium* in Clave Epiſtolarum Caſauboni ad pag 833. Neſciens autem ipſius Regis hoc opus eſſe *Bellarminus*, admodum duriter & injurioſe reſpon lerat. Unde Rex priorem libellum recudi juſſit, auctorem ſe profeſſus ejusdem, addiditque *Præfationem monitoriam* & *Anglice* & *Latine* à ſe ſcriptam, qua reprehendit Bellarmini reſponſionem, & imperat ſubditis, quæ neceſſaria videbantur. Itaque nolens etiam latere diutius *Bellarminus*, *Apologiam* eandem denuo edidit ſuo nomine pariter præfixo, qua & ſuam, nomine non amplius occultato recuſam Reſponſionem defendere, & Monitoriam Regis Epiſtolam refellere ſatagit. Colon. 1610. in 8. Quo eodem & *Mart. Becanus* Jeſuita Moguntiæ edito libro in 8. refutationem eandem inſtituit. Scripſerat autem etiam ante contra Bellarmini reſponſionem Pſeudonymam *αἰωνύμως* TORTURAM TORTI, A. 1609. in 4. *Lancellottus* ANDREWS, Ciceſtrenſi, primum Elienſi, deinde Wintonienſi apud Anglos Epiſcopatui Præfectus, vid. *Colomeſ.* ad pag. 90. Clavis Epiſtolarum Caſauboni. Ei reſpondit *Martinus Becanus*, Jeſuita, *Refutatione Torturæ Torti*, ſeu contra *Sacellarium Regis Angliæ, quod cauſam Regis ſui negligenter egerit*, excuſa Mogunt. 1610. in 8 & A. 1612. ipſo nomine *Lancellotti Andrews* expreſſo recuſa. Huic oppoſitus A. 1611. Londini in 8. editus *Elenchus Refutationis Torturæ Torti* pro Reverendiſſimo in Chriſto Patre Dno Epiſcopo Elienſe, adverſus *Mart. Becanum*, Auctore *Richardo Thomſonio*, Cantabrigienſi. Item *Roberti Burhilli* Angli ibidem eodem anno edita *Reſponſio pro Tortura Torti* ad P.M. *Becanum.* Oppoſuit etiam Torturæ Torti ſe alius Jeſuita Græcus P. *Andreas Eudæmon Joannes Cidonius*, libro cui titulus *Parallelus Torti ac Tortoris ejus L. Greſtrenſis.* Col. 1611. in 8. quem nihil aliud niſi *fœtidiſſimam convitiorum & impudentiſſimorum mendaciorum cloacam* eſſe dicit *Caſaubonus* Epiſtolæ ad *Frontinum Ducæum* pag. 159. ejusdem mendacium impudentiſſimum de Caſauboni Patre ſuſpenſo, in ſpecimen Græcæ fidei, Orbi litterato exhibens, *Exercitat. ad Baron.* ad Apparatum num. 4. Eum idem modo nominatus *Burhillus* Oxoniæ 1613. in 8. *de poteſtate Regia & uſurpatione Papali*, edito ſcripto refutavit. Alia ſcripta ad hanc controverſiam pertinentia plurima, vide apud *Draudium* in Bibliotheca Claſſica ſub titulo, Anglicana, librorum Theologicorum, pag. m. 13. 14. & Martinum *Lipenium* Bibiioth. Theolog. fol. 41. & ſeqq. Adde Mart. *Kempii* Biblioth. Anglorum Theologicam (a) pag. 371. & ſeqq. qui an meis hiſce ſit uſus ad eum locum, non dixerim, quia me non citat, uti facit Jo. *Deckherrus* (b) in adeſpotis pag. 92. 93. Memoratur & *Autor Tortoris Bellarminianus* Ingolſtadii 1612. in 8. editus Georgii *Stengelii* Auguſtini Jeſuitæ apud *Alegamben* Bibl. Jeſuit. pag. 158. b. & *Sotvellum* p. 295. a. Extat & Jacobi *Gretſeri* Jeſ. *Baſilicum δῶρον ſeu Commentarius exegeticus in Sereniſſ. Magnæ Britanniæ Regis Jacobi* præfationem monitoriam, *& in* Apologiam pro Juramento fidelitatis 1610. Plura vide in Pſeudonymis ad Matthæi *Torti* & *Leidbresſeri* nomina. Acceſſit denique *Tonſura Gordoniana* ſive *Anti Tortor Bellarminianus bene tonſus, & Jacobo Regi remiſſus:* de quo ut & hiſtoria tota horum ſcriptorum legi meretur Bailletus Anonymus in libello Gallico cui titulus *Satyres Perſonelles*, ex quo propter raritatem libri hic locorum excerpta etiam prolixiora dare (c) non piguit.

(a)

(a) Martini Kempii Biblioth. Anglor. Theolog. pag. 371. ſeq *Epiſcopus Lancelotus ſcripſit contra Bellarminum ἀνωνύμως* Torturam Torti, *ſive ad Matthæi Torti librum reſponſionem, anno 1609. in 4to; cui repoſuit* Bellarmini *nomine Jeſuita* Martinus Becanus refutationem *Torturæ Torti, ſeu contra Sacellarium Regis Angliæ, quod cauſam Regis ſui negligenter egerit; prodiit Moguntiæ in octavo, anno 1610. & 1612. Huic anno 1611. oppoſitus & editus eſt* elenchus refutationis Torturæ Torti, *contra M.* Becanum, *autore Richardo* Thomſonio, *Cantabrigienſi: item Roberti* Burhilli *Angli, eodem anno ibid. edita* reſponſio pro Tortura Torti. Lond. 8vo. Oppoſuit etiam Torturæ Torti *ſe alius Jeſuita Græcus*, P. Andreas Evdæmon Johan. Cidonius, *libro, cui titulus:* Parallelus Torti ac Tortoris ejus. *Coloniæ in octavo, anno 1611. Quem fœtidiſſimam convitiorum & impudentiſſimorum mendaciorum cloacam appellat* Caſaubonus *in Epiſt. ad Frontonem Ducæum. Tractatus, ſub titulo* Triplici nodo triplex cuneus, *ſive Apologia pro juramento fidelitatis, adverſus duo brevia Papæ Pauli V. & recentes literas Cardinalis Bellarmini, ad Georgium Blackwellum Angliæ Archi-presbyterum ſcriptas, Anglicè, anno 1607. Londini editus eſt ab ipſo Rege* Jacobo, *eum in finem, ut liberaret animos ſubditorum Pontificiorum falſâ opinione præconcepta, quaſi bona cum pace conſcientiarum ſuarum, injunctam ipſis formulam juramenti fidelitatis, ob detectas varias conſpirationes Jeſuitarum aliorumq́ Catholicorum, in Regiam perſonam neceſſariam exiſtimatam, dicere non poſſent, quamvis Archi-Presbyter ille hoc ipſum non obſtantibus Papæ brevibus & Cardinalitiis literis dixerit, uti patet ex proceſſu ejuſdem impreſſo Londini hac inſcriptione, anno 1609.* In Georgium Blackvellum Angliæ Archi-Presbyterum à Clemente VIII. deſignatum, Quæſtio bipartita, cujus ſectio prior Archi-presbyteri jusjurandum de fidelitate præſtitum; altera ejuſdem juramenti aſſertionem, contra Cardinalis Bellarmini literas continet. *Quam Goldaſtus tom III. Monarchiæ S. Rom. Imp. inſeruit p. 565. Hic liber mox latinè redditus & refutatus eſt a Bellarmino ſub nomine* Matthæi Torti. *Iſaaco Caſaubono audit liber graviſſimus & ſummæ pietatis. In append Epiſt. CI. Reperitur inter Opera Regis Jacobi, Latinè,* Anno 1619. *Londini in folio conjunctim excuſa.*

(b) Jo. Deckherrus de ſcriptis Adeſpotis pag. 92. 93. *Idem, occaſione litigii cum utriſq; Barclaiis autor confictus* Franciſcus Romulus. *Joh. Barcl. Vindic. cap. VI. §. 1. &, ſub nomine* Matthæi Torti *latitaturus, ab eodem in princ. præf. detectus: quod ſuo adſenſu firmat Meteran. lib. XXIX. Hiſtor. pag. 126. Scripſit autem in controverſia Britannorum cum Pontifice Maximo, de juramento fidelitatis ſubditis præſcripto adverſus Apologiam (de qua luculenter agit* Placcius *Anon. n. CXVII.) ſub* titulo: triplici nodo triplex cuneus, *evulgatum, cujus autor vere deſignatus* Jacobus Magnæ Britanniæ Rex, *Defenſor Fidei. Jeſuitæ Romano, qui eandem Idiomate Anglico adgreſſus fuit, reſpondit D.* Baclo *Epiſcopus Lincolmenſis; Torto vero D. Andros, Epiſcopus* Chicheſtrienſis, *quorum* Tortus *Regem, & defunctam Reginam Eliſabetham atrociter traduxit: Magna vero & blanda civilitate Regium animum diſtrahere auſus eſt Anti-Apologetico ſuo Gallice edito M.* Choffetan, *Ordin. Prædicat.* Concion. *Aul. Regis Galliarum. Vid. Meteran. d. l. p. 127 Epiſcopus Elienſis, pro quo Thomſonius ſcripſit, eſt nominatus Androſius: plura inferius.*

(c) Des Satyres Perſonnelles Tom. II. pag. 93. 94. 95. *Le Cardinal* Bellarmin *ſe trouvant engagé d'écrire contre le Roy de la* Grand-Bretagne, *& voulant en meſme-temps garder la bien-ſéance avec les egards qui eſtoient dûs à une Majeſté, crût qu'il ſeroit plus reſpectueux de ne point paroître à la teſte de ſon Ouvrage. Il emprunta le nom de ſon* Chapelain, *ou ſon Aumoſnier, qui n'ayant point de rang dans le monde, pouvoit agir & paroître ſans conſequence & ſans ménagemens. Ce Chapelain s'appelloit* Matthæus Tortus *en Latin, & nos Ecrivains François ſe ſont contentez de l'appeller* Matthieu le Tortu. *Mais les Anglois y ont entendu d'autres fineſſes. L'Eveſque d'Ely entre les autres (c'eſtoit* Lancelot Andrevv, *qui portoit ordinairement la qualité de Chapelain du Roy de la Grand-Bretagne) porta ſon raffinement juſques à vouloir joüer, ſur le nom de* Tortus, *qu'il ſçavoit bien n'eſtre que le maſque de* Bellarmin, *& il intitula ſa Réponſe au Livre de ce Cardinal* Tortura Torti, *Titre qui ne vaut guere mieux qu'un* Anti-Tortus. *Si* Tortus *ſuppoſe* Tortura, *on ne peut pas nier, que* Tortura *ne ſuppoſe* Cenſor. *Ainſi vous voyez, que l'Anti-Tortor, attaquant un Livre dont l'Auteur ne s'eſt fait connoiſtre que par le Titre Latin de Tortura-Torti, eſt Luymeſme un Titre raiſonné, qui marque plus d'eſprit que les* Anti *du commun.*

L'Auteur d' Anti-Tortor Bellarminianus *eſtoit un Jeſuite d'Allemagne, nommé* George Stengelius, *qui le fit imprimer à Ingolſtadt vers la fin de l'an 1610. in 8vo. On le vit en Angleterre, & on n'en fut pas content, autant qu'on peut le conjecturer par les Ecrits des Proteſtans Inſulaires de ce temps-là. Je ne ſçay, ſi* Lancelot Andrevv *affecta de paroiſtre indifferent, ou s'il ſe déchargea ſur quelqu'un de ſes amis du ſoin de repondre, pour ne pas s'expoſer à eſtre trahi, en montant une ſeconde fois ſur le theatre. Il paroiſt au moins, qu'un Docteur de ſon temps, nommé Jean* Gordon, *Theologien de l'Egliſe Anglicane, Doyen de l'Egliſe de Saliſbury, avoit entrepris de le venger de l'*Anti-Tortor, *en repondant à* Stengelius. *C'eſt ce que ſemble ſuppoſer une Replique de Jacques* Gretſer, *au Livre Tortura Torti, pour la defenſe de ſon confrere Stengelius. Elle fut imprimée à Ingolſtadt l'an 1611. in 4to ſous le titre de* Tonſura Gordiana, *ſeu* Anti-Tortor Bellarminianus bene tonſus, & Jacobo Regi remiſſus. *On ne ſçavoit peut eſtre pas encore en Allemagne le nom de l'Auteur, & quelques-uns ſoupçonnoient ce* Gordon, *de l'avoir fait.*

---

(892) *Dic ubi ſit ſcriptum? De auctoritate* TRADITIONUM. Hoc ſcriptum apud *Lipenium* ſub lit. *Tradit.* non invenio. Refertur tamen *in Indicem Anonymorum à Sotvello* pag. 831. col. a *& Matthiæ* NENNICHEN, natione Germano, gente Prutheno, patria Allenſteinenſi Jeſuitæ vindicatur cit. l. ut & pag. 601. col. b. ſine expreſſione anni, loci aut formæ: (niſi forte cum proxime ſequent junctim editus intelligi debeat, de quo B. L. ipſe cenſeat) cum commendatione tamen ſat honorifica. (a) Sequitur eum *Witte* Diar. Biogr. ao. 1656. König hujus auctoris non meminit.

(a) Sotvel. Bibliothecæ Jeſuiticæ pag. 601. col. 2.

Dum in confinibus Sileſiorum cum hæreticis ageret

ret, advertit, traditiones Eccleſiæ flocci ab iis fieri; quare libellum controverſiarum mire utilem, pluriesq; recuſum typis imoreſſit tacito ſuo nomine, ſub titulo: Dic ubi ſit ſcriptum? De auctoritate traditionum. Item Tractatum de Communione ſub utraque ſpecie. Glogoviæ 1626.

(89. a CXIX.) De Auctore libri execrabilis de TRIBUS INPOSTORIBUS ad Rhodiani Catalogi n. 50 differui:

Et quidem ordinate atque explicate minus; etſi non adeo parce: quamvis nec pro copia materiæ adhuc fuſe ſatis. Ea nunc auctiora etiam non contemnendis, ut puto acceſſionibus aliquibus, & minus indigeſta ut exhibeantur curabo. Quem in finem repetitis primo jam olim publicatis, una cum inſertis hinc inde additamentis, ubi contextus id potius, quam ſeparatam additionem flagitare videtur: auctaria ſubdam ulteriora. Nempe prior editio ſic habet.

L. Scav. 25.

Bernardinus OCHINUS, Auctor libri *de tribus Impoſtoribus.*

I. *De hoc nefario & igne digniſſimo libro,*
„quem neque vidi, neque videre cupio, vide Relig.
„Medici. Sect. 19. & ad eandem Anonymi
„nobis detecti, num. CIII. Levini Nicolai Molt-
„kii notata πολυμαθέστατα p. m. 126, 127. ubi Ita-
„lum hunc autorem etiam fuiſſe libri de Polyga-
„mia impii docet, quem refutavit Theod. Beza
„Tractatione peculiari Genevæ 1573 & iterato 1587. in
„8. edita hoc titulo: Tractatio de Polygamia, in
„qua & Ochini Apoſtatæ pro Polygamia, &
„Montaniſtarum ac aliorum adverſus repe-
„titas nuptias argumenta refutantur, addi-
„to veterum Canonum & quarundam Ci-
„vilium legum ad normam verbi divini
„examine, ex Theodori BEZÆ prælectioni-
„bus in priorem ad Corinthios Epiſtolam,
„quem videſis etiam epiſt. 4. pag. 42. At Melchi-
„or Adami in vita Bullingeri pag. m. 493. &
„497. ac 498. fuſius de eodem Ochino commemorat,
„quod Tigurinæ Eccleſiæ Præfectus fuerit, & pro-
„pter 30. Dialogos Italice ſcriptos & a Sebaſtia-
„no Caſtalione latine converſos, in quorum uno
„Polygamiam defenderat, ut ante jam peculiari li-
„bro Regi Poloniæ dicato teſte Bzovio ad a. 1542.
„§. 3. citato Sandii Biblioth. Antitrinitariorum p.
„5. abſque approbatione divulgatos, & quod etiam
„nomine Senatus a Miniſtris monitus juſſusque alio
„ſcripto dato Eccleſiæ ſcandalo mederi, obſtinate de-
„trectaſſet, excedere urbe agroque Tigurino coa-
„ctus ſit. Videſis Jacob. Friſium Bibl. Geſner. p.
„745. b. verſionem dialogorum confirmantem &
„pag. 115. ea etiam quæ apud Simlerum fruſtra
„quæras. At de altero illo priori multo deteſtabi-
„liori libro nulla ibidem extat mentio. Sunt qui
„dubitent an extet? Verum quod in Principali qua-
„dam vicina nobis Bibliotheca extet, ab aliisq; le-
ctus ſit, teſtatur Dn. Müllerus Atheiſmi de-„
victi Prolegom. cap. 2. pag. 19. ubi & a Campa-„
nella in Atheiſmo Triumphato, ſive ut aliis„
dicitur, eodem autore teſte, Triumphante, ad-„
ſcribi librum hunc POGGIO FLORENTI-„
NO, a Merſenno vero in Geneſin PETRO„
ARETINO, teſtatur. Idem Mullerus ibidem p.„
29. Nachtegalium neſcio quem primum li-„
brum huncce anno 1614. divulgaſſe, propterea que„
in exilium actum eſſe commemorat. Et vero de„
Dialogis quidem illis XXX. res clara eſt. Eos„
inſpexiſſe memini excuſos typis Latine, abſque ta-„
men Interpretis mentione, ſola hac inſcriptione:„
Bernardini Ochini Senenſis Dialogi XXX.„
in duos libros diviſi, quorum prior eſt de„
Meſſia, continetque Dialogos 18. Se-„
cundus eſt de rebus variis, tum potiſſi-„
mum de Trinitate Baſil. 1563. in 8. Horum„
vigeſimus primus pag. 187. & ſeqq. eſt de Po-„
lygamia: in quo fateor auctorem adeo ſtrenue„
argumentari contra Monogamiam, ac adeo tepi-„
de refutare objectiones contra Polygamiam ſub„
perſona Telopolygami ſibi factas, ut non ſine cauſa„
vocatus ſit ad reatum defenſæ Polygamiæ. Ve-„
rum enim vero quicquid ſit de hoc dialogo, reli-„
quorum tamen viginti novem nunquam a quo-„
quam reprehenſorum, quod ſciam, ex noſtris„
Theologis: (Nam alioqui Antonii Senenſis in„
Bibliothecæ fratrum ordinis Prædicatorum de re-„
probata Ochini doctrina, Liber Fr. Ambroſii Ca-„
tharini Polliti, qui natione Ethruſius (Etru„
ſcus ſcribi debebat) patria Senenſis laudatur ef-„
fuſe pag. 14. interque ejus alia Scripta Polemica,„
contra Lutherum, Savanerolam, & alios etiam„
Pontificios recenſetur pag. 16. & 17. liber de repro-„
batione doctrinæ fratris Bernardini Ochini &„
aliquarum concluſionum Lutheranarum, impreſ-„
ſis Romæ 1544. & expurgatorius index Soto„
majoris pag. 88. col. 2. pag. 90. col. 2. dialogum„
de purgatorio etiam improbavit.) haud videtur„
ea eſſe impietas, ut perſuadere mihi poſſim, eum„
qui pro veritate Meſſiæ, Trinitatis, ac reliquorum„
fidei myſteriorum, tam ſollicite, tamque ingenio-„
ſe ſcripſerit, tam derepente Meſſiam modo„
tam ſedulo defenſum pro impoſtore ſceleſtiſſimo„
traducere potuiſſe, & illuſtris Seckendorffius„
in Scholiis ſeu ſupplementis ad indicem I. Hiſtori-„
cum ſuæ incomparabilis Hiſtoriæ Lutheraniſmi.„
num LVI. conciones Ochini omni labe abſolvit,„
fere: Certe parum in iis deſiderari poſſe di-„
ſerte ſcribit. Concionatum etiam dein Italice in„
Epiſtolam ad Galatas Auguſtæ, quæ verſæ ſint„
conciones Germanice, in quibus itidem vix„
quidquam ſit non orthodoxum. Quam-„
obrem hic ſuſpendo fidem meam in re tanti præju-„
dicii, quemadmodum & ſuper illo Scaligeria-„
no (pag. 44. in excerptis ex ore ipſius a Fra-„
tribus Puteanis aſſervatis) Bellarminus ni-„
hil eorum credit quæ ſcribit, plane eſt,
atheus.

„atheus. *Neque vero fundamentum ullum noti-*
„*tiæ proferunt, qui hæc aſſerunt.* Commenta-
„tor Religionis Medici, *neſcire ſe fatetur*
„*aperte, num* Ochinus *ſit auctor vel alius libri il-*
„*lius nefandi. Quod ſi conjecturæ locus eſt in re*
„*tanta, ubi meridiana luce clariores probationes*
„*jura exigunt: ſane de* ARETINO *præſumere*
„*nefas illud & vita & ſcripta ſpurciſſima ejusdem*
„*alia potius me permoverent. Sed annon licet*
„*ἐπέχειν? Diſcipulum enim* Petri Pomponatii
„Mantuani, *qui Bononiæ publice mortalitatem*
„*animæ defendiſſe notatur à p.m. Dr.* MOLLE-
„RO *Atheiſmi devicti pag.* 224. *cui adde Jo. Mat-*
„*thæum* Toſcanum *in peplo Italiæ Lib. 2. p. m.*
„41. *fuiſſe Ochinum unde conſtet* Scavenio, *nen-*
„*tiquam novi.* Henr. Ernſtius *obſervationum*
„*variar. Lib. 2. c. 36. de libri hujus infandi aucto-*
„*re parum æque certas relationes enarrat hiſce*
„*verbis*: Libellus de tribus Impoſtori-
„bus dignus ut imis ceris, quod dicitur, era-
„datur. Faciunt nonnulli ejus auctorem
„Poſtellum, qui egregium illud opus de
„Concordantia orbis compoſuit. Certum
„eſſe ajunt, quod in horrifica inciderit deli-
„ria, ita ut dixerit ſe liberaſſe ab æterna
„morte viros, matrem autem ejus, fœmi-
„nas. *Thomas Campanella*, Scriptor peſtilen-
„tiſſimæ chartæ *de Monarchia Hiſpanica*, Ro-
„mæ mihi retulit M. A. MURETUM libel-
„lum illum ſcripſiſſe. Hæc quomodo ſe
„habeant ego certo neſcio, hoc tamen non
„ignoro, quod Diabolus princeps ejus au-
„ctor ſit. *Hactenus Ernſtius, ex quibus patet*
„*hæc omnia meris conjecturis niti, quamvis mul-*
„*ta heterodoxa Theologica profecta fuiſſe à* PO-
„STELLO *conſtet, de quo vide inter alios* Ges-
„nerum *ad ipſius nomen in Bibliotheca ſua, &*
„*quæ in Anonymis de auctore libri* de nativitate
„Salvatoris ultima *diximus*, num. LXXXIV.
„*ſupra.* Mareſius *de Johanna Papiſſa contra Blon-*
„*dellum pag. m.* 196. *de* BOCCATIO *quoque*
„*neſcio quam ſuſpicionem movet. Sed* ARETI-
„NUS *& plurimorum conſenſu, & præſumptio-*
„*nibus gravisſimis ob impietatem alias omni vita*
„*ſcriptisq; tantum non ſingulis probatam gravatur.*
„*Inter alios ipſum imprimis onerat* Merſennus
„*in Geneſin pag. m.* 1830. (*alterius vero, probe*
„*diſtinguendæ ex monito* Auctarii I. num. 11.
„*editionis Pariſinæ n. 6. & 7. itidem adductæ pag.*
„533. *unde ipſa exſcripta verba exhibentur) ex ſin-*
„*gulari cujusdam Amici, qui librum legerat, ju-*
„*dicio ſtylum eſſe Aretini referens, quod repetit*
„*M.* Chriſtian. Donatus *in diſputatione ſua de*
„*Exiſtentia Athei Witteb.* 1688. *Eſt vero Stylus*
„*Aretini adeo peculiaris, ut à mediocriter inge-*
„*nioſo, qui libros ejus alios legerit, deprehendi*
„*posſit. Vide* Spizelium *de Atheiſmo pag.* 18.
„*&* 55. *&* Voetii *diſputationem ejusdem argu-*
„*menti; nec non* Joh. Hoornbeck *in ſumma*
„*controverſiarum lib. 6. pag. m.* 392. *&* Voët.
„*Diſputat. Theol. part. I. p.* 201. *&* 206.

Hactenus prior editio. Sequuntur *Auctaria*, quorum *primum* merito eſt inclyti SS. Th. Doctoris & Profeſſoris atque Conſiliarii Regii Suecici, Paſtorisque ad D. Jacobi & Scholarchæ mei honoratiſſimi Joh. Friderici MAYERI, cujus *præfatio ad Comitia Taboritica* 1688. publica diſputatione in Hamburgenſi auditorio noſtro ventilata eo magis hic repeti meretur, quod in ſelectis diſſertationibus in 8. Francof. 1693. recuſis, Diſputationi II. pag. 95. uti ſperaveram & merebatur, repetita non fuit ex cauſa in præfatione libri ſignificata.

Ejus ad nos pertinentia verba ſic ſonant.

1. *Neminem ego mortalium, Lector benevole, eſſe arbitror, quin animus ipſi indignatione percellatur, comæque horrore erigantur ad mentionem famoſisſimi iſtius Libri* De tribus Impoſtoribus. *Ægre credo crena moliretur elementa, ſi nomina adſcribere omnino vellem. Quæ enim, proh DEUM immortalem! iſthæc profaniſſimi ingenii audacia eſt? Quid tandem mortalibus arduum aut ſanctum amplius erit? Illene impoſtoribus accenſeatur, quem Scriptura tot locis a peccatoribus eximium habet, cujus adeo innocentia humani generis crimina expiavit exactiſſime? Parcamus nomini, de quo nos nomen traximus. Teſſeram ſalutis ignorare non licet. Illene falſarius ſit, qui divinioribus magis quam quisquam alius, imbutus fuit commerciis; qui ad populum DEI fideliter retulit, quæ ex ipſius ore hauſerat; cujus deniq; ſanctimoniam nemo facile aſſequatur? Tertium ſuo relinquimus Loco, quorſum poſt Judam,* Actor. I, verſ. 25. *haud dubie conceſſit.*

(2) *Si vota haberent, quo caderent, optarem ſane non penitus ex vano hauſtum eſſe dubium, in quod nonnulli, inter quos &* Grotius, *quod mireris, vocant, an unquam opus tam execrandum ſcriptum ſit, aut publicam orbis lucem adſpexerit.*

(3) *Enim vero exſtare utique chartas iſtiusmodi diabolicas, dubitare nos non ſinit auctoritas ſummorum virorum, ex quibus poſſum, meritoque debeo, allegare* Magnum Joh. Mullerum, venerandum Miniſterii Hamburgenſis Seniorem, (*cujus memoria ſit in benedictione cujusq; benedictio apud familiam proprio ornamento usq; perennet*) *Atheiſmi devicti pag. m.* 19. Italia,„
Atheiſtarum Bibliomaſtygum copiam „
ſuppeditat multo maximam. Inde liber,„
execrandus plane & blaſphemus de tribus,„
Impoſtoribus primum diſſeminatus eſt,„
qui incerti eſt autoris. Vir quidam pri-„
marius (Atheiſmo oblectatus) petiit ali-„
quando, ut librum iſtum ipſi legendum,„
commodarem, cui ego me neque vidiſſe,„
unquam neque etiamnum videre eum vel-„
le, confirmavi. Habetur autem iſte liber

in Bibliotheca qvadam Principis publica,, mihi notiſſima. Obtrectator qvidam re-„ ligionis & miniſterii poſſidebat quoque,, iſtum, ſed mortuo illo, hæredes librum,, „exurebant. Archiater qvidam principis „Viri retulit mihi, ſe librum ſæpe numero „verſaſſe manibus & perlegiſſe, quod idem „factitarit ille cui a medicina erat.

(4) Addo huic Collegas Honoratisſimos conjunctiſſimosque *Kortholtum proëm. ſuper librum de tribus Impoſtoribus; item ſub initium Thavmatographiæ pag. 330. Tract. Theol. pr. & Morhofium Polyh. Liter.* (cui & ſimilibus operibus in tanta orbis litterati exſpectatione feliciter abſolvendis divinam gratiam largisſimam apprecor) Lib. I. cap. VIII. pag. 71. Ut jam nihil ſcribam de aliorum ſuſpicionibus & relationibus, quibus alias librum de *Impoſtoribus tribus* legiſſe vel ipſi inſimulant vel ab aliis accepiſſe teſtantur.

(5) Celeberrimo *Spizelio* quidem non immerito Campanella illum legiſſe videtur *Scrutinio Atheiſm. p.* 18. cum & *Aubertus Miræus Bibliotheca Eccleſiaſticæ p. m. 226. Tom. II. Campanellam Atheiſmum Triumphatum ſeu Reductionem ad Religionem per ſcientiarum veritates contra Anti-Chriſtianismum Achitopheliticum, ſive contra librum de tribus Impoſtoribus ſcripſiſſe, & 25. annos Neapoli in Caſtello de Ovo captivum impendiſſe* confirmet.

(6) *Merſenno* (ad quem plurimi circa auctorem noſcendum, quo de mox, provocant) ex alio de illo libro conſtitiſſe, neque tamen de exiſtentia ejus eum dubitaſſe evincit locus, qui evolventi mihi *Comment. in Geneſin* edit. Pariſ. p. m. 533. ſe obtulit:

Sed neque horribilis Atheorum impudentia hic quieſcit, theſin etiam & hypotheſin eadem impudentia pronunciant, omnes videlicet legislatores, qui apparitionib9 uſi fuere ad ſuas leges ſtabiliendas, hac ratione vel ſimili progreſſos fuiſſe, adeo ut neque Moſem & Chriſtum impoſtores appellare vereantur, in qvorum præſertim legibus miracula facta, & Angeli ſæpenumero homines allocuti ſunt. Adde librum illum impium, qvem a neſcio qvo Atheo de tribus Impoſtoribus ſcriptum ajunt, in qvo tam horrenda continentur, ut vir doctus me certiorem fecerit, ſe, cum titulum vidiſſet, horrore correptum fuiſſe, & librum ſtatim projeciſſe.

(7) Nec abs re fuerit, ſi ſimilis impietatis meminerimus, de qua loquitur *Matthæus Paris. in Henrico* 3 in fine anni 1238. pag. 645. *ubi hæc habet:* Fertur *Fridericum Imperatorem* dixiſſe, licet non ſit recitabile, tres præſtigiatores callidè & verſute, ut dominarentur in mundo, totius populi ſibi contemporanei univerſitatem ſeduxiſſe, videlicet Moſem, JESUM & Mahometum. Et paulo poſt: Dictum *etiam fuit ab æmulis* ſuis, ipſum *Fridericum Imperatorem* plus conſenſiſſe, & credidiſſe in legem Mahometi, quam JESU Chriſti.

(8) Idemque ferè refert *Piſtorius* in compilatione ſua pag. 74. ad annum 1246. *Audiente*, inquit, *Henrico Landgravio, Fredericus dicebat: Tres ſeduxerunt omnem mundum, videlicet Moſes Hebræos, Chriſtus Chriſtianos, Mahometus Barbaros. Quamobrem ſi Principes Imperii inſtitutioni meæ aſſentirent, ego utiq; meliorem modum credendi & vivendi cunctis Nationibus ordinare vellem.*

(9) Quid, quod quidam excerpſiſſe quædam ex eo viſi ſint? *Claudium* ſane *Berigardum* Clar. Morhofius l. c. deprehendit. Alii quoque *Cardanum Lib. XI. ſubtilitatum cap. de neceſſitate hominum* librum in compendium miſiſſe volunt.

(10) De auctore *Libri de tribus Impoſtoribus* plurima pariter inter eruditos lis eſt, neque adhuc evictum à quoquam eſt, quis ille impietatis magiſter fuerit, qui tam graviter orbi imponere ſuſtinuerit. Non deſunt ſuſpiciones, quæ hunc vel illum expetunt. Sunt qui eum *Petro Aretino* tribuunt; alii eum *Poggio Florentino*, alii rurſus *Bernhard Ochino* vendicant: nonnulli quoque *Poſtellum* auctorem habent. vid. cc. *Müllerus, Kortholtus, Morhofius, Spizelius L.L. cc. & Voëtius P. 1. ſel. Diſp. p. 206. & 216.*

(11) Aretino adſcribitur liber iſte auctoritate *Merſenni*. Circa hujus evolutionem probè editiones diſtinguendæ, eo quod poſterior plurima eaque ſingularia de Atheiſmo cum primis Gallico, librisque nefandis aliaque notatu digniſſima planè omittat, quod & appoſitè monet *Spizelius* ſub calcem *Scrutinii Atheiſmi p. m.* 135. Ut quantum loco ſupra allegato tribui adeo debeat, in confeſſo ſit.

(12) Referente *Ernſtio* Thomas Campanella *Muretum*, referente *Spizelio Poggium Florentinum* auctorem habuit, & *Voëtio l. c. p.* 216. cum tamen Thomas Campanella *præfatione ad Atheiſmum Triumphatum*, poſtquam *Boreales* levitatis in religione inſimulaſſet, *ex illis exiiſſe librum de tribus impoſtoribus, nihil in religione ponentem niſi aſtutiam & deceptionem, confirmet.* Quis autem *Poggium & Muretum* Boreales habeat?

(13) Pro *Poſtello* contra *Ernſtium & Th. Raynaudum* deprecatur Clar. Morhofius. Reliqui forte ſunt ejusmodi, ut ſuſpicio ejus facinoris non abhorreat ab ipſorum ingeniis.

(14) Recenſebo tamen, quem ego iſtius peſtilentiſſimi ſcripti auctorem acceperim. Synodum Nationalem à Miniſtris Galliæ Reformatis in Privas Anno 1612. indictam, Jeſuita quidam (ut ex pag. 43. ejus ſcripti colligo) ſatis acerbis nominibus perſtrinxit, edito libello cui titulum fecit SIMII GENEVENSIS, ubi pag. m. 48. hæc habentur: *Gualterius Peccaiſenſis Gubernator accuſavit Banſillonium apud Synodum, ac ſi is à Medico quodam Lugdunenſi falſis artibus quatuor coronatorum millia extorſerit, ei artem & ſecretum aliquod, quoad metallicam exactionem vendendo, item, quod quotidie Alchymiæ ſtuderet & monetam adulteraret, quæ omnia à Medico quodam nomine BORNAUD didiciſſet, quem ob Arrianiſmum domi tamen & ſcriptum quoddam peſtilens (cujus titulus omnes percellat & horrore comas erigat) de tribus Orbis impoſtoribus Moſe, Chriſto & Mahomete excommunicatum detinuerat.*

(15) Non facile fraus præſumitur in ejusmodi

ejusmodi incidentibus commemorationibus. Cæterum ſuo quemque ſenſu ſino abundare. Sed quicunque ille tandem diaboli emiſſarius fuerit, illud certum eſt, eum infernalibus flammis jam adjudicatum, condemnatum ab *unico vero teſte eodem & judice Apocal. I. v. 5.* alterius ſocietate excluſum, cum tertio, quem libro ſuo præſcripſit, impoſtore impietatis ſuæ extremæ pœnas dare.

Huc usque auctarium primum. Sequitur *alterum* ex fragmento PANDECTARUM BRANDENBURGICARUM, quod ſubminiſtravit Bibliotheca amiciſſimi, dum viveret Collegæ mei Rudolphi *Capelli* SS. Theol. olim & Hiſtoriarum & Græcæ linguæ hic in Hamburgenſi Gymnaſio Profeſſoris publici,—edendarum auctore *Chriſtophoro Hendreich* pag. 260. col. b. ſub Lit. A. & Titulo *Aretinus.* Earum ſpecimen, foliis aliquot impreſſis paucis cum amicis communicatum, vidiſſe memini. Quid vero integram editionem impediverit, hactenus haud exploravi. Verba hujus fragmenti ſic habebant:

1. *Extat* Liber *quidam* rariſſimus, *cui Tit.* de tribus Impoſtoribus. *Sunt qui dubitant. Sed extare pluribus tradit* Merſennus *in Gen. p. m.* 1830. *qui etiam contenta recenſet.* Mullerus *in Atheiſmi devicti prolegom. cap.* 2. *p.* 19. *Fœtum hunc varii variis adſcribunt.*

2. *Quidam Bern.* OCHINO. *Browne in Religione medici, neſcire ſe fatetur aperte, num Ochinus ſit auctor, vel alius libri illius nefandi.*

3. POGGIO *Florentino tribuit* Campanella *in Atheiſmo Triumphante, vel triumphato.* BOCCATIO *nonnulli.*

4. *Quidam Petro* POMPONATIO, *qui mortalitatem animæ publice defendebat. Quidam* POSTELLO. *Marc. Anton.* MURETO *nonnulli.*

5. ARETINO *& plurimorum conſenſu & præſumptionibus graviſſimis, ob impietatem, alias omni vita, ſcriptisque tantum non ſingulis, probatam.*

6. *Inter alios ipſum imprimis onerat* Merſennus *in Geneſin d. l. ex ſingulari cujusdam amici, qui librum legerat, judicio, ſtylum eſſe Aretini referentis. Eſt vero ſtylus Aretini adeo peculiaris, ut a mediocriter ingenioſo, qui libros ejus alios legerit, deprehendi poſſit.*

7. *V. de hoc loco* Voet. *Diſp. Select. num.* 205. 206. 216. *Joan.* Hoornbeck *in ſumma, Controverſia VI. p. m.* 417. *&c* Spizelium *in Atheiſmi ſcrutinio p.* 18. *&* 55. *& de eodem eradicando paſſim Joan* Rhodium *de Auctoribus ſuppoſititiis.*

8. *Aretini Epitaphium apud* Jovium *in Elogiis Vir doct. & alterum apud Joſeph.* Pozzi *indicant, qualis & quantus Atheiſmi præco fuerit. Adde Laur.* Craſſum *in Elog. Vir. Litter. p.* 1.

9. Mullerus *d. l.* NACHTEGALIUM *quendam, librum huncce An.* 1614. *primum divulgaſſe, proptereaque in Exilium actum eſſe commemorat. Cæterum de illo libro infra ſuo loco pluribus.*

10. *De Petro Aretino præter ſupra memoratos, conſule* Boiſſardum *in iconibus* 1267. Lanſium *in Conſult. pro Italia.* Ghilinum *Vol. I. pag.* 191. Miræum *Hiſt. Eccleſ. III.* 685. *Ab Indice expurgatorio Hiſpanico omnia ejus opera probibita ſunt.*

Hæc ita fideliter repræſentata, numerisque ſuis inſuper, ad commodiorem impoſterum ſingulorum membrorum allegationem, diſtincta exhibere viſum eſt operæ pretium. Nunc datam de acceſſionibus ordinatis fidem ut liberemus: colligimus exinde

(I.) SCRIPTUM hoc nefarium EXTARE omnino, neque *fictitium* eſſe, uti multi operoſe contenderunt, in quibus *Grotius* append. ad Comm. de Antichriſt. p. m. 133. *Librum, ait, de tribus impoſtoribus, abſit ut aut Papæ tribuam, aut Papæ oppugnatoribus. Jam olim inimici Friderici Barbaroſſæ Imperatoris famam ſuppoſuerunt libri talis quaſi juſſu ipſius ſcripti. Sed ab eo tempore nemo eſt, qui viderit. Quare fabulam eſſe arbitror.*

Hactenus Grotius. Quibus acceſſit nuperrimè Monſ. *Monnoy*, peculiari Diſſertatione *in Hiſtoria Operum Eruditorum* 1694. Februarii pag. 278. 279. cujus ſub lit. (X) damus excerpta notatu digna, quæ argumentum libri exponunt. De auctore illius *Villanovano*, vellem locum *Poſtelli* ſaltim indicaſſet, qui multa ſcripſit & multis, & ægre habetur, ac tamen primus, & quod ſuam ſolus hanc illi labem impegit. *Florimundo* dein viſum in manibus Petri *Rami* ſola inficiatione refutatur. Reliqua ſanè contra exiſtentiam libri parum probant: & valde ſunt frivola. Et tamen *Bayle* videtur eas amplecti, & vocat *tres fortes raiſons.* v. quæ exhibemus ſub lit. (y) Nam ut mittam *Merſennum*, olim jam citatum, & quidem ad nauſeam *Baylii*: quid opponemus Seniori noſtro piæ memoriæ & Paſtori Petrino Dri Joanni *Mollero*, qui ſcribit in Bibliotheca ſibi notiſſima Principali extare librum, præfatione de Atheiſmo devicto. Eam Gottorpienſem præſumunt hic plerique: at ex fama Gvelpherbytanam nominare audet M. Ehre Gott Daniel *Colbergius*, Diſp. de tolerantia librorum noxiorum Politica, Gryphisvvald. 1693. habita §. V. pag. B. 3. a. Nam quod idem poſſideri nunc hoc ſcriptum Ampliſſimo Dn. Scholarchæ meo, Conſiliario Regio Suecico & Paſtori Dr. Joh. Friderico *Mayero* ſcribit, oppido eſt falſiſſimum. Etiam D. *Kortholtum* vidiſſe falſo allegatur, ab eodem: ut excerpta verba ſub lit. (a) oculari inſpectione teſtantur. Attamen viſum & lectum viro fide digno idonea ipſorum documenta teſtari ſcribit. Nec non in Potentiſſimi cujusdam Germaniæ Principis Bibliotheca aulica (qui non poteſt eſſe niſi Brunſuicenſis, quem tum ſane potentia nemo ſuperabat Principum) conſpectum librum affirmaſſe ſanctè virum doctum, in eodem excerpto legas. Adde Gisb. *Voetii* Diſp. I. de Atheiſmo p. 101. Ubi plura de illo habet; additque poſſeſſum ab alio, cujus hæredes illum exuſſerint. Quod optarent fortaſſe omni-

omnibus exemplis fieri non pauci. Quæ vero de Archiatro viri principis memorat, ſuam forte lucem accipient ex mox addendis. Locum ipſum vide ex Atheiſmo devicto ipſius *Germanice* excerptum a Dn. Dr. Kilonenſi Profeſſore Theologiæ, dum viveret, amiciſſimi mihi Chriſtiani *Kortholt* Thaumatographiæ ſuæ ſ. relationis Germanicæ de annulo ferreo candente, Hamburgi à Cive quodam per miraculum attrectato, dedicationis pag. 7 & 8. *latine* vero *auctarii* noſtri nunc dati I. *n.* 3. Ipſe Kortholt etiam quod omnino prodierit hicce liber, probat prooemio (a) alterius plane diſſimilis argumenti libelli eodem editi titulo, in 8vo Kiloni 1680. quo Eduardus Herbert, Thomas Hobbes, & Benedictus Spinoſa ſimilis impoſturæ ad Atheiſmum ducentis rei aguntur, & peraguntur. Quidquid ſit, *Morhofius* in Polyhiſt. l. I. cap. 8. pag. 71. (b) ſcribit *ſe noviſſe viros, quorum fides minime ſuſpecta ſit,* qui librum ſe vidiſſe teſtentur. *Dicitur &* (eodem pergente) *in Germanicam linguam converſus.* Gallicum quoque titulum: *les trois impoſteurs* habent Großgebauers geiſtreiche Schrifften/1667. editæ pag. 527. in der Zuſchrifft wieder die Peſt der heutigen Atheiſten. Idem *Morhofius* putat Claudium Berigardum excerpſiſſe hunc librum, quando in Dæmonem potentiorem, cujus ope Magi alii aliis ſunt præſtantiores, omnia transfundi ſcribit. Sed hæc antiqua ſententia eſt, & aliis etiam approbata, ut habet *Fromman* de faſcino lib. 3. part. 3. ſect. 2. c. 3. §. 1. pag. 510 (c) Brunum Nolanum Dominicanum docuiſſe ſcribens, quod Moſes per Magiam miracula ſua ſit operatus. Vide, quæ habent *Menagiana* pag. 356. 357. (d) & Petrus *Bælius* (e) ad Jo. *Deckherrum* de adeſpotis pag. 119. ipſe pag. 373. quaſi de venali paſſim in Galliis libro ſcribentem, (f) deque Cardano auctarii noſtri I. num. 9. Qualibus dubiis ſane nimis nunc prætermiſſis ad certiora progredimur. Inter quæ reputare non dubito illud quod Rector Scholæ noſtræ Johannitanæ beatus M. Henricus *Daſſovius* mihi retulit 14. Aprilis die 1677. ſe ex ore D. Joh. Balthaſ. *Schuppii* audiviſſe, quod in Joh. Adler *Salvii* Legati Sueciæ Regis celeberrimi agonizantis lecto inveniſſet librum de tribus magnis impoſtoribus. Quod ut credam, etiam magis me confirmavit à *Morhofio* memorata ſibi viſa penes illuſtrem *Gudium* Salvii epiſtola, ad Medicum Judæum à Caſtro, quo hunc librum quovis pretio ſibi comparari petiit; pag. 316. Polyhiſtoris. Qua de re Dr. Otto *Sperlingius* etiam aliquid per rumuſculos ſe audiviſſe in Mſtis ſuis prodit: at quæ, ut infirma, huc non adduco. Addo locum *Roſſeti* Hiſtoire Tragique de Julio Cæſare Vaninio Atheo famoſo ita ſcribentis: *Il fit revivre ce mechant & abominable livre, que l' on intitule:* Des trois impoſteurs, *que l' on a imprimé a la veue & au grand ſcandale de tous le Chreſtiens.* vid. *Voet.* Diſput. de Atheiſm. pag. 203.

Unde conſtat, non *extare* modo, ſed *publice* quoque *impreſſum*, & *venalem* in Galliis habitum eo tempore fuiſſe; quod ante adductus Jo. *Deckherrus*, lit. (f) aſſerebat, invito & fruſtra reclamante *Bælio* lit. (c). Conſtat etiam, *non fuiſſe primum* illius *publicatorem Nachtegalium*, reverendo p. m. Seniori noſtri Miniſterii Hamburgenſis Dr. Jo. *Mollero* memoratum, quod in exilium ea propter ſit actus in *Rhodianis* meis n. 7. nec uni *Florimundo Ræmundo* eſſe viſum, ut habet de la *Monnoye* in *Hiſtoria operum* Eruditorum citata ſub (x) ubi tamen & alii teſtes oculares laudantur. Et plura nos ſuperaddimus. Quibus junge licet diſſentientem Jo. Alb. *Fabrum* Decad. Decad. num. 44. Simonem *de Tornaco* talis commenti auctorem, qui jactat, aliaque legenda ibi repetit. Sed quorſum hæc omnia? cum ſufficere mihi debeat præſens præſentis inclyti mei Scholarchæ atque Patroni Dni Dr. Joann. Friderici *Mayeri*, in hæc verba Epiſtolicæ mihi anno 1689. ſcriptæ ac publicatæ typis Diſſertationis perhibitum, de ſibi excerptis ex hoc libro aliquibus teſtimonium: *Libri de tribus impoſtoribus magnis, putativum poſt cæteros patrem* Bornaudum *indicavimus* in proœmio diſput. noſtræ de Comitiis Thaboriticis. *Guſtum aliquando ex hoc libro excerptorum peculiari diſſertatione cum DEO daturi: ut meticuloſas, additis, quod in proclivi arbitramur, juſtis Chriſtiani nominis vindiciis, plurimorum ſuſpiciones caſtigemus præſidiisq́ ſuis improvidos exturbemus Deiſtas.* Huc usque inclyti Viri verba. Quibus ut quantocyus liceat ipſi per catenatas occupationes alias ſatisfacere, eſt quod ex animo cum aliis multis precor! Nec enim ultra in ea ſum ſententia, qua editarum annotationum *Rhodianarum* tempore: quando nec vidiſſe, nec videre cupere me illum librum ſcribebam. Quam tamen etiam ſenſiſſe video Venerabilem Seniorem olim reverendi noſtri Miniſterii Jo. *Mollerum*, auctarii adſcripti I. num. 3. quamque & Jac. *Thomaſium*, Epiſtola prima inferius adducenda comprobabat. Quin potius ex quo de Fructu Philoſophiæ Moralis ſcriptum perfeci, non reformidem amplius quodvis improbum commentum examinare: aut refutaturus illud ſolide; aut ſolida certe ἀποδείξει ἢ πνεύματος æque ac antea nixurus, etiamſi non ſuffecerim refutandis ex adverſo allatis: qualia infinita indies nova comminiſci Sathanas queat. Sed ad librum noſtrum revertimur, cujus ex adductis colligimus porro:

II. *Argumentum* ejus *horrendum* eſſe ac *Atheiſmi* plane & impudentiſſimi & *Anti-Chriſtiani.* Quaſi potentioribus ſolum impoſturis artibusque Sathanicis Moſes Chriſtus & Muhammedes populo impoſuerint, atque religionem ſuam invexerint. Quod ipſum tamen olim jam late ſcripſerit admodum *tempore Imperatoris Friderici II.* ut ex adducto in *auctario I. n.* 7. loco Matthæi *Pariſienſis* conſtat. Quem pleniorem etiam nunc repetere huc operæ pretium putavi. (g) Adde hiſce *Lipſii* monitum & exemplum Pol. cap. 4. ubi onerat immodeſtius etiam & confidentius hoc convitio Imperatorem ſine teſte. Quem hunc adducere omnino debuiſſet; ac omnino addere, quæ in ſui defenſionem Imperator ſcripſit per ſuum quondam Cancellarium Petrum de *Vineis* cap. 31. pag. 211. Lib. I. Epiſtolarum (h) hoc Pontifici Romano putidiſſimum mendacium exprobrans. Ubi annotatio marginalis (an Petri de Vineis, vel editoris Simonis *Schardii* incer-

incertum) occaſionem hujus calumniæ manifeſtat. Adde *Chron. Auguſtenſe Freheri* Tom. I. anno 1625. cum nota marginali; & quæ monet auctor *anonymus* (ſuo loco detegendus quod ſit doctiſſimus Paulus *Colomeſius*), *Melanges hiſtoriques* impreſſorum a Orange 1675. 12.) pag. 28. additis notis (i) qui & ipſe videtur dubitaſſe num extaret hic liber, quando nulli, quod ſciat, viſum librum ſcribit.

De iis, quæ ad Imperatorem pertinent, etiam legatur Petrus *Boelius* loco (e) adducto, ubi, teſte *Grotio*, juſſiſſe Imperatorem, ut liber ejusmodi conſcriberetur, etiam addit. Sed hac digreſſione, non omnino importuna & inutili finita, è diverticulo in viam redimus, obſervantes ex ſupra adductis Rhodianis noſtris, auctariisque, quod colligatur

III. *Auctores* ejus nefarii ſcripti *venditari ſex*, diverſos incertos plane, præſumtionibus partim & conjecturis gravatos: imo ſuſpicionibus rumoribus & accuſationibus parum fide dignis adeo meris, certe neutiquam demonſtratione certa neque probatione ulla Juridica convictos hinc neque mihi ſatis credibili ullos. Quos quidem ſingulos hic ordine, quo in ſuperioribus ſeſe obtulerunt, recenſitos nunc ſiſtam, aliquibus etiam ulterioribus indiciis, delationibus & accuſationibus inſuper novis oblatis oneratos. Unde poſtmodum brevi ſententia res tota queat decidi.

I. *Bernardinus* OCHINUS n. 1. & ſeqq. Rhodianorum meorum 2. 3. 8. 9. I. auctarii n. 10. II. n. 2. Ejus alias malam fidem mendacio improbo in Contarenum Cardinalem confictо meminit Joannes CASSA in vita Contareni Bateſianorum ſelectorum pag. 182. Cui an fidem omnes habituri ſint, aut nos habere debeamus, ἐπέχω. Certe alium ab *Ochino* auctorem credidit Staniſl. *Reſcius* l. 2. de vita Card. *Hoſii* cap. 21. Cum enim dicit Ochinum negaſſe Chriſti Divinitatem, imo num DEus eſſet, dubitaſſe, ſubjicit: *Sic fecit alter ille impoſtor nequiſſimus, cujus nomen ſcriptum eſt in inferno, qui librum edidit de Tribus humani generis impoſtoribus* M. C. & M. citante *Symbola Rauſcheriana*. Neque vero fidem etiam liberavit ſuam Dn. Jo. *Deckherrus*, quam dedit in literis d. 6. Februar. 1672. ad me datis per hæc verba: *De Ochino faciam ut pleniſſimam rei fidem habeas*: Nempe ipſum auctorem eſſe libri hujus ſceleſti, quod aſſeruerat anni ſuperioris epiſtola d. 4. Decembris ad me ſcripta. Nam quæ in editis ſuis *adeſpotis* poſtea *pag. 119. & ſequent.* ſub lit. (f) excerptis habet; ea vero id minime præſtant, id quod agnoſcens ipſe, ad alium planè *Rabelæſium* dilabitur, hactenus a nemine alio ejus delicti accuſatum, nec ab ipſo ullatenus convictum.

2. *Jo. Franciſcus* POGGIUS Florentinus *Rhodianor.* n. 5. 10. *Auctar.* I. n. 10. & II. n. 3. infamis etiam facetiarum ſuarum libro, quem flammis dignum judicat *Buxhornius* in ipſius elogio (n) Quibus accedit *Freherus* in Theatro part. II. pag. 1424. ſed addens Aretinum ab aliis potius auctorem haberi, qui

3. *Petrus* ARETINUS etiam nobis jam pridem accuſatus in *Rhodianis n. 6. 16. 17. auctarii* I. n. 10. primo loco poſitus, *Auctar.* II. num. 5. reperitur, & a Theophilo *Spizelio* libri hujus ſive auctor, ſive fautor ſingularis appellatur; Felicis literati pag. III. Ubi & de Epitaphio publice illius Atheiſmum proclamante ex Antonii *Reiſeri* (k) diſſertatione Epiſtolica de Atheiſmo p. 243. plura petuntur. Interim ipſius *Spizelii* locus pag. 18. & 19. in Scrutinio Atheiſmi etiam legi meretur (l) ac forte magis etiam nunquam viſa mihi Joachimi *Perionii* Oratio in Petrum Aretinum, de qua notatis in margine *Lambinum & Muretum* abjecte ſatis ſentire teſtatur (q) *Teiſſierius* ad Elogia Thuanea Gallica Tom. I. pag. 162. Vide quæ damus ex *Gaddio* lit. (u) infraque in Pſeudonymo *Etyro*.

4. *Guilielmus* POSTELLUS *Rhodianor.* n. 12. 14. & *auctarii* I. n. 10. II n. 4. Cui tamen ſummam hoc nomine injuriam inferri ſcribit diſerte *Morhofius* Polyhiſt. l. I. cap. 8. pag. 73. Et aliam ejus famoſiſſimam impietatem excuſat *Bullart* Academie des artes & ſciences l. 4. p. 298. v. lit. (o) Addatur *Teiſſierius* ad Elogia Thuanea Gallica (r) part. 1. pag. 508. 510. partim excuſans, partim accuſans; inprimis quod ex ore Henrici *Stephani* graviſſime de religione optima ex Turcica, Judaica & Chriſtiana componenda refert: aliaque inſuper (t) *Ricciolus* Almageſto ſuo præfixi Chronici part. II. p. 35. col. 2.

5. *M. Antonius* MURETUS *Rhodianor.* n. 13. *Auctar.* I. num. 12. II. n. 4. Quibus adde *Teiſſierium* part. II. Elogiorum pag. 40. & ſeq. ubi de illius impietate aliisque criminibus accuſatores allegat, ac in iis etiam Johann. *Rhodium meum*, de quibus omnibus ſilent, uti ſolent elogiorum illius ſcriptores, etiam ultimus *Bullart* Tom. I. lib. III. p. 191. Academiæ ſuæ ſcientiarum & artium Gallice ſcriptæ. Ubi Venetias anno 28. ætatis adhuc exiſtentem migraſſe, non autem ac ante ibi denuo Sodomiæ ſuſpectum eſſe factum memorat &c.

6. *Johannes* BOCCATIUS. *Rhodian.* n. 15. *Auctarii* II. n. 4.

7. BORNAUDUS per locum adductum inclyto Dno. Jo. Friderico *Mayero* in *Comitiis Taboriticis*, mihi ſcripta *diſſertatione epiſtolica* citatum, ita ut *putativus* ipſe *auctor* appelletur; nimirum accuſatus non convictus loco, ut ipſe vir inclytus exiſtimat, *Jeſuitæ* latentis ſub *Simio* Gevenenſi. Quem & ante communicaverant Jacob. *Thomaſii* amici mei, dum viveret ſingularis, literæ 1674. d. 14. May. ſimul ac editionem anonymorum meorum primum conſpexiſſet, applaudentes nunquam ante compellato, atque continuati ad mortem usque commercii literarii longe graviſſimi exordium ducentes. Quibus Pſeudon. *Bembellonam de Godentiis* part. II. Suſcitabuli pag. 21. & Jacob *Gotten* cap. II. obſervat. 71. hujus de tribus impoſtoribus libri mentionem facere addit.

8. Petrus POMPONATIUS; *auctar.* II. n. 4.

9. *Poggius* FLORENTINUS &Leonh. ARETINUS CONJUNCTIM: ut habet M. Chriſtianus *Donati* in ſuo Theoremate Philoſophico de *exiſtentia Athei* publico Præſide defenſo Wittenbergæ 1688. §.21. Quod ipſum ex To-biæ *Wagneri* anno proxime præcedente 1687. Tubingæ edito examine Elenchtico Atheiſmi Speculativi c. 4. pag. 8.& 9. §. XXIII.excerptum ex MStis Dn. Joh. *Molleri* Flensburgenſibus intellexi. Cujus ita ſonat hac de ſententia judicium: „Notis tuis addenda eſt ſententia *Dn Tobiæ* Wa-„gneri,*Theologi Tubingenſis*,qui in examine *Elenchti-„co Atheiſmi ſpeculativi Tubingæ 1677. in 4to. c.4. pag. „8.9. & Aretinum & Poggium* Florentinum in „concinnando hoc ſcripto operas junxiſſe, & „communicatis conſiliis ac Argumentis eum „enixos eſſe, ſatis audacter & dictatoriè pronun-„tiat,rationibus tamen meo judicio non ſatis fir-„mis adductus. *Addit* Merſennum in Comm. in Geneſin pag. 890. *eum Leonhardo* Aretino *tribuere. Quod ego viri doctiſſimi* σφάλμα μνημονικὸν *eſſe judico* Leonardum *pro* Petro *ſubſtituentis*. Ipſa *Wagneri* verba ſub lit. (m) exhibentur. Ubi addi poſſunt etiam, quæ in elogio Aretini tacere non ſuſtinuit Bullart Academie des artes & ſciences pag. 327. lib.V.Tom.II. quæ ſub lit. (p) ob raritatem vaſti voluminis excerpenda putavi eo magis, quod de converſione Viri etiam teſtantur.

10. *Franciſcus* RABELÆSIUS Deckherro, lit. (f) Quibus

11. *Fridericus* II. Imperator additur in *Menagianis*, aut per memoriæ lapſum Menagianum, aut illius verba perperam memorantium, quantum ego quidem aſſequor merum. Siquidem omnino ex locis ea de re adductis nihil de libro ejus argumenti, at bene de ſermone habito calumnias refutatas accepimus.

12. Arnoldus VILLANOVANUS, à *Poſtello*, auctor libri ejus nefarii ſcribi, & primus ejusdem meminiſſe perhibetur a ſolo Monſ. de *Monnoy*, non citato loco Poſtelli: vid. excerpta (x)

Atque hi adeo ſunt omnes huc usque mihi detecti, quos fœtus tam execrabilis editores quisquam accuſaret. Ex quibus omnino videntur abſolvendi; Et quidem plerique, cum reſervatione reconventionis, & jure ſummo exigendi læſæ famæ reparationem, nominati n. 2.4.5. 6.8.9.10.11. Soli *tres reliqui* videntur ita gravati, ut merito de iis credam ulterius inquirendum juſto Judici,nec omnes ex lite dimittendos, antequam conſtet, nihil amplius conſtare poſſe. Quod quia necdum liquet ſatis, & necdum in cauſſa concluſum, ſed adhuc duret inquiſitionis ulterioris diligentia, quod proditurum ſit omnibus delatoribus auditis,eventui ſuo merito relinquimus.

Interim *Aretinum* adhuc omnium maxime gravatum omnino puto. Adde quæ habent Menagiana p.356.357. (s)

Finiviſſe me hic credebam hujus articuli, imo totius libri ſummam; quando allatum celeberrimum opus accuratiſſimi *Bayle*, cui titulus *Dictionaire Hiſtorique & Critique* quadripartitum in folio, mihi e Batavis adfertur. Etſi autem plane conſtitueram, nullum hujus operis ergo librum, nedum adeo vaſtum amplius evolvere, hunc vero etiam multo minus, eo quod Alphabeticus exiſtens, quemlibet Lectorem ſine me ſatis informare poſſet: (quamobrem neque in Bibliotheca mea poſitum *Hofmannum* percurrere vel obiter cupiebam, neque *Morerum*, quem amico promptiſſimo ad ſua mihi commodanda redemptum, ipſe quod ad præfationem perſpexeram:) Tamen quia inaudiveram aliquoties nominatim mei meminiſſe; ſaltim quod ad eos auctores, de quibus ipſe olim egeram;percurrendum mihi ſunt arbitratus. Id faciens, inveni præter alia ſupra citata, locum (y) Ubi ſub litera F. ex *Spondano* ſub lit. H. & K. ex *Maimburgio* & *Simlero* loca mihi non inſpecta partim, & nondum (ut eſt Maimburgii) tunc temporis cum hæc ederentur, exſtantia, producit,ut hoc epiphonema illis adderet: *Il eſt etrange,qu'un ſçavant homme comme luy, ait pu declarer cela.* Fateor ſi famæ parcus fuiſſem meæ, aut videri plura ſcire voluiſſem quam noſſem, vel ſaltem aliquam eruditionis meæ partem in hiſce talibus poſuiſſem, rectè miratus eſſet meam incautam declarationem Dn. *Bailius*. Eam vero parcius haut dubie fuiſſet admiratus, ſi placuiſſet illi memoria recolere, quæ de occaſione inopinata ſcribendi libellum de anonymis, eum in finem eram præfatus, ad num. 167. remittens B.L. non una de cauſſa. Et vel ex adjectis, dein fere quotannis editis, meorum ſcriptorum edendorum juxta & editorum indiculo advertiſſet, quam plane nullam ſtudiorum meorum partem in Hiſtoricis colligendis ex profeſſo poſuiſſem. Ut adeo illud *Sçavant comme luy* ad neminem magis quam ad me pertinere poſſet. Hæc non excuſandis illis male tum temporis ſcriptis dico; quod ex aliis cauſſis, liquidis atque ſonticis, aliter longe poſſim: ex morbo miſere crudeliterque me cruciante, quod ad corpus & animam, etiam a morbo crudeliore, ſive *une noire Melancholie*; ut alibi Dominum *Baylium* loquentem imiter, Matris & fratris ad Maniam usque ſævientis afflictum ſpiritum ægre tunc trahens. Quam ſolaturus innocua hac recreatione, non fatigandum cenſebam anxia inquiſitione, ſed advertendnm potius a conſpectu & ſenſu tantarum miſeriarum, quibus omne ingenium forte excideret aliis.Sed hæc quidem tam luctuoſa exulent excidantque è vitæ noſtræ memoria. Quod magis ad rem facit, jam hic ipſummet Dominum *Baylium*, longe ad hæc præ me inſtructiorem, animo & ſupellectile librorum, quibus ego mire ſæpe fui deſtitutus, hocce iteratum meum nunc opus, in quo talia multa imò infinita mirabitur etiam magis, ob cauſas liquido extantes, quantis poſſum nunc precibus rogo: dignetur perficere imperfectum, corrigere nimis mendoſum omnibus modis, imo ex umbra corpus efficere. Debebo ipſi grates oppido multas: debebit orbis literarius circa talia ut ſi quæ alias curioſus. Nunc addo ſerius allatas *notas Diecmannianas*, quantum ad pauca nova ſub (z) excerpta reliquis non repetendis antea jam memoratis.

(a) Chriſtiani Kortholti Lib. de tribus Impoſtoribus Magnis Proem. pag. 1. 2. 3. *Perquam* famoſus *omniumq́; ore decantatus eſt Liber de Tribus impoſtoribus, quem, conatu plusquam tartareo, ſive Petro* Aretino, *ſive* Poggio Florentino, *ſive* Bernh. Ochino, *ſive neſcio quo alio impietatis magiſtro obſtetricante, ſuperiori ſeculo enixus eſt Chriſti doctrinæq́; & Eccleſiæ Chriſtianæ hoſtis ille ἄσπονδ@, Draco infernalis. Et licet non deſint, qui, an unquam opus tam execrandum publicam orbis lucem adſpexerit, in dubium vocent; alii nihilo minus,* quod omnino prodierit, *& à viris fide dignis lectus ſit ſacerrimus iſte liber, idoneis ſe documentis comperiſſe teſtantur. Quo de videri poſſunt quæ monuimus ſub initium Thaumatographiæ noſtræ. Imo non adeo pridem vir doctus,* conſpectum *ſibi fuiſſe hunc Cacodæmonis fœtum in Potentisſimi cujusdam Germaniæ Principis Bibliotheca aulica, ſub alio tamen quam de* Tribus Impoſtoribus *titulo, ſancte mihi affirmavit. Utut autem ſit, ſive extet vel unquam extiterit nefandum ejusmodi ſcriptum, ſive minus, ad rem quod attinet ipſam, nec defuiſſe olim, nec hodie etiamnum deeſſe, qui Moſen, Prophetas, Apoſtolos, cæterosq́; doctrinæ cœleſtis propagatores & propugnatores, quin ipſum orbis Redemptorem, fraudum ac impoſturarum blaſphemo ore calamoq́; deteſtabili poſtulaverint & poſtulent, nimis, proh dolor! verum eſt, certoq́; certius. Et de infidelibus quidem res imprimis heic manifeſta. Sed & intra ipſa Chriſtianæ Eccleſiæ pomœria egiſſe, à quibus contumelias hujusmodi paſſi ſint veræ Religionis ſtatores ac ſectatores, exemplo ſuo docere poteſt præ ceteris Fridericus II. Imperator; ſi verum quod refert* Lipſius *Monitor. Politic. libro I. cap. IV. & ad* Contzen *Politic. Libro II. cap. XIV. dixiſſe eum ſæpè:* Tres fuiſſe inſignes impoſtores, qui genus humanum ſeduxerint; Moſem, Chriſtum, Mahometem. *Quin & noſtris his adeo exulceratis temporibus, ubi per publicas calamitates omnia fatiſcunt, ruinamque minantur, id infelicitatis quaſi in cumulum accedit, ut homines neſcio qua nova ſapientia turgidi, ſub ſpecioſo ingenioſorum εὑρημάτων ſchemate, cœlitus donatam veritatem falſitatis, & à DEO patefactam doctrinam fraudis inſimulare non dubitent. Quorum antesignani tres illi novæ ſapientiæ conditores,* Edoardus Herbert, Thomas Hobbes, Benedictus Spinoſa, *viri callidi, & technarum pleni. Qui dum ſingularem veritatis amorem in editis a ſe commentariis præferunt, id agunt unice, ut omni Religioni tollendæ viam parent, ipſumq́; Chriſtianiſmum evertant penitus, impoſturas ubiq́; crepantes & impoſtores, quando de Religione revelata ejusque propagatoribus ſermo eſt.*

(b) Danielis Georgii Morhofii Polyhiſtor. literar. L. 1. cap. VIII. de libris damnatis, pag. 71. & 72. *Inter damnatos primo loco numerantur ſcriptores* Athei, *qui doctrinam de DEO, de Chriſto, de immortalitate animæ extirpatum eunt. Princeps in his* liber *ille* famoſus de tribus Impoſtoribus *eſt. Illum Grotius nunquam ſcriptum eſſe exiſtimat; quod ego nunc ſuo loco relinquo.* Novi ego viros, quorum fides minime ſuſpecta eſt, qui ſe vidiſſe teſtantur. *Dicitur & in Germanicam Linguam converſus impreſſusq́; in folio latitare apud ſceleſtos Atheiſmi propugnatores. Autor Religionis Medici* Bernardinum Ochinum *autorem libri hujus habet, de cujus vita & moribus legatur* Antonius Maria Gratianus *in* Vita Cardinalis Commendoni. L. 2. c. 9. *Thomas* Campanella, *referente* Ernſtio, Muretum *ejus autorem habuit.* Merſennus *Comment. in Geneſin,* Petr. Aretinum. *Videantur verò Placcii* annotata in Jo. Rhodii Autores ſuppoſititios n. 50. *Hunc libru legiſſe ex eoq́; quædam excerpſiſſe videtur* Claudius Berigardus *in Circ. Piſanis, part. 3. circ. 3. pag. 230. ubi de calumniis in Moſen agit, ad quas ita reſpondet:* Tot viri ſancti & Chriſtus ipſe Moſen ſecuti ſatis eum vindicant ab hac calumnia, quicquid effutiat contra liber impius de tribus impoſtoribus, omnia refundens in dæmonem potentiorem, cujus ope Magi alii aliis videntur præſtantiores: quo etiam refertur illud fictum à Boccatio de tribus annulis. *Fuere & Auguſtini tempore, qui circumferrent librum de Chriſti Magia, de quibus* Auguſtinus, *de conſenſu Evang. c. 8.* Utinam ejus farinæ libri extarent, & legi ab omnibus poſſent! Certus ſum, ex ipſis tela, quibus eorum calumnia juguletur, nos depromturos. *Argumento certe hoc non exiguo eſt, extitiſſe ſimiles olim libros, ſive* Aretinus *ſive* Ochinus *illorum Autor ſit, cum* Cardanus *in Lib. II. de ſubtilitate recitet quædam variarum ſectarum pro ſe pugnantium argumenta, quæ ex his lacunis hauſta videntur. Introducit in illo loco Pagani, Judæi, Mahumetani & Chriſtiani argumenta, atq́; ita proponit ſingula, ut Chriſtianiſmi partes ſegnius agantur. Planè illa ratione* Bodinus *poſtea librum ſcripſit de* ſublimibus & admirandis rerum arcanis, *ubi perpetuo inter ſectas & religiones dialogo inſtituto eadem argumenta atq́; eandem cramben recoxiſſe videtur; Quod indicio eſt, utrumq́; ex iisdem fontibus ſua depromſiſſe.* Merſennus *certe commentario in Geneſin* Cardanum ut Atheum *reprehendit, monetq́; in vetuſtis editionibus librorum* de ſubtilitate, *eo in loco multa haberi, quæ poſtea ſint in ſequentibus editionibus vel omiſſa vel immutata. Atq́; ita ſe rem habere e* Scaligeri *Exercitationibus probari poteſt, qui Exercitatione 258. præeuntem Cardanum ſecutus, hæc ejus ulcera tangit, non ſine mordaci, ut debebat, ἐπικέρσει. Arguunt præterea illa verba, quæ formulam tranſitionis conſtituunt in veteri editione:* Igitur his arbitrio victoriæ relictis *&c. quaſi dubitaret* Cardanus, *cui parti victoria adſignanda ſit: pro quibus verbis in poſteriori editione legitur:* Sed hæc parum Philoſophos attinent, pro quibus inſtitutus eſt ſermo: *quæ & ipſa aliquid profani ſenſus habere videntur.*

(c) Joh. Chriſtan. Frommann Tract. de Faſcino Magico Lib. III. Sect. II. Cap. III. §. 1. pag. 510. *Atq́; hæc perſuaſio & calumnia ſine dubio ad varias gentes jam olim manavit à Pharaone, qui Moſen pro Mago habuit, admirandis ejus, quæ edidit, operibus & prodigiis permotus,* iratus ſceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitivus, nunc magicis præſtigiis inſtructus ad reliquos decipiendos venerit, *ut habet* Joſephus *Lib. 2. Antiquit. Judaic. cap. 5. Pollicem tamen his premunt (quod dolendum) Viri ex Eccleſiæ ſinu prodeuntes docti, Autor libri famoſiſſimi de* tribus impoſtoribus *(Petrus* Aretinus *Italus putatur) Moſen inter eos primum ponens, &* Jul. Cæſar Vanninus *Neapolitanus Theologus Pontificius, Atheorum* Cæſar Merſenno, *aquila aut Homerus quis inter eruditos Atheos* Voetio *dictus, qui blaſphemo ore iniqua de viro DEI eructant: item* Brunus *iſte, Patria Nolanus, ex regno Neapolitano, profeſſione Dominicanus, qui docuit, Moſen miracula ſua per*

Magi-

am operatum fuiſſe, in quo plus profeciſſet, quam reliqui Ægyptii.

(d) Menagiana, pag. 356. & 357. *On dit, que ce miſérable, qu' on fit mourir il y a quelque temps, avoit dans ſa poche un extrait du Livre des* trois Impoſteurs. *C' etoit un petit papier, où il y avoit des injures contre J. C. & contre la ſainte Vierge. M. B— qui a vu ce papier, prètend que ce n' etoit pas un extrait du Livre des trois impoſteurs. Il dit que ce n' etoit qu' un recueil de ce, qu' il y a de plus calomnieux contre nôtre Religion dans certaines méchantes pieces, compoſées par des juifs, & imprimèes en Allemagne ſous le titre; de* Tela ignea Satanæ *avec des refutations. Ce miſerable, qui avoit cet extrait, èpouſa malheureuſement pour lui plus d' une femme en même temps. Il perit par là; ce qui ne luy ètoit pas arrivé pour avoir èpouſé plusieurs religions: Le danger fût plus grand pour luy du côté des femmes; une des ſiennes le trahit, — — Il faut demander a M. l' Abbè* Drouyn, *s' il n' a rien decouvert touchant le Livre des trois Impoſteurs, de plus, que ce qu' en dit M.* Colomiez *dans ſes* Meslanges Hiſtoriques. *Pierre des* Vignes, *dit de ſon tems, qu' on l' atbuoit à* Frederic *II. ſon Maître.*

(e) Petri Bælii *Epiſtola de Scriptis Adeſpotis ad Johann. Deckherrum pag. 373. Sic loquitur Autor:*

Sceleſti de tribus Impoſtoribus in Gallia, ut referunt, paſſim venalis libri autorem Bernardinum OCHINUM fecit huc usque fama publica. *In 2. editione deſunt hæc verba,* ut referunt, *quibus fides ſit, viſam fuiſſe viro docto nimium crudam & parum tutam priorem aſſertionem. Certum eſt, falſiſſimum eſſe rumorem hunc librum emi poſſe in Gallia; vix ullus alius tam difficile reperiri poteſt emendus ab iis, qui hæc ſagaciſſime ruſpantur. Sed ut credamus* Ochinum *non conſcripſiſſe famoſum adeo tractatum, facit quod ait Grotius in Appendice de Anti-Chriſto pag. m. 84.* Librum de tribus impoſtoribus abſit ut aut Papæ tribuam aut Papæ oppugnatoribus. Jam olim inimici Friderici Barbaroſſæ Imperatoris famam ſparſerant libri talis, quaſi juſſu illius ſcripti. Sed ab eo tempore nemo eſt qui viderit: quare fabulam eſſe arbitror. *Hæc ultima verba probant ut quod maxime falſum eſſe hunc librum facile in Gallia reperiri. Si res ita ſe haberet, nequaquam Grotium latuiſſet. Obſervavit Paulus* Colomeſius, *Rupellenſis, in ſuis* Miſcellaneis Hiſtoricis, *vernacula lingua Arauſione vulgatis anno 1675. Vir ut probe notaſti in noviſſima tua Epiſtola, harum rerum callentiſſimus, quique in* Gallia *ſua* Orientali *pag. 27. dudum promiſit diſſertationem cui titulus ſit futurus,* Decouverte d'Auteurs cachéz, *obſervavit, inquam, in illis Miſcellaneis p. 28. erraſſe Grotium dicentem inimicos Imperatoris Barbaroſſæ tribuiſſe illi librum de* tribus Impoſtoribus, *non enim illum ſed Fridericum II. jactatum eſſe Auctorem ejuſcemodi libri, ut patet ex epiſtolis* Petri de Vineis, *ipſi a ſecretis & a ſigillo, utque ipſemet* Grotius *ſcripſit in notis in 3. partem Philoſophiæ realis Thomæ* Campanellæ. *Debuiſſet dicere* Colomeſius *Fridericum Barbaroſſam, teſte Grotio juſſiſſe, ut liber ille conſcriberetur, non vero fuiſſe autorem illius, hæc enim duo non tam parum differunt, ut dubium relinqui debeat lectori, utrum affirmetur. Quidquid id eſt, hoc unum ſaltem patet, non fuiſſe Ochinum illius teterrimi libri Autorem, quippe de quo fama fuerit vagata multo* ante natum Ochinum.

(f) Joh. Deckherri de Scriptis Adeſpotis pag. 119. ſeq.

Sceleſti de tribus Impoſtoribus, *in Gallia, ut referunt, paſſim venalis libri, autorem* Bernardinum Ochinum *fecit usque huc fama publica, ſcripti & ſcriptoris ætas, autoritas in* Placc. *Rhod. num 50. adducta; & denique peſſima viri illius apud bonos æſtimatio.* (Thuan. *d. tom. II. Hiſt. lib. 35. pag. 272.* Goldaſt. *lib. IV. de Regn. Boh. cap. 9. pag. 488.) Ut eruditi, viſis ejus ſceleratis de* Polygamia *Dialogis, &* Actis Pilati, *in quibus turpiter Hiſtoriæ ſacræ, & Chriſto JEſu, (quod & in dicto de* tribus impoſtor. *libro patraverat) illuſum, exiſtimaverint, quod, cum alii ſervis ſervorum ſerviendo ab ipſa etiam ſervitute degeneraverint; hic ſceleribus ſcelera addendo ipſum etiam ſcelerum nomen ſuperaverit. Quibus equidem cunas dedit Itala ſordida tellus! de iisque teſtatus eſt mihi, qui &* Acta Pilati *nominaverat, Conſiliarius* Elect. Palat. Dn. Geyer, *nuper bono, ſed præmaturo, fato cœlo adſertus. Neque tamen reticeo, non defuiſſe, qui pro Ochino, læſæ divinæ Majeſtatis accuſato, ſobrie intercederent: Quicquid inſtruendæ liti lapſo ſeculo adverſus ipſum in forum prolatum erat teſtimoniorum, dicentes, nimiis affectibus eorum qui abjectum ab eo cucullum, derelictam Italiam, Proteſtantium Confeſſionem adgnitam, acerbius indignati, condonandum: Eloquentiam Viri ceterasque virtutes nec ipſis ejus adverſariis incognitas, & illaudatas: Nec, quas pro concione dixerat, Orationes, Auguſtæ impreſſas id monſtri alere: nec toleraturum fuiſſe hominem in ſu[illegible] onvictu, non inproſperæ æſtimationis* Petrum Mart[illegible]m: *& alia. Quid itaque, ſi, ut Sereniſſima Perſona c[illegible]uit, alius quis? quid ſi Gallus?* Franciſcus *enim* Rab[illegible]æſius, *qui literis Græcis latinisque inſtructiſſimus, & Medicinæ, quam profitebatur peritiſſimus (verba erant J. A.* Thuan. *Lib. VI. de vit. ſua pag. 95.) poſtremo omni ſtudio ſerio omiſſo ſe totum vitæ ſolutæ ac gulæ mancipavit, & ridendi artem hominis propriam amplexus, excelſiſſimo teſtimonio autor appellatus, cum jam tum democritica libertate, & ſcurrili interdum dicacitate, ſcripto ingenioſiſſimo Vitæ, Regnique Gallici cunctos Ordines, quaſi in ſcenam ſub fictis nominibus produxiſſet & populo deridendos propinaſſet. Unde perſpectis vivendi rationibus ejus, forſitan non inſolens dictu erit, eum, qui famam temporum, Regni, propriamque profligaverat, etiam in Superos injurium fuiſſe. Id teſtamur,* Thomam Campanellam, *ex Italia profugum execrandi illius monſtri deliria in* Atheiſmo Triumphato, *Pariſiis adlato, ita diligenter, ita accurate, ita ambitioſe ad Orcum relegaſſe, & conviciſſe eloquentia &* vi intellectus humani, *quam oſtentat, ut victoriam ſincere, at ſubtriſtes, ipſi gratulentur illi, quibus datum eſt hæc profundius diſcernere. Namque ignoraſſet forſitan Carcinomatis humani generis tam librum, quam infandas ratiocinationes, niſi ipſe refutando protuliſſet: & neſciviſſet atrocitates ſcelerum humanæ nequitiæ, ſi non Juvenalis eas per Satyras exagitando, caſtitati innocentium revelaſſet.*

(g) Matthæus Pariſienſis Hiſtor. Angl. in Henrico Tertio Ao. 1238. mihi pag. 326. Editionis Pariſienſis M. DC. XLIV. *Ejusdem temporis curriculo, fama Imperatoris* Federici *admodum eſt obfuſcata & incuſata ab invidis inimicis & æmulis ſuis. Imponebatur enim ei, quod vacillans, aut etiam*

etiam exorbitans in fide catholica, dixerit quædam verba ex quibus elici & ſuſpicari potuit non tantum fidei catholicæ in eo imbecillitas, quin imo quod gravius & multo pejus eſt, manifeſtæ & maximæ hæreſis & diriſſimæ blaſphemiæ enormitas deteſtanda omnibus fidelibus, ac plane execranda. Fertur enim eundem Fredericum *Imperatorem dixiſſe (licet non ſit recitabile) tres præſtigiatores callide & verſute, ut dominarentur in mundo, totius populi ſibi contemporanei univerſitatem ſeduxiſſe, videlicet* Moyſen, JEſum & Machometum. *Et de ſacratiſſima Euchariſtia, quædam nefanda & incredibilia deliramenta & blaſphemias impie protuliſſe. Abſit, abſit, aliquem virum diſcretum, nedum hominem* Chriſtianum *in tam furibundam blaſphemiam, os & linguam reſeraſſe. Dictum enim fuit ab æmulis ſuis, ipſum* Fredericum *Imperatorem plus conſenſiſſe & credidiſſe in legem* Machometi, *quam* JEſu Chriſti: *& etiam quasdam meretriculas* Saracenas *ſibi feciſſe concubinas. Surrepſitq; murmur in populum, (quod avertat Dominus à tanto principe) Saracenis a multo tempore ipſum fuiſſe confœderatum, & amicum fuiſſe plus quam* Chriſtianorum, *& id indiciis multis probare conabantur ipſius æmuli, qui famam ſuam conabantur obfuſcare. Si peccabant, vel non, novit ipſe, qui nihil ignorat.*

(h) Petri de Vineis Epiſt. Lib.I. cap. 31. pag. 211. & 212.

Inſeruit enim falſus Chriſti *Vicarius, fabulis ſuis, nos Chriſtianæ fidei religionem recte non colere, ac dixiſſe tribus ſeductoribus mundum eſſe deceptum: quod abſit de noſtris labiis proceſſiſſe, cum manifeſtè confiteamur unicum DEI Filium, coæternum & coæqualem Patri, ac ſancto Spiritui, Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, ab initio & ante ſecula genitum: proceſſu temporis miſſum in terras, in ſubſidium generationis humanæ, non de potentia ordinata, ſed de potentia ordinante: qui eſt de glorioſa virgine matre natus, paſſus poſtmodum, & mortuus ſecundum carnem, & alteram naturam, quam aſſumſit in utero matris: virtute Deitatis, à morte poſt triduum reſurrexiſſe. Mahometi vero corpus in aere pendere didicimus, obſeſſum dæmonibus, animam inferni cruciatibus deditam, cujus opera tenebroſa fuerunt, & contra legem Excelſi. Moſen verò, amicum Dei & familiarem, vera docente pagina, fuiſſe tenemus: in monte Synai cum ipſo tenentem colloquia, cui Dominus rubum accendit: per quem ſigna & mirabilia fecit in Ægypto, & Hebraico populo lex tradita: declarat ipſum poſtmodum vocatum ad gloriam cum electis. In iis & aliis accuſator noſter, & æmulus ponens adverſus filium matris Eccleſiæ ſcandalum,* contra nos mendaces & venenoſas notas, mundo inſcripſit. *Sed ſi rectitudo ſenſus Apoſtoli non fuiſſet intrinſecus impedita, nec præpoſuiſſet impetum rationi, qui dominatur in ipſo, talia non ſcripſiſſet, nec ad ſuggeſtionem illorum, qui tenent lucem tenebras, & dicunt malum bonum, qui ſuſpicantur mel eſſe fel, per locum ab opinione, qui eſt debilis & infirmus, cum verum eſſe falſum, cum non eſſe convertatur.*

Annotatio marginalis ſic habet: Cum Ao.1242. *Fridericus* Cunradum *filium, Imperatorem Francofurti feciſſet, dixiſſe ibi apud Pontificem Gregorium per Landgravium Thuringiæ, delatus eſt:*

Tres in regiminibus mundum ſeduxiſſe, Moyſen Judæos, Chriſtum Chriſtianos, Mahometem Gentiles. Qua re Gregorius incitatus eum excommunicavit.

Sed hanc delationem Heinrici Thuringi magis falſam quam veram fuiſſe, ejus in Romanorum regem poſteà facta electio ſatis probat. Chronica Thuringiæ.

(i) Melanges Hiſtoriques à Orange, ches Jaques Rouſſeau, pag. 28. & 29. *Beaucoup de gens parlent du Livre* de tribus Impoſtoribus, Moſe, Chriſto & Muhammede; *mais il n'y a* perſonne, que je ſçache, qui dit, l'avoir vû. *A propos de quoy je remarqueray, que* Grotius *s'eſt trompé, écrivant dans l'Appendice de ſon Traité de l'Anti-Chriſt;* (i) *que les ennemis de l'Empéreur Fredéric Barberouſſe luy attribuoyent cet Ouvrage. Car ce ne fut pas Fredéric Barberouſſe, que l'on faiſoit Auteur de ce Livre là, mais Frederic ſecond, comme il paroiſt par les epitres* (l) *de* Pierre des Vignes, *ſon Secretaire & ſon Chancelier, & comme l'écrit Grotius luy-meſme, dans ſes Obſervations ſur la troiſiéme partie de la Philoſophie Réelle de Frére* Thomas Clochette, *dit en Latin* Campanella. (m) *Annot. Margin. ſic habet:* (i) *Pag.84. à la fin de ſes Notes ſur les Evangiles.* (l) *Pag. 211. & ſuiv. de l'édition de Schardius.* (m) *Le Préſident Fauchet ſe trompe auſſi dans ſon Traité de l'Origine des Chevaliers, à Paris 1600. pag.16. attribuant un complet de Chanſon à Frédéric ſecond, qui eſt de Frédéric premier ſurnommé Barberouſſe.*

(k) Antonii Reiſeri Diſſertatio de Atheiſmo pag. 243. ſeq. *Suum inter Atheiſtas Italos locum occupare deſiderant, nominatim* Petrus Aretinus, *cujus & Epitaphium duplex & Effigiem cum Inſcriptione ex B. Soceri tui, ſingularis olim, ut audio, Literatorum Patroni theſauris, ad Atheiſmum ejus demonſtrandum adducis, præter mentionem libri de tribus impoſtoribus, ex* Marchantio *inferius iteratam. Hinc (teſte Laur. Craſſo in Elog. Viror. Lit. Ital. ed.).* Ad tumulum Petri Aretini, Venetiis in Eccleſia S. Lucæ ſepulti, hoc Epigramma fuit compoſitum.

Condit Aretini cineres lapis iſte ſepultos,
Mortales atro qui ſale perfricuit.
Intactus DEUS eſt illi: cauſamque rogatus
Hanc dedit: *ille*, inquit, *non mihi notus erat.*

Ejusd.

Hic jacet ille canis, qui peſſimus ivit in omnes;
Demto uno, quem non noverat ille, DEO.

Ejusd.

Primorum maſtyx molli hac requieſco ſub urna,
Viventi cui mens irrequieta fuit.
Nulli ego mortali: Superis ſi forte peperci,
Ignoti ſuperi forte fueri mihi.

Ejusd.

Amarus jacet hic, Viator, hoſtis
Vivorum ſimul atque mortuorum.
Dis convitia nulla dixit, & ſe
Excuſans ſibi cognitos negavit.

Epitaphii *etiam meminit eruditus & jucundus Muſæi ſi-*

ve Bibliothecæ tam privatæ quam publicæ Extructor & inſtructor, Claudius Clemens, *ſed mutato aliqua ex parte verborum ordine & tenore, hunc ſcilicet in modum:*

Qui giace l' Aretin, Poeta Toſco,
Che d' ogn' un diſſe mal, fuor che di Dio,
Ma ſe ſcuſò, dicendo, *jo no 'l conoſco.*

Addit Bibliothecarius: Fuiſſe aliquid cauſæ, Aretinum hoc Epigrammate confodiendi, ſuſpicari poſſis ex Hiſpanico Indice Librorum prohibitorum, ubi abſolutè opera ejus omnia prohibentur. Talis porro ſolet eſſe vita, qualis oratio; & ex mala vita facilis in Atheiſmum prolapſus. *De ejus autem Divinitate in effigie nomini adſcripta* Jacobus Gaddius *in de Scriptoribus non Eccleſiaſticis hæc memorat:* Ipſe Numiſmata fieri curavit, quorum in parte una ſpirabat imago ſua cum hac inſcriptione: *Il Divino Aretino.* In altera parte ſedens ipſe in ſolio habebat ſub pedibus Oratores Regum Principumque magnorum, munera ferentes, cum hac Epigraphe: *I Principi tributati da i popoli, tributani il ſervitor loro.* In Bibliotheca Chalcographica Boiſſardi poſterius hoc ita exprimitur:

Principibus populi pendunt tributa, ab eisdem
Pendi ſueverunt quæ tibi Principibus.

Gaddius porro addit: Cur ſibi arrogaverit aliorum conſenſu Divinitatem, neſcio, niſi fortè Dei munus exercuiſſe dicendus ſit, cum in ſumma capita velut celſiſſimos montes fulminaverit, lingua corrigens & mulctans, quæ ab aliis caſtigari nequeunt.

(l) Theophil. Spizelii Scrutinium Atheiſmi, Sect. II. pag. 18. & 19. Petrus *ille* Aretinus, *horrendi iſtius libri* de tribus Impoſtoribus *autor. Etſi enim eo nomine Campanella in* Atheiſmo Triumphato *ſuſpectum habeat* Poggium Florentinum, *& Thomas Broune in Rel. Med. ſect 19. nefarii illius libri autorem dicat* Bernardinum Ochinum; *refert tamen* Merſennus *Comment. in Geneſ. pag. 1830 ex ſingulari Amici cujusdam (qui librum legerat) indicio, ſtylum eſſe* Aretini. *Quid autem liber ille contineat, diſces è Campanella in Atheiſmo Triumph. qui illum librum etiam videtur legiſſe. Aretini inſuper Epitaphium apud* Jovium *in Elog. Vir. Doct. & alterum apud* Giuzeppe Pazzi, *indicat qualis & quantus Atheiſmi Doctor fuerit. Sic enim* Pazzi *in continuatione della monſtruoſa farina, edit. Venet. 1609.* Qui giace l' Aretin Poeta Toſco, che diſſe mal d' ogn' un fuor che di Dio; ma ſi ſcuſò dicendo no'l conoſco. *Aliter ſic:* Qui giace eſtinto quell' amaro Toſco; ch' ogn' huom vivendo col mal dir trafiſſe. Vero è, che mal di Dio giamai non diſſe, Che ſi ſcuſò dicendo, jo no' l cognoſco. *Quo tamen non obſtante nuper in exquiſitiſſima Dn. Soceri G. M. Keimeliotheca reperi numum, Aretini effigiem cum hâc inſcriptione referentem:* Divus Petrus Aretinus. *Tanti ſcil. hodie ſiunt Atheiſticæ pravitatis Doctores atq; Profeſſores.*

(m) Tob. Wagneri Examen Elenchticum Atheiſmi ſpeculativi Cap. IV. §. 22. pag. 8. & 9. *Famigerabilis eſt liber atheus, ſub titulo* de tribus ſummis impoſtoribus Mundi, Moſe, Chriſto, & Mahumete; *quo quid primore auditu deteſtabilius, & in Spiritum Sanctum blaſphemius? De cujus autore Scriptores variant, quem Thomas* Broune *in Relig. Medici, Sect. 19.* Bernhardum Ochinum; *Merſennus Comment. in Geneſ. pag. 1830.* Leonhardum Aretinum, *quem* Voetius Petrum *nominat;* Campanella *in Atheiſmo Triumphato* Poggium Florentinum *fuiſſe ajunt; De quibus duobus poſterioribus exinde veriſimile eſt, ambos in edendo hoc deteſtabili partu, obſtetricante diabolo, argumenta ſua communicaſſe, quia ambo fuerunt σιώχρονοι, atq; intimo neceſſitudinis vinculo invicem conjuncti; Quod inter alia ex quadam Epiſtola* Poggii, *quæ in Actis Martyrum, pag. 248. & ſeqq. extat, colligi poteſt, quam Conſtantiæ Calend. Junii, quo die Hieronymus Pragenſis fuit combuſtus, Aretino de hujus Martyris mira gravitate, & confeſſionis conſtantia usq; ad vivicomburium, perſcripſit, cum hac clauſula:* Vale jucundiſſime Leonharde! *Inter alia hoc judicio de hoc eodem Martyre lato:* O virum, *exclamando,* dignum memoria ſempiterna! Doctrinam admiror, plurimarum rerum ſcientiam, eloquentiam, dicendi ſuavitatem, & argutiam reſpondendi; *addito:* Reor, ne hæc omnia in peſtem ſuam ſibi fuerint à natura data. *Quæ verba haud levem aduſtionem alicujus Naturaliſtæ, hoc eſt, Atheiſtæ ſapiunt, dum hæc divina dona* huic Martyri a natura in perniciem data judicat, *quæ homo profanus autori Spiritui Sancto vindicare debuiſſet, non in Hieronymi perniciem, ſed in DEI gloriam; Sicut omnes ac ſingulæ actorum circumſtantiæ conteſtantur. Ambos,* Aretinum & Poggium *Paulus* Jovius *in Elogiis doctorum virorum, fol. 19. 20. 21. ſe ordine ſequentes laudat; Poſt Aretinum de Poggio inquiens,* quod Aretino juxta alios fuerit æquatus: *Ut proinde vix dubium ſit, hunc flammis ultricibus dignum de* tribus Impoſtoribus *librum ab ambobus his contribulibus, communicatis conſiliis & argumentis fuiſſe conſcriptum, ſive hic, ſive ille in iis convaſandis pennam duxerit.*

(n) Marci Zverii Boxhornii, Monumentorum illuſtrium, pag. 104. *Apud* Jovium *in elogiis plura de* Poggio *vide: uti & apud* Bergomatem *in Chronici ſuppl. ad annum* CIↃ CCCCXVI. *ſed quod hic,* facetiarum *ejus* librum *vocat pulcherrimum,* qui *non* inficetiſſimus *modo, ſed etiam* impuriſſimus; & plane flammis dignus eſt: *ſane rem facit ordini ſuo Eremitico, quem profitebatur, indignam.*

(o) Iſaac Bullart Academie des ſciences, & des Arts Tom. I. l. 4. p. 298.
Mais il excita des Nouveaux doutes ſur ſa Creance, par un livre ſorty de ſa main ſous le titre de Sa Mere Jeanne, *& en Italien* La Vergine Veneta. *Le bruit courut, que comme* David George *ſe diſoit le Redempteur des hommes;* POSTEL *s' eſtoit imaginé que ſa Mere Jeanne devoit eſtre la Redemptrice des femmes: opinion tres-mal fondée; n' eſtant pas poſſible qu' une telle folie ait pû tomber dans la penſée de cét homme docte; veu que ſes écrits ne diſſent rien qui aproche de cette rèverie: & des perſonnes dignes de foy, qui ont ſouvent eu ſa converſation, ont publié, qu' il rioit luy-meſme de cette erreur populaire; diſant que ſous le nom de cette* Mere Jeanne *il entendoit la vertueuſe* Dame Venitienne,

ne, *qui l' avoit ſi charitablement aſſiſtè en ſa jeuneſſe, & que pour une memoire reconnoiſſante des bien-faits qu' il en avoit receus, il avoit voulu immortaliſer ſon nom dans ce livre comme celuy d' une mere, à laquelle il eſtoit plus obligè, qu' à celle qui l' avoit porté dans ſes flancs.*

(p) Idem Tom. II. Lib. V. p. 327. *Il decocha les traits [illegible] plume; non pas contre des hommes vulgaires; mais contre les Puiſſances de l' Europe: traits penetrans, qui porterent jusqu' au throſne, & jusques dans l' ombre des cabinets; & qui ſans aucun reſpect de la Pourpre, ny du Diadéme, mirent au jour les actions ſecretes des Souverains avec une licence ſi effrenée, que les peuples nommerent cet homme audacieux,* le Fleau des Princes. *Auſſi ce fut pour parer à ſes atteintes, que Solyman Empereur des Turcs, & le fameux Corſaire Barberouſſe luy envoyerent des preſens. L' Empereur Charles V. luy donna une chaiſne d' or de grand poids toute compoſée d' oreilles, & Francois Premier Roy de France une autre toute de Langues; a fin d' en chaiſner cette Muſe volage, & indiſcrette, & de la rendre muëtte & ſourde à leur égard. Les gratifications de ces Monarques porterent l' audace de l'* Aretin *à un tel excez, qu' il oſa bien faire paroiſtre en public une medaille, ou il eſtoit repreſentè d' un coſté ayant la chaiſne d' or au col, avec ces mots:* Il Divino Aretino: *de l' autre aſſis ſur un throſne, ayant des* Ambaſſadeurs *à ſes pieds, qui luy faiſoient hommage, & luy preſentoient des tributs de la part de leurs Maiſtres. Mais cet orguëil fut juſtement reprimè par quelques Princes de l' Italie; qui ſe ſentant picquez au vif par les aiguillons de ſa Satyre, luy firent donner quantité de coups de poignard; afin d' expier par ſon ſang licence injurieuſe de ſes Vers.* Nicolas Francus, *Poëte de Benevent, l' attaqua au meſme temps avec la plume, & le preſſa ſi vivement par quelques Elegies, qu' Aretin eſtant heureuſement guery de ſes bleſſures changea entierement ſa vie, & ſa maniere d' ècrire. Le* Concile de Trente *a deffendu ſes oeuvres Satyriques: auſſi ſont elles plus dignes du feu, que de la lumiere du jour; puis qu' elles ſont remplies d' impietè, & qu' elles contiennent des recits capables de corrompre les ames les plus innocentes. Et certes le nom de cét Ecrivain meriteroit d' eſtre effacè de la memoire des hommes, plutoſt que d' eſtre ècrit au Liure des Sçavans, ſi aprés avoir deshonoré ſa plume par ſes écrits ſcandaleux, il ne l' avoit ſignalèe par la compoſition de ces Vers pieux, qu' il nomma les* larmes de ſa penitence: *Larmes qu' il tira du profond de ſa veine, & qu' il mêla encore à celles de ſes yeux; afin de laver dans ces eaux toutes pures le taches enormes de ſa vie paſſée, & la honte de ſes premiers Vers: Larmes qui expriment ſi vivement la grandeur de ſon repentir, qu' elles ſont capables de toucher les ames les plus inſenſibles, & les plus obſtinèes. Depuis cèt heureux changement il compoſa la vie de la Sainte Vierge Mere de Dieu, & de Sainte Catherine, & mourut quelque temps aprés avec toutes les marques d' une parfaite repentance. Auſſi l' Epitaphe qu' on luy a dreſſée en Italien eſtant plus digne de ſon impieté que de ſa converſion, je ne la mets point icy; aimant mieux finir par ce fragment de quelques Vers, qu' une Muſe Latine a publiez à ſa memoire.*

Petrus hic eſt, cui plus tribuere ſilentia lucri,
Innumeris Vatum quam ſua Muſa choris.
Non etenim Cynica *ſic paupertate tumebat,*
Geſtiit ut Cynico figere dente notas.
Unde etiam ſtygias latratu territat umbras,
Et bene Cerbereas nunc obit ille vices.

(q) Antoine Teiſſier, additions aux Eloges des hommes ſçavans tirez de l' Hiſtoire de M. de Thou. P. II. p. 163. *Il a publiè une Oraiſon contre* Pierre Aretin, *de la quelle* Lambin *ſe moque dans une de ſes lettres, &* Muret *témoigne, qu' il n' y a rien, pour ſi abſurde qu' il ſoit, qui ne puiſſe monter dans l' eſprit de* Perion. (*in margine citantur* Lamb. Ep. ad Joan. Paludan. Muret. Epiſt. ad Lambin.)

(r) Idem Teiſſier ad Elogia Thuani Gallica P. 1 p. 508. *Au reſte, il étoit plus fol que méchant, ſelon le témoignage de Joſeph* Scaliger, *qui l' avoit connu particuliérement, & ainſi on jugea, que ſon impiétè étoit plus digne de compaſſion, que de chatiment:* Beze *a laiſſé par écrit, que* Poſtel *ſe vantoit, que l' ame d' Adam ètoit entrée dans ſon corps, & qu' il étoit frere d' un fol qui croyoit être S. Jean, & qui fut brulé à Toulouſe.* (*in Margine:* Scaliger Epiſt. lib. 4. ep. 362. Du Verdier, Proſopogr. comment. in 22. cap. Johannis)

Pag. 510. Henri Etienne *aſſure, qu' il vid à Veniſe* Poſtel, *diſant publiquement, que ſi l' on vouloit faire une bonne Religion, il faloit la compoſer de celle des Turcs, de celle des Juifs, & de celle des chrêtiens. Et Mr. Naudè diſoit, que du temps, que* Poſtel *étoit à Veniſe, il y avoit quatre hommes, qui s' aſſembloient deux fois la ſemaine pour diſputes avec toute ſorte de liberté ſur toutes les Religions du monde, & que* Poſtel *écrivoit tout ce qui ſe paſſoit dans leurs Conferences. Aprés la mort de* Poſtel, *ſes Ecrits ètant tombez entre les mains de* Bodin, *furent la matiére du Livre intitulé,* de abditis rerum ſublimium Arcanis, *dont nous avons parlé dans les additions ſur l' Eloge de Bodin* (*in Margine:* H. Etienne introd. au Traité de la confor. des merv. ans &c.)

(ſ) NB. Loco hujus excerpti ad tædium chartæque diſpendium reiterandi, relege ſaltem, ſi placet, quæ ſub allegatione (d) jamjam ſuperius exſcripta patent, quippe quibus pagina inibi ſequens 357. ex Menagianis, hic alias ſedem ſuam habitura, jamjam adjecta.

(t) Johannes Baptiſta Ricciolus in Almageſto novo ſuo præfixa Chronici Parte II. pag. 35. b. Guilielmus Poſtellus *Barentonius ex Normandia, cujus Geographica volumina commemorat* Baroccius, *& ſcriptum de Stella anni 1572. cenſuræ ſuæ ſubjecit* Tycho, *tomo I. Progymn. pag. 716. fuit inſignis non in Matheſi ſolum, ſed in Philoſoph. ac Medicina, & plurimarum peritia linguarum; ſed ob Cabaliſticas nugas, & Aſtrologica deliramenta, ſemel iterumq; à S. Patriarcha noſtro Ignatio, è Societate, cui ſe devoverat, ejectus, incidit in manifeſtas hæreſes, ob quas Romam catenis conſtrictus eſt ablegatus, vixitq; uſq; ad annos fermè centum, & tandem creditur reſipuiſſe, ac in fide Catholica mortuus eſſe. Mira ſed horrenda ſunt, quæ de illius ingenio, ſed inſtabili ac ſuperſtitionibus imbuto refert noſter Daniel* Bartoldus *in I. tomo hiſtoriæ Societatis Jeſu, lib. 3. à pag. 371.* — —

(u) JacobusGaddius de Scriptoribus, pag. 13. 14. Aretinus Petrus collocari poteſt in hoc Scnatu Apollinari, cum Divinus, & Principum flagellum à ſe, & ab Areo & aliis compellatus fuerit.. Ipſe numiſmata fieri curavit, quorum in parte una ſpirabat imago ſua cum hac inſcriptione: Il Divino Aretino, in altera parte ſedens ipſe in ſolio, habebat ſub pedibus oratores Regum, principumq; magnorum munera ferentes cum hac Epigraphe: I Principi tributati da i popoli, tributano il ſervitor loro.

Ego autem neſcio, cur ſibi arrogaverit aliorum conſenſu divinitatem, niſi forte DEI munus exercuiſſe dicendus ſit, cum in ſumma capita, velut celſiſſimos montes fulminaverit lingua corrigens, & mulctans, qui ab aliis caſtigari nequeunt. Ab omnibus fere Regibus, ac Regulis Europæ primariis munera, vel tributa annua, accipiebat, adeo numeroſa, ut conficerent numerum ſcutorum millium ſeptuaginta. Numerus hic eo ſæculo prægrandis erat in homine conditionis vix mediocris, & antea paupere.

Amm. in Iconibus ſcribit in tanto ingenii atumine ſimplicem fuiſſe Aret. cui quidlibet perſuaſiſſet credibile homo callidè nequam. Subdit, illum pronunciaſſe, præpoſita R Veneta Urbe, nudaq; gloria, quam Orbis admirans, & Principes timentes pariebant ipſi, galero purpureo, quam ab Julio Tertio ſperare poterat ſe vita privata contentum vivere.

Doctrinæ Petrus expers fælici temeritate ſublimia ſibi arrogavit cognomenta, libroſq; complures molitus eſt, ſacra, & pia argumenta complexus, qui comœdias, rhythmos, atq; Diſſertationes meretricias antea ſcripſerat ſplendida æque ac ſordida, & pudenda eloquentia; hinc opera cuncta Petri à Chriſtianæ pietatis præſidibus non temerè vetita fuerunt; ſed pretium, vel curioſitatem illis addidit, ut Machiavellianis prohibitio, cum utraque lecta, & conquiſita fuerint, donec vetita; mox licentia habendi ſordere fecerit ſacra quædam Aretini opuſcula, & Mac. Diſſertationes. Illa, ut hæ, paulum immutato nomine prodierunt in lucem Partenii Etiri nomen præ ſe ferentia. Aretino tyrannorum terrori ac dominatori quodammodo ipſe Tyrannus Orientis Solymannus & Barbaroſſa Archypirata nobiliſſimus ultro miſerunt munera. Sed illum Principibus formidabilem, ac inſultantem calamo maledico non Princeps, at ſcriptor maledicus Beneventanus coercuit centum ſonetis inuſtum perpetuis, ut ſcribit Toſcanus, infamiæ notis de hujus faſtu ſuperbe triumphans. Aretinum Literaturæ ſeu doctrinæ omnis expertem unius ingenii præſtantia florentem juverat Græcæ, Latinæq; linguæ peritus Francus, qui Latina Epigrammata, Dialogos feſtiviſſimos, & Epiſtolas conſcripſit: inchoavit etiam Etruſcis carminibus Odyſſeam, quam non abſolvit, damnatus ipſe à nimis ſevero Paſtore Pio V. qui viroſæ linguæ petulantiam pudenda cruce mulctavit.

(x) Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, Fevrier 1649. p. 278. 279. ſeq.

Je vous envoye, Mr. une Diſſertation de Mr. de la Monnoye, touchant de livre des 3. Impoſteurs. Ce qu'on lui a dit, qu' un Allemand alloit donner une Diſſertation, pour prouver que ce livre à eté veritablement imprimè, l' a exitè à coucher ſes remarques ſur le papier. Quand vous ne connoitriez Mr. de la Monnoye, que par les Menagiana, vous en auriez très-bonne opinion. On y fait dire à Mr. Menage, que Mr. de la Monnoye ètoit tellement ſur de remporter le prix de la poeſie à l' Academiè Françoiſe, que l' Academie le pria de ne mettre plus ſur les rangs, & de ſe contenter de la gloire qu' il avoit acquiſe, parceque cela decourageoit les autres Poëtes, qui n' oſoient plus entrer en concurrence pour voir touiours infailliblement preferer la piece de Mr. de la Monnoye. Cette priere lui tenoit lieu de tous les prix qu' il auroit pu remporter. Il dit donc ſur le livre des trois impoſteurs, que de toutes les Religions, qui ſe profeſſent dans le monde, il y en' a 4. principales: la Juive, la Payenne, la Chrétienne, & la Mahometane. Toutes les autres ſe reduiſſent la, comme les eſpeces à leur genre. De ces 4. la Payenne, qui admet la pluralitè des Dieux, ètant abſolument inſoutenable; les Libertins ont cru n' avoir a combattre que les 3, autres: Et c' eſt peut-être ce qui leur à fait dire, que le monde avoit ètè ſeduit par 3. hommes, Moiſe, J. Chriſt, & Mahomet. Il y a lieu de ſoupconner, que Colomiez ſe trompe dans ſes Melanges, ou il dit que Grotius a ècrit, que Frederic Barberouſſe avoit ètè accuſè, d' être l' Auteur de le livre. Frederic II. fut accuſè d' avoir dit la choſe, & non pas d' avoir fait le livre: mais on n' a rien dit de pareil de Frederic II. On lit dans la Forêt nuptiale de Nevizan un mot bien hardi ſur les 3. Religions: Lex Moyſis eſt Lex Puerorum: Lex Chriſti, Lex impoſſibilium; lex Mahumeti, lex porcorum. Mais il n' eſt point parlè du livre de tribus Impoſtoribus. Poſtel eſt le premier qui en ait fait mention. Il l' attribue a Arnaud de Villeneue.

L' unique Auteur qui ait ècrit l' avoir vu imprimè, c' eſt Florimond de Raimond. N' a-t-on pas vu, dit-il, un deteſtable livre forgé en Allemagne, portant cet horrible titre des trois Impoſteurs, ou l'on ſe moque des trois Religions maitreſſes qui ſeules reconnoiſſent le vray Dien, la Juive, la Chretienne, & la Mahometane? Le ſeul titre montroit, qu' il ſortoit des enfers, & quel ètoit le ſiecle de ſa naiſſance, qui oſoit produire un monſtre ſi formidable. Hoſius & Genebrard en ont parlè avant moi, & j' en ai vu un exemplaire entre les mains de Ramus. Cela eſt ſi poſitif qu' il ſemble qu'on ne peut plus nier l' exiſtence du livre. Cependant ſa depoſition ne fait point une preuve deciſive. Florimond de Raimond qui prêtoit à ce qu' on dit ſon nom au P. Richeome Jeſuite, n' a pas une fort grande autoritè parmi les ſçavans. Il ſe fait paroitre vers l'an 1556. mais on ne s' accorde point la deſſus: & il eſt aſſez ſurprenant, que ce livre n' ait ètè citè que par 2. ou 3. perſonnes. Pouquoi ce livre, dont le ſeul titre fait peur, ne ſe trouve-t-il nulle part? Il eſt vray que Brovvn dans ſon livre Religio Medici, parle du livre de tribus impoſtoribus, comme s' il l' avoit vu, & il y ſoutient, que celui qui en etoit l' Auteur ſans ètre ni Juif, ni Turc, ni Chretien, n' ètoit point un Athèe. Mais Brovvn s' imaginoit, que Bernardin Ochin en ètoit l' Auteur; ce qui n' eſt point vray. On ne parle de ce livre que comme d' un livre Latin, & Bern. Ochin n' a jamais ècrit, qu' en Italien. Les ennemis de Bernardin Ochin, qui luy ont reprochè jusqu' à ſes Dialogues de la Polygamie, ne lui auroient point pardonnè le Traittè des trois Impoſteurs. Ce qui fait douter encore plus de ce livre, c' eſt la diverſitè des Auteurs, à qui on l' attribuë. Muret à ètè l' un des plus ſoupconnez. Les opinions differentes que l' on en a, ſe detruiſſent mutuellement: & cela fait conclure, que l' on n' a jamais rien lû de ce livre, que le titre.

(y) Bayle *Dictionaire Hiſtorique & Critique Tom.I. Part. 1. p.343. 344.*

Pour l' Auteur du livre De tribus Impoſtoribus

Nous aurons peut-etre occaſion d' examiner amplement cette matiere, & de faire voir, qu' il y a tres-peu d' apparence que ce livre ait jamais exiſté. Mr. l' Abbe Nicaiſe (a) *l' un des plus honnetês hommes de ce ſiecle, qui a des habitudes avec tous les Sçavans de l' Europe, au nombre desquels il tient une place tres-honorable, eut la bonte de m' envoyer l' annèe* (b) *paſſee une* tres curieuſe Diſſertation de *Monſieur de la* Monnoye, *ſon* (c) *compatriote, ſur le livre* De tribus Impoſtoribus. *Elle eſt remplie de remarques tres bien choſies, & meriteroit extremement d' être imprimée. Mr. de* Beauval (d) *vient d' en donner un petit extrait. L' Auteur montre par de tres-fortes raiſons, que ce livre eſt une pure chimere.* Grotius *à cru, & peut être ſur un mauvais fondement, que l' on a parlé de ce livre avant que* (e) l' Aretin *fût au monde. Le bon Pere* Merſenne (f) *a debité, qu' un de ſes amis, qui avoit lu le livre en queſtion, y avoit reconnu le Style de* Pierre Aretin. *Chanſons que tout cela. Neanmoins on ne ſauroit dire, combien on* (g) *promene cette propoſition du pere* Merſenne.

(a) *Voyez l' èloge qu' on lui donne dans les* Menagiana (b) *C' eſt à dire, l' an 1693.* (c) *Ils ſont de Dyon.* (d) *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans mois de Fevrier 1694. pag. 278. 279. Il a raporté l' èloge que les Menagiana donnent à Mr. de la Monnoye.* (e) *Voyez* Grotius *Append. ad comment. de Anti-Chriſto p. 133. ou il dit que les ennemis de Frideric Barberouſſe l' acuſerent d' avoir fait compoſer ce livre. Il devoit dire Frideric II. Vide* Deckherrum *de Scriptis Adeſpotis p. 374. edit. 1686.* (f) *In Geneſin pag. 1830.* (g) *Voetius Diſput. Vol. 1. pag. 206. &* Spizelius, *Atheiſm. ſcrutinio pag. 18.*

(z) Notæ Marginales Diecmannianæ.

Quod ad decantatiſſimum illum de tribus impoſtoribus librum, ubiq; à me quæſitum, & nusquam inventum, nec à quoquam in ulla unquam Bibliotheca, quod quidem conſtet viſum, attinet, dudum fateor eam mihi ſediſſe ſententiam, nunquam eum lucem vidiſſe. In qua me deinde Excerpta MSta Guidonis Pâtini *valde confirmarunt, quorum ἀπόγραφον ante aliquot annos Dno. D. Jo. Frid.* Mayero *dabam, cum ille ſingularem ſe diatriben de hoc libro meditari, mihi ſignificaret. Negotium hoc plane, opinor, conficit Domini* de la Monnoye *Diſſertatio, cujus non tantum Hiſtoire des Ouvrages des Scav. Feur. 1694. pag. 278. ſed &* Bayle *Diction. Hiſtor. & Crit. T. I. p. 344. meminit, qui hunc auctorem fortiſſimas afferre rationes dicit, quod liber iſte mera Chimæra ſit. Cujusmodi quid ſe quoq; aliquando oſtenſurum* Bælius *ſpem facit. Conf. eundem Tom. II. pag. 1235. 1236.*

(893) TRIODION memoratur apud *Hyde*, Bibliothecæ Bodlejanæ Tomi poſterioris, pag. 211. a. his verbis: *Triodion Venet. 1620. K. I. 14. Jur. & Ven. α. χ. ω. M. I. 2. Th. Seld.* Illud quomodo tribuatur COSMÆ, incertum cujus ætatis *Miræus* refert (a) Biblioth. Eccl. Tom. I. p. 221.

(a) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I. p. 220. & 221. Coſmas *Hieroſolymitanus ſcripſit* Hymnos tredecim in præcipuas anni feſtivitates; *quos legere eſt tomo 7. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis. Floruit eodem tempore, quo Joannes Damaſcenus: ut Svidas teſtatur, cujus verba produxi in Scholiis ad cap. 75. Sigebertini catalogi. Ab iſto Hymnographo alius, & quidem antiquior, fuit* Coſmas Abbas Hieroſolymitanus; *cujus Joannes Moſchus cap. 40. in prato ſpirituali meminit. Apud Græcos eſt liber ritualis, quem* Triodium *vocant, & quo utuntur in divinis Officiis celebrandis à Septuageſima usq; ad octavam Pentecoſtes. In cujus liminari pagina legitur, librum illum exaratum eſſe à* S. Coſma; *auctum vero a* Theodoro & Joſepho Studitis, *aliisq; Patribus: inter quos nominatur* Nicephorus Calliſtus, *cognomento* Xanthopulus. *Ita Baronius in anni 842. geſtis. Cæterum quando Coſmas iſte, Triodii concinnator, vixerit, nondum comperi.*

(894) *De S.* TRINITATE *Brevis Disquiſitio inter duas diſputantium partes, utri tandem poſt longa certamina victoria tribuenda ſit.* Hic titulus eſt libri à Sociniano quodam conſcripti, quem M. *Bartholdus* Seind/Scholæ noſtræ publicæ Johanneæ olim Collega ſedulus atque fidelis, recenſito illius textu refutavit edito ao. 1668. Lubecæ, libello ſub titulo: *Gerræ Sociniani cujusdam — diſſipatæ.* Ubi pag. 2. autorem illius detegit *evoluto Anagrammate* ſub quo latere ille volebat. Disquiſitiunculæ enim ſuæ hanc clauſulam fecerat: *Scribebat Magnus Amicus Honeſti:* quas literas deprehendit complecti nomen JOACHIMI STEGMANNI.

(895) *Diſſertatio de* TRISAGII *Origine*, Autore P. A. V. D. M. quæ prodiit in lucem Rothomagi, ao. 1674. Hanc non à Miniſtro Rothomagenſi, ut perperam *Maimburgius* cenſet in ſua Pontificatus Gregorii M Hiſtoria, concinnatam, ſed à Domino ALLIX, quem jam ſupra deprædicavimus, Paſtore Carentonenſi, poſt Londini commorante profectam Petrus *Bælius* in Epiſtol. Deckh. de ſcript. Anon. Ed. Amſtel. 86 ſubjuncta dubium haud relinquit: Etſi non ſatis explicet an latinus, & qualis argumenti ſit liber, vel potius Gallicus, ut ſequentes ibi memoratæ conciones pag. 401. *Lipenius* hunc librum habet in 8. editum pag. 879. b. Theologicæ ſuæ Bibliothecæ. v. *Bibliothecam Univerſalem Gallicam* Tom. XXV. p. 58. ſub *Allixii* nomine, librum hunc expreſſe citantem, cui & adſcribitur a *Tenzelio* Exercitation. ſelectar. p. 403.

(896) TRIVIUM *cæleſte* ſive *Tractatus de triplici via, purgativa, illuminativa, & Unitiva*, ex 4. P. P. Societatis collectus. *Alegamb.* pag. 555. b. *Sotw.* pag. 707. b. p. 835. b. *Val. Andr.* pag. 768. *Witten* Diar. Biogr. 1637. 16. Februar. *Philippi* BEBII ſcriptum eſſe haud diffitentur; de quo jam ante plura.

(897) TRIUMPHUS *Catholicæ Veritatis adverſus Novatores*; ſeu JANSENIUS *damnatus a Conciliis, Pontificibus, Epiſcopis &c.* Pariſ. A. 1651. 8.

Philippi LABBEI eſt, S. J. Ita *Biblioth. Anti-Janſeniana*, (Scriptum ipſum quoque AnonymumParisiis ao. 1564. quod nullum alium autorem, quam jam dictum Philippum Labbe habet) pag. 54. Habet hæc Dn.Dr. Jo. Frid. MAYER, Conſiliarius Regius, Paſtor, Profeſſor & Scholarcha mihi toties celebratus, & nunquam ſatis celebrandus in ſcripta ad meEpiſt. diſſ. de Anon. Calculum ſuum addit *Sotwell*. p. 711. a. verbis hiſce: *illi tribuitur* Triumphus Veritatis &c. item *illi attribuitur* Bibliotheca Anti-Janſeniana &c.

(898) TRIUMPHUS *Virginis* IMMACULATÆ (i. e. MARIÆ,) in *ſua Conceptione celebrata in regia Urbe Ticinenſi*, Mediolani ap. Malateſtam, 1672. in 4. *Sotw.* pag. 536. a. 835. b. *Julio* VASCO, Jeſuitæ, natione Italo, patria Monteregalenſi in Pedemontio, & Taurini profitenti tribuit. *Lipenius* & *König* non meminerunt.

(899) *De* TURCO-PAPISMO: hoc eſt, *de Turcarum & Papiſtarum adverſus Chriſti Eccleſiam & fidem conjuratione, eorumq; in religione & moribus conſenſione, & ſimilitudine, Liber unus.* Eidem præterea adjuncti ſunt *de Turco-Papiſtarum maledictis, & calumniis adverſus Guilielmi* Giffordi, *famoſi Pontificum Rom. & Jebuſitarum ſupparaſitaſtri, volumen illud contumelioſiſſimum, quod ille* Calvino-Turciſmum *inſcripſit, Libri IV. In quibus non tantum hujus hominis leviſſimi, ſed etiam aliorum importuniſſimorum ſcurrarum adverſus orthodoxam Chriſti Eccleſiam incontinenter latrantium malitia & petulantia reprimitur, hominumque piorum fama ab eorum calumniis vindicatur* Matth. 7. *Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.* Londini excudebant Georg. Biſchop/ Radulphus Nevvberie, & Robertus Barker. A. D. 1604. Ita ex meo exemplari, quamvis facile pateat ex charta typoque, in Germania excuſum. Continet paginas 605. ſubjiciunturque præfationi literæ T. M S. quæ lectio quoque conſpicitur in edit 2da A. 81. Has interpretatur *Deckherrus* de adeſpotis edit. Amſt. 1686. p. 152. Theologi *Matthiæ* SULTLIVII. In quo nomine miras deprehendo varietates. *König*, Bibl. p 787. & *Kempius* Bibl. Angl. pag. 375. *Sutlivium* Matthæum referunt. *Lipenius* Bibl. Theol. Tom. I. pag. 558. a. Matthæum *Suelivium* vocat, illiusque libros adducit de *querimonia Eccleſiæ* Lond. IV. 1592. de *Catholica & orthodoxa Chriſti Eccleſia*, libri II. Lond. 4. 1592. De *vera Chriſti Eccleſia* contra Bellarminum, Lond. 1606. & p. 569. *A Challenge Concerning the Romiſch Church, her doctrine and practice againſt Parſons, Garnet, and Blackwell* Lond. 1602. At Jacobus *Uſſerius* Hiſtoriæ dogmaticæ de Scripturis & Sacris vernaculis pag 261. *Sutlivium* citat nominatim in Turco-Papiſmo. *Hyde* in Catal. Bibl. Oxon. Matthæum SUTLEVIUM nominatum latine exhibet angliceque *SUTELIFFE*: cujus varia ſcripta recenſet latina partim & Anglica. Et tamen hoſce omnes in unum Autorem intendere digitum, dubium non eſt tum ex Chronologia, tum ex aliis Indiciis librorum nominibus tributorum infallibilibus Retineo autem non immerito lectionem *Hydei*; cum & probabile ſit, melius eum noviſſe popularem ſuum quovis extero: & ipſe libros in ſibi deſcripta Bibliotheca inſpectos habuit, quos alii ex Catalogis fallacibus atque mendoſis meris exhibere voluerunt. *Kempius* & *Pitſeus* de hoc ſcripto ſilent; quod in ultimo non miror, quoniam religioni pontificiæ addictus atroci ſcripto infamem hæreticum laudibus vix ornare poterat. Scripſit & alia Anonyma, quod eo magis eum Autorem eſſe & hujus ſcripti credibile facit. Vide in Anglicis: *Reſponſio brevis.*

(899. α Olim in editione priori num. DLV.) TYPUS MUNDI, *in quo ejus calamitates & pericula, nec non divini humaniq; amoris antipathia emblematicè proponuntur*, cum elegantibus figuris Antvverpiæ apud Cnobbart. 1652 in 12. Nomen auctorum latet in litteris R. R. C. S. J. A. quas interpretor, RHETORES COLLEGII SOCIETATIS JESU ANTWERPIENSIS, ſcribit ad me JCtus laudatiſſimus *Gerhardus von Maſtricht*, cujus divinationi facile aſſentio.

(889. αα) *Brevis Diſquiſitio: quomodo vulgo dicti Evangelici Pontificios, ac nominatim* VALERIANI MAGNI *de Acatholicorum credendi regula, judicium, ſolide atq; evidenter refutare queant.* Eleutheropoli apud Godfridum Philalethum 1633. Liber Anonymus quomodo *Joachimo* STEGMANN, debeatur, & quid contineat, vide in anonymo libello Gallico, cui tit *Projet d' un DictionaireCritique*, ſuo tempore Petro *Bælio* reſtituendo: ex quo nunc (a) & (b) excerpta pauca huc pertinentia ſola dare ſumus contenti.

(a) Projet d'un Diction: Critique p. 113. *La meme Bibliotheque des Anti-Trinit. qui apprend p. 117. que* Crellius *a ecrit ſous le nom de* Junius Brutus, *apprend pag 133. que cet autre livre a pour Auteur* Joachim Stegman, *& qu'il a pour titre:* Brevis Diſquiſitio quomodo vulgo dicti Evangelici Pontificios ac nominatim Valeriani Magni de Acatholicorum credendi regula judicium ſolide atque evidenter refutare queant.

(b) Ibid. pag. 121. *Un Socinien s' en mela auſſi l' an 1633. ſans ſe nommer: c' eſt* Joachim Stegman *dont j' ay dit un mot cy-deſſus. Il faiſoit plus de tort que de bien à la cauſe.*

(899. β Olim in editione priori num. DLVII.) *Breviarium* UBIQUITISTICUM, a *Chriſtiano* BECMANNO, Profeſſore olim Zervestano, Collega Wendelini conſcriptum eſſe, ex fide dignis ſe habere perſcripſit Dominus *Gerh. von Maſtricht.* v. in *Pſeudonymis Maſſonus.* A Lutheranis illi tribui notat hic *margo Diecmanni*, citatis Orth. *Gratii* Notis ad *Liebhard* Hiſtor. Luther. Calviniſt. pag. 113.

(900) *De Origine* UBIQUITATIS *librum Anno 1597. Genevæ editum*, vel potius 1591. 8. ut habet *Lipenius*, Bibl. Theol. p. 889. a. non memoratum *Friſio, Königio, Hydeo*, & aliis, nomen Auctoris

is & ſcripta nihilominus memorantibus: *Eſromi* RUDINGERI eſſe, docetur à *Regenvolſcio* (a) ſequentibus verbis:

(a) Adriani Regenvolſcii Hiſt. Eccleſ. Slavonic. Provinc. *Lib. I. pag.* 65. *Evanczicii ab Anno* 1575. *aliquando vixit exul* Eſromus Rudingerus, *Profeſſor olim Wittebergenſis: ibidemq; apud Fratres Paraphraſin in Pſalmos prælegit, cum ſcholiis & Protheoriis. A.* 1579. *abſolutam; quæ poſtea Jacobi Monavii cura, Gorlicii A.* 1581. *typis exſcripta eſt. Ea pſalmorum per paraphraſin, Scholia ac protheorias, de ſingulorum, quando ſcripti ſint, tempore & occaſione, Explicatio, ab eruditiſſimis Viris cenſetur digna, quæ vel maximis commentariis præferatur.* Eſromus *hic ſcripſit Narratiunculam de Eccleſiis Fratrum, A.* 1579. *quæ extat apud* Camerarium *in libro de Frat. Boh. Autor etiam eſt libelli* de Origine Ubiquitatis, *Anno* 1597. *Genevæ edit. Idem occaſione* Cantionum *Bohemicarum, Ambroſio* Lobvvaſſero *autor fuit, ut Pſalmorum Paraphraſin Germanicam illam adornaret, ad rhythmos Gallicos. Quæ paſſim poſtea in Eccleſiis Reformatis Germanicis uſurpari cœpit. Latitant ejusdem Viri meditationes, apud viros quosdam eruditos, lucemq; ut videant, optandum eſſet.*

(900. α) *Tr. Quisnam Conſcientiæ ſuæ magis conſulat? Illene, qui fundamentum fidei Romano-Catholicæ, ſive* VERBUM DEI, *prout ab Eccleſia proponitur, pro verbo DEI habet? An is qui ſolum verbo ſcripto, ſine reſpectu ad proponentem, contentum ſe eſſe putat?* anonymus refutatus, & *Nicolao* STENONI adſcriptus à D. Guilielmo *Bajero*, infra in *excerpto* (a) *num.* 1770. eſt indicatus.

(900. αα Olim in editione priori num. DLVI.) VERITAS PACIFICA, v. *Simplicius Chriſtianus* in *Pſeudonymis.*

(900. β) VETERUM *aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum* OPUSCULA SACRA *nunquam edita; jam vero e MSS. Codicibus Bibliothecarum Galliæ in lucem prodeuntia, cum effigiebus, vitæque eorum compendio.* Lugduni Batavor. ex Officina Petri van der Meerſche, 1692. 8. pag. 300. recenſentur *Hiſtor. Op. Erud.* 1692. Maji pag. 417. & ſeqq. expreſſo nomine editoris *Caſimiri* OUDINI, quem abhinc biennio memini me viſitantem cognoviſſe tenuiter in paupertate ſumma ſuſtentaculum vix ope eleemoſynarum Reformatæ Eccleſiæ hic locorum & aliorum benefactorum invenientem. Is de hoc ſuo ſcripto ſe invito edito, quid narret vid. *ibidem* menſe Auguſt. p. 542. unde (a) excerpta pauca damus.

(a) Hiſt. des Ouvr. des Sçavans. *Aout 1692. p. 542. Vous avez parléz Mr. dans votre dernier Journal d'un Recueil de diverſes pieces, comme s'il avoit eté publié de mon aveu & de mon conſentement. Vous ſaurez cependant, que l'Ouvrage a eté imprimé ſans m'en conſulter, & que l'on a meme retranché de ces notes que j'avois ajoutées, & tout cela pour des raiſons de partialité, dont vous ne voudrez pas vous charger. Mon veritable deſſein etoit, de publier d'abord d'autres pieces plus utiles que les bagatelles, dont ce recueil eſt composé, & voicy le titre de l'Ouvrage par lequel j'avois* (Mr. Oudin) *reſolu de commencer.*

(900. γ CXVIII.) *Epiſtola Domini de* VILLANOVA *Miniſtri Calviniani in Gallia, de ſua ad fidem Catholicam converſione, Latina ex Gallico* edita eſt 1634. Viennæ, ſuppreſſo interpretis nomine, quem habuit *Henricum* LAMORMAINI *Jeſuitam Belgam.* De quo vide Alegambe p. 176. & Valer. Andr. Bibl. Belg. pag. 359. multa ejus ſcripta recenſentes; & tamen *Sweertius* hunc auctorem plane omiſit, ſicut alios multos. Unde poſt Valerium *Andreæ* ipſum inpoſterum conſulere penitus negligemus, fruſtra toties operam abuſi. *Sotvellus* etiam pag. 328. a. hic verbotenus repetit *Alegamben.*

---

(901) DE VIRTUTIBUS MStum, quod habetur in Oxonienſi Bibliotheca Mertunenſi, MATTHÆI PARISIENSIS vult eſſe Thomas *Jameſius* in Catal. MSt. num. 175. & inde retulit *Cave* in litteris de A. 1676. 12. Kal. Jun.

(902. & 903.) *Apologia* de UNITATE ECCLESIÆ *conſervanda, & ſchiſmate inter Henricum IV. Imperat. ac Gregor. VII. Pont. Max.* Ejus autor putatur CONRADUS *Epiſcopus Ultrajectenſis.* Quidam vero VENERICO *Vercellenſi* Epiſcopo, alii WALRAMO *Naumburgenſi* adſcribunt. Eruit eam e Bibliotheca Fuldenſi Marquard. *Freherus,* legiturque tom. I. Rerum German. ut obſervata hæc ſunt Valerio *Andreæ,* in Bibl. Belg. pag. 141. ex quo repetit illa *Sagittarius* Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 725. ubi de *Waltramo* Epiſcopo Naumburgenſi ſcribit: Idem creditur Auctor,, Apologiæ pro Imp. Henrico, primum ab Ulri-,, co Huttenó, cum titulo de unitate Eccleſiæ, poſt,, à Marqu. *Frehero* Tomo I. editæ, & à *Goldaſto,,* Opere laudato in tres libros diſtributæ: in cujus,, tamen libro tertio quædam deſiderantur. Ma-,, le autem *Bangertus* inter hanc *Apologiam,* & *Vene-,, rici Vercellenſis* librum de *Unitate Eccleſiæ conſervan-,, da,* diſtinguit: cum hæc Apologia id nominis,, in quibusdam præferat, ac à nonnullis pro Au-,, ctore ejus *Venericus* ille habeatur. De ſumma,, ipſius ſcripti pluribus egit Goldaſtus in dicta de Auctoribus Diſſertatione.

---

(904) *Apodixes tres Blaſphemiarum Eccleſiæ Calviniſticæ, circa tres primos Symboli Catholici articulos adverſus Conradum* VORSTIUM, Monaſterii, typis Lamberti Raſſfeld. 1608. in 8. Hujus a *Sotv.* pag. 829. *in indicem Anonymorum relati* autorem eſſe *Hermannum* BOSENDORF, Jeſuitam, natione Germanum, & patria Monaſterienſem in Weſtphalia, *Alegambe* p. 180. & *Sotw.* p. 335. nos certiores faciunt, eundem qui *Apodixin, Calviniſtas non eſſe Lutheranorum fratres, adverſus Apologeticam diſputationem Conradi Vorſtii, de Auguſtana confeſſione, & Detectos errores errorum Pontificiorum, circa primos articulos Symboli; à Conrado Vorſtio diſputationi appenſorum,* eodem anno dederat alieno nomine. v. *Hyde* Tom. 2. Biblioth. Bodlej. pag. 241. a.

241.a. ubi B.D. litteras Apodixi præfixas in titulo Antapodixios Vorſtianæ exhibet. Plura de controverſia Vorſtiana v. *ſupra*, ubi *de Remonſtrantibus* actum *n.* CIV. *& ſeqq.* Quibus nunc addo Caſparis *Sagittarii* Introductionem in Hiſtoriam Eccleſiaſticam (a) c. XXXIII. Sect. XII. pag. 860. 861. *Sandium* Bibliothecæ Antitrinitariorum pag. 99. ubi vitam & ſcripta illius prolixe recenſet; quemadmodum Antivorſtiana *Hottingerus* Bibliothecarii lib.3. cap.2. pag. 384. Unde plus ſatis, quantum huc opus eſt petere cuique licebit, etſi non omnia. Quando ne quidem *ſequens* in iis inveniatur. v.n. 843.*a.*

(a) Caſp. Sagittarii Introductio ad Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 33. Sect. 12. pag. 860 *In Arminii quidem locum deſignatus erat* Conradus Vorſtius, *Colonienſis*, *anno* cIↃ IↃ LXIX. *natus, Profeſſor Gymnaſii Steinfurtenſis: ſed cum tempori ſe prodidiſſet, præſertim in libro* de DEO, *in quo monſtroſa dogmata & SS. Trinitati adverſus ſpargere cœperat, deque iis & Eccleſiæ quædam Reformatæ, & ipſe Rex, Magnæ Britanniæ* Jacobus, *Belgii Ordines monendos exiſtimaſſent, nunquam huic muneri, ad quod vocatus erat, & cujus occupandi cauſa jam Lugdunum, cum familia venerat, admotus fuit. Unde eum poſtea Sociniani, ad capeſcendam apud ipſos Theologiæ profeſſionem invitarunt. Obiit Tonningæ in Holſatia anno* cIↃ IↃ CXX.

(905) VORSTIUS REDIVIVUS liber *anonymus*, indicatus & *Martino* SCHOOCKIO auctoritate *Voetii* Paralip. Diſp. Theologicarum 1156. aſſertus à doctiſſimo Dn. *Normanno*, in ſchedis ſuis manuſcriptis toties laudatis, & inpoſterum laudandis. *Lipenius* Bibl. Theol. pag. 929. & ſequentibus, pluribus enarrans Vorſtiana ſcripta æq; ac Antivorſtiana, prolixius etiam *Hydeo* Bibl. Bodlej. T II. p.241. non meminit hujus ſcripti. Uti nec reliqui ea propter inquiſiti. Unde neque molem nec formam, locũ aut tempus editionis addere nunc aut alia ultra poſſum. At nunc addo ſerius allatam ſumme venerandi Antiſtitis Dn. Dr. *Diecmanni Symbolam Marginalem*, quæ ſic habet:

Vorſtius Redivivus.

Martini *Schoockii* fœtus eſt, ut ex variis Epiſtolis Theologorum Belgii, quas αὐτογράφους mihi legere contigit, intellexi. Verba huc pertinentia excerpam, non omnia (nam *Vedelius* quoq; ſuper hoc libro Schoockio 22. Sept. & 21. Decemb. 1636. ſcripſit) ſed potiora. Gisb. *Voëtius* A. 1636. 13. Kal. Oct. hæc ad Nic. Vedelium:

Scriptum hoc noſtri Schoockii *ita mihi placuit, ut auctor illi fuerim, illud tibi offerendi, tuæq; fidei committendi. Gaudeo talem adverſarium* Barlæo *obtigiſſe, qui cenſoris magis quam Theologi minutias omnes conſectari poſſet, quibus hodie affici videmus plurimos.--Nomen noſtri* Schoockii *adſcribendũ non eſt, tum propter Patrem (quem* Voetius *paullo ante inter primipilos Remonſtrantici cœtus merito recenſeri dixerat) tum etiam propter cauſſam, quam ipſe allegat.* Ne quidem Ultrajectinus exprimendum. *Sufficit, ſi indicetur, in* Academia aliqua noſtri Belgii illum verſari.

Hæc *Voëtius*: ex cujus reliquis verbis apparet, Satyricum eſſe hoc ſcriptum *Schoockii*, Satyræ *Barlæi* oppoſitum. *Triglandius* Lugduno-Batav. ad Mart. Schockium Groningam Ao. 1637. 18. Jul. ſcribens, hiſce verbis Epiſtolam orditur.

Legi ante hac Vorſtium redivivum, Barlæi *hypocriſin & impietatem graphicè detegentem. Deſideravi ſcire, quis illius ſcripti auctor eſſet. Facile enim obſervabamus, nomen præferre fictum. Pleriq; CL. Dn.* Voetium *autorem judicabant, ob ſtyli ſimilitudinem. Ego autem ſemper in diverſa fui ſententia. Scriptum quidem omnes ab eruditione commendabant, nimiam tamen in eo reprehendebant nonnulli acrimoniam. Prodiit poſtea* Remonſtrantico-Libertinus, *nomen tuum præferens eodem quo prior ille, ſtylo adornatus. Hæc* Triglandius.

(906) VINDICIÆ URSULANÆ, in *Philippi* BEBII refertur Anonymis à *Sotwello* p. 708. a. uti jam dictum n.794. ſupra: ubi, ſicut & ante jam aliquoties, ejus meminimus Jeſuitæ. Nunc addimus, quod hunc libellum ſupplevit *Hermannus Crumbach*, & edidit utriusque nomine præfixo, Colon. apud Hermannum Mylium 1647. in folio. At ille Jeſuita Hermannus Crombach pag. 335.b. ab eodem *Sotwello* nominatur: ubi idem de illo confirmat, ut & auctarium S. Urſulæ vindicatæ contra quosdam impugnatores Colon. 1669. in 4. memorat, & quod alia parata habeat. Unde ſupereſt adhuc & Alegambæ memorari nondum potuit hujus libelli auctor: at bene potuit memorari ab *Alegambe Bebius*, qui deceſſit 1637. Wittenio etiam docente ad 16. Februarii, at omnino prætermittente Val. *Andreæ* in Belgica Bibliotheca, quo pertinebat.

(907) *Elenchticus libellus in Pſeudo-Jubilæum*,, WITTEBERGENSEM Ægidii HUNNII, pro-,, diit Ao. 1603. Suppreſſo Autoris nomine,,, quem tamen ipſe ſe profitetur *Juſtus* BARONI-,, US, cauſamque celati nominis reddit l. 4. Ep. 15. pag. 317. Ep. 13. pag. 333. Ep. 14. pag. 334.,, 335. Ep. 15. pag. 339. Ep. 16. pag. 341. Lib. 5.,, Ep. 7. p. 361. Idq; nomen ſuum iteratæ editioni,,, quæ prodiit A. 1605. appoſuit, prout ipſe narrat,,, l. 6. Ep. 2. p. 388. Habeo hæc ex MS. Decade *Beckeri* a Jo. *Mollero*, Flensb. communicata. Nomen vero *Juſti Baronii* eſt *Pſeudonymum*, uti videbimus infra.

(908) ZELUS *Chriſti contra Judæos, Saracenos & infideles, Venet. 4.* 1592. Anonymorum gregi addidit Cl. *Normannus* in ſchedis transmiſſis, facitque autorem *Petrum* CEVALLERIUM JC. Præf. polit. Orient. in Cevall. vid. *Lipen.* Tom. II. pag. 142. b. & Hyde, qui eum nominat *Petrum* DELLA CAVALLERIA, & Senenſem fuiſſe perhibet; neque non *König* p. 178. b. librum hunc tanquam nomine ſuo publice præfixo notum exhibet, Venetiis in 4. 1592. editum, & *Hyde* quidem addit: cum Gloſſis Mart. Alph. *Vivaldi.*

(909) ZELUS INNOCENTII XI. *ſuper ſtatu*,, *Regularium*, Romæ 1677. impreſſus, Autorem ha-,, buit *Dominicium* de LUCCA. Valde autẽ diſplicuit,, aulæ Pontificiæ. V. Nov. Harlem. n. 35. d. 28. Aug.,, Excerptum hoc ex *Decadibus Beckheri* a Dn. Jo. *Mollero* mecum cõmunicatum iterum Flensb. transmiſſum poſſideo: nec aliud, illi quod addam nunc habeo; neſcius, an latine, vel Italice liber ſit ſcriptus, priori loco, ubi ſuevi in dubio, inſerui.

CAPUT

CAPUT III.

De Scriptoribus JURIDICIS.

(909. a CXX.)

ANIMADVERSIONES *in quædam Capitis primi & ſecundi* SPECIMINIS SALMASIANI, *quibus Varii Viri docti ab ejusdem calumniis vindicantur.* Hagæ Com. 1657. in 8. Liber reſpondens *Salmaſio* , ſuper agitata quæſtione de *alienatione in* MUTUO: creditur ipſius eſſe conſultiſſimi *JCti Wilhelmi* GOESII, cum ipſius defenſio in hoc Libello potiſſimum ſuſcipiatur, & elogia ejusdem, litteris tum ad ipſum , tum ad alios illius amicos datis comprehenſa ſubjungat , quæ non niſi ejusdem voluntate publicari potuere. Adde, quæ *infra* in *Pſeudonymis* , de Lucio *Vero* memorabuntur, & de *Alexio* de Maſſalia; & in *Anonymis* n. 961 962.963. dicenda.

(910) ANHALTINÆ *Vindiciæ, ſive Jura Principum* ANHALTINORUM *in Comitatum* ASCANIÆ, 4. 1648. *Lipenio* in Biblioth. Philoſophica pag. 59. col. a. memoratæ, in Juridica vero, ubi pag. 18. a. exſtare debebant, omiſſæ, quod auctor ſit *Martinus* MILAGIUS, id temporis Cancellarius Anhaltinus Deſſavienſis, indicium fecit per literas, excellentiſſimus Dn. Chriſtophorus *Schraderus*, J. U. D & Principum Luneburgenſium nunc ad Ratisbonenſem Diætam Legatus Ampliſſimus. De hoc *Milagio* nil præterea mihi hactenus conſtat. De *Cancellaria Anhaltina*, & contra eandem ſcriptis v. l. c. *Lipenii*, & quæ infra in Fabio *Herciniano* pſeudonymo dabuntur. Vide cap. IX n. CCLV. & ſeqq. nunc 1099. *a.* Interim in Judiciis de Conringio, Epiſtolis ejusdem præfixis hic auctor etiam Anhaltinarum Vindiciarum Martinus *Milagius* confirmatur.

(911) ANTI-TRIBONIANUS *Franc. Hotmanni*, ſeu *Diſſertatio de Studio Legum, ſcripta anno* 1567. *ex ſententia* Michaelis Hoſpitalii *Galliæ Cancellarii, & poſt obitum auctoris edita anno* 1603. *nunc ex Gallica ob argumenti novitatem Latina facta.* Hamburgi Typis Jac. Rebenlini , ſumtibus Zachariæ Hertelii. Anno cIↄ Iↄc XLVII. 8. paginis 101. conſtat, ubi pag 102. additus locus ex elogii Fr. Hotmanni Operibus præfixi ſcriptore hic omnino legi meretur , cum libri & argumentum & fata commemoret. (a) Eum Petrum Neveletum *Doſchium* JCtum nominat, & notis ſuis etiam quod ad hunc locum eruditis illuſtrat Frid. Jac. *Leickherus* U. J.D. editis vitis Clariſſimorum JCtorum Lipſ. in 8. 1686. Cujus ob prolixitatem excerpta pauca damus.(b) Libri ipſius vero hanc ex Gallico verſionem concinnavit *Reinholdus* BLOMIUS, Procancellarius Electoris Palatini; referente Viro fide digniſſimo, & mecum quondam conjunctiſſime vivente, cum hic Hamburgi ut Secretarius Illuſtriſſimi Holſatiæ Principis itidem hic ſe id temporis tenentis , ageret , Dno. Petro *Axenio*, *d.* 17. Februarii 1683. domi meæ. Quod ipſum eo facilius credidi, quod Epiſtola Interpres ad Lectorem Ao. cIↄ Iↄc XXXV. Hamburgi ſcripta ſtatim initio memoratur. Quo ipſo tempore auctorem hic egiſſe, ac cum beato Patre meo aliquid etiam literis habuiſſe non ſua ſed amici cauſa, ſcio ex relatione beatæ matris. Interim nemo , quod ſciam alius unquam illius rei indicium fecit. Imo *Lipenius* & *Hyde* nec librum quidem habent. Neque *Teiſſierius* in prolixis ad Elogium ejus Thuaneum additionibus à pag. 136. ad 141. hujus ſcripti verbulo mentionem facit. Quo minus miror *Konigium* pauciſſima ſcripta plerumque, ſed ſolos Scriptores memoraſſe contentum, hic ſilere. Cujus tamen allegati de Hotmanno auctores, maximeque *Hanckius*, & illi iterum citati etiam inſpici mereantur, quod nobis nunc non vacat. De quo etiam Hotmanno vide plura *n.*XXII. ubi de *Bruto fulmine* Sixti V. agebatur , & in *Pſeudonymis* de *Palmerio, Salaſſo, Vilierio.* In hoc libro multum veri multumque rerum memorandarum haberi , ſcribit Gerardus *Coccejus* in Tit. de Or. Juris. Quod judicium omnino approbo. Quod vero addit, inſuper hæc verba : (*quisquis etiam ſit auctor*) quaſi de Hotomanno auctore dubitetur, ejus rei ratio nulla mihi conſtat. Adde quæ habet Tr. anonymus Bailleto ſuo tempore vindicandus *des Satyres Perſonelles*, Tom. II. pag. 156. & ſeqq. Unde damus (c) excerpta libri recenſionem ſummariam etiam exhibentia.

(a) Ex Elogio Franc. Hotmanni, ope-

ribus ejus præfixo p. 102. *Vidit perſpicaci vir ingenio, quàm imperite, quamq; impudenter eorum qui ſe Pragmaticorum & Canoniſtarum nominibus venditant nonnulli, Romanas leges ad arbitrium ſuum inflecterent: ac fibulam iſtis impoſuerat diſputationibus quibusdam ſuis contra ſectæ utriusq; Patriarchas: quas furto ſibi periiſſe apud amicos ſæpe conqueſtus eſt: præter nonnulla earum capita Obſervationum libris ab eo poſt inſerta. Quin & ante multo, cum optimo & ſapientiſſimo viro doleret tantum temporis tam inutiliter à juventute in Scholis juris publicis impendi, videretq; aliam plane eſſe Ro. legum, aliam Regni hujus rationem, & utrumq; tamen errore noxio confundi: ſcripto brevi ſed valido erroris hujus publici admonuit, ne deinceps juventutem noſtram pœniteret longi ſed infructuoſi in re non ita neceſſaria laboris. Libello nomen* Tribonianiſmus. *In eo* πανουργίαν *& imperitiam Triboniani juris Rom. varias in contrarium variis temporibus mutationes, ejusq; in omnibus partibus ambages ex varietate Scripturæ temporumq;, interpretum ſpinas tricasq;, & alias labes propoſuerat; ac evidentiſſime non eſſe jus illud ad Galliæ mores valde accommodatum oſtenderat: & peritorum exemplo medicorum etiam longe breviorem juris docendi diſcendiq; viam uſibus noſtris monſtraverat. Ac ſcriptum illud Soloni Galliarum* H[o]ſpitalio *lectum & probatum, cur lucem non vid[e]rit, in ambiguo eſt, niſi per hujus ſeculi mores, quo nec vitia jam nec vitiorum remedia pati poſſumus, factum eſt, ut quæ boni publici quam privati in profeſſione ſua commodi amantior hic noſter conſcripſerat, poſt mortem demum ſuam legi voluerit.*

(b) Frider. Jac. Leickherus, pag. 236. ſeqq. ad vitam Franciſci Hottomanni: *Scriptus hic libellus à* Hottomanno Gallice, *ad mentem Hoſpitalii Galliæ Cancellarii, editusq; anno 1605. poſt obitum auctoris. In operibus, curante Lectio Genevæ excuſis, non legitur. Ex Gallica autem in latinam vertit hunc anonymus quidam Anno 1645. qui eum primitus apud Lindenbrogium viderat, prodiitq; 1647. in 8vo ſub titulo:* Antitribonianus *ſive* Diſſertatio de ſtudio legum. *Fuere, qui Hottomannum auctorem hujus ſcripti eſſe dubitarent, ſed dubitationem omnem eximit Filius Hottomanni,* Johannes, *qui in Epiſtola ad Nic.* Brulart. Sillerium, *libellum, cui* Tribonianiſmo *nomen fecerit, Parenti aperte tribuit. Habetque inſuper pro genuino Herm.* Conringius *de Origin. jur. Germ. c. 35. In hoc libro, ut breviter dicam quod ſentiam, juſtinianeæ jurisprudentiæ iniquior eſſe, omnibusq; ejus partibus indigne illudere, & quod in aliis ſcientiis artibusq; Henr. Cornel.* Agrippa *fecerat, idem fere in juſtiniani Libris tentare videtur* Hottomannus.

(c) Des Satyres Perſonnelles Tom. II. pag. 156:

Nous n' aurions jamais pû nous imaginer, que l' Anti-Tribonien *fut né pour ruine de la Religion, & celle de l' Eſtat, ſi Monſieur le Doyen de l' Univerſité de Toulouſe* (Guillaume Maran) *n' avoit emploié toutes ſes lumieres, & tout ſon credit, pour nous faire entrer cette imagination dans l' eſprit.*

Qu' eſt-ce que l' Anti-Tribonien, *dit M. de* Saint-Yon? *N' eſt-ce pas un* Anti *de quelque Auteur de l' Antiquité?*

L' Anti-Tribonien, *repartit Monſieur de* Rintail, *eſt un Traité concernant la maniere de bien étudier le Droit. Il fut composé par le Jurisconſulte* François Hotman, *ſur l' avis du Chancelier de l' Hoſpital, dés l' an 1567. imprimé d' abord ſans porter le nom de ſon Auteur, & reimprimé depuis a Paris en 1603. par* Nevelet *ſieur de* Doſches, *puis l' an 1616. in 8vo a la teſte des Opuſcules François des Hotmans, ſous le Titre de l'* Anti-Tribonien, *ou,* Diſcours ſur l' étude des Loix.

Il m' a paru d' abord, que le deſſein de l' Auteur eſtoit, de frayer un nouveau chemin à la connoiſſance des Loix, ou de racourcir & débarraſſer celuy, qu' on avoit pris dans les Ecoles, jusques à ſon temps, pour l' étude du Droit. Il prêtendoit faire voir une difference tres grande entre le Droit Civil des Romains, & les Livres de l' Empereur Juſtinien que nous appellons les Compilations de Tribonien. Selon ſon Syſtême, l' étude que la Jeuneſſe peut faire du Codex, du Digeſte, &c. eſt ingrate pour les particuliers, qui s'y appliquent, & ne ſert de rien ny pour l' avancement du bien public en general, ny pour la police de la France en particulier.

Il fait voir dans la premiere partie *de l' Anti-Tribonien, que l' étude d' un Art, qui eſt hors d' uſage, eſt fort inutile; que l' Eſtat de la Republique Romaine eſtoit fort different de celuy de la France; que cet Eſtat meſme des Romains ne ſe peut apprendre par les Livres de Juſtinien; que le Droit des perſonnes, la nature & la qualité des choſes y ſont enviſagées tout autrement: en un mot, que la maniere d' enſeigner le Droit des Anciens eſt toute differente de la noſtre.*

Dans la ſeconde, *il examine les Livres de Juſtinien, je veux dire les Travaux de Tribonien d' une maniere qui ne fait pas beaucoup d' honneur à ces deux grands Perſonnages. Aprês avoir dit quelque choſes des materiaux de la Compilation de Tribonien, il s' arreſte à conſiderer la ſuffiſance du Compilateur, & deſcend dans le détail des vices de cet homme, pour nous en donner de l' horreur, & pour decrier ſon Ouvrage. De la peinture de ce Tribonien, dont les couleurs ſont empruntées de Suidas & de Procope, il paſſe à celle de l' Empereur Juſtinien qu' il ne rend gueres plus agreable. Aprés les informations faits contre le Prince en ſon Miniſtre, il examine la ſufficance, le jugement & l' exactitude des XVI. Juriſconſultes, qui travaillerent aux Pandectes ſous Tribonien, & il remarque, qu' eſtant tous Grecs, ils eſtoient peu propres à manier tant de Livres Latins. Il témoigne avec raiſon eſtre ſurpris, que ces mediocres Sçavans ayent ſceu en moins de trois ans reduire 2000. volumes en 50. Livres. Mais je ſuis encore plus pour luy, lors qu' il ſe plaint, que Tribonien ayant achevé ſon ouvrage, ait fait ſupprimer & abolir univerſellement les Loix anciennes, les Edits du Preteur, & les Arreſts du Senat, & je luy pardonne volontiers ſon titre d' Anti-Tribonien.*—

Mr. Maran *s' eſt un peu échauffé contre l' Anti-Tribonien, parce qu' il ſe trouvoit perſonnellement intereſſé dans la cauſe de nos Juriſconſultes Scholaſtiques, ausquels* Hotman *ne luy paroiſſoit point aſſez favorable. Il craignoit, que la lecture de l'* Anti-Tribonien *ne contribuaſt à l' aviliſſement de la Jurisprudence Romaine, dont l' étude ſe rallentiſſoit deja d' ailleurs en France. Son zele le porta à prendre la plume, pour en prevenir les conſequences dangereuſes, & il publia dans cette veuë un Traité, écrit en Langue vulgaire comme l' Anti-Tribonien, dedié au Roy ſous le titre de* Diſcours politiques de l' établiſſement & conſervation des Loix de la Juſtice contre les mocqueries & les cavillations de l' *Anti-Tribonien* deguiſé, & de ſes ſectateurs: imprimé a Toulouſe l' an 1621. in 4to. *Apres avoir ainſi*

ainſi precautionné ceux du pays contre l' Anti-Triboni-en, ſa prevoyance s' etendit encore ſur les Etrangers, qui n' entendent point noſtre Langue: & des l' année ſuivante il mit au jour un livre ecrit en Latin ſous le titre De Æquitate, *ſive* juſtitia Commentarii duo adverſus nugamenta & offucias *Anti-Triboniani* perſonati. Opus ad nativam Jurisprudentiam in Schola & Foro reſtituendam non modo utile, ſed apprime neceſſarium. *L' ouvrage a beaucoup de rapport au precedent; il fut imprimé dans la meſme Ville & en meſme forme, addreſſé à Mesſieurs du Parlement de Toulouſe.*

(912) AUTHENTICÆ vulgo *Codici inſertæ Juſtinianeo* quomodo partim à *Friderico* Imperatore conſtitutæ, partim ex Novellis transſcriptæ ſint, docui *Inſtit. Reconcinnat.* tit. de Jure Nat. Gent. & Civili, ſupplem. V. pag. 19. ubi & pag. 20. Supplem. IIX. num. (26) auctores adducuntur de hac, & aliis partibus Juris Civilis fuſius agentes. Quibus addi poſſunt commentationes in easdem, uti ſunt *Richteri* expoſitio omnium authenticarum Codici inſertarum. Jenæ 4. 1661. & Johann. *Strauchii* Irnerius non errans in diſſertationibus ejusdem Academicis num. Vta. in 4. Brunſuigæ 1662. repræſentatus. Ubi vulgarem de *Irnerio* inſertore illarum primo opinionem multum labefactat. De quo legatur Erici *Mauritii* doctiſſima diſſertatio de libris Juris communis, cujus verba ſic habent (a) Quibus omnino merentur addi verba initialia (b) Sylloges Errorum Irnerianorum adjectæ a Joh. Jacobo *Wiſſembachio* ſuæ diatribæ de mutuò *infra* n. 963. iterum memorandæ. INTERPRETATIONEM verò LATINAM vulgo AVTHENTICA dictam neq; BULGARUM, Piſanum JCtum, & Poëtam Græce doctum, neque ſequioris ævi Monachum, ſed Scriptorem Juſtiniani ætati ſupparem eſſe contendebat Antonius *Contius*, etſi aliud viſum Andreæ *Alciato* lib. 2. cap. 46. Parergon. vid. Joh. Alb. *Fabricius* Biblioth. Latinæ Append. p. 131.

(a) Erici Mauritii diſput. de Libris Juris Communis, horumque uſu. Kilon. 1666. §. XV.

Authenticas, quæ titulis Codicis nonnullis *ſubjectæ cernuntur, aliquot jam ſeculis* Irnerio *adſcriptas, dubio vacat: fortaſſis tamen haut ſine errore: Cum jam* Burchardum *Wormatienſem, &* Ivonem, *utrumque antequam Irnerius hanc lucem aſpexiſſet, authenticas ex Codice in teſtimonium vocaſſe, docuerit nuper Vir clariſſimus Joh.* Strauchius, *diſſertatione cui titulum fecit* Irnerius non errans *cap. 2. th. 5. Contendit quidem idem ex* Gregorii Magni *Pontificis lib. XI. Epiſt. 54. probare: quem provocare putat ad Auth.* Presbyteros, *ut Codici illa jam ætate, ſub titulo de Epiſcopis & Clericis inſertam; ſed eſt mihi locus ille valde ſuſpectus. Neq; id facile iſto ſeculo quenquam legiſſe crediderim, & ambigua eſt loci illius apud Gregorium ſcriptura, quod ipſe Dominus Strauchius agnoſcit.*

(b) J. Jac. Wiſſembach Sylloge Errorum Irnerianorum §. 1. *Carolus Molinæus in tract. de Commerc. & uſur. n. 67. Authenticas per quendam (Irnerium, Bononienſem) & Græci Idiotiſmi & Latinitatis imperitum, ex Novellis in Codicem (auctoritate Friderici II. Imp. ſi fidem habemus Baldo) traductas eſſe ſcribit. Vapulat idem eadem de cauſa à multis aliis, imprimis à Regnero Sixtino in præf. ad has* Authenticas. *Partim perperam deſcripſiſſe, partim etiam alienum in locum transtuliſſe, adeoque oſcitanter conſarcinaſſe, hic planum facio.*

(912. α) THESAURUS LOCORUM COMMUNIUM JURISPRUDENTIÆ, EX AXIOMATIBUS *Auguſtini* BARBAROSÆ & Analectis Joh. *Ottonis* TABORIS, aliorumque, concinnatus. Secunda editio emendatior reddita cura *Tobiæ-Ottonis Taboris* J. U. D Argentorati & Francofurti 1670. in folio prodiit. At tertia editio prioribus, ut habet titulus, longè auctior in fol. Lipſiæ 1690. cujus inſignes acceſſiones Dr. *Chriſtophoro* PINKERO p. m. Senatori Lipſienſi & Conſiliario Appellationum Judicii Dresdenſis primario deberi, qui ex Illuſtris *Samuelis* STRYCKII Collegio axiomatico MSto eas deſumſerit, & non allegatarum cauſas in præfixa præfatione per Bibliopolam ediderit: *ex Symbola Schröteringiana* addidici, cujus benevolus communicator, etiam MStum poſſidet.

(913) *Concordantia Contrarietatum* BARTOLI, Auctor ſe prodit literis initialibus ſingulorum libri capitum in editionibus antiquis, Venetiis rubrica notatis, nempe *Antonius* NIZELLUS, J.U.D. Placentin. ut notat Seigneur *des Accords* chap. 15. de Bigarrures pag. m. 114. Verba ſunt Dn. Joh. Chriſtophori *Rauſcheri*, J.U.L. & Syndici Schemnicenſis in Hungaria, ex additamentis ejusdem Mſtis mihi transmiſſis per Dn. latorem Cramerum, de quo in Vindiciis anonymis Germanici nominis contra obtrectatores Gallos, ut auctore illius agetur. Liber mihi & inquiſitis Bibliothecariis meis æque ignotus.

(914) BASILICORUM *libri* LX juſſu Baſilii Macedonis Imperatoris conſcribi cœpti, & auſpiciis filii ejusdem, Philoſophi, ad finem demum perducti circa A. C. 880. quod ſint opera SABBATHII *Protoſpatarii*, docet Jacobus *Gothofredus*, in Bibliotheca Juris Romani, ejusdem Manuali inſerta, cap. VI. pag. 85. 86. vel editionis Genevenſis 1654. p. 79. auctoribus aliquot allegatis. (a)

(a) Jacobi Gothofredi *Manuale juris, pag. 79.*

Baſilicorum Libri LX. quod ἑξακοντάβιβλον *appellant, ſuccedant, quibus videlicet commixti unam in conſonantiam libri omnes juſtinianei ſub eodem Legum ordine, reſecatis ſuperfluis, redacti fuere. Id opus a* Baſilio *Macedone, primum inſtitutum, teſte Cedreno & Leone, Novellar. 71.* Leo 6. *Philoſophus Baſilii Macedonis filius (idem ille qui & Novellarum auctor) teſte Cedreno, Harmenopulo & Balſamone: de quo vero* Cuiac. *6. obſ. 9. Pſello, Michaële Attaliate Bleſtare circa A. D. 880 operaq;* Sabbathii Protoſpatharii *perfecit.*

(915) BASILICORUM *Synopſeos* ſeu ECLO-

ECLOGÆ, ſecundum ordinem literarum confectæ, & à Johanne *Leunclavio* editæ, auctorem nonnulli vaticinantur *Romanum Juniorem* LACAPENUM. Vide modo laudatum Jacob. *Gothofredum*, in Manuali Jur. c. 6. pag. 87. 88. vel editionis Genevenſis 1654. pag. 81. qui plura de illa affert. (a) Vide itid. citatos ad *Inſtitutiones meas reconcinnatas*, lit. de Jure Nat. Gent. & Civili ſupplement. VIII. num. 26. de libris Juris Civilis auctores, aliosque proſtantes ejus argumenti: quos nunc excutere mihi non vacat. Interim hoc prætermittendum non ſum arbitratus, quod Ant. *Teiſſier*. part II. Elog. Thuan. Gallicorum, addidit p. 147. (b) Verſionem Latinam LX. librorum Baſilicorum CUJACIO tribui; at alterius & quidem Germani opus eſſe, hoc nomine tam illuſtri præfixo publicam approbationem quærentis. Cujus aſſerti auctor citatur in margine Antonius *Faber* in rationalibus, quæ propterea perluſtrare ſane multo minus etiam nunc vacat, aut vacabit unquam. Quænam editiones Cujacii nomen vero præferant v. *Lipenii* Bibl. Jurid. pag. 36. & loc. cit. *Manualis Gothofrediani* p. 81.

(a) Jacobi Gothofredi *Manuale Juris. pag. 81.*

Synopſis ſeu Ecloga horum Baſilicorum quoque confecta, cujus libri auctorem quidam vaticinantur Romanum juniorem Lacapenum. *Ea* κατὰ στοιχεῖον, *id eſt, ſecundum ordinem literarum & elementorum confecta fuerat, unde* Μικρὸν κατὰ στοιχεῖον *nuncupatum, quod etiam* Budæus *videat. de quo v. Cuiac. 4. obſ. 10. Eam Tarenti apud Calabros à Sambuco repertam edidit & vertit Joannes* Leunclavius, *Baſilea in fol. A. D. 1575. Adnotationibus etiam additis, non eo tamen ordine, quo compoſita fuerat, id eſt, non* κατὰ στοιχεῖον, *ſed juxta ordinem Baſilicorum ipſorum.*

(b) Teiſſier Addition. ad Elogia Thuani Gallica, P. II. pag. 147. *Il en a, qui lui attribuent la verſion Latine des ſoixante livres de l' Ouvrage, qu' on appelle* Baſiliques. *Mais d' autres ont crû, qu' il n'en etoit par l' Auteur, & qu elle a etè compoſée par un Allemand, qui a voulu la publier ſous un nom ſi illuſtre, pour lui attirer l' approbation du public.*

---

(916) BELGARUM *defenſio contra evocationes & peregrina Judicia.* Item *jus* BELGARUM *circa* BULLARUM PONTIFICIARUM RECEPTIONEM. Curante Numa *Sedulio*, (de cujus Apologetico, pro *Janſenio*, jubente Dni. *Maſtricht* Symbola, poſt Autoris mortem hic non omittenda, v. Leideck. l. 3 Hiſt. Janſ. c. 1. p. 139. ſq.) in Civitate libera ao. 1653. in 4to. Adjecta eſt *Bulla Innocentii X. adverſus* Corn. *Janſenii*, Epiſcopi Iprenſis *propoſitiones quinq;* de gratia, ejusque ſectatores. De ea laudatus jam ante excellentiſſimus Dn. Dr. *Schraderus*, Chriſtophori Profeſſoris Helmſtadienſis, olim hoſpitis mei memoriæ dilectiſſimæ filius, nunc ampliſſimus Legatus ad præſentem diætam Illuſtriſſimorum Principum Luneburgenſium, talia per *literas* 1685. communicavit, auctorem *Nicolaum* BURGUNDIUM, JCtum detegentia & laudantia (a) quem & alias ſcripta ſua doctiſſima commendant. vid. *König*. Biblioth. V. & N. pag. 144. a. *Hyde* 117. a & *Lipenius* multos allegans in indice Biblioth. Juridicæ citatos illius libros: quibus Hiſtorici & Poemata etiam accedunt: Locum etiam *Conringii* & laudes v. in Bullam Innocentii X. p. 170. 177.

(a) Dr. Chriſtoph. Schraderi ad auctorem Epiſtola, Zellis d. 20. Sept. 1685. *Auctorem illius defenſionis Belgarum: It. Juris Belgarum circa bullarum exceptionem, Conringius admodum doctum eſſe ajebat & e ſtylo ſuſpicabatur eſſe* Nic. Burgundum. *Et verò hunc Nic. Burgundum JCtum, cujus habemus ſcripta de evictionibus & aliis juris materiis & alia Hiſtorica, tum Ludovico Bavaro Imp. diu fuiſſe Advocatum Cauſarum in Curia Brabantina & Mechlinenſi, deinde Conſiliarium Cæſ. & Bavaricum, & in Acad. Ingolſtad. Profeſſorem Codicis, ac denuo in ſuprema Brabantiæ curia ſenatorem, notum eſt. Stilus ejus in hiſtoria inter recentiores mihi perplacet.*

(916. α) BRUNSWICENSIS *Ducatus*, „ *Dicaſterii* ORDINATIO quomodo ſit *Joachimi*, „ MYNSINGERI, *Symbola Schraderiana* ſic docet: „ Rud. *Dieſholdius* Profeſſor olim Helmſtad. è Ge- „ nealogiis, quas edidit, notus, ſcripſit vitas Proff. „ quorundam Helmſtadienſium. Vidi illud, „ Mſtum apud B. Parentem meum, atque ex eo, „ deſcripſi vitam *Mynſingeri*, ubi ſequentia le- „ guntur: *Conſcripſit etiam* (Mynſingerus) *Dicaſterii*, „ *Ducatus Brunſuicenſis ordinationem, quam etiam ap-* „ *probavit auctoritate ſua Ferdinandus I. Imperator. Sym-* „ *bola Maſtrichtiana* addit *Rennemann.* de transmiſſ. actorum. cap. 4. num. 27. & cap. XI. num. 10. pag. 147. vel 197. mihi cap. IV. n. 25. pag. 64. & c. XI. n. 10 p. 161.

---

(917) CAMERALIS *Judicii ordinatio prima* omnium, Caroli V. Imperatoris ætate ſcripta, & A. 1548. publicata, quod habeat auctores Caſp. CUNONEM Moguntinum J. U. Doctorem, & Imperialis Cameræ Aſſeſſorem, atque Conradum VISCHIUM, Electoris Moguntini Conſiliarium, & Cancellariæ Cameralis Directorem, annotat, neſcio qua ratione notitiæ habita, uti rem certam, Jo. *Deckherrus*, in ſpecimine commentationum de rebus Cameralibus pag. 47. hiſce verbis (a) repetitis etiam pag. 195. libelli ſui de ſcriptis adeſpotis.

(a) Joh. Deckherri *commentationum de Rebus Cameralibus*, Cap. *VIII. p. 47. Duæ omninò ſunt* Ordinationis Editiones, *de quibus hic ſingillatim tractamus, & quas hodie communiter ſervant,* κατ' ἐξοχὴν *hoc nomen ſortitas. Prior, ſcripta eſt ætate Invictiſſimi Caroli V. Rom. Imp. à* Caſpare Cuhone, *Moguntino, U. J. Doctore & Imperialis Cameræ Adſeſſore, & Con*rado Viſchio, *Electorali Moguntino Conſiliario, & Cancellariæ Cameralis Directore, accepto regio* cIɔ cc. *aureorum honorario. publicata anno ſuperioris decimi ſexti ſeculi XLIIX. qua editione uſi ſunt veteres noſtri Commentatores pleriq;: Latinè reddita à* Juſtino Goblero; *inſerta conſtitutionibus Imperialibus* Goldaſti; *à Proteſtantibus verò rejecta; donec inſerta, in Tractatibus Paſſavienſibus concluſa, utriusq; Religionis mixtura Anno* cIɔ LV. *à Statibus Imperii ſuſcepta & promulgata, in legis communis vim tranſierit. Quæ ut perfectiſſima prima, ita pro lege publicata ultima fuit; hodie adhuc*

(alvis

ſalvis legibus derogatoriis recentioribus, immutabiliter pro lege obſervatur.

(918) *Relationum* CAMERALIUM Anno 1681. cum præfatione Jo. *Deckherri* in 4. editarum, quod collector ſit *Franciſcus Hieronymus* MERTLOCH, JCTUS, Fiſci Cæſarei Cameralis Advocatus: Francofurto, 1690. d. 7. Januarii perſcribebat ipſe Dn. *Deckherrus.*

(919) CANONICI *Juris* collectio, ſive DECRETORUM & DECRETALIUM, qualiter facta ſit, à multis eſt enarratum ex profeſſo: imprimis vero ab editoribus eorundem prolixe ordinario ea de re præfantibus. Quorum omnium excerpta congeſſit ordinatiſſima ſummo ſtudio, laudatus paulo ante Ampliſſimus Dn. Gerhardus *von Maſtricht*, in Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici. Unde cum de GRATIANI Monachi opera juſſu Eugenii Papæ collecto Decreto ſit res notoria; æque ac de *Raymundi à* PENNA FORTI collectione Decretalium: aliqua pauca priores aliquot *collectores aut interpretes anonymos*, & quædam de Raymundo etiam hocce in ſanctorum canonem relato jocularia ſane commenta excerpta ex allegante ſuos auctores plusculos Dno. de Maſtricht (a) exhibuiſſe nunc erimus contenti. Omiſſis omnibus, quæ de collectionibus antiquioribus eruditiſſime congeſſit ipſe poſt alios, & eodem pene cum ipſo tempore in hoc argumento ſe occupante celeberrimo Ægidio *Strauchio*, amœnitatum Juris Canonici Ecloga prima capitibus plusculis, etſi uterque valde memorabilia, partim & huc pertinentia ulteriora, quæ excerpere prolixitas non permiſit, enarret. Illud tamen prætermitti non debet: quod numeri & ſummaria, quæ ſingulis capitibus præmittuntur, non *Gratiani* ſed *Antonii* CONTII ſint, docente ex *Antonio Auguſtino*, Dno. von Maſtricht p. 358. add. *Leickberr.* not. (ccc) ad vitam Ant. Auguſtini pag. 173. & ſeqq. & maxime pag. 179. ubi *Franciſci* PEGNÆ Hiſpani notæ marginal. ſive additiones Decretalium anonymæ memorantur: & pag. 193. ubi editio Pithœi. De illo *Pegna* v. & *Maſtricht* pag. 965. notar. ad Anton. *Auguſtinum* Baluzianis additarum de Gratiani emendatione.

(a) D. Gerh. von Maſtricht, Hiſt. juris Eccleſiaſt. & Pontif. p. 383. *Quarta Collectio quinquennio poſt tertiam, ſub eodem Innocentio tertio Papa, anno nempe Chriſti 1215. facta eſt.*

Duplex tamen extat hujus collectionis editio, una, quæ habet tantum LXXI. Canones Concilii Lateranenſis, altera cui & alia reſcripta ſunt addita. Poſteriorem exhibet Ant. Auguſtinus *cum ſuis notis in antiquarum decretalium collectionibus, loco ultimo. Ejus interpres* Vincentius *fuiſſe dicitur. Auguſtinus præterea* Johannem, Jacobum & Robertum *ſeu* Rogerium *ſe legiſſe teſtatur.*

Pag. 384. Quintam Collectionem fecit Tancredus *Bononienſis Archidiaconus, in qua ſunt* Honorii III. *conſtitutiones, (ſub cujus nomine etiam publicari debuit. Prodiit hæc collectio An. Chriſti præter propter 1227. quo Honorius III. Innocentii III. ſucceſſor mortuus eſt. Hujus interpres perhibetur* Jacobus Albanus Faventius, *Epiſcopus, Henrici Oſtienſis præceptor. Hanc diu deſideratam, neq; unquam editam, quia Gregorius, Honorii ſucceſſor de nova editione Pontifex factus ſtatim cogitabat, cum Ant. Auguſtinus inter ſuas Collectiones non edidiſſet, tandem, in Bibliotheca Albienſi repertam Tholoſæ anno 1645. edidit* Innocentius Cironius, *Academiæ Tholoſanæ Cancellarius; & Gloſſas adjecit doctiſſimas.*

Hanc tandem excepit ſexta collectio, *quæ in corpore juris Canonici exhibetur, quæ juſſu & autoritate Gregorii IX. Papæ facta eſt*, à Raimundo de Pennaforti, Papæ Capellano, anno 1230. *Congeſta hæc eſt ex omnibus compilationibus; cui quoq; ea inſerta, quæ in anterioribus omiſſa fuerunt; item quæcunq; ab ipſo Gregorio conſtituta ſunt, quæ ille multa ex jure Civili hauſit, & non conſultus reſpondit.*

Pag. 385. Totius operis ratio & auctoritas ex his Gregorii verbis colligi poteſt: Diverſas conſtitutiones, & decretales Epiſtolas prædeceſſorũ noſtrorum, in diverſa diſperſas volumina, quorum aliquæ propter nimiam ſimilitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter ſui prolixitatem, confuſionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur extra volumina ſupra dicta, quæ tanquam incertæ frequenter in judiciis vacillabant. Ad communem, & maximè ſtudentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum Capellanum & pœnitentiarum noſtrum illas in unum volumen (reſecatis ſuperfluis) providimus redigendas, adjicientes conſtitutiones noſtras, & decretales epiſtolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur.

Ibid. & ſeq. Ad illa verba reſecatis ſuperfluis, *notant Romani cenſores,* interdum & utilibus, *quod & de Triboniano dicitur, qui fuit Raymundo iſto doctior. Quod ſcholium Joh.* Chiffleto *bilem ſuccutit, in Apologia pro hoc Raymundo, quæ eſt quarta, pro architectis juris, cap. VI.* §. 2. *ubi primum diſſimulat auctorem ſcholii;* Quare, *inquit,* ut ne mentiar, ſæpe mihi ſtomachum movit is, qui in præfationem Decretalium Gregorii IX. notulas quasdam conſcripſit &c. *Deinde poſt ſubjecta verba ſubjicit.* Equidem miratus ſum non ſemel homini fortaſſe non indocto tam ineptum & puerile judicium excidiſſe. *Sed tum temporis, cum Cenſores Romani ſeculo anteriori juſſu Gregorii XIII. recognoſcerent Corpus Juris Canonici, nondum erat tanti Raymundus, neq; etiam adhuc in Divos relatus. Nil itaq; mirum, ſi veram illi cenſuram & ſententiam, quam millenis exemplis comprobarunt in notis ſuis, de truncationibus reſcriptorum a Raymundo factis, ederent.*

Magis ego miror quæ effutit (ut Raymundi collectioni auctoritatem conciliaret) Chiffletius de Angelo cuſtode; magis miror illam, quam inſtituit ejus cum Socratico Dæmone comparationem, quam ut mecum mireris, Lector, en ſubjicio ejus verba: Nolo venditare Decretum Gratiani tanquam jus Eccleſiæ, & ab ea donatum ſumma auctoritate. Adſcripſerit Gratianus interdum ſanctis Patribus, quæ vel his nunquam venerunt in mentem, vel etiam iis, quæ ipſi ſcripta nobis reliquerunt, penitus repugnant. Abſit tamen, ut vel Gregorium IX. Pont Max. vel certe Raymundum Barcinonenſem,

Cc 3

ſem, Ordinis prædicatorum magnum lumen, perverſi hac in parte judicii inſimulare quisquam pudeat, & oſcitantiæ traducere. Nam ſi Socrates, quod illi à puero genius neſcio quis adhæſiſſet, ſapientiſſimus habitus eſt ſecundum Pythii quoque dæmonis ſuffragium, qui Cherophonti id oraculum edidit, quod in omnium ore eſt; *Mortalium unus Socrates verè ſapit*; in opere Decretalium concinnando Raymundus non accuratiſſimus eſſe non potuit, qui Angelo ſuo tutelari etiam uſus eſt familiariter, ut non raro ad ſtatas ab eo preces excitaretur.

Pag. 388. & 389. Fuit Raymundus ille de Penna *ſeu* Pennia Forte, *&* Pennafuerte, *quem ad hanc collectionem adhibuit Gregorius IX. Catalaunus, patria Barcinonenſis, ex Regibus Aragoniæ oriundus, ordinis Prædicatorum tertius Magiſter generalis, Gregorii Papæ pœnitentiarius: qui præter Collectionem iſtam decretalium ſcripſit* ſummam de caſibus, *quæ typis excuſa eſt Romæ 1603. hoc titulo:* Summa de pœnitentia & Matrimonio cum Gloſſis Joh. de Friburgo Lectoris Ord. Domin. *Ejus compendium cenſent quidam eſſe* Summulam Raymundi, *quæ Coloniæ 1502. edita eſt, cuius hoc initium eſt.*

Summula de ſumma Raymundi prodiit iſta.

Obiit an. 1275. ut refert Molanus in Bibliotheca ſacra MS. Ao. 1601. à Clemente VIII. Canonizatus, ut loquuntur, ſeu in ſanctorum ordinem eſt relatus: vide de eo Henricum Gandavenſ. *de Scriptor. Eccleſ. cap. 48. & ibid. ſcholia* Miræi, Marianam *in Rab. Hiſpan lib. 12. c. 8. lib. 13. c. 13. & 22. Bibliothecam Hiſpan. cujus Collector eſt Andr.* Schottus, *tom. 2 p. 168. & 218. Vitam hiſpanice ſcripſit Salvator* Pons, *vertit Germanice & Monachii edidit Ægidius* Albertinus *1602 ubi multa & magna miracula, quæ fidem excedunt, refert. Vide ſis Jo. God.* Olearii *Abacum Patrologicum. pag. 399. & ſeq. item Leand.* Albertum *in ejus vita, &* Chiffletium, *de Architect. juris, cap. VI.*

---

(920) CANONICI *Juris Corporis* Pariſiis 1688. editi & in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus ſectione I. Supplementorum pag. 24. & 25. commendati, nuperrime Lipſiæ ſumptibus Jo. Frider. Gleditſchii, nitide recuſi, *Canonibus ſingulis additæ Notæ*, temporum & locorum, quibus debentur, indices; quod ſint celeberrimi Johannis DOUJATII, modo laudata Eruditorum Lipſienſium Acta detegunt, & ex iisdem Monatliche Unterredungen / 1695. pag. 54. & 55. his verbis. (a)

(a) Monatliche Unterredungen/ 1695. pag. 54. & 55.

Es hat auch der alte Pariſiſche Juriſt *Johannes Doujatius* das ſeinige dabey gethan / welches die Herren Leipziger in ihren *Actis Eruditorum* aus ſeinen *Prænotationibus Canonicis L. V. C. 23.* loben/ und unter andern ſchreiben: *Ejus enim conſilio ac induſtriæ debemus, quod Canonibus ſingulis, ſi ſuppoſititios & ſuſpectos exceperis, ſua tempora & loca adſcripta deprehendimus. Ex his enim Chronologicis ac Geographicis obſervationibus, & variarum Eccleſiarum diverſus pro diverſis ſeculis uſus elici poteſt, & conciliandis quam plurimis, quæ pugnare inter ſe videntur, plana facilisq; via aperitur.* Ob nun zwar *Doujatii* Name in der abgedachten *Præfation* nicht ſtehet/ ſo finden ſich doch dieſe Worte: *Exemplar Romanum ſecuti ſumus correctionibus emendatum. Eas illuſtravimus eruditiſſimis Pithoeorum obſervationibus, & Lectionibus variis, quas ipſorum antiquiſſimi Codices nec non* Faucheti, Thuani *&* Nicolai Fabri *ſuppeditarunt; additis quoq; locorum & temporis notis, quarum ope pugnantes in ſpeciem Canones facile conciliantur; nec enim quod in uno loco conſtitutum eſt, ad alia continuo debet pertinere.* Es iſt aber der neuen Leipziger *Edition* noch ein *Appendix* beygefüget/ mit einer leſwürdigen *Præfation*, welche der berühmte Bau-Meiſter und Rahts-Herr zu Leipzig / Herr *Fridericus Benedictus Carpzovius*, gemacht hat/ vom Stützen des *Juris Canonici*, und von andern *Scriptis Pithoeanis*, welche *Peletier* ans Licht gebracht.

---

(921) CIVILIS *Juris* Corpus ex *Inſtitutionibus, Digeſtis*, & *Codice Juſtinianeo* conſtantis, quomodo à TRIBONIANO, & eidem aſſociatis graviſſimis eo tempore JCtis ſit confectum, Imperatoriæ promulgationes diſerte ſatis teſtantur. Quibus alia multa ſuper hujus collectionis bonitate, malitia, perſonisque colligentium, ac inprimis Triboniani conſcripta, vel enumerare ſaltim hic foret longum valde, & ex citatis *Inſtitutionum* mearum *reconcinnatarum* tit. de Jure Nat. Gent. & Civili Supplementi IIX. n. (26) jam aliquoties allegato Scriptoribus de libris Juris, cuique ad ſatietatem legendum, imo ex uno ſolo additis *Eichelianis* in *Procopii* ἀνέκδοτα Notis, & *Antitriboniano Hotomanni* ſupra num. 911. memorato. Quibus plura hic addere ſuperſedemus; nec addituri totam hanc ſectiunculam, niſi amiciſſimus quidam in ſymbolis ſuis id expreſſe monuiſſet, JCtum de Juris Civilis corpore ſilere indignum exiſtimans. Ejus ergo tantillum hoc honori ſit datum.

---

(922) CLAMOR REGII SANGUINIS AD COELUM: *Adverſus Parricidas Anglicanos* in 4. majori, Hagæ Comitum, ex Typographia Adriani Vlacq M DCC LII. Carolo II. dedicatus à Typographo, cujus de auctore ſola hæc verba leguntur: *Venerationis teſtis hic liber, dum ſtrenua & animoſa facundia Regium ſanguinem ulciſcitur. Quem librum, ſi pateris, o Rex nomini tuo dicatum imus. Nec id non facile probabit eximio auctor ingenio vir inſignis, qui longe celeberrimum nomen, & jam olim domus tuæ Regiæ diligentiſſimum premit.* Ipſa *præfatio auctoris* exhibet plura ſub lit. (a) exſcripta. Sequitur *index capitum*, optime libri totius argumenta exponens ſub lit. (b) Qui conſtat pag. 153. quibus pag. 154. usque ad 157. ſubjungitur *Epiſtola* excerpta ad Doctorem *Morlæum* Clariſſimi noſtri (ſic ab auctore anonymo vocatur) *Bocharti*: *deinde Euchariſtica* magno Salmaſio pro defenſione Regia pag. 158. usque 101. denique ut occupet extremum ſcabies pag. 16. usque 172. *in impuriſſimum nebulonem* Johannem Miltonum, *Parricidarum & parricidii Advocatum*, Jambi acres ut vel ex hiſce ultimis liquet;

Pro-

Produxe jam vos ad crucem ſatis ſiet;
Huic vos relinquo. Quod pium fauſtumque ſit
Regno populoque. Tibi reſigno crux mala
Hos Candidatos, & fidei mando tuæ.

Auctor ex adductis Anglum ſe Proteſtantem atis indicans, detectus jam nobis fuit, *Juran. LXII.* Petrus MOLINÆUS Junior, ex li-eris Dn. Guilielmi *Cave, vir plane impotens, & cui ix ſanum ſynciput.* Adde *n.* 858. ubi aliqua etam hujus auctoris & cognatorum ejus fit men-io. Quomodo vero *Alexander Morus* in ſuſpicio-em ejus ſcripti quod & in *Bodlejana* Bibliotheca ag. 471. a illi adſcribitur palam, venerit ſua ulpa, videre eſt apud *Colomeſium* Bibliothecæ Gal-cæ ſelectæ pag. 19. (c) Extatque Joh. *Miltoni* ngli pro ſe *defenſio contra Alexandrum Morum*, Ec-leſiaſten, Libelli famoſi cui titulus: *Regii ſangui-is clamor in cœlum adverſus parricidas Anglicanos*, au-torem recte dictum. Londini typis Neuco-nianis 1655. in 12. paginis totis 204. quarum ag. 8. usque 29. de auctore illius ſcripta prolixa robationis molimina leguntur. Quæ quia unc fruſtra ſuſcepta fuiſſe conſtat, auctore ve-o detecto, exſcribi nil attinet, Siquidem rodiit excuſaque publice proſtat *Alexandri* MO-I Eccleſiaſtæ & ſacrarum Literarum Profeſſoris *des publica* contra calumnias Joannis Miltoni: Hagæ Comitum, ex Typographia Adriani Vlacq. M. DC LIV. in 12. paginis 129. minori multo haractere, quam Miltoniana 204. adeoque rolixiorem etiam ipſius accuſatione defenſio-em continens. Quibus æqua mole oppoſita rodiit ſimul Joannis *Miltoni defenſio ſecunda* pro opulo Anglicano *contra infamem libellum anonymum* cujus titulus: *Regii ſanguinis clamor* adverſus arricidas Anglicanos. Acceſſit *Alexandri Mori* Eccleſiaſtæ, ſacrarumque Literarum Profeſſoris, *Fides publica*, contra calumnias *Joannis Miltoni Scurræ*, ab eodem typographo excuſa, ubi pag 25. 26. 27. præcipue huc pertinentia leguntur, nec lla nunc ob adductam modo rationem huc ex-ſcribenda. Vid. *Bælii* Epiſtola de ſcriptis adeſpo-is ad *Deckherrum* pag. 395. & infra quæ dabimus de Præfatione *Pſeudonyma*, num. 382. in Vlacq. Adde *Bayle* Dictionaire Tom. II p. 589. & ſeqq.

(a) Præfatio Lectori Chriſtiano ſcri-pto per anonymum auctorem: Regii Sanguinis Clamor ad Cœlum, 1652.

Excitati ſunt Europæarum Gentium animi ad to-am rem penitus inquirendam. Maximè omnium Gal-i noſtri, qui Reformatam Religionem profiten-tur, *non modo horrendo facto perculſi, ſed ejusdem inju-ſtâ infamiâ preſſi, plurimum allaboraverunt, ut Parri-cidium & Parricidas, & integram ab initio rem cogno-ſcerent. Qua ſane perquiſitione compererunt, multa, a conjurationis exordio ſecus ſe habuiſſe, quam antea acce-perant; ex ipſorum nempe conjuratorum teſtimonio. Equidem ea* Anglorum melioris notæ conſuetudi-ne ſum uſus, *ut auſim dicere, me iſta hominum mon-ſtra, quæ ad immane hoc parricidium eduxit orcus, noſſe intus & in cute; & præſentem Angliæ faciem mihi per-ſpectam eſſe plenius ſane & melius, quam ab homine An-glicæ linguæ imperito & qui Britannica littora non vidit, expectari queat. Ut nomen meum premerem, facile impetrarunt Angli quibuscum conſuevi; neq; enim glo-riolam ex hujusmodi opella aucupor, gloriæ minime indi-gus: ſed DEI gloriam unice quæro & vindico, cui vel ma-xime faciunt injuriam Anglicani Parricidæ, flagitia ſua verbo DEI tuentes, fœdiſſimamq; & invidioſiſſimam Pietatis larvam, notante & abominante toto Orbe, neſan-diſſimis omnium criminibus imponentes. Ad rerum ge-ſtarum ſeriem magno mihi fuerunt adjumento, cum alii ſcriptores, tum maximè Elenchus motuum nupero-rum in Anglia, a Viro, quisquis ille eſt, ſane prudente & cordato collectus. Quamvis enim hiſtoriam non conſcri-bo, ſed duntaxat* Regii Sanguinis clamorem ad cœlum *tollo, non potuit criminis coram Deo & homini-bus gravitas urgeri, ſine aliqua geſti facinoris enarratio-ne. Renovandum vero poſt viros Magnos, & denuo at-tollendum iſtum clamorem putavi, nunc biennio ferme poſt patratum facinus, ne res ſicariorum, heu nimium proſpere fluentes, & divinæ vindictæ mora, infirmis ani-mabus aliquam flagitii aſſuetudinem inducant.*

(b) Index Capitum *hujus libri per anonym. autorem, cujus titulus*: Regii Sanguinis clamor ad cœlum:

Caput		*Pag.*
I.	*Occaſio hujus Scriptionis & Summa,*	1
II.	*Parricidarum in Regiam Majeſtatem crimina,*	24
III.	*Parricidarum in populum Crimina,*	82
IV.	*Parricidarum in Eccleſiam injuriæ,*	94
V.	*Parricidarum in DEum injuriæ,*	102
VI.	*Parricidarum in omnes Reges & populos injuriæ,*	120
VII.	*Parricidarum in Reformatas Eccleſias injuriæ.*	134
VIII.	*Debere pios omnes Parricidium iſtud quam acerrime inſectari, & Regii Sanguinis Clamorem ad cœlum tollere,*	141

(c) Bibliothéque Choiſie de M. Colomies, pag. 19.

L' Auteur de ce liure eſt Pierre du Moulin, *Chapelain du Roi de la grande Bretagne & Chanoine de Cantorbèry. Feu* M. Morus *le fit imprimer en Hollande avec une Epitre dedicatoire de ſa façon au Roy d' Angleterre d' aujour d' hui. Ce qui fit croire, qu' il eſtoit l' Autheur de la Pièce même, & lui atira bien des injures dans la Réponce qu' y a fait* Milton, *& outre cela un ſanglant Diſtique Latin dans la Gazète de Londres, qui couroit alors toutes les ſemaines. Mais la verité eſt, qu'il n' eſtoit que l' editeur de l' Ouvrage; & que* Milton ſe trompa.

---

(923) *De Exemptione* CLERICORUM *Evangelicorum* in 8vo Wittebergæ 1657. prodiit libellus. Ejus auctorem ſe prodere celeberrimum JCtum *Joannem* BRUNNEMANNUM, conſilio 142. indicium fecit, aliis etiam ſymbolis mihi per literas collatis inter Creditores literarios hic celebrandus Amicus & Faŭtor honoratiſſimus Dn. *Caſp. Thürmannus*, JCtus Dr. Utinam, & editor etiam ſuorum theſaurorum librariorum!

(923.

(923. *a* CXXI.) COLLEGIUM *reliquorum* IMPERII DEPUTATORUM AD COLLEGIUM ELECTORALE, *de præſenti ſtatu Imperii, Imperatore eligendo, & eligendo ſcribenda lege,* An. 1657. in 4. annexis aliis, nempe *Serie priorum & poſteriorum annexorum Imperii Deputatorum,* ac *Electorum de omnium deſiderii ſententia,* prodiit ſcriptum anonymum, lectu plane ſtudioſorum Imperii noſtri Juris publici digniſſimum. Ejus Auctorem *Philippus Andreas Burgoldenſis,* vel, ut in *Pſeudonymis* detegemus *Oldenburgerus,* diſcurſuum ad Inſtrumentum Pacis IX. §. 12. pag. 248. hiſce verbis „detegit: *De Forma & modo Electionis ac Coronationis* „*conſule* Auream Bullam & Paſtorii Labores Ele-„ctorales. *Circa hanc materiam lectu quoq; jucundiſſi-* „*mum eſt* Collegium Electorale, *quod* An. 1658. *in* „*electione Invictiſſimi Leopoldi Imp. prodiit, cujus Auctor à* „*nonnullis creditur eſſe Dominus* FRISCHMANNUS. Id quod ante me jam ex eodem notavit D. *Geuleru*s decade 3. n. 1. exemplorum, ſuæ de nominum mutatione & anonymis Scriptoribus doctiſſimæ Diſſertationi ſubjunctorum. Quæ diſſertatio cum ſuis decadibus adjunctis unica totius hujuſce noſtræ ſcriptionis occaſio fuit, uti pluribus alias dictum habemus. Et quamvis annus atque titulus apud hoſce ambos nonnihil diverſus referatur, ab eo, quem nos ex ipſo opere inſpecto notavimus; cum tamen aliud Collegium Electorale nullum ſciam, omnino idem hocce ſcriptum ab illis intelligi nullus dubitaverim.

Adde quæ habent *Deckherrus* (a) de adeſpotis pag. 131. & Chriſtianus *Weiſius* de Poeſi hodiernor. Politicor. ſive de argutis inſcriptionibus lib. I. cap. 2. pag. 120. (b) ubi, quæ de *Ominoſa rerum ſerie* adduntur, n. 1164. *infra* ſuum invenient locum; ſicut &, quæ de anonymis a Deckherro aliis Friſchmannianis *num.* 1168. memorantur. Adde *Maſtrichtiana* lit. (c)

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis, pag. 131.

Statum autem Imperii tangunt labores ingenii, judiciiq; eminentiſſimi Domini Johannis Friſchmanni, *Chriſtianiſſimi Galliarum Regis in Trebocis Legati-Reſidentis: qui ſine nominis adjectione, in graviſſimis Imperii negotiis dijudicandis operas impendit: edito collegio Electorali, de quo in* Placc. *Anon. N. 121. Deinde Anno* M DC LXIX. Conſilio de eligendo Polonorum Rege; *& Anno* LXXVII. Pace Thereſiana, *ſive, conſultatione de ſancienda Pace perpetua inter invictiſſ. Imperatorem & Galliarum Regem.*

(b) Chriſtianus Weiſius de Poeſi hodiernor. Politicor. lib. I. cap. 2. pag. 120. §. LXIV. *Plena Satyrarum ac judiciorum de Magnatibus publicorum ſeges his viginti annis emerſit. Præeunte autore Collegii Electoralis 1657. quem plerique* Friſchmannum *agnoſcunt. Tunc enim de bellis Polonicis non Latina modo, ſed Germanica etiam lingua, haud tamen æq; felices proruebant, ut levi negotio volumen colligi potuiſſet non minimum. Quousq; licentiam ſibi indulſerit, qui ſub nomine Waremundi Sinceri Electorum Secularium Proſographiam 1668. emittere auſus, & qui poſtea durantibus his Comitiis Ominoſam rerum ſeriem ibidem ventilatarum detegere conatus eſt, pauci ſunt, quibus non innotuit.*

(c) *Symbola Maſtrichtiana.* FRISCHMANNUS.

Placuit imprimis, inter ea quæ nuper prodiere, Collegium Electorale, *cum appendicibus, cujus auctorem Dn.* Friſchmannum *eſſe perhibent. Ac, fortaſſe idem auctor eſt alterius opuſculi; quo* cauſæ, bellorum inter Gallos & Hiſpanos, Suecos &, Polonos *a cunabulis ſuis arceſcuntur & recenſentur. De quo ex Te certior fiam, ſi vacaverit. Joh. Andr.* Boſius, *in Epiſtola Manuſcripta ad* Portnerum *a. d. VI. Kal. Febr. 1657.*

Et Bœclerus *in MS. Epiſt. ad Portnerum, d. 8. Febr. 1658. Quis ſit auctor* Cenſuræ in Friſchmanni Collegium Electorale, ignoro; *majora, forte & plura & explicatius merebantur notari,* — — Friſchmannum publicaſſe literas Forſtneri *conjicit anonymus in Epiſt. ad Portnerum MS. 6.* April. 1658.

(924) CONSILIUM *Juris pro veritate in puncto honoris & duelli inter Doctores* D. Innocentium Valentinum & D. Jo. Andream Monegliam, *Medicos in Civitate Florentiæ.* Romæ, typis Jacob Dragondelli, in 4. memorat totidem verbi Gregorio *Leti* in ſua Italia regnante, Italico idiomate ſcripta part. III. pag. 408. poſt enumerata hinc inde ſcripta controverſioſa inter Joh. *Andream* MONEGLIAM Profeſſorem Medicum Piſanum, & Innocentium VALENTINUM, Medicum Florentinum. De hocce ſcripto vix dubitare ſe ſcribit toties laudatus & laudandus Dn Dn. *Normannus*, quin ipſius ſit Monegliæ, qui totius *ἀνωνύμως* in ſcenam literariam & Theatrum prodierit. Quod, libro nunquam oculi uſurpato meis, ſuo loco relinquo; interim amici ſymbolam hanc premere non ſuſtinens. Nam ex ipſo Leti ne quidem pro utro ſcriptum hoc ſit liquet. Imo cum ultimum ſit Moneglianum prope veroſimilius pro Valentino eſſe, ac ill magis deberi quam Monegliæ: de quo *in anonymis Italis* ob dramata Theatrica, & alia ejus ſcripta anonyma amplius dicetur.

(925) CONSILIUM in cauſa TESTAMENTI Guilielmi de Berrovis ſuppreſſo nomine extat Bergomi. Gujus Auctor Theodoſiu VALVASSOR *Bergomas, Ordinis Regularium, qu obiit A.* 1659. uti dedit *excerptum* hic, cum alii una pluribus, ſuo loco memorandis, plurimum reverendus Eccleſiaſtes Hallenſis, Dn. M. Johan Godfrid. *Olearius* ex Joſephi *Silos* Bituntini, ex Clericis Regularibus Presbyteri, Tom. III. Hiſtori Clericorum edito Panormi 1666. in folio & hi locorum rariſſimo, nec adeo etiam *Königio* ni valde imperfecte, imo dubie per vocem *fertu* relata Hiſtoria Clericorum Regularium Theatinorum. *Labbeo* etiam in Bibliotheca Bibliothecarum fide ſola *Tomaſini.* Tomis duobus Romæ; at *Teiſſerio* in ſuo Catalogo auctorum pag 208. diſerte quod part. I. Romæ 1650. II. ibidem 1653. III. demum Panormi 1666. cum ſyllabo ſcriptorum edita, deſcribitur.

(925

(925. α) CONSILIUM aliud BALDI Ubaldis, Peruſini JCti, quod in ejus operibus non eſt, extat in *Summa Tancredi in fine* impreſſa in civitate Urbani. Refert etiam *Fabianus de Mon-* in tract de empt. & venditione; 5. quæſt. pr. ide Simoncellum de decret. lib. I. tit. I. num. 6. verſ. duodecim. pag. 93. edit. Helmſtad.

(926) CONSULTATIONES *ex Protocollo* HEIDELBERGENSI *Secretiorum concluſorum*, *Ge-gii Eraſmi* THERNEMBLII quod detegantur in Apologia *Camerarii* contra Fabium *Hercynianum*, pag. 23. 24. 32. refero fide clariſſimi Dn. Laurentii *Normanni*. V. plura ſuo loco de *Fabio Hercyniano* in *Pſeudonymis*: & *Anonymis* de *Cancellaria Hiſpanica*.

(927) DECLARATIO *de vocando in judicium* CAROLO I. *Rege* Britannorum, concinnata quod ſit à *Guilielmo* SEDOWICK, ex fama refert, ejusque rei fidem penes auctorem eſſe vult, *Antonius à Wood*, antiquitatum Oxonienſium lib. II. p. 336. col. a.

(928) DECLARATIO CAUSSÆ REGIÆ, quæ à *Goldaſto* in Monarchia S. R. Imperii exhibetur, CASAUBONI eſſe putatur (*Iſaaci* puta) *Böclero*, Hiſtor. Cæſſ. Germ. pag. 23. uti ſcripſit laudatus aliquoties ſupra & laudandus iterum ſæpius D. Joh. Chriſt. *Rauſcher*, J. U. L. & Syndicus Schemnicenſis in Hungaria, in ſuis manuſcriptis ad me ſymbolis. Sed quia nihil in tribus illis Tomis *Goldaſti* nec ipſe, nec alii mecum una inquirentes, hoc titulo reperire potuere, nihil ultra hic addo; niſi quod ſuſpicor eſſe illam Declarationem *Magni Britanniæ Regis ſuper re Vorſtii*, de qua in Pſeudonymis tit. *Jacobi* Regis, cujus declarationes etiam alias ſuper aliis cauſſas diverſas numero ſex, Anglicas partim & Latinas, memorat *Hyde* pag. 352. 353. & aliarum etiam plures pag 202. b. quas nihil puto huc pertinere: de *Vorſtiano* vero negotio etiam ſupra jam aliqua diximus, in excerptis ad n. CVI.

(928. αα) ADDITIONES DECRETALIUM, quem habeant auctorem, docet *Symbola Maſtrichtiana* hiſce verbis:

Franc. Hiſpanus PEGNA.

Unus ex ſelectis viris, ad emendationem Gratiani. Hujus ſunt additiones decretalium *ſine nomine, quia templum Dianæ incendiſſe viſus eſt. vid.* Anton. Auguſtinum *de emendat.* ult. n. ult. *in notis plane in fine.*

Quæ & addit:

Vid. Sodes de eo elogium Ant. Auguſt. in fin. dial. 20. lib. de emend. Gratiani, in noſtr. edit. Duisburgenſi pag. 343. lin. 18. & ad iſtum locum Baluzium *in notis, pag. 695. ejusdem edit.*

(928. α CXXIV.) DEDUCTIO DIFFICULTATIS, *quæ eſt inter religioſos B. Mariæ de Dunis, & Dn. Principem Orangiæ, occupantem bona dicti Monaſterii, ſita in territorio Hulſtienſi.* Libellus eſt in 4. impreſſus, ſine auctoris aut typographi nomine, & conſcriptus ab *Adriano* MUELMANNO Flandro, Monacho Cœnobii illius, cujus & alia ſcripta recenſentur à *Carolo Viſch. Bibliothecæ Ciſtercienſis* pag. m. 6. Eum Auctorem neque *Valerius Andreas* in *Bibliotheca Belgica* ſua, nec *Franciſcus Sweertius* in *Athenis Belgicis* memorant, ſed refert Henr. *Witten.* Diarii Biograph. A. 1649. d. 7. Martii.

(928. β CXXV.) DEFENSIO REGIA *pro* CAROLO I. *ad ſereniſſimum Britanniæ Regem Carolum II.* nunc non ſine reſtitutionis inopinatæ, ſed notorio jure debitæ, divino miraculo regnantem ſcripta A. D. 1649. & 1650. ſumptibus Regiis; & alias deinceps variis typis atque formis recuſa, quod ab Incomparabili Viro *Claudio* SALMASIO profecta ſit, cum alias, tum ex nefarii *Miltoni reſponſione*, eidem oppoſita, & recuſa in fol. 1651. adſcriptis verbis in titulo contra anonymi alias *Salmaſii* defenſionem: nec non exemplaribus ſub auctoris nomine impreſſis, ac denique ex ejusdem *poſthuma Reſponſione*, ſub ipſo auctoris nomine, Londini 1660. in 8. edita, notius eſt, quam ut indigeat probatione. Vide *Salmaſii Vitam* præfixam, cum operum Catalogo, ab *Antonio Clementio Zirizæo* Epiſtolarum ipſius Editioni ultimæ Batavæ, nec non apud *Lorenzo Graſſi* in Italis Elogiis literatorum, part. 2. pag. 209. Eum ut diſertum alioquin, ita cauſæ tantæ non ſatis dignum Patronum aliqui crediderunt: utpote aliorum potius litterariorum monumentorum, quam Practicæ Philoſophiæ, Jurisque naturæ, Gentium atque Anglicani, peritiorem. Unde cum ab aliis, tum à ſummo Viro *Bœclero in Grotium de Jure belli ac pacis* commentante, aliquoties carpitur. v. gr. ad lib. 2. c. 14. in pr. *Intolerabili importunitate dicitur in defenſione Regia egiſſe, de promiſſis contractibus & juramentis Principum* ad l. 3. c. 4. §. 1. *In explicanda licentia nemo diſſolutius & magis temere verſatus eſt, quam* Salmaſius in Defenſione Regia, *& hoc evenit ex eo, quod non erat aſſuetus modo tractandi ejuscemodi Quæſtiones Practicas.* De *Salmaſio* plura vide in *Pſeudonymis* noſtris ad *Alexium à Maſſalia*, *Wallonem Meſſalinum*, *Simplicium Verinum*, & *Fr. Francum*, & quæ ex Antonio *Clemente* habet *Freherus* Theatri ſui part. 2. ſect. IV. pag. 1122. & ſeqq.

Quamvis de hocce defenſionis Regiæ auctore jam ſatis & certa ſit res & in vulgus nota, ut adeo ab *Hyde* in Catalogo Bodlejano pag. 129. Tom. II. col. b. Salmaſianis ſcriptis ultimo loco diſerte adjiciatur; non poſſum tamen non addere unum, quod æque haud innotuiſſe credo: ex ore Clariſſimi *Normanni* mihi compertum. Nempe hunc librum Vita ſua conſtitiſſe auctori; qui ut erat ambitionis æque ac eruditionis inexhauſtæ, videns ſe ſcripto ſuo hoc, plane non ſatisfeciſſe ſeculo erudito, & minime omnium Suecicæ aulæ & regni eruditis, adeo ut Miltoni reſponſione prodita, contemtui illic haberetur; ex animi mœrore deceſſerit. Quod eo mihi fit credibilius, quoniam multum illic valens, auctoritate, in hoc genere ſcriptionis Politico ſibi

Dd parta,

parta, Medicinæ atque Politices inclytus dum viveret, & in hac doctrina etiam Præceptor olim meus, Profeſſor Publ. Helmſtadienſis Hermannus *Conringius* admodum abjecte de ipſo illius ſcripto ſenſit, uti videre eſt ex loco, quem (a) exhibemus, ejusdem, extante in Rep. Angliæ ab *Oldenburgio* theſauri rerump. part. II. pag. 576. editi ſub finem. Cui licet impreſſa publica Conringiana admonitio ſtatim eodem anno in 4to. Helmſtadii edita reclamaverit, ut *carbones pro theſauris vendenti ſcripto, cujus exemplum mendoſum, & rerum ipſarum, quæ narrantur & ſermones haut toleranda vitia contineat: neget auctoris aſſerta; quæ negavit adſtruat &c.* quia tamen & bonam partem reperivi in eo; auctori diſſertatâ ſubditur; & ad præſens excerptum iſta reclamatio non videtur pertinere; nihil hinc ei decedere poſſe putem. Cujus & confirmatio ipſius *Oldenburgi* (b) in excerptis miſcellis de Anglia, Scotia, Hibernia pag. 583. ſubditur §. CLX. pag. 804. Accedit & ipſa rei veritas, quod eſt maximum. Ut adeo nihil ſit, quod de veneni ſuſpicione huic Viro tribuit *Königius* Biblioth. Veteri & Nova pag. 716.b. mortibus alias Magnorum virorum, etſi non æque literarum atque ditionum dominatu invidiam promeritorum perfamiliare. Hunc vero alias valetudinarium, & curis etiam domeſticis gravem, ac morbo, aquis Spadanis ſanando vacantem, oppreſſum anno ſexageſimo quinto jam expleto teſtatur *Patini* Epiſtola 43. pag. 140. editionis prioris. Qui & idem epiſt. 19. pag. 73. diſplicere ſibi Suecicam profectionem, & epiſtola 6. tota, de ipſius Valetudine domeſticisque curis prolixe refert, ab uxore auctis. v. *Colomeſium* Galliæ Oriental. pag. 203. Epiſtolam Alexandri *Mori* exhibentem, quæ prohibitionem ab uxore illius, alia quam Gallica ſibi intelligibili lingua ad ipſum ſcribendi, pro exordio habet: ante vero ac poſt, etiam Elogia multa, partim & convitia in Salmaſium notabilia, etſi huc minus pertinentia. Qualia etiam aliunde innumera ſuppetentia non eſt hujus loci & inſtituti congeſta repetere. Adde *Bayle* dictionaire Tom. II. in *Milton*.

(a) Hermannus Conringius in Theſauro Rerump Parte II. pag. 576. *Scripſit etiam pro Rege magni nominis Vir Cl.* Salmaſius; *ſed ne quid diſſimulem, non reſpondet expectationi; admodum enim tumultuarius eſt, & graviter Salmaſius peccavit, quod non diſtinxerit inter varias Regnorum ſpecies, ſed ita differit, ac ſi ſimpliciter omnibus Regibus una eademque poteſtas; & quæ reperit apud autores de Regibus, illa omnia uni Regi applicat, cum tamen Ariſtot. plures ponat Regni ſpecies, licet minus plenas vel mixtas. Debuiſſet potius argumentari ex legibus & conſuetudinibus Regni Anglicani, non ex iis, quæ in Hiſtoriis legerat. Excepit eum mordax Scriptor* Miltonus, *ſed in quo deſideres prudentiam & æquitatem judicii: in ſarcaſmo eſt artifex, unde petulans ejus ingenium ſatis ſe prodidit. Summa contendit, quod naturæ jure poteſtas ſumma debeatur populo; quicquid contra fiat, eſſe juri naturæ adverſum, nec eſſe ſtatum Reip. democraticum. Ejus liber poſt reditum Regis manu carnificis combuſtus eſt, ut etiam alius in Gallia natus.: prodiit etiam* Caſpar Ziegleri *exercit. circa Regicid. Angl. elegans ſatis, & alius* Chriſtophori Neandri.

(b) Oldenburgerus Theſauri Rerump. Parte II. in Excerptis à ſe additis. §. 160. p. 804. *Editi habentur pro parte Regis Tractatus optimi, ſub tit.* Variorum Tractatuum pro innocentia Caroli Regis Sylloge. *Scripſit etiam in eadem cauſa ad Carolum II. Regem modernum Cl. Salmaſius ſub tit.* Defenſio Regia pro Carolo I. *Dn.* Conringii *expectationi propterea non ſatisfacit iſte Tractatus (1) quod opuſculum illud tumultuaria opera conſcriptum ſit. (2) Quod non diſtinxerit inter varias Regnorum ſpecies.* Salmaſium *mordaciſſimo ſcripto excepit Anglus Joh.* Miltonus, *cui tit.* Defenſio pro populo Anglicano *contra Salmaſium; qui etiam ſecundum defenſionem contra* infamem *(ut vocat)* libellum anonymum, *cui tit.* Regii Sanguinis clamor ad cœlum adverſus parricidas Anglicanos, *Londini an. 1654. edidit. Sed iſte petulans Scriptor aquo Judicio caruit, & Prudentia Politicæ fuit imperitus; eoq; in ſuis libris collimat, quaſi ſumma poteſtas ſoli debeatur populo, quodq; penes illum jure naturæ ſit ſumma poteſtas, & ita exiſtimavit, Statum Democraticum in Republica eſſe optimum.*

(929) DIFFERENTIÆ *aliquot Juris Civilis & Saxonici, jam tertio auctæ & locupletatæ per Saxonici Juris Virum peritiſſimum D.R.B.* Coloniæ Agrippinæ, apud Joannem Birckmannum & Theodorum Baumium. Anno 1573. in 8vo paginis 247 cum dedicatione Gerardi *Velmanni*, Geldrienſis, ſcripta reverendiſſimo, illuſtriſſimo & generoſiſſimo Principi ac Domino, Domino *Friderico*,---Germanis fratribus, Ducibus Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Colon. 1568. ut operis omnino alieni. Cui neſcio quis Matthæus *Boyſs* L. lemmata capitum præfixit libro I. 70. libro II. 151. & ex notis quæ huic editioni primum acceſſiſſe pag. 217. memorantur 53. Ejus Exemplari meo tum alia, *Mſtæ notæ in* chartis interjectis partim adjectis ſunt additæ, tum demum Reviſio Differentiarum Juris Civilis & Saxonici, quæ numero ſunt 70. per utramque Juridicam facultatem Lipſicam & Wittebergicam facta, anno 71. Lipſiæ, hac præmiſſa inſcriptione: Was hernach in der Zuſammenkunfft zu Meiſſen hierauf anno 72. approbiret iſt: ad marginem. Nachdem etliche differentiæ Juris Civilis & Saxonici in öffentlichen Druck außgegangen/ und aber derſelbige Autor, und der ſie gemacht/ ungewiß/ die Schöpfen-Stüle auch durch aus/ wie darinnen gemeldet/ nicht ſprechen; ſo iſt vor gut angeſehen/ die zu revidiren/ vor die Hand zu nehmen/und dabey/was nöhtig zu erinnern. Prima pars, *Judicialia.* Bey der 39. von dem Ungehorſam der Partheyen/ &c. Unde apparet, quanti momenti habitus ſit hic liber eo tempore. Cujus tamen antiquiorem editionem non vidi. At *Lipenius* recentiorem memorat 8. Coloniæ 1586. proditam Bibliothecæ ſuæ Juridicæ pag. 140. col. b. additis *Lud.* FACHSII, & *Bened.* REINHARTI *Differentiis Juris Civilis & Saxonici* L. J. Jenæ. 8. 1586 1595. Unde iterum recuſi toties libelli pretium factum intelligas. Cujus ipſe inſuper etiam aliam editionem nactus ſum, cujus titulus: *Differentiarum Juris Civilis & Saxonici libri III. aucti & correcti. Toruniæ excudebat Melchior Neringk anno* M D LXXXIII. paginis 228. cum eadem dedicatione; at ſumma capitum, & loco novorum libro tertio formatis: nullis tamen mihi depræhenſis

henſis (etſi hincinde collatione facta) incrementis, niſi quod tituli averſa hæc maxime ad nos pertinentia leguntur: *Lectori S. De autoribus hujus libri licet hactenus nihil haberem, quod plane affirmarem: tamen cum in aliquot manuſcriptis comperiſſem*, Dn. Fachſium *Conſulem Lipſenſem libri primi, & Dr. Benedictum* Reinhardum *Cancellarium Suarczburgen: libri ſecundi* nomine authorum adſcriptos fuiſſe: nolui committere, quin de eo te facerem certiorem. *De autore libri tertii nihil* adhuc cognoſcere licuit. *Vale.*

(929. α) Diſſertatio de OFFICIO DIRECTORUM & DUCUM CIRCULARIUM in Executione ſententiarum. Diſſertation von der Crayß-ausſchreibenden Fürſten und Oberſten Amt bey Vollziehung der Urtheil. M DC XCVII. in 4. *Latino-Germanicè* editum ſcriptum paginarum 71. cum Indice capitum XXVII. cujus auctor, ex relatione Dni de *Liſſenheym*, Regiminis Ducalis Bremenſis Conſiliarii Regii, Dominus MULTZER, Oettinganus olim Præſes, aſſeritur *Symbola Schröteringiana.*

---

(930) Ad Smæ Maj. Regnique Suecici „Senatorem Excellm.Dn. * * * * *de obligatione* „*Succeſſorum Principum* in DONATIONIBUS *im-* „*modicis &* DEBITIS *relictis, Diſcuſſio ſuccincta, re-* „*miſſa per modum Epiſtolæ*, ab eo, qui debebat eſſe, „nominum indicio, *Egregius, acris, compari charus,* „ex Academia Lutherana typis *Cornsleiderianis* in „4. 1684. *Anagramma* prodit, quod auctor ſit „*Georgius Caſpar* KIRCHMAIERUS, & Academia, „in qua docuit *Lutherus*, typus verò *Schröderianus.* Huc usque verba Epiſtolæ *M. Chriſtiani Junker*, aliis publicis ſcriptis noti, partim & ſuis locis nobis commemorandis, ad me datæ Lipſiæ 1695. d. 18. ſept. Ipſe Dn. *Kirchmaierus*, celebris Oratoriæ Profeſſor P. in Electorali Witteberga, Epiſtola ad D. Heningum *Witten*, Eloquentiæ & Hiſtoriarum Rigæ Livonorum PP. ſcripta A. 1692. in 4to impreſſa Wittebergæ, Catalogum exhibet editorum à ſe ſcriptorum, n. 20. quibus tamen hoc non continetur.

---

(831) *Commonefactio Chriſtianorum JConſultorum, adverſus Franciſcum* DUARENUM, (Juriſconſultum illum celeberrimum, de quo ſupra Jam num. LXXVI. *de officiis pii Viri in religionis disſidio* egimus, diſtinguendo plane ab æque celebri noſtræ Eccleſiæ Theologo ejus nominis, cui prænomen, Friderico) *de Eccleſiæ Miniſteriis & officiis:* Argentinæ 1556. apud Guilielmum Myleum edita, Franciſco BALDUINO, tunc adhuc Proteſtantium religioni addicto, poſtea vero Pontificio facto diſertis verbis adſcribitur à *Teiſſierio*, ad Elogium Duareni, additione in Thuanis facta, part. I. pag. 158. ubi & invita conſcientia Duarenus hanc religionem impugnaſſe ſcribitur, & Duareni ad Balduinum epiſtola, item defenſio adverſus Balduini ſycophantæ maledicta memoratur. Adde Melch. *Adami*, in vitis JCtorum pag. 201. & Biblioth. Theolog. Gisberti *Voetii* lib. 2. c. 28. pag. m. 612. *Hyde* pag. 217. memorat eum Duareni librum ſeorſim editum de ſacris Miniſteriis, ac beneficiis, & ad ea pertinentibus libris VIII. Paris. 1585. in 8. & Venet. 1584. In Bibliotheca Joannea noſtra extat Wormatiæ in 8. recuſus 1611. additis titulo hiſce verbis; *in quibus, quidquid ad plenam Juris Pontificii cognitionem neceſſarium eſt, breviter ac dilucide explicitum itur.* Conſtat foliis 181. in operibus *Duareni* in folio, editionis Francofurtenſis, 1607. a pag. 1145. usque ad 1208. repræſentatur. In eadem Bibliotheca noſtra in Juridicis in 8. n. 10. extat *Reſponſio Clariſſimor. JCtorum ad Franc.* DUARENI *Commentarios de Eccleſiæ Miniſteriis atq; beneficiis, & alias ejus declarationes*, 8. Argentorati excudebat Chriſtianus Mylius 1556. paginis 160. & præſcriptum, *auctor Franc.* BALDUINUS J. C. Friderici *Lindebrogii* manu. Etiam Valerius *Andreæ* in Bibliotheca Belgica pag. 225. expreſſo nomine, Balduini hunc librum editum recenſet: addens *ſed ſuppoſititio;* uti in Apologiis ipſe affirmat. De illis Apologiis, & aliis Clariſſimi Chriſtiani *Thomaſii* ſuperius ad n. LXXXVI. jam laudatæ Epiſtolæ pag. 29. deſideratis ad hujus JCti revidenda opera ſcriptis, non poſſum non addere catalogum. (a) Etſi, an adhuc eo deſiderio teneatur, ignorem, at quia huc etiam ad inſtitutum noſtrum facere videtur.

(a) Chriſtianus Thomaſius, *Epiſtolæ ad Fautores jurisprudentiæ atq; Hiſtoriæ: De nova editione, quam parat operum* Franciſci Balduini JC. Atrebatii, Lipſiæ 1689.

Pag 29. Hactenus recenſui opera Balduini, *quæ jam poſſideo; Sequitur, ut eos recenſeam, quibus adhuc deſtituor, quos tamen in Catalogis librorum deprehendi:*

1. Balduini *Panegyriq. ſur le Mariage du Roy*, 4. Angers. 1571.

2. Ejusdem *ad leges Majeſtatis atque perduellionis*, 8. *Pariſ.* 1563.

3. *Victoris Uticenſis de Vandalica perſecutione libri III. cum prolegomenis & annotationibus* Balduini *Pariſ.* 1569. 8.

4. *Balduini de officio pii viri in religionis disſidio, cum Joh.* Calvini *Reſponſione ad ejus convitia, &* Balduini *defenſione* 1562. *in 4to.*

5. *Ej. ad leges de famoſis libellis & calumniatoribus, ad Calvinum, Pariſ.* 1562. *in* 4.

6. *Ej. ad leges de transfugis & deſertoribus Epiſtola ad Joh. Calvinum, in* 4.

7. *Ejusdem reſponſio ad Calvinum & Bezam de S. S. & Tradit. in 8vo. Colon.* 1564.

8. *Ejusd. Reſponſio ad Georg. Caſſandrum*, 8. *Pariſ.* 1564.

9. *Ejusd. Diſputatio adverſus theſes* Jacobi Andreæ *de Majeſtate hominis Chriſti*, 4. 1565.

10. *Ejusd. advis ſur le fait de la reformation de l'Egliſe, avec la reponſe à un Predicant, qui*

qui ſ à [illegible] à [illegible] adtris ſtudit 8vo. *Pariſ.* 1578.

11. Ejusd. *Reſponſio ad* Franciſci Duareni *comment. de Miniſt. Eccleſiæ & beneficiis*, 8. *Argent.* 1556.

---

(932) EDICTUM PERPETUUM, quomodo Hadriani Imperatoris juſſu, circa A. C. 132. à JULIANO JCto demum ordinatum fuerit, notius eſt vel Juris tironibus, quam ut hic deduci debeat: minus vero illud in vulgus notum, quod libris manualium ab *Eguinario Barone* probabili minus opera turbide, ac inſertis alienis, at laudabiliore induſtria Guilielmi *Ranchini* 80. 1597. Pariſiis in 8vo anxie reſectis alienis, & ordinatis reliquis collecta ejus fragmenta prodiere. Utrumque vide apud Gothofredum. Prius quidem manualis c. III. pag. 14. Poſterius Bibliothecæ eidem inſertæ cap. V. pag. 46. 47. qui poſtremus locus & hic legi meretur (a) vel ob promiſſam novam hujus argumenti operam ab ipſo ſcribente, cujus extant Fontes Juris IV nempe Lex XII. Tabb. Julia, Papia, & Edictum perpetuum 4. Genev. 1653.

(a) Jacobi Gothofredi Manuale juris. p. m. 46. & 47.

Edictum Perpetuum, *quod* Hadriani *Imp. auctoritate à* Salvio Juliano *JCto conditum, atque in tres libros digeſtum, (quodque tertium juriſprudentiæ Rom fundum & Corpus vocare licet, & vel potiſſimum deinceps) libris Manualium* Eguinarius Baro *colligere tentavit; verum probabili minus inſtituto: utpote qui priores aliquas Edicti confingat, quæ nunquam fuerunt, ſed quæ ſunt ex juris veteribus [illegible], moribus Romanorum, antiquis legibus, vel etiam novis Principum conſtitutionibus. Atqui multum intereſt, hæc non variè miſceri, ſed probe diſtingui. Quare ſecutus induſtria* Guilielmi Ranchini, *qui A. D. 1597 Pariſiis in 8. Edictum perpetuum, ejusque reliquias anxie collegit, alienis reſectis, easdemque collectas concinnavit; ita quidem ut ipſa Edicti verba maiuſculis literis & majuſculis excudi recte voluerit, cætera minutioribus. In hoc autem laudanda ejus induſtria, quod non ad genuinum, verum ad [illegible] ordinem capita Edicti diſpoſuerit: verum quod ſibi tam deſuiſſe etiam alter* Ranchinus *faſſus eſt, [illegible] opere materia aliquando ex nobis fuerit, genuinus videbitur ordine* Edicti Perpetui *inſtauratus [illegible], quem è veterum Juris-Conſultorum* Commentariis *ad* Edictum (*puta* Juliani, Ulpiani, Pauli, Gaji, & cæteris) *eruere proclive erit.*

---

(933) *Juſtitia Protectionis Saxonicæ in Civitatem* Erfurtenſem, in 4. anno 1663. aliquibus etiam in folio excuſa exemplaribus habetur, manente quartæ formæ typi ſolo margine latiori.

---

(934) *Aſſertio Juris Moguntini contra affectatam [illegible] Protectionis Saxonicæ in Civitate* ERFURTENSI, Mogunt. 1663. fol.

---

(935) *Repetita & neceſſaria defenſio Juſtæ Protectionis Saxonicæ &c. adverſus Aſſertionem Moguntinam*, 1664. eodem ut 933. modo impreſſa memorantur in Schedis *Normannianis*, additurque: *primum ultimumque* à *Vito Ludovico* SECKENDORFFIO, intermedium à Jo. *Henrico* BŌCLERO profectum eſſe aſſerit D. Samuel *Reyher*, nempe Prof. Publ. Kilonenſis, fautor & amicus mihi per literarum etiam commercium aliquando mutuum notus. Additur à Dn. Ottone *Sperlingio* JCto & Conſiliario Danico, in aliis ſymbolis Mſtis, de tertio illo ſcripto confirmatio Cl. Profeſſoris Wittebergenſis, Conr. Sam. Schurtzfleiſch/teſtimonio ex Collegio Juris publici pag. 252. mihi nunquam viſo. V. *Lipenius* Biblioth. Juridica pag. 174. b. ubi primum ex hiſce tribus ſcriptis, & cum eo *Juris Moguntini in Erfurdiam Vindicata aſſertio* Moguntiæ in fol. 1664. inque Bibl. Philoſophica Tom. I. pag. 474. *Defenſio juſtæ Protectionis Saxonicæ in Civitate Erfurtenſi* fol. 1664. memoratur. Quæ num illa à Juſtitia Protectionis ante memorata & eidem auctori tribuenda, viderint, quibus ipſa ſcripta licet inſpicere, quod mihi hactenus haud conceſſum. Vide etiam in appendice Continuationis duodecimæ diarii Europæi, pag. 677. *Epiſtolam amici ad amicum*, objicientem Bōclero quod indignis modis tractaverit adverſarium, quem paulo ante in Muſæo inter ſummos Germaniæ Viros collocaverat. Quod & meo judicio merebatur magis quam illud.

(935. a CXXVI.) EXERCITATIONES XII. *quibus Severini de* MONZAMBANO (de quo vide in *Pſeudonymis* ſuo loco) *ad modum promulſidis, Tractatus* de ſtatu Imperii Germanici *diſcutitur, & quædam Chreſimo, plura Obelo notantur.* Cis Veronam apud Severum Miſoſycophantam 1668. paginis 451. excuſæ doctæ ſunt & lectu non inutiles, jus publicum Imperii noſtri curantibus. Eas Viri jam alias Clariſſimi, doctiſſimis ſcriptis plurimis noti *Martini* SCHOOCKII putat eſſe Burgoldenſis ad Inſtrumentum Pacis part. 1. diſc. 12. §. f. pag. 289.

Quod quia nullis rationibus aut teſtimoniis probatur; ſit fides penes auctorem, & illi accredat quisque, quantum lubet. Quamvis neque ſtylus ſcribendi neque genius repugnet. At ſolidius adeſt fundamentum: citatus nempe auctoris exercitatione IV. §. 13. pag. m. 41. in Tractatu de Seditionibus pag. 757. Qui ſi ſit idem cum eo, quem *Lipenius* laudat, Biblioth. Philoſ. Tom. II. pag. 1382. a. de ſeditionibus ſeu discordiis domeſticis libris tribus Groningæ in 8vo. 1664. res ea quidem erit ſatis expedita.

(935. b CXXVII.) JURIS & JUDICII FECIALIS ſive *Juris inter gentes, & Quæſtionum de eodem explicatio*, Opera R. Z. *Autoris Elementorum Juriſprudentiæ* Lug. Bat. 1651. in 12. Liber elegans & doctus RICHARDI ZOUCHÆI, cujus *Elementa Juriſprudentiæ* Hagæ Comitis 1659. in 12 & Oxoniæ 1650. in 4. excuſa, nomine ipſius præfixo habemus. In quibus hoc apprimè laudandum eſt, quod totius juris inſtitutiones nobis dare, adeoque materias omnes, licet admodum & forte minus adeo ſuccincte, complecti conatus eſt, cum hactenus omnes fere ſyſtemata vel compendia tradentes, omiſerint Materias præcipuas multas, ſane Inſtructiones Imperatorias pauciſſi-

paucisſimas exhibere pateat. *De Jure Feciali* Libellus etiam *Germanice*, neſcio quo interprete 1666. Francofurti excuſus eſt, ſub titulo: Allgemeines Völcker-Recht / wie auch allgemeines Urtheil und Ausſpruch aller Völcker. Vide *Geisler* Dec. 4. n. 9. & commendantem hocce ſcriptum amiciſſimæ mihi memoriæ ut & me ipſi eſſe video etiam hocce loco me alleganti, ſcriptis pluribus laudabilibus notiſſimum Dn. M. Chriſtianum *Weiſium*, (a) Politiſchen Redners/ p. 904.

(a) Chriſtiani Weiſii Politiſcher Redner/ *p. 903. 904.*

Erſtlich können etliche *Quæſtiones Juris Fecialis*, oder/ *Juris Gentium*, wie es genennet wird / *pro & contra ventilirt* werden / vornemlich dergleichen Sachen/ welche ihr gantzes *Fundament ex conſuetudine & recepto Gentium more* herführen / wie in dieſem Stücke faſt kein artiger Buch anzutreffen iſt / als welches ein unbekandter *Auctor* unter den Buchſtaben *R. Z.* herausgegeben/ unter dem Titul / *Juris & Judicii Fecialis, ſive juris inter Gentes & quæſtionum de eodem explicatio.* (daß er ein Engelländer ſey / und *Richardus Zoucheus* heiſſe / habe ich in Herrn *Placcii de Scriptoribus Anonymis p. 36.* gefunden.)

---

(936) *Conſuetudines* FEUDORUM, *libris duobus*, in vulgus notis, & omnibus Corporis Juris Civilis editionibus annexis, habentur. Eorum *prior* auctorem nullum præfert. *Poſterior* diſertis verbis *Oberti* de ORTO epiſtolam ad Anſelmum filium. Cui quomodo *Gerhardus* NIGER, *Capegiſtus* (Gerhard Schwartz/ alias Kopwiſch) jungatur, in meis *Inſtitutionibus reconcinnatis* tit. de Jure Nat. Gent. & Civ. §. ſine ſcripto 9. ſupplem. III. pag. 27. attigi ex 2. feud. 28. ubi deſinere lex &c. incipere Conſuetudines dicit inſcriptio, citato n. (37) Arthuro *Duck*, de uſu & auctoritate J. Civ. lib. I. c. 6. §. 5. (nam ita ſcribi debet loco c. 7.) quem hic (a) excerptum damus quatenus huc opus. Plura legi penes ipſum in omnium manu verſantem poſſunt, addique commentatores in prolegomenis aut initio, hiſtoriam horum librorum memorantes, & poſt eos *Deckherro* citati de anonymis pag. 193. (b) Chriſtiani Franc. *Paullini* Zeit-kürtzende Erbauungs-Luſt/ part. 2. them. 85. inprimis vero Erici *Mauritii* diſp. de libris Juris communis, ubi multa de Antonii *de Prato* collectione feudorum â ſummis JCtis deſiderata, ſed deperdita credita, ſibi vero volumine membranaceo eleganti poſſeſſa refert. Sed ut ad noſtros auctores revertamur: notabiles de illis ſunt loci duo Filippi *Picinelli*, in Italico ſcripto ſuo *Ateneo de Letterati Milaneſi*, pag. 235. & 433. qui excerptu digni omnino viſi, etiam hic ſub lit. (c) & (d) repræſentantur.

(a) Arthurus Duck de uſu & autoritate J. Civ. l. I. c. 6. §. 5. *Sed cum hæ conſuetudines variæ eſſent, & in multitudinem excreſcerent, atq; apud alias gentes receptæ eſſent, judicesq; in diſceptandis Controverſiis fidelitatis & obſequii à* Clientibus Domino *præſtandi ſæpe eſſent incerti, ut in Conſuetudinibus non ſcriptis evenire ſolet:* Obertus Ortenſius, *Mediolanenſis, ſive ſolus, ſive conſilio* Gerardi Nigri Capagiſti *uſus, ſub* Frederico Barbaroſſa *Imperatore, circa A. 1152. has conſuetudines in duos libros de Uſibus Feudorum congeſſit, quibus jam utimur, & uterq; erat inſignis JCtus & Advocatus in Curia Mediolanenſi, & ex longo Juris & Feudorum uſu magnam famam comparaverat.*

(b) Jo. Deckherrus de Adeſpotis pag. 193. *Ex collectoribus Juris Feudalis celebrantur, verba ſunt* Gryphiand. *cap. 50. n. 11.*) *2. Feud. 6.* Philipertus, *ſive* Fulbertus (Vilebart oder Bulbart) *Epiſcopus Carnotenſis, &c.* Obertus de Orto (Ohnbart vom Orth) *2. Feud. 1. & Gerhardus* Capegiſtus Niger, *Conſul Mediolanenſis* (Gerhard Kopwiſch der Schwartz) *2. Feud. 28. qui ex ſe non ignoti.*

(c) Filippo Picinelli Ateneo dei letterati Milaneſi, p. 235.

GERARDO NEGRO.

Viſſe queſto dottiſſimo leggiſta al tempo di Federico Barbaroſſa, *giurato nemico, e fiero diſtruttore della noſtra patria; a beneficio della quale* Gerardo *uſè la penna, mentre a gli oltraggi di lei Frederico haveva maneggiata la ſpada. Fù Conſole di* Milano, *inſieme con* Oberto dell' Orto, *di cui ſi dirà à ſuo luogo, e ſcriſſe, come afferma Giacomo* Cujacio *10. 3. tit. de Feud. in princip.* Librum primum de Feudis: *eſſendo, & il ſecondo, ed il terzo di queſta materia, opere d'* Oberto; *benche tutti trè i libri, da alcuni à* Oberto *vengano attribuiti.*

(d) Idem p. 433.

OBERTO DELL' ORTO:

Fra le diſtruttioni recate alla noſtra Città dalla fierezza di Federico Barbaroſſa *Imperatore, viſſe* Oberto dell' Orto, *il cui cognome prometteva fra quelle cadute nuova naſcità, e più felice riſarcimento. Come famoſo legiſta ch' egli era, detto da* Catelano Cotta, *de juriſperitis*, Magni nominis jureconſultus; *e dal* Mantua *I. de viris illuſtribus*, Magnus cauſarum patronus; *fu il primo, che riduceſſe ad ordine plauſibile le conſuetudini feudali, & ha laſciato* in materia de Feudis, *un Trattato compendioſo, che tutto è Magiſtrale; nè ſolamente:* Compendium de Feudis, *mà* librum primum, ſecundum & tertium de Feudis: *che ſi leggono nella ragion civile, Morig. lib. 3. della Nobiltà di Milano cap. 1. Egli è lodato da Marco Litta, nel lib. de Urbe Mediolanenſi, e da Leandro Alberti.*

---

(937) *Defenſio Cauſæ Hereditatis D. Georgii de* FREUNDSPERG, *ex Interpr. Teſtamenti, inter Perſonas illuſtres controverſæ.* Auguſtæ Vindelic. f. ſine loco & tempore impreſſionis, memoratur *Lipenio*, Biblioth. Juridicæ pag. 202. a. Eam 1602. editam, & *Lucæ* GEITZ-KOFFLERO, Doctori neſcio cui, (nam & *Königius*, & *Hyde*, & *Simlerus*, & *Freherus*, & alii a me inquiſiti Bibliographi mei, hic omnes ſilent, niſi quod alium *Zachariam* prænomine, a. 1619. hiſtoria veſicæ calculi ſcripta, nominat *Königius* pag. 337. b.) debitam, ex ſui exemplaris adſcriptione prodit Jo. *Deckherrus*, adeſpotor. pag. 199. cum operis commendatione (a) brevi, ſed magna; prolixiori etiam deſcriptione antea facta cap. XL. de Biblio-

theca exemplari, ſpecimini Commentationum de rebus Cameralibus inſerta pag. 102. 103. Quem locum (b) ob ſcripti memorati raritatem eo magis excerpendum judicavi.

(a) Jo. Deckherrus *de Script. Adeſp. p. 199. Eodem diſſert. loco, pag. 103. ex adſcripto ab ipſo Autore meo Exemplari nomine, detectus* Autor defenſionis, in cauſa ſucceſſionis Freundsbergicæ, *anno .602. editæ, & inter maxima eruditiſſimi laboris, in intricatiſſima facti ſpecie teſtamentaria, exerciti emblemata, locandæ,* Lucas Geizkofflerus, *Doctor.*

(b) Idem *de Rebus Cameralibus ſpecimine p. 102. & 103. Nec famoſa minus, quin in Germanorum Principum Aulis, & Academiis celeberrima magis fuit Cauſa hæreditatis,* Georgii de Freundsperg, *ventilata in Camera imperiali operoſe, magnoq; utriusq; partis ſtudio; inter* Wolffgangum Wilhelmum, *poſtea* Wolffgangum Vitum, *Barones de* Mexlrain, *contra* Ottonem Henricum, *Comitem de* Schwarzenburg, *poſtea* Chriſtophorum *Comitem* Fuggerum, *uxorio nomine conventos, & 28. Jan. 1603. per publicatam abſolutoriam feliciter liberatos. Hæc acta illuſtris famæ eſſe, Viris, qui, qui qualis quantique JCti de Victoria & juſtitia cauſæ laboraverint; Quoties Præjudicatori Gylmanni allegentur; & non huic modo, ſed & plerisq; Veteribus probata fuerint; vel obiter cognovere, ſatis, uti credimus, notum eſt. Tractantur in actis illis Auguſtæ Vindelicorum Anno* cIɔ Iɔc II. *excuſis, hæc ſingularis momenti :* De renunciatione fraternæ hæreditatis facta in favorem familiæ; de poteſtate vel voluntate teſtatoris in gravanda hærede, ut nubat coheredi; de reſtitutione in integrum ob non confectum inventarium *&c. Cujus cauſæ merita, juxta Acta Auguſt. 1612. excuſa,* Defenſio Cauſæ, *memoratæ editioni præfixa eruditiſſime exhaurit; autorem ſuum non nominat, ſi tamen recte auguramur, dicendus forſitan* Lucas Geizkofflerus. *Dr. Dabunt hæc acta quoq; argumentum decidendæ liti :* An & quousque Cameræ Imperialis in judicando de feudis Imperii, Comitatibus, Baronatibus, in poſſeſſorio & petitorio, fundata ſit jurisdictio? *cui expediendæ caſus horum actorum nonnullis hactenus admotus eſt.*

(937. *α*) CODEX Juris GENTIUM *diplomaticus, in quo Tabulæ Authenticæ Actorum publicorum, Tractatuum, aliarumq; rerum majoris momenti per Europam geſtarum, pleræq; ineditæ vel ſelectæ, ipſo verborum tenore expreſſæ, ac temporum ſerie digeſtæ, continentur; a fine ſeculi undecimi ad noſtra usq; tempora aliquot tomis comprehenſus :* quem ex MSptis præſertim Bibliothecæ Guelferbytanæ Codicibus, & monumentis Regiorum aliorumque Archivorum, ac propriis denique collectaneis edidit G. G. L. Hannoveræ, literis & impenſis Samuelis Ammonii. M. DC. XCIII. in folio: recenſitus eſt, expreſſo auctoris celeberrimi, & fautoris mei plane ſingularis nomine, *Godofredi Guilielmi* LEIBNITZII, ut merebatur addito, in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* A. eodem, paginis 370. & ſequentibus aliquot lectu plane digniſſimis, tum ob operis ipſius tum vel maxime ab auctore præmiſſæ doctiſſimæ præfationis (cujus iterum infra nobis erit repetenda mentio n. CXXXI.) enarrationem. Interim ſciendum, hunc eſſe ſolum *primum* Tomum, quem plures ſequuntur: ſive *partem,* ut inſcriptio foliorum habet, *primam,* paginis conſtantem 479. non computata doctiſſima præfatione paginarum 18. nec indice Chronologico diplomatum 206. paginis 9. usque, Prodromo paginarum 24. Quæ omnia demum ſequitur ipſa *Pars* I. nominato editore, *Godofredo Guilielmo Leibnizio.* Vide recenſionem in Ephemeridibus Pariſinis, ſeu *Journal des Sçavans.* p. 18. & ſeqq. 1695.

(937. *β* CXXVIII.) GLOSSA CORPORIS CANONICI cui debeatur non omnibus conſtat, quandoquidem nomen auctoris non æque ac gloſſatoris Civilis, primarii *Accurſii* præfigi ſolet editionibus Corporis Gloſſati. Cujus tamen ipſius etiam plurimis & forte plerisque aliis deberi ſuo loco in pſeudonymis ſub Accurſii nomine videbimus. Hoc itaque memoriæ prodidit poſt *Abbatem Urſpergenſem* (quem eſſe *Conradum à Lichtenaue* infra, ubi ad Hiſtoricos perventum erit, indicabimus pluribus) *Albertus Crantzius* Saxoniæ l. 8. c. 27. his verbis: *Quo tempore* (circiter An. 1629.) *floruit Johannes* SEMECA *Theutonicus, inſignis Juris Doctor, qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum, quod ante eum nemo, & poſt eum excellentius nullus facere potuit: Præpoſitus S. Stephani Halberſtadenſis, qui Clementi IV. ſummo Pontifici, tum per Germaniam ſicuti Galliam decimas à Clero in redemptionem terræ ſanctæ exigenti, appellationem oppoſuit: quem pro ſua, ut dicebat Papa, temeritate excommunicavit, privavitq; Præpoſitura, &c.* vide Vitam ejus, primo loco inter JConſultorum Vitas à *Melchiore Adami* deſcriptas. Eas gloſſas auxit poſtea *Bartholomeus Brixienſis,* de quo vide *Valent. Forſteri* Hiſtoriam Juris Civilis libro 3. cap. 17.

Hæc ita ſcripſi editione prima: nec aliter poſt me auctoribus etiam adductis pluribus Jo. *Deckherrus,* de adeſpotis pag. 194. (a) Sed ut dies diem docet, aliter poſtea ſum informatus plane ſuper hac re. Primo quidem à Clariſſimo Ægidio *Strauchio,* amœnitatum Juris, Ecloga I. c. 7. pag. 15. Ubi (b) primus gloſſator decreti docetur HUGUTIUS: ſecundus demum *Semeca.* Quod explicatius etiam, & uberius multo vocans HUGONEM hunc VERCELLENSEM, deducit excellentiſſimus Dn. Gerhard a *Maſtricht* (c) Hiſtoriæ Juris Eccleſiaſtici jam ante aliquoties nobis ex merito laudatæ, *num.* 334. pag. 362. & 363. Ubi quando ſuas fecerit aliorum gloſſas ante ſe ſcriptas etiam hic *Azonis* diſcipulus æque atque *Accurſius,* docet, & judicium Pancirolli refert, & alia notatu digna pag. 364. & ſeqq. & pag. 391. ubi hujus *Johannis Teutonici* in decretales etiam gloſſas memorat. Adde Georg. Calixti locum (d) excerptum, de numero libr. V. T. §. XXCIII. p. 147.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, pag. 194. *Ad jus Canonicum Gloſſas ſcripſiſſe* Joh. Semecam, *adnotat* Gerhard. *Confeſſ. Cathol. d. l. p. 6. qui vocatur à Gloſſa Saxonica* Joh. Teutonicus, der alte Teutſche *Doctor; de quo uberius* Gryph. *d. l. c. 53. n. 5. Henr.* Meibom. *in Chron. Marienthal. p. 34. & ſeq.* Sagittar.

gittar. *in Hiſtor. Halberſt. p. 51. 52.* *Ejus Epitaphium in Choro ſummi Templi Halberſtadienſis, hoc legitur:*

Eſt, erit, atque fuit, qui deſiit eſſe Johannes:
Dogma viget, viguit, florebit & omnibus annis.
Lux Decretorum, Dux Doctorum, Via morum.
Hic jacet, & placet, ut vacet à pœnis Miſerorum.

(b) Johannis Strauchii, JCti, Amœnitatum Juris Canonici, Ecloga I. c. 7. p. 15. *Qui gloſſas in Decretum ſcripſerunt, primus fuit* Hugutio: *ut habet Anton. Florentinus part. 3. Speculi pr. & plenius t. 18. cap. 6. in fine. Secundus fuit* Johannes *quidam* Semeca, *cognomento* Teutonicus, *ſub annum Chriſti 1260. Præpoſitus Halberſtadenſis. Ita enim* Beatus Rhenanus *in præfat. Corporis Canonici gloſſati, à* Joanne Amerbachio *recogniti, & Baſileæ anno 1512. excuſi, ubi addit, vixiſſe ſub Imperatore* Rudolpho *Habſpurgenſi*, Alberto *Magno Synchronum. Tertius fuit* Bartholomæus Brixienſis. *Vide Johannem* Andreæ *in proœmio ad Decretales.*

(c) Gerh. von Maſtricht JC. Hiſtor. Jur. Eccleſ. & Pontif. p. 362. 363. *Cum Opus Gratiani editum, & Scholis ad prælegendum & explicandum traditum eſſet, jam ſtatim acceſſerunt Gloſſographi, qui notas & explicationes ad Decretum ſcriberent; Quorum primi memorantur* Laurentius *Patria* Cremenſis, *Abbas, in C.* Cum Johannes, *num. 13. de fide inſtrum.* Vincentius Caſtilioneus, *Mediolanenſis, ſummus Canoniſta, Abbas cap.* Si quis contra, *ſub n. 13. de for. compet, &* Bernardi Bottoni *præceptor, quem tamen* Oldradus *in conſ. 69 in fin. Hiſpanum fuiſſe adfirmat. Item* Hugutio, *vel ut alii* Hugo Vercellis, *quæ ejus patria fuit, poſtea* Ferrariæ *Epiſcopus, de quo quædam etiam habet Anton.* Auguſtin. *libr. 2. dial. 9. p. 448. & ſeq. Præterea* Joh. Semeca Teutonicus, *qui anteriorum gloſſas reformavit, & paucis additis, ſuas fecit. Fuit* Azonis *diſcipulus, Gloſſ. in c.* Quando, *diſt. 86. Cum diu juri operam dediſſet, Prædicatorum, ut vocant, Monaſterium ingreſſus eſt,* Alberic. *in dict. proœm. in fine. Poſtea initio Seculi XIII. præpoſitus S. Stephani Halberſtadenſ. factus, otium nactus Decretum interpretari cœpit.*

Idem p. 363. (paucis interjectis): *Compoſuit quoq;* Semeca *Summam, ſeu* Compendium Confeſſionis, *quod primum inter breviaria locum obtinet; & ubi ſumma non alio adjecto citatur, hujus opus indicatur.* Alberic. *in Proœm. dict. in fin. Deceſſit anno 1269. De illo inſuper judicium eſt Pancirolli, de clar. leg. interpret. l. 3. cap. 6.* Johannes Semeca etſi quandoque ineptis, ut illa ætas ferebat, vocibus utitur, non modicam tamen Operi Gratiani lucem adfert; pleraque novi & veteris teſtamenti loca erudite explicat. *Eum, ut patet ex dictis, Albert.* Cranzius *d. l. & ex eo Henric.* Pantal. *de Viris illuſtr. German. part. 2. pag. 238. forte &* Freherus *in Chronol. quam juri Græco-Romano præmiſit, (qui & hunc errorem cumulat, quod Semecam ponat in annum 1272. cum jam ultra triennium mortuus eſſet) male primum vocant Decreti Gloſſatorum.*

Cranzii *locum refert* Amicus *noſter ſummus* *Nobil. & Conſultiſſ.* D. Vincentius Placcius *JurisC. Hamburgenſis, in* Syntagmate *operoſo*, de Scriptis & Scriptoribus Anonymis & Pſeudonymis, *(in quo utinam feſtinantia & lucri præpoſtera cupido Typographi, ut mihi Nobiliſſ. Auctor conqueſtus eſt, nobis non invidiſſet doctam de τῶν ἀνωνύμως & ψευδωνύμως ſcribendi ratione, præfationem, & in poſterioribus Pſeudonymis detectis prolixiores excurſus) cap. 3. de Anonymis detectis, num. 128. pag. 36. Ante eum enim, jam ſupra relati Gloſſas ad Decretum ſcripſerant & publicaverant, de quibus vid.* Panciroll. *de clar. leg. interpret. lib. 3. cap. 3. & 4. Anton.* Florent. *part. 3. ſpecul. pr. & tit. 18. c. 6. fin. primas defert* Hugutioni *in ſcribendis Gloſſis, cujus gloriam Johannes* Semeca *poſteà in ſe derivavit & obfuſcavit.*

(d) Georg. Calixt. de numero Librorum Vet. Teſt. §. XXCIII. p. 147. *Gloſſam hanc tribuo* Semecæ, *quem dixi. Scribit enim* Antoninus ſummæ *hiſtoricæ titulo* XIIX. *initio capit. VI. Primus gloſſator Decreti ſeu* Commentator *fuit* Hugo, *ſeu* Huguitio: *ſecundus, qui gloſſavit, fuit Johannes* Teutonicus, *& iſta eſt gloſſa communis cum textu. Quam poſtea recenſuit* Bartholomæus Brixienſis. *Obiit autem* Semeca, *niſi nos fallit inſcriptio tumuli, anno* cIↄ CC XLV. *Vide de eo* Crantzium, *Saxoniæ libro IIX.* CXXVII. *juxta quem commortuus eſt* Clementi *quarto Pontifici, & proinde pluribus quam viginti annis ſerius, ac eſt inſcriptum tumulo.*

(938. 939. 940.) GOTTORPIENSES HOLSATICÆ *cum Rege* DANIÆ &c. *controverſiæ ſuper ſuis, &* OLDENBURGICIS *atq;* PLÖNENSIBUS *negotiis*, hic conſulto conſilio explicatius a me non exhibentur, quam *Symbolæ Mollerianæ* Flensburgenſes MSptæ faciunt hiſce verbis:

1. *Scriptorum plerorumq; in controverſiis de Jure ſuperitatis & Succeſſione* Oldenburgica à Rege Daniæ & Duce Holſato Gottorpienſi *contra Joachimum Erneſtum* Plönenſem, *ab A.* 1667. *usque ad A.* 1673. *editorum auctor eſt* Andreas CRAMERUS, *Conſiliarius Ducalis.*

2. *Quæ Principis* Ploenenſis *nomine in eadem controverſia prodierunt, profecta ſunt à calamo* Chriſtophori GENSCHII, *Conſiliarii tunc Plönenſis, nunc autem Regii in Comitatu Oldenburg. Cancellarii.*

3. *Scripta pleraque, proximis annis, juſſu Regio, contra Chriſtianum Albertum, Ducem Holſato* Gottorpienſem *publicata, eundem* GENSCHIUM *auctorem agnoſcunt.*

4. *Gottorpienſium iſtis oppoſitorum diverſi fuerunt auctores:* Pacta non Pacta RENDESBURGENSIA, *Latino & vernaculo idiomate, anno* 1677. *evulgata, & quæ iſto Scripto A.* 1679. *patrocinata eſt Apologia cauſſæ ac Scriptorum Gottorpienſium, D. Sam.* RACHELIO *tribuuntur. Cætera partim* ULKENIUS *veſter, partim alii elaborarunt. Ipſos Scriptorum horum*

rum titulos non addo, quia pleraque tibi viſa & lecta eſſe arbitror. Si tamen eos deſideras, minime invidebo.

De Conſiliario PREISTER, auctore *Apologiæ* cauſſæ & ſcriptorum GOTTORPIENSIUM aliorum, etiam *Normannianæ* ſchedæ docuerunt & alii alia nunc, ut dixi, prætermittenda.

---

(941) *Adriani* GYLMANNI *Symphoremata Supplicationum Tomum tertium*, per quendam Aſſeſſorem Cameræ Imperialis Spirenſis elaboratum, in titulo voluminis memorant, ipſo Aſſeſſoris nomine ſuppreſſo. Is eſt celeberrimus aliis ſcriptis *Paulus Matthias* WEHNERUS, ut indicium ejus rei fecit publicum, celeberrimus itidem JCtus & Aſſeſſor, ex Profeſſore Kilonenſi, Ericus *Mauritius*, diſſertationis de Judicio Rothvvilenſi c. „2. hiſce verbis. *In quibus* (privilegiis ſtatuum „nempe) *multus eſt Tomo Tertio Gylmannus vel potius* „*P. M.* Wehnerus, *qui iſto volumine Tomos quinq;* „*quos collegerat Adrianus Gylmannus, auxit.* Plura vide in Gylmanno, ut pſeudonymo ſuo loco, ubi etiam ad partes vocatur *Deckherrus.*

---

(942) *Conſtantini* HARMENOPULI *Epitome divinorum & ſacrorum Canonum*, ab anonymo aucta, quem PHILOTHEUM, Patriarcham Conſtantinopolitanum, arbitratur *Lambecius.* Vide in ejus Bibliotheca Cæſarea, lib. VI. pag. 38. in Codicis Manuſcripti decimi recenſione; cujus excerptum (a) ob libri raritatem breve damus. De ipſa illa Epitome vide, præter loca ibidem citata, etiam Dn. Gerhardum von *Maſtricht*, in alias laudata jam hiſtoria Juris Eccleſiaſtici, pag. 319. n. 287.

(a) Petri Lambecii *Commentarior. De Biblioth. Cæſ. Pars prima, Libri VI. Quinto & quidem a fol. 141. pag. 1. usq; ad fol. 182. pag. 1. ejusdem* Conſtantini Harmenopuli Epitome divinorum & ſacrorum Canonum, *ab Anonymo quodam auctore, quem ego* Philotheum Patriarcham Conſtantinopolitanum *eſſe arbitror, ſuppleta & ſcholiis marginalibus illuſtrata, cujus titulus & principium*: Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ αὐτοῦ πανσεβάστου Νομοφύλακος καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. Ἰστέον ὅτι ὁ νομοφύλαξ ἐκεῖνος, ὁ τὸ βιβλίον τοῦτο συντεταχώς, τοὺς ἱεροὺς κανόνας λίαν συντόμως, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιτόμως ἐξέθετο. &c.

Exſtat quidem hæc ſacrorum Canonum Epitome Græce & Latine in Marquardi Freheri *jure Græco-Romano, Tom. I. a pag. 1. usq; ad pag. 71. ſed longe aliter quam in Codice hoc manuſcripto Cæſareo, ejusq; ope valdè poteſt emendari atq; augeri. Vide etiam Librum quintum horum Commentariorum, pag. 160. & ſupra pag. 35.*

Huic enim Philotheo in Freheri jure Græco-Romano nonnulla eorum Scholiorum attribuuntur nominatim.

---

(943) *Juſtitiam exſtructionis* IDUMEÆ, memorabilis (maxime nuperrimis bellorum calamitatibus). Germaniæ fortalitii olim UDENHEMII, poſtea PHILIPSBURGI ſeu Philipsburg/ dicti; *cum* credidiſſent ſuperioris Rheni accolæ ſibi fatal*em* (ita enim loco illius vitioſæ vel amanuenſis vel typographi culpa ſcriptionis, in excerpto (a) legendum autumo) *pro Jure Epiſcopatus* SPIRENSIS, ut ediderit *Auguſtus* FISCHER, Dresdenſis, J. U. D. & Profeſſor, memorat *Deckherrus* in adeſpotis pag. 178. & ſeqq. cui allegatos inquirat, qui plura cupit hac de re noviſſe. Adde *Hofmanni* Lexicon in vocibus *Philippoburgum* & *Udenhemium.* Hæc quod ad locum, de quo agitur. Nam de Perſona *Fiſcheri* noſtri nihil nos Bibliothecarii mei, propterea evoluti, adjuvant: nec adeo epiſtolica diſſertatio de claris *Fiſcheris* Joachimi *Meyeri* Gottingæ in 4. 1695. edita. *Lipenius* duo memorat hujus argumenti ſcripta Biblioth. Juridicæ pag. 387. titulo *Philippoburgum.* Eorum prius poſſideo hoc titulo: Kurtze und gegründete Außführung/ aus was erheblichen Urſachen der Durchlauchtigſte Pfaltz-Graff Friederich Chur-Fürſt &c. bewogen worden/ den neuen Veſtungs-Bau zu Udenheim verhindern/ abthun/ und niederlegen zu laſſen. Im Jahr 1618. in 4. foliis 6. ſive plagulis $2\frac{1}{2}$. alterum ipſum hoc noſtrum eſt addito nomine. An ergo falſo anonymum *Deckherro* putatum, nec oculis uſurpatum: an, uti de Wildfangiatu *infra* in tribus ſcriptis memorabitur, pro nominatis editis a Lipenio, cum anonymi detecti eſſent, relatum.

(a) Joh. Deckherrus *de ſcriptis Adeſpotis p. 178.* Juſtitiam exſtructionis Idumeæ, *memorabilis Germaniæ fortalitii, credidiſſent ſuperioris Rheni accolæ, ipſis fatalis, pro jure Epiſcopi Spirenſis (de quo Carol. Caraffa, in Germ. Sacr. reſtaur. p. 57. 60.) edidit* Auguſtus Fiſcher *Dresdenſis. D. & Profeſſor. Vid. Act. Spir. p. 59. & Londorp. tom. I. Act. Publ. lib. 2. c. 18. Cenſuram in Perſonam Celſiſſimi ædificatoris, in metuendos temporum ſucceſſus prædictiones, in Viciniæ colliſiones, præliminarem invectivam ſubſcripſere, quæ ſequuntur, dubito, an alibi inventa, vel invenienda verba:* Quorſum, quæſo tam ſolicitus eſt Spirenſis Epiſcopus UDENHEIMIO ſuo, PHILIPPOBURGUM poſtea inſignito, IDUMEÆ nomen imponere? quam ut univerſo Orbi manifeſtum faciat, ſe IDUMÆIS, de quibus Pſalm. 137. loquitur, ſimilem eſſe, omnesque juxta ſe vicinos Imperii ſtatus ſubſannare & naſo ſuſpendere adunco velle. Impii ſiquidem ab Eſau deſcendentes Idumæi, cum Babyloniis carminibus maledicentibus, irriſionibus invidis & inimicis in Vicinos ſuos Iſraelitas ita inſultarunt, ut illorum exinanitioni, devaſtationi, direptionique ſategerint. Verum enim vero, ſicuti iſti Idumæi ob caſum fratrum generis Jacobi lætati, paulo poſt per Nabuchodonoſor Babyloniæ Regem abducti ſunt, & non longè a captivitate Jeruſalem devaſtata Babylon per Medos & Perſas, ita ut parvuli allidérentur ad lapides: *Eſai. XIII. XIV. Jer. LI.* ita captum PHILIPPOBURGUM à SCHMIDTBERGIO, in Gallorum manus devenit; Epiſcopus cuſtodiæ ab Imperatore mancipatus delirii ſui pœnas luit promeritas:

Interim vero C. S. plectuntur Achivi:

Quæ an à recentiſſimis doloribus accenſa? an ſenſis

ſenſis temporum iniquitatibus ſubirata? an utilitates domeſticas, viciniæve, aut ejus, cui vivebatur, Principis promotura; ſe in vulgus effuderint? non judicabo, nec errabo: ſaltem publicam cauſam privatam facere, non viſum eſt conſilio.

(944) Tractatus *de Juribus & Privilegiis* „IMPERATORUM *in Imperio Romano*, qui, indi„cante Matthæo *Flaccio*, Illyrico, in Catalog. Teſt. „Vet. ἀνωνύμως prodiit, & in manuſcriptis nul„lum nomen autoris præ ſe fert, EUTROPII, „*Presbyteri Longobardi* eſt, ut *Vadiani, Bullingeri, La*„*vateri* & recentiorum teſtimoniis evincunt; ex„ſtat apud *Goldaſt.* d. tom. I. Mon. Imp. p. 8. ſub „A. DCCCC. ubi & de Scriptore Hiſtoriæ vetuſtæ „à quodam non adeo litterato deſcriptæ, ſcil. „*Qua ratione quibusve fraudibus quidam Pontifices Cæ*„*ſarum potentiam imminuerint?* ipſi Eutropio, ob „Nominis ſimilitudinem, nam & ipſe ita adpel„labatur, ſubjectæ, plura in deliberationem ac„ceſſi poſſent.

Hucusque verba Johannis *Deckherri* de adeſpotis pag. 97. & 98. Quibus addere plura licebit inquirentibus hic commendatos, & quæ præterea habent alii de hoc Eutropio agentes Scriptorum Eccleſiaſticorum aut ſeparatim aut inter alios recentiores. Ita *Gennadius* laudatur *Caveo* in Chartophylace pag. 85. ubi & memoratur, quod ſit alius à Breviarii notiſſimi alias Scriptore. De aliis etiam Eutropiis *Trithemius* de Scriptoribus Eccleſiaſticis fol. 18. & 148. a. conſuli poſſit una cum aliis huc nobis nunc non colligendis.

(945) *Summorum in Germania Tribunalium Proceſſus* INFORMATIVUS. Sive vom Schreiben um Bericht/ denen Berichten und Gegen-Berichten/ *delineatus* a J. C. L. D. C. J. A. per neceſſarias notas & animadverſiones emendandis abolendisq; præcipuis Pragmaticorum erroribus, *informatus* à J. D. D. C. J. A. Francofurti ad Mœnum, Impenſis Alberti Ottonis Fabri. Typis Wuſtianis. Sen. cIↄ Iↄc LXXXIV. in 8vo. Nomen utrumque literis initialibus latens publicavit liber poſtmodum recuſus A. 16-9. in 4. una cum Johannis DECKHERRI Vindiciis pro Veritate & Juſtitia rei Jurisque Cameralis, ſive notis & animadverſionibus ad D. Jacobi *Blumii* Proceſſum Cameralem. Extat paginis 104. Capitibus quinque, una cum præfatione ad lectorem, & proœmii notis illuſtratis argumentum hoc ſolide illuſtrantibus. Qui ut ipſe informationem hanc informativi Proceſſus, per additos commentarios, ſuam hac ratione palam agnoſcit: ita ipſius Proceſſus informativi auctorem, in ſuo de adeſpotis ſcripto jam toties laudato expreſſe nominat hiſce verbis pag. 222. & 223. citata ſola veteri ſine ſuis commentariis editione pag 97. in 8va forma per Zunnerum data, cujus etiam p. 51. auctorem Advocati munus in Camera exercuiſſe prodebat.

(945. *a*) *De* TRANSLATIONE IMPERII ROMANI AD GERMANOS, & de electione Epiſcoporum, *eſt Matthæi* FLACCI, *Illyrici, ut oſtendit præfatio ad Maximilianum Secundum, Imp. Prodiit Baſileæ, apud Pernam a.* 1566. *iterum Francofurti* ſine no„mine Auctoris, *qui tamen poſt titulum in Ca*„*talogo auctorum recenſetur, apud Petrum* Hopfi„um, 1612. 4to. *Scripſit contra hunc tractatum,*„ Rob. Bellarminus *libros tres, de translatio*„*ne Imperii Romani a Græcis ad Francos; & con*„*tra hunc Matth.* Dreſſerus *confutationem,*„ *Commentitiæ Opinionis Rob. Bellarmini Jeſuitæ,*„ *de translatione Imperii Romani à Græcis ad Ro*„*manos, item de inſtitutione Septem-Virorum,*„ *Electoralium. Hunc iterum refutavit* Caſpa„rus Hap, *Poſnanienſis Polonus, qui ſcripſit de*„*fenſionem Rob. Bellarmini adverſus putidam no*„*tationem* Dreſſeri. *Contra Bellarminum ſcri*„*pſit Franc.* Junius, *animadverſionem lib. tres;*„ *de translatione Imperii Romani a Græcis ad,*„ *Francos in 8. apud Sanctandreanum.* Symbo„la *eſt verbotenus* Maſtrichtiana.

(946) *Annotationes ſuccinctæ ad* INSTITUTIONES *Juris Juſtinianeas, ex diſcurſibus privatis ad ſenſum pariter ac uſum modernum applicatis, Auditorum opera exceptæ, eorumque commodo typis exſcriptæ*, paginis 376. in 4. Francof. ad Viadrum Ao. 1679. prodiere, quas Illuſtris Dni *Samuelis* STRYCKII, tunc ibidem, poſtea Wittebergæ, demum Halis Anteceſſoris celebratiſſimi, jam cum fama publica, & auditorum, quorum induſtria exceptæ in titulo memorantur conſtabat, quorum etiam hic agentes aliqui concordi teſtimonio idem affirmant.

(947) INSTITUTIONES JURIS PUBLICI *Germanici Romani, ex ipſis Receſſibus & Legibus ejus Reipublicæ fundamentalibus adornatæ*, Francof. ad Viadrum. Sumptibus Jeremiæ Schrey / & Henr. Johann. Meyer 1683. prodiere ſine nomine ſui auctoris, eo non indignæ. Quem & auditorum ante, lectionibus auctoris easdem aliquoties expoſitas recordantium imo dictatas aſſervantium atteſtatio, latere neutiquam paſſa, licet *Actis Eruditorum* L. eas recenſentibus honorifice alioqui, ut merebantur, memoratæ, non nominatæ fuerant, plus ſemel (a) (b) ipſo editionis anno pag. 358. & ſeqq. neque non p. 415. iterum occaſione Strauchianarum Inſtitutionum ſimili methodo conceptarum, quarum æmulationem etiam, & alia commendat. Primus, quod ſciam, publice auctorem detegens fuit D. J. G. *Sulpicius* (i. e. *Kulpiſius*, ut in pſeudonymis ſuo loco detegetur) de ſtudio Juris publici in 8. 1688. ſcripta (c) hiſce verbis ſubſcriptis; poſtea vero A. 1687. ſecunda editio ibidem apud eosdem publicata nomen ipſum *Jo. Friderici* RHETII diſerte proditum per editores in Epiſtola ad Lectorem commendat. Liber paginis 640. addita inſtrumenta publica, 320. terminantur.

(a) Acta Erudītor. Lipſ. A. 1683. pag. 358. *Varia ſub variis titulis proſtant Juris ſyſtemata ad*

ac inſtitutiones, in quibus uti multi, pro ingeniorum diverſitate, multa commendarunt aut cenſoria notarunt virgula, ita præprimis in aliis methodus minus juſta accuſata fuit, in plerisq; illud deſideratum eſt. juventutem ſtudioſam magis ad rivos quam ad fontes duci, hoc eſt, in deciſione controverſiarum præprimis, magnas Publiciſtarum, uti communiter appellantur, cohortes citari, raro leges ipſas fundamentales, quæ tamen hic utramq; facere deberent paginam. Quod haud dubie trutinans Autor præſentium inſtitutionum Magnificus, in Auditorum ſuorum gratiam, quo utriq; huic nævo mederetur, easdem ita formavit, ut non ſolum, ſicubi ex hiſtoriarum monumentis res fuerit deducenda, ad paucos, ſed optimos ſcriptores; ſin ex ipſo jure aſſertio firmanda fuerit, ad Auream bullam, Receſſus Imperii, Capitulationem Imperatoriam, Inſtrumenta pacis, ac alia monumenta publica & Imperii Romano-Germanici baſes, eos remiſerit; ſed & prudentiſſimo conſilio, methodo uſus fuerit ordini Juſtinianearum inſtitutionum ſimillima.

(b) Ibidem pag. 415. *In libro ſecundo invenies Diſſertationes de rebus publicis, de jure maris, de Littoribus, portubus, fluminibus, & inſulis, de territorio, de ſuperioritate territoriali, de jure belli, de jure ſequelæ, cujus occaſione, tanquam ejus partem Autor expeditionem Romanam exponit, in qua ut modo dictum, abrumpere coactus fuit. Cujus adeo reliquas cogitationes ſimul nobis fuiſſe ereptas merito dolemus, & plus adhuc doleremus, niſi ex alterius Viri Magnifici inſtitutionibus juris publici, jam præcedenti menſe a nobis commendatis, & jam ob defectum hunc operis Strauchiani (quem egregie ſupplent) multo magis commendandis, caperemus ſolatium.*

(c) J. G. Sulpicii, JC. de Studio Juris Publ. recte inſtituendo Diſſertatio, 1688. p. 50. 51. *Quadriennio abhinc Francofurti ad Viadrum Inſtitutiones quoq; juris publici Germanico-Romani prodierunt, non appoſito Autoris nomine, quem tamen* Jo. Fridericum Rhetium *eſſe, jam ſatis conſtat. Is, poſtquam feliciter, & cum ſeculi applauſu, Anteceſſoris juris munus, in Academia Viadrina expleverat, inter Miniſtros Status & Conſiliarios ſanctiores Electoris Brandenburgici ſelectus, noviſſimum hoc ſuum profeſſorii laboris opus in publicum vulgari permiſit. Tituli non minus inſcripti, quam obſervatæ methodi ratio, ex adamata* Strauchii *æmulatione, niſi fallor, provenit; Is enim, uti ſuo loco prolixius oſtendemus, jam ante complures annos ad ſeriem Inſtitutionum Juſtinianearum, publice quoq; juris Inſtitutiones meditabatur, cujus Conſilio alios quoq; Viros Eruditos fuiſſe provocatos, veriſimile eſt. Cæterum, quod index hujus libri lectoribus promiſit, definitionem puta rerum huc pertinentium, non ex farragine allegationum, ſed ex ipſis receſſibus, & legibus noſtræ Reipublicæ fundamentalibus, adornatam, id in decurſu tractationis fideliter quoq; præſtitum reperitur, atque hæc etiam cauſa fuit, cur Conſtitutionum iſtarum præcipuas, Auream nimirum Bullam Caroli IV. Capitulationem Leopoldinam, ac Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Svecicum, per modum Appendicis ſubjunxerit Editor.*

(947 α CXXIX.) JCTUS VERUS & PERSONATUS, *ad Illuſtriſſimum Baronem Boineburgium, in qua diſſertatione quædam maxime circa ipſa Jurisprudentiæ fundamenta vulgo ignota, vel neglecta vel errata proponuntur & expenduntur.* Auctore J. L. P. Norimbergæ. 1664. Ea diſſertatio jucundiſſima eſt, & utiliſſima lectu illis, qui non umbratilem ſed ſolidam Jurisprudentiam ſectaturi ſunt Literas autem præfixas, amici quidam interpretati mihi ſunt initiales, *Joannis Ludovici* PRASCHII, Ratisbonenſis. Laudat Auctor cum in opere ipſo, tum in ejusdem præfatione ſubinde ſummum JCtum, *Joannem Ottonem Taborem*, ut præceptorem, imo ut Socerum ſuum.

Libellus ipſe in 12. paginis 188. paragraphis XXIV. innotuit una cum auctore ſuo poſtea multo maxime ex controverſia inter ipſum & Dn. *Kulpiſium*, oborta de Reip. Germanicæ cum Achaica comparatione: de qua legi merentur (a) *Acta Eruditor.* Lipſienſium Ao. 1687. pag. 100. 101. 102. & ſeqq usque ad 105. ex quibus excerpta pauca damus. Cæteroqui extant ejusdem *Johannis Ludovici Praſchii*, p. m. Senatoris Ratisbonenſis etiam alii v. gr. *Luſciniæ pro cuculo defenſio* in 4. & *diſſertationes* duæ *de Bono Cive*, & de *Mendacio*, Boecleri Commentariis in Hugonem Grotium Argentor. 1663. in 8. editis junctæ. *De caritate patriæ* liber in 4. Norimbergæ 1662. *Notæ ad Lipſii Politica* in 12. *de Jure naturali, lege caritatis & Jure gentium Chriſtiano* in 8. etſi molis non tamen argumenti & eruditionis exilis: ut alia taceam ad latinitatem pertinentia v. gr. *Roſetum de ſtylo latino* in 12. &c. quæ videſis in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1690. pag. 464. ubi ab ipſomet auctore proditus Operum *Catalogus* exhibetur, & elogium viro dignum omnino datur: hoc ipſum etiam opuſculum pag. 465. at quod miror, in 4. ſecus ac ipſe illud poſſideo & memoravi in 12.

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. Menſ. Febr. A. 1687. p. 100. *Ediderat Vir clariſſimus* Jo. Georg. Kulpis *tractatum* de unitate Reipublicæ in S. Romano Imperio, *& in capite illius III. in quo argumenta autorum unitatem Reip. Germanicæ impugnantium recenſentur & refelluntur, præter* Jacobum Gothofredum & Herman. Conringium, *etiam Virum Clariſſimum* Joh. Ludovicum Praſchium, *quanquam non ſine præconio, notaverat, quod in Libello* de JCto vero & perſonato, *Germaniam noſtram Achajam, ſed vetere illuſtriorem appellaſſet, & in cæteris quoq; de ſtatuum provinciis tanquam ſingulis civitatibus diſſeruiſſet.* Praſchius *itaq;, cum præter meritum ſententiæ tam peſtilentis, ut vocat, videret ſe argui, mox ad virum inclytum* Joh Philippum Schefferum, *qui legendum ſibi tractatum illum* Kulpiſii *ſubjecerat, epiſtolam perſcripſit, eamq; Apologeticam de unitate Reip. in S. R. Imperio, quæ anno ſuperiore Reginoburgi d. 30. Julii data, ibique edita eſt; & quia Kulpiſius perſuaſum habuerat, Achajam non fuiſſe Rempublicam unam, ſed complures fœdere junctas, eandemq; & Praſchii eſſe ſententiam, Praſchius longe aliud quid ex Juſtino docet &c.*

Ibid. pag. 101. *Hic epiſtola accepta Cl. Kulpiſius Argentorato tum in aulam Stutgardienſem evocatus, literas reſponſorias ad eundem Virum ampliſſimum* Johann. Philippum Schefferum *JCtum direxit, easq; Stutgardiæ d. 17. Septembr. anno 1686. exaratas. In hiſce minime id in Epiſtola jam recenſita concoquere ſe poſſe profitetur, quod de injuria ſibi a Kulpiſio facta conqueratur Praſchius; ſe enim potius de injuria*

injuria ſibi illata poſſe conqueri, cum animum injuriandi habuerit nunquam, nec niſi cum laude quadam Praſchium ſemper allegarit. De cætero quamvis non abnuat, ſe eandem Praſchio ac Gothofredo ſententiam attribuiſſe (ſiquidem & Praſchius Germaniam noſtram in loco dicto aperte Achajam nominarit; errorem tamen a Praſchio imputari ſibi non ſuſtinet; quin minime errare ſe contendit, ſi corpus Achaicum, prout ante diſſolutionem Romanis artibus procuratam eſſe proximè exhibuit, pro ſyſtemate civitatum non unius Majeſtatis ſpiritu, ſed vinculo fœderis connexo compoſitoque habeat &c.

Ibid.—*Diſcuſſo hoc errore ſibi attributo, ſub finem ſuam de tota hac re exponit ſententiam* Kulpiſius, *ſubinnuitq; non obſcure, ſtatuere quidem nunc Praſchium, unam eſſe in Imperio Romano Remp. imo & regularem, vel ſaltem ex Monarchia & Ariſtocratia mixtam, poſt editas adverſus Philoſophiam Monzambanianam* literas ſecretiores; *fieri tamen potuiſſe, ut tum, cum* de JCto vero ac perſonato *fuiſſet commentatus, paulo liberalius, ſed innoxio prorſus conſilio, Achajam reſpexerit; ſed poſteaquam ſententiæ hujus pericula applicationisq; inſecutos abuſus advertiſſet, non deſeruiſſe ſolum illam, ſed & palam falſitatis arguere ac damnare; quanquam his cogitationibus ſe Praſchium haud urgere velle ſubjicit. Quid ad literas haſce* Cl. Praſchius? *Is calamo iterum arrepto, anno eodem 1686. non Aſſertionem tantum* Reipublicæ Achaicæ *ſed &* ejusdem cum Germanica Comparationem *ſcripſit atq; evulgavit. Aſſerit autem primum, Achajam eo tempore, quo pollebat, unam omnino, non ex pluribus Reipublicis conſtantem ſocietatem, quæ* Kulpiſii *ſententia ſit, fuiſſe Rempublicam.*

---

(948) G.G.L. *Meditatio Juridico-Mathematica de* INTERUSURIO *ſimplice*, in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus Anni 1683. a. pag. 425. ad 432. exhibita, oppido doctiſſima, eſt doctiſſimi in omni eruditionis genere *Amici* mei alias jam memorati, atque ſæpius memorandi, neque memoria mea exciſuri unquam *Georgii Guilielmi* LEIBNITZII, Conſiliarii Electoralis Hannoverani; qui ſub iisdem literis initialibus etiam plurima alia, tum alias tum in Actorum illorum variis locis & annis orbi erudito communicavit. Quod & index univerſalis I. auctorum, expreſſe ſuo loco nomen ipſius ad hoc, & alia ſuis hiſce literis initialibus ſatis jam notis, publicata ibidem variis annis inſerta profitendo confirmat.

---

(949) De JURIS ſpecibus & MANUMISSIONIBUS FRAGMENTUM ex DOSITHEO *Græculo* deſumtum ULPIANI vel GAJI habitum, refert (a) hiſce verbis Jacobus *Gothofredus* in manuali Juris ſuo ſuperius aliquoties jam citato cap. 2. §. 4. pag. 52. ubi citata *Pithœi* editio in Bibliotheca noſtra Joannea publica habetur.

(a) Jacobi Gothofredi Manuale juris, pag. 52. § IV. Anonymi *quoq; cujusdam JCti veteris fragmentum ſupereſt, unicum, & pluribus tamen ſententiis conſtans: quod quidam* Ulpiani *ex libro ejus Regg. vel etiam* Gaji *eſſe volunt, cujus argumentum eſt,* de juris ſpeciebus & manumiſſionibus, *deſumptum ex* Doſithei *Græculi Magiſtri Homiliis, & Græcæ Linguæ exercitationibus ſeu Grammatica. Id olim quidem de Latino in Græcum translatum, verum quale hodie extat, de Græco in Latinum transfuſum*, Claudius Puteanus *Senator Pariſienſis primus eruit*; Cujacio *communicavit (ut teſtis ipſe 17. obſ. 20.) edidit tandem Pet.* Pithœus, ſub finem collationis Legum Moſaicarum, *A. D. 1572. in 4. Lutetiæ.*

---

(950) *De* LEGATO SUECICO, *durante obſidione à Rege* DANIÆ *detento* 1659. in 12. prodita *diſſertatio Juridico Politica*, memorata in ſcriptis *Gundæi* ROSÆ-CRANZII Senatoris Regis Daniæ Alberto *Bartholino* de ſcriptis Danorum p. 50. quod anonyma prodierit ex αὐτοψία indicium fecit Dn. Joh. *Möllerus* Flensburga transmiſſis ſymbolis; ſimulque addit, Suecis auctorem hujus & 4. aliorum ibi additorum, & ſuo loco *cap. V. n. 1085. 1086. & ſeqq.* etiam memorandorum anonymorum librorum, non fuiſſe ignotum. Utpote qui uni eorum anno 1659. oppoſuerint libellum in 4. inſcriptum: *Gundæus Baubator Danicus. Königius* in ſua Bibliotheca V. & N. pag. 702. a. ſcriptorum horum non meminit, etſi auctorem, & illum ſuppeditantem Bartholinum adducat.

---

(951) DUODECIM *Tabularum Leges*, quomodo Romani petiverint à Græcis, & quid contineant, tot hiſtoriis & JCtorum libris eſt expoſitum, ut illud argumentum retractare ſit Iliada poſt multos Homeros pangere. Id ſolum huc pertinens nunc indicamus, quod HERMODORUS quidam *Græcus Interpres*, Decemviris, qui legibus ſcribendis creabantur, ſtylum commodaverit: docente poſt alios, de iisdem legibus multos, bene merito, celeberrimo JCto Jacobo *Gothofredo*, in laudato ſæpius manuali Juris cap. 2. p. 6. cujus locum (a) brevem exhibemus, una cum alio (b) pag. 43. & 44. notabili ob recenſionem Commentatorum, & ſuam ipſius operam collatam ad has leges. Adde *Lipenio* laudatos Bibl. Jurid. p. 295. & ſeqq. Fuere autem *Hermodori* complures, cum hoc proinde non confundendi: Quem Epheſium fuiſſe tunc in Italia exulantem *Pomponius* JCtus tradit, *l. neceſſarium 2. §. poſtea 4.* ff. *de Orig. Juris*: ac *Plinius* lib. 34. cap. 5. ſtatuam in comitio publice dicatam nactum. Ubi ex *Strabonis* lib. 14. addit *Dalechampius*, lit. (g) repetitam *Alexandro ab Alexandro* etiam lib. 5. c. 18. *Artenodori* narrationem. Quod vir frugi, ob id, quod bonus eſſet, præ aliis, urbe fuerit ejectus edicto publico, ideoque dignos Epheſios, Strabonis judicio, habitos omnes ut ſtrangularentur; dicentes nempe: nemo noſtrum frugi ſit; alioqui una ejiciatur. *Harduinus* ſuis in uſum Delphini notis hic addit Straboni *Ciceronem* Tuſculan. Quæſt. lib. 5. pigratus etiam caput ſuo Delphino citare utrobique; ut & indicem tomis quinque diſtributum in unum contrahere. Alias plurium Hermodororum fit mentio, & apud Ciceronem, *Straboniceni* nempe & *Chii*. Adde *Hoffmanni* Lexicon in hac voce. Ubi & *Siculi* & *Salaminii* notitia communicatur.

(a) Jacobi Gothofredi Manuale Ju-
ris, p. 6. & 7.
Miſſi quippe tres legati ad Græcos, qui triennio
poſt reverſi: at anno proximo creati DecemViri legib.
ſcribendis, in his Appius Claudius *&* Romilius *fue-*
re: & perſcriptæ primum ab his Decem tabulæ, *accitis*
& derivatis in eas quæ uſpiam egregia apud Græcos erant,
idq; opera Hermodori, *cujusdam Græci Interpretis.*
Sed & anno proximo V. C. *304.* duæ tabulæ *ſuperiorib.*
10. (aſſumtis nonnullis velut ſurculis ex Regiis legib. tan-
dem & traductis quibusdam ex veteri jure & moribus
ſuis ἐκ τ̃ ἐθισμῶν ἀγράφων) additæ ſupplementi vice;
Sic tandem (anno V.C. 305. poſt Reges exactos annis 60.
ante Chriſtum natum annis 440.) — — — —

(b) Idem Bibliothecæ Juris, cap. 1.
§. 2. pag. 43. ſeq.
Leges XII. Tabularum, *(qui ſecundus fundus*
& corpus jurisprudentiæ Romanæ eſt) proximè ſequun-
tur. Ad has ſane veteres ſubinde JCti interpretationes
ſeu Commentarios & explanationes ſcripſerant: in his.
Sex. Ælius, L. Acilius, Lælius, Valerius Meſſa-
la, Q. Antiſtius Labeo, *poſtremus omnium ſub Marco*
Imp. Gajus. *In ipſarum legum fragmentis eruendis ut*
aliquam multi alii poſt alios: (etiam Cujacius libris ob-
ſervationum) *ita in colligendis quamplurimi operam*
navarunt, puta Aymarius, Rivallius, Oldendorpi-
us (*& ex eo* Forſterus) Anton. Auguſtinus, *Romæ*
in 4. 1583. Balduinus, Contius, Hotomannus,
Rævardus, Calcagninus, Criſpinus, Pignius, Mar-
cilius, Franciſcus Pithoeus, Dionyſius Gotho-
fredus, p.m. p.m. Juſtus Lipſius, *alii. In diſpo-*
nendis varium ſinguli quiq; fermè ordinem ſectati. Jam
aliquot anni abeunt, cum ipſe varios errores ab aliis hac
parte admiſſos obſervabam, ob aliquam multa omiſſa, alia
interpolata, aliena etiam in hunc cenſum conjecta, puta
Legis actiones nonnullas & elicita per interpretationem ex
ea, atq; id genus alia. Ordinem ut quisq; ex arbitrio
commentus eſt, ita ad verum propius acceſſit Franc. Pi-
thoeus. *At genuinum duobus ſubſidiis reſtituiſſe mihi*
videor: Primum expreſſis Veterum quorundam in id au-
toritatibus, tum ex ſex Gaji *librorum ad XII. Tabulas*
ordine inſpecto, quorum ſingulis duæ Tabulæ explicatæ
fuerant.

---

(952) LEGES UPLANDICÆ mihi ſine Cl. *Normanno* nec nomine notæ, *Wigeri* SPAA, hominis de pago, auctæ R. BERGERO, ex *Rugmanni* veterum Legum præfatione, memorantur in Symbolis è Suecia transmiſſis, ubi &

---

(953) WISIGOTHICÆ LEGES, LAMBENO, neſcio cui, ex eodem *Rugmanno* adſcribuntur, an Suecico vel Latino idiomate non additur. Unde ut alias in dubio conſuevi, priori loco malui exhibere. Extant ſane XII. libri legum Wiſigothicarum à *Petro Pithœo* editi, in folio in publica noſtræ urbis Johannea Bibliotheca
„titulo: Codicis Legum Wiſigothorum li-
„bri XII. *Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi de Gothis,*
„*Wandalis & Suevis Hiſtoria ſive Chronicon, ex*
„*Bibliotheca Petri* Pithœi *J. C. Procopii Cæſari-*
„*enſis Rhetoris ex lib. VIII. Hiſtor. locus, de Go-*
„*thorum Origine, qui in exemplaribus hactenus*
deſideratur, Pariſiis apud Sebaſtianum Nivelli-„
um, ſub Ciconiis, via Jacobæa M. D. LXXIX.„
cum Privilegio Regis, in folio, paginis 244.„
Quæ eædem leges exhibentur, ſine reliquis adjunctis modo memoratis, primo ſtatim loco in Codice legum antiquarum Friderici *Lindenbrogii*, Francof. 1613. in folio edito a pag. 1. usque ad 238. Cujus exemplar, ipſius auctoris manu notis hinc inde marginalibus auctum eſt, una cum ſequenti præſcripta etiam hic lectu non indigna querela: *Graviter & dolenti animo ferrem, ope-*„
ram in hoc codice edendo male a me collocatam,„
ſi Cujacius, Briſſonius, Faber, Pithœus,„
Auguſtinus, Freherus, Velſerus, *id dice-*„
rent. Nunc vitilitigatores hujus ſtudii aut ho-„
mines barbaros reperio, aut fungos & de fece„
ſcribarum locuteleios, ne tantillum quidem ſolidæ„
eruditionis habentes. Hi ergo cenſores noſtri„
erunt? Nimirum & de ſutore judicabunt, an„
corium bene ſubactum, & de fabro, an ferrum„
ſatis politum: cur non & de vietore, an dolia„
ſatis ſirpata; & de ſabacario (ut Illyrica voce„
utar.) an cereviſia recte cocta. Illa enim magis„
adguſtum faceret, qua ſeſe proluere totos dies„
affatim poſſent. Cæterum ſi quam maledicendo„
voluptatem ceperunt, eam aliquando faxo ut ma-„
le audiendo amittant.

An hæ leges ſint eædem cum Dn. *Normanno* indicatis, valde dubito. De auctore harum, vel auctoribus potius in præfatione *Pithœus* Franciſco *Roaldeſio* ea ſcribit, quæ ſub lit. (a) excerpſimus: in *Lindenbrogianis* vero prolegomenis, ea, quæ ſub litera (b) exhibentur, additis etiam, quæ ad Anton. *Auguſtinum* de emendatione Gratiani Dialog. X. pag. 443. editionis *Maſtrichtianæ* annotavit *Baluzius* (c) p. 704. 705.

(a) Petrus Pithoeus in præfatione ad Franc. Roaldeſium.
Tantum illud, hunc eſſe legum Codicem ab Eurico cœptum, *à* Leuvigildo *dein, poſt à* Chindaſuindo *&* Receſuindo *filio recognitum, demum à Domino* Ervigio *Spaniarum (ut verbis ſeculi de barbaris barbare dicam) Rege perfectum, qui* liber Judicis *dicitur, in illo tuo exemplari Curialium (ſic appellant) uſuum, quos* Raymundus Berengarius, *vetus Comes & Marchio Barcinon. Hiſpaniæ ſubjugator, &* Almoides *conjunx de feudis aliisq; negotiis obſervari iuſſerunt, cum Gothicæ leges omnibus cauſſis non viderentur ſufficere. Hæc poſt ea* Ildefonſus, Petrus, Jacobus *aliiq; atq; alii, Arragonum Reges variis conſtitutionibus ſupplerunt, antequam* Alphonſus *tandem circa A.C. M. CC. XLI. Ju[s] Romanum in partitas ſuas digeri curaſſet. Sed hæc tu te melius noſti, & nos majore otio plenius alias apud ali[os] exequi cogitamus. Illud tamen & hic ſciri par eſt, ha[ru]rum legum recognitionem ab ejus gentis ſcriptoribus, n[e]ſcio, quo jure* Iſidoro Hiſpalenſi *tribui, cujus eſt illa potius brevis hiſtoria, quam præfiximus ad* Siſebu[]tum *usq;.*

(b) Fridericus Lindenbrogius in prolegomenis ad Codicem legum antiquarum
Wiſigothorum Leges ab Eurico *Rege (qui etiam* Eu[]dicus *vel* Theodoricus *a nonnullis vocatur) Æra DIIII. compoſitas,* Iſidorus *Hiſpalens. in Chronico* [] *notr*

tat. *Sub hoc Rege (Eurico) Gothi legum inſtituta ſcriptis habere cœperunt. Nam antea tantum moribus & conſuetudine tenebantur.* *Euricum excepit* Levvigildus, *de quo idem, Æra DCVIII. In legibus quoq; ea, quæ ab Eurico incondite conſtituta videbantur, correxit; plurimas leges prætermiſſas adjiciens, pleraſq; ſuperfluas auferens.* *Hunc deinde* Chindasvvindus & Recesvvindus *ſecuti ſunt, pleniſſimumque robur huic Codici dederunt, abolitis aliis omnibus aliarum gentium legibus.* Wis. 2. *Tit. I. L.* 1.5.7.9. *Noviſſima omnium recenſio à Fl.* Elgica *Rege facta fuiſſe videtur: quam etiam in Concilio Toletano XVI. a ſanctiſſimis Patribus publice confirmari poſtulavit, ut hæc ejus verba oſtendunt pag.* 696. Cuncta, quæ in Canonibus, vel legum edictis depravata conſiſtunt, aut ex ſuperfluo, vel indebito conjecta fore pateſcunt, accommodante ſerenitatis noſtræ conſenſu in meridiem lucidæ veritatis reducite: illis procul dubio Legum ſententiis reſervatis, quæ ex tempore divæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Domini *Cindaswinthi* Regis, usque in tempus Dn. *Wambanis* Principis, ex ratione depromptæ ad ſinceram juſtitiam vel negotiorum ſufficientiam pertinere, noſcuntur. *Hinc ergo uſus ejus in Hiſpania & Gothia i.e. Narbonenſi Gallia frequens: & quidem tantæ auctoritatis, ut ex illo in Capitulare Caroli M. Imperatoris quædam inſerta videamus. Lib. VI. Tit. 269. Lib. VII. Add. IIII. Tit. I.* Liber Legis Gothicæ *vocatur à Johanne P. P. VIII. in decreto Ivonis part. 3. cap. 98. qui eidem ex Capitulari Caroli legem de compoſitione ſacrilegii adjecit.* Qui etiam κατ' ἐξοχὴν *Forum Judicum* appellatur & *Liber Judicis* in exemplari Curiali um uſuum, quos *Raymundus Berengarius*, vetus Comes & Marchio Barcinonenſis Hiſpaniæ ſubjugator & Almoides conjunx de feudis aliisqve negotiis obſervari juſſerunt, cum Gothicæ Leges omnibus cauſſis non viderentur ſufficere. Hæc poſtea *Ildefonſus, Petrus Jacobus*, alii atque alii Arragonum Reges variis conſtitutionibus ſuppleverunt antequam *Alphonſus* tandem circa A. C. M. CC. XLI. Jus Romanum in Partitas ſuas digeri curaſſet: *ut erudite P.* Pithœus *J. C. primus hujus Codicis editor annotavit. Latine primum promulgatus fuit, poſtea neſcio, cujus juſſu in linguam, quam* Romanam *vocant, translatus: ita tamen, ut in omnibus Latinæ editioni non reſpondeat. Nam & ex Conciliis Hiſpanicis quædam non tantum prætermittuntur, quædam etiam paſſim intermiſcerentur; ſed & ipſæ leges alio interdum ordine collocantur. Ea verſio haud ita olim ab Alphonſo* Villadiego *in Hiſpania in lucem fuit prolata, Commentariisque uberrimis illuſtrata.*

(c) Baluzius in notis ad Anton. Auguſtini dial. X. de emendatione *Gratiani pag.* 704. & 705. editionis Dni Gerhardi von Maſtricht; Forum Judicum) *Vulgo hodie* Fuero Juzgo. *Editio commentariorum Alfonſi à* Villadiego *in eum librum cuſa Madriti anno M. DC. ita habet in prima pagina:* Forus antiquus Gothorum Regum Hiſpaniæ, olim LIBER JUDICUM, hodie FUERO JUZGO nuncupatus: *Jacobus* Cujacius *ad titulum ſecundum* De foro competenti in *Decretalibus probat multis exemplis, forum dici in genere maſculino, quo modo ſcriptum eſt ab* Alfonſo. Antonius *tamen* Auguſtinus *heic forum poſuit in neutro genere; quod eſſe aptius quam forus idem pronunciavit in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 36. cap. 10. Recte autem ait* Auguſtinus, *librum illum eſſe eum, qui à* Petro Pithœo *editus eſt Pariſiis, anno M D LXXIX. cum hoc titulo:* Codicis legum Wiſigothorum libri XII. *Hunc codicem nos contulimus cum duobus antiquiſſimis exemplaribus manuſcriptis, uno monaſterii* Moyſſiacenſis, *altero Eccleſiæ* Albienſis. *Rurſum duo illius antiqua exemplaria extant in Bibliotheca* Thuana, *& aliud antiquiſſimum in monaſterio* Rivipullenſi.

(954. 955) APOLOGIAM *pro Concilio ordinario Sereniſſimi Principis & Electoris Ferdinandi* BAVARI, *in Civitate & Principatu* LEODIENSI *conſtituto;* Item *aliam, contra Monitorium quoddam, ſub nomine Hieron.* SARRACENI, *Nuntii Apoſtolici tum Coloniæ reſidentis, qua tuetur jura & privilegia à DD. Cæſaribus, Maximiliano I. & Carolo V. principatui* Leodienſi *data* in 4. emiſit ſubticito nomine *Martinus* CONSTANTINI, JCtus Leodienſis, uti conſtat teſtimonio Valerii *Andreæ* Bibl. Belg. p. 648. cui *doctiſſimus & diſertiſſimus* nuncupatur. Ejus neque ſcripti neque auctoris *Lipenius*, neque *Königius* mentionem faciunt ullam.

(955. α Olim ad Cap. III. *De Juridicis. Numerus* DLXXXI.) EPISTOLA *ad Amicum, bono publico edita,* DE CENSURA FORENSI, *Simonis von* LEWEN, Lugd. Bat. in 12. 1662. prodiit, quam *Adriani* BECKERS *à* THIENEN, Profeſſoris ibidem Publici, eſſe, ex fama ſe habere ſcribit Dominus *Gerhardus von Maſtricht.* Vide alias de hocce auctore Simone à *Lewen* adducta *hoc cap. num.* 959.

(955. β) LYCURGUS *Italicus*, liber mihi nunquam viſus, editus 1666. memoratur *Königio* pag 642. b. Illum Anonymis adſcripſit, & hic additis ulterioribus illuſtravit Civis & amicus meus honoratiſſimus, idemque doctiſſimus, nunc Conſiliarius & Profeſſor Regius Havniæ Otto *Sperlingius* J. U. D. *Hujus auctor*, (verba ſunt MSti) *Octavius* PISANUS *erudito habenus orbi incognitus. Ex Italico in Latinum, & Germanicum transtulit Fr. Mercurius Baro, ab Helmont.* Allegat idem Volumen aliquod, Miſcellorum ſuæ Bibliothecæ, ubi judicium de hoc libro legere ſit. Quo ut & ipſomet Dn. poſſeſſore admodum ægre nunc careo. Interim hæc confirmat etiam Dn. Ericus *Mauritius*, in Miſcellis Juris poſitionibus, theſi 29. *ubi ineptias illius ſcripti falſe perſtringit*, referente ſic mihi ſymbola MSta *Schraderiana.* Lectus interim mihi Lycurgus Germanorum moribus informatus, oder unverfängliches Judicium und Gutachten über das einige Geſetz-Buch und Proceß-Ordnung/ ſo der vortreffliche Italiäner Octavius Piſani zuſammen getra-

 gen/

gen/und allen andern Recht- und Gerichts-Büchern/als allein vollſtändig vorgezogen/weil dadurch ohne Advocaten und Procuratoren/ohne Koſtē und Beſchwerung allen ſtreitenden Partheyen in ihrer angebohrnen Mutter-Sprach gut und ſchleunig Recht gedeyen könne. Diſtribuirt in gewiſſe Capita, auch mit Gött- und weltlichen Rechten / Hiſtoriſchen und Philoſophiſchen Gründen behauptet/meiſtentheils approbirt / das wenigſte aber enervirt. Gefertiget von D. Hermanno Hofmann/ Conſiliario Brandenburgico: Bayreuth/ gedruckt bey Joh. Gebharden / 1685. in 4to. Unde intelligas librum eſſe Juridicum, qui præfatione Germanica mirifice hic commendatur: ſcilicet non ut anonymus, verum ut A. 1618. Antvverpiæ ſub Cenſura Eccleſiaſtica approbatus, & Germanice ſecundum Sultzbaci excuſus. Quo remotis omnibus Advocatis, Procuratoribus, Latinæ linguæ ſtudio, promta juſtitia quomodo poſſit expediri cuique proponitur, exemplo Lycurgi, quem ſecutus ſit *Rogerius*, Rex Neapolitanus &c. Modus tractandi in eo hic ponitur, à Dno. *Hoffmanno*, ut non ipſe textus Lycurgi exhibeatur; ſed primo Germanica capitum enarratio dein latina exegeſis Capitibus LXII. paginis 472. Sequitur index capitum, & alphabeticus paucorum foliorum. Inde *ſeria & pia tractatio Judicii & juſtitiæ* &c. paginis 824. Partibus tribus, de toto hoc argumento partita prolixitate agens.

(956. CXXX.) MARE LIBERUM, *ſive de Jure quod Batavis competit ad Indicana Commercia Diſſertatio*. Lugd. Batav. Ao. 1609. in 8. *Hugoni* GROTIO Fiſci Advocato, auctori adſcribit in exemplari meo manus p. m. Proavi mei *Vincentii Molleri*, conſulis olim hujuſce communis Patriæ noſtræ; Id quod una deinceps alii plures teſtimoniis locupletiſſimis probavere. vid. *Valer. Andream*, *Bibliothecæ Belgicæ* pag. m. 397. *Franciſcus Sweertium* in *Athenis Belgicis*, pag. 352. ubi miror utrumque in 4. editum hoc opuſculum teſtari, cum tamen editio mea illius anni ſit in forma, quam vocant octavam. Ei oppoſuit *Seldenus Mare* Clauſum. Londini 1635. in fol & Nicolaus *Boonartius, mare non liberum*, quod hactenus ineditum memorat Valerius *Andreæ* Bibl. Belgicæ pag. 86. & *Alegambe* Bibl. Jeſuiticæ pag. 251. a. & *Sotwellus* pag. 362 b. triginta ſex annis poſt totidem verbis. *Hyde* quoque in Bibl. Bodlejana pag. 308. b. editiones in octavo meras enumerat quinque, nullam in quarto: at pag. 330. b. Tom. II. anonymum *de dominio maris* librum in 4. 1615. exhibet, an forte cum hocce confuſum illis ante memoratis? Sane *mare clauſum* hoc *Seldeni* etiam *de dominio* maris inſcribitur, recuſum Ao. 1636. imo jam 1638. Londini in 8. ut eſt apud Hyde Tom. II. pag. 154. b. & exemplar in Bibliotheca urbis noſtræ Johannea, extans una cum M. Zuerii *Boxhornii* apologia pro navigationibus Hollandorum.

(956. a) *Tractatus de* MAJORATU *& prærogativa ſenioris Principis, in familiis Regiis, Electoralibus & illuſtribus.* Item *diſcurſus de Jure repræſentationis in promogenitura imperii Germanici*, in eadem cauſa ſcripti. Francofurti excudebat Nicolaus Hofmannus, ſumptibus Rulandiorum, Ao. M. DC. XIX. in 4. acceſſit impreſſus ad *Vota aulica ſuper illuſtriſſima Ducum* SAXONIÆ *controverſia, de Jure* PRÆCEDENTIÆ in dignitate & ſucceſſione, auctoribus illuſtribus ſacri Conſiſtorii Adſeſſoribus, Dn. Matthæo *Wackero* a Wackenfels, in Jungferdorff &c. & Dn. Johanne Rodolpho *Hegenmüllero*, &c. S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliariis aulicis ſine nomine auctoris expreſſa: qui tamen ante jam ibidem eadem forma prodierat hoc expreſſo titulo: *Melchioris* GOLDASTI *Haiminsfeldii*, Conſiliarii Saxonici Vinarienſis &c. *Senior*, ſive *de Majoratu Libri III in quibus prærogativa Senioris Principis in Familiis Regiis, Electoralibus, & illuſtribus, vere & perſpicue demonſtratur: mens ac ſententia Bullarum Cæſarearum, jurisq; Germanici Imperialis, præſertim aureæ Bullæ, dilucide explicatur: denique argumenta in contrarium allata ſolide, placide, amice præſcribuntur. Ex jure Divino, Canonico, Civili & Feudali, conſtitutionibus imperii, conſuetudinibus gentium Germanicarum, Scriptis item Hiſtoricis & Politicis, nec non variis variorum Archivorum monumentis: quæ omnia obiter examinantur, & diligenter enodantur.* Hiſce acceſſit *diſcurſus de Jure repræſentationis in primogenitura Imperii Germanici, repexus, emendatus, & auctior factus.* Cum gratia ac privilegio ad Vicennium. Francofordiæ, curantibus Rulandiis, Typis Joannis Bringeri. A. M. DC. XV. Ubi pag. 369. finitis libris de Majoratu, ſolis M.G.H. præfixis literis, addito titulo Conſiliarii Saxonici Vinarienſis, ſequitur *diſcurſus Exotericus de jure repræſentationis in primogenitura Imperii Germanici*. Editio altera auctior & emendatior Francofordiæ, Curantibus Rulandiis, Typis Joannis Bringeri. M.DC.XV. a p. 371. usq; ad p. 404. Editionem antiquiorem non vidi, neq; *Lipenius*, qui Bibl Juridicæ p. 311. b. diſcurſum hunc eodem anno; & p. 408. b. de Majoratu 1619. Tractatum exhibet, nomine utrobique *Goldaſti* expreſſo. Idem & *vota aulica* ſeorſim ſingula repræſentavit: num ita edita, an ſibi non viſa, ſed proprio auſu ſeparata, non dixerim.

---

(957) MANUDUCTIO *ad univerſum Jus Civile & Canonicum*; prodiit in 12. Francofurti & Lipſiæ, ſumtibus Weidmanni 1677. Hujus libri auctor eſt D MYLIUS, ceu mihi notum fe-„ cit B. Dn. Chriſtophorus *Pinckerus* J. U. D. Sena-„ tor Lipſienſis, & ſupremi Appellationum Judi-„ cii Dresdenſis Aſſeſſor. Verba ſunt *Symbolæ* ſub-„ miniſtratæ mihi alias inter, oppido notatu digniſſimas, ſuis deinceps locis non omittendas, amiciſſimus Civis meus, conſultiſſimusque JConſultus & alia multiplici eruditione atque virtute mihi chariſſimus, honoratiſſimus, Dn. Georgius *Schrötering*, J. U. L. At quis prænomine, vel aliis, eum inter alios diſtinguentibus circumſtantiis, non additur, niſi quod ipſe Dnus *Schrötering* mecum arbitratur, eo tempore Lipſiæ commoratum & informatione Juris Studioſum occupatum auctorem fuiſſe. Liber ipſe hoc pleno titulo mihi eſt lectus eodem commodandante: *Manuductio ad univerſum Jus civile & canonicum continens* I. B. Dn. Benedicti Carpzovii *Methodum de ſtudio Juris recte & feliciter inſtituendo.* II. Danielis Keyſers *Hiſtoriam Juris Civilis.* III.

Nucleum

…icleum inſtitutionum, *definitiones*, *diviſiones*, & *…ulorum connexiones præcipuas exhibentem.* IV. Ge…gii Bruckſulbergii *Memoriale Juridicum*, *quo ſe…s nexusq; Librorum Juris*, *inprimis Digeſtorum & …licis*, *una cum variis*, *quæ diſcentibus viam parare ſunt*, *oſtendantur.* V. Johannis Serpilii *compen…ſam Juris* Canonici & Civilis *delineationem.* VI. …eneralia utriusque Juris Axiomata: *omnibus Ju… Tyronibus utilis & neceſſaria. Francofurti* & Lipſiæ …ntibus Chriſtiani Weidmanni, literis Coleria…s, 1677. paginis conſtans 528. quarum primis …*Libellus* Carpzovianus ſub n. I. ſequentibus us…e ad 98. II. *Keyſeri Hiſtoria Juris.* III. *Nucleus …itutionum.* IV. *Memoriale Juridicum* usque ad …4. V. *Serpilius* usque ad 416. denique VI. …*iomata* usque ad finem pertingentia. Auctor …e ſine dubio eſt *Andreas* MYLIUS, Profeſſor …bl. Inſtitutionum, & Aſſeſſor facultatis Juri…cæ, Lipſiæ, Syndicusque perpetuus etiamnum, … audio ſuperſtes, & bene mereri de juventute …diosa Juris non deſinens.

(958) MEDULLA *Juſtinianea*, *tam theore…a quam practica* CIↃ IↃC LXVI. cui anno 1677. …ius titulus eſt ſubſtitutus, ſic habens: ERO…EMATA *Juris Civilis*, *ex inſtitutis*, *digeſtis*, *Codi… & Novellis*, *ab anonymo quodam Profeſſore Regiomon…no quondam collecta*, *& ad uſum ſtudioſæ juventutis …cademicæ accommodata*, denuo nunc edita cum …ræfatione Ahasveri *Fritſchii*, D. Com. Pal. Cæſar. …. & C. S. *Acceſſere caſus quidam practici cum deciſio…ibus.* Hamburgi apud Hæredes Zachariæ Her…elii & Matthæum Weyrauch in 4. Liber com…unicatus mihi ab eodem modo laudato Cive …neo & amico honoratiſſimo Dn. Georgio *Schrö…ering* J. U. Licentiato, cum ea ſymbola, qua …omen auctoris *Theodorus* WOLTERUS, ex Pro…eſſore primum Regiomontano, dein Camera…is Judicii Aſſeſſor indicaretur. A p. 1. ad 100. …aſus centum Juridicos reſolutos Germanicos …xhibet, inde Schema Inſtitutionum & digeſto…um aliquot tabellis in folio. Mox iterum con…extus a pag. 1. ad 336. Erotemata in Codicis Juſtinianei libros XII. a pag. 337. ad 461. Tra…ctatus de Obligationibus, membris VIII. a pag. 462. ad 564. Erotemata in Novellas: à pag. 565. ad 583. quæ ultima eſt. Epitome Novel…larum capitibus X. exhibetur.

(958. α CXXXI.) METHODUS NO…VA *diſcendæ docendæq; JURISPRUDENTIÆ*, *ex …rtis didacticæ Principiis*, *in parte Generali præmiſſis*, *…xperientiæq; luce*, auctore G. G L. L. Francof. 1668. in 12. Liber omnino legendus iis, qui Jurispru…dentiæ ſtudent incrementis procurandis, qualia multa promittit auctor, cujus conſiliis multum laudandis utinam δεύτεραι φροντίδες, & examen partim atque ſucceſſum largiretur DEus auctori, quem ſupra n. CXXI. deteximus, doctiſſimum *Gottfredum Guilielmum* LEIBNUTZIUM, (vel LEIBNITIUM, Lipſienſem, & nuperrime con…firmarunt etiam publice *Acta Eruditorum Lipſienſia* A. 1693. pag. 372. 373. idem nobiſcum votum (a) urgentia: occaſione *Codicis Gentium diploma…tici*, literis initialibus ſolis editi, ac ſuo loco memorati *n.* 937. Cujus præfatio ad Lectorem pag. 7. hujus, ab ſe adoleſcente conſcripti libelli feceratmentionem; qui conſtat paginis 194. omnibus lectu utiliſſimis, & ulteriori, ut diximus meditatione, ac exoptata elaboratione digniſſimis.

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. *Menſ. Auguſti A. M. DC. XCIII. pag. 372. & 373. Hæc pluribus ab illuſtri Auctore explicantur*, *quæ ipſe admodum juvenis jam attigerat nonnihil in* Methodo Juris *anno* 1666. *conſcripta*, *& paulo poſt edita*, *ac JOANNI PHILIPPO*, *Electori Moguntino*, *immortalis famæ Principi inſcripta*, *à quo mox autor inter* Conſiliarios *ſupremi judicii Reviſorii Aſſeſſores ex merito fuit allectus. Cæterum libellus ille magno tunc applauſu exceptus eſt; & hortatu* Chriſtiani Woldenbergii, *in Roſtochienſi Academia* Anteceſſoris *Celeberrimi*, Cl. Zinzerlingius, *JCtus ibidem doctiſſimus*, *novam ejus editionem moliebatur*, *confecto diligenter indice*, *additionibus etiam affectis*, *quæ immatura ejus morte fuere interceptæ. Hoc ideo memoravimus*, *ut libelli à multis laudati*, *dudumq; diſtracti*, *atq; in paucorum manibus nunc verſantis*, *memoriam renovaremus*, *quæ forte ad recenſionem ejus atq; amplificationem*, *è republica futuram*, *excitare eruditum aliquem JCtum poſſet; quando Autori tot aliis diſtracto von vacat: etſi ut ad rem eam perficiendam otium ei aliquando obtingat*, *una nobiſcum exoptaturi haud dubie ſunt omnes*, *quibus Viri dexteritas & exaſciatum judicium ſunt perſpecta.*

(958 αα) *Aſſertio Juris* MOGUNTINI *in Coronandis Regibus Romanorum.* Prodiit (1) ſi-„ ne nomine auctoris Moguntiæ 1655. & ſtatim,„ eodem anno cum nomine autoris, Francof. Sed,„ (2) auctior & emendatior Helmſt. 1656. & (3),„ ibid. 1664.

(958. β) *Iterata diſſertatio de jure coronan-*„ *di*, *pro Electore* MOGUNTINO *contra Colonienſes*,„ *vindicias* ἀνωνύμως Mogunt. 1656.

(958. γ) *Iteratarum vindiciarum juris coro-*„ *nandi pro Archidioeceſi* COLONIENSI *Examen*:„ ἀνωνύμως, Francof. 1656. & præfixo Auctoris,„ nomine emendatius, Helmſtad. 1664. Verba,„ ſunt Catalogi ſcriptor. *Hermanni* CONRINGII, qui vitæ, illius Epiſtolis præfixæ, ſubjectus eſt. num 5.6.7. in Hiſtoricis, Politicis & J. Publ. quem demum ſequitur n. 8.

(958. δ) *Caſtigatio libelli; cui titulus: Anti-Conringiana defenſio Juris* COLONIENSIS *in coronandis Romanorum Regibus.* ἀνων. Francof. 1656. & cum Auctoris nomine emendatior auctiorque, Helmſt. 1664.

(959. ε) MONARCHIÆ LIBERÆ JUS & *alia* JACOBI REGIS ANGLIÆ ut primo anonymως prodierint, poſtea ſub auctoris nomine recuſa, docet *Symbola Maſtrichtiana* his verbis:

(JACOBUS *Rex Angliæ.*)

Anonymus primo edidit jus liberæ Mo-„ narchiæ, Miſocapnum, *ſeu de abuſu tabaci*,„ &

„& conjurationem Sulphuream; *item* apo-„logiam *pro* juramento fidelitatis, *quæ poſt* „*ea, cum præfatione monitoria ad Reges &c. ſub* „*ipſius nomine edita, in operibus Regis, nunc* „*ſub ipſius nomine leguntur. vid.* Montacuti-„um, *editorem eorum, in præfat. tum in Sy-*„*nopſi.*

(958. ζ) APOLOGIÆ MONMOUTIANÆ auctorem detegit alia ejusdem *Symbola*, hoc modo:

(*Robertus* FERGUSON.)

Capellanus Comitis de Schafsburi *in An-*„*glia, ut ex rumore & ex novellis audivi, eſt au-*„*ctor* APOLOGIÆ *aut declarationis, quam emi-*„*ſit Dux* de MONMOUTH *cum bellum move-*„*ret Regi Angliæ* JACOBO. II. *Item dicitur* „*compoſuiſſe inquiſitionem, &* detectionem „*horribilis* Homicidii Comitis de Eſſex, *qui* „*liber* Anglice, Belgice & Gallice *editus, &* „*poſtea in Hollandia ſub pœna 200. Imperialium* „*prohibitus eſt.*

---

(959) *Legum* MOSAICARUM & Romanarum *collatio, ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Gaji, Modeſtini aliorumq; Juris auctorum libris ante tempora Juſtiniani Imperatoris deſumpta* extat ex Petri Pithœi J. C. Bibliotheca, cujus etiam notæ emendatiores adjectæ ſunt, & alia quædam ibi nominata, in Bibliotheca noſtræ urbis publica Joannea, Baſileæ in 4. per Thomam Guarinum Ao. M. D. LXXIIII. paginis 70. textum; notas vero usque ad 120. exhibens: reliqua adjuncta ſeorſim paginis 250.

De illa clariſſimus *Normannus* in ſymbolis hæc ſuppeditat: Forte LICINII *Ruffini* v. *Seldeni* uxor Ebraica l. XVI. p.48. ex *Marquardi* Freheri Origin. Pal. IV. VIII. quæ loca inquirat, cui vacat, modo ſciat, in prioribus illis Originibus Palatinis in 4. Heidelbergæ 1599. editis nihil huc faciens, neque locum citatum quærendum. Extant autem & pars II. in 4. 1619. & in fol. 1613. edita. Quæ ut & *Seldeni* liber, cum nunc non ſit ad manum, ex laudato jam toties manuali *Gothofrediano* p. 57. 58. hæc damus (a) nec non ex *Pithœi* notarum principio excerpta (b) ut & ex *Freheri* παρέργων Lib. I. cap. IX. præmiſſa (c) ſuis ad hoc ſcriptum criticis obſervationibus. *Licinio* huic etiam tribui hanc Collationem, in nupera editione *Fragmentorum Veterum Juris Conſultorum* à *Simone Lewio* curata Leidæ 1671. in 8. & commendata *Leickhero* ad vitas JCtorum commentanti pag. 162. docet ſymbola *Molleriana* Flensburgo transmiſſa. Nempe illius, cujus extant *Cenſura forenſis theoretico practica*, & de *Origine & Proceſſu J. Civilis* cum notis *Vinnii* Lugd. Bat. 1670. in 8. & 1668 & *Obſervationes* ad *Weitſii* Tract. de *Avaria* Amſtel. 1672. citatæ *Lipenio* p. 3. b. ubi a LEUWEN appellatur. Adde quæ habet de hac Collatione quoq; *Leickherus* not. (uu) ad vitam Ant. Auguſtini p. 162. 163. ubi, ex *Broëo* ſeculi *ſexti Mona-*

chus auctor perhibetur. (d) Vide & pauca e[x] initio præfationis Poſtillæ Theologico-Juridic[æ] Politicæ *Waltheri* ſub lit. (e) excerpta, & *Imbona[ti]* Biblioth. Latin. Hebraic. p. 151. 200. ubi ſu[b] nomine *Licinii Ruffini* eum repræſentat, quem ante p. 138. nomine *Juliani* præſentaverat, d[e]centibus excerptis Dn. M. Fabricii mihi ex e[...] datis.

(a) Jacobi Gothofredi Manuale Juri[s] in Bibliotheca Juris Civilis, cap. 11. §. 10. pag. 57. & 58.

Collatio legum Moſaicarum & Romanarum (ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Gaj[i,] Modeſtini, aliorum veterum Juris Auctorum libris, item ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano deſumpta, & in tit. XVI diſtributa) Tilio *jam antea viſa, à P.* Pithœo *Juris Conſulto ex Mandubiorum Bibliotheca edita, & Not[is] luculentis illuſtrata* A. D. *1572. Lutetiæ, in 4. ad nos per*[-]*venit. Quem librum eodem anno 1572. L.* Charon[-]das *manuſcriptum ſe habere ex Bibliotheca Dionyſiana profeſſus eſt* in dedicatione Corporis ſui ad Augu[-]ſtum Senatum Pariſienſem. *Hujus collationis ſe*[-]*pariationis Auctor* Licinius Rufinus *à* Tilio *primum mox & a* Cujacio *dicitur; verum ex conjectura, an e[x] veteris libri fide, haud ſatis compertum. Sane non pot[...] eſt eſſe* Licinius Rufinus *ille, qui Pauli coætaneus fuit. Veriſſimum enim eſt, hanc* Collationem *editam poſt Codi[-]cem Theodoſianum, ſeu poſt A. D. 438. quandoquiden ex eo Codice quandam conſtitutionem laudat* de Impu[-]dicis, *& quidem (quod obſervandum) pleniorem quam eo* Codice, *quem hodie habemus, extat, ac pro[-]inde ex integro non decurtato Codice Theodoſiano. E[x] præfatione ſane tituli VI. & VII. colligere licet, profeſſion[em] Juris Conſultum non fuiſſe. Tandem de hoc auctore vide quæ Pithœus* initio Notarum, *quæ Marqu. Fre[-]herus* ſingulari capite I. Parerg. 9. *Utilitas huju[s] libri triplex, (1) quod perſpicue repræſentat, quid* Tri[-]bonianus, *quid quantum Collegæ in excerpendis vete[-]rum Juris-Conſultorum ſcriptis ſibi indulſerint. (2) Quod quamplurima priſci juris fragmenta, tum ex vete[-]ribus Juris-Conſultis, tum ex tribus Conſtitutionum Codd. contineat, quæ alibi nuſpiam vel non ita plene, oc[-]currunt. Tandem oſtendit, quomodo in titulos veterum Juris Conſultorum libri diviſi fuerint: ſpectandus eam i[n] rem cumprimis Tit. XV.*

(b) Petri Pithœi notæ in Moſaicarum & Romanarum Legum collationem, pag. 71. *Nunc de collectore hujus libelli, cujus nomen titulumque exemplar ipſum, prioribus duabus paginis purum, non prætulit: hoc tantum dicere poſſumus, videri eum Theo[-]doſii junioris temporibus vixiſſe & poſt conſulatum qui[-]dem ipſius XV. quo demum Codex editus legitur, ex quo hic conſtitutionem retulit unam, non omiſſurus, ut veri[-]ſimile eſt, de homicidio non voluntario Valentiniani ſingu[-]larem legem, ſi tum quoque edita, aut in certum Novel[-]larum corpus redacta fuiſſet. Sed de re incerta nihil te[-]mere affirmare velim. Illud potius mirer, cur hic idem illam de impudicis legem non ex Præfecturæ Urbanæ ſcri[-]niis, ſed ex Theodoſiano Codice pleniorem recitat, quam hodie in corpore ipſo extet, quod hac quidem parte pro in[-]tegro ejusdem Tilii beneficio hactenus habuimus.*

(c)

(c) Marquardi Freheri JC. παρέργων ſeu Novarum Obſervationum. Lib. I. cap. X. p.23. & ſeq.

Collationem legum Moſaicarum & Romanarum uas tenebris eripuit & in lucem protulit vir eruditiſſimus; nemorat Jon. Tilium *ſibi aliquando narrare, habuiſſe e ejus operis fragmenta pauca, quibus* Licinii Ruffini *nomen tribuere ſolitum. Unde factum fuit, poſtquam liber inventus & publicatus eſt, ut ſummus hac tempeſta-e Juris-Conſultus & vere noſtri ſeculi Caput, quoties ejus ibri ope aliquem Juris Civilis locum illuſtraret, (ut fecit n multis) non alio quam* Licinii Ruffini *nomine eum allegaret, quem Licinium ille lib. VII. obſervat II. Chriſtianum fuiſſe ſcribit.* Non *abs re quis dubitaverit, an lli Licinio, non poſtremo ſui temporis juris conſulto attribui poſſit iſta collectio nulla arte, delectu (ut ipſa clamat) nullo conſarcinata, deniq; ne quidem ullius literatioris nedum jurisconſulti acumen ulla parte præferens. Certè ſi uis propius aſpiciat, ipſe liber dubium facit, an ejus autor vel jurisconſultus vel Chriſtianus fuerit. Nam titulo VII. dum jurisconſultos ita alloquitur:* Scitote jurisconſulti, quia Moſes prius hoc ſtatuit, *apertè rodere videtur, ſe ex eorum numero non fuiſſe. Præſertim cum non tantum* Gregorianum & Hermogenianum, *verum etiam* Theodoſianum *codicem alleet; eum quidem Theodoſianis temporibus neq; Licinius Ruffinus, neq; ullus alius eorum jurisconſultorum, qui in Pandectis, in rebus humanis amplius eſſet. Et Tit. XV. le maleſ. & Manich. dum edictum Diocletiani & Maxiiani ponit ex Codice Gregoriano, quo edicto Chriſtiana Religio ſub odio Manichæi nominis; non obſcurè perſtrinitur: liquidiſſime apparet, aut* Chriſtianum *illum non uiſſe, qui cum laborare ſectam ſuam videret invidia, uod diſciplina jureq; à Romanis diverſo uti noſceretur, ut* Cornelius Tacitus *alicubi ait, Moſaicas leges, quibus udæi utuntur,* cæterorum imperiorum legibus lanè eſſe contrarias, ita ut profana ſint Iſraelitis, quæ cæteris gentibus ſacra; *ut* Juvenalis *atyra* XIV.

Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Judaicum ediſcant & ſervant, ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moyſes.

moliri eam invidiam ſtudens demonſtraverit, non usque adeo multum legibus Judaicis & Romanis disconvenire, tq; adeo ex patriis ſuis legibus ſibique veluti per manus à arentibus traditis, fluxiſſe Romanas. Ego quidem lane exiſtimo, monachi alicujus ante Juſtiniani empora *eum laborem eſſe: qui in Bibliothecis viderim Græcis etiam hominibus ſimiles illi compilationes, legum livinarum cum Cæſareis Collationes, easq; non unius geeris, per eclogam factas. Quisquis fecerit, multa erte ei debemus priſci juris fragmenta, lubensq; ipſe in o expoliendo aliquid opellæ poſuero, & ſi magnam ea in e utilemq; operam ipſe eruditiſſimus vir* P. Pithœus *naarit, ac nihil fere reliqui fecerit.*

(d) Frid. Jac. Leickheri. pag. 162. 163. n Vitis Clariſſimor. JCtor. quæ extant in Vita Ant. Auguſtini: *Collatio legum Moſaicarum & Romanarum, à* Petro Pithœo, *ſummo librorum antiquorum & veritatis puriorisq; doctrinæ inveſtigatore, n lucem primum ex antiquiſſima* Sequanorum *aut* Manudubiorum *potius Bibliotheca, in qua per annos octingentos & amplius latuerat, producta, teſte* Cujacio 13. O. 10. *editaq; Lutetiæ ejusdem notis Luculentis A.* 1572. *Autorem ejus* Licinium Ruffinum *JC. eſſe credidit* Tilius, Cujacius & Bertrandus; *ſed rectè a* Pithœo *judicatur tanti hanc collectionem non eſſe, quæ aut* Licinii, *aut JCti alicujus paulo clarioris ingenium & acumen deſideraret;* & Gothofredus *in Bibl. jur. c. 2. n. 10. profeſſione JCtum non fuiſſe colligit, ex præf. lit. 7. Vixiſſe autem hic compilator, quicunq; tandem ſit, Chriſtianus certe, prout ex ſuſcepti argumenti ratione conſtat, videtur* Pithœo, *Theodoſii junioris temporibus, poſt conſulatum quidem ipſius XV. (ſ. XVI.) quo Codex Theodoſianus, ex quo conſtitutionem unam retulit, editus legitur, habetq; hac in parte conſentientem* Broëum, *in Hiſtor. Jur* Chronol. & *Gothofr. d. c. 2. qui tamen in Prolegom. Cod. Theodoſ. cap. 3. mutata ſententia, ſexti ſeculi ſcriptorem &* Caſſiodori *coævum, ex ſtyli puritate, putat:* Parerg. *Monacho cuidam ante Juſtiniani tempora hoc ſcriptum tribuente, quod etiam* Frehero I. *9. jam placuiſſe videtur. De utilitate hujus libelli triplici, utroq; loco apud doctiſſ.* Gothofr. *plura leguntur, ubi ſimul eo animo compilatorem iſtum ſcripſiſſe exiſtimat, ut a Romana jurisprudentia, veterumq; JConſultor. ſcriptis, Imperatorumq; Conſtitutionibus, homines ad ſacram ſcripturam ceu fontem juris traduceret: & forte etiam ut JCtorum faſtum reprimeret.*

(e) Georg. Chriſtoph. Waltherus in Procœmio Poſtillæ Theologo-Juridico-Politico-Philologicæ p.3.

In ſpecie tentarunt collationem Juris Moſaici & Romani Petrus Pithœus *(aut potius alius verus ſcriptor ſc.* Licinius Ruffinus, *ut putat.* Freher. *l. 1. parerg. Jur. c. 9. & eum ita allegat Dn.* Rittershuſ. *Comment. ad L. 12. Tabb. p. 86. 213. circa Ann. Chriſti 1582. Pariſiis à Petro* Pithœo *editus, deinde renovatus ab Henrico* Stephani, *teſte* Rittershuſio *ad l. 23. ff. d. R. J. in pr.*)

(960) MUTINENSIS *Preſcriptionis* ab Imperatore Ferdinando III. 1657. ob illata per Ducem hunc Mediolanenſi Ducatui arma factæ, *Juſtitiæ:* peculiari libello anonymo aſſerta, cujus auctor fuerit *Wilhelmus* LYSERUS, quondam Academiæ Wittebergenſis P. P. edoceor ex notis Mſtis Dn. *Franckenſteinii*, P. P. Lipſienſis ad *Bœcleri* notitiam imperii l. 2. c. 2. p. 27. n. 7. transmiſſis mihi nuperrimi per Auditorem annis aliquot meum longe chariſſimum nunc J. U. Candidatum digniſſimum, Lipſiæ ſtudiis vacantem: quem opto in patriæ noſtræ communis ornamentum, & decus egregie ſibi acquiſitam doctrinam augere & olim convertere ſucceſſu eo quem ipſi cum bonis omnibus, quibus innotuit, ex animo illi precamur. Adde n. 1159. 4.

(961. *C. B ab Ooſterga epiſtola, qua demon-* „ *ſtratur in* MUTUO *alienationem fieri* &c. Ultra- „ jecti 1645. in 8. *Cypriani* REGNERI.

(962) *S. D. B. Disquiſitio de* MUTUO Lugd. Bat. 1645. 8.

(963) *Confutatio diatribæ de* MUTUO *Joh.* „ *Jacobi Wiſſembachii, cum elencho — — de Mu-* „

tuo

„tuo Joh. Ottonis *Tabor.* ibid. eodem anno. „*Claudii* SALMASII eſſe cum cætera clamant, „tum adjuncta epiſtola, Car. Hannibalis *Fabroti*, „cum reſponſione Cl. *Salmaſii* ad Ægid. *Menagi-* „*um.* Hactenus *Symbolæ Normannianæ* verbotenus. Fateor autem ac lubens mei fuiſſe hic officii, totam horum in ſimpulo fluctuum, a celeberrimo *Salmaſio* motorum, hiſtoriam, diſerte recenſere. Sed ut hujus hic negligentiæ; ſic multiplicis alterius veniam benignam a benevoli lectoris indulgentia & æquitate orabo, & ut ſpero imo confido (ita ſc. huic Operi B. Dnus *Placcius* præfari voluit,) plane etiam exorabo. Qui ſi ſciret, quanta cum temporis, & virium, atque valetudinis penuria, hæc à me contexerentur: non cum venia modo, ſed & commiſeratione largiſſima, & precibus pro me ad DEum fuſis hæcce qualiacunque boni imo optimi conſuleret. Addo itaque, ſola, quæ in promptu nunc habeo ad explendum hocce promptuarium, iſta pauca. Nempe confidens ſibi nimis æque hic in Juridicis, ac *ſupra n.* CXXIV. pro *defenſione Regia* ſcribenda, in Politicis, parum tamen aut nihil unquam à ſe, certe non uti Criticis & Philologicis, ex profeſſo addiſci nunquam ceptis Illuſtris auctor *c.* 8. editi libri ſui de *Uſuris* in 8. Lugd. Batavorum anno 1638. ac deinde latius etiam edita diatriba de *Mutuo non eſſe alienationem* docuerat, ibid. in 8vo. 1640. Ei reclamaverunt illico ut abſurdæ novitati, ac prima Juris Civilis in hoc argumento principia evertenti, JCti ſummi, ſpeciatim & primus quidem omnium anno 1640. in 8. celeberrimus aliis ſcriptis, & maxime cenſura ſua Belgica in Inſtitutiones, in 8. in ff. C. Novellasque & Jus Canonicum pluribus tomis in 4. Profeſſor Ultrajectinus primarius, *Cyprianus Regnerus Ooſterga*; oppoſita Epiſtola n. 1. Normanno memorata, cui irreverenter admodum, detorto ipſius in convitium nomine, reſpondet perſonatus *Alexius à Maſſalia* i. e. *Claudius Salmaſius*, ut habet *Hyde* pag. 438. a. *diatriba de mutuo; non eſſe alienationem contra* CYPRIANUM. Lugd. Batav. 8. V. infra in Pſeudonymis ad nomen *Alexii.* Idem etiam ab amicis, ea propter ut maledicus nimis plus ſemel notatus, uti conſtat ex *Colomeſii* Gallia Orientali pag. 210. &c. Scripſerunt alii quinque contra eundem Salmaſium, quos non omnes tamen enumerat, *Lipenius* Bibl. Juridicæ p. 339 340. Omittens inter alios etiam *Lucium Verum*, & *Alexium à Maſſalia*, quorum illum nos Wilhelmum *Göeſium* eſſe, in Pſeudonymis ſuo loco, hunc vero *Salmaſium* docebimus: Goëſii tamen *Lipenius* nomine diſerte expreſſo, refert Lugd. Batav. 8. 1648. editum de Mutui alienatione ſcriptum, & animadverſiones in Speciminis Salmaſiani cap. 1, & 2. Hagæ 8. 1657. Omittit etiam editionem primam, ſola poſteriori 1660. in 12. recuſa memorata *Wiſſenbahianæ* ſupra indicata *diatribæ*, ut & celeberrimi Jo. Ottonis *Taboris* de hoc problemata Scripta, de quibus v. Acta Erudit. Lipſ. 1688. pag. 293. & alia nunc non inquirenda. Extat autem editio prima Wiſſembachianæ diatribæ de Mutuo, eſſe alienationem, Franeckeræ in 12 1642. recuſa dein editione auctiore ibidem (re vera, non ut male ſæpe ſolet inſcriptione ſola Lectorem fallente) quadriennio poſt 1660. paginis in neutra editione numeratis, ſed foliis 27. editioni poſteriori Vindiciæ. Ao. 1645. jam ſcriptæ paginis 248. quarum prima ſtatim, tota' lis pene ad logomachiam reducitur: an Mutuum pro *contractu* vel *re alienata* ſit capiendum? Hoc ſenſu, alienationem in *eo*, non *illo* eſſe. Ita bella tam graphice deſcripta Maronianas inter apes *pulveris exigui jactu ſedata quieſcunt.* Itaque præſentem illam ſuam diſputationem ipſe auctor joculariam potius quam ſeriam appellat, & deſertam cauſſam à *Salmaſio* interim diſerte docet. Qui tamen ſuam disquiſitionem anonymorum, loco ſecundo a clariſſimo *Normanno* memoratam, illi oppoſuit, quæ probat in mutuo non eſſe alienationem.

(964) SCIAGRAPHIA JURIS NATURÆ, ſub inſcriptione *ſummi & celeberrimi Viri cujusdam nunc primum in lucem edita*, in 8. Jenæ. Stanno Wertheriano. A. M. DC. LXXIX. extat, paginis 96. ubique lectu digniſſima. Illam ego Profeſſoris ejus Academiæ celeberrimi Valentini *Velthemii* aliquando ſum ſuſpicatus, ſed ita ut in *adjuncto Acceſſionibus meis Juris Naturalis conſilio* de ſtudio Philoſophiæ Practicæ §. 2. Sect. VIII. pag. 41. illud in publicum profiteri non auderem. Cujus ſane ſilentii me non potuit pœnitere: quando ex accepta deinde ex Suecia Laurentii *Stigzelii* junioris habita, ſub eruditione ſua rariſſima ſcriptisque doctiſſimis celeberrimo JurisNaturalis & Gentium Profeſſore Regio extraordinario, nec non eloquentiæ ac Politices, Skytiniano *Johanne* SCHEFFERO Præſide, *diſputatione publica de Jure Naturæ ejusq; fundamento* Upſaliæ 1676. in 8. pag. 92. cognovi ipſum Dn. Præſidem hujus opellæ auctorem allegari, adductis etiam expreſſis verbis ejusdem pluribus, cum laude vera, & viro tanto digna, etiam absque hac diſſertatione ſi foret.

(965) NAVIGATIO LIBERA ſeu *de jure quod Pacatis belligerantium circa commercia competit* Diſſertatio, *qua Jus Commerciorum Arctois Regni cum Gallis ut amica Gente liberum, flagrante inter hos Anglos & Batavos bello, ex jure Gentium aſſeritur ac defenditur.* Auctore J. G. Lipſiæ & Roſtochii ex officina Jacobi Richelii, Anno cIↃ IↃc XCIII in 12. foliis ſex cum dimidio, capitibus XI. curioſa varia pertractans libellus. *Johannis* GROENINGII quod eſſet, ex ore conſultiſſimi Dn. *Kochii* æque ac ibidem procuratoris J. U. Doctoris fratris Germani modo nominati Autoris retulit laudatus jam ante aliquoties Civis & Amicus meus honoratiſſimus Dn. Licent. Georgius *Schröte-ring.* Publice vero idem notum fecit editio iterata, nomine præfixo Auctoris Joannis GROENINGII, S. R. M. S. Referendarii, libelli eodem titulo ita continuato: *Acceſſit illuſtris Dn. Pufendorfii ad Autorem de hac materia Epiſtola ut & Apologia contra Ampl. Senatum Roſtochienſem, & alios.* Roſtochii, ex Officina Jacobi Richelii Anno cIↃ IↃc XCIV. Quæ Apologia unici folii in eo eſt præcipue, ut excuſet imputatos auctori aliquas in Magnates injurioſas expreſſiones, ob quas exem-

exemplaria libri fuerant â diſtractione prohibita. In calce additur index librorum auctoris trium editorum, & plurium adhuc edendorum.

(966) *Diſſertatiuncula de regni* NEAPOLITANI *Jure, pro Tremollio Duce, ab ejus Legato, Principum plenipotentiariis Monaſterii & Oſnabrugis congregatis oblata; Davidis* BLONDELLI eſſe, in epiſtola ejusdem ad *Chriſtophorum Arnoldum* de Teſtimoniis Flavianis ſ. Flavii Joſephi Periocham de Chriſto examinantibus, docetur, quæ XVII. nobis exhibetur ex XXX. junctim editis Noribergæ 1661. in 12. Symbola eſt *Normanniana.*

(967) NOTARIATUS *artem*, ſibi viſam in 4. & folio cum aliis impreſſam, inter anonyma refert Jo. *Deckherrus* Epiſt. 7. Jan. 1690. Francofurto mihi ſcripta: cujus non meminit *Lipenius* Bibliothecæ Juridicæ pag. 347. alios anonymos in minima forma hoc titulo libros duos recenſens.

(968) NOVELLARUM *Latina Verſio cujus?* Vide nihil quidem de auctore, at bene de illius ætate proxima Juſtiniano, docentem Kilonii habitam ab Erico *Mauritio* Diſputationem de libris Juris communis th. 16. *Lipenius* Bibl. Juridicæ pag. 1349. quæ per errorem typographi 339. facta eſt, ſic habet: *Vetus Interpres (tempore Irnerii florens ut* Antonius Auguſtinus *vult) fortaſſis Bergontio-Piſanus.* Ubi errore an etiam typographi vel alterius corrigendo BERGUNTIUS legi debet: veluti diſco ex Dni *de Maſtricht* laudata ſæpius *Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici* pag. 11. citato loco Novellæ Græcæ adjiciciendæ verſioni, præfatur in tranſitu (a) At alium plane BULGARUM alii ſubſtituunt ſub Friderico Barbaroſſa, uti docet (b) Jacobus *Gothofredus* pag. 69 qui *tres* ſolas *Novellarum verſiones* Latinas à *Contio* invicem comparatas recenſet. Non ſane neſcius *quartæ* verſionis, cui titulus: *Imp. Juſtiniani Novellæ conſtitutiones, per* Julianum *Anteceſſorem Conſtantinopolit. de Græco translatæ, nunc primum reſtitutæ, emendatæ, & auctæ: quibus adjectæ ſunt ejusdem Juſtiniani & Juſtini Impp. conſtitutiones aliquot nunquam antea editæ ex Bibliotheca* Petri Pithœi J. C. *Acceſſere præterea paratitla, ſive ſcholia & verborum quorundam* Juliani *interpretatio, auctore* Antonio Auguſtino, *Epiſcopo Ilerdenſi.* Ut de cæteris taceam, quæ verſa pagina indicabit. Baſileæ ex officina Petri Pernæ CIↃ IↃ LXXVI. in folio paginis 332. iterum etiam poſt Ludovicum *Miræum* publicatæ ex *MStis partim anonymis* etiam, uti præfatio Miræi in Pithœana editione recuſa refert. An vero hæc Epitome potius, quam verſio viſa? de qua putamus operæ pretium eſſe dare quædam ex præfatione *Pithœi* excerpta (c) ob voluminis raritatem æque ac contentorum ejusdem præfationis: Unde judicium de re tota ſit integrum B. Lectori: v. & quæ habet *Leickherus* not. (xx) ad vitam Ant. *Auguſtini* & *Maſtrichtiana* Symbola (d) exhibita ſerius.

(a) Gerh. von Maſtricht Hiſtor. Juris Eccleſiaſtici & Pontificii, p. 11. *Quæ ita vulgò verſa leguntur, ſive à* Berguntio Piſano, *ut vult* Ant. Auguſt. *ſive ab alio; dubitat enim* Contius *in Dedicatione Novellarum ad* Jacobum Cambræum.

(b) Jacobi Gothofredi Manuale juris in Biblioth. cap. IV. §. XI. pag. 69. & ſeq. Latinæ *Interpretationes Novellarum tres extant: Vetus, cujus auctorem ſunt qui* Bulgarum *vel* Bulgari *ſupparem ſub Frid. Barbaroſſa*, Cujacius *vero S. obſ. vit. Græcum fuiſſe cenſet, qui non multo poſt editionem Novellarum rogatus Occidenti Latinam interpretationem donaverit.* Balduinus *Mauritio Imp. & Gregorio M. ſupparem conjicit. Eruditionem ut aliquam interpretis videre licet, majorem ſanè quam vulgo creditur; (ut rectè probavit idem* Cujacius) *ita veriſſimum, impolitiarum & ſtribliginis plenum eſſe, utpote ubi neq; verborum conſtructio ſæpe cohæret, neq; rerum ſenſus percipi poteſt. Quid quod in hac verſione multæ Novellæ deſunt, quas ex Græcis libris ſuppleverunt* Haloander *&* Scrimgerus. *Itaq; ſecuta* Gregorii Haloandri *Interpretatio, quæ Norimbergæ primum prodiit Ao. D. 1531. Deinde alibi recuſa, ut Antverpiæ in 4. (quam & poſtea* Ludovicus Ruſſardus *ex Duareni emendatione recognitam edidit A. D. 1567. Tandem ſucceſſit omnium abſolutiſſima Interpretatio* Henrici Agylæi *ad Græcum Scrimgeri exemplar Baſileæ per Juan Heruagium A. D. 1561. in 4. Et veterem tamen Interpretationem retinere maluit adhuc* Contius: *unà cum vetere Haloandrinam Heruagius* A. D. *1541. & quidem ex oppoſito Baſileenſis in fol. A. D. 1570. &* Charondas *A. D. 1575. in fol. junxit. Illud obſervandum, aliquot Novellas addidiſſe* Contium, *quas in decimam collationem conjecit, (cum antea novem tantum eſſent) quas & olim* Jacobus de Belviſo *collegiſſe dicitur, & ſuo codici adjeciſſe; hoc titulo* Extravagantium. *Formas Præfectorum tres ſeu tria ἐπαρχικὰ contulit* Cujacius. *Adeundus de his omnibus Index à* Contio *concinnatus, quo collationem* Editionum *inſtituit.*

(c) Ludovicus Miræus in Præfat. ad Lectorem, Translationi Novellarum Juliani præfixa:

Hoc tamen exemplar (Æm. Ranconeti) *etſi cætera integritate & Scripturæ vetuſtate (erant enim in eo dictiones uno eoq; ſinuoſo calami ductu, Gothicisque characteribus exaratæ, cujusmodi in tileaceis chartis apud Dn.* Stephanum Carpinum, *eccleſiæ Lugdunenſis ſymmiſten, venerandæq; antiquitatis ſtudioſiſſimum, vidi) & ordinis concinnitate ſuperare videretur: reſederant tamen in eo librariorum culpa aliquot nævi citra collationem aliquorum veterum exemplarium, aut alicujus docti viri acerrimum judicium inſanabiles. Quos cum* Jacobo Cujacio, *antiquitatis feliciſſimo reſtauratori indicaſſem, is lubenter mihi pro ſua ſingulari, quam in me gerit, benevolentia, multos reſtituit. Quin & duo vetuſta* Juliani *exemplaria manu ſcripta ſumma cum alacritate exhibuit: nec ſatis illi fuit ſua commodaſſe, ni etiam apud* Ludovicum Ruſſardum *virum, ut audio, reſtituendis bonis auctoribus impenſe deditum, aliud antiquum impetrandi gratia pararium ſe mihi præſtitiſſet. Ex quorum omnium collatione primum quæ deerant in*

illo Ranconeti *vetuſto, ſupplevi &c.* — — — — — — *Jam vero quis fuerit hic* Julianus, *& quo tempore vixerit, haud compertum habeo, niſi quod ante-ceſſorem eum Conſtantinopoleos fuiſſe indicat titulus alterius Exemplaris Cujacii: quæ dignitas erat juris ac Legum profeſſio, ut conjectari licet ex conſtitutione præfixa Digeſtis, quæ incipit:* Omnem, *ſtatim in initio. Exemplaria vero* Ranconeti *&* Ruſſardi ἀντίγραφα *prorſus erant, neq; ullam auctoris nomenclaturam præ ſe ferebant. Atque haud ſcio, an epigrammata quæ in Anthologia epigrammatum libro ſecundo* Ἰουλιανοῦ ἀντικήνσορος *nomine referuntur, hujus Juliani ſint: quorum primum in quendam pumilionem ſic habet:*

ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστει, μή σε κολάψῃ,
αἵματι πυγμαίων ἡδομένη γέρανος.

& duo ſequentia in quendam fœdum & deformem ſic:

ὄψιν ἔχεις στρουθῷ πανομοίιον. ἦ ῥά σε Κίρκη
ἐς πτηνὴν μετέθηκε φύσιν, κυκεῶνα πιόντα.
ἐξ αὐτοῦ.
ἀμητὸς πολὺς ἐστὶ τεὴν μετὰ δάσκιον ὄψιν,
τῷ σε χρὴ δρεπάνοισι, καὶ οὐ ψαλίδεσσι καρῆναι.

Alciatus *eum* Patricium *&* Exconſulem *fuiſſe ſcribit. Verum ex catalogis Conſulum, qui hodie circumferuntur, quoniam ad ejus usq; conſulatum non extenduntur, exactè, qua ætate vixerit, cognoſci non poteſt, niſi quod ſumma mihi conjectura eſt, eum circa tempora ſaltem* Juſtini *Junioris,* Tiberii *&* Mauricii *floruiſſe. Quantum vero ad harum Novellarum translationem attinet, palam eſt, eum* νεαρὰς *Græcas non integras, ſed amputatis longiſſimis præfationibus & hyperbatis, quæ in illis ſunt,* κατ' ἐπιτομὴν *vertiſſe, atq; ita latinis hominibus communicaviſſe, ſtylo magis, ut illis temporibus ſimplici & fideli quam elaborato. Cæterum multa* ἐκφραστικῶς, *quædam* μεταφραστικῶς, *ſed & plura* κατὰ πόδας, *& quæ merum reſipiant Helleniſmum, exprimit.*

(d) *Symbola Maſtrichtiana.*

BERGUNTIO.

Huic aliqui adſcribunt VERSIONEM NOVELLARUM *conſtitutionum quæ in Corpore apparet; Dubitat tamen* Contius *in Dedicatione novellarum, ad Jacobum* Cambræum, *edit. Corporis in minor, forma ſeu 12. præmiſſa.* Pancirollus *vero de claris legum interpretib. lib. 2. cap. 15. in vita Bulgari, pag. 127. huic* Burguntioni *adſcribit interpretationem Græcarum in Corpore Juris, quod falſo Gloſſa. in l. penult. ff. de manum. teſtam. & in l. ult. ff. fin. reg.* Bulgaro *adſcribit, falſa lectione Bulgari pro Berguntione. Locus adſcribendus eſſet, niſi prolixior eſſet.*

---

(969) NUCLEUS RESPONSIONUM, *cujusdam in Imperiali Camera quondam Advocati, arduarum ſui temporis cauſarum conſultiſſimi, exhibens Praxeos Candidatis modum reſpondendi conſulentibus de meritis cauſarum juxta fundamenta Juris, conſtitutiones imperii, præjudicia & judicata ſimilia, ſuccincta brevitate, mercenaria aviditate ſemota, præmiſſis cuique reſponſioni argumentis & ſummariis.* Acceſſit *modus inſtruendi Proceſſum Auſtregarum, ſive formulæ perſonis judicium conſtituentibus Actori Reo & Judici deſervientes.* Spiræ, ſumtibus Chriſtophori Olffen, A. M. DC. LXXVIII. in 4. conſtans præter præfationem duorum, & indicem alphabeticum ſex foliorum, paginis 288. inſcriptis: *modus reſpondendi conſulentibus de meritis cauſarum:* exhibentibus reſponſa varia, ſententias, & relationes, breves partim & longas, cum ſuperaddito modo inſtruendi proceſſum Auſtregarum paginis 27. Ejus opellæ fuit auctor Dr. *Joachimus* WILLER, ex Aſſeſſore Cameræ Advocatus, ut mihi detexere literæ Dr. Joan. Ulrici *Zeller*, ibidem Procuratoris & Advocati, 1668. in Novembri perſcriptæ. Poſtea idem publicavit, addita valde ignominioſa Cenſura, Jo. *Deckherrus* (a) de adeſpotis pag. 218. 219. Ubi citato loco, ad O. C. de jure Aſſeſſoris reſignantis ad officium Advocati in Camera impetrandum, non de huc pertinentibus agi ſciat B. L. Idem Dr. *Deckherrus* jam antea in literis ad me Spira IX. Cal. Decembr. 1678. perſcripſerat de *Willero* poſtea publicata, his etiam privatim additis: temere omnia ibi conſarcinata, pleraque male Latine reddita, & contra Juris formam: Relatio Aſſeſſoria in fine adjecta eſt Dni. BROCQUART, ante quadriennium defuncti: Pompoſi tituli, & in Advocatis caſtigandis ſe non capientis *præfationis* autor eſt Advocatus Fiſci Dr. MERTLOCH.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 218. & 219. *Et quia in Camerales Scriptores ſermo incidit, non tranſeundus* Nucleus Reſponſionum *cujusdam Imp. Cam. Advocati Anno 1678. Spiræ editus: cujus reſponſiones Epiſtolares extractæ ſunt ex Miſſivali, ut vocant, quondam* Joachimi Willeri, *poſt reſignatum Adſeſſoratum Advocati (vid. noſtra ad Ord. Cam. pag. 205.) Altera ex adjectis Relationibus eſt defuncti Aſſeſſoris Burgundi,* Magnerici Brocquard. *Formulæ proceſſus Auſtregarum, ex Muſæo Advocati, ut omnia, temere, & ſine ſelectu, ut ex verſicoloribus crepundiis purpura fieret, mutuo ſumptæ; majori cum emptorum diſpendio, quam Scriptorum gloria.*

(969. α.) OBSERVATIONUM *Divini & humani* JURIS *liber primus, in quo explicantur L. Dominico de ſpectaculis in Cod. Theol. & L. omnes dies, C. de feriis Sec.* Paris 1564. 8. Exemplari, quod habeo, manu veteri hæc in titulo adſcripta ſunt: *Cenſetur Autor hujus Tractatus eſſe Barnabas,* BRISSONIUS. Vide *Montacutium* Tom. I. Appar. ſacri pag. 370. Hæc ibi. Quibus in *margine Diecmanniano* lectis in *Lipenii* Biblioth. Juridica p. 296. b. reperi annotatam editionem nomine præfixo Briſſoniano, Hanoviæ 1600. in 8vo.

---

(970) OCTOVIRATUS, *ſeu de S. Rom. German. Imperii,* ELECTORIBUS, *eorundemque Origine, officiis, ſubofficialibus, inveſtitura, tutela, præce-*

[p]ræcedentia, *ſeſſione*, *privilegiis & dignitate*, &c. &c. [&]c. Tractatio. Accedunt *diatribæ de* ELECTI[O]NIS & CORONATIONIS IMPERATORIS [r]*equiſitis atq; ſolennitatibus*, *ut & de* MISSILIBUS: [c]um indice capitum, rerum, & verborum locu[p]letiſſimo. Auctore H.G.T.H.L.V. Jenæ *1676.* [i]n 12. paginis 645. capitibus XXIX. eſt *Licentiati [H]enrici Guntheri* THULEMARII, poſtea Profes[s]oris Publici Heidelbergenſis, cujus Epiſtolicum [S]chediaſma de *aurea Bulla* ad D. *Claudium Galdeſium* [i]n 12. prodiit Fr. 1680. ſicut ipſe ibi aliquoties ſe [c]itando publice notum facit. In literis etiam [a]d amicum agnovit hoc ſcriptum, & poſtea eden[d]um auctius ſub ſuo nomine Francofurtenſi Ca[t]alogo inſeruit, imo edidit, in 4. tale, ut novum [v]ere videri poſſit: nec non alia etiam, hiſtoria[r]um & Juris publici non proletariam eruditio[n]em teſtantia.

(971) PALATINATUS *Imperii* VICA[R]IATUS *defenſus*, ἀνωνύμως & pſeudονύμως La[t]ine & Gallice memoratur à Gabriele *Schwedero*, [I]ntroductionis in Jus publicum Imperii Romani [G]ermanici noviſſimum (a) part. Speciali Sect. [I]. cap. 33. §. 4. pag. 707. 708. Quorum ſcri[p]torum primum ſolum, notiſſimo *Hermanno* [C]ONRINGIO, Præceptori olim meo tributum, [h]uc pertinet. Reliqua ſuis etiam D. V. locis [n]on obliviſcemur. At hocce anno 1658. ſine mentione loci & typographi accenſetur palam *[C]onringianis anonymis* in Catalogo vitæ ipſius Epi[ſ]tolis præfixæ ſubnexo: num 17. *Hiſtorico-Politico-Juridicorum.* Iisdem Epiſtolis præfixa judicia id confirmant teſtimonio Erici *Mauritii* diſſ. Jur. publ. de Orig. Elector. & comitiis Electoralibus. cap. 2. th. 3.

(a) Gabriel Schvvederus, introductione in Jus Public. Part. Special. Sect. I. c. 33. p. 707. & 708.

Cum vero poſt obitum glorioſiſſimi Imp. Ferdinandi III. moderatore ſuo deſtitueretur Imperium, Bavarus Palatinum *prævenit, re citius de ſigillo Vicariatus cum Saxone communicata poſſeſſionem arripuit, priusquam fere aliquid de morte Imperatoris Palatino innoteſceret. Cauſa poſt ſcriptis tum jam ante anno 1614. & 1615. editis & nunc recuſis*, (*quo pertinent* Gevvoldi tr. de Septem viratu; Freheri Origines Palatinæ) *tum novis iis additis*, (*huc ſpectat* Kurtzer und Summariſcher Bericht/ daß das *Vicariat* in Landen des Rheins/ Schwaben und Fränckiſchen Rechtens/ des Herrn Pfaltz-Grafen und *Vicarii* Carl Ludwigen Churfl. Durchl. von Rechts-wegen/ zu ſtehen und gebühren thut/ gedruckt zu Heydelberg *anno* 1657. Chur-Bäyeriſcher Gegen-Bericht/ *& alia ſcripta relata*, *a* Gaſtel. *de Stat. Europ. noviſſ. p. 2. c. 8. p. 373. Item Tract. Latinus*, *qui inſcribitur:* Vicariatus Imperii Palatinus defenſus, *cujus Autor Herm.* Conringius; *uti* Gratiani Philaci *nomen præferentis* Johannes Freinshemius, *ac tr. Gallici, quo recto nomine Vicarii munus Palatino aſſeritur;* Ezechiel Spanhemius *verus Autor eſt*) *acriter eſt diſputata, ſed adhuc indeciſa, Imperatoris expectans ſententiam. Summatim utriusq; partis fundamenta repetit Dn.* Strauch. *Diſſ. Exot. 3. §. 2.3.* Burgold. *p. I. Diſc. 26.* Sprenger. *l. 2. c. 30.*

(971. δ) *Orationem pro Jure Adminiſtratione & TUTELÆ Electoralis* PALATINATUS, acerbo tum litigio, Anno 1611. ſine nomine editam ſcripſit & in Laugingenſi Gymnaſio habuit conſtitutus Profeſſor *Georgius* CLEMINIUS, J. U. D. prout ipſe titulo, ſua manu præſcripſerat: Verba ſunt Joh. *Deckherri* de Adeſpotis, p. 172.

(971. α CXXII.) COMMUNIUM OPINIONUM JURIS, *ſive* RECEPTARUM SCIENTIARUM *Syntagma*, Tomis quatuor in folio Auguſtæ Taurinorum A. 1595. a *Leandro* GALGANETTO JCto Collenſi, ac poſtea Judice Appellationum ac Nullitatum à Curia Romana conſtituto, editum memorat in Apibus Urbanis *Leo Allatius* ad nomen Galganetti illius. Hoc opus mihi quidem hactenus videre non contigit; neque *Draudius* illud inter ſuos Opinionum communionum ſcriptores pag. 675. 676. aut Receptarum ſententiarum auctores p. 820. recenſet, uti nec *Lipenius* titulis *Opiniones*, *receptæ*, *ſententiæ*. Habemus autem *alium* a Jo. *Fichardo* Francof. 1571 tomis 4. nihil huc pertinentem, etſi Jo. *Deckhero* huc relatum, iterumque alium Lugduni 1576 hic in Bibliotheca Cathedrali extantem, & hoc pleniorem etiam multo alium adhuc, Francofurti 1584. editum ejusmodi *Theſaurum*, quo variorum Doctorum antea ſparſim edita illius argumenti ſcripta in Alphabeticum Ordinem *Tomis duobus* digeſta ſunt, quibus *tertium* ſeparatim excuſum *Antonii Gabrielii Opiniones* continentem, ſuccenturiandum eſſe titulus monet. Illud igitur Opus Galganetti forte cura recuſum & aliis acceſſionibus auctum eſſe, fortaſſe non injuria quis exinde ſuſpicetur.

(971. β CXXIII.) CORPORIS JURIS RECONCINNANDI *ratio*, triennio ab hinc plagulis duabus cum dimidio in 12. ſine auctoris, loci, vel typographi mentione prodiit excuſa: quam ſimul ac legi, ſtatim ejusdem auctoris eſſe ſuſpicatus ſum, qui *Methodum novam diſcendæ docendæq; Jurisprudentiæ* anno ſuperiori 1668. dederat, haſce litteras loco nominis auctoris ſui præferentem. G.G.L.L. Ex quibus, addito quod §. 49. *artem* ſuam *combinatoriam* citat, illico colligebam auctorem *Gottofredum Guilielmum* LEIBNUZIUM Lipſienſem, cujus *de arte combinatoria* diſſertatio plane doctiſſima Lipſiæ 1666. in 4to. edita proſtat. Poſtmodum idem confirmavit auctoritate ſua Excellentiſſimus illius Academiæ Profeſſor ſupra laudatus, *Frid. Geisler* l. c. decad. 2. n. 9. Ubi diſertis verbis addit not. 7. „Ejusdem ingenio debemus libellum de ratione corporis juris reconcinnandi impreſſum Moguntiæ, 1668. 12." Qualis quidem editio, loco impreſſionis nominato, ulla mihi nec dum viſa. Ad Conſilium ipſum quod attinet, quamvis de eo nos vult ſententiam auctor §. 153. continere, donec opus promiſſum introſpiciatur, quod maturaturum ſe pro virili pollicetur §. 155. non poſſum tamen non ſummatim hoc loco maximopere comprobare. Siquidem hac ratione quantum in connexione titulorum, & eorum ſerie memoriter ediſcenda ac reticenda tœdii devoratum eſt hactenus Jurisconſultis (quorum adeo præcipuos multos ſcio nunquam a ſe potuiſſe

impetrare, ut memoriæ mandarent ſeriem tot titulorum, quam inter ingruentia ſubinde negotia publica, peregrinationesque, aut alia majoris momenti avocamenta ſe nullo modo conſervaturos eſſe prævidebant) Illud impoſterum Juris noſtri cultores lucri facere, bonasque horas ſmelius collocare poterunt. Nec illius executio nimis operoſa videtur. Siquidem absque deſcribendi labore, duobus tantum exemplaribus Corporum Juris ejusdem editionis Gothofredianæ (cui alligaturum ſe profitetur Auctor) in eas quas voluerit ipſe partes diſſectis, & ſuper aliis Chartis, ea qua ipſe ordinaverit ſerie, iterum conglutinatis, ordo ſibi conſtabit. Quidquid autem notarum aut monitionum ſuperaddi placuerit, illud margini novæ Chartæ, cui ſuperglutinata ſunt illa fragmenta, deinceps inſcribi poterit. Duo vero cur debeant eſſe exemplaria facile patet, quoniam altera cujusque folii pagina per ejusmodi lectionem & conglutinationem perit, quæ per ſecundum ejusdem editionis exemplar debet reſarciri.

In hacce mea conjectura me deceptum neutiquam fuiſſe, poſtea depræhendi. Quod indicaturus in Epiſtola curioſa *Nicetæ Spilii* nomine publicata, de qua ſuo loco in *Pſeudonymis*, errorem commiſi, neſcio qua, nimis ſiniſtra, ac intempeſtiva præcipitantia tunc abreptus, in eo, qui hujusce potius refutationi ſcriptus eſt ſub *Veridici de Juſtiniano*, ſuo loco in Pſeudonymis memorando libello, Dno. *Leibnizio* itidem tribuendo. Qui ut hujus ſe auctorem æque ac illius, qui *num.* CXXXI. memorabitur, ipſe per *literas* a. 1681. Hanoveræ d. 26. Julii agnoſcit, ſic & alterius *Veridici* nomen ante jam illuſtri Dno. Conſiliario Reg. Daniæ Martino *Dornio* indicatum manifeſtat. Hujus Epiſtolæ *Spilianæ* (a) errorem meum, ac *Leibnizianæ* (b) totam hanc rem decidentis, ipſa verba, bona cum pace amiciſſimi & incomparabilis Viri, ut ſpero, publicandæ, non poſſum non hic exhibere; ac ne quis ultra hic impingat, eo magis impoſterum, præcavere.

(a) Nicetæ Spilii Epiſtola curioſa, ſuper Quæſtionibus eruditis variis de Tempore, *Veronæ* 1681. 12. p. 10. ſeq. n. 2. ſeq. Ratio Corporis Juris reconcinnandi, per Veridicum de Juſtiniano, A.O.R. cIↄ Iↄc LXIX. in 12. *quem eſſe doctiſſimum plane atq; Nobiliſſimum Conſiliarium Bibliothecariumq; Hannoverani Principis*, Gottfridum Guilielmum Leibnitzium, Lipſienſem, *mihi certum eſt. Cujus etiam extat hac occaſione ob argumenti affinitatem, & ex parte aliqua congruentiam, relecta nunc ſimul mihi* Nova Methodus docendæ diſcendæque jurisprudentiæ; auctore *G.G.L.L. quæ initiales ſunt nominis ejusdem litteræ, edita Francof. 1668. in 12. Atq; hæc utraq; ſcripta etiam illi aſſerit auctori* Placcius (2) *qui tamen prius illud Pſeudonymum confundit cum Anonymo alio, quod mox tertio loco nominabimus. In hujus enim ſolo conſilio iſta conglutinatio diſſectorum ab invicem juris textuum locum habere poteſt, neutiquam vero in illius, toto ab hoc cœlo diverſo. Quin adeo diſertis verbis alterum illud ejusdem Tituli ſcriptum aliquoties notat* Veridicus (3) *ut alienum & a ſua mente diverſum. Ejus* (III) *ſine auctoris, aut loci, typographiæ nomine impreſſi exigui ſcripti, ſed lectu digniſſimi, titulus cum ſuperiori planè coincidens eſt*, Ratio corporis juris reconcinnandi in 12. *atq;* Leibnutzio *ejusdem argumenti atq; tituli ſcriptionem ſuſcipienti, procul dubio præbuit incitamentum. Auctorem vero ſuum arguit* (4) *in aula & apud judicia ſuprema verſantem.*

(b) Georg. Guilhelm. Leibnutzius in lit. 1681. Hanoveræ ſcriptis. *Legi* Nicetæ Spilii libellum. *Et* Nicetam *quidem* Vincentium *eſſe manifeſtum eſt.* Spilium *autem non difficulter divinabit qui quod Germanis* Spiel/Ludum, *id Anglo-Saxonibus* Play *eſſe noverit. Autor quisquis eſt, eleganter in claſſes diſpeſcit jurisprudentiæ reformatores & de ſingulis non inique judicat. Unum* nollem Veridici à Juſtiniano libellum de *Corpore Juris Reconcinnando* mihi *fuiſſe* imputatum. *Quem ego quidem non contemno; meum tamen haberi, & mihi parum convenire, & in autorem injurium eſſe judico. Et qui meam Jurisprudentiæ methodum cum hoc libello confert; & in dictione & in ratiocinandi modo magnum diſcrimen deprehendet. At* potius prioris *illius libelli* Anonymi de Corpore Juris Reconcinnando, autorem me dici patiar. *Etſi non eſſem ipſe illa, quæ in eo facta eſt, propoſitione contentus. Sed Elector Moguntinus, in cujus aula tunc agebam, cætera velut altioris indaginis moliminisq;, rectius differri judicabat. Itaq; & arctioribus me limitibus incluſi, & jejunius dixi, quam feciſſem meo uſus arbitratu.* Veridici *autem* autorem *comperi eundem eſſe cum eo qui ſe vocat* Relfendſo, *cujus de ſumma poteſtate principum Germaniæ ſcriptum habemus, quod conferenti utrumq; libellum ſatis apparebit. Relfendſo autem eſt* Roſenfeld.

(971. γ CXXXII.) MANIFESTUM, ſive *Deductio Sereniſſimi Principis ac Domini Caroli Ludovici Comitis* PALATINI *Rheni ad S. Romanam Cæſaream Majeſtatem, continens jus ſucceſſionis in Electoratu* Ao. 1637. in folio publicatum, conſcripſit, uti compertum habeo ex amicorum meorum intimi (cujus dono exemplar illius Manifeſti, præſcripto ipſius manu nomine Auctoris, poſſideo) Gottfredi *Mellem* Phil. & Med. Dris. & cum editione prima hæc ſcriberem Medici Neoburgici, poſt Electoralis Palatini, & ejusdem facti quoque Conſiliarii & Metallorum in Ducatibus Juliæ & Montium præfecti ſupremi, ſpeciali relatione, *Joannes Joachimus à* RUSDORF, Nobilis Bavarus, Conſiliarius Archi-Palatinus, cujus ipſo auctoris nomine præfixo extant *Vindiciæ Cauſæ Palatinæ*, ſeu *Aſſertio & Deductio Juris inviolabilis ſucceſſionis, Sereniſſimi & Celſiſſimi Principis Caroli Ludovici, Comitis Palatini ad Rhenum &c.* in *Electoratum & Comitatum Palatinum* 1640. in fol. cui peculiarem Refutationem oppoſuit *Joannes Abelzreiter.* Plura vide in *Pſeudonymis*, ad nomina *Hippolithi à Lapide* & *de Vale Quietis.*

Titulus integer ſic habet: *Manifeſtum*, ſive *Deductio ſereniſſimi Principis ac D. Domini Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni, S. R. J. Archidapiferi & Electoris, Ducis Bavariæ &c. ad Romanam Cæſaream Majeſtatem, & ad omnes Chriſtianos Reges, Electores, Principes, & ordines imperii: continens jus ſucceſſionis in Electoratu ac Principatibus Comitatus Palatini ad Rhenum, ſeſſione, Voce, ſuffragio, Ditionibus ac ſubditis: fideliter*

fideliter ex Germanico *translatum:* ſine nomine loci, aut Typographi, paginis 85. Alteræ autem illæ, ſupra itidem memoratæ Vindiciæ, ſub nomine ipſius auctoris, etiam prolixiores multo, juſtum conficiunt volumen, & in Bibliotheca Urbis noſtræ Johannea extant. Ut adeo, cui vacet, ex collatione rerum & verborum, facile de Veritate hujus aſſerti, an ejusdem ſint auctoris, judicare facile ſit harum rerum intelligenti.

---

(972) PARATITLA: ſine auctoris nomine, Latina, ex Græco edita, quomodo BALSAMONI, jam ante nobis memorato, ſint reddita, docet (a) laudatus itidem ſæpius Dn. Gerh. *van Maſtricht* Hiſtor. Juris Eccleſiaſtici pag. 381. n. 345 hiſce verbis.

(a) Gerh. van Maſtricht Hiſtoriæ Juris Eccleſ. & Pontif. p. 380. & 381. *Reſtituerunt etiam Viri docti ſuo parenti* Balſamoni *dudum opuſculum quod ſub* Paratitlorum *nomine, ſine Auctoris nomimine, Latine ediderat* Leunclavius, *quod non* Paratitla *vocari debet, ſed quemadmodum in Bibliotheca Juris Canonici veteris, editur,* Συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ Κώδικι, καὶ τοῖς Διγέστοις, καὶ νεαραῖς διατάξεσιν, περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν.

Collectio expoſitorum in Codice, & Digeſtis, & Novellis conſtitutionibus de Epiſcopis & Clericis, & Monachis & rebus ſacris; atque etiam de Judæis & Clericis. Libris tribus. *Quos huic Auctori adſertos vide apud doctiſſimum* Fabrottum, *in principio notarum ad hanc collectionem, in Biblioth. Juris Canon. Veter. p. 1377. &* Juſtellum, *Filium, in præf. ejusd. Biblioth. in fine fere.*

---

(973) PARLAMENTUM *pacificum:* quid libri ſit, neque *Hyde* neque *Lipenius*, nec alius quisquam hactenus in propter evolutorum me docet. Interim *Bibliotheca Univerſalis Gallica* (ſuis auctoribus ſuo etiam loco aſſignanda) in annotatiuncula marginali, auctorom ejus patefacit, hiſce verbis Tom. XI. anno 1688. pag. 521. On tient, que *l' Evesque* de CHESTER *eſt auteur du Parlamentum Pacificum*, de quo plura ut inquirere poſſint hujus rei curioſi, hoc omittere non debebam. Uti neque hoc, quod obiter forte perluſtrans *les lettres ſur les matieres du temps* anni primi, nempe 1688. Epiſtola VIII. in fine pag. m. 75. legitur. *Gallicam verſionem reſponſionis ad Parlamentum Pacificum parari.*

---

(974) STATUTA PATAVINÆ *Academiæ*, quod celeberrimo *Joanni* ZAMOSCKI Polono collecta, & in ordinem redacta primitus debeantur, ex Iſaaco *Bullart* (a) edoceor. Qua de re plura potuiſſem reſciſcere, atque indicare, ſi tum temporis, cum ante hoſce plus quam XXX. annos Vice-Prorectorem illius Academiæ me gererem, & Conſiliarium Nationis Germanicæ Legiſtarum, ut vocant, hujusque Bibliothecam & Archivam in ordinem redigerem. Nunc ex reliquis inde mecum allatis, ſolos exhibeo titulos (b) (c) impreſſorum utriusque Academiæ Statutorum. Nam diviſa ea in *Legiſtarum* vulgo dictorum ſeu *Juriſtarum:* & *Artiſtarum* ſive reliquorum Studioſorum. Quorum hi XII. illi XXII. Nationes conſtituunt. Utrique Academiæ ſuus Syndicus, Pro-Rectoris officio (Rectoris loco multis jam abhinc annis vacante) præfici ſolebat.

(a) Iſaac Bullart Academie des Sciences & des Arts, Tom. I. lib. I. pag. 68. *Le jeune* Zamoski *eut pour Precepteurs, en l' Art de bien dire, deux des plus ſçavans hommes de la France*, Andrien Turnebe, *&* Denis Lambin. *Il apprit la Philoſophie de* Jacques Carpentier; Pierre *de* Penna *luy enſeigna les Mathematiques. Riche de ce pretieux threſor des ſciences il paſſa en Italie, & s' arreſta à Padouë, pour y exercer ſon eſprit dans les conferences ſerieuſes des Doctes; parmy lesquels il parut avec tant d'avantage, que le voyans le plus ſçavant de leur Aſſemblée, ils le choiſirent pour Recteur de l' Univerſité. Ce fut dans cette fonction honorable, que* Zamoski *donna le premier employ à ſon elegante plume, par la compoſition de ces livres rares* du Senat Romain, & du Senateur parfait, *qu' il écrivit en langue Latine, d' un ſtile ſi pompeux, & ſi abondant, que l' Antiquité n' a rien, qui les ſurpaſſe. Il voulat auſſi laiſſer a cette belle Academie, une memoire digne de l' honneur, qu' il y avoit receu, en redigeant par ordre ſes Loix, & ſes Conſtitutions; qui avoient êſté jusqu' alors confuſes, & negligées: aprês quoy il retourna en Pologne; & comme ſa reputation l' y avoit devancé, il fut bien-toſt êlevê aux plus conſiderables employs de l' Eſtat.*

(b) Inſtituta *&* Privilegia *ab Excellentiſſimo Senatu Veneto Almæ* Univerſitatis *D. D.* Juriſtarum Patavini *Archigymnaſii conceſſa* in libros quinque *digeſta. Quorum ultimus poſtremo adjunctus immunitatum fere omnium Reſtitutionem continet. Syndico ac Pro-Rectore Johanne* RAIMUNDO *à* LAMBERG, *L. B. Editio ſexta anno reparatæ Salutis* M. DC. XXXXV. *Patavii typis Jo. Baptiſtæ Paſquati Impr. Univerſ. cum* Licentia *& permiſſu Super. Libris quinq; paginis 115. in 4. cum adjuncto privilegio geſtandi arma ſtudioſis indulto.*

(c) Statuta & Privilegia Almæ Univerſitatis *D. D.* Philoſophorum, Medicorum *ac* Theologorum *cognomento* Artiſtarum *Celeberrimi Archigymnaſii Patavini ab Excell. Senatu Veneto conceſſa, nunc denuo aucta, emendata & in 4. lib. digeſta, ex typographia Jo Baptiſtæ Paſquati ſub permiſſu, 1648. in 4. paginis 285. cum additamentis folior. 18.*

---

(975) PRÆCOGNITA *Juris univerſi, quibus Hiſtoria Romani Juris, notitia librorum Juris Civilis, Feudalis & Canonici, eorumq; auctoritas & allegandi modus breviter exhibentur* 4. Francof. ad Viadrum 1679. paginis 70. æque, ac memoratæ jam ſupra n. 946. illis ſubjunctæ *Annotationes ſuccinctæ ad Inſtitutiones Juſtinianæas*, ex diſcurſibus privatis ad ſenſum pariter & uſum modernum applicatis, auditorum induſtria exceptæ, eorumque commodo typis exſcriptæ A. 1679. quod ſint ampliſſimi Dni. *Samuelis* STRYKII, Profeſſoris Francofurtenſis tunc temporis, nunc Hal-

Hallenſis celeberrimi, notorium illic non eſſe non poterat: nec ab ipſo negatum; ſed confeſſum ſæpius, adeoque plane indubitatum eſt, & MSta dictata illorum tot auditoribus ejusdem, (quibus frequentiſſimis, ut meretur, omnino, gaudet), ex ore illius excepta habentibus, probant plus quam opus.

(976) *Introductio ad* PRAXIN *Forenſem* 4. Francof. ad Viadrum 1691. iterumque aliquoties, ac tandem 1694. recuſa hoc titulo S. S. D. *Introductio ad Praxin Forenſem caute inſtituendam*, poſt editionem furtivam & vitioſam Jenenſem, *quarta*, cum privilegiis Francofurti ad Viadrum apud Jeremiam Schrey & Henrici Johannis Meyheri hæredes: paginis 196. cum indice capitum XXIV. & alphabetico foliorum duorum, ejusdem illuſtris Dn. *Samuelis* STRYKII, probationibus iisdem, certo ſatis mihi conſtat, & ſpeciali etiam ſi ſit opus, inſuper teſtimonio vivo, laudati ſuperius Civis mei & amici honoratiſſimi Dn. Georgii *Schrötering* J.U.L. qui de tanto Præceptore omni adhuc occaſione ſibi gratulatur atque gloriatur. Eam continuavit mox ibidem eodem anno ſecuta, continuatis etiam foliis non numeratis ab ff. usque ad Xv. COLLEGIUM PRACTICUM IN S. S. D. INTRODUCTIONEM AD PRAXIN FORENSEM *caute inſtituendam, in Academia Francofurtana auditoribus quondam propoſitum, jam in gratiam Fori ſtudioſorum typis exſcriptum*, cui præmiſſa *notitia auctorum, qui de* PROCESSU *commentati*, cum privilegiis, Francofurtenſi Ao. M. DC. XCIV. typis Chriſtoph. Andreæ Zeitleri.

(976 *a*) RAPSODIÆ JURIS PUBLICI zu Regensburg Ao. 1689. in 8. gedruckt 2. vol. collector eſt *Johann Jacob* WIEDMANN, Conſiliarius Iſenburgicus, ut inter anonymos recenſet *Symbola Maſtrichtiana*.

(977) DISQUISITIO illa elegantiſſima, „quod de REDITIBUS ex alieno debitis ad IN-„STRUM. PACIS inter Catholicos & Prote-„ſtantes & nos inter ſe controverſis *in gratiam* hu-„jus (puta FRANCOFURTENSIS) *Reip.* prodiit, „*Joh. Guilielmum* ITTERUM, JC. & Advocatum „*Francofurtenſem*, quem latitare non ſinit defen-„ſionis propoſitæ dexterrima facultas & ſtyli „elegantia, autorem habet. Verba ſunt Doctoris Johannis *Deckherri* in literis Francofurto ad Mœnum d. 16 Nov. 1689. ad me perſcriptis. A quo plura hac de re perçontari, ut & de aliis huc pertinentibus memoratis partim & memorandis auctoribus occultis detectis, obitus Amici præmaturus vetat.

(978) *Disquiſitio de* REPUBLICA MONSTROSA *contra* MONZAMBANO, *ejusq; aſſeclas*, Germanopoli M. DC. LXXIV. in 12. paginis 58. capitibus ſeptem, ſententiam plane de Reip. Romano-Germanicæ forma novam exhibet hic non examinandam. Ejus auctor detegitur Carolus SCHARSCHMIDIUS a perſonato *Galiotto Galiacio Karlsbergio Teutoburgenſi*, auctore continuationis judiciorum à *Sarckmaſio* cœptorum. Qui libellus, mihi ut rariſſimus nec ſatis ſcio an editus aliquando a p. m. Dn. Licentiato *Henelio* communicatus, eoque magis hic excerpendus, (a) ac ſuo loco etiam detegendus. Ipſius vero Caroli *Scharſchmidii* J. U. L. extant tum alia ſcripta; ut Exercitationes in Novellas XXIV in 4. Sive Jus Juſtinianeum novum Francof. & Lipſiæ 1675. & Juſti *Sinolt* cognomine *Schützen* Collegium publici Juris cum notis illius, ut doctorandi, editum, Francof. in 4. 1682. Voluminibus in 4. binis. Tum vel maxime hic memoranda illius *defenſio disquiſitionis* modo memoratæ, *contra Monzambano & Sam. Puffendorffium* (qui unum hominem facere ſuo loco docebuntur) ſine loco tempore aut editore nominato in 8vo. quæ una cum Martisburgi 1678. in 8. edito *ſpecimine Vindiciarum Val. Alberti*, adverſus *ſpecimen controverſiarum Puffendorffianarum*, eod. anno Upſaliæ in 8. editarum, vendebatur ſuo tempore, paginis 29. conſtans. Quibus quaſi Stralſundiæ 1678. eod. anno editus annectebatur *Jo. Rolleti Palatini Scharſchmidius vapulans* quem, ut patet, *Galiottus* noſter jam tum, cum hæc ſcriberet prævide-rat paginis 32. mordaci ſale auctorem ipſum perfricturum.

(a) Galiotti Galiacii Iudiciorum a Sarcmaſio cœptorum continuatio n. 46.
Disquiſitio de Republica monſtroſa contra Monzambano ejusque aſſeclas. *Germanopoli* 1674. 12. *Autor* Scharſchmid, *J. U. L. vir diligens, acris, disputandi cupidus, ſed non perinde moderatus & prudens, neq; in rebus Imperii acurate verſatus, & technologiam pro clypeo Ajacis obvertere ſolitus, S.* Puffendorfium *nuper & nunc iterum*, Lipſiæ *oppoſita ei disputatione, quærit adverſarium. Sed is hunc refutare cœpit 1677. editis* Upſaliæ *diſſertationibus, in quarum addendis* Scharſchmidium *caſtigavit.*

(979) *Guilielmi* RODINGI *Pandectarum*, „*Cameralium*, quanta æſtimatio ſit, conſtat. NO-„TARUM anno 1660. adjectarum, & paren-„theſeos ſigno incluſarum, autores nobis omni-„bus (puta Procuratoribus & Advocatis Judicii, „Cameralis) agnoſcuntur Dn. *Paulus* GAMBSI-„US, & *Bernardus Dietericus* BRAWER: Ille quon-„dam Imperialis Cameræ Advocatus & Procura-„tor: hic tum, ejusdem Advocatus & Lubecen-„ſium Syndicus, jam Conſul. anno 1668. edita-„rum cura debetur Illuſtriſſimo *Dom. Dom. Carolo*, „*Auguſto, Baroni de* LEUBELFING, Aſſeſſori Ele-„ctori Bavarico, pridem fatis functo; ut è duo-„bus manuſcriptis, & certiſſimis aliorum teſti-„monis omnes compertum habent. Quibus, „etiam nonnulla addidit honoratiſſimus Collega, „beatæ memoriæ *Dn. Gabriel* FROELICH, J. C., „& Advocatus Cameræ: adde quæ dicta de C., „J. C. pag. 82. & 83. Verba ſunt p. m. Dr. Johannis *Deckherri* de adeſpotis pag. 215. Quibus Commentarii vicem præſtans locus, citatus ex ſpecimine de rebus Cameralibus Commentarii (a) omnino hic, ut verborum meorum fiat compendium, exhibendus venit. Ejusdem *Deckherri Epiſtola*, Francofurto 1690. d. 7. Januarii

rii ad me data habet RODINGI REFORMATI n 4. nuper editi quod ſit auctor Joh. Henr. GALLER, Syndicus nunc Francfurtenſis. Nempe pſius illius collectionis, ex notis trium ſupra memoratorum JCtorum concinnatæ, ut ego conjecturo. Quando alius eo titulo liber aut rgumento nullus mihi potuit indagari. Integer titulus Pandectarum noviſſimarum ſic habet: *Guilielmi Rodingi, Palatinatus olim* Conſiliarii, *Pandectæ Juris Cameralis, ex ordinatione Cameræ, Comitiorum Receſſibus, Viſitatorum Memorialibus, Collegii* Cameralis *concluſis & decretis, reſolutionibus dubiorum, ſtatuum Imperii ſingularibus Juribus & privilegiis, locorumq; conſuetudinibus, magnorum JCtorum ex eminenti pariter Adſeſſorum ordine, & ex* Claſſe *Advocatorum Cameralium induſtria longe locupletiores factæ: jam vero aliis iisq; egregiis acceſſionibus, quæ quidem ex* Auguſt. *Cameræ Tribunalis noviſſimis ſententiis, decretisq; extrajudicialibus, mandatorum aliarumq; rerum integris formulis, ſupplicationibus & Receſſibus, quos vocant, judicialibus Procuratorum, atq; aliunde petitæ ſunt, innumeris locis recens auctæ, & in cohærentem ſeriem, verſiculis diſtinctam, redactæ, addito indice copioſo* &c. multa quæ ad operis commendationem nulla neceſſitate adjiciuntur prolixius, quam ut hac hedera ſuſpenſa eſſet opus. Francof. ad Mœnum ſumptibus Chriſtophori Olfen, Biblioth. Spirenſis. Excudebat Johannes Bauer. A. O. R. M. DC. LXXXVIII. paginis 1044. aliisque 76. Mantiſſarum XIII. ordinationem Tutorum Cameralem, literasque, mandata, ſupplicationes, & ordinationes, &c. in averſa tituli pagina exhibita complectentium.

De *Brauero* auctore teſtatur etiam *Feltmann* de Jurejur. in alterius animam pag. 125. in annotatis.

(a) Joh. Deckherri Commentationum de Rebus Cameralibus ſpecimen, Cap. IX. De Bibliotheca Doctrinali pag. 82. & ſeq. Guilielmus Rodingus, *J. C. Conſiliarius quondam Electoralis Palatinus & Haſſiacus, ex* Pandectis Cameralibus *notiſſimus, hic memorandus eſt; cum ex utraq; uris noſtri ætate graviter commendetur.* Vitam Rodingi *Elegiacum fratris carmen exponit; primæ hoc editioni de Anno 1604. præfixum eſt. Ortus horum Manualium ad prius ſe refert ſeculum; complementa libri ex hac ætate ſunt nata: eo acceptiores ſunt hæ* Pandectæ, *quo pondere magis & virtute, quam mole ſuperbiunt: eo certè limatiores ſunt, quo breviores & ſolidiores: methodus tanto Philoſopho digniſſima eſt.* Conſultationes *de Cameralibus Dubiis utiliſſima brevitate ſubjecit; Commentarium quoq; ſed hunc ſine detrimento operis induſtrio omittendum. Quod latiſſimis alii operibus, hic paucis paginis complexus videtur. Univerſo huic ſeculo natus Rodingus & excultus. Commentatores quindecim abhinc annis rariſſima felicitate nactus, hodie Cameralium hujus generis omnibus palmam præripere creditur, domeſtico & peregrino aliorum merito laudatus. minet hoc in adaucta prima Editione Anni* cIↃ IↃc LX. *Perpetuis notis illuſtratus a duobus Celeberrimis Cameralibus, Magnificis & Conſultiſſimis Dn.* Paulo Gambſio, *Argentoratenſi, JCto, & Imp. Cam. Advocato & Procuratore, pridem jam laudatiſſima vita functo, & Dn.* Bernhardo Dieterico Zythopæo d. Brauer. *Imp. Cam. Advocato, modo Inclytæ Civitatis Lubecenſis Conſule, Syndico, & Capituli Cathedralis Præpoſito. Quanta pietate uterq; ex virtute ſua Germaniæ commendati fuerint, vix, qui Spirenſem loqui audivit, ignorabit. Uti multos veterum velut inglorios & ignobiles oblivio obruit,* Gambſius *tamen poſteritati narratus & traditus, ſuperſtes erit. (de Agricola Tac. XLVI. 6.) Novimus, ita Neophytos noſtros Cameralis Proceſſus ſtudioſos hos ſecutos fuiſſe,* ut ſic *Clarorum Virorum, ſic celebrium Practicorum* venerentur memoriam, ut omnia facta dictaque horum ſecum revolvant, famamque ac figuram tantorum animorum æternam complectantur, quam tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed noſtro tantum ſolicito cultu & aſſidua ſequela, poſſumus, *(Tac. d. c. XLVI. 3. 4.) Digniſſime ſane & citra fucum hæc retinentur, nec, qui aliter de his ſentiret, quam honorifice; niſi invidus forſan reperietur eruditus. Quæ de* Præjudiciis, *confidentius paulo in quibusdam locis citatis afferunt, vim illis notis non inferunt, quin potius ad quæſtiones facti adhuc probandas ab adverſariis, relegantur; Indicia pauperis cenſoris Invidiæ! Et ſi quid omnino hic excedit, correctum hodie videbis & emendatum in Secundis Notarum curis* Anno IↃc IↃc LXIIX. *Spiræ editis, Illuſtriſſimi Aſſeſſoris, Dn* Caroli Auguſti, *Baronis de* Leubelfing, *cujus ultimi labores, & quæ ex Conſultiſſ. cujusdam Advocati manuſcriptis ſæpe inſerta ſunt,* Rodingum *abſolutiſſimum nobis reddidere, ita ut in Jure Camerali Superiorem neminem, pondere graviſſimæ Scriptionis parem, habere, hodie certiſſime negemus. Ex his, quantæ fuerit olim, & habeatur hodie, autoritatis & exiſtimationis* Rodingus, *vel ex ſola tantorum Virorum certatim in eum impenſa diligentia iudica. Eſt tamen mi lector, ex Religione judicantis, addi, non deeſſe adhuc libro non interna quidem, ſed magis externa, ſphalmata, ex Editione poſtrema ſuborta. Liber ipſe inemendate & incurioſe excuſus, notæ impertinentes; alienis notis impertinenter adjectæ, multæ, ſerii momenti, plane omiſſæ, aliæ bis terve infarciuntur. Accedit, confuſa notarum copia, & abundans additionum luxus; dum a tribus Commentationibus textum, illas à ſe invicem, (neq; enim omnes pari cultu unquam adoravimus) ſeparamus, indubie confundimur, lectiones diſtrahuntur, & an devictos olim labores compenſatura ſit tarda utilitas, ambigimus. Dignos optimo opere labor eſſet, ſalva illius methodo & partitionibus, ipſum Autorem ejusq; Gloſſatores in catenatam unam ſelectiſſimamq; ſeriem, tanquam unius Viri eruditi liber eſſet, componere, verba notarum undiq; inſerere, Autores quarumvis ſub aſteriſco marginali fideliter laudare. Ut erroribus ſublatis & confuſionibus tantopere deſideratæ, aliquando laudem merituræ, ſeſe ſiſterent* Rodingi Pandectæ Camerales reſtauratæ.

---

(980) CAUTIO *Criminalis de Proceſſu contra* SAGAS, auctore incerto Theologo Romano anno 1632. in 4to. præfixis literis in 8vo poſtea vero etiam H. S. S. *Hermanni* SIBRAM von Singen / docetur à *Simone Pauli*, Bibliopola, in Catalogo ſuo, 1671. 8. titulo ſplendido *Hiſtoriæ literariæ* publicato. Eum in ſcheda quapiam ſua Excellentiſſimus Dn. Martinus *Dornius*, Conſiliarius Regius Danicus, N. SPEEIO, e Societate JEſu imputandum perſcripſerat. Idem liber hoc tandem ad me titulo pleno in 12. pervenit: *Cautio Criminalis*, ſeu *de Proceſſibus contra Sagas liber, Magiſtratibus Germaniæ hoc tempore ſumme neceſſarius, præprimis Conſiliariis &*

Confeſſariis Principum, Inquiſitoribus, Judicibus, Advocatis, Confeſſoribus Reorum, Concionatoribus, aliisque lectu utiliſſimus. Solisbaci; Sumtibus Martini Endteri, Bibl. Anno M. DC. XCV. cum præfatione ad Lectorem ſubſcripta hoc fictitio ſine dubio nomine *Johannes Gronæus Auſtrius* J C. Ea præfatio, quia brevis & huc faciens, (a) exſcribi digna fuit viſa. Liber ipſe foliis conſtat 18. paginis 401. Dubiis LI. quibus contra ſagas inordinatus procedendi modus admodum culpatur. Addita tandem proteſtatione, ſi quid Eccleſiæ Romanæ diſpliceat ſcriptum, id vanum, damnatum, deteſtabile auctorem velle. Quod vero hæc ut ſecunda editio in præfatione, ad ſecundam olim editionem ſcripta repetitur & fortaſſe ſæpius etiam repetetur, id negligentiæ non monentium talia editorum eſt imputandum. Interim Liber ipſe legi & conſiderari meretur, cujus plenam detectionem debeo nuperrimis *litteris Leibnitianis*, quarum excerpta (b) lectu etiam hic oppido digniſſima cum gratiarum actione ad illuſtrem amicum exhibeo: unde *Fridericus* SPEE Jeſuita verus auctor agnoſcitur. v. Hiſtoir. des Ouvrag. des Sçavans 1696. p. 531.

(a) Cautionis Criminalis de Proceſſibus *contra* Sagas, Præfatio de Secunda editione:

Cum prima Editio hujus libri, quam præhabita approbatione Facultatis Juridicæ Rinthelenſis, *protulerat Superioribus Nundinis* Petrus Lucius, *Typographus Academicus ibidem; plurima excitaverit ingenia non ſolum egregie piorum, ſed etiam doctorum; ut exiſtiment rem hanc de multitudine maleficorum in Germania debere accuratius & ſine præjudicio examinari: itemq; oportere exemplo Danielis ſerio impoſterum à ſummis Magiſtratibus inquiri in Proceſſus hactenus ſervatos; Cumq; etiam Respublicæ nonnullæ & Principes conſcientia tacti fuerint, & Proceſſus ſuos mox ſuſpenderint, libro hoc viſo & diligenter examinato; maxime ubi iis ſimul ſuggereretur, qualiter quidam eorum Commiſſarii & judices minime ſervarent Conſtitutionem Criminalem Carolinam, & quidem in quibusdam punctis maximi momenti, quæ nemo fere hactenus advertit: Inde viſum eſt multis, atq; etiam nonnullis Spiræ in Camera & in Aula Imperatoris plane expedire, ut rurſum quantocyus recuderetur, & ſic via ſterneretur ad ulterius conſiderandam, & eruendam veritatem: præſertim quoniam agitur de ſanguine humano & fama non ſolum Germaniæ, ſed & fidei Catholicæ: atq; exemplaria omnia editionis primæ ſic ſubito intra paucos menſes diſtracta ſunt, ut nullum jam amplius haberi potuerit quantocunque precio. Quare ut plurimorum deſideriis fiat ſatis, curavi meis ſumptibus recudi, uſus exemplari manuſcripto quod Marpurgo mihi communicaverat vir amiciſſimus. Tu lector fruere & vale.*

Joannes Gronæus, Auſtrius, J. C.

(b) Excerptum Epiſtolæ Leibnitianæ, datæ A. 1697. Hannoveræ d. 26. Apr.

Quis autor fuerit libri, ſuo merito celebris, qui inſcribitur Cautio Criminalis in proceſſu contra Sagas, *didici ex ore Eminentisſimi Electoris Moguntini* Johannis Philippi. *Nempe is fuit Fridericus* Spee, *Societatis JEſu, Presbyter, ex nobili Weſtphaliæ familia editus, pietate & doctrina præſtans: cujus extant libri, ἀσκητικοὶ plane in genere ſuo excellentes, & mihi, ex commendatione tanti Principis primum noti, deinde ſemper familiares, & per me multis amicis, & ipſius & noſtræ religionis commendati. Usq; adeo, ut me etiam ſuggerente a nonnullis in praxin traductum fuerit elegans, quod proponit, & Mathematica ratione demonſtrat,* artificium, indeſinenter laudandi DEUM. *Hic tantus vir in Franconia Confeſſoris munere fungebatur tunc, cum multi in* Herbipolitano *&* Bambergenſi *tractu ſcelerata magiæ infamia oppreſſi comburerentur.* Johannes Philippus Schoenbornius, *poſtea Epiſcopus Herbipolitanus, & poſtremo Moguntinus Elector Herbipolitonæ Eccleſiæ Canonicus, in juventute agens cum eo familiaritatem forte contraxit, & cum quæreret juvenis;* unde optimo patri plus canitiei, quam pro ætate; *ille hoc ſibi a ſagis veniſſe, quas ad ignem duxiſſet. Mirante* Schoenbornio, *ænigma explicuit* Spejus. *Nempe ſe multo ſtudio inquirentem, & jure etiam atq; auctoritate confesſionis uſum, in nemine eorum quos ad ignem comitatus ſit, deprehendiſſe aliquid unde perſuaſus ſit, vere illis magiæ crimen improperatum. Simpliciores ubi in confuſione quæſiſſet, ne in nova tormenta proderentur veritos primum ſe magos dixiſſe; poſt hauſta fiducia, ubi intellexiſſent, nil tale à Confeſſario metuendum, in alia omnia iviſſe. Omnes ejulatibus miris, vel inſcitiam, vel malitiam judicum, ſuamq; miſeriam deploraſſe; & ad DEum innocentiæ teſtem in extremis provocaſſe. Tam miſerabili totiesq; repetito ſpectaculo, ita ſe commotum, ut ſenuerit ante annos. Cumq; proceſſu temporis* Schoenbornio *factus eſt familiarior,* libri illius auctorem ſe eſſe non diſſimulavit. Schoenbornius *poſtea ad Epiſcopatus Principatusq; gradum evectus, memorq; eorum, quæ vir tam gravis narraverat; quoties aliquis, aliquave, hujus ſceleris inſimulabatur, rem omnem ad ſuam cognitionem evocavit, & quod ille monuerat, nimis verum deprehendit. Ita hominum combuſtiones in illo tractu ceſſavere.*

---

(981) SALOMON *& Marcolphus Juſtiniano-Gregoriani:* hoc eſt, *ſapida & inſipida* &c. quæ Nominis loco ſub literis Δ.Χ.Α. initio hujus anni in forma 8va heic prodiere, auctorem agnoſcunt Dn. *Chriſtianum* REHBOLDUM D. Elia The[illegible]

„Theologi Oſſitienſis fratrem, qui & hiſtoriam „de Ortu, Vita & obitu Reverendi Viri, Dn. „Danielis *Greſeri*, Superintendentis hujus loci in „ordine ſecundi, multo prolixiorem & auctio„rem, ac illa, ante ſeculum ferme, anno videli„cet M. D. LXXXVII. & in 4. forma apud Gi„mel. Bergenium eſt excuſa, ſub nomine: Ei„ner der geiſt- und weltlichen Receſſe Befliſſenen; „ſtanno Baumanniano hoc in loco imprimi juſſit. Symbola eſt Jo. Friderici *Hekelii*, Dresda, 1678. M. Decembri transmiſſa. Liber ipſe pleno titulo ſic habet: *Salomon & Marcolphus Juſtiniano Gregoriani*, hoc eſt *ſapida ac inſipida, ſana atque inſana, nimirum Theologica; Juridica tam publica, quam privata, Curialia, Proceſſionalia, Formalia, Paradoxa; Hiſtorica, Politica, Moralia; Militaria, Monetaria, Venatica antiqua, conſuetudinaria; Medica naturalia miraculoſa; Poetica, Muſica, Geographica, ſententiæ, Proverbia, Encomia, Termini, Jocoſa* &c. &c. *Hæretica, ſuperſtitioſa, contraria, injurioſa, Fabuloſa; ridicula, Solœciſmi Grammatici; Barbara, abſurda, aliaque plura vel ad obſervationem vel Cautelam vel delectationem, omnia vero ad uſum facientia, Utroq; ex Jure collecta, ac nunc primum edita Auctore* Δ. X. A. Francofurti & Dresdæ apud Chriſtianum Bergen M. DC. LXXVIII. conſtat paginis 126. in 8. titulis 933. alphabetica ſerie diſpoſitis. Quorum præfatio, paginis octo ſeparatis à reliquarum numero, uſum hujus collectionis oſtendit Theologis, JCtis, Medicis, Philoſophis, Politicis: &c. titulorum cuique ſua congerie oſtenſa, pereleganter: ſpeciatim, *ut abominandas* (verba ſunt auctoris) *Romanæ Eccleſiæ doctrinas, quaſi ex ungue leonem dijudicare poſſint, & ex animo iſtas angue pejus odio proſequantur.*

(981. *α*) JURIS SAXONICI MUNI„CIPALIS, dicti das Weichbild - Recht oder „Stadt-Recht/ collector eſt *Burchardus* a MAN„GELFELD, Gloſſator Speculi Saxonici, teſte „*gloſſa ad Art. X.* Weichb. Qui ex Speculo Sax. „multa deſumpſit & epitomavit. v. *Gryphiander* „de Weichbildis c. LI. Quare falſo in gloſſa „Germ. & art. X. Weichb. & gloſſa Landr. Præfat. „in princ. n. 2. Burchardus illud Juſſu Impera„toris Rufi, hoc eſt, II. feciſſe aſſeritur. vid. Gryphiandr. c. LII. Excuſum eſt una cum jure „feudali, cum ſummariis & additionibus Chri„ſtophori *Zobelii*, Lipſiæ 1589. fol. *Symbola* eſt „*Stadiana.*

(981. *αα*) SECURIS AD RADICEM PO„SITA: Scriptum editum in cauſa COLONI„ENSIS *Archiepiſcopi* contra CIVITATEM CO„LONIENSEM, auctorem habet N. BOSSAR„DUM, Vice-Cancellarium Paterbornenſem, „editum opus in folio. Id mihi dixit Veſaliæ „D. Conſul *Hinſſen*, cui exemplar communica„tum fuit, quod ego percurri. Verba ſunt Ma„gnif. Dni von *Maſtricht* MSta.

(981. *β*) SEMITÆ (*Juris intellige*) des Richtſteiges/ qui tractatus in Cl. *Felleri* Catalogo MStorum Lipſienſium, inter *MSta* Juridica recenſetur, auctorem eſſe *Burchardum* a MANGELFELD, gloſſatorem Speculi Saxonici, & collectorem Weichbildi, *gloſſa ad Art. X.* Weichbildi teſtatur. *Symbola* docente *Stadiana*.

---

(982) SPECULUM SAXONICUM, notiſſimum omnibus Juris cultoribus, ex quo Latinum eſt factum, & *notis Zobelianis* illuſtratum, toties in folio recuſis, & inter alias editiones 1569. 1595. 1614. Lipſiæ. At de auctore illius non æque omnibus conſtat; etſi conſtare utique poſſet ipſum intuentibus, & primis initiis ſuis ſolis pernoſcere cupientibus, ubi Dn. *Ecke* nobilis de REPKAW, Jus Saxonicum primitus expreſſum *Saxonum Lingua*, in tres libros *Latino Sermone* conſcripſiſſe, deinde ad preces Dn. *Hoyeri*, Comitis à Falckenſtein, *lingua Germanica*, qua tunc Saxones utebantur, reddidiſſe memoratur, addita nota Zobeliana ad rythmicos verſus â *Deckherro* inſcriptos (a) loco de adeſpotis pag. 192. nobis excerpto. Ibidem citatur ejusdem *Zobelii* ſummarium pag. 2. ad prologum fol. m. 8. col. I. quod itidem excerptum (b) damus. Adde notam 2. ad Germanicam verſionem hujus iterum Latinæ verſionis, cum ſuis additionibus, deque GLOSSÆ auctoribus *Deckherriana* excerpta. Adde ſupervenientem opere jam *confecto Symbolam Stadianam*. (c)

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis, ſect. VI. pag. 191. & ſeq. Autor Speculi Saxonici, *quam imperitè Carolus Magnus venditatus, oſtendit* Gryphiander *de Coloſſ. Ruland. cap. 37. n. 12. ſubſtituto* Eckone de Repkau. Goldaſt. d. l. & in commendabili præfatione der Reichs-Satzungen/ *unde vulgari rythmo compoſiti verſus:*

Nun dancket allgemeine
Dem Herrn von Falckenſteine:
Der da Graf Hoyer war genannt;
Daß nun in Teutſche Sprach verwandt
Diß Buch iſt worden auf ſein Bitte/
Ecke von Repke daſſelb thäte.

Sed de ſola verſione loquuti: reliqua ad Goldaſtum *examinanda remittuntur.*

Gloſſatorem Speculi Saxonici duplicem, idem facit Goldaſt. *d. l. 3. cap. 5. pag. 294. Antiquæ gloſſæ, Burchardum à* Mangelfeld, *ſequeſtratorem Sacri Palatii, (quem ἀνιστορησίας, inſcitiæ & impudentiæ, illuſo nomine ejus, convincit* Gryphiand. *de Coloſſ. Ruland. cap. 52.) aut Theodoricum à* Bocksdorff, *Epiſcopum Naumburgenſem. Poſterioris, Scabinum quendam Polonum. Rectius dubio procul Gryphiander, Gloſſam non unius Autoris eſſe, cap. 53. n. 11. contendit: ſed Burckhardo acceſſiſſe* Tamonem *à* Buxtorff, *autorem gloſſæ hiſtoricæ; deniq; Chriſtophorum* Zobelium.

(b) Summarium II. ſuper prologo *Præfationis* Speculi Saxonici n. 2. Ecke von Repkau hat den alten Sachſen-Spiegel Lateiniſch und Teutſch/ aus der alten Sächſiſchen Sprach/ gemacht/ den hernach *Doctor* Burckhart von Mangel-

 feld/

feld / ſammt dem Weichbild und Lehen-Recht gloſſiret.

(c) Symbola Stadiana.

(Speculum Saxonicum,

ſive

Sachſen-Spiegel.)

Eſt Jus Saxonicum provinciale, dictum, „Land-Recht; quod Gloſſator quoqve vocat Pri- „vilegium Saxonum. Conſtat tribus libris, „quibus in aliquibus codicibus loco libri IVti addi- „tum eſt Jus feudale, das Lehn-Recht ſ. der „Dienſt-Mannen-Recht/ Auctoritate Friderici „II. conditum. v. Gryphiandrum de Weich- „bildis Saxon. c. XLIX. & L. Eorum erro- „rem, qui referunt ad Carolum Magnum, confu- „tavit Cranzius Saxoniæ l. II. c. 21. In Rhyth- „mis vero, Speculo præmiſſis, commemorat „ECKO DE REPKOU, ſe illud ex antiquis „Saxonum conſuetudinibus & juribus collegiſſe, „& primo conſcripſiſſe tribus libris ſermone Latino, „poſtea vero ad preces Dni. Hoyeri á Falcken- „ſtein, in ſermonem Teutonicum convertiſſe. „Atq; hic etiam ſemper pro auctore venditatur in „Gloſſa. Vixit autem is, & ſuſcepit hunc la- „borem circa initium ſeculi XIII. ſub Ottone IV. & „Friderico II. ſecundum Goldaſtum & Hei- „gium, apud Gryphiandr. l. c. pag. 122. „Utrum vero textus Miſnicus Saxonico, qui „uterque præter Latinum hodienum extat, anti- „quior ſit, haud ſatis certo conſtare videtur. Quod Heigius Quæſtionum Juris parte priori C. IIX. §. 49 ait: Eckium totum Jus provinciale Saxonum, ex antiquis monumentis erutum, & lingua antiqua Saxonum ſcriptum, in Latinam linguam transtuliſſe; id de Legibus illis antiquis, ex quibus Eckius ſuum ſpeculum collegit, veriſſimum eſt. Sed ſi Eckium non Miſnice, ſed Saxonice ſcripſiſſe dicamus, aſſerendum fuerit, Saxones ſuperiores, qualis fuit Eckius, eo tempore adhuc Saxoniæ inferioris dialecto uſos eſſe; quo tendere videtur Gryphiander, c. XXXIX. §. 4. pag. 99. Manuſcriptus codex Speculi Saxonici 400. circiter annorum extat in Bibl. Vindob. de quo v. Lambec. Comm. L. II. c. 8. p. 831. In Bibliotheca Comitis Oldenburgenſis aſſervatos duos Codices in membrana ſcriptos Saxonico idiomate veteri, carentesq; textu Latino memorat Gryph. l. c. p. 99 ſe. In Catalogo MStor. Lipſienſium duos codices antiquos recenſet Fellerus inter MSpta Juridica Repoſit. 1. ſerie 3 fol. num. 27. & 29.

In T. II. Autographorum Lutheri, pag. 144. recenſetur editio Lipſiæ impreſſa, cum additionibus D. Alexandri von Zweyen / a. 1528. fol. Extant etiam editiones Lipſienſes de ao. 1535. 1539. 1545. fol. &c. Sed optima ſine dubio eſt Zobelii de a. 1614. fol. cui etiam additus eſt textus Saxonicus.

GLOSSATOR SPECULI SAXONICI ultra centum annos recentior eſt Eccone, ejus collectore. v. Gryph. c. LIII. Qui in Gloſſa Weichbildi perhibetur eſſe Burchardus a MANGELFELD.

(983) SOLMENSIUM STATUTORUM auctorem JCtum celeberrimum, Johannem FICHARDUM detegit Huldericus Eybenius, Obſervat. Theor. Pract. in Inſtitut. lib. I. Tom. XV. obſerv. 7.

---

(984) APOLOGIA meri Imperii, inclyto Senatui Civitatis SPIRENSIS in Camerales competentis: ejusdemq; Anticriſis ad diſputationem, à Petro Denaiſio J.C. Imperalis Cameræ Adſeſſore, de eodem Jure, in gratiam ampliſſimi ejusdem Cameræ Collegii, contra prædicatum Senatum inſtitutam, nec ita pridem in lucem emiſſam. Spiræ Nemetum apud Hæredes Bernhardi Albini M. D. CI. in 4. mendoſiſſime impreſſa, paginis 231. cum præfatione Senatus Spirenſis trium foliorum extat anonyma. Cujus auctor Aggæus ALBADA, Aſſeſſor, docetur ex Beſoldi Theſauro practico per Jo. Deckherrum (a) de adespotis pag. 218. Ei oppoſita Adſertio Jurisdictionis Cameræ Imperialis & libertatis Cameralium adverſus Apologiam, & Anticriſin, nomine Senatus Spirenſis oppoſitam diſputationi Petri Denaiſii J.C. quæ ſeorſim edita Heidelbergæ Typis Voegelianis, Ao. M. D. CI. cui adjecta diſputatio de jure meri imperii in eos, qui Spiræ conſtituti, Judicii Cameralis corpore vel albo continentur, eodem anno & loco, non paginis, ſed foliis 27. in 4. repræſentatur.

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis p. 218. In negotio controverſi meri Imperii, Reipublicæ Spirenſis in Perſonas Camerales contra Petrum Denaiſium (hic enim primæ Diſputationis autor) ſcripta Apologia operas ſuas elocabat Aggæus Albada, nomine Circuli Burgundici quondam Aſſeſſor; de quo, (excidit enim ſuis dignitatibus de Schvvenckfeldianiſmo ſuſpectus) antiqua MSSta ad Ord. videnda: De auctore teſtis Beſold. in Theſ. Pract. tit. Cammer-Gericht.

(984. α) Discurſus Hiſtorico-Politico-„ Juridici:

Qua Juſtitia, quo armorum Jure,„ exorto inter SVECIÆ & POLONIÆ Reges,„ bello Serenisſimus ELECTOR BRANDEN-„ BURGICUS caſtra Regis SUECIÆ ſecutus,„ fuerit; profitetur ſe auctorem eſſe Jacobus,„ Andreas CRUSIUS in tractatu de eminente,„ Dominio Principis cap. 4. p. 29. n. 15. in fin. Sym-„ bola eſt Maſtrichtiana.

---

(985) TEMPLUM PACIS & PACISCENTIUM. Leges imperii fundamentales, & inprimis inſtrumenta Pacis Weſtphalicæ, Noviomagicæ, & Armiſtitii Ratisbonenſis, cum Aſteriſcis ſeu auctariis clariſſimorum Juris publici & privati, Politicæ Prudentiæ, & Hiſtorices Scriptorum junctim proponens, & exhibens juxta ſeriem articulorum & Legum: cum Typo operis Synoptico & indice, Francofurti, apud Jo. Philippum Andreæ, A. M. DC. LXXXVIII. in 8. paginis 841. ſive alphabetis duobus & plagulis 7. aut addito indice quoque alphabetico paginis 856. & tabula Synoptica. Liber anonymus, utiliſſimus omnibus Juris publici & Hiſtoriæ

ſtoriæ recentis Studioſis ſynopſes continens lemmaticas articulorum ſingulorum, ſingulæ pacificationis, etiam cum alia concordante, quarum collatarum commentatio deinde prolixior, ſuis allegatis auctoribus locupletiſſime ſtabilita. Earum auctor D. G. H. Thomaſio Monat-Geſpräch 1688. Aug. 228. præſumitur ita ut ſponſionem facere deſuper audeat. Interim *mihi* indicatus â Conſultiſſimo Dn. Caſparo *Thürmanno*, J.U. Dr. *Jacob* OTTO, JCtus, cujus etiam ſolus Tractatus *Reſtitutionis famæ & natalium* in 4. Auguſtæ Vindelic. 1677. *Lipenio* memoratur Bibl. Jurid. pag. 340. b. & quæ jam ante An. 1673. in 4. Auguſtæ Vindelic. prodiit hoc titulo: *Hypotypoſis Legitimationis illegitimorum* cum auctario, *Reſtitutionis Famæ infamium*, & Leopoldino Diplomatæ Cæſ. Comitivæ Palatinæ. Additur ratio notitiæ ſatis manifeſta; quod alleget auctor ſua opera alia non anonyma in hoc anonymo ſcripto. Nominatim *Cynoſuram Auguſti* & *Auguſtæ* p. 306. 308. 412. Item von Ehehafftinen/ p. 351. von Verpfändung. p. 560. Item *patris ſui conſilia* p. 485. mihi nondum viſa, uti nec illud de *pignorationibus* opus, at bene bina reliqua. Quorum molis minoris eſt, *Ilias in nuce*, caſuum excerptorum, ſive cauſſarum reſervatarum vel inavocabilium, inprimis Judicii Provincialis Sueviæ, oder ohnvorfänglicher Entwurff des freyen Käyſerlichen Land-Gerichts Ehehafftinen 4. Nürnberg 1685. majoris molis etiam plus altero tanto *Cynoſura Auguſti & Auguſtæ ſive tractatus Tripartitus Hiſtorico-Juridico-Politicus : Repræſentans ideam itidem quandam optumi cujusq; Imperantis, filo ſtyloq; maxime Lipſiano delineata, inſertis Chrono- & Pragmatologia Impp. Auſtriac.* &c. Argentorati, in 4to. Ao. 1680. extat: neque non alia ejusdem auctoris, ut Comitis Palatini Cæſarei, & Ulmenſis Senatus Conſiliarii, edita deinde v. gr. Siebenfache Stück/ abſonderlich zubeobachten in Vorſtellung der Leib-Eigenſchafft / Franckfurt 1680. in 4. & freyer Pürſch Beſchreibung/ in ſich begreiffende Zehn/ Marck/ und Freyungs-Stein in 4. Augſpurg 1680. in 4 revera Jus venandi Germanice exponens Tractatus. Præter quem, & alius, itidem anonymus, ab eodem Dn. Dr. *Thürmanno* liber memoratur, cui titulus: STATUA *Nomico Mercurialis Trigæ* TRIBUNALIUM *ſummorum Cæſareo Aulici, Cameralis, & Rotwilani* &c. continens notas ad ordinationem Aulici Judicii, adjectas Cynoſuræ Auguſti & Auguſtæ modo memoratæ, atque vel inde huic eidem auctori aſſerendæ, cum cujus & una libro conjunctim ſolo venundantur, ut pars ejusdem; etſi nullo nexu, vel cuſtode, (uti vocant) vel alio ſigno cohærentes. Conſtant eæ notæ foliis octo cum dimidio lectu non indignæ, imo ut ſeparatim ab altero illo pene alphabetorum quatuor opere, cui inſertæ vendi ſolent, recudantur omnino dignæ. Denique nunc non opus hiſce omnibus: ex quo modo 1697. Lipſiæ prodiit hoc opus in 8. titulo *Annotationes ad inſtrumenta Pacis Weſtphalicæ & Noviomagicæ* &c. præfixo nomine auctoris *Jacobi* OTTONIS JCti Com. Pal. Cæſarei Reip. Ulmenſis Conſiliarii. At illud non prætermittendum omnino, exſtare aliud cum ante deſcripto Templo Pacis non confundendum, etſi utiliter cum eodem conjungendum argumenti ſimilis opus, etiam majus, inſcriptum:

(986) THEATRUM PACIS h. e. *Tractatuum atq; Inſtrumentorum ab anno inde* M.DC.XLVII. *ad* M. DC. LX. *usq; in Europa initorum atq; concluſorum collectio.* Das iſt: Friedens-Schau-Platz aller der fürnehmſten Friedens-Inſtrumenten und Tractaten/ ſo von Zeit 1647. an biß auf das 1660. in Europa aufgerichtet und beſchloſſen worden/ in 4to. Norimbergæ apud Endterum 1684. Tomis duobus conſtans, & ut ex dedicatione prioris tomi conſtat, 1668. jam excuſum, & parte altera, ſ. Collectione ſecunda per *Dr Chriſtophorum* PELLERUM, A. 1685. auctum; in cujus præfatione ad Lectorem memoratur eodem collectore jam anno 1647. primam collectionem editam fuiſſe, adeoque nunc in anonymis detectis nobis eſſe. Horum duorum *Tomus prior*, XVI. Tractatus nobis, Latino-Germanice parallel*os* impreſſos, aliquos etiam Belgice, Galliceque conceptos exhibet, quorum primus eſt *Monaſterienſis*, ultimus *Olivenſis*, paginis 658 cum indice alphabetico quaternionum ſive plagularum quinque. *Poſterior* ſimili ratione LIX. Tractatus & quidem primum eorundem *Pleiſſemundanum* Sueco-Ruſſicum, poſtremum *Gallo-Genuenſem* exhibet, paginis in univerſum 1071. & indice alphabetico aliquot plagularum.

(987) THEODOSIANUS CODEX: quod ANIANI, & qualis ſit, breviter referunt celeberrimi duo JCti, quorum excerpta damus. Nempe Erici *Mauritii* (a) ex doctiſſima diſſertatione de libris Juris communis, & Jacobi *Gothofredi* (b) ex Manuali ſæpius citato p. 64. Quibus nunc contenti ſumus, etſi cumulari ex adductis aut aliis utique poſſent.

(a) Eric. Mauritii *Diſp. de Libris Juris Communis, horumq; uſu Kilon. 1666. θ.V.*

Codicem Theodoſianum, *quo nunc utimur, & reliquas cum eo conjunctas Theodoſii, Valentiniani, Martiniani, Severii, Anthemii, Auguſtorum novellas, atq; excerpta quæ ſuperſunt ex codicibus Gregoriano & Hermogeniano, tum Gaji, Pauli, Ulpiani ac Papiniani fragmenta, eſſe verum Breviarium Anianeum vel Alaricianum, ex codice Theodoſiano ac diverſis aliis libris collectum opera* Aniani *JCti juſſu Alarici ſecundi, ſcribit quidem Vir eruditiſſimus Johannes* Seldenus *cap. 5. diſſertationis ad Fletam. Nos tamen illud de univerſo codice Theodoſiano, qualis hodie extat, aſſerere merito veremur. Id quidem expeditum putamus, libros illos 16.* Theodoſiani, *ut vocatur* codicis, *quos Johannes* Sichardus, *Profeſſor Academiæ Tubingenſis anno 1528 Baſileæ in lucem protulit, non eſſe niſi* Breviarium Aniani: *at quos* Johannes Tilius *edidit anno 1549.* octo libri poſteriores, *niſi quod poſtremus adhuc mutilus eſt, legitimi & incorrupti Theodoſiani codicis pars ſunt. Libri quoq;* ſextus, ſeptimus, octavus, *cum ſupplemento poſtremi, editi à* Cujacio, *Pariſiis Ao. 1566. nullam legitimam ſuſpicandi cauſſam, quin genuini ſint, relinquunt. Etiam Conſtitutiones de ſenatus conſulto Claudiano, quas ad librum quartum Cujacianæ editioni adjecit decus illud & ornamentum advocatorum Pariſienſium* Petrus Pithœus, *è vero Theodoſii codice*

 ſunt

ſunt. Reſtant eruendi quinque priores, *ſi* fragmentum *hoc* quarti *libri demas*, *& initium* libri ſexti, *quod in Cujaciana editione deeſt*, *quorum non habemus niſi breviarium. Sed iſtos quidem hactenus, quod ſciam, fruſtra quærunt eruditi. Codicis hujus accuratam editionem, cum notis, promiſerat* Jacobus Gothofredus. *Et novimus ante fata abſolviſſe eximium virum opus difficile, ſed quod mole ſua, & ideo neceſſariis impenſis hactenus ab editione deterruit typographos* Genevenſes.

(b) Jac. Gothofredi Manuale Juris, in Biblioth. cap. III. p. 64. §. 4. Codex Theodoſianus *quoq; ſupereſt, per gradus quosdam, nec dum plane tamen, reſtitutus: Primum enim à* Joanne Sichardo *Breviarium Codicis Theodoſ. quale ab* Aniani *manu profectum, editum fuit, ante hos 100. & quod excurrit annos, Baſileæ, A. D. 1528. Poſtea Joan* Tilius *libros octo poſteriores Integros, non jam ab* Aniano *decurtatos extulit, & poſtremo tamen libro adhuc mutilo, Pariſiis in 8vo A. D. 1549. Eum ſecutus* Cujacius *librum ſextum, ſeptimum, & octavum integros eruit, una cum ſupplemento libri poſtremi à* Stephano Chaſpino *acceptos, Lutetiæ in fol. A D. 1566. Conſtitutiones de Senatus conſulto Claudiano lib. 6. contulit Cujacianæ Editioni P.* Pithœus. *Superſunt itaq; adhuc eruendi quinq; priores, & initium libri ſexti, quorum Breviarium tantum ab Aniani manu habemus, quæ fruſtra hactenus à me quæſita ſunt.*

---

(988) VERITAS INVICTA, liber anonymus, & pſeudonymus alius *Ivonis Renati Verum Patrocinium*, ejusdem auctoris & argumenti, ita memorantur *Deckherro* in adeſpotis p. 225. 226. „*Circa miſerabilem Germaniæ ſtatum & hinc deplorandam debitorum creditorum cauſam demonſtrandam pro Creditoribus, ſæpe & ipſis jam miſeris, contra debitores, quorum miſeria ſæpe plus fictionis, quam juſtitiae & integritatis habet, interceſſere duo libelli:* Veritas invicta „*anno 1654. excuſa, &* Ivonis Renati verum „Patrocinium; *quos utrosq; conſcripſit* Philippus PFLAUMERUS *J. C. Advocatus Conſtantienſis, & Uberlingenſis, qui &, ut non vano „conſtat indicio, in cauſa Compromiſſaria Rheinavienſi & S. Blaſii ſub nomine* Robertii Weiſii, Rechtliches Bedencken/ *rei publicae exhibuit.*

---

(989) VITRIARIUS *illuſtratus*: h. e. *Philippi Reinhardi* VITRIARII, JCti & Anteceſſ. Lugduni Batav. *Inſtitutiones Juris publici Romano Germanici, antiquum modernumq; Imperii Romano Germanici ſtatum, vera ejus principia, controverſias illuſtres, & earum rationes affirmantes, negantes & decidentes, methodo Inſtitutionum Juſtianearum ex ipſis fontibus exhibentes.* Editio correctior, cui acceſſerunt *notæ Tabulæ Genealogicæ ſtatuum Imperii, & index rerum*. Frideburgi, ſumtibus Anthonii de Beck, M. DC. XCI. in 8. Liber ipſo titulo ſatis argumentum ſuum indicans conſtat alphabetis tribus cum dimidio circiter, libris IV. paginis 1144. Jus publicum Imperii compendio eleganti: inde usque ad pag. 1164. de Scriptoribus Juriſpublici præcipuis conſignationem, omnia cum notis maximam partem hiſtoricis exhibens *αἰωνύμως*, & quidem ex editione Spirenſi, quæ nomine *Nic. Danckwerth* pro Vitriario inſcripta falſo, prodita ut fuerit, deinceps *in pſeudonymis* ſuo loco memorabitur. Earum auctor mihi indicatus à nobiliſſimo Dn. Georgio *Schrötering*, Profeſſor Hiſtoriarum Lipſienſis publicus, Dn. *Chriſtianus Fridericus* à FRANCKENSTEIN, confirmantibus Bibliopolis. Vide quæ ſuper hac re modo nunc perſcribit Lipſia (a) *Candidatus Juris* doctiſſimus, Civis & amicus meus & non adeo pridem *auditor* N. S. quem multis modis amo, ſed quoniam ita voluit nondum nomino.

(a) Ex literis datis Lipſiæ d. 9. Dec. 1696. Vitriarii illuſtrati opus *indignum eſt ut adſcribatur* Franckenſteinio *noſtro*, *infinitos ſiquidem errores in notis iſtis reperiri dicunt. Verus autor quidam* Pfeffingerus, *Argentoratenſis*, *qui Gallica lingua Studioſos Lipſienſes aliquando informavit, & reliquum tempus ſtudiis dicare ſolitus fuit, perhibetur. Colligit notas ſuas ex variis libris & præcipue collegiis variorum variis, ordine & ſelectu nullo & judicio exiguo. Multa ex Dn.* Franckenſteinii *Collegiis confuſe in notas ſuas transſcripſit.* Dn. Baudius, *qui quondam Doctor legens collegia quædam in jure publ. habuit, Genealogica potiſſimum ſibi vendicare dicitur. Rumor interim* Franckenſteinium, *qui Patrem habuit Profeſſorem Tuo, cum hic degeres, tempore, i. e. A. 1660. Hiſtoriarum celebrem, Autorem ferens, inde forſan ortus eſt, quod cum ipſe olim cum Bibliopola de notis ad Vitriar. conficiendis contraxiſſet, & aliis laboribus impeditus perficere nundinis, quibus convenerant, non poſſet, diſſoluto contractu Bibliopola acceptavit collectanea* Pfeffingeri, *oportune ſibi oblata, & imprimi fecit, relato forſitan ſtudio autore vero, & ſtrata rumori de* Franckenſtein *via, ut celebrior autor librum commendaret. Prodibit, ſi vera quæ dicuntur, quamprimum* Vitriarius illuſtratus, *multis locis correctior.*

(989. α CXXXIII.) *Vindiciæ quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non immediatæ Nobilitatis S. Romani Imperii, contra* PALATINUM WILDFANGIATUM, *mancipatum, aliasq; violentias.* Ao. 1665. editæ fuere in fol. & 4. Quibus illico fuit oppoſita:

(989. β CXXXIV.) *Juſtitia Cauſæ* PALATINÆ, *ſive Defenſio Juris Regalis Palatini in homines proprios, nec non effrænata convitiandi audacia ſcriptoris Vindiciarum* CONTRA WILDFANGIATUM in fol. Cui ſucceſſit à partibus adverſis aliud ſcriptum, hoc titulo:

(989. γ CXXXV.) *Vindiciæ à Fœderatis Electoribus, Principibus, Statibus, & immediato Equeſtri ordine,* PALATINO WILDFANGIATUI *pridem oppoſitæ, denuo aſſertæ, & à Convitiis, Corruptelis, Calumniis, Maledici & Contumelioſi Scriptoris, qui defenſionem Juris Regalis in homines proprios emiſit, vindicatæ.* Moguntiæ, cum antea excuſa in 4. tum recuſa 1669. in fol.

Horum

Horum Scriptorum prius atque poſterius, à litteratiſſimo p. m. Viro *Johanne Henrico* BOECKLERO, medium a Dn. *Johanne Friderico* BOECKELMAN, Profeſſore tum temporis Heidelbergenſi, nec non Dicaſterii Electoralis Palatini vice Præſide, & Conſiliario Electorali intimo, profectum eſſe, fama confeſtim rumore non inconſtanti ſpargebat: addens ipſum Sereniſſimum Electorem Palatinum, non modo relegiſſe pro ſe ſcripta, ſed marginalibus ſubinde notis etiam auxiſſe. Quod uti pro certo affirmare non poſſum; ita quo lubentius credam, nota Magni illius Principis eruditio ſumma & vigilantia facere perſuadet. De Dn. *Böckelmanno* teſtem etiam dare poſſum *Burgoldenſem* ad Inſtrum. Pacis part. 1. diſc. 23. pag. 421. De *Bœcklero*, *Sarckmaſium*, in Judiciis ſuis, per alios varie judicatis, de quo vide in *Pſeudonymis* ſuo loco. Is adeo malè defenſam à Bœcklero cauſam eſſe ſentit, ut ipſe, quanquam ſero, maluerit ſe ea defenſione abſtinuiſſe. *Burgoldenſis* ea de controverſia Judicium extat ad Inſtrum. Pacis part. 1. diſcurſu 25. ſub finem membri 2. pag. 439. tale. *Bene interim eſt, quod in hac Wildfangiatus controverſia Rhetorica ſit à Logica victa, id eſt, quod Orator Vindiciarum Juſtitiæ* Cauſæ *Palatinæ, robuſtiſſimas ac firmiſſimas rationes verborum ſuorum mellitis globulis convellere non potuerit. Autor vindiciarum quisquis tandem ille ſit, (num Argentinæ an alibi degat, inquirere non vacat) ſcriptor ſane eſt accurati Judicii, & qui Curtii atq; Taciti ſtylo elegantiſſimo huic cauſæ, quantum in ſe quidem fuit, inſerviit. Theſin tamen non rectè ad hypotheſin accommodaſſe videtur, dum ex Principiis Juris naturæ Wildfangiatus cauſam oppugnare conatus eſt, cum tamen ſatis ex Jure notum ſit, tales ſervitutum Species eſſe præter naturæ Jura inductas, ac ex principiis juris plane extraordinariis reſultare. In reliquum ignoſcat Autor ille doctiſſimus pariter ac eloquentiſſimus, quod proverbium illud: Logica eſt à Rhetorica victa, (olim in Ducem Brunſuic. & Epiſc. Halberſtadenſem a vulgo jactitatum) ad hocce negotium, citra omnem tamen injuriam transferre haut fuerim veritus.* Illud ſane Judicium eventus comprobavit, ut patet ex *actis Compromiſſis, Laudoq;* in ea cauſa Heilbronnæ d. $\frac{7}{17}$. Februarii 1667. à Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum Regum Arbitris delegatis publicato.

Hoſce tres Tractatus, ſuis cum auctoribus, etiam exhibet deinde *Lipenius*, in Bibliotheca Juridica p. 559. a. ex meo, uti puto, ſyſtemate, non quod unquam nominibus ita publice præfixis prodierint. Cui rei mihi, præterquam quod exemplaria inſpecta cuncta invenerim anonyma, hoc etiam eſt argumento: quod totidem verbis & omiſſa etiam editione medii nobis loco poſiti: impreſſa vero duplici forma in fol. & 4. Tomorum reliquorum citantur. Iis nunc addo alia *Lipenio* nec verbulo memorata. Quæ ſic inſcribuntur:

---

(990) *Pax in Imperio turbata, quies civibus excuſſa, & Palatino vis ac injuria facta, per occaſionem litis inter Palatinum atq; Moguntinum de* WILDFANGIATU:

---

(991) OFFAM LATRANTI Libellus ſine nomine, oppoſitus ſcripto *Bœckleriano*, a quo pro cauſa *Moguntina* pugnante fuerat laceſſitus.

---

(992) OSSA *poſt offam.* Paris. 1667.

---

(993) FUSTIS. *Quatuor ſcripta* hæc *anonyma* ediſiſſe nobis memoratur in Suecia Litterata Johannis *Scheffer*i pag. 222. *Ericus* LINDEMAN Oſtrogothus, Secretarius Regius, & nobilis dictus LINSKIöLD, & Cancellariæ Regiæ Conſiliarius. Additur his

---

(994) PRODROMUS *Juſtitiæ* PALATINÆ &

---

(995) EPISTOLA *ad amicum*, in eadem cauſſa: utraque *diario Europæo* inſerta: quorum auctorem & alia conſciorum Amicorum ſcripta mihi teſtimonia, & ſtylus auctoris *Samuelis* PUFFENDORFFII valde noſcibilis, & fama ejus temporis publica confirmarunt plus ſatis. Adde quod in altero eorum etiam perſtringitur *Bœclerus*, ob nimis acerbas in *Rebhanium* invectivas, quæ leguntur in Cenſura Programmatis a *Rebhanio* appoſiti, quam ſub *Collegii Gelliani* nomine *Bœclerus* edidit, teſte ſymbola excellentiſſimi Luneburgenſium Ducum Ablegati ad Diætam Dn. Chriſtophophori *Schr.deri*, JCti, Patroni mei jam alias laudati. De penultimo etiam hocce *Puffendorffiano*, deque *Lindemanno* ſine expreſſione ipſius ſcripti addita, excerptum (a) Jo. *Deckherri* de adeſpotis pag. 171. teſtatur. *Wittenius* omnino diarii ſui anno 1672. d. 10. Sept. nihil horum meminit, quod ad *Bœclerum*: *Lindemannum* utique Tom. II. anno 1690 pag. 179. 180. ubi alia etiam illius ſcripta recenſentur. Quæ magno etiam numero ſuplet D. Joh. *Fechtius* præfat. Iſagogicæ ad *Bœcleri* Hiſtoriam Univerſalem pag. 8. & ſeq. Conjunctim etiam exhibet Programma Marci *Mappi* in exequiis *Bœclerianis* ibidem recuſum pag. 30. & ſeq. Neuter tamen huc pertinens quidquam recenſet.

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpot. pag. 171.
In Cauſa Wildfangiatus *Palatina, cum aliis* Böckelmannianis, *duo, vicinis non negligenda, ſcripta Adeſpota, pro juſtitia Cauſæ Palatinæ, edita: quorum alterum proxime nominatus Samuel* Puffendorffius; *alterum Johannes* Lindenmannus; *Ille Londini Scanorum poſtea; hic Upſaliæ, utriq; in Regno Suecorum Profeſſores, confecerunt. Faſciculus Actorum hæc exhibiturus eſt. In ejusdem præliminari defenſione edito, preſſo nomine ſuo,* Prodromo juſtitiæ Palatinæ *occupatus eſſe voluit Clariſſ. Dn. Sam.* Puffendorffius, *tum temporis in Cathedra Archi-Palatina Academica Profeſſor, cujus in rem bonarum Litterarum merita non ſine laudis encomio in publico verſantur.*

(995. α) Diſſertatio DE BONIS EC-„ CLESIASTICIS ſeu CANONICALIBUS UL-„ TRAJECTINIS ſub lit. S. C.
Eum vult eſſe *Paulum* VOETIUM, *Gis-*„ *berti* filium, Mart. *Schoockius* in præfat. prima ex-„ erci-

ercitationum §. *ſeu.* ſect. 23. *Symbola* eſt *Ma-„ ſtrichtiana.*

(995. β) LEGES ACADEMIÆ WIT-„TEBERGENSIS ſcripſit *Philippus* MELANCH-„TON, ut teſtatur *Hoornbeeck* in diſſert. de „Controverſ. Theol. p.45. præmiſitque præfa-„tionem Bibliis Græcis, Baſ. apud Hervvagium „impreſſis. Ao.1541. *Symbola iterum Maſtrichtiana.*

(996) *Juſtitia cauſæ* WERTHEIMENSIS *contra Epiſcopum Herbipolenſem*, ſive WüRTZBURGICUM, opere vaſto edito, & à ſe jam memorato in Tr. de cultu Juris Cameralis p. 105. cujus excerpta (a) damus, auctori ſuo aſſeritur à Joh. *Deckherro*, de adeſpotis, pag. 204. & *Beſoldo* de Majeſtate, ſect. 3. n. 10. p. 109. 104. Eſt is *Johannes Philippus* REINHARDUS, ſequente *Goldaſto*, de Bello Bohemico pag. 104. *Lipenius* Biblioth. Jurid. pag. 212. b. tit. *Herbipolenſia:* nos ad *Wurtzenburgicum* titulum ablegat fruſtra: in Bibliotheca Hiſtorica etiam ſimiliter. Etſi enim plura ſub titulo Wurtzenburgica, nihil tamen huc pertinentium invenias; niſi forte Jo. *Reinhardi* Würtzeburgiſche Chronike / ſit hujus anonymi nobis detecti, ſed ſine loco, anno, forma impreſſionis illic memorata. Wertheimenſium, nec titulus in Juridica, in Philoſophica vero Bibliotheca ſolius alicujus diſſertatiunculæ, ex minoribus rebus publicis in 24. apud Batavos editis ſubſcriptione illuſtratur.

(a) Joh. Deckherri Specimen Commentationum de Rebus Cameralibus, Cap. XI. de Bibliotheca exemplari p. 105.

Accedunt his vaſta opera in cauſa Wertheim *contra* Würtzburg / *Anno* clↄ Iↄc XVII. *publicata. Specimina actorum Cameralium tomus Adjunctorum producit. Res acta eſt inter* Ludovicum *Seniorem Comitem* Leonſteinium-Wertheimenſem, *&* Julium *Epiſcopum* Würtzburgicum. *Ex quibus actis conditio ſtatusque magnæ partis Franciæ Orientalis non inutiliter diſcitur. Cætera ejus operis narrata facti ſunt fere omnia, partim* Viennæ, Spiræ *partim, finaliter judicanda.*

CAPUT

CAPUT IV.

De Scriptoribus MEDICIS.

(*996. a* Olim CXXXVI.)

I*Sagoge* ANATOMICA *Anonymi Philoſophi antiquiſſimi* Græca, quam *Petrus* LAUREMBERGIUS à ſe verſam, edidit ex Bibliotheca ſua, Hamburgi 1616. in 4. Gr. L. & Senatui Reip. Hamburgenſis dedicavit, ex teſſellis *Ariſtotelicis* compactum eſſe opus ab ipſo Petro Laurembergio, ex amicorum meorum aliquibus accepi, & ſtudioſius cum Ariſtotelis de partibus animalium aliisque ſcriptis conferens illud opuſculum, rem ita ſe habere, centonemque Ariſtotelicum nobis pro peculiari veteris auctoris ſcripto venditatum depræhendi, quod examinantibus mecum manifeſte patebit. De hoc ſcripto plura dicturum ſe promiſit mihi Doctiſſimus & Excellentiſſimus Civis ac amicus meus *Martinus Fogelius* Phil. & Med.D. in *Hiſtoria Phyſicorum*, quam prœlo tenet paratam.

Nunc eo præmortuo id tantum addo, factum me, poſtquam editione priori olim ſuperiora ſcripſeram, exemplar hujus libelli, capitibus X. paginis 87. editum (ut habet titulus) nunc primum, auſpiciis ac ſumtibus Joachimi *Morſi*, Lugduni Batavorum in 4to. & Amſtelodamenſi Senatui ab editore illo dedicatum, cujus integer titulus ſic habet: Ἀνωνύμȣ Εἰσαγωγὴ Ἀνατομικὴ, *cum interpretatione doctiſſima excellentiſſimi Philoſophi & Medici Petri* LAUREMBERGI, *nunc primum in lucem edita auſpiciis ac ſumtibus* Joachimi *Morſi*. *Mercklini Lindenium renovatum* pag 1072. Appendicis, Medicorum incertorum numero librum hunc adſcribentis. Addit hic *margo-Maſtrichtianus* ſequentia: *Philoſophi antiquiſſimi encomia neq; in titulo, neq; in praefatione ſeu dedicatione* Joachimi Morſii *ad Conſules & Senatores Amſtelodamenſes leguntur. Exemplar meum impreſſum Lugd. Batav. 1618. in 4to. Legi quaedam capita, quorum ſtylus non eſt recens. Si* Laurenbergius, *oportet ex veteribus exſcripſiſſe, id quod collatio nos docere poſſet.*

---

(997) G.G.L. *Relatio ad inclytam Societatem Leopoldinam Naturæ Curioſorum de novo* ANTIDYSENTERICO *Americano magnis ſucceſſibus comprobato*, excerpta in *Actis Eruditorum Lipſienſibus*, Ao. 1695. m. Decembr. pag. 559. quod ſit inclyti *Georgii Guilielmi* LEIBNITII, cujus tot alia æſtimabilia in iisdem Actis, hinc inde ab iisdem initialibus literis exhibentur inſerta, tum hæc ipſa crebritas talium inſertorum, & fama publica, & aliorum mihi per ipſum Dn. Auctorem de ſimilibus communicata notitia, denique *index* ejus anni auctorum IV. Medicorum & Philoſophicorum debito loco ſuo nomen auctoris diſerte exprimens teſtatur. Exinde nactus dono auctoris exemplar illius Relationis editæ in 8. Hannoveræ & Guelpherbyti 1696. plagulis duabus cum dimidio ſive paginis 38. compræhenſum, ſeorſim ab altera in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus, & in ipſo hocce Opuſculo pag. 23. cum *Lyſteri* libello Medico practico commendata editione. Ex quibus Actis etiam licet hiſtoriam hujus rei omnem breviter recenſitam haurire. Quemadmodum & ex Joannis *Cinelli* Bibliotheca volante, ſcanzia XII. p. 69. ubi editio Ao. 1696. jure *doctisſimo opuſculo* vocatur, & breviſſimè hiſtoria deſcribitur, ut ſub ſit. (a) excerpſimus: Ubi & *Parmenſium Ephemeridum* locus de illis agens indicatur.

(a) Cinelli *Biblioth. Volante*, *Scanzia XII. p. 63. 64.*

G. G. L. Relatio ad Inclytam Societatem Leopoldinam Naturæ Curioſorum de Novo Antidyſenterico Americano magnis ſucceſſibus comprobato. *Hannov. & Guelpherbyt. ſumpt. Gothofredi Freytagii: Anno 1696. in 8. Queſto dottiſſimo opuſculo è del celeberrimo* Sig. Guillielmo Gottifredo Leibinitz, *come ſi vede anche dalle prime Lettre inizziali di ſuo nome e caſato.*

Queſto Opuſculo è di due ſoli fogli. Eſtimo non ſolo far coſa grata à miei Lettori, ma a' miei Compro*feſſori ancora, deſcrivendo la breve ſtoria di queſta novità. Un Mercante Franceſe nominato* Garniero, *portò, non ha molto, di Spagna a Parigi Centocinquanta libbre di certa radice, ed accordatoſi con un Medico, gli partecipò la Virtu di eſſa grandiſſima, ed ottima per le* diſenterie, *ſanandole mirabilmente, dandogliela acciò ne faceſſe l' eſperienza per dividere vgualmente il guadagno. Il buon Medico ne fè prova prima in uno Spedale, ed eſſendogli riuſcita maraviglosa, fecè cure belliſſime in queſto male, & acquiſtò gran nome, e maggior guadagno.*

Perventane la notizzia alla Corte, *& conſeguitane il Medico per ciò gran reputazzione, ne ottenne privilegio. Il Mercante ſentito queſto, & temendo non haver la parte del guadagno; publicò il ſegreto, e chiamò il medico avanti il Parlamento, al qual convenne ſoddisfare il Mercante. L' Autore dell' Opuſculo ingenuamente confeſſa eſſer queſta radice deſcritta da* Guglielmo Piſone, *nell' Iſtoria naturale del Braſile. La pianta ſi chiama IPECACUANH. &c. Di queſta lettera,*

e dell' altro Opuſculo del medeſimo Signor Leibnitz *de* Novo Antidyſenterio Americano, *favella il mio ſempre riveritiſſimo Padre* Bacchini, *nel ſuo Giornale d'l meſe di Febbraio dell' anno preſente* 1696. *a* 51. 52. 53. *e* 54.

(998) *De Viribus* ARCANI AUREI ANTIPODAGRICI *Epiſtola:* Florentiæ, typis Magni Ducis, 1696. in 4. excuſa quod ſit *Georgii Andreæ* MONIGLIA, ex initio Epiſtolæ & contentis, docet Gregorius *Leti*, Italiæ regnantis ſuæ Italice ſcriptæ Part. 3. lib. 4. pag. 406. Unde ſuſpicabar equidem anonymam eam epiſtolam eſſe, cujus auctor ita detegi habeat opus; ac epiſtola ipſa necdum viſa id auſus fuiſſem pro certo affirmare, niſi Clariſſ. *Normanni* Symbola me in eo etiam confirmaſſet.

(998. α) *Antidotarii Bononienſis* Auctor „ALDROVANDUS: ſcribit *Rhodius* num. XVI. „Scav. 54.
„ Prænomine ULYSSES, cujus vitam & „ſcripta prolixe recenſet *Lorenzo Graſſi* in italicè „conſcriptis ſuis Elogiis hominum litteratorum „part. 1. pag. m. 135. & ſeqq. ubi meminit hu- „juſce ſcripti, p. 139. titulo Antidotarii *omnium* „*Medicamentorum*, ut habet hic *nota Diecmanniana*, „editi aliquoties nempe Bononiæ 1574. & 1615 „in 4. ἀνωνύμως, vel quemadmodum annotavit *Scavenius*, *nomine Collegii Bononienſis*. Quod con- „firmat loco citato ſuarum Obſervationum *Ern-* „*ſtius*, Bartholetum Profeſſorem Mantuanum te- „ſtem citans, ad probandum quod Aldrovan- „do ſcriptum hoc acceptum ferri debeat: vide „Elogium ejus apud Jo. *Imperialem* Muſei Hiſto- „rici, pag. 145. ubi opera ejus etiam præter mo- „rem auctoris enumerantur, attamen Antidota- „rium ſiletur: quod & inter reliqua Aldrovan- di ſcripta non recenſet *Mercklinus*, Lindenii Renovati p. 1047. ſeq. tantum monens, eum in Xenodochio Bononienſi admodum ſenem obiiſſe.

(998. β) ANTIDOTARIUM ſpeciale „magni hoſpitalis MESSANÆ: editum Vene- „tiis, apud Juntas, 1642. in 4. auctorem habet „*Placidum* TRUGLIONEM, Magni hoſpitalis „Pharmacopolam; uti patet ex ſubſcriptione „dedicationis & Epiſtolæ ad Lectorem. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(999) AURUM AURÆ, *vi Magnetiſmi* „*Univerſalis attractum per Inventorem Anagram-* „*matizomenum*. SIC (infra ſupra) SOL DU- „PLUS ABUNDAT IN AURIS. „Opuſculum hoc initio excuſum eſt ſine men- „tione loci A. 1673. dein ob novitatem argu- „menti cum Epilogo, à D. Joh. Sigiſm. *Elsholzio*, „Archiatro Elect. Brandenburgici adjecto, recu- „ſum Coloniæ ad Spream, A. 1673. in 8. Auctor, „(quem anagramma iſtud occultat) eſt *Chriſtia-* „*nus Adolphus* BALDUINUS, Döbelenſis, Præfe- „ctus Haynenſis in Miſnia, & Collegii Curioſo-rum Naturæ in Germania Socius. Cujus *nomen*, „*præfixum* eſt *quartæ* ſcripti hujus *editioni* in ap- „pendice ad Tomum IV. Actorum Acad. Natu- „ræ Curioſorum. *Tertiam* editionem Amſtelo- „dami A. 1675. in 12. prodiiſſe lego, ſed non vi- „di. *Symbola* eſt *Flensburgo Molleriana*; qua excitatus indagavi exemplar oculis uſurpandum, accepique ab amiciſſimo mihi & experientiſſimo Dno Doctore Medico *Antonio Lüdero*, illud, quod ipſa memorat, Elsholzianum in 8. Coloniæ ad Spream 1674. paginis 53. cujus *præfatio* de auctore hæc habet ſub lit. (a) quæ damus. Ipſum opus *Capita* XII. ſub lit. (b) & *Epilogus* ſub lit. (c) repræſentatus, cujus diſtichon vaticinii poſſit eſſe inſtar. Quando mox anno 1688. in appendice anni quarti & quinti Ephemeridum Medico Phyſicarum Naturæ Curioſorum in Germania, Numero VIII. pag. 91. & ſeqq. publicatum fuit idem hocce ſcriptum, inſcriptione ſub lit. (d) nomen auctoris diſerte exhibens, cum dedicatione ad Collegium illud Naturæ Curioſorum pag 92. & ſeqq. usque 96. nominatim ſubſcripta per auctorem, & congratulationibus amicorum, ipſo tractatu multis partibus etiam, etſi nullis novis capitibus aucto, niſi quod primum caput in prooemium verſum, interpolatum etiam, & auctum novo capite I. & experimentis plurimis ſequentia capita quoque a pag. 98. usque ad 143. qua ut & ſeqq. usque ad 146. *Epilogus* ad Lectorem opus claudit. Vide editionem tertiam, hoc diſerte præfixo cum auctoris nomine, titulo: *Aurum Superius & inferius Auræ Superioris & inferioris Hermeticum*, Chriſtiani Adolphi *Balduini*, S. R. I. Academ. Nat. Colleg. Cognom. *Hermetis*, Amſtelodami. Apud Joannem Janſonium à Waesberge. M. DC. LXXV. in 12. dedicatum Academiæ Naturæ Curioſorum Statoribus, Præſidi, Adjunctis & Collegis, cum ſubſcriptione Auctoris & gratulationibus, & prooemio 4. paginarum. Ipſo opere 96. paginis conſtante. Quibus adjectus *Phosphorus Hermeticus*: Sive *Magnes Luminaris*, Chriſtiani Adolphi Balduini, S. R. J. Academ. Nat. Curioſor. Colleg. Cognom. *Hermetis*, ſex foliorum.

(a) Auctor Auri auræ Præfationis p. 5. *ſive ult. Ego vero qui ſim, ut ſcias, non opus. E deſiderio tuo, ſi evolveris, ſatisfaciet Anagramma* SIC (*infra ſupra*) SOL DUPLUS ABUNDAT IN AURIS. *Non auræ ſum popularis homo, tamen cum, aſpirante illa divinæ gratiæ aura, adeptus ſim aurum auræ, reddo gratis. Nec honoris auram curo, nec aurum, quod in proverbium abiit, Toloſanum: imm... quæ iſtacunque exceptura ſors, denique hæc de Auræ au... profuderim verba, nullus videlicet dentem Momi reform... danti, perinde,* Lector *eſt. Vale. Dab. e Muſæo, ip... Maji Calend. A.* ClƆ IƆC LXXIII.

(b) Index Capitum:

Cap. 1. *De aura in genere.*
2. *De aura, effluviis variarum rerum replet...*
3. *In aura etiam materia cœleſtis volitat.*
4. *De auro in aura.*
5. *De Magnetismo univerſali, aurum ... aura attrahente.*
6. *De modo attrahendi aurum ex aura.*

7. I

7. *De tempore attrahendi aurum ex aura.*
8. *De Coloribus auri auræ.*
9. *De auro auræ potabili.*
10. *De virtutibus auri auræ, in regno animali.*
11. *De virtutibus auri auræ, in regno minerali.*
12. *De virtutibus auri auræ, in regno vegetabili.*

(c) Epilogus Auri Auræ: *Superiore anno alicubi, nulla loci mentione facta, impreſſus fuit hic libellus de Auræ Auro. Præterea viſum eſt auctori, ſub Anagrammatis larva nomen occultare ſuum. Ejus unicum duntaxat ad manus meas exemplum pervenit, quod Amicis oſtenſum non minus novitate argumenti, quam diſpoſitione exacta, ſtyloq; inſuper eleganti placuit. In tabernis autem librariis cum non reperirent, ad iterandam mihi editionem fuere auctores. Tradidi itaq; Typographo, certa fretus ſpe, haut fore ut ægre id ferat, quicunque demum fuerit, auctor. Verget enim in ipſius majorem gloriam hoc, atq; ad novas operas* CURIOSI *plures ſic excitabuntur. Deniq;*

Auctor ut obſcuro lateat ſub nomine, Libri,
Non obſcura tamen fama futura diu.

Jo. Sig. Elsholz.

(d) *Aurum Superius & Inferius auræ Superioris & inferioris Hermeticum Chriſtiani Adolphi Balduini, S. R. I. Academ. Naturæ-Curioſorum Collegæ cognom. Hermetis.* HERMES: *In ſuperiori ſphæra eſt in medio fontis vena, quæ eſt Philoſophorum Regula prima.*

(1000) AURI & ARGENTI *ſolutionem ſpectantia experimenta, ac dubia nonnulla Chymica, communicata* a D. B. eſſe Doctoris *Johannis* BOHNII, docent *Acta Eruditor.* Lipſ. in I. indice Decennii primi. Ad hoc nomen v. 1009. *α.*

(1000. *α*) BILIARIORUM *Vaſorum ſtructuram & motum* BILIS *ſpectantes Obſervationes quædam Anatomicæ, ut &*

(1000. β) *Circa* BILIS *motum ab epate ad veſicam biliariam, & inteſtinum, obſervatio ſimilis;* utraque ſine auctoris nomine exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Illa quidem a. 1682. p. 10. hæc vero 1683. pag. 126. & ſeqq. auctori ſuo *Johanni* BOHNIO, D. P. P. Anatomiæ & Chirurgiæ Lipſienſi, aſſeritur in utriusque anni ſpeciali ut & univerſali prioris decennii indice.

(1000. *αα*) *Bartholomæi* CABROLII ANATOMIAM *Belgice* vertit, additamenta adjecit „& figuras ſeu ſchemata, Vopiſcus Fortunatus „PLEMPIUS, ſub lit. V. F. P. Prodiit Opus Am„ſtelodami apud Henricum Laurentium, in „folio, 1633. Probat hoc Carmen C. G. *Plem„pii* Dedicationi ad *Nicolaum Petreium* ſubjectum. „Item aliorum carmina ſequentia. Ipſiſſima verba Magnif. Dni. *Maſtricht.*

(1000. ββ) *Jacobi Berengarii* CARPI de *fractura Cranii* liber *præfationem* habet anonymam in editione Lugduno-Batava 1629. Eam *Hermanno* CONRINGIO, celebri olim P. P. Helmſtadienſi deberi, detegit index librorum ejus vitæ annexus, quæ ex Programmate *Freheri* excerpta Epiſtolis ipſius 1694. Helmſtadii editis præfixa eſt. V. num. 1. alienorum ab ipſo editorum.

(1001) *De* CHYLI *motu* GASSENDUS, „ *(Petrus)* Eruditis ſine nomine propoſuit *diſſerta-„tionem Paradoxam*, nec a Medicis receptam, „ Quam tamen inter ejus opera poſtea legi non, „ erubuit vir candidus: Verba ſunt Thomæ *Bartholini*, de legendis libris. Diſſert. 2. p. 38.

(1001. *α* CXXXVII.) EPISTOLA AMICI AD AMICUM, qua examinatur DISPUTATIO inauguralis *Andreæ* CASSII Hamburgenſis, Groningæ habita, *contra Triumphiratum inteſtinalem* cum ſuis efferveſcentiis. Amſtelodami 1668. in 4. conſcripta eſt ab Amico meo b. m. chariſſimo candidiſſimoque *Matthia* PAISENIO, Med. Dr. dum viveret doctiſſimo, quem utinam nobis adeo maturè fata non abripuiſſent, haberem etiamnum, cum quo ſæpiſſime vacuas horas non inerudito fallerem otio. Interim memoriam illius, cujus præſentiam *O Superi* denegaſtis, quoad vixero, *ſemper acerbam,*

Semper honoratum, quia ſic voluiſtis, habebo.

Et ſane huic omnium dandum illud etiam putavi, ut binorum ſaltem foliorum Epiſtola, quandoquidem alia majora, quæ ab ejusdem induſtria doctrinaque non vulgari expectabamus, immatura mors intercepit, hic memoretur. Eam inaugurali ſuæ Lugduno Batavæ habitæ *diſputationi de Vitiis humorum* longè doctiſſimæ, quam per Caſſianam diſputationem indigne habitam credebat, defendendæ ſcriptam ipſe mihi pro familiaritate, quam colebamus una, faſſus eſt, atque donavit.

(1002) *Non-Entia* CHYMICA: libellus eſt in 12. forma, paucorum foliorum, exhibens deſignationem medicamentorum Chymicorum celebratorum multorum, quæ auctor putat inter non-entia, & falſo deprædicata debere cenſeri. Eum inter Chymicos pugnas multas & contentiones excitaſſe, id temporis (erat Ao. 1640. circiter,) notum ejus ſtudii eruditis. Auctorem detexi jam olim in Programmate funebri, quo & officii ratione, ut eo tempore Gymnaſii Rector, & ex debito meritoque ſum proſecutus beatum meum Præceptorem, & ex Præceptore Collegam, Doctorem Phil. & Med. ac Phyſices Poeticesque Profeſſorem Publicum, *Michaelem* KIRSTENIUM, cujus etiam hic honorifica grataque mente culturam mihi præſtitam lubens recordor.

Non omittere vero etiam hic poſſum, quod Ephemerides Pariſianæ 1679. menſis Maji, pag. m. 105 recenſent *Ultis Uldenii, Non Entia Chymica,* ſive Catalogum eorum operum & operationum, quæ non ſunt nec eſſe poſſunt, &c. Berolini, ſine forma, mole, annove impreſſionis. Quod tamen ab hoc noſtri Præceptoris Opere

 diver-

diverſum eſſe puto, an illius occaſione, & argumento etiam aliquo & allegatione uſum: videant, quibus hæc ſtudia curæ, ac utraque ſcripta ſunt ad manum. Nobis memoratum oculis uſurpavimus ex editione *Mercklino* (a) notata *Elsholzii*, (qui Kirſtenianis in amicis, etiam aliquot elegantiſſimis illi carminibus cultus fuit) diſtillatoriæ curioſæ adjuncta in 8. pag. 99. & ſqq. usque ad 140. cujus ad Lectorem præfatio genium & ſtylum mihi notiſſimum plane ſiſtit usque ad pag. 110. cum ſubſcriptione arguta hacce: *Utis ſcripſit, anno ab exoculato Polyphemo* clↄ clↄ. Iↄ CCC. XXX. aut circiter. Titulus integer ſub lit. (b) deſignatur; capita ſub (c) exhibentur. Subjunguntur usque ad pag. 176. Guerneri *Rolfincii* Non-Entia Chymica, ex libro ejusdem ſexto, in artis formam redactæ Chymiæ. Adde *Pſeudon.* num. 2781.

(a) Georgius Abraham Mercklinus, Lindenii Renovati, pag. 1049. col. b. Utes (*lege* Utis) Udenius: Non-Entia chymica, *ſive* Catalogus eorum operum, Operationumque Chymicarum, quæ cum non ſint in rerum natura, nec eſſe poſſint, magno tamen cum ſtrepitu a vulgo Chymicorum paſſim circumferuntur. *Francofurti, 1645. in 12. Ibidem apud Thomam Matthiam Götzium, 1670. in 12. Hæc editio denuo publicæ luci expoſita eſt, cum Præfatione, à Georg. Wolfgango* Wedelio; *ſed emiſſo (lege* omiſſo) *nomine* Utis Udenii. *Extat etiam cum Johann. Sigismundi* Elsholtii *Deſtillatoria curioſa, Berolini, apud Rupertum Volcherum, 1674. in 8.*

(b) Utis Udenii *Non-Entia chymica, ſive Catalogus eorum Operum Operationumq; Chymicarum, quæ cum non ſint in rerum natura, nec eſſe poſſint, magno tamen cum ſtrepitu à vulgo Chymicorum paſſim circumferuntur, & Orbi obtruduntur.*

(c) Index Capitum.

Cap. 1. *Non-Entia Chymica ex vegetabilibus.*
2. *Ex animalibus.*
3. *Ex lapidibus.*
4. *Ex Mineralibus.*
5. *Ex Metallis.*
6. *Non-entia communia.*
7. *Non-entia in transmutatione Metallorum.*
8. *Excuſatio.*

(1002. *a*) CHEMIA *Rationalis*, nec non *Praxis* CHYMIATRICA *Rationalis*, auctore P.T. Med. D. Lugd. Bat. apud Iacob Mocquée. An. 1687. in 4. Conſtat plagulis 45. inſcriptiones ſunt libri recenſiti in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus ſupplemento VI. Tom. I. & Profeſſoris Chymiæ Lugduni Batavorum publici *Caroli de* MAETS eſſe detecti, verbis (a) ſequentibus, quibus ipſam recenſionem ſatis accuratam addat, cui volupe eſt. Et vel videbit inde, aliam eam eſſe longe ab alia Chymia rationali, prodita nomine Mich. *Etmulleri*, in 4. Lugd. Bat. 1685. & in *Ephemeridibus Pariſienſibus (Journal des Sçavans)* memorata A. 1686. d. 20. Maji. pag 200. & 201. ut auctore nominato indigna & repudiata, expreſſionibus ex *Actis Eruditorum* Lipſienſibus Ao. 1695. pag. 342. verſione latina ad verbum facta deſumptis ſine ulla eorundem allegatione.

(a) Acta Eruditor. Lipſ. Tom. I. Suppl. Sect. VI. p. 324. & 325. *Statim ac* Collectanea Chymica Leidenſia, *i.e.* Maetſiana, *Marggraviana, le Mortiana &c. ſub* Morlei nomine *à Typographo Lugdun. Batav. Anno 1684. invitis Autoribus divulgata eſſent;* Carolus de Maëts *Profeſſor Chymiæ celeberrimus in Prodromo Chymiæ Rationalis gravius in eadem animadvertere cœpit. Quamvis vero proprium fœtum a ſe impoſterum editum iri ſpem idem fecerit, hactenus tamen non niſi præſens* Chymia Rationalis, *quam una cum Praxi Chymiatrica Rationali adjecta ipſum* Maetſium *genuinum autorem agnoſcere nobis conſtat, & alio quidem obſtetricante, lucem adſpexit.*

(1003.) *Ortus & Progreſſus* CLYSMATICÆ *novæ*, in 4. German. 1667. Ejus auctorem ſuſpicatur Dr. Samuelem *Reyher* P.P. Kilonenſis celeberrimus, & Collega ejus præmortuus D. Daniel *Major*, in oppoſito eidem libello, *de occaſu & regreſſu Chirurgiæ Infuſoriæ* §. V. *Joh. Sigismundum* ELSHOLTZIUM, Medicum Brandenburgicum. Symbola eſt Clariſſimi *Normanni*, tum temporis, cum eandem daret, ex hac Academia, in peregrinatione ſua hic locorum recens reverſi, ante annos hoſce complures. Habet *Lipenius* in Bibliotheca ſua Medica p. 106. b. hujus *Elsholzii* Teutſche neue Clyſtir-Kunſt / wie eine Artzney durch eröffnete Ader beyzubringen. Berolini in 8. 1665. & *Lat.* ibidem. Latinam eam duplicem editionem habet etiam *Mercklinus* in *Lindenio renovato* pag. 682. quarum inſcriptiones (a) exhibemus. Cæteroqui recordor optime, tempore meæ commorationis Lutetiæ Pariſiorum, hancce Clysmaticam diverſis animorum & calamorum agitationibus ventilatam fuiſſe. Quemadmodum in meis etiam inde allatis reliquiis memorata ſub lit. (b) nec apud *Lipenium*, nec alias forte apud multos, vel titulo, nedum re ipſa extantia, *Cinelliana* Bibliotheca Volante digniſſima plane aſſervari, parva mole non pretio etiam ſcripta præſto ſunt numero quinque. Quod vero in ipſis tum temporis recens cœptis Ephemeridibus Eruditorum Gallicis (vel Journ. des Sçavans) hujus rei nulla mentio facta, inhibitione Papali ob cenſuram cenſuræ 1665. d. 16. Februarii Ephem. VI. inſertam factæ imputandum: absque qua ſi fuiſſet, omnino plura hujus argumenti memoratu digna nunc haberemus. Interim memorabiles etiam ſunt alii de infuſoria Chirurgia Tractatus, librive Mercklino memorati pag. 566. bini. *Horſtii* nempe Judicium, de D. Danielis *Majoris* Chirurgia Infuſoria, & pag. 1010. ad Horſtium Epiſtola deſuper Thomæ *Bartholini* & pag. 1085. etiam D. *Tackii, Hornii*, D. *Michaelis.*

(a) Georgius Abraham Mercklinus *Lindenii Renovati, p. 682. col. b.*

(1) Clyſmatica nova, *ſive, Ratio, qua in venam ſectam medicamenta immitti poſſint, ut eodem*

eodem modo ac ſi per os aſſumpta fuiſſent, operentur: inaudita etiam omnibus ſeculis ſanguinis transfuſione. Editio ſecunda, variis experimentis per Germaniam, Angliam, Gallias atq; Italiam factis, nec non Iconibus aliquot illuſtrata. Coloniæ Brandenburgicæ, apud Daniel. Reichelium 1667. in 8.

(2) Clyſmatica nova, ſeu, Chirurgia infuſoria hominibus adhibita 1665. Extat cum celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Caſtrenſis, Jaſulini, Cabrolii, variis opuſculis Anatomicis. Francofurt. apud Hermannum à Sande 1668. in 4.

(h) (1) Lettre Eſcrite a Monſieur Moreau, Docteur en Medicine de la Faculté de Paris Conſeiller, Medecin, Lecteur & Profeſſeur ordinaire du Roy, par G. Lamy, Maiſtre aux Arts en l'Univerſité de Paris; Contre les pretendues utilités de la transfuſion du Sang pour la gueriſon des maladies, avec la réponſe aux raiſons & experiences de Monſieur Denys: a Paris, chez Jean Delaunay, ſous la porte de la Claſſe de la Place de Sorbone, 1667. conſtat paginis 15.

(2) Lettre eſcrite à Mr. Moreau, Docteur en Medicine, de la Faculté de Paris, Conſeiller, Medecin, Lecteur & Profeſſeur ordinaire du Roy; par G. Lamy: Dans laquelle il confirme les raiſons, qu'il auoit apportées dans ſa premiere Lettre, contre la transfuſion du Sang, en répondant aux Objections, qu'on lui a faites; A Paris, chez Jean Delaunay, ſous la Porte de la Claſſe de la Place de Sorbonne. M.DC.LXVII. conſtat paginis 16.

(3) Lettre eſcrite a Monſieur l'Abbé Bourdelot Docteur en Medicine de la Faculté de Paris, & premier Medecin de la Reine de Suede, par C. G. pour ſervir de Réponſe au S. Lamy, & confirmer en meſme temps la Transfuſion du Sang par des Nouvelles experiences, à Paris chez J. Cuſſon, ruë S. Jacques, à l'Image S. Jean. Bapt. 1667. conſtat paginis 16.

(4) Copie d'une Lettre eſcrite à Monſ. de Montmor, Conſeiller du Roy en ſes Conſeils, & premier Maiſtre des Requeſtes. Par I. Denis, Profeſſeur de Philoſophie & de Mathematique: Touchant une nouuelle maniere de guarir pluſieurs maladies par la transfuſion du Sang, confirmée par deux experiences faites ſur des hommes, de Paris 1667. conſtat paginis 15.

(5) Lettre Ecrite à Monſieur * * * * par J. Denis, Docteur en Medecine, & Profeſſeur de Philoſophie & de Mathematique. Touchant une folie inveterée, qui a eſté guérie depuis peu par la Transfuſion du Sang: à Paris chez Jean Cuſſon ruë S. Jacques a l'image S. Jean Baptiſte, 1668. conſtat paginis 12.

(1004) Tractatus de CONSANGUINITATE auri, Sacchari & Spiritus vini, in 8. Gieſſæ 1650 ſolo præfixo ſymbolo anagrammatico: Hoc Viro ſancta cos nidet in publicum notus. Auctor denominatur in Mollerianis Flensburgenſibus Symbolis, ex certa ſua ſibi conſtante notitia, ut & ex citatione D. Georgii Franci ex Profeſſore Jenenſi Medico Regio Danico, in Programmate quodam abſque nomine publicato. §. 26. per literas M. Chriſtiani Junkeri, alias laudati, Lipſiæ 1695. menſe Auguſto datas, D. Joannes TACKIUS, Archiater Haſſo-Darmſtadinus P.P. Gieſſenſium. Idemque publice nos docuit Jo. Deckherrus de adeſpotis pag. 314. ex D. G. Franckii, modo laudati Viridario Heidelbergenſi, p. XI. 8. 26.

(1005) DIALOGUS Medico-Chymicus, primum Halæ excuſus, poſtea etiam ignorante autore marginalibus illuſtratus, & ampla laude decoratus, alibi impreſſus prodiit. Is deinde ſub nomine Sebaldi Smaragiſii quomodo prodierit, vide ſuo loco in Pſeudonymis. Demum vero ipſius Autoris genuino præfixo nomine publicatus eſt hoc titulo:

SIMONIDES Redivivus, ſive Ars MEMORIÆ & OBLIVIONIS, (quam hodie complures penitus ignorari ſcripſerunt) tabulis expreſſa, Autore Adamo BRUXIO, Sprotta-Sileſio, Doctore & Medico Halenſi, apud Saxones, cui acceſſit Nomenclator mnemonicus, ejuſdem autoris, 1610. Lipſiæ, impenſis Thomæ Schureri Bibliopolæ Lipſienſis. in 4to paginis 118. poſt quas Nomenclator mnemonicus, ſive ad artem memoriæ faciens, paginis 63. eodem anno, loco & typographo nominato exhibetur. Vid. Pſeudon. Smaragiſium n. 2460.

(1005. a CXXXVIII.) ENCHIRIDION MEDICUM, Genevæ ſine auctoris nomine cum Calmetæi Chirurgia, editum. Johannis FERNELII eſſe, cujus alia ſcripta Medica plura, nomine ipſius inſignita, doctiſſima habemus, auctor eſt Scavenius n. 80. vide Lindanum pag. m. 352. & eundem renovatum Mercklini p. 578. a & b. & ſeq. ubi nil tamen de hoc Enchiridio.

(1006) ITALI Rodohami Commentariorum, in artem parvam GALENI interpretem non invenio Geſnerus: ſine dubio YHUDA filius Murſæ (ſi recte ſe habet ſcriptio vel lectio ſcriptionis, admodum obſcuræ) eſt. Rav. ad Geſnerum, Symbola eſt Normanniana, provocans, ut alias ſæpius, ad notas manuſcriptas Ravianas, Geſneriano margini adſcriptas. Et illam interprete indigere nemo non videt.

(1007) Comparatio veteris MEDICINÆ cum nova, HIPPOCRATICÆ cum HERMETICA, Dogmaticæ cum Spagyrica. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1605. in 12. Adjunctum eſt Examen Animadverſionum Baucyneti & Harveti. Item Brevis excurſus in Battologiam Quercetani, quo Alchymiæ principia funditus diruuntur, & artis veritas demonſtratur. Acceſſit cenſura Scholæ Pariſienſis. Pariſiis, ap. Hadrian. Perier, 1604. in 12. Libri ſunt memorati Mercklino Lindenii renovati

novati pag. 669. b. Eorum *prior anonymus* prodiiſſe colligitur mihi ex refutatione *Quercetani* memorata *Bibliothecæ Bodlejanæ* Tom. 2. pag. 88. a. ubi poſt verba anonymi ejusdem inſeritur (i. e. *Riolani*) quæ verba impreſſum titulum libri non habere conſtat ex Lindenio memorato (a) & hunc & alium ei ſuccenturiatum referente, v. quæ in *Antarveo pſeudonymo* de hoc *Johanne* RIOLANO filio cognominis parentis referimus. An vero etiam reliqua primo illi addita in Mercklino, ſcripta prodierint anonyma, viderint, qui ea viderunt.

(a) *Georg. Abrah.* Mercklinus Lindenii Renovati, p. 711.

Ad veritatem *Hermeticæ Medicinæ* ex Hippocratis, veterumque decretis ac therapeuſi, nec non vivæ rerum Anatomiæ Exegeſi, ipſiusque naturæ luce ſtabiliendam, adverſus cujusdam Anonymi Phantaſmata, Reſponſio. Lutetiæ, apud Clandium Morellum, 1603. 1604. in 8. Francofurt. apud Conradum Nebenium, Anno 1605. in 8.

Ad brevem *Riolani* excurſum brevis incurſio. Marpurgi. ap. Puulum Egenolphum. 1605. in 8.

(1007. *α*) Valerii CORDI DISPENSATORIUM *Pharmacorum omnium, quæ in uſu potiſſimum ſunt. Ex optimis auctoribus tam recentibus quam veteribus collectum ac Scholiis utilibus illuſtratum, emendatius ac ſelectis Compoſitionibus auctius redditum*, & *quarto* publicatum in folio, Lugd. Bat. apud Jo. Maire, 1627. ſine mentione editoris, & augminis ejus auctoris Dr. Joannis Georgii VOLKAMERI, ob hoc ſolum quod in frontiſpicio vel titulo libri non ſit poſitum ejus nomen, inter auctores incertos relatum pag. 1035. a Lindenio Renovato, cum veniæ precatione refert *Mercklinus*, Lindenii renovati pag. 6. hoc ipſo reliquos omnes ſuo nomine præfixos ſe inveniſſe.

(1008) W. S. D. C. P. C. (id eſt *Wendelinus* „SYBELISTA, Doctor, Com. Pal. Cæſar.) edidit „*Manuale* HERMETICUM, ſeu *introitum quadri-* „*formem in magnum Philoſophorum opus &c.* Guelpherb. 1655. in 8vo. ſymbola eſt Jo. *Molleri* Flensburgiana, de qua nil ſubodoraſſem: cum in *Lindenio renovato Merckliniano* pag. 1050. a. liber ipſe non ut anonymus, ſed palam notus & inſcriptus exhibeatur, ſed in forma quarta. Idem mihi contigit in

(1009) G. H. de HERNIIS *Diſſertatione Academica*, Gedani 1677. in 4. ex *Beughemii* Bibliographiæ Medico Phyſicæ pag. 108. ab eodem memorata, & detecta, quod ſit *Ludovici von* HAMMEN, ſub cujus nomine, additis etiam aliis de Crocodilo, ac veſicæ mendaci calculo, Epiſtol. & Reſponſion. ad Virum clariſſimum D. *Carolum Drelincurtium*, Lugd. Batavorum, apud Corneli- Bouteſtein 1681 in 12. recuſa memoratur *Lindenii Renovati* p. 763. b.

(1009. *α*) HAEMORRHAGIÆ *ſiſtendæ experimenta, circa uſum externum* SPIRITUS VINI *obſervata*, ſine auctoris nomine quæ referuntur communicata in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1683. pag. 152. & ſeqq. quod ſint *Johannis* BOHNII, Doctoris & P.P. Lipſienſis Anatomiæ & Chirurgiæ, teſtatur index eorum generalis primus decennii primi in hoc nomine, qui ut alia multa anonyma ejusdem auctoris exhibet; ita & nominata, v. g. de Aeris in ſublunaria influxu A. 1685. pag. 404. Oeconomia Corporis animalis 1686. pag. 225. de Renunciatione vulnerum 1689. p. 101.

(1010) HORTUS SANITATIS, *de Herbis, animalibus, avibus, piſcibus, lapidibus &c. Latine*,„ converſus *de Arabico R. Moſis* MAIMONIDÆ ar-„ bitratur R. Immanuel *Aboab* Nomolog. p. 257.„ Symbola eſt *Normanniana*, cui quod addam non habeo, niſi quod Hiſpanice ſcripta illa *Nomologia* mihi fuerit, ut doctiſſima & lectu digniſſima multum à clariſſimo Dn. *Normanno* commendata, ſed necdum, ut legi poſſet, reperta.

(1010. *α* CXXXIX.) HORTI ACADEMICI LUGDUNO-BATAVI *Plantarum Catalogum* quo is inſtructus fuit Ao. 1635. Præfecto ejusdem Horti *D. Adolpho Vorſtio*, Medicinæ & Botanices Profeſſore, una cum Indice plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur. Lugd. Bat. 1636 in 24. editum ab *Henrico* KRALITZ confectum, *Scavenius* num. 66. teſtatur.

(1010. *αα*) De LAPIDE PHYSICO *Diſceptatio Phyſica* contra *Tumbæ Semiramidis* auctorem, ut à perſonati PANTALEONIS, non præfixo nomine, profecta cenſeatur, & quid ſub illo Chemicorum librorum aliorum prodierit, vid. Olaum *Borrichium*, in Conſpectu Chemicorum illuſtrium. §. LXI. p. 39. ſi quis forte hinc conjectare verum auctorem, & detegere nobis poſſit, ſemidetectum. (a)

(a) Borrichius in conſpectu Chemicorum Illuſtrium. §. LXI. p. 39.

Anonymus ille illuſtris, qui Pantaleonis *nomen induit, magnæ eruditionis, & experientiæ Roſcius, in* Bifolio ſuo metallico, *in* Tumulo Hermetis aperto, *& in* Alchymiſtico Examine *prodit clariſſimam in his ſacris lucem, promptum, ſubactumque judicium, & liberrimum in cenſendo acumen. Credibile eſt, Diſceptationem* de Lapide Phyſico, *contra Auctorem* Tumbæ Semiramidis *ab eodem calamo profluxiſſe, ita iisdem principiis, fundamentisque innititur is Scriptor, quibus* Pantaleon. *Et ſi ſcapham ſcapham appellare fas eſt, Tumbæ Semiramidis Auctor, in quem invehitur Diſceptator, magnis excidit auſis, liquidoque imperitiam ſuam in Hermetico opere declarat; nec potuit fortius, generoſiusque contundi, quam ab illo diſceptatore, hoc eſt, opinor,* Pantaleone *præſtitum eſt.*

(1010. *β* CXL.) LUMEN CHYMICUM absque auctoris SENDIVOGII nomine aliquoties

ties editum, vide in *Rhodianis* num. 56. & in *Scavenii* Catalogo n 90. *Rhodius* hæc habet:

Novi Luminis Chymici auctor Michael „SENDIVOGIUS Polonus, cujus ana„gramma,

Qui Divi Leſchi genus amo. Quibus jam tum in editione prima hunc addidi Commentarium.

Novum Lumen hocce *Chymicum* abſque „nomine auctoris editum Pariſiis 1608. & „Regiomonti 1614. in 12. & Colon. 1617. in „16. editum etiam *Germanice ſub ipſo auctoris* „*nomine*, vidiſſe memini, & quidem ipſam „illam editionem, cujus meminit *Lindanus* p. „485. de Scriptis Medicis, quæ Erphordiæ „apud Philippum Wittelium prodiit, 1624. „in 8. titulum hunc præ ſe ferens: *Lumen Chy*„*micum novum, XII. Tractatibus diviſum, & to*„*tidem antiquis figuris in Germania nuper reper*„*tis, notisq; clariſſimis illuminatum, renovatum &* „*illuſtratum, opera & ſtudio* Ἀνδρὸς ὀρθ☉ ἩΛι☉. „*in gratiam genuinorum Hermetis filiorum publici* „*juris factum.* Eidem adjectus eſt in Calce „Libellus novus alius hoc frontiſpicio inſi„gnis: *Epilogus & Recapitulatio in* Michaelis „Sendivogii *Poloni Novum Lumen Chymicum* „*opera & ſtudio* &c. qvemadmodum ſupra. „Ejusdem auctoris ibidem etiam aliud re„cenſetur ſub ipſius genuino nomine pub„licatum: cui titulus

„ *De vero Sale ſecreto Philoſophorum, & de uni*„ *verſali Mundi Spiritu tractatus*, ex Gallico in Latinum verſus à Ludovico Combachio, Caſſellis. 1651. in 8vo. Qvibus à *Mercklino* additur *Lucerna Solis Philoſophorum* prolixo admodum titulo p. 822. & ſeq. qvi retractatur in præfatione pag. 10. quæ eſt qvinta a fine (ubi p. 622. pro p. 822, errore Typographico deſignatur) & ad p. 760. a. memoratum. *Combacchium* reducendus monetur.

„Sub LESCHI nomine autem excuſa eidem „auctori aſſerit idem *Lindanus* p. 444. bina „opuſcula hac inſcriptione ſignata: *De La*„*pide Philoſophico tractatus XII. & Ænigma Phi*„*loſophorum ad filios veritatis*, extantia in „Theatri Chymici Argentorati 1613. in 8. „editi Volumine quarto; qvod repetit Merck„linus pag. 748. a. De hoc *Michaele Sendivo*„*gio*, qvem in modum ab aliqvo Poſſeſſore „*Setonio* dicto vel *Sidonio*, arcani illius ma„gni pyxidem aurifico pulvere plenam „acceperit, ejusdemqve poſtea defun„cti viduam matrimonio ſibi junxe„rit, ſpe falſa illectus, artem magnam „auri conficiendi ab eadem addiſcen-

di, vide qvæ narrat elegantiſſimum Aca-„ demiæ Kilonenſis decus, *Morhoſius* in Epi-„ ſtola doctiſſima ad Joelem Langelottum, „ *de Metallorum transmutatione* nuper in publi-„ cum edita, pag. 149. & 150. Hunc, „ eundem *Sendivogium* abſqve dubio intelli-„ git etiam & commendat nobis Auctor *Ano*-„ *nymus* opuſculi *de Arcano Philoſophiæ Hermeti*-„ *cæ*, (detectus inter anonymos noſtros Me „ dicos) pag. 203. n. 11. illius opuſculi ſic, „ ſcribens. *De aqua vero illa limpida à multis*, „ *quæſita, a paucis inventa, omnibus tamen obvia & in*-„ *ſerviente, quæ operis Philoſophici baſis eſt, nobilis Polo*-„ *nus, non minus doctrina quam ingenio pollens, Anony*, „ *mus, cujus nomen nihilominus duplex Anagrammate* „ *prodidit, in novo ſuo lumine Chymico Parabola & æni*-„ *gmate, tum etiam in tractatu ſuo de Sulphure fuſe ſa*-„ *tis & ingenioſe dixit, imo omnia circa illam dilucide* „ *aperuit, ut plura deſideranti nihil ſatis eſſe poſſit.* „ Vide præterea Petri *Borelli Bibliothecam Chy*-„ *micam*: ubi ſub lit. A. ſic habet. *Anony*-„ *mus Sarmata de novo Lumine Chymico, male Michaeli*, „ *Sendivogio tributo, cum adepti morte hæc ſcripta ha*-„ *buerit.* Item ſub lit. C. *Coſmopolitani* (nec, „ *Lindenio* vel *renovato* adeo memorati) *novum*, „ *lumen Chymicum 1604. Pragæ Bohemiorum & Fran*-„ *cofurti eodem anno apud Bitſchium, & 1606. apud Par*-„ *thenium curis Rullandi, & 1610. Pariſiis ac Coloniæ*, „ *extat & Theutonice, & adhuc Latine cum Mullero, & in*, „ *Theatro Chymico.* Et paulo poſt enumera-„ tis etiam Gallicis verſionibus, ſubjicit: „ *Auctor hic ex quibusdam eſt Michael Sendivogius juxta*, „ *Anagrammatiſmos ejus, dictus ab aliis nobilis Polonus*, „ *vel Cracovita*, & Heliocantharus Borealis. „ *Librum etiam de ſulphure & Dialogum Mercurii compo*-„ *ſuit, qui extant; at non promiſſi libri de Sale, nec de* „ *Harmonia Mundi. Audio tamen extare in Polonia* „ *apud Sendivogii Filium, qui veri Auctoris hæres fuit*, „ *ſibiq; ejus ſcripta tribuit.* Ibidem & ſub no „ mine Sendivogii de Commentatoribus ejus, „ ac interpretibus plura legas, qvæ nunc, „ exſcribere non vacat. Idem pagina 74. „ *Divi Leſchi genus amo, ſeu Michaelis Sendivogii, ut*, „ *hoc anagrammatiſmo patet, & quia Leſchum ſive genus*, „ *divi Leſchi amat, id eſt polonos, (apud quos colitur ſanctus*, „ *ille, qui eorum Rex olim fuit) de lapide Philoſophico*, „ *tractatus duodecim cum Epilogo in Theatro Chymi*-„ *co & ſeorſim multoties impreſſi, ut & Gallice &c.* „ De *Sale* vero liber qvi memoratur, eſt mo-„ do laudatus *Mercklino* p. 822. & 760. qvem, „ priorem locum (a) hic exhibemus qvia „ etiam aliqva continet, qvibus hæc ipſa al-„ legata illuſtrantur, magis vero etiam, „ per ea qvæ ex Borrichio (b) ſuperaddun-„ tur, Conſpectus Chymicor. §. 46. p. 31. „ Unde qvoqve de *Sendivogii filio* vide in pſeu-„ donymis excerpta. *Hyde* Sendivogium vo „ cat noſtrum p. 513. qvæ debebat eſſe 151. „ part. II. Catalogi lit. S. nunc errore typo-„ graphi tam vitioſe numerata cum prox. „ præcedente SETHONIUS Scotus & SI-„ DONI-

„DONIUS etiam nonnullis vocetur inter-„qve claſſicos auctores artis numeretur.„ „Adde excerptam *Symbolam Flensburgo-Mollerianam*, (c) & in *Pſeudonymis Leſchum*.

(a) Merclinus Lindenii Renovati l.I. p.822. & 823.

Lacerna Lucis Philoſophorum, *h. e. delineatio nuda deſiderati illius principii tertii Mineralium Sendivogiani, ſive, Salis Pontici, quod eſt ſubjectum omnis mirabilitatis, & Academia unica veterum ſapientum, nec non clavis artis Gebricæ, claudens, ſigillans & aperiens, nemine alias pandente vel occludente: continens ſimul veram præparationem hujus mirabilis ſaporis, & aquæ ſiccæ, quæ nihil madefacit, nec ulli alii rei in mundo commiſcetur, quam metallis: ſecundum methodum, qua cuncti Philoſophi Panaceam illam univerſalem fecerunt, in ſalutem afflicti hominis ceu effigiei & imaginis glorioſi DEI, qui laudetur in ſecula ſeculorum. Ad conteſtandum animum officioſum erga prolem doctrinæ fideliter eidem communicatæ a Filio Sendivogii, anagrammaticè vocato:*

Tuis Ophir dono fert theca Saturni.

Annum publicationis continet famoſum illud Paracelſi *vaticinium:*

ELIas artIVM arte DoCebIt.

Et illud noſtri Coſmopolitæ:

MonarChIa boreaLIs aDVenIet.

Et Böhmii *Teutonici:*

LILIVM eDet FLores à ſeptentrIone.

Cum Appendice conformis cujusdam Dialogi, habiti olim inter ſpiritum Mercurii, ac Philoſophum quendam Monaſterialem: ex Germanico in latinum verſi. Amſtelodami, apud Henricum Betkium 1658. in 8.

(b) Olai Borrichii conſpectus Scriptorum Chemicorum illuſtriorum, Libellus poſthumus, p.31. §. 46. Michael Sendivogius (*ſive is autor eſt* Novi Luminis chemici: *ſive* Sethonius Scotus, *quem Germani* Sidonium *vocant, non multum refert*) *inter claſſicos artis hujus ſcriptores omnium hactenus judicio ſolet numerari: Auctor ingenuus (quantum permittit religio philoſophorum) & ſine proceſſuum commentis, ſine inverſis, lubricisq; verbis ſententiam ſuam aperiens; in parabola etiam liberior, & propior veritati: ſed ne quid diſſimulemus, in illa ingenuitatis imagine callidus, & alio vertens calamum, alio mentem; adeo ut qui preſſius, ſecundum literam ipſum ſequuntur, facile abripi poſſint in devia.* Dialogus ejus *inter Mercurium & Alkymiſtam, lepore ſuo & jocis blanditur, ſed in principe nodo non ſe ſatis explicat. Extat &* Tractatus Sendivogii de Sulphure Philoſophorum, *non is perfunctoriè ſcriptus, ſed tamen, ut ex certis liquet indiciis,* Sendivogio *nequaquam attribuendus.*

(c) *Symbola Flensburgo Molleriana.*

Prolixam hiſtoriam Vitæ Sendivogii exhibet (ex Borello) Henr. Wiltenius, *in Epimetro decadis IX. Philoſophorum. Lumen ejus Chymicum recuſum eſt in* Nathan. Albinei *Biblioth. Chymica Contracta, Genevæ 1654. & 1674. in 8.*

(1010. γ CXLI.) *Chymicos* PARACELSISTAS ſeu *Theophraſti Paracelſi Sectatores*, & in ſpecie *Johannem Wierium*, cujus opera conjunctim, Amſtelodami 1660. in 4 nuper iterum prodierunt, oppugnavit quidam anonymus J. G. P. cui Apologiam peculiarem oppoſuit *Gerhardus Dorn*, ſive *Dornæus*. Ejus Chymica ſcripta plurima habentur, hæc autem apologia *artificio* ejusdem *Chymico* 1598. in 8. edito juncta eſt, hac inſcriptione: *Veneni quod (neſcio quis)* LEO SUAVIUS *ſub* J. G. P. *velamine tectum in Theophraſticos evomere conatur, proprium in pectus ejus, per* Gerardum Dorn, *Apologetica Retorſio*, de qua vide Librum Apologeticum *Joannis Wierii*, operum ejus pag. 623. & 624. ubi eidem ſe opponit, deque operis auctore ſic ſcribit. *Has autem litteras* J. G. P. *mihi explicuit Illuſtriſſimus Princeps Chabaneus Joannes Vidamnus Carnutenſis, Philoſophiæ abſtruſioris indagator ſolertiſſimus, & pietatis eximiæ Vir, nomenq; reddidit, nimirum* Joannes GORCTIUS Pariſienſis, cujus aliud ullum ſcriptum, nunquam me vidiſſe memini. *Leonis Suavii* vero *Compendium ex optimis quibusq; Theophraſti libris, cum ſcholiis in libros quatuor de vita longa, vitaq; Paracelſi, & Catalogo ejus operum*, Baſileæ 1568. in 8. editum memorant *Draudius* Bibl. Claſſicæ p. m. 992. *Geſnerus* pag m. 449. & *Lindanus* p. 444. vel apud *Mercklinum* aut alios meorum Bibliographorum: niſi quod *Königius* pag. 354. meo allegat.

(1010. δ CXLII.) PHYSICÆ RESTITUTÆ Enchiridion Anonymi 24. 1657. Rotomagi prodiit. Eum in ſua, lectione Philoſophorum Chriſtianorum omniū digniſſima diſſertatione, *de Vera Philoſophia* (cujus editionem hic Hamburgi factam, induſtriæ curisque Dn. *Joachimi Henningii* Guſtrovienſis, Sub-Rectoris digniſſimi debemus) *Henricus Ernſtius* §. 82. pag. 156. citat, additque *Qui elegantiſſimus ſcriptor creditur eſſe Joh.* SPAGNETUS (*d'*ESPAGNET) *Præſes Parlamenti Burdegalenſis: ut ex anagrammate colligi poteſt*, penes nos unda Tagi. Quod quidem Anagramma in exemplari, quo ipſe ſum uſus, non huic tractatui, ſed eidem adjuncto Chymico alii opuſculo præfixum erat, cui titulus:

(1010. ε CXLIII.) ARCANUM HERMETICUM, *in quo occulta naturæ & artis circa* LAPIDIS PHILOSOPHORUM *materiam &c. fiunt manifeſta.* Prius vero Enchiridion aliud anagramma præferebat, idem nomen figurans: nempe *Spes mea eſt in agno.* Utriusque editionem Pariſinam 1638. duplicem *Borellus Biblioth. Chymicæ* pag. m. 82. recenſet, addens poſterius opuſculum a quibusdam non *Spagneti*, ſed Equitis cujusdam IMPERIALIS eſſe perhiberi, quod ipſe tamen non credat: adde eundem pag. 13. Doctiſſimus Kilonenſis Academiæ Profeſſor *Morhofius* in Epiſtola ſua *de Metallorum transmutatione* nuper edita pag. 142. & 143. ſic habet. ARCANUM HERMETICÆ PHILOSOPHIÆ, *opus quod* Enchiridio Phyſicæ Reſtitutæ Spagneti *additur, eleganter ſcriptum eſt, & genuinum ſe facile ipſo habitu oſtendit: nec leve argumentum eſt, quod ab anonymo* Philaletha, *quem verum hodie vivere poſſeſſorem, e relatione Illuſtris Viri ſcio, aliquoties ejus mentio fiat, qui interdum, ubi non nominat, integras ex eo periodos ex-*

ſcri-

ſcribit. In utroq; vero ita ſibi reſpondet dictio non inculta, ut ab uno auctore omnia profecta quis exiſtimare poſſit. Nam Spagnetum *non eſſe auctorem* Arcani Hermetici, *ſed editorem tantum,* Borellus in Bibliotheca *ſua prodidit.* Anonymus *vero* Nobilis Galli, non Spagneti *nomine eum citat. Eſt vero is, qui ſe* Philalethen *vocat, gente* Anglus, *de quo hæc mihi Londini narravit Vir illuſtris & fide digniſſimus, qui & ipſe Virum hunc bene novit.* Sequitur hiſtoria prolixior, quam ut huc transſcribi debeat, cum ipſa Epiſtola lectu jucundiſſima, multaque alia ſcitu non utilia continens, & ob molem exiguam facile parabilis paſſim extet.

De utroque ſcripto agit Claudius *Sorellus*, in data Gallice nobis ſcientia Univerſali, Tomo quarto pag. 413. & ſeqq. quem hic damus excerptum (a) potius quam mendoſam & defectuoſam verſionem *Stubergianam* Germanicam, titulo von der Vollkommenheit der Menſchen; ubi p. 108. ipſe titulus habet ſtatim vom Hand-Büchlein der wider erſtatteten Vernunft-Lehre. Unde ſane non phyſicam ſed Logicam reſtitutam exiſtimes. Ultima vero periodus ex pag. 415. Gallice datorum plane eſt omiſſa. Non poſſum quin hic addam memorabilem (b) valde locum, ex nupero poſthumo ſcripto *Borrichiano* huc pertinentem, & quod Ampliſſimus Antiſtes Dr. *Diecmannus* in margine hic addit: ſuum exemplar in 24. Rothomagi 1647. editione quarta emendata & aucta inſcribi. Item exemplaris ſui, quod habet, *Arcani Hermetici titulo* diſertis verbis utrumque opus ejusdem Autoris anonymi eſſe dici, Anagramma etiam in titulo præſcribi, addito i.e. *Joannes Eſpagnet*, ſi *m* in *n* mutes.

(a) La Science univerſelle de Sorel, To. IV. p. 413. *En l' année 1623. il fut imprimé a Paris un Liure, intitulé* Enchiridion Phyſicæ reſtitutæ; *le quel on a ſceu eſtre un ouvrage de Meſſire* Jean d' Eſpagnet, *Preſident de Parlement de Bourdeaux, pource que quelques perſonnes, qui eſtoient de ſa connoisſance en ont aſſeuré, & qu' ont auſſi tire des conjectures de cela, a cauſe qu' au commencement du Livre il y a cette deviſe,* Spes mea eſt in agno, *& au devant du Traitté de Chymie,* Penes nos unda Tagi, *qui ſont deux Anagrammes de ſon nom. On peut dire, que c' eſt le premier Liure, qui ait paru en France, où il y ait une Phyſique complette, contraire à celle d' Ariſtote. Cependant l' Auteur pretend, que ce n' eſt que l' ancienne Philoſophie qu' il a retablie en ſes droits. Il y a mis pourtant beaucoup de choſes de ſon invention. &c.*

Pag. 415. Auſſi a-t' il mis en ſuite un Traitté qu' il appelle, Arcanum Hermeticæ Philoſophiæ opus, *dans lequel il parle de la matiere de la Pierre philoſophale & de ſes Digeſtions, des degrez du Feu, de la figure des vaiſſeaux, & de celle du Forneau, de la compoſition de l' Elixir, & de ſa multiplication. Veritablement comme beaucoup de gens bien ſenſez tiennent la pierre philoſophalle pour une chimere, cela pourroit decrediter tout le liure, n' eſtoit que ſa belle maniere de s' expliquer luy a donné de la reputation. Ceux qui ſont du party des Peripateticiens, le condamneront entierement. D' autres approuveront quelques opinions, & rejetteront celles, qui ſemblent encore tenir de ces Philoſophies particulieres, qu' on croit eſtre remplies de viſions; comme de dire que la lumiere du Soleil & toute autre lumiere eſt ſpirituelle, & que noſtre Feu materiel eſt ſpirituel en quelque ſorte. Les choſes n' y ſont propoſées que par Canon ou Articles ſuccints, qui laiſſent beaucoup à deviner & à deſirer, mais l' entrepriſe n' a eſté auſſi que de faire un Enchiridion ou Abbregé. Ce Liure a eſté traduit en François depuis quelques années, ſous le nom de* la Philoſophie des anciens, reſtablie en ſa pureté. *Ceux à qui la langue latine n' eſt pas familiere, le peuvent voir en cette ſorte.*

(b) Olai Borrichii Conſpectus Scriptorum Chemicorum illuſtrium Libellus poſthumus, p. 36. §. 55. Arcanum Hermeticæ Philoſophiæ opus, *editum ab eo, qui ſub his verbis:* penes nos unda Tagi, *ſe recondit, crediturq; ſenator Parlamenti Toloſani,* Don Janus Eſpagnet, *id enim nomen ex ſuperiori ænigmate elicitur, omnium, quos hactenus legerim, prudentiſſime, candidiſſimeque (quantum permittit taciturnitas imperata philoſophis) in arcano hoc argumento verſatur, nullis diverticulis, nullis ambagibus lectori illudens. Utrum autem* Eſpagnet *ipſe autor fuerit hujus ſcripti, an editor tantum, in ambiguo eſt, dubitantq; Gallorum curioſi, quibus Eſpagnet ſatis ſuperq; innotuerat. Id inficiari nefas, filium Eſpagneti ſenioris & ipſum Eſpagnetum nomine, jam tum annorum circiter ſexaginta, itidem Senatorem Toloſanum (ut olim pater) mihi anno ſeculi labentis ſexageſimo quarto, familiari converſatione notum fuiſſe, virum probum, eruditum, chemicum, & uni* Lullio *addictiſſimum, quo nemo mortalium opinor,* Lullium *fidelius excuſſerat: quod in eo ſolo totam ſcientiam chemicam deliteſcere aſſeveraret, ideoq; de nullo alio chemico ſcriptore ſollicitum ſe oſtendit. Is a me privatim interrogatus, Paterne verè fuiſſet* Adeptus? *an ſcriptum ſuperius publico expoſuiſſet? de ſecundo faſſus eſt, primum autem aſſerere non ſuſtinuit. An pater, memor ſilentii huic ſtudio debiti, filio nihil revelarit, an certi nihil ſcierit, in ſuſpenſo relinquo. Quicquid horum ſit, obſtrinxit nihilominus Pater ſibi Curioſos omnes inſigni beneficio, quod librum hunc aureum publico aſſeruerit.*

(1011) LUMEN *rationale Medicum* h.e. *Praxis Medica Reformata,* ſive *annotationes in praxin* Henrici Regii, *omnes totius humani corporis morbos dilucide deſcribentes, eorumq; cauſas accurate explicantes, & curationem per ſelectiſſima & optima medicamenta inſtituentes.* Accedit *examen inſtitutum in* Dan. Sennerti *Librum quintum Epitomes Inſtitutionum, tractantem de auxiliorum materia.* Medioburgi M. DC. LXXXVI. nomine auctoris expreſſe præfixo recenſitus in *Novellis Reipublicæ litterariæ* Gallicis (*Nouvelles des la Republique des lettres*) 1686. Februario menſe pag. 229. 230. additis, quæ ſub lit. (a) exhibentur paucis, ad quæ *Acta Eruditorum Lipſienſia* nos remittunt (b) a. 1686. pag. 555. quæ omnino auctore celeberrimo Theodoro CRAANEN inſcio & invito publicata eſſe teſtatur vel ipſius altera plenior editio, tota reformata hujus mentionem faciens nullam; at relata in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* Ao. 1689. pag. 539. & ſeqq. edita eodem anno plagulis 100. in 4. cum prior illa anonyma plagulis 32. in 8. conſtaret, quantum priori imperfectior primo adſpectu & titulum ſolum inſpecturo adeo non occultans. Plura videat omnino hac de re ſi quis informa-

formari cupiat plenius ad tit. *Oeconomiæ animalis* meæ ſecuturum num. Unde multum accipient lucis ea quæ in *Actis Eruditorum* hiſce modo allegatis ſub lit. (c) excerpta rem minus exhibent plene.

(a) Nouvelles de la République des lettres. Fevrier 1686. pag. 230. *Il n'y a pas long-temps, que M.* Craanen *a quitté la charge de Profeſſeur en Medicine a Leyde, pour ſuivre la vocation, qui lui a été adreſſée de Berlin, & qui avec le titre de Conſeiller & de Medicin de S. A. E. lui a procuré un bon établiſſement dans l' Academie de Duisbourg. C'eſt un homme fort eſtimé, & principalement parmi ceux, qui ne ſont pas de la Secte oppoſée aux Carteſiens. On ſe perſuade, que ce liure a été imprimé a ſon inſçû, & qu' il le renoncera pour ſien comme il a fait à l' égard' de l'* oeconomia animalis, *qui a ſervi de matiére à l' un des Articles du mois de juin 1685.*

(b) Act. Erud. *Lipſ. An. 1686. pag. 555. Quamvis prima fronte caput occulat ſub anonymo ſenticeto, quicunq; tandem editor eſt libri; ex relatione tamen Dni. B. aux* Nouvelles de la Republique des lettres *menſ. Febr hujus anni pag. 229. & 230. conſtat, quod nobiliſſimi Viri* Theodori Craan *opera & ſtudium in ipſo contineantur. Nam poſt exceſſum celeberrimi* Sylvii, *hic ſucceſſor Medicinam Practicam Lugduni Batavorum profeſſus, auditoribus ſuis quædam ſcholia ad* Henrici Regii *Praxin in calamum dictavit, ac, poſtquam ille a Potentiſſ. Electore Brandenburgico ad munus Conſiliarii & Archiatri largo ſtipendio nunc evocatus eſt, cœperunt illa annotata typis exſcripta circumferri, utut vel inſcio plane, vel invito nobiliſſimo auctore edita, quod forſan ultimam ipſis limam adhibere non licuerit.*

(c) *Acta Eruditorum Lipſienſ. Menſ. Oct. A. 1689. p. 539. Inter illos, qui artem noſtram a Scholaſticis erroribus vindicare conati ſunt, primus fortaſſe fuit* Henricus Regius, *Profeſſor Medicinæ Ultrajectinus, qui ſecundum* Carteſii *placita artis Aſclepiadeæ emendationem aggreſſus eſt. Et quamvis celeberrimi hujus Philoſophi teſtimonio, rem maſcule nec ſine fructu geſſerit, non tamen omnimode perfecit. Partim enim* Carteſii *dogmata ſponte reliquit, partim qua ſemel imbutus erat à teneris, priſtinæ philoſophiæ præjudicia omnino exuere non potuit. Itaq; memoratæ hypotheſeos Celeberrimus Patronus* Craanius, *in Collegio quodam, praxin* Regii, *quam inſtitutionibus ſuis, ſub Medicinæ nomine olim jam publicatis, adjunxit, notis ſuis nunc emendavit, nunc illuſtravit. Tanto hoc factum auditorum fuit applauſu, ut non tantum ipſi eas innumeris vicibus, nec ſinè gravibus impenſis deſcribi curaverint, & vix cum aliis niſi amiciſſimis communicare dignati fuerint, ſed alii etiam earundem publicationem avide deſiderarint.*

Verum, quia hæ Craanii *notæ non conceptis ab ipſo verbis propoſitæ, ſed pro Auditorum ingenio ex ejus ſermonibus collectæ fuerant, non potuerunt non illæ quandoq; mutilæ, & invicem diverſæ exiſtere. Precibus igitur quorundam intimioris admiſſionis diſcipulorum fatigatus* Craanius *favit, & quæ conceperant calamo ſuo, corrigere aggreſſus eſt, ſed ſolum ut auditoribus de ſententia ſua rectius conſtaret, non vero ut unquam ea prælo committenda expeteret. Deſiderio nihilominus plurium ſatisfacturi alii, has* Craanii *in* Regium *animadverſiones, diverſo tamen ſub ſchemate, in publicum emiſerunt. Quamobrem jam Anno 86. Medioburgi* praxis Medicæ Reformata Henrici Regii, *ſub* Luminis Rationalis Medici *titulo prodiit in lucem, uti in Actorum ejusdem anni menſe Novembri p. 555. recenſuimus. Atque hæc editio ex ſententia genuinorum quorundam diſcipulorum, cum emendatis à* Craanio *notis inprimis convenire perhibetur. Jam vero induſtrius ille Lugdunenſium Bibliopola, poſtquam theoriam Medicam in tractatu* de Homine *exhibuit, practicam quoq; partem, adeoq;* Craanii *obſervationes* Regii, *ipſius praxi interſperſas, tradere non incongruum exiſtimavit. Verum enimvero hæc bina ſcripta non ubiq;* Craanianam *exprimere hypotheſin, Bibliothecæ univerſalis & Hiſtoricæ Collectores teſtantur.*

(1112) MEDICINA MENTIS & CORPORIS: duplici titulo nobis exhibetur. *Prior* MEDICINA MENTIS, ſive *tentamen genuinæ Logicæ, in qua diſſeritur de methodo detegendi incognitas veritates,* Amſtelodami apud Albertum Magnum, & Joannem Rieuvverts juniorem 1687. ſubſcriptis dedicationi ad Regem Galliarum ſolis literis E.W. de T. quod ſit nobiliſſimi Luſati Dn. *Ehrenfried Walter* de TSCHIRNHAUSEN, tam in vulgus notum jam eſt, ut probatione non indigeat amplius. Sufficit nunc ſola *Actorum Eruditorum Lipſienſ.* declaratio, in prioris ſui decennii indice, & hoc auctori ſcriptum, & inſerta ipſorum Actis hinc inde alia doctiſſima non pauca palam vindicans, quæ hic exſcribere nunc nihil opus. Ipſe liber Medicinam mentis paginis 224. *Corporis* vero novo titulo & præfatione paginis 59. exhibet, in editione prima modo deſignata. Quam ſecuta eſt altera etiam auctior, Lipſiæ 1695. in 4. plagulis 49. recenſita in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1695. m. Maji pag. 230. & ſeqq. Vide judicium de illo *Morhofii* Polyhiſtoris lib. I. c. 14. p. 141. & 151. addito etiam diſerte nomine auctoris ſecus ac ante & poſtea lib 2. cap. 7. pag. 395. Neque *Nova Reip. Literariæ Gallica*, niſi deſcriptione ſola *Nobilis Germani* prædium ſuum prope Lipſiam incolentis, & Academiæ Regiæ ſcientiarum (puta Gallicæ) membrum facientis nobis eandem memorant, in recenſione hujus libri A. 1686. artic. VIII. Novembr. pag. 1330. & ſeqq. Ipſum librum diligenter legi maxime parte ſua priore, ut magis ad mea ſtudia pertinente, & depræhendi lectu omnino conſideratuque dignum. Imprimis quod ingenioſa multa & internæ mentis experientiæ obſervata rariora ſubminiſtrat. Plura darem, ſi Nobiliſſimi Dn. *Leibnitii* literas deſuper A. 1690. ad me ſcriptas ipſo initio auderem publicare, vel alterius amici Pariſiis jam olim habitam de illo notitiam.

Vide librum hunc auctori ſuo aſſerentem quoque cum elogio Regiæ Societatis membro digno auctorem du *Journal des Scavans* Ao. 1687. pag. 197. & *Ephemeridum Hamburgenſium* Latine Galliceque A. 1686. editarum plagula 5.

(1012. α) MEDICUS ROMANUS LX. *ſolidis æſtimatus.* Scriptum ἀνωνύμως Leidæ Ao. 1671. in 12. editum, auctorem agnoſcit *Joh. Frider.* BOECKELMANNUM, *JCtum initio Heidelbergenſem, ac deinde Lugduno Batavum; teſte* Cornelio

nelio a *Beughem*, in Bibliogr. Medico-Phyſica, pag. 34. Qui ut de re ſibi facile certiſſima palam teſtatur, nil eſt cur ei fidem adhibere pleniſſimam dubitemus. Confirmat tamen & accedens nunc *Symbola Maſtrichtiana*, talis:

Medicus Romanus Servus Sexagin- „ta ſolidis æſtimatus, *auctor eſt Clariſſimus* Bœ- „ckelmannus, *Profeſſor Juris Lugd. Batavorum*, „*ut ipſe mihi retulit*, & *duo exemplaria ejus tra-* „*ctatus dedit in Batavis 1677. 8. Martii. Iſto* „*ſcripto volebat ſe vindicare a ſuo Collega Medico* D. „ Drelincourtio.

(1013) OECONOMIA ANIMALIS *ad circulationem ſanguinis breviter delineata*, *in duas partes diſtributa.* Item GENERATIO HOMINIS *ex Legibus Mechanicis: omnium quæſtionum in hoc libro ex ſanioris Philoſophiæ principiis ſolutarum* elenchum, ſi quis deſiderat, calcem cujusque tractatus adeat: Goudæ ex officina Guilhelmi van der Hoeve. Ao. cIↃ IↃc LXXXV. in 8vo. poſt præfationem unius folii, ſive partitionem libri potius titulo præfationis inſcriptam, exhibet *partem primam* operis, Quæſtionibus 153. paginis 170. inde *alteram* paginis 101. Quæſtionibus 119. Sequitur index, Quæſtionum ſeriem repræſentans. Denique *Oeconomiæ animalis ad Circulationem ſanguinis & Chyli diſpoſitionem* brevis delineatio, à pag. 2. ad 29. illius *index* duarum paginarum. Tandem *Exortus* ſive *generatio hominis* novus & genuinus, quæſtionibus 42. paginis 38. cum indice illarum. Hunc librum recenſuit auctor *Novellarum Reip. Literariæ Gallicanæ* Ao. 1665. Junii menſ. artic. V. pag. 635. & ſeqq. ſequentis vero anni m. Febr. pag. 229. 230. exhibitum modo indicium auctoris, cujus antea nulla facta fuit mentio, facit, eo quo in excerpto præcedente 1011. lit. (a) repræſentavimus modo. Præter quæ ex Auditore olim illius amantiſſimo æque ac mei, ſimulque Cive meo, & ex auditore olim, nunc familiariſſimo, & de mei meorumque medicina corporis longe meritiſſimo, Dn. *Antonio* LüDERO didici, quomodo & hic & præcedens *Luminis Chymici* nomine proditus libellus, invito & reclamante auctore prodierit: qui de hujus poſterioris titulo nomen ſuum avelli, foliumque inde primum, ut ocularis exhibet inſpectio large, ſuperno vacuo inſigne, ut publicaretur aliquibus paucis ante diſtractis ſub nomine ſuo exemplaribus effecit. Sed totam rem verbis ipſius audiamus, quæ ſub lit. (a) ſubjungo: ut auditoris, Præceptoris ſui memoriam & nomen vindicare, meamque hanc opellam etiam hacce memorabili ſymbola illuſtrare dignati. Quo etiam commodante inſpecta mihi eſt *editio noviſſima* in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus recenſita, per Theodorum *Schoon*, M. D. Hagienſem procurata, *Tractatus Phyſico Medici de Homine* Lugd. Bat. in 4. Dn. *Craanii*, paginis 765. cum indice alphabetico locupletiſſimo, id quod mutile multum ac mendoſe olim edita *Oeconomia animalis* exhibuerat, nunc plene ad mentem auctoris repræſentans. Huic de Homine Tractatui Craaniano, ut oppoſuerit *Medicinam Veterum reſtitutam* Dr. David *Gœbnerus*, qua pro novis venditata cuncta Veteribus jam dicta, imo machinam brutorum cumque horologiis comparationem *Apulejo* jam, imo *Galeno* ac ipſi adeo *Ariſtoteli* vindicaverit, legere eſt in *Actis Eruditorum* Lipſ. 1696. Martii p. 148. adde Pſeudon. n. 747.

(a) Relatio autographa *nobiliſſimi & experientiſſimi Dr. Antonii* Lüders: *Tractatus hic ſuos debet natales Collegio de* Oeconomia hominis *privato Excellentiſſimi Dni Theodor.* Craanii, *Profeſſoris Medicinæ tam Theoreticæ quam Practicæ Leidenſis Celeberrimi, mutuam conferentibus ad excerpendum ex ore diſſerentis operam aliquot Batavis. Verum enim vero antiquiſſimi illius, nihil non ex perpendiculo quaſi dicentis, viri profundiſſimam aure, ut eſt apud Martialem, Batava audientes doctrinam vix à limine ſalutarant, cum inſcripto in fronte operis nomine nihil minus cogitantis optimi Præceptoris, Oeconomiam hanc injurii plane Oeconomi emitterent. Impudentiſſimam itaq; hanc audaciam omnigena eruditione Clariſſ.* Craanius *ægre ferens, e cathedra multis objecit auditorio probrum hoc famæ ſuæ illatum, cujus, viginti tres tantum annos natus, Matheſeos primum in Duisburgenſi, deniq; in Lugdunenſi Academia Philoſophiæ, tandem etiam Medicinæ Profeſſione integro viginti ſeptem annorum decurſu adeo fuerat ſtudioſus, ut tantum non ſcriptis ullam famæ ſuæ conſulendæ operam inſumſerit, ac ne tunc quidem cum publicitus proſcinderetur. Attamen vix dum pauci interceſſere dies a conteſtata publico ſermone injuria, cum ſcriptum hoc jam Anonymum evaſerat: Semeſtri poſt diſcedentem Lugduno vix Sereniſſimi aula Electoris Brandenburgici in Archiatrum exceperat, quando* Lumen rationale Medicum *ſ.* Praxin reformatam Regii *publico commendare ſatagentes Bibliopolæ ad quæſtum callidi, nomini Craanii, Colonia oriundi, denuo aſcripſere, infeliciſſimo prorſus ipſius fato. Mirum enim quantum inceſſerit ſiniſtra admodum opinio, hactenus optima, Experientiſſimi* Craanii, *Doctiſſimorum maxime animos in Germania, quorum expectatione minime reſpondit* Lumen *hoc minus* rationale *quam debebat eſſe, & tanto nomine indignum. Eadem enim methodo quâ prior Tractatus,* Oeconomia *ſcil.* animalis *hic eſt conſcriptus, niſi quod à plurimis & majoris momenti mendis Nobiliſſ.* Craanius *quaſi aliud agendo illum repurgarit, ut memoriæ ſubſidium ſaltem qualecunq; Collegii Practici in* Regium *auditoribus exſtaret, & e re illorum tempus omne impenderet explanando Autori, maximo cum ſuo incommodo & auditorum minori commodo dictatis ante hac inſumtum. Ultinam autem Lugdunum poſt tanti Viri, ſed clancularias Curatoris cujusdam Academiæ, inimici maximi, inſidias feliciſſime effugientis diſceſſum prudentius, ſed, eheu! poſt fata defuncti adhuc non lugeret!*

(1014) *De* PARTICULARI & *Univerſali libellus Chymicus* auctorem habet *Ludovicum* ROTHMALERUM, quemadmodum ſe ipſum prodit pag. 62. dicti libelli, ut ex literis Dr. Sam. *Reyheri* P. P. Kilonenſis celeberrimi ad ſe *Normanni* Symbola me docet.

(1015) PHARMACOPOEÆ AUGUSTANÆ renovatæ & auctæ, ſine auctoris & renovatoris in frontiſpicio ſive titulo libri nomine, memorata inter auctores incertos pag. 1070. appen-

dicis Mercklíniani Lindenii renovati editio, Auguſtæ Vindelicorum, apud Joh. Jacob. Schorrium 1684. in folio, quod celeberrimi Dn. Lucæ SCHRöCKII junioris, ſit, certum eſſe & hoc ſolo, quia nomen expreſſum non ſit eo relatum in præfatione pag. 6. cum veniæ precatione *Mercklinus* refert: apud quem alia ejusdem, ut & parentis ſive Senioris pluſcula videbis pag. 752. 753.

(1015. *a* CXLIV.) SCHOLA SALERNITANA, id eſt, *Conſervandæ bonæ valetudinis præcepta*, de qua *Antonius Muſa Braſavolus* Ferrarienſis (de quo vide *Schenkium* Bibl. Med. pag. 62. & *Lindanum* pag. 47. 48.) *Vulgatus Salernitarum de tuenda Valetudine libellus, his qui legunt non parum utilitatis præſtat, illisque multo majorem, qui libelli præcepta obſervant: Joanni de* MEDIOLANO, neſcio cui, vel quando florenti, adſcribitur a *Lindano* pag. m. 383. ubi varias ejusdem libri editiones enarrat, omiſſa tamen ea Joannis Curionis 1594. in 12. cui jam pleraque ſcriptorum illorum, quæ ultimæ Roterodamenſi 1649. acceſſiſſe memorat, erant adjecta. Huic editioni quemadmodum & omnibus hactenus mihi viſis, nomen auctoris deeſt. Quod ex *Quenſtedio de patriis illuſtrium Virorum*, idem cum eo, quod ex *Lindano* retulimus annotavit D. *Geislerus* dec. 1. n. 10. ubi vide quæ præterea de varietate Codicum, numeroque verſuum inæquali, in variis exemplaribus, memorat. De Moraviano Codice jam ante retulerat *Paulus Colomeſius*, (a) in Gallicis ſuis Collectaneis ſingularium, poſt ejusdem *Cimelia Litteraria* ſubjectis p. 107. Incidit nuper in manus meas, cum aliis vetuſtis libellis aliquot, ſcriptum foliorum paucorum, verſibus item, ſed Rophaticis, ſive Leoninis conſcriptum & Germanicis aliis redditum, cui titulus eſt: *Regimen Sanitatis Anglorum Regi ex Pariſienſi Gymnaſio miſſum.* Subſcriptio finalis ſic habet: *Expreſſa ſunt hæc in florentiſſima urbe Brunſuigo per Joannem Dorn; impoſita ſuprema manu quinto iduum Junii Anno Chriſti Milleſimo quingenteſimo nono.* Cujus multi verſus cum aliis Scholæ Salernitanæ conveniunt. V. gr. Principium eſt. *Anglicorum* (E. Anglorum) *Regi conſcripſit*

Schola ſolennis

Ad regimen vitæ præſens hoc Medicinale.

De Schole tho Pariß heft geſchreven und geſandt
Dem Edelen Konninge van Engelland/
Dith gegenwardige Arſtedie Bockelien/
Wo de Minske ſchal regeren dat Levent ſien.

Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas linque graves, iraſci crede prophanum.

Wiltu hebben dienes Herten geſunth/
Wiltu ſtarck ſien und unverwunth/
Wes frölick/ Thorn lat vor by gan
Grote Sorge ſchaltu fahren lan.

Unde patet aut hunc anonymum *Johannem Mediolanenſem*, aut illum huncce deplumaſſe, quare re nihil definiverim, cum nondum mihi vel de *Joannis Mediolanenſis* illius, vel de hujus anonymi ævo ſatis conſtet.

Liber hic in 4. paginis conſtat 19. Ex quo vero hæc ſcripſi, paulo quam nunc etiam adhuc negligentius, ob feſtinantes tunc nimis operas Typographicas; adeo ut nec de ætate illius *Joannis Mediolanenſis* invenire poſſem, ac vel allegatos auctores evolvere: poſtea per otium id ruminans; jam a *Quenſtedio* pag. 291. ad A. C. 1210. eum referri obſervavi. Nam qui potiſſimum nobis de hoc auctore dare debuiſſet notitiam Filippo *Picinelli* de literatis Mediolanenſibus (b) non niſi alienis oculis hic videt, adeo ut plus longe me juvet in Medico detegendo JCtus Jo. *Deckherrus* (c) de adeſpotis pag. 339. qui locum *Bartholini* de Medicis Poetis totum exhibens nos eo labore liberat. Editiones exhibent *Mercklinus* Latinas, & exoticas aliquot *Hyde* (d) in Bodlejana Bibliotheca ſub nomine *Salerno*, Tom. III. pag. 128. (e) Poſt quæ omnia Symbolam *Normannianam* omittere poſſem forte, ni plus amico deberem, qui ex *Hermanni* (neſcio nunc cujus) Jure publico pag. 643. nomen addit etiam, e Zacharia *Sylvatico* adducto, in hanc Scholam ſcribente. Clauderet tandem hoc agmen *Toppi* Bibliotheca Neapolitana, additionum a Lernando *Nicodemo* additarum ad ejusdem pag. 282. Ubi editio *Scholæ Salernitanæ* Venetiis 1573. in 12. memoratæ pag. 228. & 229. adjunguntur ſub lit. (f) excerpta: Niſi recens etiam, dum hæc commentatus ſum, prodiiſſet amici mei M. Jo. Alb. *Fabricii* Bibliotheca Latina. Cujus append. pag. 158. de *Schola* hac *Salernitana*, quædam addit memorabilia ex *Wagenſeilio* & *Conringio* illic legenda. Qui poſterior locus pag. 100. exſtat, ubi multa de Schola Salernitana ejusque Doctoribus etiam aliis, lectu digna *Conringius* olim Præceptor meus honoratiſſimus habet, quo & remittimur ab ipſo Introduct. in artem Medicam cap. III. th. XXVI. p. 66.

(a) Pauli Colomeſii Κειμήλια Literaria p. 107. *J' apprens, que M.* Moreau, *Medecin de l' Hoſtel-Dieu, garde l'* Ecôle *de* Salerne *de* Jean de Milan, *commentée par* Monſieur ſon pere, *beaucoup plus ample que nous ne l' avons. Il ſeroit fort à ſouhaiter, qu' il en vouluſt obliger le public.*

(b) Filippo Picinelli Ateneo de i Letterati Milaneſi, p. 297.

Giovanni Ferrario.

Uno de i degni libri, che vadano attorno per le mani di tutti, è quello intitulato: Schola Salernitana, ſive de conſervanda valetudine. *Fu queſto libro ſtampato da* Arnoldo di Villa nova, *co' l nome ſuppreſſo del proprio Autore, volendo Arnoldo, come che ſi trovava fuggitivo dalla Gallia, e dall' Inſubria, dedicarlo, quaſi come coſa ſua propria, à* Federico *Rè d' Aragonia, di Sicilia, e di Napoli, per acquiſtarſi maggiormente la gratia di quel Monarca, la cui benevolenza haveva di*

di già ottenuta con le ſue Aſtrologiche predittioni. *Ma* Zacaria Silvio, *Medico di Roterodamo, nella ſua* Præfatione in Scholam Salernitanam *c. 3. confeſſa, che Gio.* Giorgio Schenckio *in Bibliotheca Medica, dichiara per Autore di queſto libro,* Joannem de Mediolano (*che intendo foſſe de i Ferrari*) medicum & verſificatorem inſignem ſuo tempore, qui univerſum medicinæ florem unanimi Scholæ Salernitanæ approbatione ad Anglorum Regem verſibus conſcripſit. *Parole preciſe dello Schenkio. Zacaria Silvio fu' l principio della Scola Salernitana:* ad Joannem de Mediolano, *inviò queſt' Epigramma:*

Non operæ periere tuæ, labor iſte peribit
Nunquam. Poſteritas non tua ſcripta negat.
Hactenus incerti placuerunt Carmina multis;
At tua, quæ poſthac fama vigebit, erit.

(c) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 339. *Non omittemus h. l. Scholæ Salernitanæ mentionem: ſive Carminis de conſervanda bona valetudine; principio quidem: autorem* Johannem de Mediolano *rectè deſignari, confirmante ex* Zachar. Sylvio, *Dn.* Franco, *in Satyr. Med. VII. de Anguill. prop. fin. deinde ex* Thomæ Bartholini *Diſſert. de Medicis Poetis, p.* 128. Johannes de Mediolano, *Medicus Salernitanus, nomine Scholæ Salernitanæ Anno Chriſti MC. Carmine Leonino, de conſervanda bona valetudine librum; vel, ut alii legunt, Regimen ſanitatis, vel florem Medicinæ, a ſe compoſitum; Roberto, Guilielmi notho Normanniæ Ducis Filio e Palæſtina reduci; & Regii Angliæ ſceptri proximo heredi dedicavit; cum conſuleretur Univerſa Schola de vulnere Regis deſignati brachio dextro accepto, in Obſidione Hieroſolymitana, quod in fiſtulam degeneraverat.* Arnoldus de Villa Nova, *Comentariis ſuis Opus enarrans, nomine Scholæ Salernitanæ, vero auctore diſſimulato, inſcripſit, ut narrat* Joh. Georg. Schenck *in Biblioth. Medic. Doctiores deniq; non ita pridem animadverſiones addidit* Renatus Moreau, *Medicus Pariſienſis magnæ eruditionis; cujus auctior editio, ex ſchedis paternis, exſpectatur a filio* Jo. Baptiſta Moreau, *ſicut teſtis eſt* Paulus Colomeſius, *in Collect. Gall. Part. pag. 107. Verſibus Macaronicis Gallicis, quos* Burleſques *vocant, nuper Pariſiis divulgavit* Joh. Cochart *ſummo Guidoni Patino dedicatis; quorum verſuum Patinus ipſe autor creditur.*

(d) Merclinus Lindenii Renovati Lib. I. p. 638. & 639.

Johannes de Mediolano.

Schola Salernitana, h. e. de Valetudine tuenda, Opus, novâ methodo inſtructum, infinitis verſibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, *&* Conſtanſoni, *illuſtratum. Adjectæ ſunt animadverſiones novæ copioſæ* Renati Moreau, *Pariſienſis. Pariſiis, apud Thom. Blaſium, 1625. in 8. Francof. apud Joh. Saurium, 1612. in 12. Cum Villanovani in ſingula capita exegeſi, & Joh. Curionis recognitione. Accedentibus aliis aliquot Opuſculis. Antverpiæ, apud Johann. Withagium, 1562. in 16. cum iisdem. Pariſiis, apud Hier. de Marnef, 1580. in 12. Francof. apud Chr. Egenoldum, 1551. 1568. in 8. Idem Opus accuratè emendatum ac in unam paginam redactum cum Indice, & victus ac cultus ratione tetraſtichis 12 expoſita, Simplicium meliorum ac ſpecierum medicinalium electione, prodiit Romæ, apud Andr. Phæum, 1615. folio patenti. Itidemq; ex recenſione* Zachariæ Sylvii, *Medici Roterodamenſis, cum ejusdem præfatione. Roterodami, apud* Arnoldum *Leers, 1649. in 12. Ibidem 1657. in 12. Ibidem, apud eundem, 1667. in 12. Lutetiæ Pariſiorum, apud Billaine, 1672. in 8. Hagæ Comitum, ex officina Arnoldi Leers, 1683. in 12. Novæ editiones & aliquot Medicis Opuſculis auctiores.*

(e) Bibliotheca Bodlejana, pag. 128. Salernum. *Schola Salernitana, ſeu Regimen ſanitatis per Doctores Salernienſes, cum Comm.* Arnoldi de Villa-nova *&* Renati Moreau, *Par. 1625. 8. S. 31. Med. (dicitur eſſe Johannis Mediolanens.) Et* Latine *ac Germanice, cum Comm. Arnol. de Villa Nova, Franc. 1568. 8. S. 1. Med. Schole of Salern into English verſe. London 1607. 8. B. 34. Med. Same into English by R. H. Lond. 1634. 4. G. 12. Med.*

(f) Lionardo Nicodemo Addizioni alla Bibliotheca Napolitana, pag. 228. b. *Si aggiunga, che del libro de* tuenda valetudine, *il quale è per le bocche, e per le mani di tutti, e del quale ce ne ſono mille, e mille edizioni, la edizione migliore ſia la ſeguente.* Schola Salernitana de valetudine tuenda Opus nova methodo inſtructum, infinitis verſibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, & Coſtanzoni illuſtratum. Adjectæ ſunt animadverſiones novæ, & copioſæ Renati Moreau, Doctoris Medici Pariſienſis. Cum indicibus quatuor, Capitum, Quæſtionum, Auctorum, & Rerum memorabilium. Lutetiæ Pariſiorum, apud Billaine Anno 1672. in 8vo. *Queſto libro, il quale è ſtato tradotto nella Italiana, e in altre lingue, pretende lo* Schenkio, in Bibliotheca Medica, *che non ſia ſtato compoſto dalla Scuola de' Medici di* Salerno, *ma che ſia di* Joannes de Mediolana, *e che* Arnaldo da Villanuova *gli aveſſe levato il nome dell' autor vero, e l' aveſſe attribuito alla famoſa Accademia di Salerno. Ma il dottiſſimo* Moreau, *ne' prolegomeni, tratta della antichità, e dignita della Accademia di Salerno; del vero Autore dell' Opuſculo; del penſiero ch' ebbe l' Accademia di Salerno in iſcriverlo; de verſi leonini, e d' altre coſe. Ma, comeche altri credeſſe, che queſto libro foſſe ſtato ſcritto da* Giovani Salernitano, *ed avendo la Scola de' Medici Salernitani riveduto il libro, ſcrivendo* Zacharia Sylvio *nella prefacione alla Scola Salernitana dell' edizione del 1668. in 8. Roterodami, ex officina Arnoldi* Leers, *al cap. 3. in fine.* Autor libri Joannes de Mediolano Salernitanus,„ Medicus, Inſcriptor totum Collegium Salerni „ tanum, cujus nomine editus eſt, non alicujus,„ Medici particularis, quemadmodum hodie vi-„ demus Philoſophorum opus à Collegio Conimbricenſi emiſſum.

(1016) *Obſervatio ſingularis circa* VENÆ PULMONALIS PROPAGINEM *tuſſi ſanguinolenta rejectam*, relata à D. B. exhibita in *Actis Erud. Lipſienſ.* 1683. per indicem I. primi decennii detegitur eſſe Doctoris *Joannis* BOHNII; vid. num. 1009. *a* ſupra.

(1016. α) G. G. L. *Meditatio de* SEPARATIONE SALIS ET AQUÆ DULCIS, *novoq;* SEPARATIONUM CHYMICARUM *genere*, quæ eſt in *Actis Erud. Lipſienſ.* 1682. pag. 386. & ſeqq. *Godofredi Guilielmi* LEIBNITII docetur eſſe, cum aliis multis doctiſſimis ſymbolis anonymis, in I. indice Decennii primi ad hoc nomen.

(1016. β) OBSERVATIO CIRCA PROPORTIONEM *partis purpureæ, ac ſubſtantiæ ſeroſo gelatinoſæ* SANGUINIS, *intra vaſa animalium fluctuantis.* Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* Ao. M. DC. LXXXII. à p. 126. usque ad p. 127. Detegitur quod ſit *Job.* BOHNII in Indice decennii prioris auctorum Alphabetico.

(1017) TETRAEMERON *autoſchediaſticum pro Defenſione ſententiæ Andreæ* LIBAVII, Francofurti 1596. in 8. à James, p. 486. Catal. Oxonienſis memoratur. Eum ipſius eſſe Libavii, ex *Nota Raviana* MSta, jam ſæpius laudata, refert iterum *Symbola Normanniana*: de quo nihil apud *Lindenium* vel *Mercklinum* reperio, etſi multa Viri ejus ſcripta commemorent.

(1017. α) De THEE, CAFFE & CHOCOLATA *ex Gallico* verſus Tractatus, celeberrimo tot aliis ſcriptis *Carolo* SPONIO quod debeatur, edocent nos *Nova Reipubl. Litterariæ* Gallica anni 1686. menſ. Junii art. II. pag. 636. una cum aliis ibidem memoratis. Ipſa verſionis hujus editio ſine dubio ea eſt, quam exhibet *Mercklinus* in Lindenii renovati appendice Medicor. libror. incertor. pag. 1075. a hiſce verbis: *Tractatus novi, de potu* Caphe, *de Chinenſium* Thee, & *de* Chocolata, Pariſiis apud Petrum Muguet 1685. in 12.

(1018) THERMÆ CAROLINÆ, Lipſiæ, „apud Joh. Frid. Gleditſch, A. 1695. in 8. plag. „8. Auctor elegantiſſimi hujus opuſculi eſt „vir celeberrimus *Johannes Chriſtophorus* „STRAUSSIUS, Freibergenſium hactenus Phy-„ſicus ordinarius, nuper vero ad Archiatri „munus in Aula Sereniſſima Saxo-Martisburgi-„ca obeundum vocatus, nobis in componen-„dis Eruditorum Actis adjutor ſtrenuus. Verba ſunt *Actorum Eruditorum* Lipſienſium A. 1695. pag 531.

(1018. α) THESAURUS PAUPERUM, v. in Pſeudonymis Petrus HISPANUS, & JOANNES PAPA XXI.

(1018. β) *Joannis Baptiſtæ* VERLE OCULI *humani* ANATOMIA *Artificialis*, *Latina e Italico* reddita anonyma, *Henrico* WETSTEINIO amiciſſimo mihi & doctiſſimo Bibliopolæ tribuitur à Joanne *Cinello*, Bibliotheca volante, Scanzia XII. pag. 65. 66. verbis expreſſis. De quorum veritate nec dum vacavit adeo ab ipſo me quærere, commercio alias litterario, ſuaviſſimo & utiliſſimo, uti ſpero, utrinque, conjuncto. Quod eo magis faciendum quia auctori *Carolo* SPOONIO p. 80. deinde ab eodem *Cinello* aſſignatur hæc verſio.

(1018. ββ) VIATICUM NOVUM: Liber Medicus *Anonymus* quomodo *Blaſio* HOLLERIO vindicetur, cum repræhenſione *Gaſparis* Wolfii; Vide apud Johannem Henricum *Hottingerum*, Scholæ Tigurinæ appendice, ſive Bibliothecæ p. 181. memoratum hiſce verbis: Qua „vero jam Methodo, & ſerie ipſe *Wolphius*, vel „ſuas vel *Geſneri* meditationes luci publicæ ex-„poſuerit, videamus: Edidit ergo *Viaticum novum*, „*de omnium fere particularium morborum curatione*, „auctoris incerti. Id tamen poſtea quidam, *Hol-*„*lerii* eſſe docuit, ſimul falſo, & inhumaniter *Wol-*„*phium* accuſans, quaſi ejus rei conſcius, ſibi alie-„num laborem vendicare voluiſſet. Verum „hic viciſſim, *Apologia publicata* calumnias haſce „refutavit. Tiguri excudit Froſchoverus in 8. „

(1018. γ) F. M. A. L. UMBRA *redi-„vivi* ZWELFERI, A. 1671. in 8. Verus hujus „Tractatuli autor fuit *Fridericus* MULLER *à* Lö-„WENSTEIN, Pharmacopæus Viennenſis, ſty-„lum aliquo JESUITA VIENNENSI ſublargi-„ente: Eſtque impreſſus Poſonii in Hungaria „typis Gründerianis, ceu ipſe tum temporis ibi-„dem commoratus vidi. Locus impreſſionis eſt, „ideo omiſſus, quia *contra Raphaëlem Schmuten*, Me-„dic. Doct. Neoburg. multa aculeatè dicta in „eo licet reperire. *Symbola* eſt *Mollero - Altorfina.*

(1018. δ) URSO. Poeta ſcripſit de „URINA. vid. *Reineſ.* ad Daum. Epiſt. III. p. 280. „fin. de *Somniorum interpretatione.* Hunc HIE-„REMIÆ PADUANI eſſe conjiciebat *Daumius*, „ad Reineſium, Epiſt. 112. p. 282. poſt. med. Ad-„de *Reineſ.* ad Daum. Epiſt. 113. pag. 284. med. „*Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

CAPUT

CAPUT V.

De Scriptoribus HISTORICIS.

(1018. ſ olim CXLV.)

ABBATIS URSPERGENSIS (Monaſterii ad Mindulam in Auguſtana diœceſi, media via ferme, Ulmam Auguſta tendentibus ſiti) *Chronicon* â Belo usque ad Friderici II. annum nonum, qui erat Chriſti 1229. aliquoties editum absque auctoris ſui nomine primitus fuit. Nimirum A. 1515. a Peutingero JCto. Iterum anno 1537. Argentinæ, cum Paralipomenis, ſive continuatione ad eum usque annum. Imo & triennio poſt iterum, ibidem Anno 1540. cum *Philippi Melanchthonis* Præfatione. Poſtremo *Petrus Perna* caſtigatius idem opus edidit, & auctori ſuo primus aſſeruit, teſte *Simlero* in Gesneriana Bibliotheca pag. m. 143. Is vero eſt CONRADUS ex nobili familia a LICHTENAVE. De ipſo opere vide multa apud *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis lib. 2. c. 57. p. 460. *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad A. 1215. & nuperrimos, Excellentiſſimum Dn. *Thomaſium* de plagio litterario §. 585. & ſeqq. ubi a plagii crimine abſolvit innocentem, & alios de hujuſce auctoris ſcripto judicantes plurimos adducit; quibus adde, ſi lubet, allegatos à *Joh. Gotfried. Oleario,* abaci Patrologici pag. 115. & *Franciſco Irenico*, ſive *Oldenburgero*, indiculi Collegio ſuo ad Burgoldenſem ſuffixi principio: nec non *Popeliniere* in Gallica ſua Hiſtoria Hiſtoriarum lib. 9. 473.

Cujus adeo locum ſolum (a) ob raritatem libri, & quod eum alias etiam infra in *Carione Pſeudonymo* excerpere oporteret anticipando nunc jam hic exhibemus. Adde Auberti *Miræi* Auctarium de Scriptoribus Eccleſ. p. 257. priore, ubi ſcribit: *Adjecit neſcio quis malæ fidei homo* notationes *& paralipomena a Cenſoribus Tridentinis merito damnata. Vide & Cenſuram* Bellarmini *in Catalogo*. In ipſo tamen *Indice librorum prohibitorum* etiam Paralipomena Abbatis Urſpergenſis p. 99. col. a. prohibentur. Omnibus hiſce demum Caſparis *Sagittarii* Introductio in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 63. & ſeqq. addit notabilia non omittenda. Unde cum & Paralipomena anonyma hujus Chronici à *Caſpare Hedione* ſuperaddita memorentur, excerpta (b) merito damus. Adde *Symbolam Maſtrichtianam* ſub lit. (c)

(a) Popeliniere libro IX. Hiſtoire des Hiſtoires p. 473. Conrad Abbé d'Urſpergh, *Monaſtere de Sueve, esloigné de peu de mile d'Auguſte des Wandals vers l'Occident, eſt tenu tres-utile entre tous les Autheurs: comme des plus ſoigneux & diligent à cotter les temps: Et qui traicte plus de choſes diverſes de la Germanie. Commence 200. ans apres le deluge; puis ſuit d'un fil continu jusques au 10. de Federic ſecond Empereur, qui eſt de Chriſt 1230. On adjoute a ſes Chroniques les Paralipomenes, ou obmiſſions des choſes plus memorables, advenues par 300. ans en la Germanie, & autres cartiers de l'Univers, jusques à noſtre temps. Pluſieurs desquelles l'Auteur des Chroniques intitulées de* Carion, *ſoit* Philippe Melanchton, *ſon Precepteur à ce qu'on dit, ou autre, a tiré & employé mot pour mot, dans ſes eſcris.*

(b) Sagittarii introductio in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 63. XVI. Seculo XIII. Cunradus a Lichtenau, *ex nobili proſapia, monachus ordinis Præmonſtratenſis, & Urſpergenſis monaſterii ad Mindulam in diœceſi Auguſtana Abbas, anno* cIↃ CCXL, *mortuus,* Chronicon *conſcripſit, quod exorditur a Belo, primo Aſſyriorum Rege: deſinit anno* cIↃ CCXXXX. *qui nonus eſt Friderici ſecundi Imperatoris. Verum ſi Chronicon illud, prout nunc eſt excuſum, intuemur, facile apparet, non eſſe fœtum unius ejusdemq; viri; ſed, ſi non ex variis conſarcinatum, & expilatum, antiquiorem tamen ſcriptorem fuiſſe, cui* Conradus *ſua addiderit: nunquam forte opinatus, vel monaſterii ſui monachos, vel alios, ad quos pervenerit volumen, ſibi ea omnia tributurum, quæ is ſaltem obſervationibus & appendice auxerit. Enimvero ſi res ſeſe haberet aliter, cur Cunradus non immutaſſet ea, quæ ita jam ſunt comparata, ut ad hunc auctorem nequeant referri? Nempe cum ait, ſe interfuiſſe expeditioni* Godofredi Bullionei *in Palæſtina, anno* cIↃ XCIX. *& Romæ fuiſſe, quando* Paſchalis II. *excommunicaret* Henricum Quintum *Imperatorem: Et quæ ſunt hujus generis plura alia. Cæterum quis ille Scriptor ſit antiquior, quo uſus* Urſpergenſis, *in diſquiſitionem venit. Plerique eruditorum vocant monachum, ſive Abbatem* Schuvartzahenſem, *vel* Schvvartzheimenſem, *qui in Chronico ſuo ad annum* cIↃ CLXXVI. *elaboraverit: quo* Marquardus Freherus *&* Melchior Goldaſtus *uſi, quodq; in Heidelbergenſi bibliotheca Academica, magnus ille JCtus,* Ericus Mauritius; *in Auguſta Wolffenbüttelenſi, illuſtris* Conringius *teſtantur aſſervari. Jam exſtat in publica hujus Academiæ bibliotheca Chronicon vetuſtum membranaceum, res ab orbe condito per annos ſuos & parallelismos imperiorum Euſe-*

bianos

bianos diſtributas usq; ad ſeculum Chriſtianum XII. variis interſitis digreſſionibus enarrans. Geminum codicem, at paulo vetuſtiorem, habuit B. anteceſſor noſter Boſius, *qui una cum integra optimi viri bibliotheca nunc publicæ adſcriptus eſt, qui deſinit in annum* cIↄ CVI. *ſive initium Imperii Henrici V. cum alter finiat anno* cIↄ CL XXXIV. *Sed poſteriores illos annos* LXXVI. *laudatiſſimus Boſius ab alio quodam Bambergenſi Monacho adjectos exiſtimat, vix dubitans, quin hoc ipſum ſit Chronicon, quod Cunradum expilaſſe, Voſſius conjecerit. At enim de his plura forte alibi dabimus & exactiora: ſi præſertim vitam nobis DEUS tamdiu ſervaverit, donec novum, quod pridem habuimus in animo,* Germaniæ Hiſtoricorum Corpus *in lucem liceat edere.*

Ibidem, pag. 65. *Crato igitur duos MSS. nactus, alterum ex Wormatienſis Epiſcopi Johannis* Dalburgii, *alterum ex cœnobii Auguſtinianorum Argentoratenſium bibliothecis elegantius excudit & correctius. Hac in re uſus eſt opera docti cujusdam viri (is erat* Caſpar Hedio) *qui ſupra curas Urſpergenſi impenſas, addidit Paralipomena ab anno* cIↄ CXXX. *usque ad annum* cIↄ Iↄ XXXVII. *quo hæc editio prodiit Argentorati, ac iterum anno* cIↄ Iↄ XL. *ac denuo* cIↄ Iↄ CIX. *ſed & Baſileæ anno* cIↄ Iↄ LXIX.

(c) *Symbola Maſtrichtiana.*

Abbas SWARZAHENSIS vel SWARTSHEIMENSIS.

Continuator creditur Urſpergenſis. *vid. Thomaſium de plagio §. 591.* Goldaſtus, *in Apologia pro Henrico Quarto Imp. in diſſ. præliminari de auctoribus eorumq; ſcriptis, hunc Abbatem facit Synchronum* Bennoni Cardinali, *qui vitam* Hildebrandi *ſeu Gregorii VII. Papæ ſcripſit, eiq; Chronicon adſcribit quod poſtea Abbas Urspergenſis continuavit; Quod erratum eſſe oportet: continuatio enim ab anno 1229. ubi deſinit Urſpergenſis, ad Carolum V. Imp. eſt ab alia manu.*

(1019) ACTA APOSTOLORUM varia & in hiſce PAULI & THECLÆ *Aſiæ Presbytero* alicui per S. *Johannem* Apoſtolum fabricata ut, & PETRI, PAULI, & APOSTOLORUM *in genere* ab hæreticis ſeu Ebionitis partim aut GAJANITIS, PRISCILLANISTIS, DICTINIO &c. ſint compoſita v. apud Du *Pin* Bibliotheque de Auteurs Eccleſiaſtiq. Tom. I. p. 4. & 5. Adde *Rivetum* Critici Sacri c. V. Richard. *Simon* Hiſtoire Critique du Noveaux Teſtament c. XIV. pag. 154. 155. &c. quibus hic non lubet immorari ut notoriis & toties recoctis.

(1019. α) ÆTHICI *Iſtri Coſmographia, Græce* verſa, HIERONYMO tribuitur. An recte ſatis, dubitat *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis, lib. 3. pag. 692. 693. & ſuam ſententiam, afferentem id, retractat deinde ſub finem ejusd. libri pag. 727. Quem locum *Sandius* in notis ſuis pag. 261. & 262. ſede ſua motum reſtituit non infelici ut mihi videtur, conjectura ad hanc citatam nobis pag. 692. Plura vide infra in *Pſeudonymis Æthico & Antonino Pio.*

(1020) *Rerum ad* AGRIAM cIↄ Iↄ LII. *geſtarum narratio: Obſidio* Zigeti: *Expugnatio arcis* Temeſuari Toky, quæ *in appendice Hiſtoriæ Orientalis* Francof. 1587. in folio a Sigismundo, Feyrabendio excuſæ, anepigrapha leguntur a fol. 289. ad 295. ſunt *Johannis* SAMBUCI. *Simler.* Biblioth. Geſn. *James.* Bibl. Bodl. Symbola eſt *Normanniana:* vide *Simlerum* in Joh. Sambuco pag. 412. b. & *Friſium* repetentem ejus verba p. 493. a. *Hyde* pag. 131. Tom. II. ad nomen idem, col. 2.

(1021) ALEXANDRI *Magni hiſtoria libris* V. ſcripta quomodo ab aliquibus RADULPHO de S. ALBANO Abbati, ab aliis æquali ejusdem *Gualtero* HEMLINGTONO itidem Anglo Monacho ad S. Albanum, & Bibliothecario illius Cœnobii tribuatur, v. apud *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis lib. 2. pag. 414. Qui cum non citet *Pitſeum*, ex quo hæc habuit, aut habere ſane potuit, addimus ex illo excerptum (a) ex pag. 203. ubi legitur *Galfredus* loco *Gualteri*, cui tribuitur, Gualterus autem tribuens Radulpho hoc ſcriptum mihi non viſum, nec ipſi ut argumenti excerpta verba docent, Pitſeo. Quod vero addit hic etiam *Sandius* pag. 125. ex *Voſſii* ſeq. p. 478. de Gualtero alio Philippo *Caſtiliano* Inſulano Flandro, qui *libris novem* expreſſerit ejusdem *Alexandri M. vitam;* Id vero alienum etiam a re præſenti huc afferre non ſuſtinuiſſem, utpote qui carmine & pluribus libris & aliis nomine atque patria id egerit: niſi ſimul & omiſſum hunc Inſulanum Flandrum Valerio *Andreæ* Deſſelio notare hac occaſione libuiſſet. Quod vero magis etiam huc pertinet, illud eſt, quod *Pitſeo* in appendice centur. I. num. ult. pag. 845. hic Albanenſis *Gualterus* mihi etiam forte temere a *Galfredo* illo Hamlingtono diverſus factus videatur, qui pag. 295. antea ut Albanenſis Monachus erat recenſitus, ubi (b) & hæcce hiſtoria Alexandri M. eidem denuo abjudicatur.

(a) Pitſeus de illuſtribus Angliæ Scriptoribus, p. 203. *Et licet ad nos pauca ejus ſcripta pervenerint, illa tamen partim verſu, partim oratione ſoluta, multiplici florent elegantia. Nec defuit Eruditioni conjuncta comes virtus ſeu potius Magiſtra, ad omnia utilis pietas. Quibus nominibus unanimi capituli ſui conſenſu tandem ad præmium virtutum electus eſt Abbas. Quod ad hominis attinet ſcripta, Johannes* Lelandus *tribuit ei* vitam S. Albani *verſibus Heroicis pereleganter deſcriptam. Quod opus tanquam conſtans, terſum, canorum, rotundum mirifice commendat. Item Hiſtoriam Alexandri Macedonis. Et ego ſane Lelando aſſentiar. Quamvis non ignorem quosdam* Galfredum Helingtonum *ibidem Monachum, hujus poſterioris operis auctorem facere. Tamen* Gualterus *ibi* Monachus & Bibliothecarius *expreſſe teſtatur, quod* Radolphus *noſter ex plurimis antiquis auctoribus tum ſacris, tum profanis collegerit Hiſtoriam Alexandri Macedonis, libros quinque.*

(b)

(b) Idem pag. 215. Galfredus Hemlingtonus, *ordinis S. Benedicti, Monachus Anglus ad Sanctum Albanum, vir, ut ſcribit* Lelandus *in ſuis collectaneis, dignus, qui in Doctorum catalogum referatur. Græce latineque inſigniter doctus, hiſtoricus expertus & antiquitatum ſcrutator diligentiſſimus. Hiſtoriographos tum Græcos tum Latinos multo labore pervolvit, plurima collegit, per ordinem diſpoſuit, hiſtoriam inde contexuit, quam in lucem tandem emiſit, & Abbati ſuo Radulpho dedicavit. Licet Gualterus, ejusdem Monaſterii religioſus & Bibliothecarius exiſtimet, potius ipſum Abbatem illius Hiſtoriæ fuiſſe auctorem. Sed quid obſtat utrumq; de eadem materia ſcripſiſſe. Saltem Gualterus iſte, ſeu dictam hiſtoriam compoſuerit, ſive non, alia certe non pauca compoſuiſſe memoratur, licet eorum quicquam vix jam extet. Hiſtoriæ præfatæ titulum præfixit autor quisquis ille fuerit:* Hiſtoriam Alexandri Macedonis, libros quinque. *Claruit Galfredus anno ſalutis humanæ 1150. turbatis in Anglia ſub Stephano rebus.*

(1022) CHRONICON ALEXAN-„DRINUM, *notius hoc nomine quam* CHRO-„NICON PASCHALE, *a Mundo condito* „*ad Heraclii Imperatoris annum vigeſimum. Opus* „*hactenus* FASTORUM SICULORUM *no-*„*mine laudatum, deinde* CHRONICÆ „TEMPORUM EPITOMES; *ac denique* „CHRONICI ALEXANDRINI *Lem-*„*mate vulgatum. Nunc tandem auctius &* „*emendatius prodit cum nova Latina Verſione &* „*notis chronicis ac hiſtoricis. Cura & ſtudio Ca-*„*roli* du Freſne, *D.* du Cange, *Regi à Conſiliis,* „*& Franciæ apud Ambianos Quæſtoris. In folio à Pa-*„*ris chez la Veuve de Sebaſtian Mabre Cramoiſi* 1689. Titulus eſt libri recenſiti in *Diario Pariſino* Gallico, A. 1689. T. II. d. 24. Januarii pag. 19. & ſeqq. Ubi multa refert de hujus Manuſcripti Græci auctore, quæ carptim hic (a) excerptamus. De inventione & verſione prima ſuperaddita, invenies apud Aubertum *Miræum* (b) de Scriptoribus Eccleſiaſticis Auctarii m. p. 215. pene verbotenus omnia] repetita. Guil. *Cave* in Chartophylace p. 29. & 61. Juniorem à ſeniore PETRO ALEXANDRINO diſtinguens in neutro nos de hoc ſcripto informat. Uti nec *du Pin* Tom. 2. de ſcriptoribus quarti ſeculi Eccleſiaſticis, in Bibliotheca ſua utrumque recenſens. *Olearius* Abaci pag 362. non ad A. 371. ut Cave juniorem ſuum, ſed 640. referens Faſtorum Siculorum auctorem credi quidem memorat; ſed ad *Voſſium* & *Arndtii* Lexicon antiquitatum nos remittit. Is vero præter Miræana nil addit; niſi quod ex Chronologia Græco Latina, quam Marquardo *Frehero* debemus, ætatem qua vixerit anno Redemt. 640. cognoſci docet; allegans inde *Voſſium*, nec libro nec loco adſcripto. Adde quæ de hoc Chronico habet Dn. *Tenzelius*, orbi literato jam notiſſimus director Germanicorum colloquiorum menſtruorum doctiſſimorum (c) A. 1693. *pag.* 869. *& ſeqq.* recenſens Joh. *Antiocheni*, cognomento *Malalæ*, *Chronica*. Magisque etiam quæ *Cave* habet Hiſtor. litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 320. (d) hiſce verbis.

(a) Journal des Sçavans Tom. 11. p. 22. Rader *a douté, ſi l'on ne pouvoit bien attribuer a ce* ſaint Maxime *la* fin de notre Cronique. *Le fondement de ſon doute où de ſa conjecture, eſt que* S. Maxime *vivoit ſous le Regne d'* Heraclius *à la vintieme année duquel la cronique finit.*

Pag. 23. Mr. du Cange *ajoute, que l'auteur de la* Cronique Paſcale *traite avec plus d'etenduë ce qui s'eſt paſſé ſous* Heraclius, *que ce qui s'eſt paſſé ſous les autres Empereurs, & qu'en parlant de luy, il l'appelle ſon Souverain. Il ne s'enſuit pas que ce ſoit* George Piſide, *qui vivoit ſous le meme Regne.* George Hervvart, *qui lui a attribué cet ouvrage, ne s'appuye que ſur les paroles de* Suidas, *dont il n'a peut eſtre pas bien penetré le ſens.*

(b) Auberti Miræi *Auctarium* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, p. 215. Alexandri Chronici *ſcriptor putatur Heraclii Imp. temporibus vixiſſe, utpote qui omne ævum usq; ad viceſimum* Heraclii *annum digeſſerit. Hoc opus in vetuſta Siciliæ Bibliotheca primus invenit* Hieronymus Surita, *rerum Hiſpanienſium ſcriptor: atq; inde ejusdem &* Antonii Auguſtini, *tunc in Urbe Auditoris Rotæ, ut vocant, opera Romam advectum fuit. Hæc cauſa eſt, cur* Sigonius, Panvinius, *& alii olim* Faſtos Siculos *appellarint. Partem illius, à* Caſaubono *acceptam Euſebio ſuo Græce* Scaliger *adjecit. Sed integrum adeoq; nummis 36. aureis emptum, Auguſtanæ Vindelicorum Bibliothecæ poſtea acceſſit. Inde (poſtremorum duorum annorum narrationibus exceptis, quæ ita vetuſtate erant arroſæ, ut legi non poſſent) deprompſit, exſcripſit, & cum ſua interpretatione publicavit* Matthæus Raderus, *S. I. Theologus*: ac Chronici Alexandrini nomen *libro impoſuit, eo quod in frontiſpicio MS. illud commendet* Petrus Alexandrinus. *Quem quidem veriſimiliter ſuſpicatur, eſſe Petrum illum, qui anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo Alexandrinus Epiſcopus fuit. Opus eſt Chronologis perutile, vel ob multa ex Julio Africano & Euſebio Cæſarienſi excerpta, quæ ibi legas & non alibi.*

(c) Monatliche Unterredungen / p. 869. Nachdem er nun ſeine Meinung ſattſam *probiret*/ beantwortet er auch die Beweißthümer derjenigen / ſo den *Malalam* ins ſechſte *Seculum referiren* / darunter die Vornehmſten ſind / weil er *libro tertio Joan. Damaſceni de imaginibus* namentlich *citiret* wird / und der *Autor* des *Chronici Alexandrini* nach dem bißherigen gemeinen Schluſſe der Gelehrten viel aus ihm ausgeſchrieben.

Zur Ablehnung des andern benennet er *num.* 29. 30. alle *Loca*, darinnen das *Chronicum Alexandrinum* oder *Paſchale*, wie es *du Freſne* in der neuen *Edition tituliret*/ mit dem *Malala* oft von Wort zu Wort übereinkömmet/ und zeiget augenſcheinlich *num.* 33. 34. daß dieſes *Chronicon* auch ſehr *interpoliret* / und dieſe Ubereinſtimmung nicht ſo wol von dem *Autore*, als vielmehr von denen *Interpolatoribus* herkomme: Dabey er ſich denn beziehet auf ſein neues Werck / *de Scriptoribus rerum Ægyptiarum*, da er *de Chronici illius ætate, Auctore & Continuatore, & quænam exiſtant in eo ſuppoſititia, ex profeſſo diſſeriret*/ und zwar *libro tertio*, darinnen er handelt / *de Scriptoribus rerum Alexandrinarum, ſive Ptolemaicarum*.

Pag. 870. num. 35. 36. beweiſet er / daß auch *Malala* ſelbſt aus andern *Autoribus* viel von Wort zu

Wort ausgeſchmieret/und ſonderlich in Erzehlung der alten Römiſchen Sachen die abgeſchmackteſten und lächerlichſten Fabeln zuſammen getragen / und folglich/ ſo wol er/ als der *Autor Chronici Alexandrini* aus einem dritten *Scribenten* die Sachen geſchrieben haben müſſen/um ſo viel mehr/weil in dem *Chronico* bißweilen mehr ſtehet/als im *Malala.*

(d) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſ. p. 320.

Antequam Lectorem dimittamus, monendus erit, Georgio *noſtro a plerisq; tribui* Faſtos Siculos, *ſive* Chronicon Alexandrinum, *quo mundi tempora per omne ævum usq; ad decimum Heraclii conſulatum, i. e. usq; ad an. Chriſti 628. diſponuntur, Alexandrinum ideo dictum, quod in frontiſpicio MS. Codicis* Petrus Alexandrinus *nota appoſita illud commendarat. Chronicon illud in vetuſta quadam* Siciliæ *Bibliotheca primus reperit* Hieronymus Surita, *a quo illud accepit* Antonius Auguſtinus, *qui primo in Italiam, ubi* Sigonius *&* Onuphrius *eo uſi ſunt, deinde in Hiſpaniam Codicem ſecum advexit. Ex Antonii exemplari Apographum exſcripſit Andreas* Damarius, *Cretenſis Græculus, qui circa ann. 1573. Codicem ſuum una cum quibusdam aliis MSS. aureis prope trecentis* Iſaaco Caſaubono *vendidit.* Caſaubonus *eum juſtis conditionibus in* Friderici Sylburgii *manus conſignavit, ut Epiſtola ad* Scaligerum *ipſe nos docet: Epiſt. p. 437. conf. Ep. 252. & 440. Deniq; à* Sylburgio *aureis ſolaribus 36. redemptum* David. Hœſchelius *Bibliothecæ Auguſtanæ intulit. Ex eo excerptum Conſulum Romanorum indiculum, ſub Faſtorum Siculorum nomine primus Græce edidit* Sylburgius, *& Romanæ Hiſtoriæ Scriptoribus Græcis præmiſit,* Onuphrii *Faſtis Capitolinis e regione appoſitis, Francofurt. 1590. Eclogas luculentas, quas in uſum proprium excerpſerat* Caſaubonus, Scaliger *Chronico ſuo Euſebiano inſeruit. Tandem integrum Chronicon e Bibliotheca Auguſtana deſcriptum Gr. Lat. edidit* Matthæus Raderus, *Soc. Jeſu, Monachii 1615. 4. Verum autoris nomen nec in ipſo codice, nec aliunde comparet: unde latus aperitur conjectandi campus; & quamvis cum Reverendiſſimo* Uſſerio *aliisq;,* Georgio noſtro *id tribuam, non tamen prorſus ſpernenda videtur* Caſimiri Oudini *conjectura,* Georgio Alexandrino, *qui* Chryſoſtomi *vitam ſcripſit, illud aſcribentis. Ut ita ſentiret, hoc præcipue argumento ductus, quod res Alexandrinas maxime perſequatur, & ad hæc usq; tempora excurrens, à* Petro *Georgii ſucceſſore commendetur. Quisquis tandem ſit, autor certe eſt non contemnendus, qui non modo continuam Conſulum ſeriem exhibet, ſed & plures melioris purpuræ pannos operi ſuo intexuit, venerandæ vetuſtatis monumenta, quæ fruſtra alibi quærantur.*

(1023) AMASIS *Oriana*, quid libri ſit, & quomodo poſt Antigramma, Programmati ſe laceſſenti oppoſitum prodierit, auctore *Herando* DESPESIO Regis Hiſpaniarum Legato, in Anglia, refert explanate *Camdenus* (a) initio anni 1569. in Regina Eliſabetha, & ex eo *Deckherrus* de Adeſpotis pag. 188.

(a) Guilielmus Cambdenus Annalium regnante Eliſabetha, initio Anni M. D. LXIX p. 168. *Die ſexto Januarii* Programma *Londini editum eſt, de bonis Anglorum ab Albano detentis, in quo pleraque jam dicta explicantur & culpa in* De-Spelium *conjicitur. Ille* Antigramma *opponit, in quo innuit, Programma illud non à Regina emiſſum, ſed Reginæ nomine a nonnullis, qui Hiſpano iniquiores, & Belgis rebellibus æquiores. Priſtinam Reginæ erga Hiſpanos benevolentiam collaudat, eandem immerito abalienatam deplorat, non majorem fidem ſibi legato, &* Albani *literis adhibitam ſtomachatus, pecuniam illam detineri demiratur, cum magis intereſſet Reginæ (ut ipſe dicit) pecuniam Hiſpano contra rebelles ſuppeditare; quam detrahere. Deniq; eam, quaſi prima injuriam intulerit, taxat, Albaniq; factum & ſe excuſat. Nec his contentus libellos famoſos ſpargit, in quibus Reginæ exiſtimationem contumelioſe atterit, ſub nomine* Amadis Orianæ. *Unde reprehenſus, cuſtodes ad unum & alterum diem dati, & illa hac, & hujusmodi fuſe, ſed fruſtra apud Hiſpanum queritur.*

(1024) *Subſcriptiones Latinæ Synodo* ANCYRANÆ *ſubjectæ*, quæ habita eſt. A.C. 315. Ut eædem jam in Conciliorum Tomis exſtant, ex ISIDORI MERCATORIS officina prodierunt: verba ſunt Guilielmi *Cave*, Chartophylacis Eccleſiaſtici pag. 33. editionis Londinenſis, de quo *Pſeudonymo* plura *ſuo loco* in Pſeudonymis vide. Elies du *Pin.* ad 314. refert hanc Synodum, Biblioth. Eccleſiaſtique Tom. III. p. 311. & ſeqq.

(1025) *Geſta Coſſ.* ANDEGAVENSIUM, *Voſſio*, de Hiſtoricis Latinis l. 3. pag. 780. Auctor incertus vocatur, & ex ejus Mſtis quædam citari aliis refertur. At *Sandius* in notis adſcripſit pag. 318. nomen illius *Thomæ* LOCHENSIS, ſeu de LOCHIS, nulla notitiæ ratione adjuncta.

(1026) *De Eventibus* ANGLIÆ *Chronica*, vel ut *Pitſeo* inſcribitur: *de geſtis* ANGLORUM *liber unus*, cujus auctor *Voſſio* de Hiſtoric. Lat. lib. 2. pag. 541. *Henricus* KNYGHTON; at *Sandio*, in notis ad eundem, CNITTHON, *Pitſeo* pag. 241. KINGHTON nominatur. Primo etiam indicante, quod ſua ſe ſcriptione auctor *capitum initialibus literis ſedecim* talem deſignaverit, unde illi merito hac in re potior fides (a); Pitſeo vero aliena mera fide hic ſua referenti, prolixior auctoris memoria (b) debetur. Simile nomen occultandi ſimul & detegendi genus vide *infra* in *Polychronico.*

(a) Sandius *in Voſſii Hiſt. Latinos, p. 204. & 205.* Henrici Cnitthon, *Canonici Leyceſtrenſis;* Chronica *de* eventibus Angliæ, *a tempore Regis Edgari, usq; mortem fere Regis Ricardi ſecundi, (qui deceſſit A. 1400.) ſeu ad ao. 1395. edidit* Rogerius Tvvysden. *Autor ipſe literis initialibus capitum primorum ſedecim libri ſecundi, nomen ſuum ita exprimit:* Henricus Cnitthon.

(b) Johannes Pitſeus, *de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus, pag. 241.* Henricus Kinghtonus, *Hiſtoricus Anglus, cujus tamen vix ullus Hiſtoricus mentionem facit. Pauca nihilominus ex* Joanne Lelando, *quæ ille ſe ex* Joanne Roſſo *accepiſſe profitetur, in medium proferam. Naturaliter inſitus amor patriæ facit, ut libentius loquamur, legamus, ſcribamus res domeſticas*

,meſticas, quam externas. Idem evenit huic auctori. Qui cum hiſtoriis delectaretur, patrias prætulit ,alienis. Dicitur autem ex ſelectiſſimis auctoribus, quaſi ,flores hiſtoriarum gentis noſtræ delibaſſe, in pulchram methodum redegiſſe, ab ingreſſu Normannorum in Angliam, ad ſuum usq; tempus narrationem rerum deduxiſſe. Illa autem, quæ ſuo tempore contigerunt, ſuo Marte, ſumma fide, pari induſtria, prout domi militiæve viderat, aut alias veraciter didicerat, ſcriptis commiſit, poſteris tradidit, de geſtis Anglorum, Librum ,unum. An alia ſcripſerit nec ne, me latet. Floruit ,anno Virginei partus 1380. regnante in Anglia Richardo ,ſecundo.

(1026. α) *Hiſtoria nuperarum rerum mutationis in* ANGLIA auctorem quem habeat, indicat *Symbola Maſtrichtiana* his verbis:

BURIDGE. E. B.

Auctor Hiſtoriæ nuperæ rerum mutationis in Anglia, *in qua res, a Jacobo Rege ,contra leges Angliæ, & Europæ libertatem, & ,ab ordinibus Angliæ contra Regem patratæ duobus ,libris recenſentur, auctore E. B. Londini apud ,Samuelem Bucklei, in 8. 1697.*

(1027) ANGLICARUM *rerum ſub Henrico* VIII. *Eduardo* VI. *& Maria regnantibus* ANNALES Lond. 1628. Opus *Franciſci* GODWINI, ex Subdecano Exonienſi primum Landabenſis, dein Hersfordienſis Epiſcopi. Dris *Cave* Symbola eſt Epiſtolica.

(1028) *Narratio eorum quæ geſta ſunt in* ,COLLEGIO ANGLICANO *de Urbe, tempore ,tumultus*, ab ao. 1594. ad 1597. eſt *Roberti* ,CHAMBERS: ut docet *Parſon.* Apolog. Hierarch. 49. b. marg. *Symbola* eſt *Normanniana.*

(1028. α) HEROOLOGIA ANGLICA, hoc eſt, *clariſſimorum & doctiſſimorum aliquot Anglorum, qui floruerunt ab anno 1500. usq; ad a. 1620. vivæ effigies, vitæ, & elogia:* auctore H. H. Londini 1620. memorata *Hyde* pag. 316. a. una cum alio, cui titulus: *Monumenta Sepulchralia Eccleſiæ S. Pauli*, Londini, ſine typographo, & anno in 4. Prior quod ſit *Henrici* HOLLANDI, Anglo-Batavi, detegitur mihi per literas Guilielmi *Cave* 1676. Islingthonii datas, Tomisque binis conſtare memoratur. Addit in folio *Königius* pag. 409. nil addens, quod anonymus ſit liber, ejusdemque nominis *Arcam novi fœderis* 1618. editam præmittit. *Hyde* pag. 342. b. alium ejusdem auctoris etiam Anglicum memoratum editum librum, huc nihil pertinentem exhibet. Poſterior etiam *Hydei* anonymus eidem omnino *Hollando* videtur adſcribendus ex argumenti affinitate, aliisque circumſtantiis. Interim pro certo nihil hic definimus.

(1028. β) ANGLICA ſive BRITANNICA HISTORIA M. H. Oxoniæ 1640. 8. memoratur *Hyde* 316. cum epigraphe (an *Matt.* HUNT?) Quod etſi dubium lectorem relinquat, omittendum tamen non fuit viſum: ut ulteriori cujuslibet indagini ſubſerviat.

(1028 γ) ANGLICA PARALIPOMENA. Extat liber, & per omnium, Anglicarum Antiquitatum non plane incurioſorum, Anglorum manus ſub Clariſſimo Camdeniano nomine volitat, *Paralipomena Anglica*, inſcriptus. (*Guilielmum*) CAMBDENUM autorem eſſe, cum nullum Autoris nomen adſcriptum ſit, ego non præſtem. Ait Mericus *Caſaub.* de ling. Angl. vet. p. 233.

(1029) *De* ANGLORUM MOTIBUS *Georgii* BATEI, primo anonymus, dein aliquoties, nomine præfixo editus liber, cujus auctor a Guilielmo *Cave* Epiſt. 1676. in Octob. memoratus laudatur hiſce verbis: *Regnante apud nos tyrannide, poſt optimum Regem nefario ſublatum circa a. 1649. prodiit libellus, cui titulus:* Elenchus nuperorum motuum in Anglia *Auctor erat Georgius* BATEUS M. D. *apud nos* celeberrimus, qui vertentibus in melius Britanniarum fatis, Rege inſtituto, appoſito nomine auctiorem edidit, addita brevi poſt parte ſecunda, quin & tertiam promiſit, ſed fidem, quam dedit non liberavit At vero nunc liberavit ſane ſi fides *Lipenio* Biblioth. Philoſ. pag. 50. a. ubi poſt editionem veterem, Hagæ Com. 12. A. 1650 addit *Elenchi nuperorum motuum in Anglia partes III. ſeu motus compoſiti*, Londini & Pariſiis 8. 1678. nullo iterum addito nomine auctoris.

(1030) ANGLICI PARLIAMENTI *Hiſtoriæ Breviarium, tribus partibus explicitum.* Autore T. M. id eſt, *Thoma* MAY Parliamenti Regiſtrario. Symbola iterum eſt harum rerum gnariſſimi Dr. Guilielmi *Cave*, a quo ſcripto ſane diverſum eſt, quod ſequitur

(1031) De PARLAMENTO ANGLICANO, (Parlamento inſcriptum) quod eſſe *Johannis* SELDENI, *Copie d'une lettre touchant l'injuſtice des armes du Parlement contre le Roy.* p. 41. docere ſcribitur in *Normanniana Symbola.*

(1032) SESQUISECULUM ANGLICANUM; v. infra n. 1825.

(1033) ACTORUM ANGLICANÆ *Societatis Regiæ* notiſſimorum orbi erudito univerſo *Interpres* C. S. eſt *Chriſtophorus* SANDIUS; uti ex amicis aliquot & Bibliopolis noſtris, nominatim p. m. Gotfrido *Schultzio* accepi: Ipſe tamen enumerans ſuos libros pag. 171. & 172. *Bibliothecæ Antitrinitariorum*, cum hoc non memoret, mihi veroſimile illud videbatur. At confirmavit me lecta mox præfatio interpretis, arguens haud obſcure hominem aliunde ſatis notum, genio ſuo ſtyloque, & argumenti, quod redolet ipſa, multimoda publica tractatione. Extat autem illa præfatio tantum in editione prima, cujus hic eſt titulus: *Acta Philoſophica* Societatis Regiæ *in Anglia* Anni M. DC. LXV. auctore *Henrico Oldenburgio* Soc. Reg. Secr. *Anglice* conſcripta & *in Latinum*

 verſa

verſa interprete C.S. Amſtelodami apud Henricum & Theodorum Boom 1672. in 12. vel ut habet titulus æneus 1674. *Tomis quinq;*, ita ut *Tomus I.* ſit de ao 1665. paginis 266. *Tom. II.* de a. 1666. paginis 459. *Tom.III.* de a 1667. paginis 392. *Tom.IV.* de a. 1668. paginis 542. *Tom. V.* de a.1669. pag. 462. Poſt quos denique *Tomo ſexto* Actorum Philoſophicorum Societatis Regiæ in Anglia continuatio edita eſt ao. 1681. paginis 603. Omnia apud Henric. & Theodorum Boom. Altera dein editio ſecuta eſt in 4. Lipſiæ 1675. ſine illa præfatione, paginis 904. & indice alphabetico 6. foliorum: quinque priores Tomos ſolos exhibens. An ſecuta fuerit etiam continuatio eadem forma, non inquiſivi. De ipſo libro videatur prolixe M. Chriſtianus *Junker* de Ephemeridibus & diariis eruditis pag. 17. usque ad 32. cujus pag. 23. & ſeqq. refert Auctorem libri ipſius Anglici Latine verſi ſuo loco de Anglicis ſcriptoribus cap. XII. reſervandum. De verſione ipſa vid. ibidem pag. 28. ubi comparatur titulus Latinus cum Anglico plane diverſo, & magis etiam pag. 31. Oldenburgiana monitio de vitioſiſſima verſione Actorum eorundem, etiam olim memorata num. CCLXX. interpretis alterius, quam & olim honoratæ memoriæ Martinus *Fogelius*, Phil. & Med. Dr. Collega meus jam tum ubi recens modo prodierat, aliquot foliis correctam mihi a ſe oſtendit, a ſenſu vero multis modis alienam. Adde *Morhofi* Polyh. (a) lib. I. c. XVI. p. 180. 181.

(a) Daniel GeorgI MorhofI Polyhiſt. literar. lib I. c. XVI. pag. 180. 181. *Ac factum nunc eſt, ut ſingulari quodam impulſu animi eruditorum in hoc rei literariæ ſtudium acti fuerint. Sed ſcopos ſibi diverſos propoſuerunt.* Angli *enim ad res* phyſicas *ſe totos converterunt, nova experimenta & Autores Philoſophiæ moralis enarrando, cui fini apud illos inſtituta fuit* Societas Regia, *cujus auſpiciis* Henricus Oldenburg, *ejus Secretarius, in publicam lucem protulit, quæ illa in Societate proponebantur. Eorum pars in latinam linguam converſa eſt: promiſerat & ipſe auctor integram verſionem, cujus nunc laboribus fata intercesſerunt; illam telam nunc pertexit* Hoockius.

(1034) ANGLICANÆ ECCLESIÆ TROPHÆA Romæ 1584. in folio, ſive *res geſtæ ſanctorum Angliæ, coloribus exprimi curatæ, & ſubinde in æs inciſæ, ac prodita, uti depictæ ſunt coloribus in templo Eccleſiæ Collegii Anglicani*, quod debeantur *Guilielmo* GOOD, Glaſtenburio-Sommerſetenſi Jeſuitæ, ex *Ribadeneira* Biblioth. Soc. Jeſ. pag. 169. b. refert *Wood* Antiquitatum Oxonienſis Univerſ. lib. 2. pag. 235. a. repetitur *Sotvello* Biblioth. Jeſuit. pag. 312. b. cum elogio auctoris.

(1035) VORAGO, *qua* ANGLIA *Gallico connubio abſorbenda*: quid libri ſit, & quis ejus autor *Johannes* STUBBUS, enarrat prolixe *Cambdenus* Annalium Eliſabethæ (a) A. D. 581. pag. 344. & 345. (edit. Elzevir. Amſterd. 1677. 8. p. 365. 366.) unde aliqua excerpſit *Deckberrus* de Adeſpotis pag. 189. laudans ad hiſtoriæ, at non hujus ſcripti ulteriorem notitiam, *Meteranum* lib. XI. hiſtoriarum ſuarum in principio.

(a) Guilielmus Cambdenus Annal. Rer. Anglicar. regnante Elizabetha Regina, M. D. LXXXI. pag. 354. & 355. *Urebat inſuper animum liber, ſtilo aculeato contra has nuptias, ex formidine, ne religio immutaretur, editus & inſcriptus,* Vorago, qua Anglia Gallico connubio abſorbenda. *In quo Conſiliarii, qui nuptiis faverunt, quaſi ingrati in patriam & principem ſugillantur, ipſa Regina, inter medias adulationes, quaſi ſui diſſimilis, obliqua inſectatione perſtringitur,* Andinus *convitiis indignis dilaceratur, Gallica natio odioſe proſcinditur. Ipſæ nuptiæ ob religionis diſcrepantiam, (ut filiæ Dei cum filio Anti Chriſti) tanquam profanæ, Eccleſiæ exitioſæ, & Reip. pernitioſæ e ſacris literis miſere detortis, virulentis verbis damnantur. Nec perſuaderi voluit Regina autorem libri ſibi aliud propoſuiſſe, quam ut ſubditorum odium in ipſam concitaret (quæ ſemper non minorem amoris apud populum, quam autoritatis rationem habuit, & quod Principes ſolent, præcipuam curam ad famam direxit) & viam occulte aperiret ad aliquam prodigioſam innovationem: cum ad ſecuritatm Reginæ & Regno præſtandam, & pericula propulſanda, ne verbum quidem ſcriptor ille addiderit; & Regni Ordines jam antea nuptias, ut certiſſimum contra impendentia mala remedium, maximopere efflagitaſſent. Hæc publico ſcripto declarat, in quo libelli autore, ut ſeditionis præcone, damnato, propenſum* Andini *in ſe & Proteſtantium religionem animum prædicavit, tantam injuriam tanto Principi & optime merenti, qui nihil vel in Republica vel in Religione immutari poſtulaverat, illatam doluit: ſimulq;* Simierum, *Andini adminiſtrum quem calumniis nonnulli onerarant, ob prudentiam & modeſtiam collaudavit; populum autem monuit, libellum illum nihil aliud eſſe, quam commentum proditorum, ad concitandam foris invidiam, domique ſeditionem; & coram Magiſtratu igne abſumi juſſit. Jam inde Puritanis, ſive Novatoribus paulo infenſior eſſe cœpit, a quibus hæc profluxiſſe facile credidit; & poſt paucculos ſane dies* Joannes Stubbus, *ex Lincolnienſi juris Collegio fervidus religionis profeſſor (cujus ſororem* Thomas Cattvvrightus, *inter Puritanos anteſignanus, duxerat) hujus libelli autor,* Guilielmus Pageus, *qui exemplaria diſperſit, &* Singletonus, *Typographus, apprehenſi. In hos ſententia lata, ut dextræ præciderentur.*

(1036) ARCHIVUM UNITO-PROTESTANTIUM, *in quo præcipua Unito-Proteſtantium, facta attentata, & conſilia, ex ipſis eorum Originalibus in publicum exhibita prætenduntur,* Anno cIↄ Iↄ CXXVIII. quod LEICKARDO vel ECKARDO ſuccenturiatori *Jocheriano* tribui potuiſſet., Verba ſunt Joh. *Deckherri* de adeſpotis pag. 158. ſubjuncta Commentationi Secretorum Cancellariæ Anhaltinæ, quæ fide Goldaſti Wilhelmo JOCHERO, vel *Leickardo* vel *Eckardo* imputantur, de qua *Cancellaria Anhaltina* ut & *Hiſpanica* vide ſuis locis.

(1037) *Caroli Ducis* ARSCHOTANI NUMISMATA, *brevi Commentario illuſtrata*, editore Caſp. Gevartio, Antvverpiæ 1654. fol. Acceſſere

ſere Ant. *Auguſtini Dialogi* de Numiſmatibus, interprete Andr. *Schotto*. Titulus eſt repræſentatus nobis a *Colomeſio* (a) Bibliothecæ ſuæ revera ſelectæ Gallicæ. p.71. additurque auctor & laudatur *Albertus* RUBENS.

(a) M. Colomiés Bibliothéque choiſie, p.71.& 72. *L' Autheur de ce petit Commentaire ſur les* Médailles du Duc d' Arſchot, *eſt* Albert Rubens, *ſçavant homme, & fin déſchiffreur de Médailles, fils de* Pierre Paul Rubens, *grand Peintre & grand Antiquaire, & neveu de* Philippe Rubens, *dont nous avons* Electa, *la verſion des Homélies d' Aſtérius, & quelques Poëſies* Latines. *Je tiens de* M. Voſſius, *& de feu* M. Gévart, *Secrétaire de la ville d' Anvers, qu'* Albert *Rubens, & non pas* Pierre Paul *ſon pere, comme je l' ay écrit ailleurs, eſt l' Auteur de cêt excellent* Commentaire. *Aujour-d' hui je vois cela confirmé par Meſſieurs* Spanheim *&* Oiſelius. *Cet* Albert Rubens *a auſſi fait un Traité* de re veſtiaria & lato clavo, *qui n' a eſté imprimé qu' aprés ſa mort. M.* Ferrari, *Profeſſeur aux belles lettres à Padouë, a refuté ce Traité avec un peu trop d' aigreur, lui de qui Rubens avoit dit ſi obligeamment :* Noviſſime Octavius Ferrarius egregio opere ita omnem de priſcis veſtibus materiam exhauſit, ut promiſſos a Caſaubono & Salmaſio de re veſtiaria Commentarios vix deſideremus. *On a eu raiſon de joindre au Commentaire de Rubens, les Dialogues d'* Antonius Auguſtinus, *le plus docte Prélat de l' Eſpagne, qui ſont comme une introduction a la connoiſſance des Médailles. L' Auteur les écrivit premiérement en Eſpagnol; depuis, ils furent traduits deux fois en Italien; & enfin le Pére* Schottus, *Jéſuite, en fit une Verſion latine, eſtant encore jeune.*

(1037. α Olim ad Cap. V. De *Hiſtoricis* additionum.n.DLXXXII.) ARTIFICIA *hominum miranda naturæ in* SINA *&* EUROPA, Francof. 1655. in 12 præfixis literis A P. F. B. prodiere, quæ BRULII, neſcio cujus, eſſe ſcribit Dn. *Gerh. von Maſtricht*. Liber idem Germanice in 4. extat.

Liber olim editionem primam paranti, ſi recte memini, inſpectus, artem parvam ordinis aut ſelectus habebat. De auctore ſic habet *Sym-* „*bola Flensburgo Molleriana: Brulius* forte iſte idem „eſt cum Joach. Brulio Ordinis Eremitarum S. „Auguſtini Monacho, cujus *Hiſtoria Peruana* Or- „dinis Eremitarum S. Auguſtini prodiit Ant- „vverpiæ 1651. in fol. Excellmus Syndicus *van Maſtricht* nunc quoque in marginalibus ſuis poſt verba : *Germanice* in 4. extat, addit ſequentia: ſub titulo: Abentheur in China und Europa / ita mihi relatum ab eo, qui cum filiis ejus vixerat, ex quibus cognoverat eum edidiſſe Germanicum exemplar. Prima littera prænomen auctoris, ſecunda cognomen notat; F. notat locum nativitatis & B. notat patriam, *Bipontinum*. Sub nomine Adami PREYELII (melius PREUELII) citat hunc auctorem & librum *Hoffmann.* in Lexico Tom 2. voce *Templum Dianæ* p.428. b.

(1038) Canon *Regum* ASSYRIORUM *&* „*Medorum Græcus:* ſive Κανὼν Βασιλέων Ἀσσυρίων „καὶ Μήδων: quem *Ptolemæus* in computandis Re- „gum annis adhibet, quemq; ex Mſſ. Codice Bi- „blioth. Regiæ Pariſ. exhibet *Petavius*, calce Rationarii Tempor. pag. 283. & ex Biblioth.„ *Oxon.* Mſſ. Joh. *Gregor.* Monarch. Aſſyr. p. 249.„ BEROSO ex conjectura tribuit *Ravius*, Fundam.„ Chronol. col 29.31. *Symbola Normanniana.* Eam de *Vero* illo, non *Anniano* fictitio *Beroſo* loqui palam eſt.

(1039) *Solennitas* AUGUSTÆ *Taurinorum occaſione electionis Magni Apoſtoli Indiæ, S. Franciſci* XAVERII, *in Patronum.* Taurini, typis Zopatæ 1668. in 4. inter ſcripta anonyma *Julii* VASEI, Monte Regalenſis Pedemontani, adhuc eo tempore ſuperſtitis, recenſet *Sotvel,* Biblioth. Jeſuit. p.536. a.

(1040) *Antiqua Literarum monumenta*, AUTOGRAPHA LUTHERI, *aliorumq; celebrium virorum*, ab A. 1517. ad A. 1546. Reformationis ætatem & hiſtoriam egregie illuſtrantia, in ſereniſſimi Principis ac Domini, Domini Rudolphi Auguſti *Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis* Bibliotheca manuali, Brunſuigæ recondita. Brunſuigæ, ex officina Zilligeriana ao. M. DC. XC. in 8. paginis 528. quibus compræhenſa etiam præfatio 40. paginarum. Quam ut & ipſam collectionem totam, licet nec in Actis Eruditorum eandem recenſentibus A. 1690. pag. 601. (poſteriore, poſt 624. loco 625. errore Typographi, repetito) nominaretur: conjectura ſtatim apud me firmatam, ita eſſe comperi deinde, cum indiciis plurimis aliis atque teſtimoniis, tum inſecuti poſtea *Tomi ſecundi* ab a. 1517. ad 1546. anno ſequenti proditi ibidem paginis 288. *ſubſcriptione expreſſa* iterum pag. 40. deſinentis eſſe *Hermanni* VON DER HARDT, Linguarum Orientalium in Academia Julia Profeſſoris publici, aliis etiam ſcriptis Orbi literato noti. Adde ex *Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1695. pag. 557. Epiſtolam auctoris. Ubi *tertii* etiam *Tomi* fit mentio, nec dum, ut credo, ipſis viſi, & tamen jam anno 1693. in 8. Helmſtadii & quidem cum præfatione prolixa ſubſcripto nomine Prof. *von der Hardt*, modo laudati publicam in lucem prolati. Addatur interim recenſio quoque *Tomi* II. pag. 411. ao. 1691. ac vel maxime illuſtris *Seckendorffii* admonitio ad Lectorem p.5. ubi & Principis & Profeſſoris laudati modo data ſuæ etiam nunquam ſatis laudandæ Lutheraniſmi Hiſtoriæ auxilia publice dilaudat verbis (a) adſcriptis.

(a) Seckendorffius Admonitionis ad Lectorem Commentarii de Lutheraniſmo, p.5. ſive penultima: *Scholia huic indici ſive augmenta, repetitis autorum aut locorum nominibus, aut noviter inſertis, acceſſerunt, quia Sereniſſimus Brunſuicenſium Dux,* Rudolfus Auguſtus *pro inſigni pietate, & quo fervet in rem literariam inprimis vero Eccleſiæ commoda ſtudio, multos mihi ex Bibliotheca ſua domeſtica libros ſubmiſit, quos antea non videram. Tanta autem optimi Principis erga me fuit benignitas, ut mei potiſſimum gratia catalogos Bibliothecæ illius ſua per excellentis doctrinæ & pietatis virum* Hermannum von der Hardt / *Profeſſorem Helmſtadienſem, edificerit, omniumque communicationem clementiſſime obtulerit, quanquam temporis anguſtia obſtitit, quo minus beneficio hoc integro frui potuerim. Optandum eſt, ut Princeps pientiſſimus ad multos annos incolumis & feliciſſime vivat,*

magnoq́; Eccleſiæ orthodoxæ & reipublicæ præſidio ſit & ornamento.

(1041) ANNALES BAVARICI, Monachii, 1662. in fol. TOMIS TRIBUS, cui præfationem ſuam præmiſit *Joannes Adelreizerus* à *Tettenwers*, Cancellarius Bavaricus, cujus exſtat *aſſertio electoratus Bavarici* fol. Francof. 1644. apud *Lipen.* pag. 142. unde ipſi vulgo imputantur: Auctorem habent Patrem WARFUO (lege WARFUG) Jeſuitam, teſte *Boëclero* in notitia imperii lib. 5. cap. 5. pag. 171. quem citat *Obrecht* ad Receſſum noviſſimum art. 4. §. 5. pag. 111. Sed vereor ne nomen hoc ſit fictitium à *veritate aptata* adoptatum. Quod & confirmare videtur *Symbola Normanniana* ſic habens: „Auctor eſt Pater „VERSO, ſoc. Jeſu. Nomen diſſimulatur. An„dreas *Julianus* Itinerario MS. pag. 126. Interim nullum horum trium nominum compareret apud *Sotvellum.* Ab his Annalibus toto cœlo differunt

(1042) ANNALIUM BAVARICORUM *fragmenta*, de quibus ex *Caniſio*, *Frebero*, & *Voſſio* referunt *Menſtrua Colloquia Germanica Tenzeliana* (a) A. 1690 menſe Junio pag. 568. & (b) Novembri pag. 1023. & ſeqq. ut DISCIPULO S. EBERHARDI adſcriptis, at ſine ſuo conſenſu, v. in Pſeudonymis *Adlsreiterum.*

(a) Monatliche Unteredungen/ 1690. p. 568. Bey dieſer *Inveſtitur*-Hiſtorie habe ich nichts zu erinnern/ ſprach Herr Antoni, aber die vorhergehende Erzehlung vom Anfange des Chriſtenthums in Kärndten und Crain könte ich vermehren und verbeſſern aus dem alten *Fragmento* von Bekehrung der Bayern und Kärndter / welches ſchon *an.* 858. geſchrieben iſt/ und von *Frebero* unter den *Scriptoribus rerum Bohemicarum* die andere Stelle erhalten hat.

(b) Monatl. Unterred. 1690. *pag.* 1023. & 1024. Und dieſe Chronologie braucht er als gewiß im 9. Capitel / da er dieſe drey Kärndteriſche Hertzoge ordentlich beſchreibet. Gleichwol kan ſie nicht beſtehen/ verſetzte Herr Antoni, weil das alte *Fragmentum*, deſſen ich in verwichenen *Junio*, *p.* 568. aus dem *Frebero* gedacht/ die Jahre gantz anders ſetzet. Ich habe ſeyther dem den gröſſeſten Theil dieſes *Fragmenti* in des *Caniſii Tom. VI. p.* 1139. gefunden / und als ich ihn mit des *Freberi edition conferiret*/ habe ich bald geſehen/ daß nicht der *Diſcipulus S. Eberhardi an.* 1186. *auctor* davon seyn köñe/ wie *Caniſius* und *Voſſius* wollen/ ſondern daß vielmehr derſelbe *Diſcipulus*, was er in den alten *Annalibus* gefunden/ fein nach Art der *Scribenten* ſeiner Zeit / von Wort zu Wort ausgeſchrieben. Aber ein Stück derſelben *Annalium* iſt unſtreitig das *Fragmentum Freberi* und zun Zeiten *Adalwini* des Saltzburgiſchen Biſchofs geſchrieben worden/ wie die Worte klärlich zeugen: Et adhuc ipſe Adalvvinus, Archi-Epiſcopus per ſemetipſum regere ſtudet illam gentem in nomine Domini &c. Und am Ende: Tempore ergo quo dato & præcepto Domini Caroli Imperatoris, Orientalis Pannoniæ populus Juvavienſibus regi cœpit præſulibus usque in præſens tempus, ſunt anni LXXV. Dieſe Zeit: *Characteres* ſtehen zwar nicht beym *Caniſio*, doch ſind ſie *infallibel*, und hat *Freberus* mit Recht daraus geſchloſſen / daß dieſes *Fragmentum* circa annum Domini DCCCLVIII. geſchrieben ſey. Doch kommen beyde *Editiones* hierinnen überein / daß ſie des *Virgilii Ordination* in das Jahr 767. ſetzen/ mit dieſen Worten: Poſtea vero petentibus populis, & Epiſcopis regionis illius, conſenſit Vergilius conſecrationem accipere; ac ordinatus eſt à comprovincialibus præſulibus ad epiſcopum, anno ſcil. nativitatis Domini DCCLXVII. XVII. Kalend. Julii. Dieſer einige Punct ſtöſſet des Herrn *Franciſci Chronologie* gantz über den Hauffen.

(1042. a CXLVI.) ANNALES CONGREGATIONUM *Beatiſſimæ Virginis Mariæ, collectæ ex annalibus ſocietatis JEſu.* Burdigalæ 1624. in 8. additis ſaltem in calce dedicationis literis J H B. S. J. ediditſſe *Johannem Hieronymum* BAJOLUM è S. J. memoriæ prodidit *Alegambe* Bibl. Jeſuit. pag. 350. repetivitque verbotenus *Sotvell.* pag. 162. b.

(1043) BEDÆ, *Venerabilis* cognominati, libri duo *de ſex ætatibus mundi & ANGLIÆ temporibus*, ſ. ABBREVIATIO CHRONICÆ & BREVIARIUM CHRONOLOGICUM bina fide ex manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ publicatum, exhibetur a Petro *Lambecio* Comm. de Bibliotheca Cæſarea lib. 2. cap. V. à pag. 195. usque ad 398. doceturque (a) quod ſit EGINHARDI, Cancellarii Caroli Magni, qui & alias ENHARDUS, ENCHARDUS, EINHARDUS, EINCHARDUS in Manuſcriptis appellatur apud *Sandium* ad *Voſſium* p. 45. Lambeciana repetentem.

(a) Petri Lambecii Comment. de Bibliotheca Cæſ. Lib. II. Cap. V. p. 399. *Si quis jam porro autem ex me quæſierit, quem ego* Abbreviationis *hujus auctorem eſſe exiſtimem, conſtanter affirmare auſim, eum eſſe* Eginhardum, *Imp. Caroli Magni Cancellarium; utpote qui non ſolum* eadem ætate *vixit, & Hiſtorico ac Chronologico ſtudio valde fuit deditus, verum etiam inprimis Scriptorum* Bedæ *diligens fuit lector & æmulus, adeo ut* Sigebertus Gemblacenſis, *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap. 84 referat*, quod ad imitationem Bedæ, qui abbreviarat Hebraicum Pſalterium, excerpendo de illo omnes verſus, verba orationis habentes, abbreviarit & ipſe Gallicanum Pſalterium. *Veriſimillimum etiam mihi videtur, Chronologicum hoc Hiſtoriæ univerſalis breviarium initio in privatum duntaxat uſum ab eo eſſe compoſitum, ut nempe ad* vitam Imp. Caroli Magni & Annales Francorum *ſcribendos hoc modo ſe præpararet, & tempora Hiſtoriæ rerum Francicarum ſui ævi conjungeret. Simile aliquod* Breviarium Chronologicum, *& fere idem extat in Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ antiquo codice membranaceo MSto, inter MStos Codices Theologicos Latinos* quadringenteſimo octogeſimo ſexto, *cujus inſcriptio ſive Rubrica:* Incipit Chronica Bedæ Presbyteri.

(1044) *Commentariolus de Statu* BELGII, „ *fœderati*, ſæpius recuſus, mihi editione quinta, „ anno 1649. Hagæ Comm. in 12. quin ſit M. „ *Zuerii* BOXHORNII nullus dubito, qui eum „ in

n Collegiis privatis prælegit diſcipulis ſuis, a quibus deſcriptus, publicique tandem Juris eſt factus: ut habet *Symbola Guilielmi Cave.* Quam is teſtimoniis alii quoque comprobavere: in quibus & conſultiſſimus Dr. Ericus *Mauritius*, ex Profeſſore Kilonenſi Aſſeſſor Cameræ graviſſimus, eruditiſſima diſſertat. de principiis Juris publici cap. II. art. 9. & *Mollerus* Flensburgas: idem 1650. una cum *Merulæ Diatriba*, editionem dictam memorans. Quam & memorat *Lipenius* Bibl. philoſoph. pag. 170. a. idemque pag. 166. a. eid. in 24. 1630. & Hagæ Com. 12. 1654. una cum illa recenſet. Mea paginis 126. capitibus II. conſtans inſcribitur hoc modo: *Commentariolus de ſtatu confœderatarum Provinciarum Belgii, editio tertia auctior & emendatior. Acceſſit de eadem materia Pauli* Merulæ *Diatriba, nec non decretum Ordd. Holland. & Weſt-Friſiæ de antiquo Jure Reip. Batavicæ.* Hagæ-Comitis, apud Johannem Verhoeve, anno 1650. Notandum quod editio prima optima eſt: quia in poſterioribus multa, juſſu ordinum fœderati Belgii, fuere omiſſa, docente *Symbola Schraderiana.*

(1045) DE BELLO CÆSARIS AFRICANO liber anonymus C. Julii Cæſaris ſcriptis annecti ſolitus A. HIRTII videtur plerisque, ut &

(1045. α) DE BELLO CÆSARIS ALEXANDRINO liber. At

(1045. β) DE BELLO HISPANIENSI liber, BALBI forte, ut non abs re ſuſpicatur Gerh. Joh. *Voſſius*, etſi jam olim ſcripſit *Suetonius*, trium horum commentariorum incertum eſſe autorem, at de *Balbo* ſilens, alii, inquit, C. OPPIUM putant, alii A. HIRTIUM. Verba ſunt Joh. Alb. *Fabricii* Bibliothecæ Latinæ Hamburgi editæ p. 20. & 21. At vero

(1045. γ) FRAGMENTUM, *quod libro de* BELLO HISPANIENSI ex *MS. Petaviano, unde etiam Græcam verſionem drpromſerat, ſubjecit Jungermannus*, petitum eſt ex *Julii* CELSI commentariis de vita Julii Cæſaris editis A. 1473. ut monuit *Voſſius* lib. I. de Hiſt. Latinis c. 13. Verba ſunt ejusdem *Fabricii* l. c. p. 21. v. plura in *anonymis* ad num. *J. Cæſaris, & Celſi.*

(1045. δ) BELLI SACRI *Hiſtoria anonyma*, quomodo *Petro* TUDEBODO adſcribatur, legere eſt in *menſtruis Dialogis Germanicis*, A. 1690. p. 345. & ſeq. (a) hunc in modum.

(a) Monatl. Unterred. *A. 1690. pag. 345. & 346.* Damit ich aber bey dieſer weitläufftigen *Materie* nicht ἀσύμβολος ſey/ will ich nur einen *Anonymum* entdecken. *Mabillon* hat *Tomo I. Muſei Italici* eine Hiſtoriam belli ſacri *ex Bibliotheca Caſſinenſi* ediret/daraus der erſte Scribent in denen von *Bongarſio* colligirten Geſtis Dei per Francos ein *Compendium* gemacht haben ſoll. Als ich dieſelbe laß/ und was die *octo Purpurati* für eine Müntze wären / in *du Freſne Diſſertatione de inferioris ævi Numiſmatibus* nachſuchte/ fand ich bey demſelben eben die Worte aus dem Tudebodo *citiret* / welche ich im Anonymo für Augen hatte. Dieſes erweckte in mir die Gedancken/ ob nicht eben der *Tudebobus* vom *Mabillon edirt* ſey. Ich ſchlug derowegen den *Indicem Auctorum* auf / den *du Freſne* ſeinem *Gloſſario Latinitatis* vorgeſetzet / daß ich wiſſen möchte / wo denn der ziemlich unbekandte *Tudebobus* gedruckt wäre. Ich ward davon alſo unterrichtet *p. 138. Petrus Tudebobus, Sacerdos Suriacenſis, vixit an. 1100.* Editus Tom. 4. Hiſt. Franc. *p.* 773. & in Geſtis Dei incerto nomine. Allein ich habe die vom Quercetano edirten Tomos *Hiſtoriæ Francorum* nicht/ daß ich hätte recht nachſehen können.

(1045. ε) BIBLIOTHECA-ANTIJANSENIANA quid libri ſit, & quomodo Anonymos prodierit; at vero poſtea a *Philippo* LABBE, Jeſuita celeberrimo ſit agnita, verbis ſubjectis (a) ex *Bailleti* anonymo libro, cui titulus *Satyres Perſonnelles* Tom. II. p. 70. & 71. edocemus.

(a) Des Satyres Perſonnelles Tom. II. p. 70. 71.
Bibliotheca Anti-Janſeniana, *ſive, Catalogus piorum eruditorumq; Scriptorum, qui Corn. Janſenii Epiſc. Iprenſis & Janſenianorum hæreſes, errores, ineptiasq; oppugnarunt. Cum præludiis Hiſtoriæ, & cribratione Farraginis Janſeniſticæ.* Bonorum laborum glorioſus eſt fructus, *Sap. 3. 15. L'Ouvrage fut imprimé a Paris l'an. 1654. in 4to. ſans porter le nom de ſon Auteur; mais le Privilege de ſa Majeſté le met a couvert du reproche, que l'on fait ſouvent aux Anonymes d'eſtre fugitifs & ſuſpects. Mais depuis que le Pere* Labbe *s'eſt publiquement declaré l'Auteur de cet Ouvrage, dans les deux Catalogues de ſes Oeuvres, le Public conſtant d'un nom ſi connu, n'a plus demandé d'autre Caution.*

(1046) *Catalogus Græcorum Codicum, qui ſunt in* BIBLIOTHECA AUGUSTANA. Auguſtæ 4. 1595. Liber memoratus etiam *Lipenio* Bibl. Philoſ. Tom. I. pag. 138. a. ſine auctore: at auctoribus additis Eliæ *Ebingeri* Catalogus Librorum Reip. Auguſtanæ. Auguſtæ 4. 1633. & Antonii *Reiſeri* index MStorum Bibliothecæ Auguſtanæ Aug. Vind. 4. 1675. ſolus vero primus *Colomeſio* ſelectæ Bibliothecæ ſuæ Gallicæ (a) pag. 194. 195. addito & nominato auctore *Davide* HOESCHELIO, quem nec memorat *Königius*, tot aliis ſcriptis commendatur orbi erudito per *Colomeſium* & pluribus etiam per *Hyde* p. 341. a.

(a) Colomies, Bibliothéque choiſie, p. 194. & 195.
Nous n'avons point de Catalogue de Manuſcrits, plus docte, ni mieux digeré, que l'eſt celui-ci. Auſſi a-t-il eſté dreſſé par David Hoeſchélius, *célébre Bibliothecaire d'Ausbourg, où les Sçavans ne paſſoient jamais ſans rendre hommage à la Bibliotheque, & à celui qui en avoit la direction. Ecoutons M.* Eſprinchard, *Sieur* du Plomb, *dans ſes Voyages Manuſcrits, faits l'an 1598.* Nous allaſmes voir à Ausbourg, au College de S. Anne, la magnifique Bibliotheque de la Ville, qu'on eſtime eſtre une des premieres de l'Europe, pour le grand nombre des livres rares, & ſur tout Grecs, qui s'y trouvent. David Hoeſche-

Hoeſchelius, homme tres docte, qui en eſt Bibliothecaire & Principal du Collége, nous la monſtra. *Et M. de* Couvrelles, *dans ſes Voyages, auſſi Manuſcrits, l'an* 1609. Je ne dois pas oublier qu'à Ausbourg il y a une belle Bibliotheque, fournie de pluſieurs bons livres, & entr' autres de Manuſcrits Grecs, qui me furent monſtrez fort particulierement, par le docte Hoeſchelius. *M. de* Mauſſac, *paſſant a Ausbourg, ne manqua pas auſſi de voir cette Bibliothécaire; qui lui preſta, comme il nous le dit dans ſon* Harpocration, *le Catalogue des Manuſcrits du Vatican, celuy de la Bibliothéque de l' Empéreur, & ceux de la Bibliothéque d' Ausbourg, de Baviere, de S. Marc de Veniſe, & de S. Laurent de Florence. Nous devons à* Hoeſchelius *divers Auteurs Grecs, qu' il a fait imprimer avec de petites Notes, où il ne met jamais rien de ſuperflu.*

(1047) *Catalogus omnium librorum* BIBLIOTHECÆ AUGUSTANÆ *anonymus*, nec *Lipenio* memoratus, prodiiſſe auctore credito *Georgio* HENISCHIO memoratur ab Antonio *Reiſero* (diverſo ab altero cognomine & Cognato Paſtore olim hic (Hamburgi) ad D. Jacobi, & plurimis ſcriptis celeberrimo) in præfatione (a) ad Lectorem *indicis Manuſcriptorum Bibliothecæ Auguſtanæ* p. 2. & 3. hiſce verbis.

(a) M. Antonius Reiſerus, Indicis MStor. Bibliothecæ Auguſtanæ, Præfatione ad Lector. p. 2. & 3. *Equidem binis antehac vicibus integer totius Bibliothecæ* Catalogus *prodiit, primo quidem Anno Seculi poſt decimum ſexti ultimo vel terminali, nomine Collectoris non adſcripto, qui tamen fuiſſe putatur* Georgius Heniſchius, *Medicus & Profeſſor in Gymnaſio Mathematices, ſcripto non uno celebris; poſt autem anno hujus Seculi poſt trigeſimum tertio, opera & ſtudio* Eliæ Ehingeri, *viri in ornamentum Patriæ nati, & cujus memoria nunquam debet eſſe ſine laude & grata meritorum deprædicatione. Utriusq; vero hujus editionis perpauca ſunt in manibus eruditorum extra Patriam exemplaria, & hinc aliquibus non raro deſideratiſſima, cujus indicium eſt, quod* Philippus Labbæus, *Bibliothecæ Bibliothecarum Autor, qui nihil in hoc eruditionis genere videri voluit ignoraſſe, in prima ejus editione, ante hos viginti & unum Annos, inter plures alias non tanti forſitan æſtimii & pretii, nullam ejus fecit mentionem, quam nuper modo & ante hoc biennium Editioni, ſecundis curis auctiori, inſeruit, ea inter demum exemplar aliquod nactus, quo antehac caruerat.*

(1047. *a* Olim editionis prioris addit. Cap. V. num. CXLVII.) BIBLIOTHECÆ CHALCOGRAPHICÆ *continuatio quarta*, cum auctorem nullum præferat, cui debeatur indicat Valentinus Henricus *Voglerus*, Profeſſor Inclytæ Academiæ Juliæ, quæ Helmeſtadii eſt, ſummopere φιλοβίβλῳ, in ſua rei librariæ ſtudioſis omnibus commendanda maxime *Introductione univerſali in notitiam* cujuscunque generis bonorum *ſcriptorum* Helmeſt. 1670. in 4. excuſa c. 4. p. m. 18. Qui utinam *Labbei* Bibliothecam Bibliothecarum habuiſſet, ex illa magnis acceſſionibus opus hoc ſuum augere potuiſſet, quamvis præter Labbeo memoratos ultra centum jam habeam mihi notatos alios, utrique omiſſos. Sed jam verba notemus ipſius Vogleri, quæ vera omnino talia ſunt: *Joannes Jacobus* Boiſſardus *Veſontinus ſcripſit vitas doctorum virorum, plerorumq; quidem recentiſſimi ævi, quorundam etiam antiquiorum. Et quidem opus illud in quinque partes diſtributum eſt, cui additæ ſunt imagines ad vivum expreſſæ à Joanne Theodoro* de Bry. *Inde poſtea vitis à* Boiſſardo *conſcriptis plane omiſſis, nata fuit*, Francof. 1650. in 4. Bibliotheca Chalcographica illuſtrium virtute atque eruditione in tota Europa clariſſimorum Virorum. *Singulis imaginibus addita ſunt ſingula diſticha; quæ interdum quidem arguta & elegantia, complura vero nullum ſapiunt ingenium.* Huic Bibliothecæ Chalcographicæ ſextam partem *adjunxit* Sebaſtianus Furtius: *& poſtea* tres alias *partes* CLEMENS AMMONIUS, *quamvis ejus nomen continuationi quartæ, ſive parti nonæ non ſit adſcriptum, gener illius* de Bry. *Qui* Ammonius *præfat. ſecundæ continuationis pollicetur perfectum opus, in quo ſecundum cujusque Facultatis ſeriem, omnium ætatum ſapientum vitas & imagines ſit exhibiturus. Sicut autem in prioribus Chalcographiæ partibus, ſic in omnibus quoq; continuationibus adjecta ſunt diſticha, ejusdem cum iſtis notæ ac qualitatis. At imagines in univerſum omnes perquam elegantes ſunt, ita ut ſculptorum artificium inde imprimis orbi commendetur.*

Hæc olim: nunc vero etiam poſt editum multo auctiorem Catalogum auctorum, qui libros . . &c. ſcriptis conſignavit ab Antonio *Teiſſerio* in 4. Genevæ 1686. pene trecentos illi necdum etiam memoratos auctores collegi eo pertinentes. Quos ſtatim a prodita illius Bibliotheca ipſi V. clariſſimo deſtinavi, ſed ut intellexi ex literis 1687. Febr. 7. ad me datis humanitatis & affectus plenis diſtracto jam aliis, fruſtra obtuli ac forte nunc blattis & tineis vix ultra etiam augenda aſſervo.

(1048) BIBLIOTHECAM GALLO SUECICAM, acutum & Satyricum ſcriptum, neque nomine neque anno adjecto in publicum emiſit anno 1642. quidam Jeſuita Moguntinus, & non omnes ejus Collegii ut conjectant. Ego non aſſevero. Verba ſunt literarum amici, olim mei dum viveret Joh. *Deckherri*, ſæpius laudati & laudandi, in Epiſtola 1676. 4. Decembris. Unde *anonymum* ipſi hoc ſcriptum viſum colligo, quod Pſeudonymum *Eraſmi* eſſe *Irenici* ſuo loco docebitur: fortaſſis utroque modo publicatum. Certe & hac ipſi ratione notum tunc apparebit.

(1049) BIBLIOTHECA HISPANICA A.S. i.e. *Andreæ* SCHOTTI: videatur in *Pſeudonymo Peregrino.*

(1050) BIBLIOTHECA JANINIANA, S. *Benigni Divionenſis, ope & induſtria* P. D. Divione 1621. in 4. qualis ſit & qualis auctoris *Pauli* du MAY, Conſiliarii Parlamenti Divionenſis, detegunt *Colomies* (a) Bibliotheque Choiſie pag. 170. & ante illum ita, ut illi verba commodaſſe videatur, P. *Ludovicus Jacob*, (b) Tractat. Gallico de pulcherrimis Bibliothecis Gen. & particularibus, quæ nunc ſunt in mundo: titulo ſane neutiquam explebili, certe non expleto.

(a)

(a) M. Colomiés, *Bibliothéque Choiſie*, *p. 170. Celui qui a fait le Catalogue de cette Bibliothéque du Preſident* Jannin, *eſt* Paul du May, *Conſeiller au Parlement de Dijon, comme il le découvre lui même dans ſes Notes ſur une Epitre d' Innocent troiſieſme.* Scaliger & Grotius *dans leurs lettres écrivent une fois a* M. du May; & Caſaubon *deux fois dans les ſiennes. M. de* Saumaiſe *parle de lui ſans le nommer écrivant a* Gronovius, *a la page 192. de ſes Lettres.*

(b) *P. Lovys* Jacob, *Traité des Bibliotheques, Chap. LXXXXI. p. 626. & 627. Du Duché & Comté de Bourgogne. La ville de* Dijon *eſt la capitale du Duché, laquelle a receu la lumiere de la foy Evangelique par le glorieux martyr S.* Benigne, *à l' honneur du quel on à erigé une inſigne Abbaye, où eſt conſervé une ancienne & bonne Bibliotheque pour les manuſcrits, deſquels* M. Paul du May, *Conſeiller au Parlement, a donné au public le Catalogue ſous ce titre:* Bibliotheca Janiniana ſancti Benigni Divionenſis: Ope & induſtria P. D. Divione eid. Sept. cIↃ IↃ CXXI. in 4. *Les deux Lettres P. D. ſignifient le nom de ce doste Conſeiller, ainſi que je le remarque dans les notes, qu' il a donné ſur l' Epiſtre du Pape Innocent. III. ou il dit avoir imprimé ce Catalogue.*

(1051) BIBLIOTHECA, ſeu ut habet titulus, BIBLIOTHECÆ *collegii* PARISIENSIS *Societatis Jeſu Syſtema* in 4. 1678. commendatur (c) egregie, attamen ita ut Thuanæ Bibliothecæ Catalogo (b) laus ordinis potior maneat, a Dn. Dan. Georgio *Morhofio*, Polyh. l. I. cap. 17. pag. 197. & c. 5. pag. 218. quem excerpendo etiam interpretantur *Dialogi menſtrui Germanici* (a) A. 1689. pag. 98. illuſtrat vero etiam à Cl. M. Alberto *Fabricio*, ex inſtructiſſima Bibliotheca Dn. Dris *Majeri* Hoſpitis ſui, Scholarchæque mei multis nominibus ſingulariter devenerandi, communicata relatio: quod conſtet liber ille paginis 118. In præfatione auctor, qui pag. 6. poſt laudatos Bibliothecæ ejus Curatores Frontonem *Ducæum*, Dionyſium *Petavium*, Philipp. *Brietium*, & Gabrielem *Coſſartium*, Quintus, inquit, P. *Johannes* GARNERIUS *hujus ſyſtematis auctor:* ait confecto illius Bibliothecæ Catalogo multos rogaſſe ut typis mandaretur. Id vero cum infiniti laboris immodicæque res impenſæ, invidioſe vel arroganter fieri poſſet videri; maluiſſe rationem tantum ordinis reddere, quo Bibliotheca expoſita eſt. *Pars prima* hiſtoriæ proſpectum & generalem diviſionem Bibliothecæ exponit. In *proximis quinq; partibus* ſpecialis ratio redditur diſpoſitionis librorum, quibus Theologia, Philoſophia, Hiſtoria, Eunomia (i. e. *Philoſophia Practica*) Heterodoxia continetur. *Pars ſeptima* deſcribit Cimelium ſive diſpoſitionem librorum MSS. abaci Nummarii, imaginum, inſtrumentorum, antiquitatum, &c.

(a) Monatl. Unterred. *A. 1689. pag 98. Morhof.* (*Polyh. Cap. XVII.*) beſchleuſt endlich mit dem *Catalogo Bibliothecæ* der Jeſuiten zu Pariß/ welchen er ſehr *recommendiret* / daraus einer ein Muſter nehmen könte/ der eine *Bibliothec* anordnen wolte/ oder die *Hiſtoriam Literariam* in einem kurtzen Begriff verlangte. Es lobe ihn auch der *Baillet*, und nenne den *Auctor* Gariner.

Dieſer iſt niemand anders/ſprach Er Antoni/ als der berühmte Jeſuit Joan. Garnerius, der den *Marium Mercatorem, librum diurnum Romanorum Pontificum*, und andere zum erſten in den Druck gebracht/ und den *Liberatum, Theodoretum* und dergleichen *illuſtriret*. Ich erinnere mich/ in ſeiner Lebens-Beſchreibung viel geleſen zu haben von dem Fleiß/den er zur *Bibliothec* der Jeſuiten zu Pariß angewendet/ will aber mit deren Erzehlung den Herrn nicht aufhalten.

(b) *Danielis Georgii Morhofii Polyhiſtor literar. Lib. I. cap. XVII. de Scriptoribus Bibliothecariis, pag. 197. Extat Collegii Pariſienſis Societatis JeſuBibliothecæ Syſtema, quo traditur Bibliothecæ ejus Hiſtoria, ortus & incrementum; eſt diſpoſitio elegantiſſima, ut ideæ loco eſſe poſſit Bibliothecam aliquam adornaturo, vel Hiſtoriam literariam* ὡς ἐν τύπῳ *& per Synopſin conſideranti. Certè ſola Bibliotheca illum in modum diſpoſita Locorum Communium inſtar eſſe poſſit. Quem in uſum Bailletus quoq; commendat, Tom. 2. pag. 275. qui illic* Garnierum *ejus Syſtematis autorem vocat.*

(c) *Idem Lib. I. cap. V. de Ordine Bibliothecarum, p. 38. Mihi quidem ob eam cauſam accuratior videtur, quam eſt illud Bibliothecæ Collegii Pariſienſis Societat. Jeſu Syſtema Pariſiis Anno 1678. in quarto editum. Etſi enim illud pluribus titulis ſpecialibus copioſius ſit, tamen ſeries illa Bibliothecæ Thuanæ multo mihi ordinatior viſa eſt.*

(1052) BIBLIOTHECA ROMANORUM PONTIFICUM, & CARDINALIUM, *tribuitur* Franciſco SWEERTIO Antvverpeno, ut ſcribit *Teiſſerius* in Bibliotheca ſua pag. 93. cujus Athenas Batavas ex ſua Bibliotheca Belgica maximam partem deſcriptas ex vero conqueritur Valerius *Andreæ* Deſſelius, pag. 244. cæteroqui cum laude illum memorans. Hoc ſcriptum quale ſit, non ſcio, cum nec annus nec locus, nec forma memoretur. Interim anonymum eſſe præſumo, quia illius certo eſſe non aſſeritur. In quo tamen etiam errare me ob ambiguitatem vocis *tribuitur*, metuo: interim aliorum ulteriori indagini hoc annotare quam omittere malens.

(1053) *Conſideratio* CAUSSARUM *hujus*, BELLI, quod Anno D. 1618. in BOHEMIA, exortum &c. in libertate Ao. 1647. 4. eſt *Ludovici* CAMERARII, Conſiliarii Palatini, & deinceps longo tempore reſidentis apud Belgas, Suedici, ut ex *Schurtzfleiſchii* Luſat. §. 12 pag. 20., Profeſſoris illius Hiſtor. Wittenbergenſis celeberrimi, indicium facit *Symbola Normanniana*. *Lipenius* pag 205. b. Biblioth. Philoſ. Francofurti & Varduici prodiiſſe memorat.

(1054) *Narrationes cædis* Ludovici BORBONII, *hujusq; Epitaphia:* ſine loco & anno edita, molis exiguæ in 8. ſignificantur mihi per litteras beati D. Joh. *Deckherri* 1677. Spiræ ſcriptas, Pariſiis anno 1569. prodiiſſe. Auctor enim jam anno ſuperiori perſcriptus fuerat *Henricus* STEPHANUS *Pariſienſis*, ſed ex ipſius, quantum aſ-

 ſequi

ſequi licuit conjectura ſola. Cui fidat quisque quantum volet, usque dum de noto ſatis ſcriptore & Principe vacet mihi aut aliis certiora inquirere. Interim ipſe hoc repetiit in *ſcriptis adeſpotis* ſuis publicatis Amſtelodami 1686. pag. 264. ut compoſitoris ex parte, & omnium compilatoris.

(1054. α CXLVIII.) *Chriſtophori* BORRI *Relationem de* CONCINCINA Viennæ 1633. in 8. latine proditam, Interpreti non nominato, *Joanni* BUCCELENO *Jeſuitæ Brixienſi Italo* deberi, teſtatur *Alegambe* p. 230.

Quod ſine formâ editionis etiam memoratur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* A. 1695. m. Octobr. pag. 473. ex Breſciana Libraria Italica i.e. Bibliotheca Leonardi *Cozzandi*. Idem addita forma 8. memoratum, repetitumque *Sotvello* pag. 228. b. De alio plane famoſiſſimo Franciſco Joſepho *Borrhi*, vel *Burrhi* potius, dicenda nobis etiam videſis Cap. IX. Quid autem regionis ſit ea Concincina, regnum Aſiæ nempe, in ulteriori India, id ex Alexandri *Rhodii* Itinerario, & *Mendoza* declarat *Hoffmannus* in Lexico ſuo Tom. I. pag. 461.

(1054. β CXLIX) *Narrationem de Vita & morte Frederici Cardinalis* BORROMEI *Archi-Epiſcopi Mediolanenſis* brevem ſed elegantem, Mediolani 1632. in 12. publicatam, auctore non nominato, *Octavio* LANZAVECCHIA *Italo Jeſuita* ſcribit *Alegambe* p. 36. repetitque Sotvel. 641. a.

(1055) *De Antonia* BOURIGNONIA, famoſiſſima illa *ſcriptis* multis, ſparſis in variis linguis primo, deinde conjunctim *Gallice Tomis novendecim* editis extat *Relatio Actorum Lipſienſ.* 1686. m. Jan. pag. 9. usque ad 17. Eam *Defenſio* illius prolixa in 4. ſequenti Ao. 1687. edita, Illuſtris eſſe SECKENDORFFII probat. At vero contra relationem illam, id cui hæc Reſponſio eſt oppoſita,

---

(1056) MONITUM *Petri Poireti*, cujus &

(1057) CONTINUATA VITA linguis aliis etiam edita, Germanice vero mihi in 8. una cum APOLOGIA BOURIGNONIÆ agnoſcitur ex defenſione pag. 10. & ſeqq. hinc inde paſſim. Ipſum illud *Monitum*, ut inſcribitur *neceſſarium, ad Acta Eruditorum Lipſienſia* Anni M. DC. LXXXVI. menſis Januarii *ſpectans, in quo Compilator* Articuli III. *Actorum de Antonia* Bourignonia *ejusq; Operibus referens, plus quadrageſies falſi convincitur* ſine peculiari frontiſpicio, nedum anno, loco & impreſſione paginis 16. in 4. apud Batavos excuſum exhibetur. Plura hac de re vide apud Joh. *Mollerum* (a) Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam & literariam part. 2. pag. 163. & ſeqq. Ubi & bina alia Gallica ſcripta pro Bourignonia anonyma eidem *Poireto* tribuuntur; de quibus ſuo loco Cap. XIV. & ſecuta deinde

(1058) DEFENSIO RELATIONIS de *Antonia* BOURIGNONIA in 4. Lipſiæ 1686. *anonyma* & taliter recenſita in Actis Eruditor. Lipſ. 1687. Maji p. 233. & ſeqq. at detecta in decennii primi indice quod eſſet, uti ex fama jam conſtabat, Illuſtris Eques Vitus Ludovicus a SECKENDORF, Relationis antecedentis auctor: vid. (b) *Vockerodt* introductio in notitiam Societ. Literariar. Sect. II. Cap. II. §. V. & *Junckeri* (c) de Ephemeridibus ſeu diariis Eruditor. p. 154. & quæ ſupra dedimus n. 649.

(a) Joh. Molleri Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam & literariam Univerſalem, Part. II. p. 161. & 162. *In Germania Actis Eruditorum Lipſienſibus M. Jan. 1686. (65.) p. 9 --17. inſerta eſt brevis de doctrina, vita & ſcriptis* Antoniæ *Relatio, à viro per-illuſtri, Vito Ludov. a* Seckendorf *concinnata. Hanc P.* Poiretus, *Aſſeclarum illius facile princeps, impugnavit in Monito neceſſario, ad Acta Eruditorum Lipſienſia, (Anno 1686. M. Januar.) ſpectante, & Compilatorem Articuli illorum Tertii de* Bourignonia, *ejusq; operibus, plus quadrageies falſi convincente, quod Amſtelodami, A. 1686. ἀνωνύμως prodiit. Vindicavit autem egregie non multo poſt* Seckendorffius *Relationis ſuæ fidem in Defenſione illius, adverſus Anonymi chartas famoſas, ſub titulo* Moniti Neceſſarii *publicatas & eidem adjectas, Lipſiæ A. 1686. in 4to edita; In qua Calumniæ illarum refutantur, ſimulque fœminæ, quæ ſe Legatam DEI mentita eſt, ipſiusq; Apologetæ & Monitoris Impia & monſtroſa dogmata quædam Cenſuræ Chriſtianorum offeruntur.*

(b) M Gottfrid Vockerodt introductio in notitiam Societatum Literariarum Sect. II. Cap. II. §. V. *Cæterum omittimus varia in bonos ſocietatum conatus vibrata convitia, confiſi, non moturos Lipſienſes, ut ab* Actorum *publicatione deſiſtant, qui contra eos ſcribunt* Errorum Catalogos, *aut qui privatam cauſam, quam in defendendis fanaticæ Virginis de* Bourignon *ſcriptis invenit, ad infamandum eorum inſtitutum tranſtulit. Is eſt* Cogitationum Rationalium *autor* Petrus Poiret, (*Amſtel. 1685. in 4.*) *quem male habuit exuta larva ſua in* Eruditorum Actis *Burignonia, laceſſivitq; ad repungendum (ut referunt Ephemerides Hamburgicæ) ſummum virum, qui reſcribendæ Maimburgii* Hiſtoriæ Lutheraniſmi *hactenus deſudavit.*

(c) Chriſtianus Juncker de Ephemeridibus ſive Diariis Eruditorum, p. 154. ſeq. *Alter eſt defenſor* Antoniæ Burignoniæ, *cujus ſcripta recenſita fuerant in Januario anni 1686. p. 9. Quam contra Recenſionem edidit ἀνωνύμως* Petrus Poiret, *famoſus quondam Cartheſianæ Sectæ Philoſophus & autor cogitationum Rationalium, ſcriptum, cui tit.* Monitum neceſſarium ad Acta Eruditorum Lipſienſia, *anni 1686. Menſ. Jan. ſpectans, in quo compilatorem articuli tertii Actorum de Ant. Burignonia ejusq; operibus referentem plusquam quadrageſies falſi convincere voluit, Amſtelod. typis Bœtmannianis 1686. in 4. Ita autem de hoc ſcripto loquitur* Bælius *in Novellis ſuis 1686. pag. 348.* Plus de XL. fauſſetez dans un Article de huit pages, c' eſt beaucoup, & cela vaut bien les huit mille que *Luc d' Holſtein* ſe vantoit de pouvoir montrer dans les *Annales* de *Baronius.* Je ne ſcay s'il

ſ'il ſe trouvera des gens auſſi charitables, pour le ſçavant Journal de Leipſic, que M. *Maimbourg* l'a été pour le Cardinal Annaliſte dans la préface de ſon Gregoire le grand. Peut-être, dit-il, que *Holſtenius* s' avançoit un peu trop, & qu' il avoit mal fait ſon compte; Car huit mille, c'eſt beaucoup dire, & je croy que l' on peut rabbatre, mais en fin l' on ne peut douter, qu' il ne s' y en trouve pluſieurs. L' évenement nous apprendra, ſi le public ſera plus où moins favorable a l' Amy d' *Antoinette Bourignon*, qui répond pour elle aux Acta Eruditorum. Comme ſon livre peut être lû dans peu de temps, il vaut mieux y renvoyer tous les lecteurs, que de leur en fournir un Extrait, qui pour inſtruire ſuffiſamment ceux, qui voudroient juger de la cauſe, devroit être beaucoup plus long, qu' il ne nous eſt poſſible de le donner. *Famam vero ſuam & Dnn. Collectorum vindicavit Dn. Recenſitor edita prolixa & accurata, anno 1687. Defenſione Relationis ſuæ de Antonia Burignonia, Actis, ut ſupra videndum, inſertæ adverſus Anonymi iſtius famoſas chartas, quarum protervæ calumniæ refutantur, ſimulq; fœminæ, quæ ſe Legatam Dei mentita eſt, ipſiusq; Apologetæ & Monitoris impia & monſtroſa dogmata quædam, ex libris utriusq; Gallicis latine excerpta, cenſuræ Chriſtianorum, in præcipuis articulis fidei, adverſus fanaticos conſentientium, offeruntur.*

(1058) *De ſtatu* BREMENSIS *Urbis anonymum ſcriptum* commendatur abs *Johanne Scheffero*, de generoſi nobilisque informatione literaria Diſſertatione in 8. Holmiæ 1678. edita pag. 25. Quæ tamen eſſe CONRINGII ſcribitur ibidem. Nempe celeberrimi illius *Hermanni* tot ſcriptis, in omni genere facultatum atque doctrinæ celeberrimi Profeſſoris publici Helmſtadienſis, Præceptoris olim mei & Fautoris etiam a morte colendi. Librum nec *Lipenius* habet, nec alias novi.

(1059) BRITANNIÆ HEROIDUM *manipulus Regius, oblatus Reginæ Sueciæ*, Romæ, 1656. in folio *Eduardo* CURTNÆO, Anglo Jeſuitæ *anonymus* adſcribitur à *Sotvello*, Biblioth. Jeſuit. pag. 185. a.

(1059. *a Olim* addition. ad. *Cap. V. num.* DLXXXV.) DISQUISITIO *de Auctore Stephano* JUNIO BRUTO *Vindiciarum contra Tyrannos perſonato*, quod ſit *Giſberti* VOETII vid. in *Pſeudon. ad nomen Bruti.*

Quin potius ipſum EXEMPLAR ejus DISQUISITIONIS adjunctum in Mantiſſis impreſſis.

(1060) *Julii* CÆSARIS *editio Lugduno-Batava*, (de qua *Caſaubonus*, præfatione in *Opuſcula Scaligeri*) *Joſepho Juſto* SCALIGERO deberi ſcribitur â *Colomeſio*, Galliæ Orientalis pag. 115. addita Parentheſi. (*licet frons libri diſſimulet*) Mea tamen nitidiſſima, in 12. 1635. ex officina Elzeviriana expreſſe *Joſephi Scaligeri* nomen præfert. Alia itaque ſit illa oportet editio, quam loco citato pag. 15. *ante paucos annos, pumice critico magni illius Cenſoris expolitam*, prodiiſſe ſcribebat *Caſaubonus*, (Pariſiis. 1610. ubi excuſa illa Opuſcula in 4. recuſa deinde in 8. 1612.) Obiter hic non annotare non poſſum, quod auctor *Novorum Literariæ Reip.* Gallicus, (*Nouvelles des Lettres*) A 1685 pag. 617. aliqua de Cæſaris Commentariorum falſitate ac negligentia memoret Eruditis expendenda.

(1061) PRÆLECTIONES ACADEMIÆ, in Schola Hiſtorices CAMDENIANA, cum appendice, Oxonii, in Theatro Sheldoniano, 1692. in 8. alphabetis 2. & plagulis 5. memorantur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1693. Aprilis p. 158. & ſeqq. ſine mentione auctoris præſcripti, ſimiliter in Hiſtoria Operum Eruditorum Gallica (*Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans*) A. 1692. Octobr. artic. VI. pag 971. & ſeqq. Utrobique *Henrico* DODWELLO imputantur. Anonymum ergo id ſcriptum præſumimus etiam eo magis, quod ex *Beughemiana* Bibliographia Eruditorum Critico-curioſa, quæ prius titulo: *la France Sçavante* prodierat, ſub nomine hoc inter alia ejus auctoris ſcripta non comparet.

(1062) CAMERACENSE CHRONICON, hactenus *anonymum* editum a BALDRICO, *Gerardi*, ejus nominis primi Cameracenſis Epiſcopi, *Sacellano* conſcriptum, cum notis Duaci 1615. in 8. memorat Valerius *Andreæ*, Bibl. Belgicæ pag. 263. Poſt alia Colvenerii ſcripta repetit non nominato Valerio, *Teiſſerius*, Catalogi auctorum p. 103. De quo plura *Voſſius* de Hiſtoricis Lat. l. 2. p. 387.

(1063) *Annotata de Perſonis Judicii* CAMERÆ *Imperialis*, a primo illius exordio, usque ad annum Domini M. DLVI. cum gratia & privilegio Cæſareæ Majeſtatis. Ingolſtadii, per Alexandrum & Samuelem Weiſſenbornios Fratres, M. D. LVII. *in folio* liber, cui præſcriptum: *Rutgeri Ruland*, emptus Spiræ. Jam notum eſt, hunc fuiſſe conſultiſſimum noſtræ civitatis JCtum editis ſcriptis clarum æque ac ſuo tempore Civibus noſtris per Conſilia & Patrocinia, cujus filius p. m. Syndicus hujus Civitatis meritiſſimus patri cognominis erat: Nepote nunc J. U. Doctore nobiliſſimo etiamnum ornatur Civitas noſtra & numerus amicorum meorum.

Eadem manu titulo additum erat (per Doctorem *Wiguleum* HUNDT.) Quod aliquando memini me Dn. Johanni *Deckherro* perſcripſiſſe, unde illius ad me literæ 1677. d. 5. Februarii hæc habent: Annotata de Perſonis Cameralibus &, „ habeo, & in *Diſſert. de Cult. Jur. Cam.* pag. 32. in „ fine laudavi: ſcientiam vero autoris tibi debeo, „ continuationem ejus ſuo olim tempore præſta „ bo, & in Catalogo edendo tantum difficultatis, „ non ſentio, quantum in pertexenda hiſtoria „ invidiæ. Commendatio libri paucis verbis ut anonymi legitur c. 4. p. 32. *Speciminis Commentationum* de Rebus Cameralibus, quibus plura dein ſubjungit (a) in libello *de Adeſpotis*, pag. 97. 198. ubi a *Raphaele* SAILERO id opuſculum profectum aſſerit, ut ſibi jam liquidiſſimum. Utinam vero ratio liquidationis illius nobis eſſet deducta: de qua multum adhuc an ſibi conſtet dubito,

bito. Quod vero volumen in folio dicam opuſculum, ea eſt ratio, quod paucis admodum in forma minore foliis conſtat ab ao. 1645. ad ao. 1556. ſingulis paginis ſingulorum exhibens annorum ſeriem in perſonis & mutationibus aliis Cameralibus, ut loco annalium Calendariographicorum eſſe queat. Quod ſi quid hoc etiam ad rem facit, ſupplendo antiquiorum numero ſubſcriptum eſt valde antiqua manu D. Jo. Kenner/ Fiſcalis Imperii Advocatus.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 197. & ſeq. *Annotata de judicii Imperialis Cameræ perſonis, origine & progreſſu, Ingolſtadii ſine nomine edita, deberi memoriis* Wigulei Hundtii, *olim Aſſeſſoris, conjecturas per Epiſtolam ſubminiſtravit Conſultiſſ. Dn.* Placcius: *de Viri æſtimatione Jul.* Magenhorſt *paſſim, & adnotata ad Cuſpiniani Cæſaris, quæ opinio etiam mihi hactenus retenta, usq; dum ex antiquis manuſcriptis alia notitia, ſed non firmior de* Adamo Henrico Petri *ſupervenit. Siquidem mihi jam liquidiſſimum, omnia a manu Aſſeſſoria* Raphaëlis Saileri *profecta: nunc jure meritoq; eo remittenda.* Relationem Donavverthenſem, *a parte Boica, publicatam a* Wilhelmo Jochero, *Cancellario Bavarico: Informationem Juris & facti, a parte Proteſtantium, a* Sebaſtiano Fabro, *Pro-Cancellario Würtenbergico, &* Ludovico Mullero, *Cancellario Oettingenſi: Neceſſariam deniq;* Admonitionem, *Replicarum loco, ab eodem* Jochero, *demonſtravimus in diſſert. de Cult. Jur. Cam. p. 104. teſtes:* Goldaſt. *de R. B. lib. 1. cap. 2. p. 17. ex Mageri Ind. ad tract. de Advocat. armat.* Burgold. *ad inſtr. pac. p. 2. diſc. 8. p. 66. Eodem diſſert. loco, p. 103. ex adſcripto ab ipſo autore meo Exemplari nomine, detectus* Autor defenſionis, in cauſa ſucceſſionis Freundsbergicæ, anno 1602. *editæ, & inter maxima eruditiſſimi laboris, in intricatiſſima facti ſpecie teſtamentaria, exercitii emblemata, locandæ,* Lucas Geizkofflerus, *Doctor.*

(1064) *Joh.* CAMERONIS *Opera*, Genevæ 1642. fol. Quomodo PRÆFATIONIS auctorem habeant *Fridericum* SPANHEMIUM, Profeſſorem Genevenſem, Theologum, auctorem vero IMAGINIS PRÆFIXÆ *Ludovicum* CAPPELLUM, EPISTOLÆ vero viri docti ad amicum, refutatæ per Cameronem, *Simonem* EPISCOPIUM, indicat Petrus *Colomeſius* Bibliothecæ ſelectæ Gallicæ, p. 73. (a)

(a) Colomies Bibliothéque Choiſie, pag. 73.

Il y a eu pluſieurs éditions de Caméron, *Theologien celébre parmi les Proteſtans; mais celle que je viens de marquer, eſt la meilleure. L'Auteur du* Portrait *de* Caméron, *eſt Loüis* Cappel, *ſon diſciple, ſi connu des ſçavans par ſa* Critique Sacrée, *& par ſon* Arcanum Punctationis, *publiè par* Erpenius. *Celui qui a fait la Préface, eſt* Frederic Spanheim, *qui enſeignoit alors la Theologie à Genéve, Pere d'* Ezechiel *& de* Frederic, *ſi fameux aujour d'hui dans la Republique des Lettres. L'Auteur d'* Epiſtola viri docti ad amicum, *refutée per* Caméron, *eſt* Epiſcopius, *ſçavant Arminien. Elle a eſté miſe depuis dans ſes Oeuvres.*

(1065) CANCELLARIAM HISPANICAM, *in qua occultis, mox manifeſtandis artibus, quæſitus Hiſpanorum in Germania Dominatus perſtringitur, ex documentis authenticis publicare voluit Ludovicus* CAMERARIUS. D. Conſil. Palat. Goldaſt. de R B. lib. III. cap. 365. Verba ſunt Joh. *Deckherri* de ſcriptis adeſpotis pag. 156. De qua plura vide in pſeudonymo *Fabio Hercyniano*, contra cujus *Lituram Camerarius* ſe defendit ipſe peculiari *Apologia* 1624. in 4. ſine loco impreſſionis aut Typographo, paginis 37. cujus excerpta (a) huc pertinentia quædam hinc inde pauca ſola exhibemus. Unde patet ni fallor, auctorem non adeo totum hocce ſcriptum usque quaque; ſed editionem potius, & ſibi falſo imputata quædam alia diffiteri: id quod magis hunc ipſum librum perlegentibus ad oculum patebit.

(a) Ludovici Joach. F. Joach. *N.* Camerarii *JCti.* Conſiliarii Archipalatini, Apologia contra Perſonati cujusdam Fabii Hercyniani JC. & aliorum in ſe publice ſparſas Calumnias, Anno cIɔ Iɔ CXXIV. p. 7. *Rem ipſam & litem, quam ex* Cancellaria Hiſpanica *(ita vocant)* Fabius Hercynianus *contexuit, meam non facio. Relinquam illam aliis, quos per meum nomen & latus veſana temeritate* Fabius *transfigere voluit. Satis eſt, fruſtra hunc me ſibi hoſtem finxiſſe. Experietur tandem majorum gentium Deos ſibi iratos, quos tam levibus, frivolis, ac manifeſto falſis maledictis ſimul inceſſere non erubuit.*

Ipſe quidem ille Fabius Hercynianus, *quisquis hominum, aut ubi ubi eſt, virulentiſſimum in me ſtilum in acerbiſſima Litura ſua rabioſe ſtrinxit, ſingulis paginis* Camerarii *nomen usq; ad extremam invidiam inſperſit, cum tamen ei non conſtet, immo ipſuſmet dubitet, an Camerarius vel alius Conſiderationum ad Cancellariam Hiſpanicam adjectarum Autor fuerit.*

Pag. 9. & 10. *Quæ ſcripſi, privatim ſcripſi, ad Collegas, ad ejusdem Conſilii Aſſeſſores, ſub ſecreti fiducia, ex aliorum plerunq; relationibus, certe diſcurſuum inſtar, ut inter familiares fieri ſolet, ſine dolo, citra inferendi injuriam animum cuiquam mortalium, qui certe quam longiſſime à me ſemper abfuit. Quod ſi quædam verbis aſperiora videntur, & longius ire, ea ſane ſcripta nolim; ipſe mea ſpongia, ſi poſſem, delere cuperem in æternum, agnita culpa, & venia gratiaq; petita ab iis lubenti demiſſoq; animo, qui talia publicant, qui ſuis argutiis candide dicta depravant, & in aliorum fraudem & injuriam detorquent: adeo ut ipſi potius iſtius criminis reos ſe faciant, cujus impudenter imprudenterq; alio accuſant. Qui in munere Reip. verſantur, qui negotia graviora Principum juſſu agunt, multa ſæpe dicere aut ſcribere coguntur, ſciſſis præſertim in contraria ſtudiis quæ non æque poſſunt placere omnibus. Pauci erunt Conſiliarii immunes ab hac labe & periculo, ſi rupta fide, violato jure gentium, aut obortis inter partes inimicitiis cuncta in publicum invidioſe diſſeminantur, quæ in amicorum ſinum effuſa Vulcano conſecrata eſſe debuerant.*

(1066) *De Antiquitate Academiæ* CANTABRIGIENSIS, libri *duo*, (autor LONDINENSIS vulgo audit) addente hanc Parentheſin *Hyd.* Biblioth. Bodlejanæ pag. 125. a. & editionem Londini 1547. in 4. ac aliam 1568. in 8 nomenque auctoris *Jo.* CAJI, fundatoris Collegii Londinenſis, in Cantabrigia: unde cognomento etiam hocce fit inſignitus.

(1067

(1067) *De Antiquitate* BRITANNICÆ *Eccle-
„ſiæ Hiſtoria, ſive* ARCHIEPISCOPORUM CAN-
„TUARIENSIUM *Vitæ*, Londini 1572. & Hano-
„viæ 1605. in folio. Verba ſunt recenſentis hunc librum Colomeſii Bibliothecæ ſuæ ſelectæ Gallico idiomate ſcriptæ, pag. 192. ubi & addit (a) auctorem *Johannem* JOSSELINUM, teſtimonio duorum Anglorum omni hac in re exceptione majorum, ut *Camdeno* recte ſatis opponatur, æque ac Stephano *Baluzio*, pag. 589. in Vitis Paparum Avenionenſium: citantibus *dialogis menſtruis Germanicis* A. 1695. pag. 427. Ut adeo hinc concedat illud Guil. *Buddeni*, in vita Guilielmi Waynfleti, Epiſcopi Wintonenſis, quæ in *Bateſianis* ſecundis exhibetur pag. 53. ſcriptum Matthæo
„PARKERO *ſeu quisquis ille fuit qui Vitas Archiepiſcoporum Cantuarienſium nobis deſcripſit.*

(a) M. Colomies Bibliotheque Choiſie, p. 192. & 193. Camden *en quelque endroit de ſa Bretagne attribuë cette Hiſtoire a* Matthieu Parker, *Archeveſque de Cantorbéry. Mais la vérité eſt qu' elle a eſté ſeulement composé par ſon ordre. L' Auteur eſt* Jean Jouſſelin, *comme nous l' aprennent Uſſerius dans ſon Traité de la Succeſſion des Egliſes Chrêtiènnes page 69. de l' edition d' Allemagne, &* Selden *dans ſon* Uxor Hebraica *page 374. La plus belle Hiſtoire des Prelats d' Angleterre, eſt celle d' un Eveſque nommé* Fr. Godvvin, *imprimée l' an 1616. in 4. qui ſe trouve difficilement.*

(1068) CAPITOLINI FASTI anno 1547. Romæ ex ruderibus eruti, & Cardinalis Alexandri *Farneſii* auſpiciis, & ſumptibus in Palatio Capitolino in ordinem compoſiti, quo jure VERRIO FLACCO Grammatico tribuantur, auctore *Suetonio* per *Onuphrium Panvinium* eos publicantem Heidelbergæ 1588. in folio, aliaque plura vide apud nobiliſſimum Dn. & amicum meum Martinum *Hankium*, Com. Palat. Cæſareum, & Profeſſorem Uratislavienſem celeberrimum, de Scriptoribus Romanis Part. 2. c. 4. pag. 302. & ſeqq. & alterum etiam hic præſentem amicum Joh. Alb. *Fabricium*, Bibliothecæ Latinæ Append. p. 68.

(1069) *Petri Aloyſii* CARAFFÆ, Nuncii Apoſtolici, *Iter Fuldenſe* ad viſitationem ejus Cœnobii, & *iter Moguntinum*, ad electionem Archi-Epiſcopi Moguntini, Leodii, typis Joannis Ouvverx, hoc M. DC. XXIX. in 4. illud M. DC. XXVII. in 4. *tacito ſuo nomine* dedicante *Loelio Servilio* ſcripſiſſe memoratur *Silveſter* PETRASANCTA, *Romanus Jeſuita; Alegambe* pag. 421. repetitque totidem verbis *Sotvell.* pag. 742. a. neuter ſuum Petrum Servilium fictum, an verum nominis hujus virum exprimens.

(1069. α CL.) *Nomenclator Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* CARDINALIUM, *qui ab anno Chriſti milleſimo quippiam commentati ſunt, ſeu ab eo tempore, quo Pontificis electione ad eos tantum ob Romani Cleri multitudinem revocata, maximus illis honor (qualem videmus) haberi cœptus eſt. Acceſſerunt ad calcem Pontificum & Cardinalium Epitaphia ſupra ducenta, quæ* Alphonſi Ciacconi *libro de Pontificum geſtis appoſita interſeri pretium operæ eſt.* Toloſæ apud Dominicum de la Caſe, anno Domini 1614. in 4. En ce livre eſt auſſi faite mention de pluſieurs Cardinaux Francois & de leurs eſcrits. Verba ſunt *André du Cheſne* Bibliotheque des auteurs de l' hiſtorie & Topographie de France c. 15. pag. 158. 159. Hocce Anonymum ſcriptum paucis fortaſſe cognitum, attamen ſatis memorabile auctori ſuo aſſeruit *Paulus Colomeſius* in adjuncta opuſculis ſuis Ultrajecti 1669. editis, Congerie rerum ſingularium, ſive ut ipſe Gallice inſcripſit Recueil de Particularitez fait l' an. M. DC. LXV. pag. 104. & 105. hiſce verbis. M. Hardy *Conſeiller au Chatelet me fit voir à Paris ſa Bibliotheque, qui eſt rempli d' un grand nombre de livres Latins, Grecs, Hebreux, & Arabes. Il me montra* des Heures à l' uſage de la Princeſſe de Guimenè, Hebraiques & Francoiſes; *& m' aprit, qu'* Henry Lovis CHASTAIGNER de la ROCHE-POZAY, *Eveſque de Poitiers avoit fait un livre* De Scriptis Cardinalium, pour *tacher d' eſtre de leur nombre, ce qui ne lui reuſſit pas. Quelques jours aprés, me trouvant chez le Pere Jacob, à l' Hotel de M. le Procureur General, il me mit en main le livre de cet Eveſque, qui eſt imprimé ſans nom d' Autheur.* Id eſt, ut in gratiam eorum qui Gallici ſermonis Venerem haud guſtarunt, ea vertam. *Dn. Hardy*, Conſiliarius, Pariſiis mihi monſtravit Bibliothecam ſuam inſtructam magno numero librorum Latinorum, Græcorum, Hebræorum, & Arabum. Idem oſtendit mihi *Horas*, quibus uſa fuerat *Principiſſa de Guimene Hebraico-Gallicas*, narravitque mihi *Henricum Ludovicum* CASTAIGNER *de la* ROCHEPOZAY *Epiſcopum Pictavienſem* compoſuiſſe librum *de Scriptis Cardinalium*, hoc fine ut ipſe reciperetur in eorundem numerum, id quod ei non ſucceſſit. Interjectis aliquot diebus, cum eſſem apud Patrem Jacobum in ædibus Domini Procuratoris Generalis, ille mihi tradidit in manus librum hujus Epiſcopi, impreſſum absque nomine Auctoris. Huc usque *Colomeſius*. Memini Lutetiis alicubi vidiſſe librum eundem impreſſum in 4. Auguſtæ Pictonum 1616.

Hiſce ita in editione prima ſcriptis, deinde *Teiſſerius* in ſuo Catalogo auctorum ſupra laudato n. CXLVII. pag. 125. addidit poſt verba ex Andrea Cheſne modo citata, & titulum *editionis anno* 1614. *in* 4. (absque auctoris nomine) eodem vero poſterioribus curis præfixo Pictavii 1616. in 4. citato deinde me & *Colomeſio*, qui de illis poſterioribus curis an me plura vivens adhuc cognoverit, ignoro.

(1069. β) *Joannis* CARIONIS CHRONICON, ex Germanico *Latine* verſum extat ao. 1554. in 12. Interprete non nominato: ut habet *Symbola Normanniana.* Is eſt *Hermannus* BONNUS; docente Jo. *Friſio*, ad Biblioth. Geſner. p. 419.

(1070) *Jo.* CASSIANI *Collationes* X. *Patrum*, *in Scythica eremo* commorantium, Romæ 1580. *cum notis* eruditis, ſed ἀνωνύμως. Eæ ſunt

Petri CIACCONII. Voſſ. Hiſt. Pelag. pag. 33. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1070. *a* CLI.) CATALOGUM TESTIUM VERITATIS ſæpius editum, ex literis M. Fl. addita patria *Illyrici* præfixis editionis Genevenſis 1608. in fol. præfationi a MATTHIA FLACCIO *Illyrico* profectum eſſe, jam ante multis eſt divinatum atque indicatum. Illud in vulgus arbitror minus innotuiſſe, quod *Melchior Adami* in vita ipſius, quæ extat in Vitis Theologorum Germanorum pag. 475. de hoc ſcripto commemorat. Hujus proinde verba ipſa appono. *Tertium locum*, inquit, *ex ſcriptis* Flaccii *facile obtinet* Martyrologium *illud: quod hac occaſione compilatum ferunt. Contexuit* Abbas Joannes Tritthemius Catalogum Auctorum. *Hunc cum vidiſſet* Flaccius, *temperare ſibi non potuit, quin diſſimulata perſona & habitu, aliquot in Germania Monaſteriorum Bibliothecas perluſtraret: quos commode poſſet Hiſtoricos clam aufferret, atq; iſto adminiculo librum, qui* Catalogus Teſtium Veritatis *indigitatur, conſcriberet.*

Citatur hic in margine *Keckermannus* tanquam ex quo illa ſunt hauſta. Maxime vero miror, in tota illa Vita Melchioris *Adami* non memorari cognomen genuinum Matthiæ noſtri, quod detegit *Colomeſius*, cum laude Viri pag. 15. Bibliothecæ ſuæ ſelectæ (a) Gallico idiomate ſcriptæ, quomodo ſit FRANCOWIZ, a *Bucholzero* juniore detectus.

(a) Colomies Bibliotheque Choiſie, p. 15. *Ajoûtons ici pour la fin le veritable nom d' Illyric, qui eſt* Francovviz, *comme le découvre* Bucholcer, *le fils, a la page 831. de ſa Chronologie, ou plûtoſt de la continuation de celle de ſon Père, imprimé à Gorlitz l' an 1599.* Verum & integrum, *dit-il*, Flacii nomen ego ex certis autoribus cognovi eſſe tale: Matthias Francovvitzius, cognomento Flacius, gente Illyricus, patria Albonenſis. *Ce ſçavant Luthérien mourut l' an 1575. agé de 56. ans. Son principal Ouvrage eſt* Clavis Scripturæ, *dans lequel, de l' aveu même du* Pere Simon, *dans ſon Hiſtoire Critique du vieux Teſtament, il fait paroiſtre une grande connoiſſance du ſtile de l' Ecriture.*

(1071. Olim additionum cap. V. numerus CLXXXIII.) ADDITIONIS ad CATALOGUM TESTIUM VERITATIS, de quo ſupra n. 151. egimus, auctorem eſſe *Simonem* GOULARTIUM, teſtatur *Jacobus Gretſerus* Jeſuita, prolegom. Myſtæ Salmurienſis ſive Myſterii Iniquitatis revelati p. 60.

Quod quidem non adeo etiam hoc teſtimonio mihi probandum fuiſſe cognovi; quando hanc accepi *Symbolam Flensburgo Mollerianam. Gou*„*lartium* Paſtorem Eccleſiæ Genevenſis, appen„dicis illius auctorem eſſe notorium eſt. Et ſi „recte memini, in ultima editione cum novo auctario Joh. Conradi *Dieterici* publicata, nomen ejus compareat: de qua editione quoque ſcribit *Hottingerus* Bibliothecæ ſuæ Theologicæ (a) Lib. 3. cap. 2. pag. 392. Et vero etiam Jacobus *Thomaſius* ſuæ de *Nigello Wirkero* doctiſſimæ diſſertationis §. 18. not. (p) jam docuerat, litteras S. G. P. in titulo pariter & præfatione operis hujus *Simonem Goulartium Sylvanectenſem* deſignare; ubi & notabilia hoc de ſcripto alia legas. Quinimo & plurimum venerandi Dn. *Diecmanni*, Generalis Superintendentis Regii Stada transmiſſis Symbolis lego, quod propter nimia iſta aſſumenta Goulartiana, ipſius Goulartii nomine hunc Catalogum Teſt. Verit. laudaverit Joh. *Lydius* Paſtor Eccleſiæ Veteraquenſis, colligens teſtimonia Doctorum de *Nicolao de Clemangis* editioni hujus auctoris a ſe curatæ præmiſſa. Addenda inſignis ἐπικρίσεις *Thomaſii* ex Schediaſm. Hiſtor. p. 02.

(a) Joh. Henricus Hottingerus, Bibliothecæ Theologicæ Lib. 3. cap. 2. pag. 392. *Et alii quidem generaliter univerſam percurrunt* Theologiam Hiſtoricam, *Methodo vel* chronologica, *vel* Logica *ſive Topica.* Prior *obſervatur in* Catalogo teſtium veritatis, *à Flaccio Illyrico collecto primum, ab aliis poſtea locupletato & emendato, quo luculentiſſime oſtenditur, nullum plane fuiſſe ſeculum, quo Chriſtus veritatis teſtes, contra emergentem paulatimque graſſantem tyrannidem Antichriſtianam, non habuerit.* Goulartii *Editio noſtris maxime commendanda, veluti totius Antiquitatis Eccleſiaſticæ promtuarium.*

(1072) APPENDIX CATALOGI TESTIUM VERITATIS Francof. 1666. publicata, at *anonyma*, & detecta per Chriſtianum *Daumium*, præfationis ad Dialogum Græcum D. *Hieronymi* Theologi Græci pag. 2. mihi laudatam *Symbola Normanniana:* ibique legitur per vocem: *puto* detecta, dubitanter etiam tantummodo, quæ ut notoria tamen citabatur etiam *Joh. Mollero*, modo laudata ſymbola ſua. *Lipenius* Bibliothecæ Theologicæ p. 835. a. exhibet aliquot editiones nulla vel memorata appendice, nedum de nominatione auctorum quibus debeantur. *De alio* vero *libro ſimilis tituli* Catholico Pontificio Guil. *Eiſingrein* vide anonymum (revera *Bailletum*, ut ſuo loco dicetur cap. XIV.) Jugemens de Sçavans T. II. n. 83. pag. 82. & 83. ubi *Poſſevinus* Apparatus ſacri pag. 202. de Flaccio noſtro, ut anonymo locutus eſſe notatur, cum eundem haud noſſet. Et tamen editio mea Baſileæ in 8. per Joh. Oporinum 1556. ut habet titulus, ut vero finis, per Michaelem Martinum Stellam, hunc Typographum, illum Bibliopolam, expreſſe nomen auctoris jam præfert: v. *Teiſſerium* in Bibliotheca auctorum pag. 3. in f. de continuatione hujus, & plura etiam p. 117. de hoc ipſo. De hac etiam appendice non poſſum non continuare hic allegatam modo Symbolam Diecmannianam, *quæ ita pergit: Conferatur omnino nova hujus*„ *Catalogi ex genuino* Placcii *exemplari A. 1666.*„ *Francof. per Joh. Cunr.* Dieterichium, *celeberr.*„ *Academ. Gieſſ. tunc Profeſſorem (a quo etiam no*„ *vam, quæ adjecta eſt,* appendicem *profectam*„ *eſſe ſcio) adornata editio.*

(1072. *aaa*) CEREMONIARUM *Romanæ Eccleſiæ* librum quomodo ſcripſerit PARIS CRASSUS Cardinalis vid. *ſupra n. 672. β.*

(1072. *a*) CERTAMEN *triplex*, ſeu *narratio-*

ationem glorioſa morte P.P.Thomæ *Hollandi*, Henrici *Morſæi*, & Rudulphi *Corbæi*, fratris ſui germani, de Societate Jeſu, ob fidem Catholicam Londini obita. Antverpiæ apud Meurſium 1645. *tacito ſuo nomine Latine* editum ab *Ambroſio* CORBÆO, ſive CORBINTONO, Eboracenſe Anglo Jeſuita, memorat *Sotvellus* Bibl. Jeſuit. p.45.b. Nam *Alegambe* illum omiſit.

(1072. *αα*) Nova & ſuccincta HISTORIA CHINÆ, VERSA EX HISPANICO a Marco *Henningo*, impreſſa Francof. ad Mœnum Feirabendio, 1589.8. auctorem, ut interpretis præfatio docet, habet *Johannem* CONSALVI MENDOZAM. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(1072. *β*) CHRONICON ASCHAFNABURGENSE *ſeu* SCHAFNABURGENSE *anonymum* ut *primo* prodierit, ex Monaſterii Auguſtiniani Bibliotheca Wittebergenſi, Juſſu Philippi Melanchthonis, a *Secerio* primum exſcriptum, & *ἀιωνύμως* editum, de quo Joh. *Lomeierus* in margine Introductionis *Sagittarii* in Hiſt. Eccleſiaſticam citatus libri de Bibliothecis cap. 9. ſect. . pag.203. ſcribit: *Alibi legi unicum exemplar exſtiſſe in Bibliotheca Auguſtiniana Baſilienſi. An ergo inde acceperunt Wittebergenſes?* prolixe loco citato refert *Sagittarius*, & quomodo dein ac quoties auctori ſuo LAMBERTO ASCHAFNABURGENSI vel SCHAFNABURGENSI ſit reſtitutus p. 53. & ſeq. enarrat. Addit Symbola Maſtrichtiana quod ſequitur.

Appendix ad LAMB. SCHAFNABURGENSEM

Auctorem habet Monachum quendam ſfordienſem, ut prodit *Piſtorius* qui eum edidit, in Tom.I. Script. Germ. Verus auctor eſt EGINHARTUS. vid. *Lambecii* Biblioth. Vindobonenſ. & *ertzii* Biblioth. Germ.

(1073) CHRONICON *a creatione mundi, q; ad tempora Imp.* JUSTINIANI II. FREDEGARIO, qualiter à *Lambecio* (a) Comment. de Biblioth. Vindobonenſi lib.2. c. IIX. pag.851. & ſqq. imputetur, late deſcriptum, ex MSto antiquiſſimo, at corruptiſſimo, poſt eumque eidem auctori aſſertum à *Sandio*, in notis *ad Voſſium* (b) ſtantur adjecta, quæ ex utroque damus, excerpta. Quorum poſterior priorem prolixe nimis pro noſtro hoc excerpſit inſtituto. Quamvis eidem etiam eadem opera mox ſequentes libri alii detecti a *Voſſio* illuſtrentur. Adde *Cave* Hiſtor. Liter Eccleſiaſt. Script. p.343.a.

(a) P. Lambecius Commentariorum de Biblioth. Cæſar. lib.II. cap.8. p. 851. & ſeqq. *lumen* membranaceum *pervetuſtum in* quarto majori, *literis* Gothicis ſive Toletanis *in Hiſpania præcipue uſitatis, ante octingentos circiter annos exaratum ab homine* barbaro *& latinæ linguæ imperitiſſimo, ideoq; plurimis locis vix legibile & intelligibile, quo continetur anonymi cujusdam Auctoris, quem ego, ut infra poſt pluribus indicabitur,* Fredegarium *eſſe arbitror,* Chronicon *hactenus, quod ſciam, ineditum,* Creatione mundi usque ad tempora Imp. Juſtiniani II. ſive Magni, & mortem Beliſarii *pertingens, cujus Titulus, Præfatio & initium ipſius Narrationis ibi ſe habent hoc modo*: Incip. Liber Generationum: ab Adam usque ad ordinem, quæ continetur in hujus volumine Libri.

Idem, p.854. & 855. *Utiliſſimus profecto fuerit labor, ſi quis excerptorum illorum Exemplar hoc MStum* Ambraſianum, *cum ſupra memorata eorundem editione impreſſa diligenter contulerit, ut appareat, quantum beneficio variantium lectionum, quæ ibi latitant, corrigi ea poſſint ac emendari. Interim obiter moneo, obſervatu digniſſimum eſſe, quod excerpta illa in hoc Codice MSto vocantur* Liber Quartus, *nempe reſpectu* Chronici in tres libros diviſi, *quod ut paulo ante indicavi, extat in principio ejusdem Codicis. Minime enim dubito, quin idem* Fredegarius *æque ſit autor* trium *illorum* librorum, *qui a creatione mundi usq; tempora* Imp. Juſtiniani *& mortem* Beliſarii *ex variis antiquis chronographis excerpti ſunt, quam is ſine controverſia eſt autor* quarti *iſtius* libri, *qui ab irruptione* Hunnorum in Gallias *usq; ad interitum Regis Francorum* Chilperici *ex Gregorii Turonenſis Hiſtoria Francica excerptus eſt. Scripſit præterea idem* Fredegarius *etiam* quintum *quendam* librum, *quo* Gregorii Turonenſis *Hiſtoriarum libros decem continuavit, a morte Regis* Chilperici *usq; ad annum Chriſti 741. quo* Carolus Martellus *obiit. Quamvis autem is non extet in Codice illo MSto* Ambraſiano, *prodiit tamen jam pridem ex aliis Codicibus MStis in lucem, & tam in* Bibliotheca SS. Patrum *Pariſienſi antiqua & nova, quam in ſupra citato* Freheri *Corpore veteris Hiſtoriæ* Francicæ *impreſſus reperitur. Notabile porro eſt, quod ipſe* Fredegarius in Præfatione quinti *ſive* ultimi *hujus* libri *mentionem quoq;* præcedentium quatuor librorum *facit his verbis:*

Hæc ipſe Fredegarius.

Unde, ut ſupra dixi, patet, totum Fredegarii Chronicon *conſtitiſſe* libris quinque, *quorum* primus, ſecundus & tertius *continuerunt Epitomen Chronologicam Hiſtoriæ Univerſalis a creatione mundi usq; ad Imperium Juſtiniani I. ſive Magni, collectum ex Chronicis S. Hieronymi, Idacii, Epiſcopi Lemicenſis in Galloecia, & Iſidori, Epiſcopi Hiſpalenſis; quartus autem & quintus continuerunt Epitomen Hiſtoriæ Francicæ Gregorii Epiſcopi Turonenſis & Continuationem ejusdem Hiſtoriæ ab interitu Regis* Chilperici *usq; ad* Caroli Martelli *obitum. Horum igitur quinq; librorum duo poſteriores jam pridem impreſſi ſunt; tres autem priores hactenus, quod ſciam, nondum ſunt editi, ideoq; poſthac alio commodiori tempore & loco ex pervetuſto illo Codice MSto* Ambraſiano, *de quo in præſens agitur, cum neceſſariis* Animadverſionibus & Notis *in lucem proferentur.*

(b) Sandius *ad* Voſſium *de* Hiſtor. Latin. p. 279. & ſeq. *Tempore Alexandri Imp. circa a. 236. vixiſſe creditur autor ille anonymus Chronici* de diviſionibus & generationibus gentium, *quod edidit Labbeus, Nova Biblioth. MSSorum. Certum eſt, non progredi ultra tempora Alexandri, cum quo Catalogum Imper. Roman. concludit dicens* — — — —

Ego olim ſuſpicabar opus illud eſſe Julii Africani *& nunc* Voſſium, *virum Clariſſimum, mecum idem ſentire gaudeo. Liquet ſane Julium Africanum floruiſſe ſub Heliogabalo, Alexandri deceſſore, & ipſo Alexandro Severo, licet idem dicatur ſcripſiſſe* librum de temporibus

ribus ab origine mundi usque ad Macrinum Imperatorem, *qui imperare cœpit a.* 218. Radulphus *de* Diceto *de eo ſcribit* : Julius Africanus breves temporum annotationes per Generationes & Regna ſcribit: *quod omnino in hoc opere ſit.*

Idem p. 283. & 284. *Ego equidem facile conceſſerim,* Fredegarium, *Carolo M. σύγχρονον ferme, vel paulo antiquiorem, horum Chronicorum fuiſſe collectorem & augmentatorem. Primum enim inter illa opus eſt hoc, de quo jam agimus, bis editum, antequam hæc ſcriberet* Lambecius: *primo a* Caniſio *Antiqu. lect. Tom. 2. deinde & a* Labbeo *Nova Bibl. MSStorum Tom. 1. ex codice collegii Claromontani Pariſienſis, fine mutilum, at non in plures libros diſtinctum, ſed in ſectiones tantum 20. quarum 17. terminatur illis verbis, quæ Lambecius ait extare in fine ſui Codicis cap. 31. In editione autem Caniſiana verba illa leguntur in fine Capitis 30. nam ibi invenio idem opus, omiſſis duabus ultimis ſectionibus Labbeanis, de Imperatoribus Romanorum, & Regibus Hebræorum, diſtributum eſſe in 31. capita. Sententia mea confirmatur ex eo, quod fragmenta illa, quæ Lambecius ex ſuo odice (exceptis iis, quæ in fine de Juſtiniano & Beliſarii morte ab alio addita narrantur) edidit, in editione Caniſiana & Labbeana exſtent, a quibus differentia codicis Ambraſiani ſequentibus lectionibus variis comprehenditur.*

(1073. α) BREVIARIUM CHRONOLOGIÆ *ſacræ & humanæ,* quod *primo* prodiit *tacito auctore,* Lugduni in Gallia, deinde *cum auctario Claudii Clementis,* nomine auctoris expreſſo, edidiſſe *Theophilum* RAYNAUDUM, Ceſpitellenſem Soc. Jeſu, ſcriptorem πολύγραφον, XXXI. Octobris anno cIↃ IↃc LXIII. demortuum, teſtatur poſthuma introductio in Hiſt. Eccleſiaſt. *Sagittarii* p. 192.

(1073. αα) CHRONOLOGICORUM COLLECTANEORUM *libri ſex* : quorum *primus* eſt ex *incerti* nominis ſcriptore, qui ſub Alexandro Severo floruit. Ita inſcriptio præfert. Nec dubito, quin is ſit *Julius* AFRICANUS, nobilis Chronographus: quem eo tempore vixiſſe conſtat. *Alter* autem liber ex IDACIO & ALIIS collectus fuit: ut quidem titulus indicat: de quo nihil habeo dicere, quia de temporibus ante Valentem Imp. nihil *Idacii,* ut arbitror, ſupereſt. *Tertium* vero ex IDACIO deſcriptum eſſe, ſatis docet Chronicon ejus à *Scaligero* una cum Euſebio, Proſpero & aliis editum. *Quartus* eſt ex THOROMACHO, Chronographo Græco. *Quintus* autem eſt HILARIONIS: de quo ſuo loco diximus. *Sextus* eſt ex THOROMACHO eo, quem ante memoravi. Ut habent *Voſſii* verba de Hiſtoricis Latinis lib. 3. p. 756. in fine cap. IV. cui ſuam aſſenſionem ſubnectit *Sandius* pag. 279. & ſeqq. Adde in *Pſeudonymis* nomen Sexti *Africani.*

(1073. β) CHRONICON A CREATIONE MUNDI, anonymum, usque ad A. C. 1261. *ex J. Canonico, Eccleſiaſt. Hiſtoria, Oroſio* &c. excerptum, JOANNI TEUTONICO aſſeritur, & ulterius aſſerendum promittitur a Petro *Lambecio;* vide (a) Commentar. de Biblioth. Vindobon. lib. II. c. 8. p. 873.

(a) Petri Lambecii Comment de Biblioth. Cæſ. Lib II. cap. VIII. p. 873 §. CCLV: *Volumen membranaceum in quarto, quo continetur anonymi cujusdam Autoris Chronicon a creatione mundi usq; ad annum Chriſti 1261. cujus principium eſt hoc* : In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. In hac Compilatione, quæ de diverſis excerpta eſt, videlicet de jure Canonico, de Eccleſiaſtica Hiſtoria, de Oroſio, de Chronicis Euſebii, Jeronymi & aliorum, de libro, qui dicitur *Gemma animæ,* de Opuſculo, quod vocatur *Ordo Romanus,* oſtenduntur legere volentibus aliqua de geſtis ſive ſtatutis Romanorum Pontificum, & de ſtatu bono vel malo Imperatorum; inſuper quibus qui ſucceſſerint tam in ſede Apoſtolica, quam etiam in Romana Republica; Præterea quibus qui memorati Principes contemporanei fuerint, à Beato Petro Apoſtolo, & a Cæſare Auguſto usque ad annum Domini M CC LXI. Ab orbe condito usque ad diluvium fuerunt duo millia annorum, &c. *De autore hujus Chronici exſtat ibidem hæc recentiori cujusdam manu exarata inſcriptio:* Nihil dubito, hujus Opuſculi autorem fuiſſe Johannem Teutonicum, ex Friburgo oriundum, Epiſcopum Boſſinenſem, & Generalem ſui Ordinis quartum. *Hæc ille. Ego autem de eodem Chronico ejusq; Autore aliquanto prolixius acturus ſum, cum primum commodior ſe obtulerit occaſio differendi de duobus Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus MStis membranaceis, inter MStos Hiſtoricos Latinos nonageſimo tertio & quadringenteſimo quinto, utpote in quibus idem Chronicon reperi.*

(1073 γ) CHRONICON NORIMBERGENSE vulgo appellatum, quia Norimbergæ prodiit, auctori *Hartmanno* SCHEDEL tribuitur a *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis lib. 3. cap. 6. p. 573. Illud inter anonymos ut locem, facit partim Verſio anonyma Germanica, ſuo loco *cap. XI. num.* 1834. memoranda, partim quod nec frontiſpicio, nec fini, ſed medio demum nomen auctoris inſeritur. Quippe in *Bibliotheca noſtra Johannea* exſtans, in folio majori, ſic incipit. *Regiſtrum hujus operis libri cronicarum cum figuris & imaginibus, ab initio mundi.* Præſcribuntur manu Frid. *Lindenbrogii* hæc verba. *Auctor magni hujus operis chronici, Norimbergenſis videtur eſſe* Hartmannus Schedel., vid. *Trithem.* de Scriptorib. Eccleſiaſticis fol. 175. p. 2. Eſt utique auctor hujus libri *Schedelius.* Vid. infra fol. 252. fac. b. in vita Mattheoli. it. fol. 266. ſubſcriptionem. Locus prior fol 252, b. ſic habet *Matheolus Peruſinus Medicus doctiſſimus hoc tempore Medicorum ac Philoſophorum monarcha omniumq; liberalium artium cunctarumq; ſcientiarum facile princeps, præceptor meus eruditiſſimus. Quem ego* Hartmannus Schedel, *Nürembergenſis, Doctor Patavinus, tribus annis ordinarie legentem auſcultavi a quo demum præhabita per eum oratione elegantiſſima inſignia Doctoratus Paduæ accepi. Ne ſua memoria pereat, pauca de ejus vita ac doctrina huic operi adjunxi* Alter pag. 266 opus concludens ſic habet: *Completo in famoſiſſima Nürembergenſi Urbe Operi de hiſtoriis ætatum mundi, ac deſcriptione Urbium, felix imponitur finis. Collectum brevi tempore Auxilio* Doctori Hartmanni Schedel, *qua fieri potuit diligentia, Anno Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, die quarto menſ*

menſis Junii. Sequitur inde de Sarmatia & aliis regionibus aliquid collectaneorum hiſtorico- rum, de regno Poloniæ &c. usq; ad fol. 300. Cu- us averſæ parti hæc ultimo loco adjiciuntur. *Adeſt nunc, ſtudioſe lector, finis libri Cronicarum, per viam pithomatis & breviarii compilati, opus quidem præcla- rum, & a doctiſſimo quoq; comparandum. Continet nim geſta, quæcunq; digniora ſunt notatu ab initio mundi d hanc usq; temporis noſtri calamitatem. Caſtigatumq; viris doctiſſimis magis elaboratum ut in lucem prodiret. Ad intuitum autem precesq; providorum civium,* Sebaldi Schreyer, & Sebaſtiani Lamermaiſter, *hunc li- rum Dominus* Antonius Koberger Nurembergæ *mpreſſit. Adhibitis tamen viris mathematicis, pingen- liq; arte peritiſſimus,* Michaele Wolgemuth, & Wil- ielmo Pleydenvvurff, *quorum ſolerti accuratiſſima- ue animadverſione, tum civitatum tum illuſtrium viro- um figuræ inſertæ ſunt. Conſummatum autem duode- ima menſis Julii.* Anno ſalutis noſtræ. 1493. Ipſi Regiſtro ſeu Alphabetico indici librum ordienti itulus hic eſt. *Tabula operis hujus, de temporibus mun- li, & hiſtoriarum rerumq; cæterarum, ac urbium in ſe barſim varieq; deſcriptarum.* Ipſe liber per mundi ætates ſeptem dividitur, inſcriptione foliorum uamque ætatem diſtinguente.

(1074) CHRONOLOGICÆ TABULÆ n folio, altera ſola pagina, (ut parietibus affigi tiliſſime poſſent) impreſſæ foliis X. ante, XVI. ero poſt Chriſtum natum exactiſſime & ordina- iſſime conceptæ *anonymæ*, in Academia Julia jam um A. 1643. poſtea vero ſæpius etiam v. gr. 1652. bidem, & alibi rurſus ni fallor & in 8. impreſſa ctandem 1693. a G. Th. Meiero ſemper ſine Dpiſographo relictis foliis, hactenusque anony- næ editioni, brevi ſola ad Lectorem Epiſtola ad- ita, magno meo cum fructu per omnem vitam nemoriæ meæ prorſus infidæ, mihi uſurpatæ; uod ſint Hoſpitis p.m. mei ſuaviſſimi, & a mor- e nunc hic etiam, ſicut & in filiis ſuis amiciſſimæ nemoriæ mihi junctis plerisque honorandi M. *hriſtophori* SCHRADERI, Præceptoris etiam nei in Rhetoricis excellentiſſimi, grato animo ecordor, & ſine teſte atteſtari poſſum; Quem ta- nen ſi præter tot centurias auditorum, & ſtudio- orum inde mecum adjutorum, illic, & alibi nu- em, aliquis ex libris impreſſis velit, audiat *Biblio- raphiæ Hiſtorico-Politico-Philologicæ curioſæ* aucto- em *anonymum* cap. IX. detegendum nobis cele- errimum Jo. Andream *Boſium* octernione quin- o ſignato per literam E. 2. (nec enim folia ejus bri numerata ſunt) Ubi *ob methodum facilem, & ſecula diviſam temporum rationem eximias eas* Tabu- s eſſe, ex vero ſcribit. Quin & indici edito- um Orationi ejus funebri adjecto, ut & Typo- raphi Academiæ Venalium, toties recuſo, ſunt nſertæ: ac demum auctore nominato ad an- um usque ad 1689. cum ante ad 1600. ſolum ertigiſſent, continuatæ cum indice alphabeti- o locupletiſſimo ibid. 1689. iterumque 1691. & 694. nuperrime recuſæ. Hæ tabulæ facile obfu- arunt proinde omnes alias, ut & ſequentem jam lim editione prima memoranda (Ubi tum tem- oris haſce male oblitus ſum, ut nimis notoria el certe nobis nota ſæpe ſolemus) quod publice unc deprecandum habeo, & deprecor. Interim prodiit etiam *Analyſis Chronologico-Pragmatologica*, ſive illuſtratio Tabularum Chronologicarum Chriſtoph. Schraderi: exhibens Succinctam Pragmatologiam illarum rerum & Perſonarum, quæ tanquam per indicem in iſtis Tabulis commemorantur. Auctor Johann Dietrich von Gülich / JCt. & in Illuſtri Pædagog. Göttingenſi Hiſt. & Math. Profeſſ. Sumptibus Bartholdi Fuhrmanni, Bibliopolæ Oſterrod. Anno 1692. De illis etiam Tabulis ita ſcribit Caſp. *Sagittarius*, Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. p. 204. 205. „Chriſtophorus Schraderus, *Oratoriæ in Academ. Helmſtadienſi per complures annos Profeſſor, Bergenſis ad Helmſtadium parthenonis Præpoſitus & ſcholarum in Ducatu Brunſuicenſi, ſed & ſtudiorum meorum per annos aliquot ob Salderianum ſtipendium Inſpector, anno* cIↃ IↃc LXXX. XXIV. *Aprilis demortuus, Tabulas compoſuit Chronologicas, ab eruditis diſcendiq; cupidis multum æſtimatas; ac ob id ſæpiuscule recuſas, ac deniq; ad an.* cIↃ IↃc XCII. *continuatas. Eædem a Chriſtophoro Arnoldo,* Rupertinis *in Hiſtoriæ univerſæ Synopſin Beſoldianam* Animadverſionibus, additæ *ſunt.*"

(1074. α CLII.) CHRONOLOGIAM, quæ paſſim in folio patenti per Germaniam circumfertur, oppreſſo ſuo nomine ſcriptam à *Joanne* HASIO, *Belga Jeſuita*, memorat Alegambe pag. 249. ubi & alia ejusdem ſcripta memorat, una cum *Valerio Andreæ*, Bibliothecæ Belgicæ pag. m. 512. & *Swertio* pag. 434. qui tamen Chronologiam non tangunt: repetit tamen *Sotvel.* pag. 461. b.

(1074. β *Olim* additorum Cap. V. num. CLXXXIV.) CHRONOLOGICUM *opus*, R.B. Amſtelodami apud Joh. van Someren paucos ante annos impreſſum, *Roberti* BAILII eſſe, cujus nomine citatur a *Joh. Henr. Heideggero*, in Hiſtor. Patrum, Exerc. 21. §. 9. p. 678. Dn. *Gerh. van Maſtricht* perſcripſit.

(1075) *Ad Cardinalem* CIBO *Epiſtola*, Latine primo, dein Gallice ſcripta Jeſuitæ P. *Ludovici* MAIMBOURG, aliqui ut citaverint, v. infra cap. XIV. n. 2315.

(1076) EXORDIUM MAGNUM *Ordinis* CISTERCIENSIS æque ac PARVUM anonymum ſit oportet, quoniam librum hunc tribui HELINANDO, Monacho Ordinis Ciſtercienſis in frigido monte Diœceſis Belvacenſis, ajunt quidem Carolus *de Viſch*, in Biblioth. Script. ord. Ciſterc. p. 140. & *Sandius* ad Voſſ. ſed ajunt quoq; id fieri temere, ac refutari a *Manoiquez*, T. I. An. ad an. 1110. c. 1. n. 3. Hunc Monachum Carolus *de Viſch* perhibet claruiſſe circa annum 1212. *Simlerus* autem & *Friſius*, in Biblioth. *Gesneri*, ad annum 1069. referunt. Ipſe *Gesnerus* in Bibl. ſua edita ao. 1545. eum vocat *Helmandum*, & vixiſſe circa annum 1200. refert, in eo cum *Carolo de Viſch* congruens. Variis autem appellari eum nominibus ſcribit citatus Carolus *de Viſch*, p. 141. col. a. ELYMANDUM aut ELIMANDUM vocatum fuiſſe cum Carolo *de Viſch*, pag. 101. & p. 141. ſuſtinet *Sandius* ad Voſſ. pag. 139. item

HELINALDUM, & verius HELMUNDUM appellari, ex *Seguino* aſſerit *Idem Sandius*, ad Voſſ. p. 143. Carolus *de Viſch* eum pag. 101. ait eundem eſſe cum HELINANDO DE PERSENNIA, qui tamen pag. 142. hunc alium eſſe ab HELINANDO FRIGIDI MONTIS, innuit. Sed *Helinandi* nomen prævaluiſſe ſcribit cit. pag. 141. Nos in Catal. *Pſeudonymorum* n. 441. eum ſub nomine *Guilielmi de* FRIGIDO MONTE ſcripſiſſe quædam ex *Carolo de Viſch* narrabimus. Cæterum nullus omnium, quos hic citavimus, atque evolvimus auctorum, de editione libri quicquam meminit, niſi quod *Sandius* ad Voſſ. p. 143. referat exordium parvum (dictum ad differentiam Exordii magni) ordinis Ciſtercienſis ſcriptum eſſe circa annum 1120. tempore Helinandi, Juſſu Stephani tertii Abbatis Ciſtercienſis. *König* & *Hyde* ne nomen quidem habent.

(1076. α CLIII.) *Annotationes Marginales ad* CIACCONUM *& Collationes* Ciacconianæ *Hiſtoriæ cum* Baroniana, ſuppreſſo tamen nomine publicavit *Cæſar* BECILLUS *Urbinas*, cujus etiam alia ſcripta recenſet in apibus Urbanis *Allat.* 65., laudat eum Victorellus in addit. ad Ciacconum, ibidem citatus *Allatio*. Quem locum ob raritatem libri, & quia nunc ſecus ac olim per typographi feſtinationem id licet, adjunxi (a) excerptum. Nec enim libro jam tum carebam, uti dolens ſine cauſſa Pater *Vintimiglia* videbitur *ſuo loco infra*. Quemadmodum nunc careo commodata olim Bibliotheca Ludovici *Caroli* Pontificia, cujus pag. 285. fide *Sagittarianæ* Introductionis in Hiſt. Eccleſiaſticam Poſthumæ p. 665. allego.

(a) Leonis Allatii *Apes* Urbanæ, ſive de Viris illuſtribus pag. 65. Cæſar Becillus *Urbinas, Presbyter Congregationis Oratorii de Urbe edidit*

1. Evangeliorum Connexionem, *in qua textus ordine ſervato rerum geſtarum ſeries indicatur. Romæ, apud Bartholomæum Zannetum ao. 1625. in 12.*

2. Annotationes marginales in Ciacconum, & collationes Ciacconianæ Hiſtoriæ cum Baroniana, *ſuppreſſo tamen nomine.*

3. Acta S. Caji Papæ, & Martyris, *quibus ſuas adjecit* Notas *ad Hiſtoriæ cognitionem apprime neceſſarias. Multa meditatur, & ſcribit, quibus illuſtrat Antiquitatem Eccleſiaſticam, & tempora, præcipua tamen illa ſunt :* Vitæ Romanorum Pontificum cum perpetuis notis; Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Baronianæ Continuatio; Chronographia ad calculum Eccleſiaſticum ad amuſſim expenſa. *Meminit illius cum laude Victorellus Additionibus ad Ciacconum in vita S Caji.* Cæſar Becillus Congregationis Oratorii Presbyter, a cujus accurato calamo XIII. Annalium Eccleſiaſticorum tomum poſt paucos menſes, ni fallor conjectura, Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum ſtudioſi habebunt; Acta S. Caji Papæ, & Martyris, ex actis S. Suſannæ, S. Sebaſtiani, ex Anaſtaſio, & ex Breviario Romano, eruditis a ſe Notis illuſtrata an. 1628. Romæ edidit, Urbanoque inſcripſit VIII.

(1076. β) HISTORICORUM, quæ in COLONIENSIS *Electoris* APOLOGIA habentur, auctor eſt STREITHAGEN, Canonicus Hinsbergenſis: ut docet *Symbola Maſtrichtiana.* v. in Pſeudonymis *Maximilianus Henricus.*

(1076. γ) PERRONIUS.

Cardinalis PERRONIUS (is enim auctor eſt) in parergo de tempore celebrati CONCILII NICÆNI, actis Gelaſii Cyziceni in Romana Conciliorum Generalium editione præfixo. vid. *Spondan.* ann. 325. in Schol. ad Sect. 3. *Boſius* in periocham Joſephi de Chriſto pag. 36. *Symbola Maſtrichtiana.*

(1077) CONJURATIO SULPHUREA, nomine ſuppreſſo à Rege ſcripta: ſub titulo JACOBUS ANGLIÆ *Rex* in Theatro virorum illuſtrium Pauli *Freheri* Part. II. Sect. 1. p. 742. col. a. libris ejuſdem annumeratur.

(1077. α) Auctor *Judicii* de RICHARDI SIMONII *hiſtoria veteris Teſtamenti* CRITICA, eſt *Joh.* CLERICUS; vide allegatos a Clariſſimo *Etſardo*, in Vaticinio de Schilo pag. 85. & ſeq. Jacobi & pag. 60. Hæc Dnus van *Maſtricht* ſero: locumque inter Theologos potius merita.

(1078) Quinti CURTII *Supplementa librorum priorum duorum* toties anonyme recuſa, cu debeantur, oppido noviſſe cupiunt pauci, pauciores norunt. *Sheringham,* de Origine Anglorum pag. 221. citat ea ſic: BRUNO : *ſive quisquam alius. Simlerus* in Q. Curtio Biblioth. Gesneriana pag. 714. *neſcio à quo adjectos*, ſcribit, æque ac Joh *Friſius*; & tamen *Freinshemius*, Commentarii ſu in Curtium c. 3. expreſſe ſcribit, quod *Chriſtophorus* BRUNO jam indicarit ſemet ipſum auctorem in editione ſua Monachii 1545. publicata.

(1079) SUPPLEMENTA etiam *alia anonyma* Curtii, *Franciſco* PETRARCHÆ aſſerta, e *Scaligerianis* ſecundis *Colomeſius* (a) Bibliothecæ ſelectæ pag. 185. item alia *Freinshemiana* Gallice dein verſa commemorans, legi meretur. v num. 1837. β. de Germanicis verſionibus.

(a) Colomies, Bibliotheque Choiſie p. 184. & 185. Quinti Curtii Rufi Hiſtoriæ, Lugduni apud Paulum Frellon, 1615. 12. *Cette édition de* Quinte Curce, *qui eſt peu connuë, a ceci de particulier, qu' outre de les Supplémens ordinaires, attribuez à Chriſtophle* Bruno, *Moine de Baviére, elle en a d' autres copiez ſur un Manuſcrit de la Bibliothéque de* Saint Victor, *par* Jean Maſſon, *aſſez connu parmi les Savans. Ces Suplémens, dont les deux Maſſon n' ont point découvert l' Auteur, ſont de François Petrarque, ſi nous en croions Scaliger dans les ſeconds Scaligeriana:* In Bibliotheca S. Victoris *dit-il*, primus liber Q. Curtii erat, ſed deprehendi eſſe compoſitum à Petrarcha. *Quintianus Stoa, au rapport du Pere* Poſſevin *dans ſa Bibliothéque Choiſie, & du Pére* Gourdon *dans ſa Chronologie, a auſſi fait des Suplémens de Q. Curce; & long-tems depuis,* Freinshemius *gendre de* Berneggerus. *Les Suplémens de* Freinshémius *ont eſté traduis en François par* M. du Ryer, *mis à la teſte du célebre Quinte Curce de M. de* Vaugela

(108

(1080) CHRISTIANI II. DANIÆ & ,,SUECIÆ Regis, *Reſponſio ad II. Epiſtolas Friderici ,,Ducis Holſatiæ, de bello adverſus eum ſuſcepto*, 1524. ,,in 4. Autor eſt *Cornelius* DUPLICIUS *Sceppe ,,rus*, Belga, Conſiliarius ejus; cujus etiam alia ,,pro eodem Rege ſcripta Apologetica ſunt ex-cuſa. *Symbola eſt Flensburgo Molleriana.* Memi-nit ejusdem auctoris Valerius *Andreæ* Bibliothecæ pag. 148. & libri ab eo conſcripti, titulo *Apologia* *pro Chriſtierno* II. Daniæ Rege, in Belgium pro-fugo. In Bibliotheca noſtra Johannea publica extat etiam Cornelii *Scepperi* Noviportenſis, vice-Cancellarii ejus Regis, *Reſponſio ad Lubecenſium arti-culos* (verbotenus inſertos & partite refutatos) *qui-bus ſuſcepti belli adverſus Regem Chriſtiernum Daniæ ra-tiones præſcribunt:* 4. 1524. per Typographum Lotherum non addito loco, plagulis 21. Præ-fatio ad Lectorem Scepperiana data eſt Berolini ad Spreviam ut & Dedicatio Regis Clementi VII. Pontifici inſcripta. Adhæret eidem ſcripto *di-ploma Regis ad Jo. Vereland, Dantiſcorum Conſulem, in quo certæ rationes continentur, quibus ſe Sereniſſimus Rex ob impetrandam reſtitutionem a Stagnalibus civitati-bus adſtrinxit.* Eſt unius plagulæ ſeu quaternio-nis, ſed notabili cum præfatione paginarum quarum Joannis MICHAELIS, Miniſtri Regis, quem ut Dominum ſuum defendit 1626. data, inde ipſa Regis Declaratio 1525. Loæ Nonis Decembribus, Anno virginei partus ſesquimil-leſimo vigeſimo quinto data legitur, reliquum plagulæ occupans. Hæc ob raritatem libri omit-tere non ſuſtinui. Quippe quo valde notabilia, eleganter ſatis, ejus temporis hiſtorica conti-nentur.

(1081. 1082. 1083.) De DANICA *de-tentione* NAUFRAGORUM SUECORUM EPI-STOLÆ *tres*, amico olim meo doctiſſimo po-tiſſimoque *Jacobo Henrico*, Simonis PAULLI, Medici celeberrimi Havnienſis filio qualiter tri-buantur, enarrat Jo. *Deckherrus* (a) de adeſpo-tis pag. 175. 176. citato etiam *Vindingo* in Aca-demia Hafnienſi ſua pag. 440. & Alberto *Bartho-lino* de Scriptis Danor. pag. 60. Quorum tamen neuter de hoc tunc nondum nato ſcripto potuit meminiſſe.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 175. & 176.

Cum autem de Danielis rebus agimus, neceſſe ſum adpellari Epiſtolas tres Amici ad Amicum: *primam, ſecundamque, Lubecâ Hagam Comitum* *Jan.* LXXIX. *& ſeq. Kalend. Febr. tranſmiſſam;* *tertiam Lubeca Noviomagum, Idibus Martii, perſcri-ptas. In quarum* hac, *de naufragio Suecorum militum anno* LXXIIX. *Menſ. Decembri ad Bornholmiam inſu-lam facto, pro & contra diſſeritur: & Regem Daniæ jus detinendi eosdem habuiſſe, probatur. In* altera *Me-moriale Anhaltinum Serveſtanum contra Danos, Media-toribus Pacis Novimagenſis exhibitum oppugnatur & con-vellitur.* Prima, *Memoriale Ablegatorum Gottorpien-ſium contra Danos, Cæſareæ Legationi, in iisdem Tracta-tibus extraditum, refutat, ſtatumque controverſiæ ea-dem opera examinat. Miniſtrum Danicum fuiſſe, inter-pretes Regis, ejusdem manifeſtant; Stylus & ſcribendi de-xtra ratio* Jacobum Henricum, *celeberrimi Simonis* *Medici filium*, Paulli, *Regium Hiſtoriographum, & Le-gationis Lutetiæ Pariſiorum ſubſiſtentis illo tempore Secre-tarium. Litteræ ex Hollandia, & Agrippinenſi Colonia datæ: de quo videndus Dn.* Vinding. *in Acad. Hafni-enſi p. 440. & Alb. Barthol. de Script. Dan. p. 60.*

(1084) DANIA *ad Exteros de perfidia* SUE-CORUM, Hafn. 1644. in 4.

(1085) *Boni Civis ad cives fideles admonitio, de neceſſitate conjunctionis* CLASSIS DANICÆ & BELGICÆ ib. 1657. in 4.

(1086) *Speculum fidei* DANICÆ *& perfidiæ* SUECICÆ, ib. 1659. in 4.

(1087) TELA SUECICI ARANEI *dis-rupta*, ibid. 1660. in 4. *Quinque* hæc ſcripta (quintum erat primo loco poſitum & jam *ſupra*, in *Juridicis cap.* III. n. 950. expreſſum) quæ Al-bertus *Bartholinus* l. c. pag. 50. *Gundæo* RO-SENKRANZIO, regni Danici Senatori tribuit, *αἰωνύμως* (quod ille diſſimulat) prodiiſſe mihi, ex *αὐτοψία* conſtat. Suecis etiam auctor eorum non fuit ignotus: Oppoſuerunt enim uni illo-rum a. 1659. libellum in 4. publicatum, cui ti-tulus: *Gundæus Baubator Danicus. Symbola* eſt Flensburgo-Molleriana. Cui quantum ad *pri-mum*, hic adde *Deckherri* publicum teſtimonium (a) de Adeſpotis pag. 177. & ſeq. hinc omnino refutatum. Etiam Thomas *Bartholinus* de legen-dis libris diſſert. II. p. 40. anonymum hunc *Roſen-krantzium* ſuis ſcriptis de publico bene meritum teſtatur.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis pag. 177.

Denique inter Danica, quæ irruptionem Suecicam attinent, de qua ſuperius perſcripſimus, & Hiſtoria lo-quitur (Joh. Loccen. lib. IX. Hiſt. Suec. pag. 720.) refero Daniam ad exteros de perfidia Suecorum, Anno M DC XLIII. *) quo:*

DanICa paCta trVCIs frangVnt perfIDIa SVeCI,
RagVzI & TVrCI perfIDa paCta teVnt.

tenue, ſed famæ Suecorum grave & moleſtum ſcriptum: pa-lam vulgant, autorem eſſe Theodorum Reinkingium, *operoſis & piis ſcriptis præſtantiſſimum habitum, tum Ar-chi-Epiſcopi Bremenſis Cancellarium; addito, vel præ-ſumpto hanc iniquiſſimæ captivitatis & detentionis non relaxatæ cauſam fuiſſe, niſi vel cervicem ferro præberet, vel in pulmento, quod ediderat, deglutiret: quod fa-ctum eſſe Sueci propalant. Sed ſtylus non eſt* Reinkin-gianus; *nec id, quod affingitur puſillanime magno vi-ro dignum.*

(1088) *Reſponſio ad duo ſcripta* DANICA, quorum alterum ſub titulo JURIS FECIALIS, alterum ſub nomine *Manifeſti* exiit Gryphiswv. 1657. in 4.

(1089) *Expoſitio cauſarum, ob quas Rex* SUE-CIÆ DANICUM *Bellum etiam poſt Pacem* ROTS-

KILDENSEM continuare fuit coactus A. 1658. in 4. memorantur, ut bina ſcripta quæ Suecis patrocinentur, ac *Eduardo Philippo* EHRENSTEINIO, aulæ Suecicæ Conſiliario & Cancellario debeantur, partim & *Davidi* MEVIO, Tribunalis Wismarienſis Vice-Præſidi cumque eodem alia complura, tum hæc cæteris celebriora; ut habent verba Joh. MOLLERI Flensburgenſis, Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam pag. 149. 150. De poſteriori tamen reclamat *Symbola Normanniana Suecica*, quæ *Petri Julii* COJETI, Equitis & Conſiliarii aulici Sueci ci fert illud eſſe, referente Gabriele *Holptenio*, lectore Collegii Archuſani Antiquitatis. Cujus ipſe Cl. *Normannus* eſt digniſſimum longe membrum. Cui perinde magis putem aſſentiendum.

(1089.α) *Reſponſionem* NOBILITATIS DANICÆ *ad Epiſtolam*, DE ORDINE SUBDITORUM IN DANIA item anonymam, memorat *Wittenius* part. 2. Diarii A. 1685. d. b. Martii p. 135. b. adſcribens eam *Olao* ROSENKRANTZIO, L. B. de Egholm &c. Equiti aurato, & Conſiliario intimo Regio, una cum aliis ſcriptis, quorum æque ac ipſius auctoris apud Albertum *Bartholinum* altum eſt ſilentium. Cum tamen eidem ab editore liber *de Danorum ſcriptis* poſthumus ille fraternus ſit dedicatus. Legitur tamen in anonymis ejusdem libri p. 11. utrumque ſcriptum ut a Danis profectum.

(1090) *Hiſtoria Joannis* DIAZII, *Hiſpani, a* „*fratre ſuo Alphonſo impie trucidati*, quod ejus cædis „teſtis oculatus fuerit: ſed ab alio quodam de„ſcripta ea falſoque, ut invidiam declinaret, illi „attributa, in Germania excuſa eſt, anno Domi„ni 1546. cum *Buceri* præfatione, auctore *Clau*„*dio* SENARCLÆO, doctiſſimo juvene. Verba ſunt Joſiæ *Simleri* Bibliothecæ Gesnerianæ p. 130. a. repetita Jo. *Friſio* pag. 156. a. Hiſtoria ex *Sleidano* de ſtatu Religionis & aliis eorum temporum Hiſtoricis ſcriptoribus eſt notoria.

(1091) *Ex* DIODORO *Siculo* EXCERPTA; de quorum non nominato excerpente *Georgio Gemiſto* PLETHONE, ſed ex circumjectis ejus præſumto, videatur Petrus *Lambecius*, Commentar. de Bibliotheca Cæſarea lib. I. pag. 134. (a) ex quo ſine commemoratione, quod anonymum ſit hoc Mſtum excerpſit D. Daniel de *Neſſel*, part. V. pag. 98. addiditque alia ejusdem Plethonis pag. 140. n. 1. 2. 3. Lambecio necdum memorata.

(a) Petrus Lambecius Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea p. 134. *Sequitur inde novus hic titulus;* Ἐκ τ Διοδώρȣ παρασημειώσεις. *Ubi licet non ſit additum* Plethonis *nomen*, *minime tamen dubium eſt, quin & hæc* Excerpta, *æque ac quæ præcedunt, illius ſint. Principium hoc eſt:* περὶ τὴν ἑκτὴν καὶ ἑκατοςὴν ὀλυμπιάδα Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ὑπὸ τῆς γυναικὸς τ ἑαυτȣ Θήβης καὶ τ ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνȣ ἀνῃρέθη. οἱ τὰ μὲν πρῶτα &c. *Excerpta hæc pertingunt a fol 42. p. 1. usq; ad fol. 51. p. 2.*

(1092) *Synodi* DORDRACENÆ *Acta*, notoria illa nimis, quam ut hic deſcribi etiam mereantur ulterius: quibus debeantur & maxime quidem *Feſto* HOMMIO, refert *anonyma vita* Antonii *Walæi*, optimæ hujus rei conſcii, quæ in *Bateſianis* ſimul editis Londini 1688. in 4. pag. 644. verbis (a) excerptis ita de illis habet. Quibus tamen contraria plane ſuppeditat *margo Diecmannianus* hiſce verbis: In ACTIS SYNODI DORDRACENÆ ſtylo exquiſitiore, „juxta ordinum Generalium decretum, „conſcribendis *Antonium* WALÆUM, &„ *Johannem* POLYANDRUM *cum aliis qui*„*busdam* LEIDENSIBUS THEOLOGIS *la*„*boraſſe*, *ipſe* Polyander *in Oratione funebri in*„ *obitum Walæi, quæ hujus* Locis Commun. S.„ Theologiæ *præmiſſa eſt*, *fol. 3. b. refert.*

(a) Anonymi Vita Antonii Walæi in Bateſianis, p. 644. *Defenſio Religionis Reformatæ in Belgio*, *facultati quoq; Theologicæ*, *& in ea maxima ex parte* Walæo *incubuit. Prima fuit* Acta Synodi Nationalis Dordracenæ *in publicum dare. Interat Eccleſiis Reformatis per Belgium, imo totum orbem diſperſis, noviſſe qua via quoq; ordine cauſa* Arminii & Remonſtrantium *examinata fuiſſet*, *quid ſingulis Patrum viſum, quid ab omnibus eſſet concluſum. Ad eam editionem a Fœderati Belgii ordinibus* delegati *fuere* Johannes Polyander, Antonius Walæus, Antonius Thyſius, Daniel Heinſius, Feſtus Hommius, Daniel Colonius, Johannes Latius, *Sed maxima editionis laus* Feſto Hommio *debetur, qui in Scriptura promptus & elegans, Synodi quoq; Scriba, reliquis diligentius annotaverat, quæ in Synodo acta fuiſſent. Illuſtrium actorum non minimus perit fructus, ſi eorum pereat memoria. Editioni huic Actorum Synodi aliam ſtatim Remonſtrantes oppoſuere: in qua non niſi in paucis elevare fidem actorum, ſed ſuam præcipue ſententiam Argumentis confirmare conantur. Hæc* refutandi cura Walæo *relicta eſt: qui mox his Actis &* Corvino, *ut diximus, reſpondit.* Corvinus vindicias *apparare*, *& jam aliquam earum partem chartæ committere inceperat*, *cum deſtitit*, *& ſcriptionem plane intermiſit: Incertum qua de cauſa; nam* Corvinus *reliquique Remonſtrantes jam otio abundabant. Ferebatur vulgo, rei difficultate abſterritas fuiſſe*, *quam ab eo tempore* nunquam *voluerunt* aggredi.

(1093) *Compendium* HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, *Decreto Sereniſſimi Principis*, *Erneſti*, *Saxon. Jul. Cliviæ & Mont. Ducis &c. in uſum Gymnaſii* GOTHANI, *ex ſacris Literis*, *& optimis*, *qui extant*, *autoribus*, *Libris duobus compoſitum*, *& ab orbe Condito ad noſtra usq; tempora deductum.* Francof. & Lipſ. Sumptibus Salomonis Reiheri, & Joh. Herefordi Kloſi Bibliop. 1689. 8. p. 430. partem I. ab Orbe Condito ad Chriſtum, ad partem II. p. 820. a Chriſto ad noſtra usque tempora abſolvens. Quæ poſterior Gothæ 1680. impreſſa, & abs Joh. Chriſtoph. ARTOPOEO P. P. Eloquentiæ Argentoratenſi congeſta eſt. Pars vero I. ſeu V. hiſtoria maxime debetur Illuſtri SECKENDORF-

DORFFIO, cujus ea de re videantur Commentarii de Lutheraniſmo pag. 4. editionis prioris in 4. poſterioris in folio (a) pag. 3. Utrique horum quomodo primum ſe auctorem & conſilio operaque adjutorem ubique inclytus *Johannes Henricus* BOECLERUS præſtiterit, venerandi Roſtochienſium Profeſſoris P. Joh. *Fechtii* præfatio Iſagogica (b) docet, præmiſſa hiſtoriæ univerſali quatuor a Chriſto nato ſeculorum *Boecleriana*, pag 8. Ubi vocatur etiam in teſtimonium Severini *Slüteri* Propylæum de Scriptoribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Extat idem *liber* etiam in 8. contractior Germanice; de quo cap. XI. Chriſtoph. *Cellarius*, diſſ. de Captiv. Babyl. Halæ Magdeb. 1694. 4. §. 9. *Seckendorffio* ſoli adſcribit. Refragante ex *Daumii* autoritate, Dno *Maſtrichto* in Symbola ſerius inſerta. (c)

(a) Seckendorff Præloquii ad Comment. de Lutheraniſmo, p. 3. *Cum vero affinitatem non exiguam cum hoc ſtudio habeat notitia* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *recordatus ſum operæ, quam olim, dum Gothæ in* Ducis (*quem debiti honoris cauſa nominavi*) Erneſti *aula viverem, impendere illi cœperam. Quid tunc præſtiterim, non ignotum eſt (quanquam pauci ſuperſtites ſint) amicis. Sed plura præſtare vel potuiſſem vel tentaſſem, ſi multitudo, quibus cumulabar, negotiorum bene cogitata non eliſiſſet.*

(b) D. Joh. Fechtius, p. 8. præfatione Iſagogica ad Bœcleri Hiſtoriam univerſal. quatuor prior. a Ch. N. ſeculorum: *Sed & univerſum illud opus, quod ſub nomine* Compendii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, decreto Sereniſſimi Principis, ERNESTI, Saxoniæ Ducis, ab orbe condito ad noſtra usque tempora deducti, *in publicum prodiit, plane terſum & accuratum, primum habet* Bœclerum *auctorem, qui & conſilio operaque ſua, immo ductu,* Vito Ludovico Seckendorffio, *immortali Equiti, qui veteris Teſtamenti*, Joanni *item* Chriſtophoro Artopœo, *Argentoratenſis hodieq; Academiæ illuſtri ornamento, qui Novi hiſtoriam condidit, ubiq; adſtitit, quod & relatum ſibi eſſe in propylæo teſtatur* Severinus Walterus Slüterus.

(c) *Symbola Maſtrichtiana ſero inſerta.*
HISTORIA GOTHANA.

Auctores Vitus Lud. SECKENDORF, *& Joh. Henr.* BOECLERUS. *Daumius in Epiſtolis ad Hekelium, p. 5. & 11. Act. Erud. Lipſ. an. 1698. p. 374.*

(1094) *Hiſtoria* ECCLESIASTICA, HAMBURGENSIS, & BREMENSIS, M. Adami, parum aliquibus accurate allegati, aut alias noti, primum *anonyma*, & a quibus reſtituta prodierit: ac alia multa recenſet laudatus aliquoties & ſæpius adhuc laudandus laude digniſſimus omnigena amicus meus Dn. Joh. *Mollerus* Flensburgenſis, in Iſagoge ſua ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam, part. I. p. 64. & ſeqq. Unde pauca notabilia ex multis huc pertinentia, præcipue ſola nunc (a) excerpta damus.

(a) Joh. Mollerus Flensburgenſis, in Iſagoge ſua ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, Eccleſiaſt. part. I. pag. 46. *Ab Epocha hac Gothico-Carolina* Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam, Geſta Religionis ex Hamburgenſi & Bremenſi Eccleſiis, per vicina Septentrionis Regna, propagatæ libris IV. repræſentantem; *& Hiſtoriæ ſimul Cherſoneſi noſtræ Civili lucem haud exiguam fœnerantem, auſpicatus eſt, & ad Henrici IV. Imp. tempora, Annumq; 1072. Adalberto, Archiepiſcopo Hamb. emortualem, eandem perduxit* Magiſter Adamus, *Scriptorum Domeſticorum omnium, qui res noſtras ſunt perſecuti, Antiquiſſimus. Canonicus is fuit Eccleſiæ, non Rhemenſis ſed Bremenſis, Scholæq; ejusdem Publicæ (uti Henr.* Meibomius *jun. ex titulo Magiſtri, & Diplomate quodam Adalbertino, docte oſtendit) Moderator. A* Baronio *plerumq;* Adam, Chronographus Antiquus; à *Joh. Chriſtoph.* Becmanno *autem* Adam Hamburgenſis, *minus certe accurate ſalutatur. Longe tamen ineptius à Thoma* Hyde, *Biblioth. Oxon. Præfecto, cum* Melch. Adamo, *Scholæ Heidelb. Rectore, Biographo hujus Seculi non ignobili, dum huic attribuit* Hiſtoriam *Noſtri* Eccleſiaſticam, *confunditur.*

Idem pag. 66. Hiſtoria *hæc ejus* Eccleſiaſtica *cui libellum* de Situ Regionum Borealium, *ſupra a nobis commendatum, attexuit, anonymæ olim fuit, &* Aimonio *a M. Barthol. Cypræo, Sleſvicenſi, falſo attributa. Vero eam Autori, Helmoldi, hunc allegantis, indicio, reſtituit, primusq; ex Cod. Biblioth. Sorenſis Membranaceo,* Haraldi Huitfeldi & Nicol. Kaaſii, *Regni Danici Cancellariorum, hortatu, a ſe emendatam, ac Notis ad loca obſcuriora illuſtratam, Hafniæ A. 1579. publicavit* Andr. Severin. Vellejus, *Friderici II. Regis Hiſtoriographus, & Canonicus atq; Eccleſiaſtes Ripenſis, quem Hiſtoriæ ipſius autorem eſſe Joh. Chr.* Becmannus *falſo arbitratur. Hunc ſecutus* Erpoldus Lindebrogius *Canonicus Hamburgenſis, locupletiorem illam, & variis Lectionibus auctam, ex Henr.* Ranzovii *MSto (quod* Alb. Krantzium *olim habuerat poſſeſſorem) cum Editione Hafnienſi collato, ſeorſim edidit, Lugduni Bat. A. 1595. &c.*

(1094. α CLIV.) ELOGIA *& Imagines ſanctorum Virorum, & fœminarum* EREMICOLARUM ſcripſiſſe *Joannem* RISERIUM *Jeſuitam Belgam* oppreſſo ſuo nomine, teſtantur *Valer. Andreæ.* Bibl. Belg. pag. m. 542. & *Alegambe* Bibl. Jeſ. pag. 270. *Sweertius* hunc plane omittit, quem anno 1572. natum adeoque ante conditum ejus librum non modo floruiſſe, ſed jam defloruiſſe, teſtantur reliqui. Repetit Alegamben, ut ſolet, *Sotvellus* p. 479. b.

(1094. β CLV.) EPHEMERIS EXPEDITIONIS Maximiliani *Ducis Bavariæ in Auſtriam & Moraviam, à Jacobo* KELLER *Jeſuita* conſcripta, memoratur inter anonymos Catalogo ab *Alegambe* adjectos Bibliothecæ Jeſuiticæ pag. 448. cujus in ipſo tamen opere mentio nulla fuerat facta, licet alia ſuppreſſo nomine ejusdem auctoris ſcripta pag. 204. recenſeantur.

Sotwellus eodem modo iterum hoc repetit, non in ipſo libro, ſed indice anonymorum pag. 881. a. ſub finem. Iter vero illud in utram-

que Auſtriam & Bohemiam exprimit titulus libri in 4. Monachii 1621. excuſi; quem olim memini vidiſſe in Bibliotheca amici mei, dum viveret amiciſſimi Dni Henrici *Brockes*, J.U.L. n. 68. *auctionis* deſuper impreſſo *Catalogo*.

(1095) *Ubbonis* EMMII *Elogium*, anno M. DC. XXXVIII. Groningæ, ſuppreſſo auctoris nomine publicatum, deinde pauciſſimis vel omiſſis vel mutatis, *Profeſſorum Groninganorum Vitis* ibidem M. DC. LIV. editis inſertum, deberi *Nicolao* MULERIO, Medicinæ Doctori, Mathematum in Academia Groningana Profeſſori, amicus & Fautor meus ſummus jam ante laudatus *Martinus Hanckius* me docet de Scriptoribus Romanis part. I. cap. 45. pag. 178. §. VIII. ubi de Ubbonis Emmii vita ſcriptisque pereruditè diſſerit; & de ipſo iterum *Sagittarius* in Introductione in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 162. not. (a) quam exhibemus.

(a) Sagittarius in Introductione in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 162. not. (a)

Debemus ſummam vitæ Emmianæ potiſſimum Martino Hanckio, *de Rom. rerum Scriptoribus lib. 2. part. I. cap. 45. qui ſua partim ex ipſius* Emmii *ſcriptis, partim ex* Nicolai Mulerii, *Med. D. & Math. Prof. elogio, quod poſtea maximam partem in Vitas Prof. Groningenſium anno 1654. editis, inſertum, accepit. In his etiam Vitis, quas ad manus habeo*, Scaligeri, Thuani, Douzæ *patris*, Gruteri, Scriverii, Heinſii, Chytræi, Bouricii, Winshemii, Vulteji & Kirchmanni *elogia Emmiana comparent. Confer Valerii* Andreæ *Bibliothecam Belgicam pag. 842.* Voſſium *de Philol. cap. 13. pag. 69. & de Scientiis Mathemat. cap. 41. pag. 237.*

(1096) EPITOME *Hiſtoriarum &* CHRONICORUM MUNDI; pro Antonio Conſtantino excudebat Sulpitius Sapidus, Lugduni, in 8. ſine impreſſionis tempore, paginis 243. conſtans. „Præfatio hæc præmiſſa habet: *Achilles P.* GAS„SARUS L. *Leonhardo Baiero Eſtingenſi, Domino* „*ſuo & Patrino amantiſſimo*, S. D. In fine carmina duo gratulatoria ſubjuncta ſunt; quorum prius, novem diſtichorum, hanc inſcriptionem habet „præfixam: in *Chronico Achillis* PIRMINII, *Nico*„*laus Gerbelius*, Pater. Poſterius, unius ſaltim diſtichi, ita inſcribitur: ad auctorem ipſum *Nicolaus Gerbelius*, filius. Unde *Lindenbrogiana* manu facta inſcriptio nomen libro alias anonymo fecit PIRMINII ut auctoris. Qualem ego cum inveniam oppido nullum in Bibliographis meis; at bene *Gaſſarum*, etiam in *Friſio*, *Simlero*, *Hyde*, quin adeo ut pſeudonymum, & *Flaccii* Illyrici perſonam ſive larvam detegendam ſuo loco; eo tantisper benevolos Lectores nunc remittens, hic abrumpo. Vid. etiam *Wolfgangi Theodori* nomen in *Pſeudonymis*.

(1097) Pa. P. *de* EPOCHA *annorum incarnationis Chriſti, de* INDICTIONIBUS, *& variis ab annis Chriſti ſupputandi modis*, Pariſ. 1604. 4. & iterum ſæpius in 8. & 4. cum rationario temporis Petaviano recuſa, detegitur *Paulus* PETAVIUS, Paulo *Colomeſio*, Bibliothecæ ſelectæ Gallicæ pag. 138. ubi de ipſo, & aliis ejus ſcriptis, atque re nummaria, plura, ſed minus huc pertinentia, ut & de *Bongarſio*, doctiſſimo ejusdem Cognato legere licet.

(1098) *Hiſtoria* EUTHYMIACA quænam ſit, & unde nomen id habeat, quodque CYRILLO, *Monacho*, debeatur, prolixe docet P. *Lambecius*, Commentar. de Bibliotheca Cæſarea (a) lib. VIII. pag. 171. 172. Idemque deinde pag. 303. & ſeqq. prolixe adeo, ut pauciſſima ejus pars nunc (b) excerpi ſola debeat, p. 305. & 306. Adde D. Danielis de *Neſſel*, ſucceſſoris Lambeciani in officio, Breviarium & Supplementum Commentar. Lambecianorum pag. 166. ibique notam marginalem (l) quam hic exhibemus eo magis (c) quo minus Diarium illud Cellenſe in eodem allegatum omnibus eſt ad manum, nec ob prolixitatem excerpi ille locus poteſt, ex quo tamen etiam aliqua (d) pauca damus.

(a) Lamb. Bibl. *Cæſ. lib. VIII. p. 171. & 172. Notandum quarto eſt, ſupra citatam narrationem de Imp. Marciano ejusq; Conjuge Pulcheria & Hieroſolymitano Archiepiſcopo Juvenale, quam* Nicephorus Calliſti *capiti XV. libri XIV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſeruit, deſumptam eſſe ex alia multo antiquiori Hiſtoria, quam* S. Johannes Damaſcenus *vocat* Euthymiacam, *non quidem, ut quis falſo crederet quod ab* Euthymio *quodam compoſita fuerit, ſed quia* S. Euthymii *Archimandritæ ſive Abbatis in Palæſtina, qui anno Chriſti 472. mortuus eſt*, vitam & res geſtas *continuit. Perſuaſiſſimum autem habeo autorem Euthymiacæ iſtius Hiſtoriæ fuiſſe* Cyrillum Monachum, *S. Sabæ Abbatis, qui A. C. 531. obiit, diſcipulum, cujus etiam nunc apud* Laurentium Surium *Tomo I. de probatis Sanctorum Hiſtoriis ad diem XX. Januarii extat Narratio quædam de vita & rebus geſtis S. Euthymii. Titulus hujus Narrationis apud Surium hic eſt:* Vita & res geſtæ S. Patris noſtri, Magni illius Euthymii Abbatis, autore Cyrillo Monacho. Fortaſſis autem tota Hiſtoria a Metaphraſte paraphraſtice reddita eſt. *Hæc* Surius. *Ego vero contra pro certo habeo, Hiſtoriam illam Euthymiacam Cyrilli non tantum a Symeone Metaphraſte non paraphraſtice redditam, h. e. latiori quadam & copioſiore expoſitione auctam eſſe, ſed vice verſa eam vel ab ipſo jam memorato Metaphraſte, vel ab aliquo alio abbreviatam & in Epitomen redactam eſſe. Hoc enim vel ex ipſo Narrationis iſtius, quæ nunc extat, exordio, patet.*

(b) *Idem p. 305. Ubi primo notandum eſt, quod autor ejus* Cyrillus Monachus *expreſſe memorat, ad conſcribendas Sanctorum* Euthymii & Sabæ *Vitas miraculoſo quodam divino auxilio per illos ipſos jam memoratos ſanctos guttam ſermonis aperto ori ſuo fuiſſe inſtillatam. Hoc enim miraculum ipſe in fine Vitæ S. Euthymii ſuſius narrat.*

Pag. 306. Secundo notandum eſt, Vitam illam S. Sabæ eſſe librum ſecundum magnæ iſtius Hiſtoriæ Euthymiacæ *Cyrilli Monachi, cujus jam ſupra in eodem hoc libro Commentariorum p. 172. & 173. eſt facta mentio. Quod enim tunc temporis mihi nondum certo & plene erat cognitum, id nunc demum animadverti; nempe jam memoratam Hiſtoriam tribus conſtitiſſe libris, quorum primus fuit de Vita ipſius S. Euthymii, ſecundus vero*

ero de *Vita S. Sabæ, tertius deniq; de Vita* S. Johannis ilentiarii; Euthymiacam *autem fuiſſe appellatam, on ſolum quia præcipue in ea actum eſt de* S. Euthymio, *erum etiam quia ipſe* Cyrillus *fuit Monachus Monaſte- ii S.* Euthymii, *atq; ibi imprimis hauſit maximæ par- s rerum a ſe conſcriptarum notitiam.*

(c) Daniel de Neſſel Supplementi Commentarior. Lambecianor. pag. 166. nota margin. *De hac Euthymiaca Hiſtoria ejusq; Autore* Cyrillo *Monacho vide ſingularem quandam & lectu ne- ceſſariam Obſervationem* Lambecianam, *quam* Dia- io Sacri Itineris Cellenſis *inſeruit a p. 147. usq; ad p. 54. ubi teſtimonio* S. Johannis Damaſceni *aliisq; ar- umentis ſolide & luculenter demonſtratur, eam apud* Laurentium Surium, *Tomo primo de probatis Sancto- um Hiſtoriis d. 20. Januarii non exſtare* integram *ſed ntum* abbreviatam, *nec audiendos eſſe* Card.Baro- ium *Annal. Eccleſiaſt. To. I. an. 48. & R. P.* Marti- um Delrium *in vindiciis Areopagiticis, ubi perperam xiſtimant, Hiſtoriam hanc appellari* Euthymiacam, *uod ab* Euthymio *quodam Hiſtorico compoſita uerit.*

(d) Petri Lambecii Diar. itiner. Cel- enſ. p. 147. *& ſeq. Hiſtoria, quam* S. Joannes Da- maſcenus *vocat* Euthymiacam, *non quidem ut quis alſo crederet, quod ab Euthymio quodam compo- ta fuerit, ſed quia S. Euthymii Archimandritæ ſive Ab- atis in Palæſtina, qui* A.C. *472. mortuus eſt, vitam & es geſtas continuit. Perſuaſiſſimum autem habeo, au- orem Euthymiacæ iſtius Hiſtoriæ fuiſſe* Cyrillum Mo- nachum, *S. Sabæ Abbatis, qui Anno Chriſti 531. obiit, iſcipulum, cujus etiam nunc apud* Laurentium Suri- um, *Tomo primo de probatis Sanctorum vitis ad diem XX. Januarii extat Narratio quædam de Vita & rebus geſtis S. Euthymii. Titulus hujus Narrationis apud Surium hic eſt:* Vita & res geſtæ S. Patris noſtri, Magni illius Euthymii Abbatis, autore Cyrillo monacho. Fortaſſis autem tota Hiſtoria a Metaphraſte paraphraſtice reddita eſt. *Hæc* Surius. *Ego ve- ro contra pro certo habeo, Hiſtoriam illam Euthymiacam Cyrilli non tantum à* Symeone *ſive* Simone Meta- phraſte, *vel ab aliquo alio abbreviatam & in Epitomen redactam eſſe.*

Idem pag. 149. *Huc præter alia multa ejusdam Generis argumenta accedit, quod ex S.* Johan- nis Damaſceni *ſupra citata Oratione certo conſtat Euthy- miacam illam Cyrilli monachi Hiſtoriam, cum integra adhuc eſſet, tantæ fuiſſe magnitudinis, ut non ſolum in* Capita *ſed & in* libros *diviſa fuerit.*

(1099) EUTROPII *verſio Græca*, ſeu po- tius *Metaphraſis Poeanii*, nota eſt, & a Chriſtopho- ro *Cellario* recuſa Cizæ in 8. 1678. At non æque altera, cujus meminit Henricus *Valeſius*, in præ- fixis eidem editioni teſtimoniis ultimo, cujus illi CAPITO LYCIUS auctor videtur. Sed illius *Valeſii* verba (a) exhibemus.

(a) Henricus Valeſius de Breviarii Eu- tropiani Metaphraſibus, ad excerpta Peireſc. ex Jo. Antiocheno. *Cæterum hæc* Eutropii verſio, *qua utitur* Joannes Antiochenus, *& antiquior eſt, & longe elegantior ea, cujus autor fuit* Pœanius, *ſcriptor vetuſtus, qui paulo ante tempora Juſtiniani vixit. Lau- datur enim a* Stephano Byzantio *in* ψιμάδα. *Vixit autem Stephanus temporibus Juſtiniani Aug. quod mul- tis argumentis compertum habeo. Ab hoc Capitone Eutropii Breviarium Græce converſum, teſtis eſt* Suidas *his verbis:* Καπίτων Λύκιος, ἱστορικὸς, οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία η *(lege* ιη. *nam apud Stephanum loco citato laudatur Capitonis Iſauricorum liber XV.)* μετά- φρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίε. *Proinde non poſſum aſſentiri Cujacio, qui Pœanium auctorem ejus Verſionis Eutropii, quæ extat, unum & eundem facit cum Capitone.*

(1099. *a* Olim additor. ad cap. V. num. DLXXXVI.) FASCICULUS TEMPORUM, ſine nomine auctoris olim in Germania impreſ- ſus, ex diverſis aliorum Chronicis collectus, & veluti in Tabulas digeſtus, ſermone parum Lati- no, libris *Werneri* ROLEVINCK, Weſtphali Car- thuſiani annumeratur a *Gesnero*, Bibl. p. 783. edit. Simler. Adde *Schoock* Fabul. Hamelenſis part. 3 c. 1. p. 181. imprimis autem *Voſſ.* de Hiſt. Lat. l. 3. c. 6. p. 569. 570.

Quamvis neuter hujus Faſciculi tempo- rum meminerit. *Jameſius* etiam citatur pag. 191 & 429. in Codice mihi commodato *Normanniano* adſcriptus margini. Germanicum etiam titu- lum exhibet *Deckherrus* de Adeſpotis, & parvum libri pretium facit, ut videbimus ad c. XIV. infra.

Wagenſeilius tamen in peræ juventutis locu- lamento 3. part. 2. pag. 310. circa fin. *Pontiano* CALPHURNII filio, Romano, & faſciculum temporum adſcribit, & duas *Epiſtolas Decretales* affingi ſcribit. PONTIANUM CALPURNI- UM habet *Ziegler* Schau-Platzes/ pag. 1335. in *Symbola Schröteringiana.*

(1100) FASTI LUDOVICI MAGNI, *accurate digeſti*, in folio, Pariſiis. 1649. quomodo Latine primo, dein Gallice, ab eodem auctore anonymo P. LONDEL verſæ ſint, docet *Journal de Hambourg*, Tom. I. Octobr. p. 86. & Tom. III. pag. 96. cujus v. *infra* cap. XIV. *num.* 2356. excer- ptum (a) & *Journal des Sçavans.* 1695. p. m. 379. XXI. 30. Maji.

(1100. *a*) FASTI SENENSES, *ab Aca- demia Intronatorum dedicati Alexandrino* VII. *Ponti- fici* in *folio* editi ſuppreſſo ſuo nomine ſunt a *Seba- ſtiano* de COMITIBUS vel CONTI, Piſtorienſi Italo, ut docet *Sotvel*, Biblioth. Jeſuit. pag. 735. a. Nam *Alegambe*, an. 1643. editus hunc nondum habet A. 1640. demum in Societatem adſcitum, nec quando Faſtos hoſce publicaverit memo- ratum.

(1101) S. FELICIS *Acta*, de quibus, ut & aliorum Martyrum *Voſſius* de Hiſtoricis Lat. pag. 739. & ſeqq. auctorem coævum probabilem fa- cit, nominat vero probabiliter FLORENTIUM *Sandius* ad Voſſium pag. 704. quem v. p. 250. an- notationum.

(1102) *Contra* FERDINANDI III. *Impera- toris Romani Electionem* liber, non Hannoviæ, ut ti- tulus præfert, ſed Pariſiis impreſſus 1637. & *Tile- manni* STELLÆ nobilis Galli, teſte *Grotio* in Epi- ſtola

ſtola ad *Camerarium* 1637. Maji XIX. & XX. *Manuſcripta*, ex qua teſtis oculatus celeberrimus Dn. *Laurentius Normannus* hoc communicavit.

(1103) FLOSCULI HISTORIARUM *delibati* ab ao. 1651. ſæpius editi ſunt *Joannis de* „BUSSIERES Jeſuitæ, qui ni fallor poſterioribus „editionibus nomen appoſuit, & Hiſtoriam „Francicam 4. partibus eleganti ſtylo edidit *Symbola* eſt *Caveana*, Islingthonio, prope Londinum ſito oppido, transmiſſa. Utrumque librum memorat *Sotwellus* Bibl. Jeſuit. pag. 429. b. ſed neutrum ut anonymum. Poſteriorem inſpexi, ac omnino elegantem ſtylum in eo depræhendi.

(1103. *a*) CLYPEUS ORDINIS FONTEBRALDENSIS NASCENTIS: *contra priſcos & novos ejus calumniatores, notis hiſtoricis, moralibus, atq; Theologicis illuſtratus.* Nova editio ea auctior atque emendatior, quæ anno 1682. prodiit, ſub titulo *Diſſertationes*, &c. Tomus ſecundus. In 8. Salmurii. 1688. Liber eſt recenſitus & auctori ſuo Pere de MAIN-FERME reſtitutus *Journ. Scav.* 1689. XXI. p. 372. 373. Quod ad ipſius auctoris etiam primi *Godofredi Abbatis de Vendome* ſuppoſitionem v. in *Pſeudonymis* n. 1216.

(1104) FORTIS GUBERNATOR, *ſeu res geſta & Mors perilluſtris Viri Joannis* DALLAMONT, *Gubernatoris Montis Medii*, tacito auctoris nomine publicatus à *Guilielmo* de WAHA, Luxenburgenſi Belga, Soc. Jeſu, memoratur à *Sotvello* pag. 321. b. cum *Alegambe* nondum eum memoraſſet.

(1105) FOSSÆ NOVÆ Chronicon, memoratum *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis, pag. 781. Ad eundem in notis ſuis pag. 316. 317. Chriſtophorus *Sandius* (a) quam male & qua occaſione *Joanni Comiti de* CECCANO adſcribatur, & quomodo rectius *Monacho ejus Monaſterii* ſit imputandum, ſic ſcribit.

(a) Chriſtoph. Sandius in Notis ſuis ad Voſſ. Hiſt. Latin. p. 316. & 317. *Edidit illud Ferdinandus* Vghellus *tom. I. Italiæ Sacræ, ſub hoc titulo:* Chronicon Foſſæ novæ, Joanne de Ceccano autore, ab anno primo noſtræ ſalutis usque ad anno 1217. ex pervetuſto MSpto exemplari cœnobiii Foſſæ novæ hactenus ineditum. *Et ſub. 48. archiep. Piſano nuncupavit illud* Chronicon Ceccani.

Joannes ille Comes Ceccani in uxorem duxit a. 1189. Rogaſiatam, & adhuc a 1217. ſuperſtes fuit; ſed minime eſt autor hujus Chronici, quia in ipſo eo memoratur ſub perſona tertia, addito titulo Domini. *Neſcio vero annon id errandi anſam præbuerit, quod ſæpe in eo legitur:* Ego Joannes de Ceccano: Ego Joannes Comes Ceccano: Ego Joannes Dei Gratia Comes Ceccani, *quæ tamen verba leguntur tantum in diplomatibus Joannis de Ceccano ibi integre exaratis. Autor itaq; manet Anonymus, eſtq; incertæ ætatis ſcriptor.*

De eodem ſcribit Vghellus Abbas: Illud Chronicon, cui, & Foſſæ novæ, & Ceccani nomen inſcriptum eſt, ob laudatos in eo ſæpius Ceccani comites, præfixum nomen inſcriptum fuit. Hoc ingentibus làudibus extollunt nonnulli autores. Autor tamen Comitum Ceccani familiarem fuiſſe videtur, extenditque res ſuas ad annum usque 1217. *Firmiter credo, autorem fuiſſe Monachum Foſſæ novæ, dummodo liceat aſſeverare, unum, non plures ejus eſſe autores, contra* Carolum de Viſch, *qui audacter tradit conſcriptum illud ab anonymis religioſis monaſterii Foſſæ Novæ: ego vero, id unde habeat, ignoro.*

(1106) FRANCOFURTENSIUM RELATIONUM HISTORICARUM *ſemeſtrium* latine a. 1684. edi cœptarum, auctor aſſeritur *Joh. Burchardus* MAJUS, P.P. Durlacenus, a Daniele *Hartnaccio* im Bedencken / von Einrichtung der Teutſchen Hiſtorien. p. 104.

(1107) FRANCORUM ANNALES, ſ. *hiſtoria rerum geſtarum Pipini, Caroli* M. ac *Ludovici Pii*: ut EGINHARDO tribuantur, vel MONACHO cuidam BENEDICTINO, vel ætatis ejus ASTRONOMO, Ludovici Regis domeſtico, tandem EGINHARDI eſſe certo habeantur a Petro *Lambecio*, vide apud Sandium ad *Voſſii* de Hiſtoricis Latinis (a) p. 43. & ſeq.

(a) Chriſtoph. Sandius in Notis ad Voſſium de Hiſt. Latin. p. 43. & ſeq. *De geſtis Germanorum hiſtoriam puto vocari*, de Bellis Saxonicis: *at hiſtoriam Francorum, Annales rerum geſtarum Pipini, Caroli M. & Ludovici Pii, ab A. 741. usq; ad a. 829. incl. Petrus de* Marca, *illuſtriſſimus & reverendiſſimus archiepiſcopus Pariſienſis, vir non ſolum eruditiſſimus, ſed & de eruditis optime meritus, egregiis candidisq; ſuis ſcriptis, Hiſtor. Bearnii to. I. L. 2. c. 6. & 7. Lib. 3. c. 2. ſect. 6. & Lib. 8. c. 1. ſect. 6. paſſim allegat annales ſub nomine* Eginardi, *ex a. 777. 778. 789. 806. 808. 810. 820. 821. 824. 826. quos à* Pithœo *editos* Andreas Du Cheſne *Eginhardo vindicavit: ut dicam ad p 730. Dictos annales primo omnium edidit* Hermannus a Nuenare, *Colon. Agripp. 4. 1521. una cum Eginardi vita Caroli M. quibus, inquam, annalibus præfixit editor ſequentem inſcriptionem:* Annales Regum Francorum, Pipini, Karoli, Ludovici, ab anno poſt Chriſtum natum IϽ CC XLI. usque ad IϽ CCC XXVIII. *(pro quo numero ibidem mendoſe impreſſum legitur LXXXVIII.)* collecti per quendam Benedictinæ religionis monachum, qui ipſas res geſtas diligenter accurateque ſcriptis commendavit. At illius nomen quia hactenus nobis exploratum non fuit, Lectorem ad hiſtoriæ veritatem remittendum duximus, quæ autori vel incognito fidem facile impetrabit. *Secundo eos edidit* Juſtus Reuberus, *in ſyntagmate veterum ſcriptorum rerum Germanicarum, Francof. a 1584. fol. cum hoc titulo:* Annales regum Francorum, Pipini, Caroli Magni & Ludovici a quodam ejus ætatis aſtronomo, Ludovici Regis domeſtico conſcripti. *Tertio* Petrus Pithœus. *Quarto noſtro ſeculo* Andreas Quercetanus *to. 2. Corp. Hiſt. Franc. Script. ubi eos* Eginhardo *vindicavit, quos &* Petrus de Marca, *ut dixi, ſub nomine Eginhardi allegat. &* Petrus Lambecius *pro certo habet, Eginhardi opus eſſe, quia vitæ Caroli autoris Eginhardi adjunctos in Codice Viennenſi invenit. (vid. p. 305.)*

(1108)

(1108) *Præclara* FRANCORUM FACI-
ORA &c. *non impigre geſta ab illuſtriſſimo Principe*
MONTISQUE FORTIS *Comite*, *ſive* CHRONI-
CON SIMONIS *Comitis*, ut in lucem prodierit
ypis antiquis, nec expreſſo Typographi nomi-
e, refert *Voſſius* ſub finem lib.3. de Hiſtoricis
at. pag. 733. Ad quem *Sandius* annotat. pag.
69. detegit (a) auctorem PETRUM V. Epi-
opum LODOVENSEM, contra *Fornerium*, qui
uilielmum de PODIO LAURENTII nominave-
it, adeoque & contra *Simlerum*, qui *Raymundum*
e PODIO in Gesneriana Bibliotheca vocave-
it.

(a) Sandius *in* Not. animadverſ. in
oſſii Hiſt. Latinos, *pag. 269. Chronicon illud ab a.*
202. pertingit usque ad a 1311. ut in titulo, at in ope-
e ipſo usque ad a 1312. quo anno, vel ſequente, obiit
etrus V. Epiſcopus Lodovenſis, *cui opus illud tribui-*
ur à Catello Hiſt. Comitum Toloſæ, lib. 2. cap. 3. Quod ſi
uerit, utique autor nec Anonymus, nec ignotæ ætatis eſt.
llo ſanè tempore vixiſſe, hæc produnt ejus verba ad a
307. Res mira, res magna noſtris temporibus ac-
idit. Joannes Fornerius *perperam putabat olim*
us auctorem operis eſſe Guilielmum de Podio-Lau-
entii, *qui certè non paulo antiquior; ut dicam in parte*
ecunda ſeu ſupplemento ad Voſſii Hiſtoricos Latinos.

(1109) FRANCO-GALLIA, celebris illa
Hiſtoria *Franciſci* HOTOMANNI celebris aucto-
is ut *anonyma* primo, nunc omnibus notiſſimi
it auctoris, ediſſerit fuſe *Deckherrus* de Adeſpotis
a) pag. 88. & *ſeqq.* verbis excerptis. Adde *Teiſ-*
erium Elogior. Thuaneor. part.2. pag. 139. quem
n *Pſeudonymis Matagonis de Matagonibus* excerpe-
nus: Et Bayle Dictionaire pag. 137. Tom.II.
omnino conſulendum.

(a) Joh. Deckherrus *de* Adeſpotis *p.*
8. 89. Hottomannus, *Anno MDLXXIV. ſuppreſſo*
uo nomine (ut allegat Thuan. Tom. II. Hiſt. lib. 51 pag.
69.) Franco-Galliam, *celebre opus, publicavit; quod*
elum hodie remotum eſt, in id quod ita Boecler. ad Grot.
1) cap. 4. § 6. p. 275. ſcribit: Utinam in his (*ſcil.*
uæſtionibus & hiſtoriis tricarum Langueti, *vel* junii
ruti *vindiciis contra Tyrannos, aliorumque,*) non tam
ertinaciter nominari voluiſſet Hottomannus,
nali utique exempli author in Franco-Gallia ſua:
bi is Εἰς τὸ δὲ λευκὸν τῇ ὑποθέσει, etiam hiſtoriam
on ſemel corrumpit, &c. *Quorū virorum authori-*
s, etiam viris cætera innoxiis & moderatis, illicio amici-
a primo impoſuit, ac horum opera deinceps aliis &c. Qui-
us jungatur idem ad lib. II. c. 6. § 8. p. 215. 216.

(1109 *a* CLVI.) GESTA FRANCORUM
& aliorum HIEROSOLYMITANORUM *ab* anno
MXCV. ad MXCIX. ſcriptore *anonymo.* Mon-
ieur *Bely* Conſeiller & Advocat du Roy au Siege
Royal de Fontenay, le Comte en Porton a un
exemplaire de cette Hiſtoire *eſcrit* a la main, ſous le
om de *Petrus* STUDEBOIUS *Ciuriacenſis*, le quel
ſt meſme beaucoup plus ample que l' imprimé:
erba ſunt *Andreæ du Cheſne* Bibliothecæ Gallicè
criptæ Hiſtoricorum & Topographorum Galliæ
art. 1. c. 7. pag. 49. & 50. Verba hæc vide alle-
gata Monatliche Unterredungen A. 1690. pag.
345. 347.

Quibus adde, quæ habet *Sandius* ad *Voſſi-*
um pag 346. 308. 313. Unde patet, quomodo
etiam GESTA DEI PER FRANCOS; item
HISTORIA ORIENTALIS, & ITER HIERO-
SOLYMITANUM inſcribatur hic liber, pagi-
nis poſterioribus loci modo allegati. Quod ve-
ro etiam a Jacobo *Bongarſio* edita ſint hæc *Geſta*
DEI per Francos, vide *ſupra num.* 731. *β* excerpto (a)
Adde *Cave* Hiſtor. litterar. Scriptor. Eccleſiaſticor.
p. 444. a.

(1110) *Prolegomenωv vero illius operis* auctor
doctiſſimus *Voſſio* pag. 774. de Hiſtoricis Lat. ap-
pellatus, Scriptor, detectus *Sandio* pag. 308. &
313. *Jacobus* BONGARSIUS: de quo *ſupra* n. 1097.
Colomeſii locum citavimus: priore vero loco (a)
etiam hic TUDEBODUS confirmatur, ac per-
peram Italus creditus docetur. Et tamen illi et-
iam Gallo plane alium ſubſtituit Belgam ALBER-
TUM, *Aquisgranenſis Eccleſiæ Concionatorem* Valeri-
us *Andreæ*, (b) Biblioth. Belgicæ p. 36.

(a) Sandii Notæ & Animadverſiones
in Voſſii Hiſt. Latinos p. 309. ſeqq. *Auctorem hunc*
primo loco edidit Jacobus Bongarſius, *in Opere Hiſto-*
riæ Orientalis, cui titulum dedit, Geſta Dei per Fran-
cos: *Et is quidem ſuſpicatur autorem fuiſſe Italum,*
quem utique in eo Voſſius *ſequitur. Cæterum autor*
nec anonymus, nec Italus eſt. Dictus enim eſt Petrus Tu-
debodus *Gallus, Siuriacenſis nobilis ex diœceſi Picta-*
vienſi, qui ipſe expeditionem Hieroſolymitanam oculis
ſuis uſurpavit. Porro mutilam eſſe Bongarſianam edi-
tionem patet ex MSo Beslienſi, allegato à Petro de
Marca, *hiſt. Bearnii lib. 5. § 6. ſect. 1. & 2 c. 7. ſect. 6. &*
7. c. 8. ſect. 9. cap. 9. ſect 1. 2. 3. 4. Alius titulus operis
eſt de itinere Hieroſolymitano, *quatuor libris com-*
prehenſo.

(b) Valerii Andreæ Bibliotheca Bel-
gica, *p 36.* Albertus, *Canonicus & Cuſtos ſive Ædi-*
tuus Eccleſiæ Aquisgranenſis, literis conſignavit Hiſto-
riam Expeditionis Hieroſolymitanæ ſuper itinere
ſive paſſagio (*ut ipſe loquitur*) Godefridi Bullio-
nii, *& aliorum Principum Chriſtianorum, usque ad*
an. CIƆ. CXC. *aut circiter, libris XII. editaque eſt à*
Reinero Reineccio *Helmſtadii 1602. absque auctoris*
nomine, & Tom. I. Hiſtoriæ Orientalis, cui titulus Ge-
ſta Dei per Francos; *Hanoviæ typis Wechelianis,*
an. 1611.

(1110. *a* CLVII.) Sub *Anonymi Monachi*
Benedictini nomine Col. 1562. excuſam eſſe AI-
MONII Monachi Floriacenſis, quem alii male
AMMONIUM aut ANNONIUM, AMONIUM
vel HAIMONIUM vocant, Hiſtoriam de re-
bus, Origine & geſtis FRANCORUM, tempo-
re Caroli M. ſcriptam à cap. 54. libri 4. ad finem
usque libri ultimi quinti: ſeu ab anno 741. ad
829. cum tamen antea Pariſiis 1517. & Lugdu-
ni, imo & Pariſiis 1567. extarent ſub vero aucto-
ris nomine iſti libri integri excuſi, ſcriptum reli-
quit in Apparatu ſuo ſacro *Poſſevinus* pag. 28. De
illo *Aimonio* vide prolixè differentem *Voſſium* de
Hiſtor. Lat. lib. 2. cap. 34. p. 308. & ſeqq. quibus

adde *Bellarminum* de ſcript. Eccleſ. ad A. C. 873. *Zeiler* de Hiſtor. p. 6. part. 1. *Olearium* Abaci Patrologici pag. 11. & quæ in *Pſeudonymis* ad hoc *Ammonii* nomen monebimus; additis novis n. 152. quibus ſuppeditatis corrigit iſta Excellmus *Syndicus à Maſtricht* hoc modo: Non Aimonius Floriacenſis eſt auctor quatuor librorum *de rebus, origine & geſtis Francorum, usq; ad annum 650* ſequentia in lib. quarto, & totus liber quintus, ſunt a manu recentiore. Rem integram vide in *Oudini* ſupplementis. Corrigendus ex *Oudino Cave* Hiſt. litter. qui ad annum 752. *Aimonium* perduxiſſe hiſtoriam ſcribit. Quæ ab ipſo ſunt exarata, vult *Oudinus* anno 1004.

(1110. β) HISTORIÆ ORIENTALIS 1583. in folio edito, *Auctarium* etiam *inſertum* à folio 273. usque ad 293. à quo ſit, etſi taceat *Feyerabendius*, in præfatione; cum tamen à ſe rogatum hanc Provinciam obiiſſe dicat ejus auctorem, pagina vero præliminari *F. Mod* i. e. ut interpretor *Franciſcus* MODIUS ſubindicatur. Verba ſunt *Symbolæ Normannianæ*. At vero *Lipenio*, Biblioth. Philoſoph. pag. 1070. b. Hiſtoria Rerum in Oriente geſtarum, ab exordio mundi ex recenſione *Franciſci Modii*, Francof. 1587. in folio diſerte nominatur.

(1111) *Syntagma impreſſorum de* GADDIORUM *familia, Patavii, ſine nomine auctoris,* quod ſit ipſius *Jacobi* GADDII, tot aliis laudati, tot alios laudantis in utroque ſuo Tomo Scriptorum Non-Eccleſiaſticorum in folio, memorat cum laudibus laudantium, Gregorius *Leti*, in Italia ſua regnante part. 3. p. 350.

(1112) VINDICIÆ *ſecundum* LIBERTATEM ECCLESIÆ GALLICANÆ, *& Regii ſtatus* GALLOFRANCORUM, *ſub Henrico IV. Rege Francorum & Navarræ* L. S. A. R. Auguſtæ Turonum, ex officina Jametii Metateri, Typographi Regii M. D. XC. in 8. ſine præfatione præter Indicem rerum, paginis 336. conſtans, *Ludovici* SEVERINI, Advocati Regii quod ſit, literis initialibus adſcripſit ſua manu Fridericus *Lindenbrogius*, exemplaris donati Johanneæ noſtræ Bibliothecæ publicæ per teſtamentum ſolenne inter alios libros ſuæ Bibliothecæ rariſſimos multos

(1113) *Ornatiſſimi cujusdam Viri de Rebus* GALLICIS (LANIENA PARIENSI) ad Staniſlaum Elvidium *Epiſtola*, & ad hanc *de* iisdem *Rebus* GALLICIS

(1114) *Reſponſio* 1573. 4. extat anonyma: Ex his *Epiſtola Vito* FABRO PRUBACCHIO, Tholoſano, *Reſponſio Joach.* CAMERARIO adſcribitur, in Exemplo Biblioth. Oxenſterniæ, manu, ut videtur, *Georgii Scherhachii*. Symbola irerum eſt clariſſimi *Normanni* αὐτόπτου & illius Bibliothecæ atque illuſtris Familiæ cultoris ſummi. vid n. 2373.

(1114. α CLVIII.) *Rerum* in GALLIA OB RELIGIONEM GESTARUM *libri tres*, *Regibus* Henrico II. Franciſco II. & Carolo IX. 1570. in 8. editi & ab a 1557. ad 1561. hiſtoriam illam pertexentes, quibus deinde ſequenti anno ſucceſſerunt II. *Partis Commentariorum de ſtatu Religionis & reip. in Regno Galliæ lib. 3.* Carolo IX. Rege, quibus continuatur præcedens hiſtoria libro quarto, quinto & ſexto, nec non *III. Partis Commentariorum* &c. libri VII. VIII. & IX. ad tertii usque Belli Civilis Gallici finem, poſtremo Pacis edicto concluſum Carolo IX. Rege usque ad illius obitum: anno noviſſimi temporis 1575. Ejusdem libri *editio alia* itidem in 8. & absque Loci, Typographique nomine facta anno, ut habet titulus, ultimæ Dei patientiæ 1577. quæ *priorum trium partium quarta, poſterioris ſive quartæ* vero *ſecunda* dicitur, addita de novo *V. Parte*, quæ libris tribus, annorum 1574 1575. & 1576. Hiſtoriam ſub Henrico III. Rege complectitur, & impreſſa ſcribitur Lugd. Batav. 1580. per Johannem Jucundum. Hosce libros *Franciſco* HOTOMANNO JCto Celeberrimo ex ignoti cujusdam, in ſui exemplaris frontiſpicio reperta ſcriptura dubia tribuere velle videtur Conſultiſſimus Dn. Fridericus *Geisler*. dec. 3. n. 3. exemplorum diſſertationi ſuæ de mutatione nominum adjectorum. Sed hac in re non tam facile illi ſubſcripſerim, quandoquidem hujus hiſtoriæ ſtylus haud videtur eſſe Hotomannianus; quin potius credo hac in parte *Andreæ Quercetano* vel à *Quercu* (ſive *Andre du Cheſne*) in Bibliotheca ſua Gallica ſcriptorum ad Hiſtoriam & Topographiam Galliæ pertinentium part. I. cap. 10. pag. 92. auctori JOHANNI SERRANO eos libros tribuenti. De Gallicis aliis ejusdem Argumenti anonymis libris, qui a Puteano conſcripti creduntur, vide ſuo loco in Gallicis Anonymis cap. 14. num. CDLXXI.

De hoc Serrano *interim me informat* Symbola *Venerabilis Dn.* Diecmanni, *Generalis Superintendentis Suecici Stadenſis*, *Mſtâ ſic habens: Quod de Jo. Serrano, auctore,* Comm. de ſtatu Religionis & Reip. in Gallia *ex* Quercetano *adducitur*, *omnino ita ſe habet*. *Vidi iſtius operis* exemplar, *cujus* fronti *hæc* inſcripta *leguntur*: D. Michaeli Hortino, Amico ſingulari Jo. SERR. *Quod ab ipſius* Serrani manu *profectum fuiſſe, vix ambigo. Alia & ipſius quidem* Hortini, *niſi fallor*, manus, *ſubjecerat*. Hortinus *autem* D. Petro Nynando, *Patri in Chriſto colendiſſimo amantiſſimoq; D. D.* 1576.

Et tamen Vir doctiſſimus & integerrimu[s] Dn. Guilielmus *Cave* (utinam adhuc vivat! ſeni[o] jam affectus, & valetudine oculorum & alia pe[ne] confectus,) Idibus Julii 1681. ita ſuper hocce libro ad me ſcribebat: Penes me eſt editio A. 1577. & cujusvis Voluminis paginæ veſtibulari, inſcripta eſt manu ſat eleganti, & ni fallor, Galli cujusdam hæc nota. *Auctore Petro* PLACÆO, *in ſubſidiorum curia Pariſienſi Protopræſide.* *Spondanus* Annal. Eccleſ. ad a. 1553. n. 8. ita citat: Opu[s] de ſtatu rerum & religionis in Gallia ſive BEZA ſit, ſive, ut quidam volunt *Johannis Serrani*, Quod adeo

adeo poſterius nobiſcum conſentit. Idemque confirmatur *Maſtrichtianis* ſequentibus: Quod „forte verum etiam ideo quia aliis vituperatur, „nempe Pontificiis, quod nimirum fuerit Refor- „matus; vide *Zeilerum* de Hiſtor. part. 2. pag. 137. Subjungetur huic immediate merito alia *continuatio eidem libro* ſcripta hoc titulo:

(1115) *Libri Quatuor* HISTORIARUM, *de poſtremis bellis Civilibus* (GALLICIS puto) *inde ab initio, usque ad Ordinum Regni Comitiorum Blæſenſium finem* 1588. *anonymως* editi, dein agniti, *rejecto quinto*, neſcio unde adjecto, in admonitione ad Lectorem pag. 9. præfixæ ab ipſo ſuæ *Hiſtorio-Politographiæ*, ſive operi Hiſtorico Politico (a) duorum præclarisſimorum hujus ætatis Hiſtoricorum Rodolphi *Botorei*, J. C. in magno Franciæ Conſilio Advocati, nec non Petri *Matthæi* JCti, Conſiliarii & Hiſtoriographi Regii in 4. Francofurti 1610. publicatæ, cum *Tomo II.* & ejusdem *parte altera* 1611. nec non *continuato* Tomo *tertio*, ex Gallico per Joh. Fridericum *Salveldt*, Darmſtadinum, ib. 1613.

(a) Hiſtorio-Politographia Rodolphi Botorei & Petri Matthæi *JC. JC.* Præfat. ad Lectorem pag. 9. *Quæ cauſa fuit, quamobrem olim ſine nomine meo* Libros IV. Hiſtoriarum de poſtremis bellis civilibus inde ab initio usque ad Ordinum regni Comitiorum Blæſenſium finem, *publicare voluerim, ut nimirum fatum eorum periclitarer. Multotiens repetiti fuerunt & nulla fermè typographia eſt in Francia, per cujus prœla non tranſierint; ſed peſſimis exemplis tractati ab illis, qui, ut libros farcirent, transſcripſerunt, & fere totos in continuationem aliarum Hiſtoriarum confudere.*

(1116) MONARCHIA GALLICA quid libri, & qui *Johanni* STELLÆ, Galliæ Regis Legato Reſidenti apud Argentoratenſes debeatur, refert exacte Johannes *Deckherrus* de Adeſpotis p. 136. ſeqq. quem ſcribentem hic (a) exhibemus.

(a) Joh. Deckherrus *de* Adeſpotis, „pagina *136. & ſeqq.* Monarchia Gallica, *Anno* „*MDCXLIX. ab Anonymo contra calumnias, in libello,* „*cui titulus* Bibliotheca Gallo-Suecia, *intentatas,* „*adſerta, & Europæ ſalutaris futura oſtenſa, in utramque gentem injurium, malignum, & ultra Satyræ legem mordacem ac maledicum, increpat; meritone, viderint illi & judicaverint, quibus occultæ abditæque Regum & Principum artes, tum uſurpatæ, accuratius perſpectæ, & hodié ſatis palam integris voluminibus vulgantur. Sed quis, ais, hujus Monarchiæ Gallicæ Scriptor? Is eſt* Dominus Johannes Stella, Gallorum Regis apud Argentinenſes *ea ætate* Legatus Reſidens; *ut ex coævorum fida relatione cuivis erudito pridem conſtitit. De viri fama & meritis ſequentia docebunt. Inde Ecaſtor! ut verentur Germani, ſperant Galli, metuit Hiſpania, repenſum ituri erunt illi, penes quos arbitrium Europæ cerni videtur, ea, quæ* Theodoricus Pieſpordius, *Archi-Ducibus ſeu Principibus Belgii à Secretis, imitatus* Jacobum Valdeſium, *Conſiliarium Hiſpanum, conatus eſt, Auſtriacam Familiam faſcula ſerie à* Pharamundo *Francorum Rege deducere; atq; idcirco Franciæ Regnum Catholico ſeu Hiſpano Regi ipſo ſucceſſionis jure vindicare (breviter & eleganter confutatus à* Peireskio *apud* Gaſſend. *lib. III. p. 334. & ſeqq.) eadem ratione, iisdemq; & prolixioribus retorſionibus ſibi aliquando Auſtriaca, & quid non? Romani imperii ſceptra deberi Stylo piloq; firmaturi.* Gramond. *in Dedic. Hiſt. ad Ludov. XIV. & famoſus* Auberius.

(1117) *De antiqua*, GALLOS *inter &* HISPANOS, *conjunctione*, ab Antonio *Roſello*, Sacerdote Gallo, éditus liber (non ſub ejus nomine, ſed anonymως potius, ut puto) *Franciſco* MARCHESIO etiamnum ſuperſtiti, debetur; ut ſcribit Proſper *Mandoſius* Centuriæ Romanor. Scriptorum volumine ſecundo, ex cujus pag. 234. hoc referunt *Acta Eruditorum Lipſienſia 1693.* Jul. pag. 350.

(1117. a) *Henrico de* GANDAVO *annexa* APPENDIX XI. SCRIPTORUM: Ejus auctorem *Voſſius* lib. 2. cap. 60. de Hiſt. Lat. facit SILLEBERTUM, cognomento *Univerſalem*, ſed id negat *Boſius*, de comparanda notitia Script. Eccleſ. cap. 3. pag. 26. & ſeqq.

Appendix iſta annectitur Henrico de Gandavo *in editione Colonienſi, item ea quæ in folio,* „ *edita eſt ab Auberto* Miræo, *pag. 173. ſine au-* „ *ctoris nomine, qui a* Voſſio *eſt detectus. Me-* „ *minit in appendice hac ſui ipſius* Silbertus. *Si,* „ *eſt auctor. Non enim inepte conjicit* Boſius, „ *Voſſium iſtis de* Silleberto *verbis deceptum eſſe;* „ *quamquam etiam, ut Vosſius accepit, intelligi* „ *posſint. Hæc* Symbola Maſtrichtiana. „

(1118) GENEALOGIA FAMILIARUM *Bellomaneriæ, Claromontanæ de Gallerande, & Memmiæ*, ex quibus illuſtris Oratorum Gallicorum Triga, nempe *Marchio de Lavardin*, nec non Comites de *Chiverny*, & D. *Avaux* oriundi ſunt. Noribergæ apud J. A. Endteri filios in folio, recenſita in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1688. Maji pag. 283. & ſeqq. initio hiſce quæ (a) excerpta pauca verba damus facto.

(a) Acta Erud. Lipſ. *A. 1688. pag. 283. Auctorem Opuſculi hujus eundem eſſe, cujus diverſos Genealogici argumenti libros in* Actis *noſtris A. 1687. menſe Junio, pag. 300. ſeqq. recenſuimus, i. e.* Jacobum Guilhelmum Imhoff, *Patricium Noribergenſem, virum Celeberrimum, non eſt cur dubitemus &c.*

(1118. a CLIX.) *Quatuordecim Tabulæ* GENEALOGICÆ, *quibus exhibentur Præcipuæ Familiæ hodiernorum Principum Imperii.* Editio tertia prioribus longe auctior & correctior. Tubingæ impenſis Johan. Georg Cottæ, Typis Johan. Henrici Reiſii, Anno 1670. Eas RAUSCHII neſcio cujus eſſe, in Præfatione ad Limnæum enucleatum, memorat *Philippus Andreas Oldenburger:* modo ne ſit error ab eodem in Typographi nomine tranſcribendo commiſſus.

Ita olim ſcribebam. Nunc declarat hoc Joh. *Deckherrus*, (a) quem de adeſpotis pag. 180.

& 181. hac de re damus excerptum. Ubi errore Typographi in erratis notato *Pauſcherus* pro *Rauſchero* ſcriptum eſt, quem literæ Viri 1678. Octobri m. datæ mihi nominarunt. Dn. *Hartnaccius* tamen, im Eractaten von Einrichtung der Hiſtorien / referente auctore *menſtruorum Colloquiorum* Ao. 1689. Februar. p. 249. neſcio quem Dn. FRESEN nobis ſubſtituit. Qui laudatus nobis in hoc opere aliquoties Dn. *Detlevus* FRIESE eſt, ut vel ex ejusdem Symbola (b) apparet ubi ſe in continuandis tabulis ſuis & augendis verſari nos docet. Nam aliæ Tabulæ Genealogicæ *Tubingenſes* ab hiſce donec deſignentur hic intelligi à me non poſſunt; ut nec in *Symbola Flensburgo-Molleriana* intelliguntur aliæ ab his diverſæ. Memini etiam à beatæ memoriæ amico & Cive meo conſultiſſimo I. U. Lic. *Dauer*, alium mihi aliquando neſcio quem BORCKIUM, in Collegio Principum Ephorum neſcio cujus nobilis, ut auctorem laudari. Certe M. Ludov. Joachimus *Stollius*, aliquando dilectiſſimæ pientiſſimæque memoriæ Scholarchæ mei amantiſſimi, mihique honoratiſſimi eheu! mea mihi vita ſi potuiſſet redimendi HORBII, Paſtoris ad D. Nicolai infortunatisſimi domeſticus & cognatus 1685. pridie Kal. Nov. narrabat, Dn. *Ulricum* PREGITZERUM, P. P. in Collegio illuſtri, eorundem auctorem eſſe, ac ſe dono illius exemplar acceptum poſſidere. Quid ſi vero hiſce omnibus aliquid in eo labore debeatur?

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis, pag. 180. & 181. *In demonſtrandis originibus præcipuarum Germaniæ Familiarum, non inutilem operam anonymus* autor quatuordecim Tabularum Genealogicarum *locavit Tubingæ* Rauſchius, *Profeſſ. Eloq. ex Oldenburgeri ſenſu. Autor autem* Martinus Pauſcherus *& ex aliorum relatione* Molitor *additionator dicendus eſt.*

(b) Symbola Epiſtolaris ad N. N. Frieſiana. Kan er mir den *Gibelini* auskundſchafften *eris albæ Gallinæ Filius.* Wo Herr *Placcius* (welchen ich allemahl dienſtlich zu grüſſen bitte / auch wenn ichs nicht erinnere) meiner auch gedencken will / ſehe nicht unter welche *rubric* oder *Claſſe* er mich bringen könne / es wäre dann / daß er eine neue *ſc. Otioſorum* machte / deren Art Zunfft *meo tempore* zu Straßburg war / und die Müſſiggänger man die *P. P.* und Gelehrte dort nannte / welche ſich unter die übrige Zünfften der Schneider / Schuſter / Kürßner / ꝛc. einflickten; Etzliche ſo ſchlau / daß ſie ſich in die allerſchlechteſte begaben / um ſo eher und mehrer ſich alsdenn in Anſehen zu bringen. Jedoch wann ſichs bey ſeinem ſtattlichen Wercke / wornach ich ausſehe / paſſen wolte / könte er die von mir 1685. und 92. *continuirte Tabb. Genealog. Tubing.* einführen / und in der vorgeſetzten Vorrede des Herrn Prigitzers / *D. P. P.* itzo Würtemb. Raths und *Dicaſt Aſſeſſ.* auch *Hiſtoriographi* breitere Information von ſothanen Wercke haben / mit Anfügen / daß ſolche ich itzo wieder unter Handen / und nach Art des Teutſchen *Exemplars* (ſo Pregitzers Sohn mit Hülffe des Vaters aus *Speneri Sylloge*, und *Imhoffii Notitia* gemacht) auf inſtändiges Anſuchen des Verlegers bearbeiten / und viele *curioſa* allerkürtzeſt einbringen / auch erſt mit Ende dieſes (des vorigen *XVII.*) *Seculi* ans Licht bringen wolle / worob denn ſchon würcklich begriffen / und was ich da und dort hiezu dienlich in beſten *Hiſtoricis* finde / ſammle ꝛc.

(1119) GENEVA Reſtituta ſive de REFORMATIONE GENEVENSI liber editus a. 1635. in 4. ſubditis præfationi literis F. S. quæ indicant nomen Friderici SPANHEMII, quo citatur etiam ab *Hottingero*, Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Tom. VII. pag. 661. Et in illius Vita ut Orationem, at non ut anonymum laudat, ex ſibi citatis, *Freherus* Theatri p. 545. a.

(1120) HISTORIA *Orbis terrarum* GEOGRAPHICA *& Civilis, de variis negotiis, noſtri potiſſimum & ſuperioris ſeculi, aliisq; rebus ſelectioribus*, edita *primum* fuit in 4. Francof. ad Oderam 1673. ſumtibus hæredum Jobi Wilhelmi Finkelii, ſine nomine auctoris, ullaque dedicatione: paginarum 452. Capitibus totidem, & ejusdem argumenti, ſed lemmatis ſectionum non diviſis, licet ſectiones alioqui manſerint propemodum eædem, inſertis hinc inde additamentis, poſtea auctiori editæ *ſecundum*, additis literis J. C. B. in fronte, imo & *tertium* 1685. ſub dedicatione expreſſo J. C. BECMANNI, D. nomine, paginis 775 ſuperaddito indice Capitum & Alphabetico locuplete, quaternionum octo. Liber omnino lectu dignisſimus, quem jam non amplius ex citatione auctoris ſui, de notitia dignitatum illuſtrium politisſimi etiam ſcripti notisſimique pag 261. editionis primæ facta, paternique de Origine linguarum aliquoties allegati libri quantivis pretii, ſed plane ex publica propalatione jam ſecuta in ipſis *ultimis editionibus* ſcire licet, quod ſit D. *Johannis Chriſtophori* BECMANI, celeberrimi Profeſſoris publici Francofurtenſis ad Oderam Academiæ. Quem in Patriæ ſuæ rebus æque ac aliis ornandis prolixum *Molleriana Symbola Flensburgica* exoptat.

(1120. α) *De* GEOGRAPHIA *libri quinq;* anonymi *auctoris ſeculo ſeptimo Ravennatis*, quem citat ſæpe ad Melam *Vosſius*, edid itque poſt Placidum Porcheronem, cum ultima ſua Melæ recenſione, Jacobus *Gronovius*. JORNANDES forte ſcribitur. Joh. Alb. *Fabricii* Biblioth. Latinæ p. 65.

(1121) GEOGRAPHICÆ *Tabulæ cum* PTOLOMÆO edi ſolitæ, ut AGATHODÆMONI *Grammatico* adſcribantur a *Voſſio* de Philologia cap. XI. §. 224. pag. 62. ſine ulla notitiæ ratione. Idem a doctisſimis viris aliis fieri, ſibique ſuſpectum nihilominus maxime ſcribit Joh. And. *Boſius*, Introduct. in notitiam Rerumpubl. c. XXI. §. IX. pag. 144.

(1122) *Hiſtorica Deſcriptio, ſuſceptæ a Cæſ. Maj. Executionis contra S. R. Imperii rebelles, eorumq; receptatorem, & captæ Urbis* GOTHÆ, ſoloque æquati Caſtri GRIMMENSTEIN. Edita A. 1568 m. Auguſt. ſine expresſione loci. In meo Exemplari, viri cujusdam docti manu adſcriptum eſt ejus auctorem eſſe *Hubertum* LANGUETUM

Verb

Verba ſunt *Symbolæ* ex *Hungaria* tranſmiſſæ *Rauſcherianæ*. Eadem etiam Hiſtoria inſerta *Schardianis* Scriptoribus Germanice his verbis exhibetur à *Lipenio* Biblioth. Philoſ. Tom. I. p. 604. a. Hiſtoria Executionis contra S. Rom. Imp. Rebelles & captæ Urbis Gothæ. a. 1567. d. 13. Aprilis Gothæ in 4. 1568. & apud *Schardium*. Tom. IV. Script. Germ. Gieſſæ f. 1673.

(1122 αα) GERMANIA *Antiqua & Nova*. Contentio eſt ſingularis, ſeu Dialogi, auctoribus *Servato Pacato* & *Sigefrido Priſco* 1676. 12. Scriptum concernens ſtatum Germaniæ noſtræ, comparatæ cum priſca. Ejus autorem, una cum contentis hiſce brevibus libelli, HORNINGUM, (fortean Ludovici) filium, Dni. *Maſtrichtus*, in Symb. amice prodidit.

(1122. α CLX.) *Epitome rerum* GERMANICARUM *ab anno 1617. ad annum 1643. geſtarum* anno Æræ Chriſtianæ 1643. in 16. prodiit, liber ut mole exiguus, ita rerum pondere magnus, niſi quod periodis juſto longioribus & intricatis conſtructionibus ſubinde ſtylum obſcurat, illud *Horatianum* in ſe verum expertus

brevis eſſe laboro

Obſcurus fio. Cæteroqui libellus valde prudenter & cum judicio confectus. *Autor hujus Epitomes nondum conſtat. Compendium autem illud eſt paulo obſcurius*: ait *D. Hildebrand. in* Hiſt. Imper. Rom. Germ. ſect. 3. de ſcriptor. privatis juris publ. *Auctor* inquit *Oldenburgenſis* ad inſtr. Pacis p. 1. diſc. p. 76. *uti ex literis Magnifici & Nobiliſſ. Dn.* Myleri ab Ehrenbach, *Conſiliarii Würtemberg. accepi, eſt PAPPUS Conſtantienſis Cathedralis Eccleſiæ Decanus, Vir eruditiſſimus, qui tamen dum nimiam brevitatem ſectatur, non raro intellectui rerum tenebras inducit: non vero negandum plurimum pretii eſſe in parva iſta mole, quæ tamen lectorem deſiderat, qui jam hiſtoriam tricennalis belli habet præcognitam.* At quis ille *Pappus?* Quando plures ſunt cognomines? Sane non eſt *Johannes Pappus* Theologus Argentorati, de quo *Königius* pag. 607. b. cujusque vitam habet Melchior *Adami* in vitis Theologor. pag. 803. & ſeqq. ex eoque *Freherus* Theatri pag. 357. Neque *Joh. Petri* cujus aliqua Juridica exſtant. Sed *Alberti*, Conſiliarii Epiſcopi Conſtantienſis, ut eum laudat *Brachelius* lib. I. Hiſtor. pag. 53. in margine, atque ex illo *Pacificus à Lapide*, i.e. noſter *Oldenburgerus*, in Monzambano illuſtrato, diſc. I. §. IV. pag. 9. Ubi de illo teſtatur, quod, *quamvis acri judicio Politico diſcordanter Patriæ mala expendat, cauſſam tamen belli Germanici non tradat, & non raro affectibus in Romanam Religionem indulgeat.* At *Petri Pappi* Decani Capituli Conſtantienſis nomine citatur à *Conſtantino Germanico*, de Peregrinatione Germanorum Politica pag. 73. Unde omnino alterutro loco, in prænomine patet, erraſſe Typographum aut amanuenſem. Nam auctorem utriusque operis eundem eſſe *Oldenburgerum*, in *Pſeudonymis* D. V. intendetur ad nomen utrumque. Cæteroqui & *Leonardum Pappum*, Canonicum Conſtantienſem diſcipulum ſuum literis egregie inſtructum laudat *Scioppius*, Epiſtol. dedicat. Conſult. de ſtudiorum ratione. Quem quomodo hic adoptet Jo. *Deckherrus*, & pluſcula etiam alia ſubnectat, operæ pretium eſt legere ex ipſomet (a) de ſcriptis Adeſpotis pag. 231. v. in Pſeudonymis *Simplicius Peregrinus*. Interim his adde *Symb. Maſtricht.* (b)

(a) Joh. Deckherrus *de* Adeſpotis, p. 230. *& ſeqq.* Epitomen Rerum Germanicarum, *Hiſtoriam Belli Germanici XXVI. annorum ſuccinctam, diligenti, ſed partes non diſſimulante, ratione, pandentem* Pappum *genitorem habere, certum eſt; prænomen illi* Leonhardto; *teſte tamen Dn.* Stirn. *de Conſtit. Princ. pag. 364. qui prævivit diligentiſſimo, Styli venuſtate, & commentandi Facultate certe Romanis aliquibus comparando* Adolpho Brachelio, *feliciori, quia & de Pace huic ſcribere contigerat; quem ſecutus* Chriſtianus Adolphus Tuldenus, *prolixior, non nitidior, ſcriptor, ſuæ confeſſioni nimium addictus juratusq; unde immodicum in partes Studium, & in alios infames narrationes, rem quoq; ſuæ factionis apud integriores non mediocriter labefacientes, & Stylus moleſtus. Denique hiſtoriam ad annum LXXII. continuavit* Henricus Brevver, *Juliacenſis, in curioſa oratione, narratione diſſoluta, hilari, & juxta merum animato genio, ſui & Reip. incurioſe negligens, cum tribus tomis Politicorum, ſive Actorum Publicorum, quos ſuo in litteras amore ductus edidit laudatiſſimus Dn.* Kinckius *Colonienſis: neq; procul abeſt, ut de his tribus in ſenſum* Guſtavi Adolphi, *Suecorum Regis, de* Pappenheimio, Tillio & Wallenſteinio, *apud* Waſſemberg. *Flor. Germ. Edit. Amſtel. p. 306. cenſentis, judicetur. Panſa etiam eſt Hiſtoria ad A. LXXXII. à Dn.* Valkenier, *quæ examinari h. l. ut fateor, alieno dedignatur.*

(b) *Symbola Maſtrichtiana n. 1. 2.*

1.

PAPPUS Leonardus.

Æquum tamen eſt, ex proletariorum,, *iſtorum numero eximere* Leonardum Pap-,, pum, *Canonicum Conſtantienſem, &* Galleaci-,, um Gualdũ, *Vicentinum, cum duobus aut tribus*,, *aliis Italis, qui Hiſtoriæ decus cum laude tutati ſunt*,,;

2.

Leonardus Pappus. *Canonicus Con*-,, *ſtantienſis, & Auguſtanus, auctor* Epitomes,, rerum Germanicarum in 32.,,

(1122. β CLXI) HISTORIA GERMANORUM Tubingæ 1525. edente *Gaſpare Churrero* prodiit, qui nil aliud tum temporis de auctore illius ſibi conſtare profeſſus eſt, niſi quod Monachus eſſet Herveldenſis. Duodecennio vero poſt, Anno 1537. editio ibidem altera nobis exhibita, nomen LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS adjecit, ut refert Clariſſ. Dn. *Thomaſius* de plagio litterario §. 589. ubi vide notantem aliqua notatu digna, quibus addi poſſunt, quæ habet *Voſſius* de Hiſtor. Lat. lib. 2. c. 47. p. 383. & ſeq. ibique citati. *Joh. Hallervordus* Spicilegii de Hiſtoricis Lat. pag. 123. Hiſtoriam hancce Germanicam, ſive Chronicon univerſale primum ex Bibl. Auguſtiniarnoum Wittebergenſi vulgaviſſe *Secerium* refert. Editionem ejusdem Tubingenſem Ao. 1533. in 8. memorat *Draudius* Bibl. Claſſ. pag. m. 1122. neſcio num ſatis vere. *Francofurti* apud Wechelios, cum aliis Germanicarum rerum ſcriptoribus tribus: *Turpino, Reginone & Sigeberto* editam ſcio. Eum *inſignem & veracem Hiſtoricum* teſtatur *Bellarm.* de ſcript. Eccleſ. ad A. 1077.

1077. Unde fruſtra Colonienſis defenſor Juris coronandi adverſus Ampliſſ. Dn. *Conringium* ejus fidem audet in dubium vocare: recteque Dn. *Conringius* p.9. aſſertionis ſuæ pro Coronandi Jure Moguntino competente, ſcriptorem illum vocat non modo, *pro illis temporibus, prudentem, peritum & diſertum* (quod jam ante l.c. *Voſſius*, ex *Lipſio*, & *Barthio* probaverat) ſed præter hoc *candidum* eſſe affirmat. De exacta Chronologia ejusdem videatur *Popeliniere*, in Hiſtoria Hiſtoriarum Gallica lib.9.pag. 469. quem ſolum nunc, eo quod cæteri ſunt in omnium manu hic (a) excerpſimus.

Cæteroqui addit hic *Margo Diecmannianus* „ad verba mea: (Neſcio num ſatis vere) *ſe-* „*quentia. Omnino vere, curante* Ludovico „Schradino, *cujus præfationem ibidem editio* „*mea Argentoratenſis p. 450. exhibet. Subditq;* „*mox: Lucem, opinor, afferent iis, quæ de* Chur- „rero & Secerio *hic dicuntur, verba ex Philip-* „*pi* Melanchthonis *Epiſtola ad Caſp.* Churre- „rum, *bonas litteras Tubingæ in Suevia docentem,* „*quam procul dubio* Churrerus *editioni ſuæ præ-* „*miſit, & editio* Conradi Urſpergenſis, Regi- „nonis Pramienſis & Lamberti Schafnabur- „genſis, *Argentorati A. 1609. fol. curata, qua* „*utor p. 448. exhibet. Sic autem* Melanch- „thon *Witteberga ad Churrerum ſcribit:* Diſcedenti hinc Secerio mandaram, ut curaret hiſtoriam, cujus eſt in Auguſtinenſium Monachorum Bibliotheca exemplum, deſcribi. ---- Eam rem totam tuæ committo & fidei & prudentiæ. Si judicaris dignam eſſe hiſtoriam editione, quæſo incumbas, ut illius prælis emendatisſima mandetur. Sin aliter videbitur; facile faciam, ſcriptum non elegantisſimum interire. Hæc *Melanchthon. Unde colligo* Secerium *illum Typographum* „*fuiſſe, cujus typis* Churrerus *primus Lamber-* „*tum edidit. Ut adeo, quæ Cl. Dn.* Placcius *de* „*Secerio ex Hallervordio refert, ad Churrerii editio-* „*nem, non aliam ab ea diſtinctam ſpectent.*

(a) Popeliniere in Hiſtoria Hiſtoriar. Gallica, *lib.9, pag.469.* Lambert *de* Schaffnaburg, *Moyne de Hirsfeld, en la foreſt Buchonie entre Heſſe & Turinge, Dioceſe de Magonce: a laiſſé une Hiſtoire (jusques icy ſans nom) des geſtes plus notables des vieux Germains, en un recueil des plus memorables choſes recherchées depuis le commencement du Monde. Geſn. Trith. Chron. Il fit outre ce, un Chronicon de ſon Monaſtere de Hirsfeld & des geſtes des Princes, des le temps de Charle magne jusques à l' an. 1077. Il ſuppute bien les temps depuis le commencement du Monde jusques à nous eſtre de 3950. Ce qui nous devroit à l' advis du docte* Scaliger *faire rougir de honte, qu'un moyennement lettré, couvert de ſi gros nuages que l' ignorance & barbarie de ſon temps portoit, aye mieux arrivé que nous, qui penſons triompher de la Theorique & Practique de toutes les ſciences du Monde.*

(1123) *De* NUMMO PANTHEO HADRIANI, Imperatoris, ad illuſtriſſimum *Spanhemium Diſſertatio*, in qua præter nonnulla *de conſecrationibus veterum*, illarumque origine, peculiaris quædam inſtituitur *comparatio inter Hadrianum, & Alexandrum Magnum*, multaque illis communia demonſtrantur. Lugduni apud Aniſſonios, Joh. Poſuel & Cl. Rigaud 1689. in 4. Conſtat 13. plagulis, exhibenturque in iis 30. nummorum ectypa. Ita ſine mentione auctoris, habet titulus libri recenſiti in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* Supplemento VII. Tom. I. pag. 372. & jam ante in Tom. XIIX. *Diarii Eruditorum Gallici Pariſini* A. 1695. Auguſti d. 7. pag. 543. Utrobique vero mox ipſo initio recenſionis *Abbas Claudius* NICASIUS, Divionenſis, nominatur auctor operis. Unde *an* ſit *anonymus* ſuſpicor, at dubito. Interim ob tantillum laboris & chartæ nolui hæc non indicare, licet ſimiliter jam aliquoties deceptus.

(1124) HELVETICORUM ANNALES *anonymi*, quod ſint Johannis FUESLINI, & quales ac quando ſcripti, refert, optima ratione notitiæ addita, Joh. Henricus *Hottingerus*, Bibliothecæ Tigurinæ pag.98. hiſce verbis (a)

(a) Joh. Henr. Hottingerus Biblioth. Tigurinæ. *pag. 98.* Fueslinus Johannes, *ſcripſit librum adverſus* Hieronymum Gebvvilerum, *defendentem Eccleſiam Romanam, ejusq; ceremonias Tig. 1524. cum præfatione* Zvvinglii. *Idem eſt autor Annalium Helveticorum, quorum* Ballingerus *meminit in Antiquit. Tigur. Appendice.* Ἀνώνυμοι *quidem appellat, ſed* Johannem Fueslinum *eſſe, patet ex collatione autographi Fuesliniani (à pag. 7. ad 138. quæ D.* Ballingerus *omnia textui ſuo inſeruit) quod in Hæredum adhuc manibus eſt, apographum vero, eorundem beneficio, in Bibliotheca Civica. Natus eſt 1477. denatus 1538. Libri initium fecit 1533. finem cum ipſa vita.*

(1124. a CLXII.) *De* HENRICI IV. *Imperatoris bello contra Saxones*, libros tres Anonymos, Vir de Hiſtoria publicoque Jure Germaniæ meritiſſimus *Melchior Goldaſtus*, RUPERTO *Præpoſito Goslarienſi* adſcripſerat, quam tamen ſuam ſententiam retractavit, additis erroris ſui cauſis in *Apologia pro Henrico IV.* Cæſare, Hanoviæ 1611. in 4. edita, junctaque eodem anno excuſæ *Apologiæ pro Imperio* contra Pontifices, ut adeo vere adhuc anonymus auctor ille maneat.

Et tamen repetitur *Deckherro* de Adeſpotis pag.271, & ſeq. quem, quia illuſtrat hæc, & *Goldaſtum* excerpit, etiam hic (a) excerptum damus, una cum editione in fol. notante *Hertzio* Biblioth. Germ. p 740. & ſerius exhibitis *Diecmannianis* (b)

(a) Jo. Deckherrus *de* Adeſpotis, p. 271. *& ſeqq. Inter Poëtas dubito, an rectius inter Hiſtoricos referam* Anonymi Epiſcopi, ſive Abbatis libros tres de Henrici IV. Rom. Imp. expeditione contra Saxones (*apud* Goldaſt. *in Adj. Repl. pro Imp. p. 20. & ſeqq.*) *quos* Rupertum, *Goslarienſem*

Præpo-

Præpoſitum, & poſtea Babenbergenſem Epiſcopum A.1075. *in Regio comitatu ſcripſiſſe opinatus eſt* Goldaſtus: *Quam vero opinionem revocavit, in Diſſert. de Autor. p.14. Quod de* Ruperto *Præpoſito Goslarienſi adſcriptum eſt, nunc muto, & nolim factum. Quippe memoriam meam decepit nominum* Ruperti & Rulandi *initialis affinitas. Rulandum autem quendam pro Henrico IV. Imp. ſcripſiſſe in rerum geſtarum monumentis legeram, inde ad Ruperti conjecturam perveni &c. additis tamen, de ipſo, de Cæſare, de temporum injuriis, ſingularibus, quæ commendamus, etiam latitante autore. Cuſpinian. in vita Henrici p.283. Scripſit quidam Carmine Heroico bella, quæ in Saxonia Henricus geſſit, verſu quidem triviali, (ut tempora erant) quibus quisque maluit ſcribenda facere, quam facienda aut facta ſcribere. Si quis & hunc incertum voluerit legere ſcriptorem, operis* quod tres *continet libellos initium hoc eſt:* Henrici Regis volo dicere Prælia quarti *cum ſeqq.*

(b) Diecmannianæ notæ marginales *h. l.*

Goldaſtus *in Diſſ. de apologeticis Henrici IV. ſcriptoribus, Auctorem vitæ Henrici IV. exiſtimat eſſe* Otbertum, *Leodienſem Epiſcopum, Bullionæ Ducem; ut ex* Goldaſto *refert Georg.* Schubartus, *in Henrico IV. Imp. Tit. Cap.3. a. Autor ille Vitæ Henrici inter Scriptores Germ. rerum ab* Urſtiſio *editos extat.*

(1125) APOLOGIA HENRICI IV. modo n. CLXII. memorata quid libri ſit, cujus auctor vel VENERICUS VERCELLENSIS, vel CONRADUS TRAJECTENSIS, vel SIGEBERTUS MONACHUS vel denique WALLTHRAMUS, ex *Godaſto* idem Deckherrus (a) iterum excerpendus refert pag.100. & ſeqq.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 100, & 101.

De Wallthrami, Epiſcopi Naumburgenſis, *Epiſtola ad Ludovicum Thuringiæ Landgravium, ſive de* Apologia pro Henrico IV. *Imp. fuſe* Goldaſt. *diſſerit. in Diſſert. Replic. pag.22. in omnibus dubitans, in ſingulis hærens. Libri omnino tres ſunt, quorum ſub præſcriptione, de Unitate Eccleſiæ ab Hutteno editorum, ſcriptor, vel* Venericus Vercellenſis *(ſed hunc repudiat Diſſertator, quia Apologetus A. D. M. XCIII. adeoq; poſt exitum Hildebrandi, ſcribendo ſe accinxerat, cum Venericus, vivente etiamnum eorum Pontifice,* Anno MLXXVII. *exceſſiſſet) vel* Conradus Trajectenſis, *(ſed nec hic placuit, qui Monachus* Hersfeldenſis *nunquam, qualem tamen autor ſe vendicat, lib. II. cap.28. 31. & 33.) vel* Sigebertus *Monachus (qui quidem abſurde in ſcenam tractus) vel deniq;* Wallthramus; *ut prolixe, ſuæ intentioni, totiq; Hiſtoriæ ſerviturus, probat & confirmat idem, qui in limine laudatus,* Goldaſt. *cit. loc.*

(1126) HENRICI III. REGIS GALLIARUM juſta *abdicatio*, Lugduni, 1689. cum inſignibus Jeſuitarum, & ex præcepto ſuperiorum, apud ſanctæ unionis Bibliopolam impreſſa objicitur, ut regicidiis favens, à Roberto *Burhillo* Anglo, pag.199. reſponſionis ſuæ pro *Tortura torti* contra Martinum *Becanum* Jeſuitam (de quo libro vide ſupra cap.II.) & *Hornio* Diſſert. hiſtor. Polit.18. p.131. & 141. Ejus nefarii ſcripti autor Johannes BUCHERUS, ex *Lanſii* Conſultationibus de Principatu inter Provincias Europæ p. 354. perſcribitur à Reverendo Dn. *Laurentio Normanno.* Qua pagina utique agitur de hac re: ſed nec auctoris hujus ſit ulla mentio. Unde aliam ipſe pleniorem habeat oportet editionem à mea diverſam, quæ eſt Tubingæ 1655. in 8. Johannem etiam *Bucherum* nulli meorum Bibliographorum deſuper excuſſorum; nominatim, *Simlerus, Königius, Freherus, Hyde, Sotvel;* aliqui eorundem *Ægidium* norunt huc non trahendum. Addit nota marginalis Excellmi Syndici Gerh. *von Maſtricht* ſequentia. Hic notat auctor præ-,,
fationis Apologetici adverſus Sandæum Jaco-,,
bus *Laurentius: Uti non modo abunde oſtendit liber de*,,
juſta Henrici III. abdicatione. Auctor hujus libri eſſe,,
creditur Boucherius, Jeſuita, & Anno 1591. à Jeſuitis,,
in lucem editus, impreſſus Pariſiis apud Johannem,,
Pillehotte, Imprimeur de la S. ligue. Quisnam ſit,,
ille *Boucherius* incognitum hactenus mihi. Vix,,
enim poteſt eſſe *Ægidius Boucherius*, cujus me-,,
minit *Alegambe*, quia ille demum A.1598. Je-,,
ſuita factus eſt. Idem in Symbola *transmiſſa*
hæc habet.

Totus Jeſuitarum liber *de abdicatione Regis*,,
Henrici III. Regis Galliæ; editus durante Jeſui ,,
tarum Rebellione Ao. 1561. Lugduni, apud,,
Joh. Pillehot S. ligæ ſeu unionis Gallicanæ Bi-"
bliopolam ex præcepto ſuperiorum, & cum in-"
ſignibus Jeſuitarum, idem (occidendos Reges"
hæreticos) docet-*Etenim* &c. *Add. Hartnaccius* in"
deduct. adverſ. Jeſuit. pag.217. Patres Societa-,,
tis tanta librorum multitudine mundum reple-,,
verunt, ut quotquot numerentur omnium alia-,,
rum religionum, ſcriptis ſocietatis æquari ne-,,
queant. *Didacus* Baeza Tom. 3. Conc. lib. 14.,,
Cap.15. § 4. ex eo *Hartnaccius* ibid. p. 100. Jeſui-,,
tæ gloriantur ſe natos, ut corrigant Patres. *Ottius*,,
Cent.1. contr. Baron. præfat. ad lectorem 2. p.,,
verſ. poſt. § 4. add.

(1126. α) ORATIO *probi viri Galliæ &*,,
POLONIÆ amantis, Baſileæ, Anno —— — de,,
inopinato DISCESSU Regis HENRICI è PO-,,
LONIA in Galliam, An. 1674. menſe Junio.
Quæ Oratio *Johannis Demetrii* SALKOVII eſſe,,
videtur per ea, quæ ipſe tradit Comment. rerum,,
Polonicarum pag.35. *Symbola* iterum eſt *Nor-*,,
manniana. Johannem Demetrium hunc SOLICOVIUM vocat *Starovolskius*, Elogior. ſuor. num V. Vitam & laudes viri Lipſio cari, & 24. legationibus Europæ univerſæ commendati exhibet pag.15. & ſequent. De hac tamen oratione verbulo non commeminit.

(1127) AULA HERODIS *impia*, THEODOSII *pia*, CAROLI MAGNI *Caſtra impietatis victricia*, ſeu de *converſione* SAXONUM *Nicolai* CAUSSINI. Coloniæ apud Joannem Kinchium 1643. in 8. refertur inter libros anonymos translatos, non addito, ex qua lingua (ut puto, Gallica) per *Henricum* LAMORMAINUM Arduennatem Belgam, a *Sotvello* pag. 328 b. Nam *Alegambe*

Alegambe nondum hucuſque illius tum adhuc ſuperſtitis opera enumerando continuaverat.

(1128) HORTOS HESPERIDUM, ſeu *Narrationem de apparatu Univerſitatis Braidenſis, Mediolani, quando exceptus in ea eſt eminentiſſimus Cardinalis Vitallianus*, *Vicecomes Borromæus*, Mediolani, apud Montiam 1668. in 4. quod *nomine* ſuo *tacito* concinnaverit *Julius* VASCUS, Monte-Regalenſis Pedemontanus Jeſuita, legitur *Sotvelli* pag. 536. a.

(1129) *De Actis* S. HIERONYMI Stridonenſis, cujus ad Dextrum liber de illuſtribus Scriptor. una cum Editt. ſuis omnibus fuſe à *Teiſſerio* memoratur, Catalogi auctor. & Bibliothecarum pag. 134 ab eodem p. 66. nominatur auctor CYRILLUS Hieroſolymitanus,* allegatus *Poſſevino* in apparatu ſacro, qui nunc non eſt ad manum. In *Neſſeliano* ſupplementorum Lambecianorum indice nihil huc pertinens de illo auctore.

(1130) HIERONYMI hujus *interpres* ſeu translator *Græcus* communiter SOPHRONIUS eruditis, & editoribus habitus, quos citat *Boſius* de Periocha *Flavii Joſephi*, (ſuo loco *in Pſeudonymis* examinanda) pag. 56. mihi 66. c. 1. §. XLII. exercitationis longe doctiſſimæ. At *Voſſio*, notis in Ignatium pag. 258. ipſe forte an ERASMUS aut alius quisquam nebulo, citante *Normanniana Symbola*. *Boſius* l. c. pag. 57. vetuſtiorem Suida, neutiquam vero Sophronium oſtendit.

(1130. a CLXIII.) *Arcana Dominationis* HISPANICÆ, auctore J. L. W. Lugd. Batav. 1653. in 12. citantur ſub nomine WEIDNERI, a *Burgoldenſi* vel *Oldenburgero*, diſcurſu 1 in Inſtrum. Pacis pacis pag. 84. Eum Weidnerum prænomine *ohannem Leonhardum Palatinum*, ſcholæque Heidelbergenſis Rectorem fuiſſe diſco ex *Dn. Geislero*, dec. 3. n. 6.

Addit *Margo Maſtrichtianus:*

„*Cujus eſt quoq;* Elixir Jeſuiticum. *Edidit* „*quoq; apophthegmata Zincgræfii. In ædibus viduæ ipſius* „*per tempus aliquod vixi Heidelbergæ.*

(1131) MARCA HISPANICA, ſive LIMES Hiſpanicus, hoc eſt, GEOGRAPHICA & HISTORICA *Deſcriptio* CATALONIÆ, *Ruſcinonis, & circumjacentium populorum.* Auctore illuſtriſſimo Viro Petro de *Marca*, Archi-Epiſcopo Pariſienſi, quid libri ſit, & quomodo illius editio BALUZIO, *Stephano* puta, tot aliis ſcriptis celeberrimo debeatur, vide in Novis Reip. Literariæ Gallicis (*Nouvelles de la Republiq. des lettres*) a. 1698. April. p. 282.

(1132) HISTORIA MISCELLA, quomodo cum alia *de* LONGOBARDORUM *Geſtis* inſcripta, ſit eadem, etſi male per Raphaelem *Volateranum* diſcerpta, & pro diverſis venditata, quod ſit *Pauli* WARNEFRIDI, & cur vulgo DIACONI dicti, refert *Quenſted.* de patriis illuſtrium Virorum (a) p. 171. 172. qui idem primus Poſtillator omnium primus fuit. Eam hiſtoriam ab aliis ANASTASIO Bibliothecario, ab aliis LANDULPHO SAGACI adſcribi, ejusque rei veſtigia Goldaſtum exhibere meminit *Deckherrus* de Adeſpotis pag. 345. Eadem THEOPHANIS *Chronographia Græca* quomodo habeatur *Baronio* ad A. C. 719. num. 20. quem refutat, & quomodo huc etiam *Landulphus Sagax* & *Anaſtaſius* in partes veniant, refert celeberrimus *Hanckius* (b) Hiſtoriæ Byzantinæ, pag. 219. 221. & ſeq. Ex *Spondano* etiam (c) huc pertinentia excerpta nobiliſſimi Civis & Amici mei Dr. Ottonis *Sperlingii* hæc addo, ut & ex Jo. *Maro* (d) *nomen Pauli præ Johannis* vindicante.

(a) Quenſted. *de patriis illuſtrium virorum pag. 271. & 272. Forojulienſis patriæ fuit* Paulus Warnefridus (*ut teſtatur* M. Antonius Sabellicus de vetuſtate Aquilejæ lib. IV.) *primum Diaconus Aquilejenſis*, *unde* Paulus Diaconus *vulgo dictus eſt*, *dein Deſiderii*, *ultimi Longobardorum in Italia Regis Cancellarius*, *ſed victo Rege ſuo*, *inter nobiles captivos à Carolo*, *qui ab amplitudine & gloria rerum geſtarum* Magni *cognomen adeptus eſt*, *abductus*, *ipſi propter prudentiam & eruditionem variam inprimis charus fuit. Scripſit Paulus Diaconus hiſtoriam de geſtis Longobardorum ſex libris conſtantem*, & *aliam*, *quæ dicitur* Miſcella. Raphael Volateranus *perperam pro diverſis habet* Paulum *Hiſtoriæ* Longobardicæ *ſcriptorem &* Paulum Diaconum *Aquilejenſem. Vide* Voſſium de Hiſtor. Latin. lib. II. cap. 30. *Carolus Imperator per manum hujus Pauli Diaconi ſui*, *decerpens quæq; optima de Scripturis Catholicorum Patrum*, *lectiones unicuiq; feſtivitate convenientes*, *per circulum anni in Eccleſia legendas*, *compilari fecit in duobus voluminibus*, *ut inquit* Sigebertus Gemblac. *de Script. Eccl. cap. 81.* Poſtillas in Evangelia & Epiſtolas Dominicales primo conſcripſit & ordinavit Paulus Diaconus, (*ait Bohemus in Epitom. Hiſtor. Eccl. pag. 59.*) *Fuit itaque*, *teſte Helvico in Theat. Hiſtor.* Poſtillarum ſcriptorum omnium primus.

(b) Mart. Hankius *de* Byzantinis Scriptoribus, pag. 219, § LIV. *Hanc* Theophanis *Chronographiam illud opus eſſe*, *quod* Hiſtoriæ miſcellæ *titulo gaudet*, *atq;* Paulum Diaconum *autorem præ ſe fert*, *nonnulli judicant. Inter hos agmen ducit* Cæſar Baronius, *in annalibus ad A. C. 719. num. XX.* De rebus autem Orientalibus, *inquiens* hæc tantum exhibent annales Græcorum, autore Theophane, qui Græce ſcripſit Hiſtoriam illam quæ inſcribitur Miſcella, & ſub titulo Pauli Diaconi errore circumfertur. *Ad A. C. 726. num. XXX.* Theophanes, qui falſo inſcribitur Paulus Diaconus. *Sed Baronius*, *ſicut ipſe fallitur*, *ita ſuos aſſeclas fallit. Nam*, *ut horum monumentorum ipſa collatio luculenter oſtendit*; *Theophanis Chronographia*, *licet inde* Landulphus Sagax *quædam in Hiſtoriæ miſcellæ* (*quam Paulo Diacono vulgus omnem tribuit*) *partem ultimam tranſtulerit*, *tamen ab Hiſtoria miſcella omnino diverſum opus eſt.*

(c) Symbola Dn. Doct. Sperlingii, Conſiliarii & Profeſſoris Regii Danici: Hiſto-„ ria miſcella. Theophanes *Græce ſcripſit hiſto-*„ *riam illam*, *quæ inſcribitur* Miſcella, *& ſub titulo*„ Pauli

„Pauli Diaconi *perforance circumfertur*, *quam* Ana-„ſtaſius *Bibliothecarius Latinam fecit.* *At vero*, *qui* „*rem accuratius conſiderant*, *vident Hiſtoriam miſcel-* „*lam auctorem eſſe à* Paulo Aquilejenſi *Diacono pri-* „*mum*, *poſt etiam à* Landulpho Sagace, *ex vario-* „*rum auctorum monumentis conſutum ex Suetonio*, *Flo-* „*ro*, *Theophane &c. à libro vero XVII. & deinceps* „*pleraque deſumpta eſſe ex Theophane*; *Ita Spondan. in* „*Annal. 408. 1.*

(b) In *Petri Diac.* de Vir. Illuſt. Caſi-nenſ. cap. 8. *notæ* Joh. Baptiſta Mari, Romani, pag. 17.

Obſervandum deniq; eſt, *auctorem* Hiſtoriæ Miſcellæ *falſo dici* Paulum Diaconum, Baron. *Tom.* ſ. *Annal. &* Bellarm. *de Script. Eccleſ. probant. Vide* notas *eruditiſſimi Auberti* Miræi *in* Sigeb. *de Script. Eccleſ. cap. 8. & præcipue* Voſſium, *de Hiſtor. Latin.* *n Paulo & de natali Anno Chriſti diſſ. 7. pag. 5.* Camil-lum peregr. *Hiſt. Princ. Longob. qui Paulum* calli-de non produxiſſe Hiſtoriam *Longob.* ad ſua tem-pora *obſervavit*, *ſicut etiam alia nonnulla ſilentio ob-* *elaſſe. Alphonſ.* Ciaconus, *in Vit. Pontif. in Leo-* *e*: Habet, *inquit*, Auctor Miſcellæ Paulus, vel potius Joh. Diaconus. *Sed utcumq; ſit de nomine* *criptoris*, *certum quod in omnibus fere MSS. Codd. no-* *en* Pauli *non* Joannis *legitur.*

(1133) HISTORIÆ UNIVERSALIS *Com-* *ndium*, methodice ſatis diſpoſitum, ab initio undi, ad annum Chr. 1575. ab aliis tamen poſtea continuatum, inter manuſcripta ſibi poſ-ſa *Henrici* BULLINGERI, refert *Hottingerus*, bliothecæ Tigurinæ pag. 89. Id quoniam alie-manu ſcriptum, addit ipſe: *Bullingerum eſſe auto-* *m, in anno ejus emortuali expreſſe monetur.*

(1133. α) HODEGUS, *ſeu* HODEGE-A, *vel, ut utar voce* Barthiana, ITERDUCUS ECICUS ſ. Schwediſcher Wegweiſer / in wel-ni derſelbe kürtzlich vor Augen leget Erſtlich einige emerckungen der Wege / Landſchafften und Städte / d was je zuweilen an einem und andern Orte inſon-heit remarquabel und ſehens-würdig iſt. Nechſt n eine reelle Expreſſion der Schwediſchen Mün-in deren Signatur und Valeur. Ferner etliche zur iſe-Compagnie bequemliche Dialogen, in hwed- und Teutſcher Sprache ꝛc. Von dieſer de Liebhaber / und aller Paſſagierer willigem Die-/ D. I. V. i. e. VATKY, Poſt-Meiſtern in rahlſund, ceu legiſſe ex litteris Dn. Detlevii rci Friſii de dato Stetin 24. May 1698. me-rat Symbola *Schrödteringiana.* Libellus eſt in oblongo plagularum octo.

(1133 αα) HUNGARIÆ *vel* PANNONIÆ *eratæ* vel *reſtauratæ*, quæ anonymωs ſcripta, *bertus Johannes* PORTNERUS fertur eſſe au-r. Audivi id Viennæ. Hæc ſcribit Excell-s Syndicus von *Maſtricht.* Qui & ſequentia it: *Gratias ei agit* Bignionius *filius*, *pro præf.* *o & ſecund. capite de finibus Germaniæ in Epiſtol.* *ad eum 1655. prid. non. Junii; & in altera VII.* *Octob. 1655. itidem - - - - vitam* Gujetti *Teren-* *ius præmiſſam Latine dedit, miniſtrantibus amicis* *ejus & Bullialdo materiam; ut vidi in MS. Epiſtola* Bullialdi *ad* Portnerum *6. Aug. 1655.*

(1133. ααα CLXIV.) *Gloriam* S. IGNA-TII *fundatoris ſocietatis Jeſuiticæ* Cracov. 1622. in 8. & Vilnæ 1624. in 12. nec non Antvverp. 1628. in 24. excuſam, occultato ſuo nomine ſcripſit *Nicolaus* LANCITIUS, *Jeſuita Rhutenus*, te-ſte *Alegambe* p. 354. addente, translatum in belgi-cam linguam hunc libellum *Jo. Euſebio Nierenberg*, Hiſpano Jeſuitæ, materiam ſuggeſſiſſe Hiſpanicæ ſcriptionis ejusdem argumenti, & quidem cum multa etiam acceſſione, ut habet *Sotvel* pag. 631. a. Neutra tamen harum *Bibliotheca Jeſuitica* de *Nierenbergiano* hoc opere quidquam habet; et-iamſi prolixe ſcripta alia celebris illius Jeſuitæ re-cenſeantur. v. *Sotvel* pag. 443 & ſeq. Neque *Hiſpana* Bibliotheca Nicolai *Antonii* pag. 522. & ſeq. ejusdem Viri ſcripta recenſens, quidquam eo de ſcripto ſupplet, ſed Jeſuitica potius alias et-iam non viſa illius ſcriptori aliqua ſubdit.

(1133. β CLXV.) *Honor* S. IGNATIO DE LOYOLA, *Societatis Jeſu fundatori*, *& S. Franciſco Xaverio Indiarum Apoſtolo*, *per Gregorium XV. inter Divos relatis*, *habitus à Patribus domus Profeſſæ & Colle-gii* S. J. d. 24. Julii 1622. Antvverpiæ in 8. editus *a Michaele* GRISIO *Jeſuita Belga*, ſine nominis ſui mentione, quare cum aliis anonymis plurimis a *Valerio Andrea* in ſua Bibliotheca Belgica tacetur; memoratur autem ab *Alegambe* pag. 344. qui etiam alias illo fertilior eſt in bene multis, in enumera-tione Jeſuiticorum librorum, uti par eſt. Ad-de repetentem etiam hic, pro more, Ale-gambea *Sotvellum* p. 614. b.

(1133. γ CLXVI.) *Catalogum quorundam de* SOCIETATE JESU, *qui pro fide vel pietate ſunt interfecti ab* A. 1594. ad 1603. Neapoli & Cracoviæ 1606. absq; ſuo nomine publicavit *Joannes* CAME-ROTA Jeſuita Neapolitanus, *Alegambe* pag. 232. & repetens etiam hic eundem *Sotvel.* p. 430. a.

(1134) *Virorum Illuſtrium* IMAGINES *Le-oni X. P. M. inſcriptas*, ſuppreſſo tamen nomine, quamvis ſuum præmittere non dubitarit Andre-as *Fulvius*, dicitur ediḋiſſe, in Caroli *Patini* Hi-ſtoria Numiſmatum p. 181. c. 24. *Jacobus* SA-DOLETUS, Cardinalis, cujus vita eſt apud *Fre-herum*, & alios, nihil ea de re memorantes.

(1134. α) De VIRIS ILLUSTRIBUS li-ber pſeudonymus, polyonymis potius, quam anonymis accenſendus, & TACITO, aque plu-ribus CORNELIO NEPOTI vindicatus, in hu-jus nomine *Pſeudonymo* nobis conſiderabitur.

(1135) S. *Romani* IMPERII PROCERUM *tam Eccleſiaſticorum*, *quam ſecularium* NOTITIA *Hiſtorico-Heraldico-Genealogica*, *ad hodiernum imperii ſtatum accommodata*, *& in ſupplementum operis Genea-logici Rittershuſiani adornata*, &c. Tubingæ, ſumti-bus Georgii Cottæ 1684. in 8. item in folio ibi-dem. Liber ſpiſſus, cujus argumentum ex titu-lo patet. Auctor detectus jam olim à *Schwedero*

in Jure ſuo publico, antequam recuderetur, anno 1687. in 4. tunc primum, uti teſtantur *Acta Eruditorum Lipſienſium* ejus anni pag. 306. *adſcripto nomine* auctoris celeberrimo, *Jacobi Wilhelmi ab* IMHOF, Patricii Nürenbergenſis, ex Lutherano Pontificii & Conſiliarii Würtzebergici, cujus encomium legere eſt apud Dr. Wilhelmum *Welſeſerum* Comm. de S. Romani Imperii Officialibus & ſubofficialibus cap. IX. §. 17. pag. 150. citato in Symbola MSta conſultiſſimi Dr. Caſparis *Thürmanni*, una cum Dno ab *Haugwitz*, Tr. de regni & aulæ Mareſchallis pag. 614. Idem adeo poſtea notum eſt factum, ut addita libro alii, de quo ſuo loco mox agetur, deſignatio, per A. N. P. J. loco nominis fuerit, per Auctorem Notitiæ Procerum Imperii. Ut eſt in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus 1695. Martii pr. p. 97.

(1135. α) NOTITIA IMPERII RO„MANI §. Coſmop. 1679. Ejus Autor *Carolus* „SCHAARSMIDT creditur, cujus alias meminimus. Ita ex Dn. *Freſii* Catalogo Bibliothecæ MSto lego, Dni L. *Georgii Schrötering* beneficio excerpto.

(1136) NOTITIA UTRIUSQUE IMPERII, liber notiſſimus, quomodo Mariano SCOTO adſcribatur, invito *Pancirollo*, legere eſt in adjecta *Symbola* (a) *neſcio cujus MSta*, in qua tamen citatus *Voſſii* locus mihi quæſitus fuit diu. Plura hac de re puto facile inquirere poſſe, cui vacat.

(a) Symbola MSta ignoti amici, (*credo* Paiſenii *piæ memoriæ*) *Theodoſii junioris temporibus, multa oſtendunt, ut evincit* Pancirollus, *ſcriptos eſſe libellos duos, qui continent dignitates adminiſtrationesq; tam civiles quam militares in Oriente pariter & Occidente, ſub Titulo* Notitiæ utriusque Imperii *noti. Primus* Caſſandri *hortatu Antonius* Schonhovius *Canonicus Brugenſis cum Eutropii hiſtoria Romana edi curavit ab Oporino Baſileæ, 1552.* Voſſ. *in lib. de Philolog. c. 1. p. 14. 1551. Poſtea eandem Notitiam cum duobus Manuſcriptis contulit, ac multo emendatius edidit, ubere etiam commentario illuſtravit Guidus* Pancirollus, *Patavinus, & Interpres Juris Taurinenſis. Adjecerunt illi Galliarum Provinciarum civitates, ex* Iſiodori *Breviculo, ut etiam cenſet Petrus* Pithœus, *lib. 2. Adv. ſubſec. c. 1. quæ cum depravatæ admodum circumferantur, ex veteribus Codicibus emendatius, liberalitate Magni* Scaligeri *adjecta etiam interpretatione, proponit P.* Merula, *Coſmog. part. II. lib. III. cap 19. p. 349. Marianus* Scotus *Monachus Fuldenſis, auctor hujus Notitiæ putatur* Cujacio; *ſed hæc ſententia à Pancirollo refellitur.*

(1137) *Judicium Viri docti ſed anonymi, de* JOANNA PAPISSA MARESII, annexum IV. differt. in Mareſium *Curcellæi*, putante *Schotto*, Phyſicæ curioſæ pag. 434. ipſius eſt CURCELLÆI, contra quem & *Blondellum* Mareſius Papiſſam ſuam reſtituerat.

(1138) *Flavii* JOSEPHI *antiquitatum, & reliqui libri Latine* ſolum e Frobeniana Officina 1534. in folio, quibus debeantur, exponit Epiſtola dedicatoria Sigismundi *Gelenii* (a) a quo RUFFINO imputatam priorem: at EPIPHANIO Scholaſtico vindicari in Anglica, tot annis parata editione Græco-Latina Joſephi, ex fragmento viſo narrat auctor *Germanicorum Colloquiorum Menſtruorum* (b) anni 1691. pag. 435. & 436. Pro Ruffino tamen etiam eſt Codex antiquus Membranaceus laudatus P. *Lambecio* p. 213. itineris Cellenſis.

(a) Gelenius in Epiſt. dedicat. Joſephi: *Igitur Antiquitatum interpretationem ad vetera exemplaria latina duntaxat, ob Græcorum inopiam contulimus: comperimusq; ut minus mendarum (fortaſſis ob argumentum vulgatius) quæ in belli Judaici hiſtoria: ita ſtylum interpretis tanto inelegantiorem, ut haudquaquam credam ab eodem utrumq; opus latinitate donatum: vel hac conjectura, quod in concionibus, quum Joſephus ubiq; ſui ſimilis ſit, quoties in opere Antiquitatum incidunt, miram balbutiem videbis: contra in ſequentis operis orationibus interpres,* Rufinus *opinor, propius Joſephum adſequitur, ejusq; declamatoriam quandam facultatem longe magis quam ille alter, quisquis eſt, exprimit: id quod evidentius apparet in duabus: altera libro tertio, ubi diſſuadet mortem ſibi conſciſcendam: altera ſeptimo, ubi eandem rem verſo ſtilo ſuadet: hoc ex Eleazari cujusdam perſona, illud vero ex ſua. Hos autem VII. libros ad duos Græcos codices, unum ab Ornatiſſ. præſule Georgio Arminiaco, Rutenorum epiſcopo, alterum a[b] eximie docto viro* Joanne Croto, *exhibitos, contuli[mus]: hisq; adjuti tot mendas ſuſtulimus, ut facilius ſi[t] Lectori ex unius cujusvis paginæ collatione de ea re exiſti[]mationem facere, quam mihi omnia loca reſtituta annu[]merare: quorum plurima à librariis corrupta, quædam etiam interpretis hallucinatione non ſatis feliciter reddi[]ta, eſt ubi exemplar quoq; depravatius eum ſequutum deprehendimus. Tantundem aut aliquanto plus præſti[]tum eſt in depravatiſſ. antea* contra Apionem *libris atq; hi nunc primum, ni fallor, inoffenſe percurri pot[e]runt. Sermonis vero de Machabæis caſtigationem, un[i]co illi non ſolum Germaniæ totius, ſed etiam ſui tempo[]ris ornamento* Des. Eraſmo Roterodamo *debemus.*

(b) Monatliche Unterredungen/ *Juni[i]* *1691. p. 435. 436.* So *referirte* demnach Herr *Anton[]* wie er das Glück gehabt/ ein gut Stück des *Joſeph[]* daran eine geraume Zeit in Engeland gearbeitet wir[d] zu ſehen/ auch die Verſicherung zu empfahen/ daß d[as] gantze Werck vielleicht / ehe man ſichs einbildete/ z[ur] *Perfection* kommen ſolle. Es ſind mir / ſprach e[r] zweyerley Stücke davon zu Geſichte kommen: Ein[s] beſtund in 88. Bogen/ und endigte ſich im 1. Cap. d[es] fünften Buchs *Antiquitatum Judaicarum*: Das a[n]dere in 32. Bogen/ und erſtreckte ſich biß auf das zwö[lf]te Cap. des 2. Buchs *de bello Judaico*, war auch [in] beyden ein jedwedes Cap. in gewiſſe *Paragraphos* ein[]getheilet. Ich muß es geſtehen / daß dieſes ſo *accu[rat]* nicht iſt / als jenes/ auch die *Notæ* ſo weitläufftig ni[cht] ſind/ ſondern kurtz anzeigen/ wo die von *Joſepho* beſchr[ie]bene Hiſtorien weiter zu leſen. Doch iſt ſo wol [der] Griechiſche Text/ als *Rufini Verſion* mit *Codicibus M[SS.]* und *Impreſſis conferiret*/ da ſich aber nicht eben viel *va[riæ]* *Lectiones* finden. Hingegen iſt jenes Stück der *An[ti]quitatum incomparabel* ſchön/ und ſtehen unter jeg[lichen] Seiten die *Variæ Lectiones* und *Correctiones* ſo wol i[m] Griechiſchen Texts/ als der Lateiniſchen *Verſion*, [] nicht dem *Rufino*, ſondern *Epiphanio Scholaſtico* zuge[]

net wird / welche beyderſeits aus *Codicibus MSS.* und *Impreſſis* genommen/ und bißweilen artige *Notulæ Criticæ* von der Bedeutung und Gebrauch etlicher raren Griechiſchen Wörter mit untergemenget ſind.

(1139) JURIS *Civilis* HISTORIA, toties nobis ſuperius citata, & excerpta, *Jacobi* GOTHOFREDI, ſeu *progreſſus Juris Civilis Romani*; *Bibliotheca Juris Romani. Series Digeſtorum & Codicis* libello compræhenſæ ſunt, in 12. qui Genevæ, ut videtur, editus; nec nomen auctoris, niſi in notis compendiariis I. G. expreſſum, nec urbis aut Typographi, nec annum æræ Chriſti repræſentat, ut ſcribit *Teiſſerius*, Catalogo & Bibliotheca pag.144. *Editiones nomine præfixo* deinde complures prodiere, ex quibus nobis ſupra citata 1654. Genevæ in 12. & alia Joh. *Mollero* Flensburgenſi excerpta ab hac diverſa fuit.

(1139. *a* CLXVII.) LARVA DETRACTA, hoc eſt: *Brevis expoſitio Nominum, ſub quibus ſcriptores aliquot Pſeudonymi, recentiores imprimis, latere voluerunt.* Veriburgi 1670. in 12. nullo auctore præſcripto prodiit. Eam eſſe partem poſteriorem doctiſſimæ Diſputationis de Nominum mutatione, quam Conſultiſſimus Dn. Fried. GEISLER, Juris Dr. & Profeſſor P. Lipſiæ 1669. d.29. Aprilis habuit, ac anno 1671. auctiorem iterum exhibuit in 4. conferenti patebit. Hæc ipſa Larva detracta, ſine auctoris, ut audio, voluntate ſic ſeparatim, & ἀνωνύμως excuſa, præbuit mihi anſam totius hujuſce Syntagmatis concinnandi atque edendi, dum Amicus aliquis à me petit, ut Auctori Excellentiſſimo, quos haberem auctores ejus generis cognitos, communicarem, mihi vero collectanea mea relegenti, ea, quam vides, B. L. copia ſcriptorum ſeſe obtulit, quam alteri ordinandam & inſtruendam ſcribere non omnino ſuſtinebam aut audebam.

(1140) *De Legatione* LAVARDINI *ejusque cum Romano Pontifice diſſidio*, liber à Dr. Praun, Ritterſpiegels part. 1. pag. 27. memoratur eſſe doctiſſimi Romani Prælati: Imo *Abbatis St. Galenſis*, poſtea *Cardinalis* STONDRATO ſe legiſſe, quod ſit, *Symbola* nobiliſſimi *Georgii à Schröttering*, J. U. L. alias jam laudati teſtatur. De illius Genealogia vid. ſupra *num 118.* in Genealogia familiar. Bellomaneriæ &c.

(1141) LEONIS *Sapientis* ORACULA XVII. quid ſcripti ſint, & quomodo illuſtrata verſionibus ac notis, etiam *anonymorum* duorum paraphraſi *Græca* & expoſitione *Latina*; quarum illa SCHOLARIO vel RHUZANO adjudicatur, invito *Lambecio*: hæc *Franciſco* PATRITIO, *Dalmatæ*, deberi creditur; Vide apud *Hanckium* (a) de Byzantinis Scriptoribus p. 116. & ſeqq.

(a) Mart. Hankius *de* Byzantinis Scriptoribus pag. 416. 417. § VIII. *Hunc librum oraculorum XVII. continentem, ex Græco Latinum fecerunt Joannes* Leunclavius *&* Janus Rutgerſius: *additamentis ſuis illuſtraverunt duo Græci Autores, idem* Rutgerſius *& Petrus* Lambecius. *§. IX. Prodierunt ex his Oraculis poſtremum, i. e XVII. Græce & Latinè, interprete* Leunclavio, *Conſtantini Manaſſis annalibus additum, Baſileæ M.D.LXXIII, in 8. Priora XVI. Græcè & Latinè, interprete* Rutgerſio, *cum ejusdem notis, in ejusdem variis* Lectionibus *(lib. V. cap. VIII.) Lugduni Batavorum M. DC.XVIII. in 4. Omnia Græce & Latine interpretibus* Rutgerſio *&* Leunclavio, *cum figuris, & Anonymi (quem neq;* Scholarium, *neque* Rhuzanum, *quamvis Conſtantinopolitanorum vaticiniorum explicationes ſcripſerint,* Lambecius *eſſe judicat) paraphraſi Græca, & alterius* Anonymi *(qui* Franciſcus Patritius *Dalmata creditur) expoſitione Latina &* Lambecii, *cum in oracula, tum in eorum Græcam paraphraſin annotationibus,* Georgii Codini *antiquitatibus ſubjuncta, Pariſiis é Typographia regia, per Sebaſtianum Cramoiſium, M. DC. LV. in fol.*

(1141. *a*) CÆSAREA LEGATIO, quam mandante Auguſtiſſimo Rom. Imperatore „ *Leopoldo I.* ad Portam Ottomannicam ſuſcepit, „ perfecitque Excellentiſſimus Dominus Walte- „ rus S.R.J. DE LESLIE: ſuccincta narratione, „ expoſita atque illuſtriſſimo Domino, Jacobo, „ S.R.J. Comiti de Leslie, Oratoris Nepoti, in „ perennem Laudatiſſimi Patrui memoriam di- „ cata A. R. P. P. T. S. J. itineris comite, & ex- „ cellentiſſimi oratoris capellano, Viennæ Au- „ ſtriæ, Typis Matthæi Coſmerovii, Sac. Cæſ. „ Majeſt. Aulæ Typographi, Anno Domini, „ 1668. in 8. pag. 182. concepta quod ſit *Pauli*, „ TAFFERNERI, Clagenfurtenſis è Carinthia Jeſuitæ, docet *Sotvel.* pag. 654. Bibl. Jeſuiticæ.

(1142) *Reſpublica Comitis* LEYCESTRENSIS, quid libri ſit, & quod *Roberti* PERSONII, vulgo PERSONIS, vel PARSONIS, ediſſerit *Wood* (a) Hiſtor. & Antiq. Univerſitatis Oxonienſis pag. 78. b. Ubi de auctore illo alia multa vide, ut de Comite illo ipſo p. 382.

(a) Anton. Wood. Hiſtor. & Antiq. Univerſitatis Oxonienſis, p. 78. b. Reſpublica comitis Leyceſtrenſis. *Edit. Angl. 8. ſub finem Regni Sereniſſimæ* Elizabethæ. *Et Lond. in 4. & 8. 1641. Liber ille Dialogus eſt, inter Scholarem, Generoſum, & juriſperitum habitus, cujus paginam utramque implent præcipua* Roberti Dudleji, *Comitis Leyceſtrenſis, ſummoq; Reginæ Elizabethæ favore ornati, geſta, quæ* Perſonio *pateſeciſſe exiſtimatur* Gulielmus Cecill, *Dominus de* Burleygh / *eidem Comiti haud modice infenſus. Cum publici primitus juris fieret,* Perſonii tunica viridis *nuncupari ſolebat, quod ſcil. vel tegmen ejus vel folia colore illo tingerentur.*

(1143) Titi LIVII. notiſſimi eruditis omnibus Hiſtorici Romani, liber XXXIII. tacito ſuo nomine publicatus per *Johannem* HORRION legitur apud Henningum *Witte*, Diarii Biographici 1641. d. 21. Auguſti. Quod initio videbatur indignum memoratu, ſed Belgam legens, apud Valerium *Andreæ* hæc inveni pag.

 518.

„518. Tom. *Livii Patavini Hiſtoriarum XXXIII. li-„brum in Bibliotheca Eccleſiæ Cathedralis Bambergæ MS. „primum repertum cum caſtigationibus & notis nomine „Gymnaſii Paderbornenſis ad Theodorum Epiſcopum Aca-„demiæ fundatorem, Paderbornæ, typis Matthæi Pon-„tani 1607.* Unde intelligens & *Jeſuitam*, inquirendo *Sotvellum* pag. 462. legi, quod apud *Ale-„gamben* ante non inveneram. T. *Livii Patavini „Hiſtoriarum librum XXXIII in Bibliotheca Eccleſiæ „Cathedralis Bambergæ MS. primum repertum, accu-„rate cum caſtigationibus & notis, nomine Gymnaſii „Paderbornenſis humaniorum literarum, ad Theodo-„rum Epiſcopum Academiæ fundatorem. Paderbornæ „A. 1607. typis Pontani in 8. Idem liber de ejusdem Pa-„tris exemplari, mendoſe excerptus, paulo ante Romæ „fuerat editus cum notis Antonii Querengi.* Quod tanto magis exacte notandum hic putavi quoniam id effugit alias diligentiſſimi *Hanckii* induſtriam; qui nec editionem hanc memorat, tot aliis memoratis; de fragmento vero hocce habet, quæ (a) damus hic excerpta. Quibus jungantur *Voſſii* pauca verba (b) omnino conferenda de Hiſtoric. Lat. p. 94.

(a) Mart. Hanckii de Romanar. Rer. Scriptoribus liber I. pag. 59. *Præterea ſub* Titi Livii *nomine fragmentum reperitur, quod hiſtoriarum ab urbe condita XLIII. vocatur. Id à* Franciſco Bartholino Urbinate, JC. *qui à Codice vetuſto Bibliothecæ Capituli Eccleſiæ Bambergenſis deſcripſerat, nactus* Caſpar Luſignanus *Venetus, primus edidit. Haudquaquam vero, quæ ad XLIII. ſed talia, quæ ad XXXIII. librum ſpectant, continet.*

(b) Gerard. JO. Voſſius *de* Hiſtor. Latin. *lib. 1 pag 94. At qui nuper, tanquam* Livii *Genuinam, libri XLIII. partem majorem è veteri, ut ait, Bibliotheca, primus juris publici fecit; næ ille fucum fecit auritis Midis; non illis, quibus corculis eſſe datum eſt, & qui norunt, quid æra lupinis diſtent. Nihil hoc ſcriptore eſt grandius atq; uberius.*

(1144) T. LIVII *Epitomarum* auctor an IPSE vel Annæus FLORUS, ſive alius, incertum *Voſſio*, loco modo citato, & *Hanckio* p. 3 1. de Romanarum rerum Scriptoribus manet. *Voſſius* etiam de vitiis ſermonis lib. 1. cap. 25 pag 109. occaſione vocis multoties in Liviana Epitome repertæ ſcribit, in eadem alia etiam ſe offerre „notæ non bonæ. *Nempe* (pergit) *non adeo eſt „antiquus illius Epitomes ſcriptor, quam vulgo putant, „utcumque tum vixerit, cum totus etiamnum vivus „extaret.*

(1144. a CXXXXVI.) LOCORUM COMMUNIUM *Typum* in Hollandia ſine auctoris mentione excuſum, commendat & *Jacobo* CUJACIO imputat *Bartholomæus Keckermannus*, conſilii Logici de Locis communibus faciendis, cap. 3.

Typus is eſt LOCORUM COMMUNIUM HISTORICORUM *ad cap. præſens* utique referendus, a nonnullis *Jacobo* CUJACIO attributus, ut in operibus Bartholomæi *Keckermanni* pag. 1816. commendatur, & exhibetur: deinde folio L* aſteriſco ſignato, poſt locos ipſius longe locupletiores quos in editione Operum Kerckermanni in 4. Tomo II. legere eſt. Mihi videtur opella tanto Vito parum digna, & in majorem tantummodo Keckermanni laboris oſtentationem temere taliter extruſa.

(1145) *De Jure Galliæ in* LOTHARINGIAM EXCERPTA *ex Actis Senatus*, qualia ſint, & quod clariſſimi Joh. Henrici BOECLERI, vide in excerptis, quæ damus (a) ex *Deckherrianis* Adespotis pag. 255. 256. Confirmans hoc M. Andreas *Stübelius* in Exercitatione Academica Lipſiæ 1684. Præſidio ſuo defenſa de excerptis adornandis cap. I. §. III. in fine: de qua in Arte noſtra excerpendi plura diximus, nec adhuc partem alteram promiſſam ſcimus publico perſolutam. Interim hic non omittendum, præfixo *Bœcleri* nomine etſi non ipſi titulo; attamen præmiſſæ ad Lectorem præfationi, poſtmodum recuſa hæc Acta in 4. Argentorati 1663. plagulis tribus cum dimidia, cujus præfationis verba omnino hic aliqua duximus (b) excerpenda. Ipſius ſcripti, contra quod Böclerus inſurrexit, Gallici, titulus etiam addendus (c) utique viſus, una cum argumentis Capitum, quæ tribus plagulis pertractantur.

(a) Jo. Deckherrus de Adeſpotis, p. 255. ſeqq. Excerpta ex Actis Senatus in Parnaſſo, Apolline Senatum habente, *Coſſ. Liberio Germano, & Deſiderio Gallo, de geſtis adverſus nonnulla capita diſſertationis Politicæ de Tractatibus inter Regem Chriſtianiſſimum & Carolum Lotharingiæ Ducem, Anno LXIII. edita; a nonnullis male omnino, ſub præſcriptione:* De Jure Galliæ in Lotharingiam, *evulgata, ſibi, repudiato hoc titulo, vindicavit* Celeberr. Bœclerus: *quod enim non ſtatim nomen appoſuerit ſuum, ex cauſa factum eſſe exiſtimari oportebat, quod eliciendæ judiciorum libertati magis ita convenire videbatur; ſtatim tamen decrevit, ultro manifeſtare, i. e. legi parere quam ſibi ipſi dixerat, ne quid unquam ſuppreſſo nomine ab ipſo exiret, ex Epiſt. ſive Præfat. pag. 2. Cæterum de negotio ipſo olim lepide* Hugo Grotius, *cum res turbaretur ad Jacobum Puteanum Francofurto Annno* XXXIV. *in hunc ſenſum ſcripſit:* Adverſus Lotharingum videmini mihi non multo aliter agere, quam is qui cum trabe caput alterius percuſſiſſet, ei, ſibi ut caveret, inclamabat. Poſt vim non deeri juris ſpecies. *Epiſt. 168. pag. 362. Ut autem jure, ut armis, ut tranſactionibus controverſia acta geſtaq; ſit, Vid. informantes* Gramond. *Lib. XV. Hiſtor. ad Ann. XXV. Miniſter. Card. Richelii lib. IX. per tot. Pacta Gall. apud Mazarineum, Tractatus Pacis Pyrenéæ, & Noviomagenſis.*

(b) Jo. Henricus Bœclerus, in Excerptis ex Actis Senatus in Parnaſſo, in Præfatione *Cum Diſſertatio illa Gallica, cujus index mox ſubjicitur per manus hominum, primo tanquam horribile arcanum furtim, ſubinde apertius vulgaretur, variaq; judicia concitaret; factum eſt, ut a me quoq; nonnulli requirerent quid faciendum ſcripto, cui auctoritatem conciliaret, tum ſpecies aliqua Hiſtoricæ ac Civilis eruditionis, tum laudes quorundam, ut ajebant, magnorum virorum, qui ut de bene & ingenioſe compoſito libello pronunciarent. Reſpondi quod indoles mea & res ipſa ultro hortabatur; exciperi*

exciperes linguæ Gallicæ exprompt am venuſtatem, cætera futile & importunum eſſe ſcriptum; quod magna mendacia tam perfunctoriis velamentis tegere, & Regis Chriſtianiſſimi gratiam inde captare inſtitueret.

Dictavi igitur ex tempore pauca, ex iis, quæ pro jure imperii civis Germanus & ſentire ſemper, & dicere in loco ac tempore plurima poteſt debetq;.

De cauſa Lotharingica (quam cum ſummam & titulum ſcriptionis diſſertator in ſpeciem aſciviſſet, revera πάρεργον *fecit) licet plurima legiſſem, nec pervulgata, in utramq; partem; aliqua & excogitare potuiſſem, quæ dici tali occaſione hinc aut inde fas eſſet: nolui verba facere. Quo inſignior eſt injuria, quam meis paginis fecere editores pene nominandi, qui contra conſilium & inſtitutum meum, contraq; fidem argumenti omnium oculis obvii, adjecere fronti libelli improbum gloſſema,* De Jure Galliæ in Lotharingiam: *ac ſi quis diceret,* de eo, quod ſcriptor harum paginarum ſerio declinavit & vitavit; *ſive* de quo nihil dixit.

Hæc eſt unica cauſa, quæ cogit reproducere annotationem extemporalem, ex qua tum demum fiet accuratior Diſſertatio, cum conſtabit, cui adverſario, & quibus armis inſtructo reſiſtendum ſit. Quod non ſtatim nomen appoſui meum, ea cauſa factum exiſtimari opto, quod eliciendæ judiciorum libertati magis ita convenire videbatur. Statim tamen decrevi, ultro manifeſtare, id eſt, legi parere quam mihi ipſe dixi, ne quid unquam ſuppreſſo nomine a me exiret.

(c) Diſſertation Hiſtorique & Politique, ſur le Traitté, fait entre le Roy & le Duc Charles, touchant la Lorraine. M. DC. LXII.

Matieres de cette Diſſertation. Motifs du Roy dans ce Traitté avec le Duc Charles.

- I. *Que la Lorraine n'eſt pas un Membre de l'Empire d'Allemagne, mais de celuy de France.*
- II. *Suite du meſme ſujet.*
- III. *Que le Roy eſt le vray Empereur des Romains, l'Empire ayant eſté uny inſeparablement à la Monarchie de France.*
- IV. *Que l'Empire Romain n'a pû eſtre porté en Allemagne: Les Empereurs d'Allemagne nommez ſeulement Rois.*
- V. *Preeminence des Roys de France ſur les Empereurs d'Allemagne preuvée.*
- VI. *La Maiſon de Lorraine ne tire point ſon Origine de l'Auguſte Maiſon de France.*
- VII. *La Lorraine eſtant un membre de l'Eſtat de France, qui n'en a pû eſtre ſeparé, elle appartient au Roy par le Droit Public.*
- VIII. *Comme conquiſe elle luy appartient par le Droit des Gents.*
- IX. *Eſtant une Principauté Hereditaire, Patrimoniale, & qui participe de la Nature du Fief, elle appartient encore au Roy par le Droit civil.*

(1146.) LUGDUNENSIUM apud BATAVOS PROFESSORUM ELOGIA & VITÆ quæ prodiere Lugd. Batavor. 1617. in folio per Joannem MEURSIUM ut dicitur, teſte *Hyde*, Bibliothecæ Bodlejanæ p. 75. b. titulo: Belgium & Belgæ ſive Batavi, & ſub nomine Joannis Meurſii, pag. 455. a. Ubi & *Athenæ Batavæ* illius doctiſſimæ commemorantur.

(1147.) LUMEN HISTORIARUM *noſtri temporis, ſeriem Regum & Principum tam Eccleſiaſticorum quam ſæcularium, Chronologico-Genealogicam a ducentis abhinc annis repetitam, exhibens*, Lubecæ, apud Joh. Wiedemeyerum, Bibliop. M. DC. XCVI. in 8. paginis 116. cum indice alphabetico unius folii, quod ſit *M. Jacobi von* MELLEN, *Lubecenſis*; habeo ab amico, qui mihi exemplar ab autore ſibi donatum admiſit.

(1148) DELICIÆ LUSITANO-HISPANICÆ Col. Agrip. 1613. ſine dubio ſunt *Andreæ* RESENDII, Eborenſis, cujus Antiquitatibus, „ Luſitanicis, aliisque ejus operibus, in eadem edi- „ tione præmittuntur. Symbola eſt doctiſſimi, „ Guilielmi *Cave* iterum Islingthonio 1676. transmiſſa.

(1149) Diſſertatio Hiſtorica & Apologetica pro Doctrina Doct. LUTHERI de MISSA, ſive CONFUTATIO RENOVATÆ, „ ADVERSUS Doct. LUTHERUM, & qui ſen- „ tentiam ejus ſequuntur CALUMNIÆ impu- „ dentiſſimæ, ab Abbate quodam in tractatu Gal- „ lico anno 1684. Lutetiæ edito, qui latine ver- „ ſus ſimul exhibetur cuique titulus eſt: Recitatio, „ COLLOQUII DIABOLI CUM LUTHERO, „ &c. Huic refutatio per modum Notarum in- „ ſeritur: Quam edit Caſpar Sagittarius Doctor „ Jenæ, literis Niſianis, a. 1686. in 4. Qui editio- „ nem hujus Tractatus in nuperis nundinis dedit, „ V. cl. alibi a nobis ex merito laudatus D. Caſpar, „ Sagittarius, Profeſſor Jenenſis, Auctorem, „ ejus in Epiſtola dedicatoria ad ſereniſſimum „ Principem Bernardum Saxoniæ Ducem, non „ uno mactat encomio, nomen tamen (ita illo, „ volente) reticet, quod amicum obſequium, „ nos quoque imitamur. Verba ſunt Actor. Eru- „ ditor. Lipſienſ. 16 6 Decemb. pag. 06. At in „ decennii primi indice detegitur auctor illuſtris *Vitus Ludovicus* à SECKENDORF, Eques Francus, Hiſtoriæ Lutheraniſmi ſui, & aliis ſcriptis ex merito notus. Scriptum id fuiſſe perneceſſarium arguit Auctor *Hiſtoriæ Reſp. Litterariæ* Gallice ſcriptæ notiſſimæ A. 1685. pag. 924. ubi jam tertium editam recenſet *Recitationem illius colloquii cum annotationibus editam* & tertium jam recuſam Anno 1684. in 8. Pariſiis opera Abbatis de Cordemory. Eam ergo nunc factam & publicatam eſt quod agimus grates auctori & editori.

(1150) *Autores* CENTURIARUM MAGDEBURGENSIUM. Scriptæ ſunt hæ ipſæ ſuperiori ſeculo a Matthia FLACIO, *Johanne* WIGANDO, *Matthæo* JUDICE, *Baſilio* FABRO, *Andrea* CORVINO, atque ALIIS, vocanturque ſummo jure a Georgio *Calixto*, harum literarum callentiſſimo, (in Appar. Theol. p. 184. & 185.) *inſigne & nobile opus, quale priſtina ætas nunquam viderit.* Editio Luciana nitidiſſima: caret tamen ea antiquis præfationibus. Deſinunt hæ Centuriæ cum fine ſeculi decimi tertii. Sunt, „ autem ſingulæ in XVI. capita digeſtæ, quo- „ rum

1. *Summam dicendorum complectitur.*
2. *Agit de loco & propagatione Eccleſiæ.*
3. *De perſecutione & tranquillitate Eccleſiæ.*
4. *De doctrina.*
5. *De Hæreſibus.*
6. *De Ceremoniis & Ritibus.*
7. *De Politia & gubernatione Eccleſiæ.*
8. *De Schismatibus.*
9. *De Synodis.*
10. *De Epiſcoporum & Doctorum vitis.*
11. *De Hæreticis.*
12. *De Martyribus.*
13. *De Miraculis.*
14. *De Rebus Judaicis externis ſive Politicis.*
15. *De aliis Religionibus extra Eccleſiam.*
16. *De Motibus & mutationibus Politicis.*

„Hæc ita in tyronum gratiam quibus ipſæ Magdeburgenſium Centuriæ haut præſto ſunt, ut „componi cum tabula mea ſupra delineata & infra per partes illuſtranda, queant. Quicquid „autem ſit de operis hujus præſtantia, præ omnibus aliis huic argumento conſecratis, fatendum id non omnino ſuis nævis deſtitui. Illud „non tam meum, quam doctiſſimorum de eo „virorum judicium eſt. *Gerardi Joannis Voſſii* doctrinam, nemo eſt, qui ignoret, is autem „in libro de Philolog. (pag. 78.) ita: *Judicio non „exiguo opus eſt in Centuriatoribus.* Addit tamen „ibidem: *nec in Baronio* (de quo jam jam) *minori; quem interea negare non poſſumus præclare meritum eſſe de Antiquitate Eccleſiaſtica.* Jungatur „*Horneji* judicium de iisdem ſub principium „Compendii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Aſperiora ſunt, quæ in has centurias dicuntur a doctiſſimo alioquin Anglo, *Richardo Montacutio*, in „præfatione Apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, ed. Oxon. a 1635. in fol Inter alios, qui „ſe eis ex Papiſtis objecere, eſt *Franciſcus Turiana*, „qui pro Canonibus Apoſtolorum adverſus illos „ſcripſit, Colon. a. 1573. in 4. Sed extat etiam „*Dav. Blondelli Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes.* Gen. a. 1628. *Verba* ſunt plurimum reverendi Dn. *Severini Waltheri Sluteri* in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ pag. 17. & 18. editionis primæ in 12. repetita pag. 24. & ſeqq. recentioris editionis in 4. Quæ illuſtrantur & augentur etiam confirmata bonam partem ab ampliſſimo, & nunquam nimis mihi deverenando Dn. Scholarcha meo, Doctore & Profeſſore Theologo ſummo atque Conciliario Regio Suecico D. Joanne Friderico *Mayero*, in ea, quam *mantiſſæ primæ* loco totam exhibui Epiſtola mihi olim ſcripta vice Programmatis, numero a me addito commodioris faciendæ ſæpiuſculæ citationis ergo 27. ubi memoratu digniſſima mera leguntur, & aliud ſimul ſuo loco non obliviſcendum ſcriptum auctori ſuo alias occulto nunc per virum infinitæ lectionis, & in hoc argumento etiam notitiæ ſecretiſſimæ, utinam omnis publico mihique mox revelandæ detectum.

(1151) ALBUM MARIANUM, *in quo, proſa & Carmine, Dei in Auſtriacos beneficia, & Auſtriacorum erga Deum obſequia recenſentur*, Lovanii, typis Maſii, 1641. in folio, *tacito ſuo nomine*, ut ediderit *Guilielmus* STANIHURSTIUS, origine Hybernus, natus Bruxellis, Jeſuita, refert *Sotvel*, Bibl. Jeſ. pag. 320. quod *Alegambe* nondum habebat aut habere poterat.

(1152) *Liber de* NATIVITATE S. MARIÆ ab *Hieronymo* ſuppoſititius cenſetur. Idem, „ſenſit *Eraſmus* Roterodamus, Melchior *Canus*, „*Sixtus Senenſis & Baronius.* Defendit Chriſtophorus de *Caſtro*, Jeſuita Hiſpanus. SELEUCUM, „auctorem, Manichæorum Apoſtolum, notiſſimum hæreticum, nominat *Caſaubonus*, Exerc. „1. ad appar. n. 39. Verba ſunt *Ægidii* STRAUCHII Amœnitat. Juris Canonici Eclog. 6. pag „163. LEUCIUS quidam Manichæus auctor creditur, ſcribente *Spondano* annal. part. 1. pag. 44. num. 24. citante iterum Dn. Dr. Ottone *Sperlingio.*

(1152 α) MARS GALLICUS, a Joh. *Leideckero*, in Hiſtoria Janſeniſmi, quomodo Cornel. JANSENIO, Iprenſi Epiſcopo, ex peculiaribus, a pontifice damnatis dogmatibus ſatis celebri adſcribatur, edocebit ſerius inſerta Dn. *Maſtrichti* ſequens Symbola: Vide & in Pſeud. *Patritius Armachanus* n. 2042.

JANSENIUS *Cornel. Iprenſis Epiſcopus.*

Querente fruſtra Janſenio Martis, „Gallici *lib. II. c. 13. & 21. ſunt verba* Leide- „ckeri *in Hiſtor. Janſeniſmi lib. I. c. 13. pag. 85.* „*Poſtea lib. II. Cap. 1. 2. a pag. 76. ex profeſſo agit de* „*Marte ejus Gallico, de occaſione libri* Beliani, „Arrogi *Doct. Pariſienſis. Occaſionem fabulæ,* „*uti ſcribit ſimilem refert pag. 92. & ſeq. 93. P.* Ro- „ſæum, *virum eruditiſſ. Sanctioris Conſilii,* „*præſidentem materiam, Janſenium Stylum con-* „*tuliſſe ad Martem Gallicum. Locus eſſet adden-* „*dus, niſi prolixior foret. Hæc* Dn. Maſtrichtus. „

(1153) *De Ætate* S. Martini *Turonenſis Epiſcopi* & quorundam ejus geſtorum ordine, anno „emortuali, nec non *de S.* BRICCIO ſucceſſore, „*Epiſtola.* Pariſiis apud Antonium Dezallier, A. „1693. in 8. Conſtat plagulis $4\frac{1}{2}$. Directa eſt, „hæc Epiſtola ad R. P. Antonium Pagium, auctoremque agnoſcit eundem, quem modo in „troduximus, clariſſimum ANTELMIUM (*Joſephum* prænomine,) qui in ea bene mereri vo- „luit de S. *Martino* Turonenſium Epiſcopo; cujus vitam equidem a tot ac tantis ſcriptoribus de- „lineatam, & cujus ætatem tot expertam fuiſſe „calculatores innuit, ſed qui utrobique non a „vera minus hiſtoria, quam a certa Chronologia, graviter ſubinde aberraverint. Verba „ſunt *Actorum Eruditor.* Lipſienſ. a. 1695. Sept. pag. 417.

(1153. α) MARTYROLOGIUM quis in compendium redegerit, ita docet *Symb. Maſtr.*

CHY-

CHYTRÆUS MARTYROLOGIUM *in Compendium redegit. Forte illud quod prodiit Francofurti apud Guillielmum Antonium, ſine nomine interpretis, in octavo, libris decem.*

(1154) MARTYROLOGII PARISIENSIS anonymi auctor USUARDUS, Monaſterii S. Germani Pratenſis (S. Germain du Prè) Monachus, ſub Carolo M. docetur abs memorabilis mihi memoriæ & omnibus eruditis Viro, meo olim Scholarcha & Fautore honoratiſſimo Antonio REISERO Paſtore ad D. Jacobi noſtro hic vigilantiſſimo, in Launojo ſuo Orthodoxo, pag. 747.

(1154. α CLXVIII) *Relationem* MARTYRII *Patrum* Rocchi Gonzales, Alphonſi Rodriguez & Joannis de Caſtillo, *ſocietatis Jeſu, qui* Ao. 1608. *in Uruay Paraquariæ Provincia paſſi ſunt, a Franciſco* CRISPO *Jeſuita Hiſpano Hiſpanice* ſcriptam, Viennæ, 1631. in 16. Latine publicatam, eſſe interpretis Henrici LAMORMAINI Jeſuitæ Belgæ, nomen ſuum occultantis, memoratur ab Alegambe p. 175. quem citat *Valerius Andreæ* p. 359. de eodem agens; repetit *Sotvell.* p. 328. b.

(1154. β CLXIX.) *Succinctam Narrationem vitæ & mortis trium ſanctorum* MARTYRUM, Pauli, Johannis, & Didaci *Japonum ex Societate Jeſu*, tacito nomine ſuo ediditſe *Antonius* COLAZUS *Jeſuita Luſitanus* memoratur ab eodem *Alegambe* p. 37. repetit *Sotvell.* p. 68. a.

(1155) *Librum de miraculis* S. MAURI, tribuunt *Sammarthani* ODONI, *S. Mauri Foſſatenſis*, „circa an. 860. Obiit anno Iↄ CCCC XLII. „*juxta Frodoardum.* Verba ſunt *Sandii* in Notis & Animadv. ſuis in Voſſii Hiſt. Latinos, p. 72.

(1155. α) MAXIMILIANI PRIMI *res geſtas*, novo ſcribendi genere, modo ſententiis metro illigatis, modo in diffuſius dicendi genus affine Epidictico ſparſis explicatas, edito Ingolſtadii 1631. in 8. libello anonymo, ejusque auctario Monachii 1639. per *Jacobum* BALDE *Jeſuitam Germanum*, Electoris Bavariæ concionatorem, auctor eſt *Alegambe*, p. 193. repetit *Sotvel.* p. 357. a.

(1156) CLXXI.) *Narratio Publicæ Lætitiæ, qua* NATALIS *Sereniſſimi Principis Hiſpanorum* Balthaſaris Caroli Dominici MEDIOLANI *celebrata* A. 1630. absque auctoris nomine conſcripta & publicata per *Jeſuitam Italum, Emanuelem* THESAURUM, ut docet *Alegambe* p. 103. & *Sotv.* p. 194. a.

(1157) *Pomponii* MELÆ *de ſitu Orbis*, libri tres, Lugduni Batavorum, 1685. in 8. recenſentur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus*, ejus anni pag 446. & editoris noti mihi jam olim ante hoſce triginta nunc annos, neque non tamen jam tunc eruditiſſimi plane ac ingenii vegetiſſimi juvenis, at nunc per Orbem literatum celebratiſſimi Patris inclyti Civis mei & amici atque Fautoris beatæ memoriæ filii digniſſimi *Jacobi* GRONOVII eſſe memoratur. Cujus hic memoriam æque ac paternam ſuſpicio veneror que lubens.

(1158) *Hieronymi* SAVILII, *Equitis Angli*, de MILITIA Romana, Heidelb. 8. 1601. & Lipſ. 1652. & ejusdem Comment. in Tacitum Antvv. 1649. in 12. memorantur *Lipenio*, Biblioth. Philoſoph. pag. 938. a. Hi Commentarii, ex Anglico verſi, & editi Francof. 1661. in 4. interprete non nominato, qui ut *Marquardus* FREHERUS, celebris ille Conſiliarius Palatinus, eſſe putetur, ex Jacobi *Gruteri* præfatione notarum Savilianarum in Tacitum, refert *Symbola Normanniana.* In quo tamen erratum eſt, fecitque *Georgius, Michael* LINGELSHEMIUS, tradente *Bœclero* ad Vellej. Paterc. II, 57. 1. & ipſo *Lingelshemio* Epiſt. ad Bongarſium 21. legenda hic ex monito *Symbolæ Rauſchianæ*, ſed quas jam ſupra deſiderari fruſtra mihi Epiſtolas notavi.

(1159) MONTIS SERENI CHRONICON, ut *Voſſio* habeatur anonymi auctoris, at revera ſit *Conradi* LAUTERBERGII, quod Germanice idem ſonat, quod *Montis Sereni*, Vide apud *Sandium*, in notis ad Voſſium de Hiſtor. Latin. (a) pag. 245. & (b) 267.

(a) Sandius, in Notis ad Voſſium de Hiſtor. Latinis, *pag.* 245. *Autor forte eſt Chronici* Montis-Sereni, *ſeu* Lauterbergenſis, *editi a* Maderō, *de quo vide quæ dicam ad pag.* 732. *ubi* Voſſius *Autorem iſtius Chronici habet pro anonymo. Germanis enim dicitur* Lauterberg, *qui Latinis* Mons Serenus. *Maderus in præfat. dubitat, an hic* Conradus *ſit autor Chronici a ſe editi, rationesq; dubitandi profert. Cæterum cum* Voſſius, *quæ de hoc Conrado ſcribit, ex Jo. Jacobi* Freigii *Bibliotheca Geſneri recognita ſit mutuatus, ubi in eadem vere verba ſcriptum reperias:* Conradi Sereni Montis prope Halam Saxoniæ, Chronica de fundatione Lauterbergi, & primis Marchionibus Misnenſibus, nondum impreſſa: *nec ego percipio, nec Maderus, quam bene Voſſius unicum opus, cujus Freigius tantum meminit, in tres partiatur libros. Chronicon ſane, a Madero editum, agit & de fundatione Lauterbergi, & de primis Marchionibus Misnenſibus.* Petrus Albinus *porro ſeorſim ponit Conradum Lauterbergium a Chronico Sampetrino, quod haud ſcit Maderus, an idem ſit cum Chronico Montis Sereni, quandoquidem & hoc Monaſterium à St. Petro eſt denominatum.*

(b) Idem *pag.* 266. & 267. Chronicon Montis-Sereni (*ab a* cIↄ. XXIV. *usq; ad a* cIↄ. XLV.) *imo ab a.* 1124. (*quo eccleſia illa primo fundata*) *usq; ad a.* 1225. *quo autor vivebat. Vide editionem ejus Maderianam. Hujus Chronici autor, monachus Montis Sereni, videtur eſſe* Conradus, *Presbyter Montis-Sereni de quo pag.* 699. *Id ſane liquet, autorem non eſſe incertæ ætatis. Meminit etiam Petrus Albinus* Chronici Sampetrini, *quod haut ſcit Maderus, an idem ſit cum Chronico Montis-Sereni, quandoquidem & hoc monaſterium a St. Petro denominationem accepit.*

(1159.

(1159 α) De MUTINENSI NEGOTIO tractatus *Wilhelmum* LEISERUM quomodo habeat auctorem, refert *Symbola Maſtrichtiana* hoc modo.

LEISERUS *Wilhelmus.*

Adjunxi tractatum, de *negotio Mutinenſi* (ita
,,puto legi debere, quod difficulter legere pote-
,,ram) cujus olim ſpem feci. Forte nondum tibi
,,viſus eſt. Hujus auctor vult quidem ignorari no-
,,men ſuum, permiſit tamen mihi, ut tibi indica-
,,rem, ſimulque venerationem cultumque, quo
,, te proſequitur, teſtarer. Eſt is *Wilhelmus* LEI-
,,SERUS, cujus diſſertationem inauguralem
,,*de Votis* nuper ad te miſi; Vir eruditus & rerum
,,politicarum valde gnarus, nunc ad profeſſio-
,,nem juris in Academia Wittenbergenſi nomi-
,,natus, quam obtinebit ſpero niſi æmulus in ea-
,,dem Academia prævaluerit. Joh. And. *Boſius in*
,,Exempl. manuſcripta ad Portnerum die XIX.
,,Septemb. 1657. cujus autographum legi Vien-
,,næ. Vide ſupra n. 960.

(1160) NICÆA, *feſtivo cultu nitens*, ſeu RELATIO de *Adventu Regiæ Celſitudinis*, CAROLI *Emmanuelis*, *Ducis* SABAUDIÆ, *in illam*. Niceæ, apud Romerum, 1666. in 4. quod ſit anonymum ſcriptum *Julii* VASCI, Monteregalenſis Pedemontani Jeſuitæ, refert *Sotvellus* pag. 536. a.

(1161) PARERGON, *de tempore celebrati* CONCILII NICAENI, Actis Gelaſii Cyciceni in Romana Conciliorum Generalium editione præfixo, autorem habet celeberrimum Cardinalem PERRONIUM, docente *Boſio* exercitat. in Periocham de Flavio Joſepho cap. I. § XXII. p. m. 36. (alia editione 30.) ex *Spondano* in margine citato ad A. C. 325. in ſcholio ad ſect. 3.

(1162) NICEPHORI *Calliſti Xanthopuli Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libros XVIII.* Græce & Latine 1630. in folio, Pariſiis, typis Cramoiſianis edidit, notisque ſuis illuſtravit anonymus, Jeſuita *Fronto* DUCÆUS, Burdegalenſis, docente *Alegambe* pag. 45. a. & totidem verbis *Sotvello* pag. 258. a. & *Wittenio*, Diarii Biographici A. 1623.

(1163.) NICEPHORI *Gregoriæ* Μονῳδίαν
,,εἰς τὸν μέγαν Λογοθέτην Θεόδωρον τὸν Μετοχύτην,
,,cum verſione Latina, in præloquio de *Theodoro*
,,*metochyta* edidit *Johannes Meurſius*, nullo ver-
,,bulo indicans, ſua-ne, perinde ac reliqui ope-
,,ris interpretatio, an alterius eſſet. Eſt autem
,,*Hier. Wolphii* libro X. Hiſtoriæ Nicephori Gre-
,,goriæ extans, quæ nonnunquam exemplari
,,Græco adpoſito, integrior pleniorque aliunde
,,tranſcriptam ſe prodit. Sed emendatior tamen
,,meliorque hæc Μονῳδία in noſtro Mſto reperi-
,,tur. *Symbola* eſt *Normanniana*.

(1164) OMINOSA *rerum ſeries, in comitiis* RATISBONENSIBUS *geſtarum*, ſexies continuata, *Johanni* FRISCHMANNO, Reſidenti Regis Galliarum Argentorati, qui a. 1681. obiit imputata, in Collegio ad Inſtrumentum Pacis olim habito jam annis abhinc a Dno *Schurtzfleiſchio* bene multis notatur laudato jam hoc capite aliquoties Dr. Ottoni *Sperlingio*, in Symbola quadam Mſta. At BECHTIUM Secretarium Principis S. in iisdem comitiis ſubſtituit (a) *Deckherrus* de Adeſpotis pag. 131. Idem pag. 132. tamen *Balthaſaris* VENATORIS ex parte hanc eſſe operam ſibi per revelationem ſecretam conſtare docet.

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis p. 132. & ſeqq. Ominoſam rerum in præſentibus Ratisbonenſibus Comitiis geſtarum ſeriem, *ſeptem partibus conſcriptam, morte interruptam, arguto Stylo, & inſigni libertate pandit* Bechtius, *Sereniſſimi S. Principis in memoratis Comitiis Secretarius, Hiſtoria ad usq; annum LXXVII. abſoluta. Sed, an ille ſolus Germanici ſtatus deriſor? Volebant, ſupplementa, ſextam, ſeptimamq; partes, ejus eſſe; reliquas priores alienas. Neq; deeſt, ex declinante, ut videre eſt, Stylo & animo conjectatio. Id prorſus autem conceſſum, rem vel fabulam univerſam, quanta illa vel ſatyra, vel conſilio, vel dicendi facultate, in publico eſt, ad Sereniſſimi tum regentis Electoris Palatini Secretarium*, Balthaſarem Venatorem *pertinere. Confeſſus id mihi Magni Principis inter primarios Miniſter* Dn. Geyer. *Et prodere addunt id deriſoriam Epiſtolam ex Purgatorio exhortatoriam in part. V. p. 5. quam in Dn. Legatum de* Mauderoda, *cum ipſius rem familiarem ſubito, neſcio quid, turbaſſet, ſe affectusq; ſuos vindicaturus, rubicundo igneoq;, qui illi, quem non credebat, loco prius dicitur, colore expreſſit. Si reliquas partes quis eidem reſervare vellet, non impediam; quamvis unum ſcripſiſſe, ex animo Styloq; diſſcretis, creditu impoſſibile ſit! Exceſſit autem vivis, quo fato? Author.*

(1164. α CLXXII.) OSSUNIANA CONJURATIO, liber a *Bartholomæo* TORTOLETTO *Veronenſi Theologo* confectus, inſcio autem auctore, ſine loci & impreſſoris mentione Venetiis impreſſus, mutato etiam titulo, quem auctor *Motus Oſſuniani Neapolitani Hiſtoriam* fecerat, memoratur a *Leone Allatio* in Apibus Urbanis p. 59. & 603. Adde quæ habet (a) la Viſiera alzata di *Villani*, *pſeudonymus* ſuo loco detegendus, p. 35. n. XIX. hiſce verbis.

(a) Villani Viziera alzata, pag. 35. 36.

XIIX. BARTOLOMEO TORTOLETTI, *Veroneſe, notiſſimo per la plumlità delle produttioni ſtampate col proprio nome, ne mandò anco con nome maſcherato:*

Oſſuniana Conjuratio, qua D. Petrus Gyron, Os-,,
ſuni Dux, Regnum Neapolitanum (ir-,,
rito tamen eventu) ſibi deſponderat. Una,,
cum relatione ſtratagematis, quo illuſtris-,,
ſimus Cardinalis, Borgia, deſignatus Du-,,
ci ſucceſſor, in eam provinciam ſibi adi-,,
tum, & ſucceſſionem fecerit Anno,,
M. DC. XXIII. 4.,,

Ancorche non venga eſpreſſo il luogo, fù ſtampata in Venetia, mutata l' Iſcrittione dell' Autore, che era

Motus

Motus Oſſunianus Neapolitanus. Hiſtoria. *Veggaſi il Dottiſſimo Leone Allacci, nelle Api Urbane pag. 60.*

(1165) PACIS GENERALIS REPRÆSENTATIO inter *Orbis Chriſtiani Reges, Principes, & Status, Pontificum & ſedis Romanæ ſollitudine procurata.* A. 1607. 8. *Anonymum* hunc eſſe Nobiliſſ. & prudentiſſimum Politicum BREDERODIUM, Belgii Fœderati ad Principes Germaniæ quondam Legatum, audiviſſe ſe refert *Voëtius*, Diſp. Select. Tom. II. p. 833. Hoc *marginale Diecmannianum* eſt. *Petrum Cornelium* eum prænomine faciunt *Sweertius* & *Königius*.

(1165. a) PACIFICATIO OSNABRUGO-MONASTERIENSIS, opera Legatorum omnium Germanice conſcripta, a ſolo illuſtrisſimo *Johanne Comite* OXENSTERNIO, Legato Suedico Latine translata. *Thulemar.* de Aur. Bull. 37.

(1165. aa) *Relatio vera, quo loco ſint Tractatus* PACIS MONASTERIENSIS, 1642. Hamb. Martii, cum poſtſcripto 12/22. April. *Johannis* SALVII, Legati Suedici, lit. ad Joh. *Oxenſtirn.* Aprilis 20. MSS. Initium eſt: *Quæris a me nuperis* ... *Symbola* iterum eſt *Normanniana*.

(1166) PACIS *Germano-Gallo-Suecicæ* MONASTERII & OSNABRUGÆ *tractatæ*, A. 1648. perfectæ *Hiſtoria*, citata etiam in Propylæo *Sluriano.* editionis noviſſimæ, pag. 189. anonyma, in octavo edita extat 1679. Irenopoli. Eam deberi *Tobiæ* PFANNERO, Archivario ſeu Secretario Principis Saxo-Gothani, multis multorum ſymbolis ad me perſcriptum: publicavit hoc denuo de Jo. *Deckherrus* de Adeſpotis pag. 127. editionis primæ in 8. at ultimæ in 12. (a) pag. 233. 234. cujus hic excerptum damus. Idem jam ante publicaverant *Obrechtus* ad *Bœcleri* notitiam imperii lib. 12. cap. VI. pag. 172. & Gabriel *Swederus*, Introd. ad Jus public. parte ſpeciali ſect. 2. cap.—pag.— Nec idem diſſimulavere *Acta Eruditorum Lipſienſia* 1695. in alphabetico ſuo indice bis hoc memorantes, titulo *Pacis* & *Pfanneri*, ſed neutro in loco paginam deſignantes, quæ eſt 392. Adde Thomaſii Monath-Geſpräch/1688 Augusti.

(a) Jo. Deckherrus *de* Adeſpotis, p. 233. 234. *Funeſti Belli Hiſtorias, ſequitur altera, deſideratiſſimæ auguſtæ Pacis: nimirum*, Hiſtoria Pacis Germano-Gallo-Suecicæ, Monaſterii atque Oſnabrugæ tractatæ, & Anno M. DC. XLVIII. perfectæ: *Irenopoli, Ao. LXXIX. florido ſtylo, decoraq; fide & libertate, eloquio tamen Satyrico magis, quam hiſtorico, ſæpius valde amarulenta, parentibus in belli pacisq; negotiis tractandis admiſſa peccata, vitia, errores graviter objiciente, induſtria, rebus tractatis ſe inter connexis, pandit Dn.* Tobias Pfannerus, *Sereniſſ. Saxoniæ Ducis, Lineæ Gothanæ Secretarius, cujus honorabile nomen etiam Liber* de diverſis principum Germaniæ Gentibus, *cui idem ſtylus, amœna docendi ratio, & judiciorum dexteritas eſt, eruditiſſimis commendat.*

(1167) COMPOSITIO PACIS *inter Principes & Ordines Imperii Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis*, *prodiit* Dillingæ 1629. continetque COMMENTARIUM ad Pacificationem Religioſam 1555. initam: conſtat tribus Alphabetis. *Simoninus*, Theol. D & Protonotarius Apoſtolicus, qui anno 1613. ſcripſit de Colloquio inter Marchionem Badenſem, Georgium Fridericum & Franciſcum Ducem Lotharingenſem de Religionis articulis inſtituto, quod ſit Jeſuita GONDIER, oſtendit Th. *Wegelinus* in ej. Colloq. Delat. Verba ſunt Jo. Deckherri, ex literis, datis Spiræ, VI. Febr. de Ao. 1677. Is eſt *Joannes* GONTERIUS Pedemontanus, de quo & ejus Colloquiis vide multa apud *Alegamben*, p. 245. repetita *Sotwello* p. 454. a qui Malleum hæreticorum audet eum proclamare.

At in hoc etiam erratum eſſe docet *Sotvel* pag. 652. b. id quod *Alegambe* nondum circa *Paulum* LAYMANNUM, Oenipontanum Jeſuitam memorat, addens nempe, quod ſuppreſſo nomine ſuo edidiſſet: *Pacis compoſitionem inter Principes & Ordines imperii Romani Catholicos, atq; Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes, in Comitiis* Auguſtæ 1555. editam, adverſus Commenta plurium ſcriptorum Acatholicorum *quæſtionibus illuſtratam.* Dilingæ, typis Gaſpari Sutoris, 1629, in 4.

(1168) *De* PACE THERESIANA *conſultatio*, ſive *de ſancienda Pace perpetua inter invictiſſimum Imperatorem & Galliarum Regem*, quod ſit *Johannis* FRISCHMANNI, Legati Reſidentis Gallici, jam ſupra n. CXXI. Cap. III. ex editione antiqua hujus operis dedimus relatum, & ultra ex *Deckherrianis* excerptis ſuperadditis ibidem. Nunc ejuſdem viri, *Wittenio* quod miror, non memorati in Diarii ſui Tomo utroque ſcripta etiam alia inſuper addo, eo magis (a) ex Simonis *Pauli*, Typographi ſeu Bibliopolæ doctiſſimi notiſſimique Diſpoſ. lib. Hiſtor. 1669. in 4. Argentorati edita pag. 28. quo minus ſunt in vulgus nota, & nomine auctoris præfixo detecta.

(a) Simon Pauli in Diſpoſitione lib. Hiſtor. &c. *Argent. 1669. in 4. p. 28.* *Johannis* Friſchmanni, *Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Conſil. ac p. t. Ejusdem Trebocor. Reſidentis.*

(1) *Cauſa Regum*, heri & hodie inter ſe belligerantium Galliæ & Hiſpaniæ, Sueciæ & Poloniæ, expoſitæ & expenſæ ad juris & ſtatus rationem chriſtiano orbi cum figuris æneis inſcriptæ, Fr. apud Guil. Sentinum, 1657. in 4.

(2) Acclamationes anniverſariæ, *de Pace orbi reddita Chriſtiana*, & Regio firmata connubio An. 1659. Idus Novembris 1661. 4.

(3) *Claſſicum Belli Chriſtiani*, ad Chriſtiani Principes orbis, adverſus Chriſtiani nominis hoſtes, Ottomannidas, 1661. 4.

(4) *Triumphus Honoris* cœteros Chriſtiani orbis Reges præeminentis Omnes, Chriſtianiſſimo Galliarum Regi Ludovico XIV. ſummus & unus, Lutetiæ Pariſiorum, 1662. ſolenniter celebratus. 4.

(5) *Laus Sorthana*, monumento Eminentiſſimi Cardinalis *Mazarini* Medranæ Ducis, Primi Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Miniſtri, inciſa, 1661. fol.

(6) Des Aller-Chriſtlichſten Königes Friedhaltendes Gemüth mit den Ständen des Teutſchen Reichs / allen wiedrigen Argwohn / Reden und Schrifften entgegen geſetzet / 1662. 4.

(7) Ejusdem de *ſubito adverſus Osmannidas ſubſidio*, 1664. 4.

(8) *Media Pacis*, noſtro in Imperio conſervandæ, & Reges inter diſſidentes reſtaurandæ, ſalvo Partium, Arbitrorumve judicio, 1668. 4.

(9) *Comitia Warſovica* de Eligendo Polonorum Rege, 1669. 4.

(1169) NATALIS *Academiæ* PADERBORNENSIS, *ejus Fundatori oblatus* A. 1616. Paderbornæ, typis Matthæi Pontani. Recuſus Amſtelodami, ad calcem libri Illuſtriſſ. Epiſcopi Paderbornenſis, *Joanni* HORRION, *Belgæ* Jeſuitæ, aſſeritur à *Sotvello* pag. 463. b. paulo explanatius etiam, quæ *Alegambes* pag. 251. a. & Valerii *Andreæ* pag. 519 exhibent. Unde anonymum hoc ſcriptum non intelligas, quod exprimit *Witte* ad a. 1641. d. 21. Auguſt. etiam *Lipenius* Biblioth. Philoſoph. pag. 1078. b. recuſum 1616. & Amſtelodami ad calcem libri illuſtriſſ. Principis Paderbornenſis in 4. 1672. V. Cap. IX. num. CCLXVIII.

(1169. α) MONUMENTA PADER-
„BORNENSIA auctorem habent, ut ferunt,
„*Ferdinandum* de FüRSTENBERG, Epiſcopum
„Paderbornenſem, Coadjutorem Monaſteri-
„enſem, nunc vero & Epiſcopum. Prodierunt
„primo Paderbornæ 16 9. 4. Poſtea ibidem apud
„Johannem Heſſium 1672. In 4to Amſteloda-
„mi apud Elſevirios. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(1170) PERPETUÆ & FELICITATIS ACTA, Pariſiis 1664 in 8. anonyma non quidem cujus auctoris nominatim ſint attamen quod *Tertulliano* coævi, & MONTANI *partibus addicti*, docet clariſſimus Dominus Thomas *Ittigius*, in diſſertatione de Hæreſiarchis Apoſtolicæ & Apoſtolor. proximæ ætatis. Extat etiam ad illa Acta diſſertatio Epiſtolica Johannis *Broëi* ad Franciſcum Barbarinum, quæ in Italia fuit edita 1687. in 4. uti refert clariſſ. M. Johannes Albertus *Fabricius*, quem librum in Apibus Urbanis Leonis *Allatii* fruſtra quæſivi. *Cave* pag. 20. Chartophylacis quibusdam Montanis addictum auctorem, at *Dodvello*, diſſertat. Cyprianica IV. §. 12, 13. non ſine aliqua veriſimilitudine Catholicum haberi.

(1170 α *Olim* Cap. V. addendorum *Num.* DLXXXVII.) PETRONIANA ELOGIA, quæ *αἰωνύμως* editioni ejusdem in 8. à *Goldaſto*, cum variorum notis præfixa extant, eſſe *Michaelis Caſparis* LUNDORPII vid. in *Pſeudon.* ad nomen *Erhardi.*

(1171) ACTA PILATI ſe habere affir-
„mavit, & ob ſceleſtam ſcribendi rationem
„OCHINO adſcribit Dn. *Geyer*, Conſiliarius
„Electoralis Palatinus intimus, verba ſunt Joh. *Deckherri* in Epiſtola data Spiræ IX. Cal. Decemb. 1678. de quo ut affectu ſibi magno junctiſſimo, jam ante ſcripſerat IV. Id. Octob. quodque idem hunc *Ochinum libri de tribus Impoſtoribus* auctorem exiſtimet; ibidemque Acta illa ſatis proſtitutæ fidei appellat. Quod confirmant auctores de ſcriptoribus Eccleſiaſticis agnitis ad unum omnes: Ex quibus ſolum nunc allego Chriſtianum *Daumium* pag. 6. præfationis ad Lectorem *Hieronymo ſuo Græco* præmiſſæ, ubi etiam docet *Gregorium* TURONENSEM auctorem eorum Geſtorum Pilati, quæ & *Nicodemi Evangelium* inſcribuntur, in Catalogis Anglicanis, docente Barthio. Sed ipſius libelli non in omnium manu poſiti, mihique dono auctoris & mei amici honoratiſſimi, dati verbis a) libet repræſentare. Adde *Cave* Hiſtor. litterar. p. 18.

(a) Daumius in præfat. ad Lectorem, Hieronymo ſuo Græco præmiſſa.

At quantum augeri locupletariq́; de facili illa poterat, ſi Congeſtores ejus adjeciſſent inſuper nonnullos, inter Orthodoxographos & apud Caniſium, aliosq́;, ad huc latitantes libellos, cujuscunq́; etiam cenſus, tamen in publico jam cognitos; Prot-Evangelium *puta* Jabi & Nicodemi Evangelium, *aliis* Geſta Pilati *nuncupatum, ut ut ſcripta ὑποβολιμαῖα, & inter Apocrypha jam diu relata. Poſterioris enim Auctorem* Gregorium Turonenſem *eſſe Catalogos Anglicanos indicare notat noſter* Barthius, *ad Gallum Confeſſorem.*

(1171. α) Vidiſti MOTUS ANIMO-„
RUM *in Europa & Aſia ſuper bello* POLONICO &„
noſtine auctorem? FRISCHMANNUS is eſt„
olim Conſiliarius Montis Belgardenſis, nunc„
privatus Eslingæ rem familiarem curat. Fin-„
git autem in iſta Scriptura ſe eſſe militem toga-„
tum Sueci, quaſi Profeſſor aliquis Grypsval-„
denſis ſcripſerit. Ita in diſſimulationem ſui„
compoſitus, neſcio an alios fefellerit, nimis cer-„
te in errorem duxit ſcriptorem TRUTINÆ„
PARNASSI Germanicæ, qui non poteſt eſſe ali-„
us, niſi HARSDöRFERUS, vel ſtyli argumen-„
to, partim curialis, partim amadiſici mixti, ſed„
non bene compoſiti. Ego qui firmo animi pro-„
poſito ab ejusmodi libellis conſcribillandis„
ſemper abhorrui, de *Friſchmanni* Chartis non„
poſſum magnifice ſentire, ſed *Harsdorferi* te-„
meritatem non potui non mirari, qui pro lubi-„
tu, neſcio quo affectu dictante, fingit pro *Friſch-*„
manno autorem, qui penſione Suecica donetur„
qui Studioſis eloquentiæ facundia ſtyli inſervire„
conſueverit, qui libertatem Germaniæ ven-„
dere non dubitet. Quem deſignare velit, non„
opus eſt in turba quærere, ſi quidquam tempo-„
ris auderem utilioribus curis ſubtrahere, oſtenſu„
facile eſſet illum Cenſorem nec in Parnaſſo bici-„
piti ſomniaſſe, nec Apollinis favorem promeru-„
iſſe; ſed obtrectatorem agere Virorum innocen-„
tium. Sed placeant ſibi ſua ſapientia illi Cenſores;„
mihi

,mihi ſi qua libido veniet de republ. ſcribendi, ,dabitur opera ne quid temere, ne quid inepte, ,certe iſtis monitoribus non habebo opus. Mo-,leſtiſſimum interim fuerit, vel *Conringio* vel mi-,hi aliquid tale tribuere. Ego *Pomereſchio*, Pro-,feſſori Grypsvvaldenſi partum credidi, ante-,quam de Friſchmanno rem veram comperi ,Tu Nobiliſſ. amiciſſimeque Domine non pa-,tieris meum nomen invidia tam ineptæ ſuſpi-,cionis onerari, ſi quid tale audies. Hæc ex-,cerpſi ex Epiſtola MS. autographa Bœcleri ad ,Joh. Alb. Portnerum Viennæ, ſcripta Argenti-,næ 16. Junii 1656. Verbotenus eſt *Symbola Ma-richtiana*.

(1172) CENSURA CANDIDATORUM CEPTRI POLONICI, mox poſt abdicatio em Caſimeri Regis edita, quod eſſet *Andreæ* OLSZEWSKY, Vice-Cancellarii regni Polonici, ro arcano magno referebat, ante hoſce pene X. annos, vetus amicus meus, olim Patavii 667. commenſalis, ac dein Lugduni Batavor x morbo per hyemem detento familiaris-mus, & pene conſolator nam & ipſe male habe-at, quotidianus mutuus meus Carolus *Albertin-ius*, J. U. Candidatus Dantiſcanus, tranſiens unc Hamburgum, ut Secretarius Lubomirs-oanæ Legationis in Sueciam, ſimulque refere-at, oppoſitam *Cenſuram* huic *Cenſuræ*, mox publi-atam, Secretariorum Regni alicui deberi, uem non nominabat. Idem poſtea confirma-it omnium Curioſorum ejuſce rei conſtans fama *Symbola Sperlingiana*, ex Collegio Dn. Conradi amuelis *Schurtzfleiſchii* P. P. Wittebergenſis ce-eberrimi ad inſtrumentum Pacis, hiſce verbis: uctor eſt *Andreas* OLSOWSKY der Unbekandte n Pohlen / (quod Ironice dictum patet) quem mnes vel inprimis Aulici Pannonici ma-ni faciunt. Idem confirmat etiam ex Caſp. *agittarii* exercit. ad *Juſtini* l. II. c. I. n. 1. *ſymbola auſchiana*.

(1173) *De* POLONORUM *Rege eligendo onſilium* quomodo ſit *Johannis* FRISCHMANNI, ide *ſupra* ex *Deckherro* jam notatum.

(1173. *a*) Georgii Triſaroli, Urbinatis, Diſcuſſio Calumniæ, quam adverſus Sigismundum III. POLONIÆ Regem pro Caroli Sudermanniæ Ducis. perduellione, legatus ejus Joh. *Skytte* ad magnæ Britanniæ Regem habuit Ao. 1610. edita Friburgi Bris. Ao. 1620. in 4. *Petri* BORASTI Biblioth. Thuan. T. 1. p. 438. Intelligendus autem omnino eſt *Gregorius Laurentii* F. BORASTUS perduellis Suedus, & Religionis Evangelicæ deſertor, Canonicus Warſavvienſis, homo cætera variæ eruditionis laude plurimarumque linguarum prompto uſu & facundia, imprimisque Latinæ, clariſſimus. Cujus manu epiſtolas aliquot Latinas facili ac elaborata dictionis elegantia perſcriptas adſervo. Idem auctor habetur famoſi libelli, quo CAUSSÆ, OB QUAS *Carolus Guſtavus* SUECIÆ REX *Johannem Caſimirum* REGEM POLONIÆ bello *adoriri coactum ſe profitetur, breviter limatæ & eliminatæ* A. 1656. 4. cujus mox initio, pag. 2. in marg. Triſaroli illa refutatio citatur. *Symbola Normanniana* iterum & hæc eſt.

(1174) *Excerptorum*, ſive παρεκβαλῶν POLYBII a libro V. fine ad principium XVII. auctor BRUTUS eſſe docetur *Caſaubono*, Dedic. Polyb. pag. 49. Not. p. 1542. editionis noviſſimæ. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*.

(1175) POLYCHRONICON, quid libri ſit, & quod *Ranulphus* HYGDEN ejus auctor, vide *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. ubi legitur, quod etiam HYGODEN vel HIKEDEN appelletur, Anglus ordinis Benedictini; quem anonymis ideo adſcribo, quod initialibus literis capitum libri primi usque ad 52. non vero in titulo conjunctim nomen ſuum expreſſerit, haud facile divinandus proinde, niſi verſiculo præfixo id moneretur. De quo videatur *Sandius* (a) ad hunc locum pag. 202. ac ante omnes *Pitſeus* (b) pag. m. 306. 307. Ubi plura de Vita & ſcriptis ipſius, unde pauca huc pertinentia nunc ſolamus. Adde *Acta Erudit. Lipſienſ.* A. 1694. p. 4. de *Thomæ Gale* editione hujus Polychronici e theatro Sheldoniano in fol. 1661. n. V. pag. 177. deque verſione illius Anglica Johannis *Treviſæ*, cum continuatione ad annum usque 1389. *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. lib 3. c. 2. ac Henr. *Wharton* (c) Auctor. Hiſtor. Dogm. Jac. *Uſſerii* &c.

(a) Sandius in Notis ad Voſſii hiſtoricos Latin. p. 202. *Ranulphus* Hygden *ſcripſit* Polychronicon. *Ab orbe creato exorſus procedit usque ad annum* CIƆ CCC XLIII. *Seu potius usq; ad initium anni 1344 quod in quibusdam codicibus ab alio usque ad a. 1377. reperitur continuatum. Initiales literæ capitum libri primi, usq; ad cap. 52. coactæ, ita leguntur, referente Seldeno:* Præſentem Cronicam compilavit frater Ranulphus Ceſtrenſis: *unde & in fronte operis ſcriptum:*

Grammata dant primæ capitalia nomen Agentis.

Eadem ratione nomen ſuum orbi notum fecit præter alios & Guilhelmus Coventrius.

(b) Jo. Pitſeus de illuſtr. Angliæ Scriptoribus, pag. 306. 307. *Hiſtoriam Ranulphi multum quæſitam, nunquam inventam, & mihi non viſam fateor. Scripſit igitur nobiliſſimum illud opus quod dixi, in cujus prima pagina, ut in quodam vetuſto Codice ſcriptum inveni, capitales literæ hæc ſequentia verba continent:* Præſentem chronicam compilavit frater Ranulphus Ceſtrenſis Monachus. *Titulum autem operi præfixit auctor* Polychronicon, libros ſeptem. *Poſt præclaros artium Scriptores. MS Oxonii in Collegio Novo, Balliolenſi, Mertonenſi, Magdal. Lincolnienſi, Ædis Chriſti: Cantabrigiæ in publica, & in Collegio S. Benedicti, S. Petri, Caji. Item in privatis Baronis de Lumlejo, & Gualteri Copi.*

(c) Heinr. Wharton Auctarii Hiſtoriæ Dogmaticæ Jac. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis, pag. 438. *In Dialogo, inter Patronum & Clericum, præfixo verſioni ſuæ Anglicæ* Polychronici

nici *Ranulphi* Higdeni *à Caxtono excuſa , Londini 1482. de utilitate translationum , præſertim vero St. Scripturæ, multis agit. Pauca quædam deſcribam.*

Pag. 439. Treviſæ *ætatem Cl.* Uſſerius *a Caxtono deceptus male poſuit. Quæ enim ex fine translationis Polychronici citat , a* Caxtono *fœde corrupta ſunt. Namq; verſionem paſſim emendare & pro lubitu mutare in ſe recepit , quod in Præfatione editionis ſuæ fatetur. Cum itaq; Hiſtoria Polychronici Anno 1357. deſierit , ille verſionem iſto anno finitam eſſe , aut imprudens credidit, aut forſan etiam ſciens ſubſtituit. Propius ad veritatem accedunt bini Codices MSS ab Uſſerio memorati, alter D.* Forſteri, *alter* Cottonianus , *quorum ille* Aprilis die , Anno Domini 1387. decimo Richardi II. poſt conqueſtum anno , anno autem triceſimo quinto ætatis Patroni mei Domini Thomæ Baronis , de Berckely , qui me translationem iſtam aggredi fecit. *Craſſius adhuc hallucinatur* Seldenus (*in fine Præfat. ad X. Scriptores Anglicos*) *qui Treviſam* Higdeni Polychronicon *convertiſſe , & ad initia Edwardi I. annum ſc. 1460 continuaſſe dicit. Qui verſionem enim Polychronici primus edidit Caxtonus, Continuationem ejus ab Anno 1357. ad 1460. non a* Treviſa, *ſed a* ſemet ipſo *conſcriptam fuiſſe diſertis verbis affirmat.*

(1176) RUMINATIO *Juris ab Augg. Impp. olim in approbandis confirmandisq;* PONTIFICIBUS *Romanis uſurpati , & vice verſa* de *aſſumpta Pontificum Romanorum temporum ſucceſſu in ipſos Cæſares & Impp. confirmationis & reprobationis auctoritate, &c.* Hamb. 8. eſt *Simonis* SCHARDII, ab eo conſcripta & edita A. D. 1608. hoc titulo : Ἀναμνησις *Juris , quod in approbandis Pontificibus Imperatores habuerunt , cum brevi commemoratione , quomodo vice verſa Imperatoriæ Majeſtatis confirmatio à Pontificibus introducta & uſurpata ſit* , pag. 160. adjecto illius alteri nominatim huic præfixo operi , quod inſcribitur : *De Principum , quibus electio Imperatoris in Germania commendata eſt , Origine ſeu inſtitutione, liber unus Simonis Schardii* JC. & Imperialis Cameræ Adſeſſoris. Quod neſcio opuſculum , cur editor maluerit anonymum repræſentare addito initio præfationis ad Lectorem tali (a) tanquam auctoris oppido incogniti.

Adde Caſp. *Sagittarii* Introductionem in Hiſtoriam Eccleſiaſticam poſthumam pag. 755. Roſtochii. 1630. pleno titulo exhibentem.

(a) Ruminatio juris ab Auguſtiſſ. Impp. olim in approbandis confirmandisque Pontificibus Romanis uſurpati, Præfat. ad Lector. *Miraberis profecto & dolebis , pie & Imperatoriæ Majeſtatis Studioſe Lector , conſiderans , quonam faſtus & tyrannis Pontificia aſcenderit , ut qui ſe ſanctiſſima humilitate* Servos Servorum *ſcribant : nihilominus Auguſtiſſimis impp. Regibus & Principibus jura dicere, illisq; pro libitu ſuperbe imperare non erubeſcant. De quo ante annos haud ita multos , vir quidam , ut apparet , apprime literatus , & Germanicæ libertatis amator , hunc libellum , cenſuræ & anathematismi pontificii ſecurus , publice emiſit , dignum omnino , qui ſummi Monarchæ , cæterorumq; Regum ac Principum, intolerabile iſtius monſtri Romani jugum adhuc perferentium, manibus probe teratur , cogniturí inde , quam impie illi cervices ſubmittant , ejusq; dominium faſtuoſum ſuſtineant , qui vi , aſtu , perfidia , ſcelere, dolo & fraude, ad illud imperioſæ & abominandæ Pontificiæ dignitatis faſtigium evaſit. Quem librum ut concinna brevitate, & artificioſa rerum memorabilium ſerie non ſolum ; ſed & alto ſplendidoq; orationis genere luculenter contextum : Ita jucundum , & ſi unquam , certe his temporibus neceſſarium , additis per contextum majoris lucis cauſa, marginalibus , ideo ſub incudem revocare viſum fuit, quod prioris editionis exemplaria , fortaſſis ab hoſtibus pontificiis , ne artes audiant ſuas , Vulcano pro hoſtiis immolata, nulla amplius, quod ſciam, reperiantur.*

(1177) PONTIFICIALE ROMANUM, ſeu *de geſtis Romanorum Pontificum* liber , etſi anonymus potius , quam *Pſeudonymus*, vel veriſſime *polyonymus* haberi mereatur , cum æque DAMASI ac ANASTASII *Bibliothecarii* &c. nomen præferat, quia tamen hujus nomine potiſſimum oſtentatur atque examinatur a *Ciampino* nominatim , D. V. in *Pſeudonymis* exhibebitur. Interim CEREMONIALIS & PONTIFI-„ CIALIS ROMANI, AUGUSTINUS *Epi*-„ *ſcopus* PICENTINUS *primus auctor eſt , teſte*,„ Gavanto, *in indice auctorum , quem Theſauro*,„ *ſuo præmiſit. Chriſtophorus Marcellus idem edi*-„ *dit.* Symbola *eſt* Maſtrichtiana.

(1178) *Adverſus* PACEM PRAGENSEM , STELLAU , nobilis Gallus , ex *Grotio*, Cam 1632 Aug. 15. ſcripſiſſe docetur in *Symbola Normanniana* : mihi parum adhuc clara.

(1178. a CLXXIII.) PRATUM SPIRITUALE. Autor occurret in Pſeudonymis.

(1179) *Samuelis* PUFFENDORFFII celeberrimi , *introductio ad Hiſtoriam præcipuorum regnorum & ſtatuum modernorum in Europa.* Francof. ad Mœnum 1688. in 8. paginis 875. *Germanice* ſcripta , *Gallice* verſa , laudata cunctis, *Latine* reddita quod ſit a M. CRAMER , excepta ultima parte de Monarchia Papali, refert *Biblioth. Gallica Univerſalis* Tom 8. A. 1686. pag. 249. Eſt ille doctiſſimus perlator *Rauſchianarum Symbolarum* ad me olim laudatus atque laudandus.

(1180) *De Petri* RAMI *libris , Franciſci Regis Galliæ Decretum* publicum , deque iisdem judicium , a Judicibus, quos tum Rex , tum partes elegerunt, factum, anno cIɔ. Iɔ. XLIV. utrumque nunc denuo poſt centum annos integros ex Bibliotheca H. J. S. editum. Helmſtadii ex Officina Henningi Mulleri Acad. Typog. Anno cIɔ. Iɔc. XLIV. in 4. unici quaternionis debetur *Henrico Julio* SCHEURLIO, Profeſſori publico ejus Academiæ , ut editori. Quæ vero etiam extant Anno M.DC.XX. in 4. edita *de Petro Ramo judicia , aliquot clariſſimorum Virorum* , ſine loco & nomine Typographi , uno etiam ſolo quaternione compræhenſa , cui debeantur collectori non dixerim. Nec tanti eſt, cum ſint adeo pauca, ut decuplo facile augeri poſſent , & quantum ad numerum & valorem teſtimoniorum mini

minimum Dr. Zachariæ *Urſini* Organo Ariſtoteleo, Neuſtadii 1582. in 4. excuſo, quod præfigitur de Petri Rami Dialectica atque Rhetorica judicium, ad illuſtriſſimum Palatinum Electorem Fridericum IV. perſcriptum 1570. Germanico-Latine ſcriptum non oportuiſſet hic prætermitti.

(1181) RANTZOVIANÆ *Familiæ illuſtriſſimæ* GENEALOGIA, a prima origine usque ad finem ſeculi ſuperioris deducta, Latine anonymως Hamburgi & Slesvici, anno circiter 1585. excuſa, recuſa dein eodem anno Coloniæ in 4. cum exemplis ejus dein Aſtrologicis, & alias memoratur Joh. *Mollero*, Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbriæ Cherſoneſi Eccleſiaſticam pag. 218. & 219. cum aliis ſcitu & adſcriptu (a) dignis.

(a) Joh. Molleri Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ quadripartita, Cap. IV. pag. 218. 219. § 6. *Genealogiam ejus a prima, quatenus hæc innotuit, Gentis Origine, ad finem usq; ſeculi ſuperioris deductam ipſe*, Henricus Rantzovius, *Pro-Rex Cimbriæ illuſtriſſimus, Latino idiomate, ἀνωνύμως Hamburgi & Slesvigæ, Anno circiter 1585. curavit excudi. Recuſa deinde eſt eodem Anno 1585. Coloniæ, cum* Exemplis *ejusdem Herois Aſtrologicis, & Lipſiæ, cum verſione Scripti Evacis, Regis Arabum, de* Gemmis *Metrico-Latina, publica ab eodem luce donata; a. 1587. autem Helmſtadii & a. 1608. Witebergæ, cum* Chronico *Alberti Stadenſis, a* Reinero Reineccio *ex Biblioth. Rantzoviana ſeu Bredembergenſi edito. Germanica ejusdem verſio* in charta patenti *a. 1585. itidem eſt impreſſa. Genealogiam hanc ceu lapidem Lydium, ſunt ſecuti, quotquot poſtea Familiæ ejus Hiſtoriam Scriptis ſuis illuſtrarunt: ANDR. ſc. ANGELUS in Chronico Nobilitatis Holſaticæ vernaculo, &c.*

(1181. α) De COMITIIS *Electoralibus*, RATISBONÆ *celebratis* anonymi auctoris EPISTOLA prodita A. 1631. *Johannis* FREINSHEMII docetur per *Symbolam Normannianam*, eo quod ipſe ſua manu librum hunc Dn. Erico *Oxenſternio* offerens, illud prodierit.

(1182) *Itinerarium Regis Anglorum*, RICHARDI, *& aliorum, in terram Hieroſolymorum*: quale ſit, & quod non RUPERTI MONACHI, ſed *Gaufridi* VINISAUFF ſive DE VINO SALVO, cujus & alia ſcripta extant, & Rhetorica etiam *Voſſio* memoratur, de arte Rhet. docetur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* (a) loco quem excerptum damus.

(a) Act. Erud. Lipſ. *Supplem. Sect. II. p. 99. Tom. I. Quarto loco (libri, cui titulus:* Hiſtoriæ Anglicanæ Sriptores Quinque, ex vetuſtis codicibus MSS. nunc primum in lucem editi Volumen II.) *exhibetur* Itinerarium Regis Anglorum Richardi & aliorum in terram Hieroſolymorum, *Auctore* Gaufrido Viniſauf, *ſeu* Galfredo de Vino Salvo: *huic enim, non autem* Ruperto *Monacho, ut Trithemio, Blondo & illi, qui* Geſta Dei per Francos *evulgavit, viſum fuerat, vindicandum illud Itinerarium Editor contendit.*

(1183) SPECILEGIUM RITTERSHUSIANUM, *ſive* TABULÆ GENEALOGICÆ, *Stemmata aliquot illuſtrium in Germania Familiarum, quas vir clariſſimus, Nicolaus* Rittershuſius, *in opere ſuo vel omnino præteriit, vel a poſteriore ſaltim Stipite enumeravit, exhibentes Decades tres*, Tubingæ 1683. in fol. apud Georgium Cottam, recenſitæ in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* ao. 1683. pag. 424. ubi ſimul auctorem Dn. *Jacob Wilhelmum* IMHOF, ſupra n. 1134. laudatum indicant verbis, quæ excerpta (a) pauca damus.

(a) Acta Eruditorum Lipſienſ. 1683. pag. 424.
Etſi vero pro ſua modeſtia nomen in titulo diſſimulat; Præfatio tamen innuit, parentem ipſius καλοκαγαθὸν in Ritterſhuſii *præloquio laudatum fuiſſe, quod ſtrenuam in hoc labore operam contuliſſet. Dum igitur nominari legimus Nobiliſſ. & ſtrenuum Dn. Wilhelmum* Imhoff, *Patritium Norimbergenſem, ejusq; Reip. Senatorem; facile nobis innuitur digniſſimus tanto Parente filius* Dn. Jacobus Guilielmus Imhoff, *cui tanto feliciores apprecamur ſucceſſus, quanto pulchriore nunc initio eſt defunctus.*

(1183. α) INTRODUCTIO ad HISTORIAM ROMANO-GERMANICAM, ſive Einleitung zur Römiſch- und Deutſchen Hiſtorie / worinnen der Kern derſelben &c. Leipzig 1696 in 8. Ejus ſcripti P.P. Lipſienſis FRANCKENSTEINIUS auctor aſſeritur fide bona in Symbola *Schröteringiana* ex literis auditoris alicujus mei, illic agentis, qui & MStum vidit mox recudendum.

(1183. αα) ACTA ARCHIEPISCOPORUM ROTHOMAGENSIUM apud *Mabillonium*, Tom. 2. Analect. pag. 424. ſeqq. De eorum autore ita *Mabillonius* p. 456. Præmiſſa *Pontificum*, „*Rotomagenſium Acta*, literis mandavit *anonymus*, „ Cœnobii ſancti Audoeni ejusdem urbis Mona-„ chus, ad cujus autographum hæc editio exacta eſt. Vixit Gregorio VII. Pontifice, Johanne Archi-Epiſcopo Rotomagenſi, Abbate Monaſterii S. Audoeni Nicolao: non alius forſan quam FULBERTUS, ejusdem loci cœnobita, qui librum de miraculis S. Audoëni hactenus ineditum eidem Nicolao Abbati nuncupavit; aut THEODORICUS, a quo ſancti Audoeni vita metrica, Nicolao itidem inſcripta eſt. Eligat itaque utrum velit B. L.

(1184) *Olai* RUDBECKI *Atlantica Sueco-Latine* publicata in folio, Upſalæ, 1679. & aucta *parte ſecunda* 1689. quod *Latinum interpretem* habeat eloquentiæ Profeſſorem publicum, clariſſimum *Andream* NORCOPENSEM, ex fama publica nunciat ejus rei facile gnariſſimus, Collega utriusque Dn. D. & Profeſſor Theologiæ publicus, *Laurentius Normannus* tot jam Symbolis nobis commendatus, & ſæpius iterum iterumque commendandus.

(1185) *De* TITULO REGIO, *debito domui* SABAUDIÆ *ratione regni* CYPRI. Taurini, apud Joannem Dominicum Tarinum, 1633. in folio, quod *Petrus* MONODUS, Allobrox Jeſuita ſcripſerit tacito nomine; ſupplementum eſt *Alegambes* hoc non habentis, apud *Sotvellum* p. 684. b.

(1185. a CLXXIV.) *Amadeus Pacificus ſive De Eugenii IV. & Amadei* SABAUDIÆ *Ducis in ſua obedientia nuncupati Felicis Papæ V. controverſiis commentarium, in quo continetur accurata concilii Baſileenſis Hiſtoria*; Taurini 1624. in 4. & Pariſ. 1626. ſcriptus liber â *Petro* MONODO *Jeſuita Allobroge*, & exſcriptus pene ad verbum ab *Abrahamo Bzovio* ad calcem voluminis XVII. annalium Eccleſiaſticorum memoratur ab *Alegambe* p. 388 & *Sotvello* eundem repetente p. 684. b.

(1186) MEMORIA SACHSIANA, ſive *Vita Jacobi Sachſii*, medici Imperialis, Collegii Naturæ Curioſorum facile Principis, poſteris commendata fuit primum anonymæ Kiliæ Holſatorum, 1678. in 4. ſed ita, ut legenti eam pag. 76. ad calcem detegatur nomen auctoris Dn. *Joannis Danielis* MAJORIS, P. P. ibidem celeberrimi, recuſa poſtea cum appendice ad eam 4. 5. *Ephemeridum Naturæ Curioſorum* 1676. Lipſiæ. Unde in *Teiſſerii* appendice p. 16. quoque manifeſte repræſentatur.

(1187) *Chriſtophori* SANDII *Bibliotheca Antitrinitariorum* quod a viro quodam docto ſit locupletata plus quam LXX. auctoribus, nec dum *Sandio*, huic operi immortuo nominatis, & acceſſionibus etiam ad nominatos bene multis, ipſa præfatio libri docet. Eum eſſe *Andream* WISSOWATIUM, cujus ibidem pag. 207. & ſeqq. *Narratio* inſeritur; fama, & conjectura multiplex, & confeſſio Socinianorum ad me perlata ex ore illorum & Clsmi M. Joannis Alberti *Fabricii Symbola* confirmant. Quod vero doctiſſimus *Guilielmus Cave* ipſum *Sandii* nomen fictitium habitum plerisque Londini fuiſſe ſcribit A. 1676. adhuc, id vero eſt, quod miror maximopere.

(1188) *Prætenſioni Familiæ* SAXONICÆ, in *Ducatus Juliacenſem ac Clivenſem patrocinans ſcriptum*, communi domus ejusdem illuſtris Ducum nomine divulgatum, auctoris *Georgii* FRANTZKII, Cancellarii Saxo-Gothici refertur Præfat. ſecundæ editionis Tabularum Genealogicar. Tubingens. 1660 excuſarum.

(1189) *Vindiciæ Pacis* SAXONICÆ An. 1635. publicatæ *Joannis* CRUSII, Procancellarii Comitis Woldomay, quod ſint, ex literis Mſtis *Johannis Seuffer*, neſcio cujus 1643. Novemb. 5. datis aſſerit Clar. *Normanni Symbola*.

(1190) SCALA CHRONICI, ut *Joanni* OXFORDIO a Lelando erronee, & errore novo per G. J. *Voſſium*, etiam OTTERBURNO tribuatur, refert (a) *Sandius* ad Voſſium, de Hiſtoric. Lat. pag. 261 ita.

(a) Sandius in Not. in Voſſii Hiſtor. Latin. pag. 261. *Nec* Lelandus *unquam dixit* Otterburnum *Minoritam eſſe auctorem* Scalæ Chronici; *nec id de eo ſcripſit* Voſſius *l. c. ubi ait:* Joannes Oxfordius Lelando auctor videtur voluminis, cui nomen *Scalæ Chronici.* Sed hunc eo refellit Balæus, quod hoc in Chronico citetur Otterburnus Minorita, pag. 449.

(1191) SCOTICHRONICON, ut perperam confundatur cum modo memorata *Scala Chronici*, auctorque illius *Joannes Oxfordius* cum *Joanne* DE FORDA, vel FORDEHUM vel FORDON, qui debeat *Joannes* de FORDUN eſſe, & an Scotus ille fuerit, ex *Seldeno, Balæo* &c. Vide diſputationem *Sandii* ad *Voſſium* de Hiſtor. Lat. (a) pag. 145. & 150. (b) adhuc amplius. Quæ duo loca cum proxime præcedenti omnino ſunt conjungenda. Adde *Pitſeum* de utroque nempe pag 560. de Oxfordio & pag 276. de Fordone cui Scotichronicon tribuit Mſtum Cantabrigienſis Collegii St. Benedicti.

(a) Sandius in Notis ad Voſſ. de Hiſt. Latin. pag. 145. & 146. Voſſius 449. Joannes Oxfordius, *Lelando auctor videtur voluminis, cui nomen* Scalæ Chronici. *Sed hunc eo refellit* Balæus, *quod hoc in Chronico citetur* Otterburnus *Minorita. Imo nec iſtud ſatis ſcio, rectene nomen operis extulerit. Suſpicor enim potius illud vocari* Scotochronicon, *quia Scotorum tempora perſequatur. (Quomodo opus ſuum inſcripſit Joannes de Forda.) Magna quidem eſt convenientia nominis* Joannis de Forda *cum nomine* Joannis Oxfordii; *ſed nec* Joannes de Forda, *nec* Johannes Oxfordius *autor eſſe poſſit iſtius operis, quia in ejus prologo mentio eſt* Otterburni *Minoritæ: non quod ſatis certo conſtet quo tempore floruerit Otterburnus; ſed quod ſcribentibus prædictis autoribus Minoritæ nondum exorti eſſent. Porro nec opus illud poteſt agnoſcere autorem* Joannem de Fordun, *qui ſcripſit* Scotichronicon, *adeoq; multo minus poteſt eſſe ipſum Scotichronicon: quia ſecundum* Seldenum *Joannes de* Fordun *ſcripſit Scotichronicon inter a. 1370. & 1380. At ſecundum Balæum* Otterburnus *Minorita floruit temporibus Henrici IV. Anglorum Regis ab a. 1400. ad anno 1414. Adeoq; ſi* Scalæ chronicon *ſit* Scotichronicum, *vel* Seldenus *aberraverit, qui juſto antiquiorem nobis fecerit Joannem de Fordun: vel* Balæus, *qui recentiorem immerito ſtatuat Otterburnum Minoritam; vid. pag. 553 & 725.*

(b) Idem pag. 150. Joannem de Forda, *Fordenſis Cœnobii Abbatem a. 1210. vixiſſe at Joanni Regi à confeſſionibus fuiſſe in confeſſo eſt: eundem vero minime auctorem eſſe Scotichronici, ſed quendam* Joannem *de* Fordun *dictum, (quem non dubitat Seldenus Scotum aſſerere) aliquot ſeculis recentiorem— —Vixit anno circiter 1370. vel 1380. ſub regibus Anglorum Eduardo III. vel Richardo II. Scotorum Davide II. ut tuto affirmat Seldenus. Locus unde nomen ſumpſit, haberi dicitur in Marni regiuncula Scotiæ mari Orientali obverſa: qua de re* Guilielmus Cambdenus.

Pag. 151. Ferdinandus Ughellus, S. Fulco;

co, *inquit*, Scotus Placentinus, Epiſcopus Papienſis, e nobili gente Scotta. Fuit Placentinus, non vero natione Scotus, ut probare nititur Thomas Dempſterus, ut Scotiæ ſuæ ſanctorum numerum augeat in ſuo Scotichronico. &c.

(1191. *aa*) NOVISSIMA SINICA, *Hiſtoriam noſtri temporis illuſtratura, in quibus de Chriſtianiſmo, publica nunc primum auctoritate propagato, miſſa in Europam relatio exhibetur*, deque *favore ſcientiarum Europæarum ac moribus gentis*, *& ipſius præſertim Monarchæ*, *tum & de bello Sinenſium cum Moſcis ac pace conſtituta, multa hactenus ignota explicantur.* Edente G.G.L. in 8. Anno M DC XCVII. paginis 168. præfatione ad Lectorem duarum plagularum præmiſſa. Unde Excellentiſſimi Dni *Georgii Guilielmi* LEIBNITII, Conſiliarii Electoralis Hannoverani ſtylum geniumque facile agnoſcas. Cui etiam Epiſtola Patris *Grimaldi* Goa Sept. 1693. inſcripta tertium locum inter hujus aureoli plane libelli contenta oppido quam memorabilia obtinet. Mihi vero liberali etiam dono Auctoris honoratiſſimi indultum exemplar hic gratias imperat: cum voto ardentiſſimo deſiderii explendi ſane quam æquiſſimi, quod profitetur Præfatio: Ut nempe nos etiam in Miſſionariorum laudem participandam veniamus. O utinam! Sed, quando & quomodo? Eccleſiarum hocce ſtatu. Interim faxit hoc, qui facit, & ſolus facere potens eſt mirabilia & magna DEUS maximus, ſuaque vi verticordia Magnatum animos eo flectat, ut hocce voto fruamur aliquando & perfruamur, quod nunc inter fruſtraneam ſine dubio meliorum temporum ſpem plerique collocabunt.

(1191. *a*) IN *Joannis* SLEIDANI LI-„BROS Hiſtoriarum de Religione & Republi-„ca TABULÆ. Argentorati. Ao. 1557. menſe „Martio prodiere, quæ confecit, ut credo, STURMIUS. Symbola eſt WAGNERIANA.

(1191. *aaa*) SIGEBERTI GEMBLACENSIS *continuatorem anonymum*, falſo hactenus creditum ROBERTUM, *Abbatem de* MONTE S. MICHAELIS, cum potius RELIGIOSUS aliquis ORD. PRÆMONSTR. in diœceſi Laudun. fuiſſe videatur: Verba ſunt *Olearii*, Abaci Patr. & Scriptor. Eccleſ. p. 432.

(1192) *De Miraculis* STEPHANI *libellus*, EVODIO ſed perperam tributus, cujus ſit, ulterius etiam diſpiciendum diſcimus ex Actor. Eruditor. Lipſ. An. 1688. pag. 621. (a) hiſce verbis:

(a) Acta Erud. Lipſ. A. 1688. pag. 621. *Et cum lib. 22. c. 8. (Tom. VII. Operum Auguſtini a Benedictinis editorum) nonnulla de* Miraculis reliquiarum S. Stephani *referantur*, *appendicem hujus tomi opuſcula nonnulla de reliquiarum S. Stephani revelatione, translatione & miraculis occupant; nimirum* Aviti *Epiſtola &c. & poſt aliquot lineas: & libellus* de miraculis Stephani, Evodio *perperam tributus*.

(1193) STRABONIS GEOGRAPHIA *Latine verſa*, & edita 1494. in folio quod ſit GUARINI, vel ut aliis dicitur VARINI, Veronenſis, *quantum ad Europam* lib. X. compræhenſa, æmulatione ſui æqualis *Gregorii* TIPHERNATIS, qui ea, quæ *de Aſia* tractavit, vertit, ut legimus apud *Voſſium* de Hiſt. Lat. lib. 3. pag. 584. 585. & pag. 661. addit *Africam* eidem *Symbola Normanniana*, ex præfatione *Epiſcopi Alavernenſis*, *qui eſt*: (verba *Normanniana* adſcribo) *Joannes Andreas Gaza*.

(1194) *De* SUBURBICARIIS *regionibus &* „*Eccleſiis* prodiit *Conjectura*, Francof. 1618. in 4.„ Adverſus hanc multi e Pontificiis reſponſio„nem e veſtigio adornarunt, interque eos *Sirmon*-„*dus* & *Alexander*, & de auctore anxie diſquiſitum„ ſed fruſtra. Sed hunc eſſe *Jacobum* GOTHO-„FREDUM, J. C. celeberrimum certiſſimis ar-„gumentis edoctus ſum. Quæ argumenta uti-„nam addidiſſet illius *Symbolæ* anno 1688. Id. Jul. transmiſſæ auctor doctiſſimus Guilielmus *Cave*. Nam ab aliis ea *Claudio* SALMASIO paſſim attribuitur, adeo ut & palam ejus nomini aſſeratur à *Lipenio*, Biblioth. Jurid. pag. 508. a. ubi alia multa hujus argumenti in utramque partem ſcripta recenſentur, interque alia & *Vindiciæ pro Conjecturis iisdem* Pariſ. 1619. ſtatim editæ & *Euchariſticon pro* Sirmondi *Adventaria de Suburbicariis Regionibus*, Pariſ. 1621. atque ex adverſo *Jacobi* Sirmondi *Cenſura ſcriptoris* anonymi *de Suburbicariis Regionibus & Eccleſiis*, Pariſ. in 8. 1619. *Propemticon* Cl. Salmaſio *contra ejus Euchariſticon de Regionibus & Eccleſiis Suburbicariis*, Pariſ. in 8. 1622.

(1195) SUECICI ARANEI TELA *diſrupta*, quod *Gundlæo* ROSENKRANTZIO debeatur, expoſitum fuit ſupra n. 1087.

(1196) *Cauſæ*, *ob quas Carolus Guſtavus*, SUECIÆ *Rex*, *Sereniſſimum Principem & Dn. Joh. Caſimirum*, *Regem* POLONIÆ *& Sueciæ Hereditarium*, *bello adoriri coactum ſe profiteatur, breves & præliminares breviter limatæ & eliminatæ* Lublini, ac iterum Dantiſci 1656. in 4. Eas Georgii BORRASTI, Sueci, auctoris eſſe, *Joh. Schefferus*, Sueciæ literatæ pag. 130. nos edocet, addita notitiæ ratione, quam (a) damus.

(a) Schefferi Suec. Lit. pag. 139. Georgius Borraſtus, Borræſenſis *Weſtrogothus*, *J. V. D. & Secretarius* Sigismundi *Regis Poloniæ. Ipſius eſt Scriptum ſine nomine Auctoris cujus titulus ut ſupra relatus. Editum Lublini ex officina Joh. Wiecmorcowſci, & mox ſecunda vice Dantiſci Anno 1656. Habeo hoc ex ore & commemoratione Dn. Joh.* Habæi, *Regis Caroli Guſtavi tum Secretarii.*

(1197) *Exegeſis Hiſtorica cauſſarum, de qui*-„*bus jure Regio apud* SUEDOS, *cum poſteris*, *exutus*„ *eſt* SIGISMUNDUS III. Stockholm. 1610. in 4.„ *Verſionis Latinæ* auctor eſt *Johannes* MESSENIUS:„ operis ignoratur. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*.

(1198)

(1198) *Scripta Publica*, *quæ ſub Caroli Guſta-*
„*vi*, SUECORUM Regis nomine A. 1655. ad
„a. 1658. divulgata, cauſas Bellorum, DANIS
„atque POLONIS illatorum, exponunt, a
„*Davide* MEVIO, JCto celeberrimo profecta
„eſſe, *Schedæ Morhofianæ*, me edocuerunt. Symbola eſt *Flensburgo Molleriana*, cum qua confer. ſupra de hocce *Davide Mevio*, celeberrimo JCto ſimilium auctore, dicta n. 1089.

(1198. α Olim Cap. V. addendorum numero DLXXXVIII.) De JURE, *quod* IN SUECIAM REGI AD LIVONIAM *Regno Poloniæ nullum competit* H. J. M. diſſertatio 1652. in 4 edita, quod ſit *Johannis Hectoris* MITHOBII, Ampliſſ. Dn. *Conringius* Helmſtadienſis editionis, 1656. factæ in 4. præfatione detegit, laudans ipſum ſcriptum.

Unde nihil minus fuiſſem ſuſpicatus, quam id, quod poſtea detectum nobis publice dedit *Wittenius*, Diarii Biographici ſui, A. 1682. d. 12. Januarii, *Hermannum* CONRINGIUM ipſum, nomine Mithobiano latere voluiſſe. Etſi nunc valde illud mihi ſit credibile multis ex cauſſis nec hic memorandis.

(1199) SYLVESTRI *Papæ Actus*, can. 3. diſt. 55. probati, quomodo ab aliis EUSEBIO *Cæſarienſi*, ab aliis SIMEONI *Metaphraſtæ*, vel DAMASO Papæ, tribuatur, vide in amœnitatibus Juris Canonici *Strauchianis*. loco (a) excerpto.

(a) Joh. Strauchii Amœnitatum juris Canonici, Cap. XII. Ecloga VI. pag. 161. *Probantur eo* Actus B. Sylveſtri, *quamvis Autor ſit incertus.* Auguſtinus Steuchus Eugubinus *Euſebium Cæſarienſem auctorem putat. Eumq; in codice vetuſtiſſimo Bibliothecæ Didaci Mendozæ, Græce ſcripto de vita Sylveſtri nominari. Tomo V. vitarum quas Aloyſius Lipomanus e Græco in Latinum vertit*, Simeoni Metaphraſtæ *tribuitur. Alii Damaſo Pontifici adſignant, primum Pontificum vitas exorſo. Vide* Alb. Pighium *lib. 5. de Eccl. hier. c. ult.* Trithem. *in Damaſo. Refert ex his actibus Cedrenus in Conſtantino Diſputationem Sylveſtri cum quibusdam Judæis coram imperatore & miraculum editum ab eo.*

Cum enim Judæus taurum validum, pro-
„nunciato nomine Dei necaſſet: Sylveſter juſ-
„ſit, ut in vitam eum viciſſim reduceret, quod
„facere cum nequiret, Sylveſter in nomine
„Chriſti id fecit. *Hæc* Cedrenus, *autor dubiæ fidei.*

(1200) TECLÆ *Actus*, a PRESBYTERO quodam in Aſia ut conſcripti putentur, V. *Strauchii* Amœnitat. Juris (a) pag. 164. cum quo idem ſe docuiſſe ſcribit *Thomas Reineſius*, diſſertat. Criticæ de Sybillinis Oraculis, impreſſæ Jenæ cum Schubarti enarratione parergica Ovidii de diluvio Deucalionis pag. 83.

(a) Joh. Strauchii Amœnitatum juris Canon. *Cap. XII. Ecloga VI. pag. 164. De actibus Teclæ idem cenſuit* Tertullianus libro de Baptiſmo, *cap. 18. qui ait Presbyterum in Aſia quendam hunc librum amore Pauli conſtruxiſſe. Idem* & Hieronymus *in Catalogo ſcript. in Lucæ cap 7. Vide Dn.* Lambecium *prodr. hiſt. lit. lib. 1. cap. 4. Quo nomine Hieronymum male excipit* Baronius *ad annum 47. ſect. 3.*

(1201) GESTA TREVIRENSIA, ſive liber de *geſtis Trevirorum* anonymus: Et alius ab hoc diverſus:

(1202) GESTA PONTIFICUM TREVIRENSIUM, vel EPISCOPORUM, quomodo partim GOLSCHERUS, partim *Monachus* HEMMENODENSIS, neſcio quis perhibeatur admodum dubie, vide apud *Sandium* (a) ad *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. pag. 316. Eorum prius Monacho St. MATTHIÆ *Trevirenſi*, ex *Goldaſto*, imputat *Deckherrus* pag. 102.

(a) Sandius in Notis ad *Voſſ.* de Hiſt. Lat. pag. 316. *Hic idem eſt autor ille pervetuſtus* chronici, *ſeu* Hiſtoriæ de Trevirenſibus archiepiſcopis *MS. quæ allegatur in Gallia* Chriſtiana. *Pertingit autem ab origine urbis Trevirenſis, usq; ad a. 1146. quo autor ſcribebat ſenex. Nam refert ſe jam a. 1112. Brunonis archiepiſc. Trevirenſis memorabili cuidam facto in opprimenda Berengarianorum hæreſi interfuiſſe. Catal. libr. ſeu oper. Lambecii. Sed diverſa ſunt ab hoc opere Mſta* geſta Pontificum Trevirenſium, *in membranis Mtis, usq; ad Balduinum de Luxenburgo, qui archiepiſcopus Trevirenſis fuit ab a. 1307. ad a. 1355. Forte horum autor eſt* Golſcherus, *de quo vide quæ ſcripſi ad pag. 359. Et forſitan alterutrius operis ſcriptor eſt anonymus monachus Hemmenrodenſis quem Nicolaus Heſius refert edidiſſe librum* de geſtis Epiſcopor. Trevirenſium.

(1203) MONUMENTA LITERARIA, ſive *obitus* & ELOGIA *doctorum virorum, ex hiſtoriis illuſtris* Viri, Jac. Aug. THUANI, Lond, 1640. opera C. B. i. e. *Clementis* BARCKSDALTII, in agro Gloceſtrenſi Concionatoris. *Symbola* eſt doctiſſimi *Guil. Cave.*

(1203. α) *Relatio de* MARTYRIO S. TIMOTHEI, Diſcipuli S. Pauli, quomodo POLYCRATI, Epiſcopo Epheſino adſcribatur, qu[...] eam ad Epiſcopos Phrygiæ, Ponti & Pamphili[...] Galatiæque miſerit, refertur *Journal des Sçav.* 1687 p. m. 424.

(1203. β DLXXXIX.) TRIDENTIN[...] CONCILII *Suavis* POLANI verſio Latina, e[...] Italico, per *Adamum* NEVTONUM Scotum fa[...]cta quod ſit v. in *Pſeudon.* ad nomen *Polani*, [...] quæ nos edocet in anonymis ſuis Miſcellaneis H[...]ſtoricis Gallicis (*Melanges Hiſtoriques*) ſuo loco de[...]tegendis, Paulus *Colomeſius* pag. 27. & 28. (a) hiſ[...] verbis:

(a) Melanges Hiſtoriques *à Orange 1675. p. 27. & 28. L' autheur de la traduction* Latine *de l'* Hiſtoire *du* Concile de Trente *de* Fra-Paolo *eſt* Adam Neuton, *Ecoſſois, Precepteur du Sereniſſi[...] Henry Prince de Galles, a' qui le Roy Jaques adreſſe ſon Pr[...]ſent Royal, & non pas à Charles premier, comme l' éc[...]*

e docte & poly Saraſin, *dans ſa diſſertation du jeu des Eſchecs.*

(1203. γ CLXXV.) *Ad* TRISTANI CHALCHI *Mediolanenſem Hiſtoriam recenſitam & recuſam* AO. 1627. Mediolani, *additas Epitomes, notas, indicesq́;* ſeparatim etiam excuſos, Auctore ſemper occultato, *Joannis Guilielmi* CALAVERONI *Jeſuitæ Pedemontani* eſſe ſcribit *Alegambe* p.247. *Sotvel* Biblioth. Jeſuit. pag.458. b. repetens in hoc Alegamben, ut ſolet, atque hunc *Witte*, Diarii Biogr. ad a. 1665. d. 19. Julii.

(1204) APPENDICEM ad *Chronicon* GREGORII TURONENSIS, de quo prolixe *Voſſius*, de Hiſtoricis Lat. l.2. pag. 253. & ſeqq. FREDEGARIO *Scholaſtico* aſſerit *Miræus*, de Hiſtoric. Eccleſiaſt. pag. m. 226. verbis (a) excerptis. Iisdem, quæ de Fredegario hoc ex *Lambecio* dedimus ſupra, n. 1073. α. excerpto A) & ex *Sandio* excerpto B) jungenda.

(a) *Auberti* Miræi *auctarium de Scriptoribus Eccleſiaſticis, p. 226.* Fredegarius *Scholaſticus, jubente Childebrando Comite, Pipini Francorum Regis Patruo,* Chronicon *ſcripſit, & a fine Hiſtoriæ Gregorii Turonenſis usq́; ad Pipini ipſius coronationem perduxit: quod hactenus, nomine* Appendicis, *ad eundem Gregorium additæ, vulgatum fuit. Fredegarii Chronicon excipit* Appendix, *a Pipini Regis coronatione ad annum usq́; ſeptingenteſimum ſexageſimum octavum, auctoritate* Nibelungi *Comitis, Childebrandi Filii, ſcripta. Utrumq́; opus accurate emendatum, & plerisq́; in locis auctum, ſubſidio duorum vetuſtiſſimorum MSS. Codicum, Quercetanus tomo Scriptorum Hiſtoriæ Francorum publicavit.*

(1204. α) APOLLONII TYRII hiſtoriæ auctor quis ſit, ita docet *Symbola Maſtrichiana:*

SYMPOSIUS.

Creditus eſſe interpres hiſtoriæ APOLLONII TYRII, ob adſcripta ænigmata, quæ & hodie inter Sympoſii *ænigmata leguntur.* Id Codici meo manu ſua adſcripſit Doctiſſ. Petrus *Scriverius*.

(1205) SCRUTINIUM LIBERTATIS VENETÆ olim dubitati ſatis multum, & diſputati auctoris: at nunc ſatis certi, *Alphonſi* De LA CUEVA, docebitur in *Italis* Auctoribus *anonymis*, repetitis etiam & reformatis antiquis *hodianis* meis Commentariis, auctisque, num. 644.

(1206) *M. Pauli* VENETI *deſcriptio Orientis*, quomodo *ex Italico* verſa ſit a *Franciſco* PIPINO Bononienſi, detegit, ad *Voſſium*, de Hiſtor. Lat. (a) lib. 2. pag. 490. ejus auctoris, etſi nequaquam verſionis coævæ ignarum, *Sandius*, pag. 78. verbis excerptis:

(a) Sandius in Notis ad Voſſ. de Hiſt. Latin. p. 178. 179. *Non defuit ejus ætate, qui* Deſcriptionem Orientis *dicti Autoris ex Italico Latine verteret. Fuit is* Franciſcus Pipinus *Bononienſis, ut obſervavit* Mullerus, *qui addit, alios putare Venetum latine ſcripſiſſe, detentum Genuæ in diutino carcere, eumque librum paulo poſt a Genuate quodam Italice verſum: verſionem autem Italicam, de novo latine redditam eſſe ab aliquo monacho, eamq́; nunc originalis textus vicem ſupplere. Hæc allegat* Hallervordius, *qui tamen ſibi minime conſtat, quando eundem Franciſcum Pipinum Marco Paulo Veneto coætaneum, mox Ordinis Prædicatorum, mox Franciſcanum monachum dicit. Inſpicienda eſt ipſa præfatio novæ editionis* M. Pauli Veneti, *quæ opera* Andreæ Mulleri *prodiit Coloniæ ad Spream Anno 1671.*

(1207) VITA ADALBERTI *anonyma*, per auctorem illi coævum, at falſo COSMUM *Pragenſem* venditatum, verius forte SYLVESTRUM II. ut exarata ſit, vide apud *Sandium* (a) ad *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. p. 78.

(a) Sandius *in* Notis ad Voſſ. de Hiſt. Latin. pag. 78. *Hæc vita poſtea Hanoviæ a. 1607. denuo edita eſt, ubi autor ejus non ſolum* Adalberto *æquævus dicitur, ſed & nominatur* Coſmas, Pragenſis *Eccleſiæ decanus: quem tamen plusquam toto ſeculo recentiorem a. 1126. ſcripſiſſe libros tres chronicæ Bohemorum, docebo in* Auctario Operis Voſſiani. *Tertio vitam illam edidit* Bzovius *a. 1640. To. ultimo annalium, eamque vindicavit autori* Silveſtro *II. P P. ab a. 999. ad a. 1003. ſub hoc titulo:* S. Adalberti Urſini, Comitis Roſembergi, Pragenſis Epiſcopi, Gneſnenſis archiepiſcopi, & martyris, Boëmorum, Hungarorum, Polonorum, Pruſſorum Apoſtoli, vita & paſſio, ab ejus ſynchrono & familiari Sylveſtro II. P. M. nunc primum ex Bibliotheca Caſinenſi ſuo auctori vindicata. *Tradidit* Bzovius, *in vita Sylveſtri vitam dictam ab eo fuiſſe exaratam, cum jam eſſet Pontifex Romanus.*

(1208) VITA ÆSOPI jucundiſſime deſcripta dicitur, ejusque vulgo Auctor creditus MAXIMUS PLANUCLES, cujus id opus lectu digniſſimum ſcribitur in *Bibliographia Curioſa, anonyma* ſuo loco *Bœclero* aſſerenda §.26. circa finem octernionis F.

(1209) VITA S. AGNETIS, an ALEXANDRI *Eſſebienſis*, an HILDEBERTI ſit, haud ſatis certum me reddit *Sandius* ad Voſſium, pag. 164. quando *Daumius* Epiſt. 52. ad Reineſium eandem hanc vitam eſſe putat quam *Barthius* ſub nomine Hildeberti edidit.

(1210) S. AMANTII, Epiſcopi Ruthenenſis, VITAM, quæ eſt apud *Surium* Tom. VI. 4. Novemb. ſed mutila interpolata & inverſa, integram edidit *Labbæus* Tom. 2. Biblioth. Novæ MS. ſect. 3. at quæ videtur eſſe VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTUNATI *Voſſio*, de Hiſtoric. Lat. lib. 2. pag. 251. & *Sandio* in notis ad eundem pag 24.

(1211) VITA S. AMBROSII, vulgo MEROPIO, aut ſecundum alios, EUTROPIO, vel NEROPO *Pontio Anitio* PAULINO adſcripta, ex hiſtoria & ſtylo abjudicatur per M. Andr. Chriſtianum *Eſchembach*, Exercitationis Academicæ

Qq publice

Publice diſputatæ Altdorfi 1685. de *Poetis Chriſtianis ſacris*, Sect.II. §.XI.pag. 18 de qua, ut & aliis ejusdem Patris vitam anonymos partim vel aperte deſcribentibus operæ pretium erit hic advertere, quæ ſcribunt *Acta Erudit.Lipſ.* (a) Tom. II. ſupplem. Sect.V.pag.219. ubi Tom.II. Operum S. Ambroſii a Monachis S. Benedictini Ordinis e congregatione S.Mauri Appendix, vitas ejus exhibens ita recenſetur.

(a) Actorum Eruditor. Lipſienſium Supplementa Tom.II. Sect.V. pag.219. *Et prima quidem* Ambroſii vita a Paulino *ſcripta eſt, non Epiſcopo Nolano, ut perperam aliqui opinati ſunt, ſed Ambroſii Notario, quem poſtea ad gradum Presbyterii perveniſſe, ex Iſidori cap.4. de vitis illuſtribus colligi poteſt. Altera Ambroſii vita ab auctore quodam anonymo, qui forte Metaphraſtes fuit, Græce ſcripta eſt, quæ ex Colbertinæ Bibliothecæ codicibus nunc primum addita Latina verſione, luce publica donatur. Tertiam Ambroſii vitam ipſi Benedictini imprimis ex Ambroſii ſcriptis collegerunt, & juxta Chronologiæ ordinem digeſſerunt; in cujus exordio monent*, Baronium *quidem Ambroſii vitam elaboraſſe, eamq; Romanæ Ambroſii editioni præfixam eſſe; Verum celeberrimi hujus viri laborem usq; adeo ab omnibus probatum non fuiſſe ut ipſi Autori non ſatisfecerit, quippe qui poſtea, cum Annales Eccleſiaſticos ſcriberet, multa illius vitæ errata emendaverit.* Hermanni *autem, Doctoris Sorbonici, vitam Ambroſianam propterea a ſe omiſſam notant, quod & Gallico idiomate ſcripta ſit, & mole ſua amplior, quam ut præſenti volumine comprehendi commode potuerit.*

(1212) VITA beati ARIDII, *Lemodicini Abbatis*, an ſit GREGORII TURONENSIS, ex *Mabillonii* excerpto in Actis Eruditorum Lipſienſ. (a) dato judicet B. L.

(a) Act. Erud. Lipſ. *Anno 1686.p 19. Veterum Analectorum Tomo IV. complectente iter Germanicum Joh.* Mabillon, *& Mich.* Germain, *habetur* Vita *beati* Aridii, Lemodicini *Abbatis, quam* Gregorio Turonenſi *Epiſcopo tribui in* veterrimo Monaſterii S. Galli Codice *dicit editor; qui tamen & hoc non diffitetur, locutiones quasdam* a Gregorio Magno, *& S.* Benedicto *acceptas in eo reperiri.*

(1213) ARISTOTELIS VITA, G. L. a Petro *Nunneſio*, non tamen primo, ut ipſe putabat edita, & DAMASCII DAMASCENI Syri, Philoſophi Stoici credita, non tamen accredita *Voſſio* ut ſit, vide in ipſo de Hiſtoric. Græcis lib. 2. cap. 22. pag. 273. Hunc ſequitur etiam *Jonſius*, Hiſtoriæ Philoſophicæ (a) excerpto, quod damus ex l.3.cap.19 pag. 307.

(a) Joannes Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, *lib. III cap. XIX. pag. 307. Inter varia hujus* Damaſcii *opera, quæ recenſet* Svidas, *fuit quoq;* φιλόσοφος ἱστορία, *quam idem alibi quoque Photius Eclog. CLXXXI. & CCXLII. è Damaſcio citat voce* Δᾶρος. *Iſiodori illa Vita, quam excerpſit, & Svidas* Συελανες *indicat, hujus credo* φιλοσόφου ἱστορίας *pars fuit. Prolixe autem illa Iſidori vita deſcripta fuit & LX. capitibus diſtincta, quam Theodoræ cuidam doctæ fœminæ dedicavit, ut indicat* Photius *Ecl. CLXXXI. Ex illo opere prolixa ſatis eſt Photii Ecloga CCXLII.. Meminit hujus Damaſcii quoq; Photius Ecl. CLXVI. Svidas* ἐπιφανίος Πῖνος. Ariſtotelis illa vita, *quam a ſe in lucem protractam eſſe fruſtra doctis perſuadere conatur* Petrus Nunneſius, *Hiſpanus (prodiit enim annis abhinc circiter ducentis, præfixa Venetæ editioni Ariſtotelis) hunc* Damaſcium *autorem habet, ſi ejusdem Nunneſii conjectura ſtandum eſt, quæ tamen à Clariſſ.* Voſſio *bene rejicitur.*

(1213. α) VITA ROGERI ASCHAMI, *quæ cum Epiſtolis ejus conjungi ſolet*, auctorem habet E. G. i.e. Eduardum GRAUT, S. Th.D. & Regiæ ſcholæ Weſtmonaſterienſis (ſi bene memini) olim Gymnaſiarcham. *Symbola eſt Caveana.*

(1214) S. AUBERTI, Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopi VITA, quæ eſt apud *Surium*, ad diem 13. Decemb. ſed mutila & in MSto *αὐεπίγραφα*, quomodo in *Chronico Cameracenſi* lib I.c.77. huic & quidem juſſu Epiſcopi Georgii conſcripta ſit, edocet *Voſſius* de Hiſtor. Lat. pag. 360. & plenius eo etiam *Miræus* (a) de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſcholio ad Henricum Gendavenſem, pag. m. 162.

(a) Aubertus Miræus de Scriptoribus Eccleſiaſt. Part. I. pag. 162. Scholio ad cap 1. Genrici Hendavenſis: *Baldericus in Chron. Cameracenſi l.1.c.77. tradit*, Fulbertum *doctorem Clariſſimum, rogante Gerardo I. Cameracenſi Epiſcopo, ſcripſiſ vitam S.* Auberti Cameracenſis *&* Atrebatenſi *Epiſcopi, cujus nomen indignus gero. Exſtat ea a* Su rio *edita a.d.13. Decembris; ſed mutila. Legitur integra Cameraci in cœnobio S. Auberti, quod eſt Canonicorum regularium, Tungris apud Windeſinenſes & alib. An vero ſcriptor iſte vitæ S. Auberti fuerit hic noſte* Fulbertus Carnotenſis, *ſunt qui dubitant. Eg quod certo ſtatuam, non habeo.*

(1214. α) VITA *Franciſci* BACONI, *Baronis de Verulamio* anonyma, præfixa operibus ejus dem in folio, nuper A. 1694. Lipſiæ recuſis, e M. *Henningi* WITTEN: cujus Memoriæ Philoſophorum a pag. 280. usque ad 292. Decade I ultimo loco eandem verbotenus exhibent.

(1215) VITA S. BERNARDI ſcribitur cœpta, ſed abrupta morte auctoris GUILIELMI, Abbatis Theodorici, poſtea Monachi Claræ vallenſis ſub B Bernardo. Cujus Guilielmi eſt *liber primus de Vita Bernardi*; *liber ſecundus* eſ BERNARDI BONÆVALLIS Abbatis. *Ter & quarti* auctor eſt GOFRIDUS Monachus Cl rævallenſis. Quidam dicunt *quatuor ultimos* ſcriptos eſſe a BERNARDO BONÆVALLENS ut habent verba *Teiſſerii* in Catalogo Auctor. Biblioth. pag. 115. Quæ illuſtrantur mirific a *Sandio* ad *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. pag. 121. ſeqq. per ea quæ damus hic (a) excerpta. Unc nomen etiam aliis BORCARDUM & BUI CHARDUM vocari diſco, & ARNOLDUM ſ ERNALDUM aliquibus dici auctorem libri ſ cundi de Vita Bernardi, imo librorum 4. poſt riorum: Idem alios etiam ignotos *Voſſio*, at n

an

anonymos vitæ Bernardi ſcriptores addit, quos ſuo loco relinquimus. Omitti tamen hic non debent omnino ad vitam S. Bernardi pertinentes. Adde *Cave* Hiſt. litterar. p. 472. 473.

(a) Sandius ad Voſſ. de Hiſtoricis Latinis pag. 121. Brocardus, *prius Balernæ, poſt Bellævallenſis diœc. Biſontic. ord. Ciſterc. abbas, memoratur cap. ult. lib. I.* Vitæ Bernardi *cenſuram ſcripſiſſe, & quamquam idem a quibusdam etiam* Borcardus *nuncupatur, potior tamen mihi eſt autoritas inſcriptionis ſepulcralis. Abbatiæ Balernenſis munus adeptus a. 1136. vivebat adhuc a. 1163. Diſcipulus Bernardi Claræ vallenſis. Dicitq;* Viſch, Buchardum *(ita eum vocat) ſcripſiſſe caput 14. & ultimum libri 4. vitæ S. Bernardi, conſcripti a Guillielmo Sancti Theodorici: quod caput recte dici poſſet*, Præfatio ad dictum librum. *Ejusdem abbatiæ Bellævallenſis abbatem Bernardum a. 1173. fuiſſe referunt* Sammarthani *qui & idem, quod de Brocardo dixi, tradunt. Iidem memorant Bonævallenſis cœnobii diœc. Vienn. Ord. Ciſterc. abbatem fuiſſe Bernardum, Vitæ Bernardi Claræ vallenſis autorem: & ſub dicto Bernardo Claræ vallenſi ſcribunt:* „Vitam *Bernardi primus edidit illo vivente Guilielmus* „*abbas S Theoderici Remenſis, Ciſterc. Ord. Denique* „*tres ultimos conſcripſit Gofridus monachus Claræ vallen-* „*ſis, prædicti S. Bernardi ab epiſtolis. Hic Godefridus* „*a. 1148. Cardinalis Albanenſis rogatu elucubravit hiſto-* „*riam accuratiſſimam de S. Bernardi geſtis.*

(1216) *De* MIRACULIS, a S. BERNARDO *in Germania & Belgio patratis libri III.* qui apud Carolum de *Viſch*, Bibliothecæ ſcriptorum Ordinis Ciſtercienſis, pag. 85. & ſeqq. memorantur ita, ut *primus* ſit a PHILIPPO; *ſecundus* ab EBERHARDO, Monacho *Claræ vallenſi* utroque; *tertius* a GODOFREDO, ſive GAUFFREDO: quorum ſex memorat diverſos pag. 121. & ſeq. at quisnam horum ſit auctor libri vel librorum de Bernardo diſputatur, referente iterum *Sandio* (a) pag. 122. & ſeqq. ad *Voſſium* de Hiſtoric. Lat. Adde *Viſch* locis citatis, & pag. 85. & ſeq. Quem quia Sandius excerpſit, & quomodo *Lingolnenſis* idem cum GUARNINIO ſive GARNINIO ſit, commonefacit, denuo non redhibemus. Contenti memoraſſe inſuper

(a) Sandius in Notis in Voſſii Hiſtor. Lat. p. 122. & ſeq. *Porro librorum trium de* miraculis a Bernardo in Germania & Belgio patratis, *primum fertur ſcripſiſſe* Philippus, *monachus Claræ vallenſis, vivo Bernardo; ſecundum* Eberhardus, *itidem monachus Claræ vallenſis; tertium* Godefridus, *monachus ad Hermannum Conſtant. Epiſc. qua de re fuſius agentem adi* Carolum de Viſch, *in Bibl. Ciſtercienſ. Controverſia autem eſt inter eruditos, circa* Gaufridum *Autiſſiodorenſem, quem* Sequinus *ſtatuit autorem libri miraculorum a Bernardo in Germania patratorum. Contra eum contendit* Carolus de Viſch, *librum III. conſcriptum eſſe a* Gaufrido Autiſſiodorenſi, *diverſo a* Gaufrido, *notario Bernardi & poſt abb. Claræ vall. ſcriptore librorum 3. poſtremorum vitæ Bernardi. Porro ab utroque diſtinguit Gaufridum ex Priore Claræ vall. (& abb. 1. Fontaneti) Lingolnenſem epiſc. quem Joan.* Picardus, *Canonicus Regularis S. Victoris, &* Andreas Sauſſayus *Martyrol. Gall. 22. Julii, affirmant eſſe autorem libror. 3. poſtremor. Vitæ Bernardi. Contra ipſe vult, Gaufridum hunc tantum reliquiſſe* Annotationes quasdam in vitam Bernardi, *quibus Alanus uſus compilavit vitam compendioſam Bernardi. Eundemque eſſe cum* Guarnerio ſ. Garnerio, *quem ex primo Abbate Fontaneti, Lingolnenſem epiſc. ſcripſiſſe librum miraculorum Bernardi tradit* Claudius Chalemot, *cum Viſchio conſentientibus* Sammarthanis.

(1217) FRAGMENTA DE VITA S. BERNARDI, a Petro Franciſco *Chifletio* excerpta, in opuſculis quatuor, ex auctore quodam incerto, quem *Mabillonius* in editione ſua S. Bernhardi Operum GAUFFRIDUM itidem exiſtimat: docentibus *Actis Erudit. Lipſienſ.* Tom. I. ſupplem. XI. pag. 556. ubi ea Opera erudite & exacte recenſentur.

(1217. α) VITA S. BONIFACII, Moguntini Archiepiſcopi, Anonyma edita eſt per Laurentium *Surium.* Eum premere nomen ſuum maluiſſe judicans. Sed eum OTHLONUM eſſe, Caniſius detexit. Vid. *Serrarium* rer. Mogunt. l. 3. p. 322. qui & in ſequentibus hanc vitam exhibet.

(1218) *De* VITA *& morte Friderici, Cardinalis* BORROMÆI, *Archi-Epiſcopi Mediolanenſis*, narrationem, tacito ſuo nomine, ut ediderit Octavius LANZAVECCHIA, Jeſuita Inſuber Alexandrinus, docet *Teiſſerius in* Catalogo auctor. & Bibliothecar. pag. 249. Eam brevem ſed elegantem vocat *Sotvellus* Biblioth. Jeſuit. p. 640. b. poſt *Alegamben* p. 360. a.

(1219) S. BREGWINI VITA ut OSBERNO perperam, rectius JOANNI TIRIMUTHENSI adſcribendam imputaverit Henricus *Whartonus*, in Anglia ſua ſacra, eleganter, ut alia multa, nobis excerpſere *Actor. Eruditor. Lipſiens. Collectores* (a) Tom. II. Supplement. IV. pag. 155.

(a) Acta Eruditor. Suppl. Tom. II. Sect. IV. pag. 155. *Excipiunt* Vitæ S. Bregvvini, S. Odonis, S. Dunſtani & S. Elphegi, *Archiepiſcopor. Cantuarienſ. cum tractatu* de Translatione S. Elphegi. *Hæc omnia ab* Osberno Præcentore & Suppriore Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis *ſcripta fuiſſe Whartonus antea cenſuit, & pag. 73. non alium ſcriptis iſtis autorem quam* Osbernum *adſcripſit. Verum in præfatione notat, ſe poſtea Bregwini vitam in* Joh. Tinmuthenſis *Sanctilogio inveniſſe & deprehendiſſe, quod Joh. ille Tinmuthenſ. hanc vitam ex uberiori Eadmeri commentario, retentis ut plurimum ejusdem verbis hauſerit.*

(1120) VITÆ CAROLI IX. REGIS GALLIÆ, auctor eſt *Papirius* MASSONUS is,„ qui Annales Francor. ſcripſit, & nuper vitam„ Cujacii. *Bongarſius*, Epiſtola ad Camerar. 19.„ ubi dignum Satyra imo ſcutica judicat *Chytræum*,„ qui edidit. *Symbola* eſt Rauſchiana, verbotenus hic repræſentata.

(1221) VITA S. CAROLI, COMITIS FLANDRIÆ, MARTYRIS. Typis Cramoyſii.

ſii. Paris. M. DC. XV. in 8. nulla nec in titulo nec prolegomenis facta editoris mentione. Qui tamen eſſe docetur *Jacobus* SIRMONDUS, Jeſuita doctiſſimus, apud *Alegamben*, Biblioth. Jeſuit. pag. 212. b. & *Sotvellum* pag. 388. Obſervationem hanc debeo viro Cl M. Georgio Henr. *Burchardo* Præpoſito Segebergenſi, qui in fronte libelli à ſe Dno *Johan. Mollero*, Flensburgenſi, dono dati, eam annotavit.

(1222) VITA CAROLI a LOTHARINGIA, e *Societate Jeſu*, qui tamen in Scriptoribus Jeſuiticis nusquam comparet, deſcripta tacito nomine a *Nicolao* de CONDE, Lotharingo Jeſuita, memoratur *Sotvello* pag. 628. b. & *Wittenio*, Diar. Biograph. 1654. d. 5. Octobris.

(1223) VITA JOANNIS CHRYSOSTOMI, quomodo temere PALLADIO, & GEORGIO *Archiepiſcopo* ALEXANDRINO, revera SIMEONI METAPHRASTÆ adſcribenda; docet *Lambecius* (a) Comm. de Biblioth. Cæſar. lib. 8. pag. 297. 298. Ubi & de *alia vita ejusdem Chryſoſtomi anonyma*, nondum auctori ſuo vindicata, ſed multa cum hac communia habente, multa etiam melius, vide pag. 301. Adde quæ habet *Teiſſerius*, Catal. auctor. & Bibliothecar. p. 252. (b)

(a) Lambecius Bibl. Cæſ. lib. 8. pag. 297. *Cum igitur nulla ibi* (*in titulo & principio* Vitæ S. Joannis Chryſoſtomi) *fiat mentio Autoris, a quo* Vita illa *ſit conſcripta*, perperam Joannes Sambucus *conjectavit, eum eſſe* Palladium, *Epiſcopum Helenopolitanum, ideoq; in exteriori Codicis iſtius compactura etiam nunc propria ipſius manu ſcriptum cernitur:* Palladii vita Chryſoſtomi; *Et folii primi pagina prima:* Palladius de vita Chryſoſtomi. *Quo Sambuci errore etiam R. P. Antonius* Poſſevinus, *S. J. deceptus, in Catalogo Codicum manuſcriptorum Theologicorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, qui* Apparatui ejus ſacro *ſubjunctus eſt, nimis credule affirmat, exſtare in jam memorata Auguſtiſſima Bibliotheca Palladii Epiſcopi Commentarium de Vita Joannis Chryſoſtomi - - - Exſtat itaq; ea vita, quæ Palladio vulgo attribuitur, in Operum S. Joannis Chryſoſtomi, a R. P. Frontone* Ducæo *A. 1609. Pariſiis in folio editorum, Tomo II. etiam nunc tantum latine, quemadmodum ab* Ambroſio *Monacho* Camaldulenſi *Venetiis* A. 1533. *primum fuit edita. Compoſita autem ea eſt* forma Dialogi *inter ipſum Palladium & Theodorum Romanæ Eccleſiæ Diaconum, incipitq; verſio iſta latina his verbis:*

Pag. *298. Ex hoc igitur Principio luculentiſſime patet*, Vitam *hanc* S. Joannis Chryſoſtomi, *quæ* Palladio *vulgo attribuitur, prorſus* diverſam *eſſe* ab ea, quæ in codice manuſcripto Sambuciano, *de quo in præſens ex profeſſo agitur, exſtat ſine nomine Autoris. Similiter quoq; notandum eſt, eandem illam, nomine Autoris carentem S Joannis Chryſoſtomi Vitam in antiquo imperfecto & confuſo Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Catalogo*, a Sebaſtiano Tengnagelio *compoſito, perperam attribui* Georgio Archiepiſcopo Alexandrino. *Hoc enim manifeſtiſſime apparet ex iis, quæ ſupra in recenſione odicis decimi noni, num. 13. pag. 271. & deinceps, de Gregorii Archiepiſcopi Alexandrini* vera S. Joannis Chryſoſtomi Vita *memorata ſunt. Quod ergo reſtat, minime dubitandum eſt, quin verus iſtius anepigraphæ Vitæ Autor ſit* Symeon Metaphraſtes; *utpote cui ea expreſſe attribuitur in* duobus Codicibus manuſcriptis *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ, ex quibus illam Henricus* Savilius *edidit in Tomo octavo Operum St. Joannis Chryſoſtomi a pag 373. usque ad pag. 428. ſed tantum Græce. Vide etiam ibidem* Savilii Notas, *columna 967. & deinceps.*

(b) Anton. Teiſſerius in Catalogo Auctorum & Bibliothecarum, pag. 252. *Huic* Palladio *a plerisq; tribuitur* Dialogus de vita S. Chryſoſtomi. *Alii cenſent eſſe* Theodori Diaconi *qui cum Palladio Helenopolitano in illo Dialogo colloquitur. Dialogum hunc, ſeu Palladii ſeu Theodori, è Græco vertit* Ambroſius Camaldulenſis, *Græce autem primum publicavit* Emericus Bigotius, *Rhotomagenſis, Pariſiis in 4. 1680. apud viduam Martini, addita nova verſione Latina.*

(1224) VITA *Joannis* CRELLII, *Franci* a J. P. M. D. *deſcripta legitur in limine ejusdem Crellii operum. Eleutheropoli* 1656. *in folio*, verba ſunt Teiſſerii Catalog. auctor. & Bibliothecar. pag. 325. Eæ literæ, quomodo ſint legendæ, poſtea declarat ejusdem *Teiſſerii Appendix* pag. 15. hiſce verbis: *Joachimus* PASTORIUS AB HIRTENSBERG, Eques Polonus. *Vita Joannis Crellii* præfixa operibus ejusdem habentur in Bibliotheca Fratrum Polonorum, & in *Ethica Crellii*, Amſtelodami 1681. in 4. edita. Eadem Belgice 1683. in 4. prodiit.

(1225) VITA S. CYPRIANI in *frontiſpicio* editorum junctim *Operum* illius exhibita, PONTII DIACONI perhibetur à *Gesnero*, Bibliothecæ ſuæ pag. 569. At *Ravii* nota Mſta, per *Symbolam Normannianam*, communicata, hoc addit: *Pontius ſuppoſititius non verus auctor, quia Cæſaris Caroli meminit.*

(1225. a) VITA, *mors & miracula* B. JOANNIS DE DEO, Fundatoris Ordinis Fratrum Miſericordiæ, primum Hiſpano idiomate conſcripta, ab illmo Rmoque Domino *F. de Govea*, Epiſcopo Cyrenenſi, viſitatore Apoſtolico in Perſia, Reg. Maj. Conſiliario, ejusdemque in Portugallia Concionatore; deinde, *in Italicum traducta a R. P. Bernardo Pandulpho*, Sacerdote ejusdem ordinis, tum ex hoc & aliis in celebrata beatificatione noviter relatis, eodem vero Italo ſermone compræhenſis a *Nicolao Avagnale*, nominatæ Religionis Religioſo; demum, *Latine* reddita Græcii in Styris, A. 1636. 4. Typis Georgii Pedeſani. Hic titulus integer libri, eſt a me poſſeſſi, qui: num idem ſit, quem ex *Alegambio* Cl. Dn. *Placcius* indicat, mihi non conſtat. Certe interpretis *Latini in titulo* hic adſcripto *nulla mentio* fit. *Dedicationi* tamen libri, quæ, Mariæ, Ungariæ & Bohemiæ Reginæ, Infanti, Hiſpanicæ, Archi-Duciſſæ Auſtriæ, Duciſſæ, Burgundiæ & Brabantiæ facta eſt, nomen ſubſcripſit *Don Martin* DE HOFFHUERTU, qui, ſe hanc Vitam typis Latinis communicare, &

Latine

„Latine converſam, in lucem edere profitetur.
„Ipſe ſane ſibi auctori hanc verſionem non tri-
„buit, ſed edere tantum his verbis ſignificat. *Ha-*
„*ctenus Symbola Diecmanniana*; Adde Germanicam anonymam verſionem n. 1857. γ

(1226) VITA S. DUNSTANI &

(1227) S. ELPHEGI, ut OSBERNO tribuatur; & qualis utraque, verbis *Actorum Erudit. Lipſienſ.* (a) iterum docebimus Tom. II. Supplement. IV. pag. 155. 156.

(a) Acta eruditorum Lipſ. Supplem. Tom. II. Sect. IV. pag 155. 156. *Relinquunt ergo* Osberno vitam Dunſtani & Elphegi, *cum hiſtoria de translatione S. Elphegi. Et* Dunſtani *quidem* vitam *in duos libros diſtribuit Osbernus, quorum primus de ejus vita, ſecundus de miraculis poſt mortem editis agit. Uterq; in Actis Sanctorum Antwerpienſibus Tom. 4. May pag. 359. & in Actis Sanctorum Ord. Benedicti Sect. 5. pag. 659. legitur. Verum cum ſecundus liber ad Hiſtoriam parum conferat,* Whartono *primum tantum librum & prologum ſecundi libri edere placuit.* Elphegi *autem* vitam, *quantum attinet, epitome tantum illius vitæ eſt, quæ a* Surio *d. 19. April. exhibetur & a* Baronio *aliisq; ſub* Osberni *nomine allegatur. Et quamvis* Henſchenius & Papebrochius *Tomo II. Sanctorum April. genuinum Osberni opus* de vita Elphegi *evulgaverint, hiſtoriam tamen de* translatione *Elphegi integram non habuerunt, ſed ex Hiſtoria Eccleſiaſtica* Harpsfeildii *maxima ſui parte mutilam dederunt. Quamobrem* Whartonus & *vitam Elphegi, & Hiſtoriam de ejus translatione integram edidit.*

(1228) B. EUSTOCHIÆ *Patavinæ* Vitam,
„quæ obiit 1469. apud ſe extare Mſſ. ait Jacobus
„Philippus *Tomaſinus* in Tr. de Bibliothecis MStis
„Patavinis pag. m. 130. a. & addit: *Autor operis pu-*
„*tatur Petrus* BAROCIUS *Epiſcopus Patavinus: ple-*
„*iq; tamen id Hieronymo* SALGHERIO, *JCto adſcribunt.*
Symbola eſt *Junckeriana.*

(1229) VITA S. FRANCISCI, qui Ordinis Minorum auctor fuit, latine verſa a Fr. *Tiburtio Navario*, cui eam Aſceta Benedictinus perperam adjudicavit, quomodo debeatur *Franciſco* MARCHESIO, *docent Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1693. Jul. pag. 310.

(1230) *Vita Joannis* FRANCISCÆ FREMIOT, *fundatricis Religioſarum Viſitationis* B. M. V. Latine vulgata, nomine tacito *Alexandri* FICHETI, Sabaudi Jeſuitæ, memoratur *Sotvello,* Biblioth. Jeſuit. p. 21. a.

(1231) *Vitam* S. FULGENTII, *Ruſpenſis Epiſcopi*, quam habemus in Vitis Sanctorum, quæ ſunt in omnium manibus, ut ait *Miræus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. I. pag. 106. Scholio ad incerti auctoris libellum de XII. Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſunt qui putant a FULGENTIO FERRANDO, Eccleſiæ Carthaginenſis Diacono conſcriptam. Et in his quoque refertur *Jucellus* Pater, in præfatione ad Breviatorem hujus Ferrani, memoratum conſultiſſimo Dno Gerardo von *Maſtricht*, Hiſtoriæ Juris Eccleſiaſt. pag. 166. §. 138.

(1232) S. GLODESINDIS *Virginis vita*, quæ extat apud *Surium* Tom. IV. die Julii XXV. ut BERNARDI ABBATIS, vel ARBERTI GORZIENSIS Monachi, vel potius tamen BERNARDI GUIDONIS, imo JOHANNIS ABBATIS GORZIENSIS habeatur, prolixe memorat *Sandius* ad Voſſium (a) pag. 243. 244. adde *Voſſium* p. 698.

(a) Voſſius *de Hiſtoricis Latinis, pag. 698.* Bernardus Abbas, *ut eſt in libris quibusdam; ut in aliis* Arbertus Monachus, *conſcripſit* vitam S. Glodeſindis virginis. *Extat apud Surium T. IV. d. Jul. XXV. Fortaſſe eſt hic* Bernardus Guidonis. Hæc Voſſius. *Sequitur de his* Sandius in Notis in Voſſii Hiſt. Latin. p. 243. Viſchio Bernardus *Abbas Morimundenſis (al.* Renaudus *vel* Arnoldus*) quem dixit obiiſſe a. 1341. Vix enim inveniatur* Bernardum Guidonis *abbatis munere functum.* Arbertus *autem* Monachus *fuerit* Arbertus Gorzienſis *monachus, primusq; abbas S. Arnulphi Metenſis.* Surius *vitam illam edidit, pro more mutato elimatoq; ſtylo; at* Labbeus *to. 1. Bibl. Nova MSS. eandem ſub nomine* Joannis Gorzienſis Abbatis, *qui tamen in titulo ſimpliciter tantum dicitur* Joannes Abbas, *integram vulgavit, absq; ulla ſtyli expoſitione, utut in plerisq; incultioris, minusq; compti. Adjecit complures translationes eodem autore conſcriptas.*

(1232. a CLXXVI.) VITA B. ALOYSII GONZAGÆ *Societatis Jeſu* ex Italico *Virgilii Cæſarii Latine* conſcripta & Col. 1608. ſine nomine interpretis edita, quod ſit *Joannis* HORRION, *Jeſuitæ Belgæ*, memorat *Alegambe* p. 251 Eumque hac vice exſcribens, non tamen addito, quod anonymum ſit hocce ſcriptum *Valer. Andreæ,* p. 518. *Sweertio* etim hunc omittente:

Sotvello pro more ſuo repetente, pag. 463. b. ut & *Wittenio* Diar 1641. *Teiſſerius* vero etiam Catal. Auct. & Bibl. pag. 184. eandem Vitam 1618. Coloniæ (credo per errorem) eidem Typographo aſſignat. Alia ab hac vita itidem anonyma Italica ſcripta ejusdem Gonzagæ a Jeſuita Bononienſe Joanne *Bartolotto*, iterumque Latine reddita memoratur eidem *Sotvello* p. 420. 421. quem *Bertollottum* Alegambe p. 228. a. Teiſſerius, p. 165. *Bertellottum* appellat.

(1233) *Vita* GREGORII, ſequentibus verbis & rationibus, PAULO DIACONO aſſeritur per *Mabillonium* (a) in Analectis ſuis his ercerptis:

(a) Mabillon T. 1. *Annal. p. 319. Hanc vitam* Paulo Diacono *aſſerui tribus inductus argumentis. Primum, quod Paulum Diacon. Monach. Caſinenſ. libellum de B. Gregorii geſtis ſcripſiſſe conſtat ex ejusd. Pauli lib. 3. cap. 25. de geſtis Langobardorum.* Ideo *inquit,—Alterum, quod Joh. Diaconus in lib. 4. de Vita S. Gregorii cap. 99. quædam verba refert ex ipſius Pauli ſcriptione Gregoriana, quæ in vita a me edita reperiuntur:—Tertium, quod codex Conchenſis monaſterii eandemmet vitam Paulo Diac auctori adſcrib. in titulo*

titulo vitæ præfixo. Quartum nobis ſuggerit editor Gregorianus, nimirum ex Garetio, qui profert teſtimonium de vita S. Gregorii his verbis: Aliud teſtimonium ex Paulo Diacono.

(1233. α) De VITA GREGORII VII. alias HILDEBRANDI vide quæ habet *Symbola Maſtrichtiana :*

BENNO CARDINALIS

ſcripſit VITAM GREGORII VII. HIL-
„DEBRANDI alias, quem librum defendit
„*Mornæus* contra Bellarminum in Myſter. ini-
„quit. m. pag. 239. qui a Lutherano confictum,
„& Bennoni ſuppoſitum ſcripſerat. Paria facit
„Clariſſimus *Mareſius* de Johanna Papiſſa p. 212.
„ad verba iſta Raimundi: *Bennoni ſuppoſitum in ipſis*
„*Lutheraniſmi natalibus libellum Anti Chriſti mei cap.*
„*17. demonſtravi:* & regerit *Mareſius:* Quidquid de
„Ræmundi ſibimet plaudentis, demonſtrationi-
„bus ſtatuendum ſit; meminerit Lector Beno-
„nis Alexandri ſecundi, primum Card. Presbyte-
„ri, deinde Romanæ Eccleſiæ Archipresbyteri
„libellum, Ræmundo Naſutiores Pontificiæ hi-
„ſtoriæ ſcriptores, *Onuphrium*, *Ciaconum*, *Victo-*
„*rellum*, legitimum agnoſcere. Addatur *Gol-*
„*daſtus* in Apologia pro Henrico quarto Imp. in
„qua inter alios hujus Bennonis libros duos de
„vita & geſtis Hildebrandi Papæ edidit, ejusque
„Synchroni, *Abbatis Swartzahenſis* ex Chronico
„quod poſtea *Abbas Urſpergenſis* continuavit, uti
„ille tradit, teſtimonium de eo adducit.

(1234) De VITA & obitu *Danielis* GRESERI, *Superintendentis Dresdenſis*, in ordine ſecundi multo prolixiorem & auctiorem ac illa ante ſeculum ferme, anno videlicet 1587. in 4. forma apud Gimelium Bergenium eſt excuſa, ſub nomine: Eines der Geiſt- und Weltlichen Rechte gefliſſenen/ ſtanno Baumanniano, Dresdæ imprimi feciſſe Dr. *Chriſtianum* RHEBOLDUM, D. *Eliæ*, *Theologi* Oſſitienſis fratrem, perſcripſit Dn. *Johannes Fridericus Hekelius*, non addens, an Latine vel Germanice. Quorum tamen poſterius fere ſuſpicari Germanica circumſcriptio auctoris anonymi facit. Interim more noſtro in dubio id, quod primo loco fuerat ponendum, nempe de Latinis ſcriptoribus antequam de Germanicis acturis, amplexi ſumus.

(1235) *Vita* S. JOANNIS GUALBERTI, qui anno Ch. 1040. claruit, ac ordinem Vallis Umbroſæ primus inſtituit, apud *Surium* extat Tom. IV. d. 12. Julii; ſed, addit *Voſſius* de Hiſtoricis
„Lat pag. 462. nomen auctoris in Mſto deſide-
„rabatur Quare utrum FORNERII, an BLA-
„SII ſit, haud facile dixerim. Sed magis eo
„inclinat animus, ut Monachi Vallis Umbroſæ
„minus ſiverint perire vitam fundatoris ſui ordi-
„nis, a Monacho ſcriptam ejusce loci, quam ab
„Abbate montis frigidi. Hactenus *Voſſius*: cui
„annectit *Sandius* pag. 161. Hic oblitus erat Vos-
„ſius, dum hæc ſcribebat, quod pag. 407. ſcri-
„pſerat, AUCTUM FLORENTINUM quoque
„Monachum inſtitui Vallis Umbroſæ, ac Gene-
ralem ſuæ Congregationis Abbatem, conte-,,
xuiſſe vitam Joannis Gualberti: nec cogitabat,,
ſe ſcripturum pag. 769. ANDREAM MONA-,,
CHUM VALLIS UMBROSÆ, temporibus,,
Henrici IV. conſignaſſe vitam Magiſtri ſui, S.
Joannis Gualberti.

(1235. α) *Vitam* GUIETTI quod ſcripſerit *Johannes Albertus* PORTNERUS, ita docet *Symbola Maſtrichtiana*: Joh Albert. PORT-
NERUS *vertit in latinum* iter Conſtantinopolita-,,
num, *ut video ex Epiſt. MS.* Bœcleri *ad eum*,,
25. Auguſti 1656. Vitam Guietti *ſcripſit, quæ Teren-*,,
tio ejus præmiſſa eſt Argentorati ſed vetuit ſuum nomen,,
præponi, qua de re ad eum Bœclerus *in Epiſt. M. S.*,,
Anni 1656. 13. Octob. ubi dehortatur eum, & conatur,,
perſuadere, ut ſaltem literas P. A. J. R. C. præponat,,
quibus inverſo ordine ſignificatur, Portnerus Alber-,,
tus Johan. Ratisponenſis Conſul. ,,

(1236) *Vita* GUILIELMI, ABBATIS *Ciſtercienſis*, poſt *Archiepiſcopi Biturienſis*, quomodo *Petro* CAROLILOCI Abbati debeatur, & utra illa ſit de *Surianis* binis, ex Caroli de *Viſch* Bibliotheca ordinis Ciſtercienſis pag. m. 265. verbotenus refert *Sandius* (a) ad Voſſium p. 118. aliorumque vitas hujus ſcriptoris inibi complures recenſet.

(a) Sandius in Notis in Voſſii Hiſt. Lat. *pag. 118. Vitam hujus Gulielmi ſcripſit* Petrus Ca-
roliloci *abbas, ſed utrum illa ſit, quæ extat Su-*,,
rium apud, 10. Jan. non conſtat. Affirmant Arnol-,,
dus de Wion, Henriquez & *alii; improbabile*,,
putat Joannes Bollandus, *in notis ſuis ad hanc vi-*,,
tam, 10. Januar. Et certe, cum Surius *ipſe fateatur*,,
ſe hanc vitam edere contractam, & mutato Stylo, ſa-,,
tis liquet, non eſſe illam ipſam vitam integram, quam,,
ſcripſit abbas Caroliloci. *Ipſe vero Bollandus ju-*,,
dicat probabile, vitam ab abbate memorato ſcriptam,,
eſſe illam quam ipſe profert ſecundo loco, ad 10. Ja-,,
nuar. ex MS. domus profeſſæ Soc. Jeſu Antwerp. At,,
de hoc etiam nihil certi. Ego æque probabile judico, eſſe,,
illam, quam breviavit & edidit Surius. Hæc Carolus,,
de Viſch. ,,

(1237) VITA HADRIANI II. *Pontificis Romani*, quomodo ANASTASIO *Bibliothecario male per Baronium*, *Petro* GUILIELMO *Bibliothecario* etiam per *Panvinium*, at ZACHARIÆ Legato Nicolai I. rectius per *Ciampinum* adſcribatur, rationibus & verbis ipſis Actor. Erudit. Lipſ. excerptis hicce (a) docemus.

(a) Acta Er. *Lipſ. Suppl. Tom. I. Sect. IV. pag. 169. Poſtea* Nicolai vitam *cum* Hadriani II. *&* Stephani *VI. vitis conferens* (Johannes Ciampinus *in Examine Vitarum Pontificum*) *etſi has* Baronius *ab* Anaſtaſio *concinnatas judicaverit, contrariam tamen ſententiam tueri minime dubitat, cum & ſtyli diverſitas alium Auctorem probet, & inſuper in Hadriani II. vita Anaſtaſius non ſemel egregiis laudibus ornetur, quod ab Anaſtaſii humilitate & modeſtia alienum putat. Exiſtimat igitur* Autorem vitæ Hadriani *II.* non *eſſe* Anaſtaſium, *quod* Baronio *placuit*, nec Petrum Gulielmum *Bibliothecarium, ut* Panvinio *viſum*

ſed

ſed Zachariam, *qui a Nicolao I. Conſtantinopolin legatus, ſed Romam reverſus, quia Photii partibus addictus fuerat; omnibus muneribus ac dignitatibus exſpoliatus, poſtea tamen ab Hadriano II. in priſtinum gradum reſtitutus, & ab ejusdem ſucceſſore, Johanne IIX. Bibliothecarii munere condecoratus fuit. Hunc inquam Zachariam Hadriani II. vitam literis conſignaſſe Ciampino tanto probabilius videtur, cum illi Pontifici ob dignitatis ſuæ reſtitutionem obſtrictus fuerit. Nec huic ſententiæ obſtare putat, quod in hac vita Zachariæ depoſitio & degradatio narretur, quam ut ſibi ignominioſam prætermiſſurum fuiſſe Zachariam veriſimile videtur. Cum enim degradationis hiſtoriam reſtitutionis narratio ſtatim excipiat, ignominiam illam Zachariæ parum abeſſe putat, utpote renovatis honoribus iterum extinctam. Cauſam vero, cur* Anaſtaſius *Bibliothecarius Hadriani II. & Stephani VI. vitas non ſcripſerit, hanc eſſe putat Auctor noſter, quod ſub Hadriani Pontificatu Conſtantinopolin ad octavam Synodum generalem miſſus, & poſt reditum ſuum, ut acta Synodi e Græco in Latinum ſermonem converteret, compulſus fuerit, hisque & aliis occupationibus detentus, ad vitam Hadriani aliorumq; ipſi ſuccedentium Pontificum vitas poſteritati tradendas animum applicare non potuerit.*

(1238) *Vita* S. HIERONYMI, quæ ab ejus diſcipulo Euſebio adornata creditur, ut tanquam fabulas inſulſiſſimas exſibilet Ellies *du Pin*, Tomo tertio Novæ Bibliothecæ auctorum Eccleſiaſticæ, memorant *Acta Eruditor. Lipſ.* 1693. p. 493.

(1239) *Vita* S. HIERONYMI vero, in iisdem *Actis Erudit. Lipſ.* 1686. p. 19. docetur imputari GENNADIO, per *Mabillonium*, Tomo IV. Analectorum Veterum.

(1240) HILARIUS *Arelatenſis*, Abbas olim & monachus cœnobii Lirienſis, dein Presbyter, & Arelatenſis in Gallia Narbon. Archiepiſcopus, S. *Gallo* ſuccedens, ann. 430. Ejus vitam ex membrano, ut loquitur, perantiquo, Vinc. *Barralis*, Chronol. Lirin. p. 103. ſeq. exhibet, auctore quidem anonymo ſcriptam, quam tamen HONORATO, Epiſcopo Maſſilienſi tribuendam putat. Verba ſunt Joh. Godfredi *Olearii*, in Abaco Patrum & Script. Eccleſiaſt. p. 213.

(1241) *Vita Thomæ* HOBBESII, *Angli Malmesburienſis Philoſophi*, anonymωs prodiit Carolopoli A. 1681. in 8. recuſa Hamburgi, eodem anno in 12. Præfationi ſubjiciuntur R. B. indicantes nomen auctoris *Radulphi* BATHURSTII, S. T. D. & Decani Bathonienſis, cujus & carmen in librum Hobbii de Homine præfigitur, & pag. 90. (inter Amicos Hobbii) mentio inſeritur. *Symbola eſt Flensburgenſis* Dn. Joh. *Molleri*. Ipſa editio apud Eleutherium Anglicum ſub ſigillo veritatis indicat fictitium ſine dubio impresſionis locum: in 12. paginis 128. conſtat. Unde vero conſtet Hamburgi recuſa Dn. *Mollero*, mihi non conſtat, pagina etiam allegata 90. pro Bathurſtii legitur in meo exemplari Bathuſti, cætera reſpondent.

An etiam ea Vita ſit *verſio* illius Anglicæ poſthumæ ab ipſo Hobbeſio ſcriptæ, & per Dr. R. B. conſummatæ cum aliis poſthumis. A. 1681. in 8. Londini editæ, de qua refert *anonymus Anglici Memorialis Hebdomadici* pro ingenioſis Ao. 1683. Londini publicati in 4. ſcriptor n. 13. pag 89 haud certo dixerim. Vide quæ Cap. V. n. 1241. de Rhetorica ſimiliter poſthuma notavi. Sane hic eadem conjectura, aut major etiam apparet veroſimilitudo.

(1241. *a* CLXXVII.) VITA BEATI JOANNIS DEI *fundatoris fratrum Miſericordiæ*, ex Italico *Latine* verſa, interprete *Andrea* COBAVIO *Carniolo Jeſuita*, nomine ipſius haud adjecto publicata fuit, ut refert *Alegambe*, p. 26. & Sotvel pag. 49. KOBAVIUM malens, adeoque translocans ad p. 52. Hæc vita quid differat ab illa, quam Caſtellano ſeu Portugallico ſermone prodiiſſe ejusdem ſancti ab Antonio *de Govea*, Epiſcopo Cirennenſi (Cerennenſi habet *Teiſſerius* p. 22.) ſcribit in Bibliotheca ſua Hiſpana Nicolaus *Antonius* p. 69. b. non dixerim, edita Matriti 1624. in 4. & Gadibus tertio 1647.

(1242) *Vita* S. LEONIS IX. *Papæ*, *Lucorum antea Epiſcopi*, Pariſ. 1615. in 8. nulla titulo & prolegomenis facta editoris mentione, ut *Jacobo* SIRMONDO a *Sotvello* pag. 388. adſcripta innotuerit, vide ſupra in Vita S. Caroli. n. 1221.

(1243) *Vitam* LONGOLII, Cardinalis, POLUS Andrea *Dudithio* teſte (alii enim *Simoni*, VILLANOVANO tribuunt) litteris conſignavit. *Schottus* Quæſt. Tull. l. 10. *Symbola* eſt *Schraderiana*. Eam de *Chriſtophori* LONGOLII Mechlinienſis vita intelligo, quam ſuppreſſo auctoris nomine, cum epiſtolis ejusdem editam, & a *Reginaldo* POLO, Anglo Cardinali, ſcriptam refert Valerius *Andreæ* Bibl. Belgicæ pag. 138. qui & vitam Poli a *Dudithio* ſcriptam eo nomine in partes vocat. Confirmat ab adoleſcente Polo id factum *Gaddius* de ſcriptoribus Tom. II. pag. 1. Unde dubito, num poſſit eo ſpectare, quod *Normanniana Symbola* putat, hoc quod Longolius ſuprema epiſtola ſeptimo decimo ante diem emortualem ſuum ad Polum hunc data, quem Bibliothecæ ſuæ hæredem ex aſſe ſcripſerat, ab eo per amicitiam petit, ut mortuo ſibi memoriam benevolentiamque humaniter præſtet! Interim concidit de *Simone Villanovano* illius vitæ auctore commentum, quod *Simlero* debetur, quem *Friſius* ſequitur ad Geſnerum in hoc nomine.

(1244) S. MAGNI *Vita*, quam THEODORO tribuit *Voſſius* de Hiſtor. Lat. pag. 570. ut EMERICO vindicaturus fatigetur *Sandius*, legere eſt apud ipſum met pag. 275. potiſſimum, ubi jam ante quoque Voſſium correxerat erronee allegantem pro Surio *Caniſium*.

(1244. *a* CLXXVIII.) VITA B. MARIÆ IPRENSIS edita Duaci 1618. in 8. *cum ſanctis ordinis Prædicatorum in Belgio ab Hyacintho Choquetio* Flandro, THOMÆ CANTIPRATENSI *Brabantino*, quem alii *Henricum*, alii *Wilhelmum* prænomine, non nulli cognomine *Apiarium* a ſcriptis libris de Apibus myſticis (de quo v. ſupra cap. 2. n. 19.)

n. 19.) vocant, vid. *Thomaſium* de plagio litterario §. 189. *adſcribitur a nonnullis, neq; ſtylus diſſentit,* inquit *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. 833. *& Voſſ.* de Hiſtor. Lat. lib. 2. c. 60. p. 488. adde *Sweertium* pag. 692.

(1244. β CLXXIX.) *Corona anni Mariani h. e.* VITÆ XII. *Sodalium* MARIANORUM Græciæ 1636. in 12. a *Leonhardo* BACHIN *Germano Jeſuita Græcienſi,* absque nominis ſui mentione conſcripta fuit & publicata, narrante *Alegambe,* p. 300. & *Sotvell.* p. 548. b.

(1245) *De Vita* MARTINI TURONEN-„SIS, *in ſex libros diſtributa,* quam ſub PAULINI, „NOLANI Epiſcopi nomine ad Octavum Bibli-„thecæ ſuæ Tomum Bignæus retulit, dicere „hic nihil attinet, cum jampridem inter Erudi-„tos opus illud non *Pontio Meropio Paulino,* ſed Be-„nedicto PAULINO PETRICORIO tribuen-„dum eſſe conſtet: Verba ſunt ex Actis Erudit. „Lipſ. ad A. 1685. p. 483.

(1245. α CLXXX.) VITAS *illuſtrium* MEDICORUM absque nomine Auctoris Argentoroti A. D. 1571. prodiiſſe, easque à *Caſparo* PEUCERO Medico conſcriptas eſſe *Geſnerus* in Bibliotheca ſcriptum reliquit, & ex eodem *Melchior Adami* pag. m. 390. in vitis Medicorum Germ. ubi ſibi viſas easdem haud eſſe fatetur. Quod ipſum etiam una profitentur *Schenckius* in Bibliotheca ſua Medica, quam Biblia Jatrica inſcripſit p. m. 183. & *Voglerus* c. 8. Introductionis in notitiam ſcriptorum p. 46.

Eas tamen refert etiam *Labbeus,* p. 45. antiquæ & pag 62. recentioris editionis Bibliothecæ Bibliothecarum, & *Teiſſerius* p. 100.

(1245. β) VITA S. MEINILPHI, Paderbornenſis Diaconi & Confeſſoris, quem ex fonte ſacro ſuſcepit Carolus Magnus, ut tribuatur GOBELINO PERSONÆ, de cujus *Coſmodromio* alibi dictum, a *Molano* & *Surio,* docet Caveanæ Hiſtoriæ Litterariæ Script. Eccleſ. Appendice Henricus *Wharton* p. 65. b. addens: *Eam interpolatam, ac ſtylo immutato deformem dedit* Surius; *ad V. Octobr. ſinceram, omiſſa tamen miraculorum farragine, Chriſtophorus* Brovverus, *Moguntiæ* 1616,

(1246) *Vita* S. MEMMII, cujus ſit ALMANNI, damus verbis *Mabillonii* (a) ex ejusdem Analectis ſtrictim excerptis ita:

(a) *Mabillon. T. II. Annal. p. 94. ſeq. Quis auctor veterem illum libellum* de Vita S. Memmii *ſcripſerit, incertum eſt.* Almannus *quidem, Antivillarenſis prope Remos Monachus, rogatu Theudoini Præpoſiti Catalaunenſis veterem ac prope detritam de S. Memmio ſcriptionem novo ſtylo ſcribere aggreſſus eſt ſub Ann.* DCCC LXVIII. — *At non videtur is eſſe auctor iſtius Memmianæ vitæ, ex qua pro Dagoberti* (*Regis*) *reſtitutione argumentum deſumtum eſt. Nam in codice Catalaunenſis Eccleſiæ*— *At verò in Exemplari Herovallino, ex quo*—*Hinc perſuaſum habeo, Altivillarenſis codicis ſcriptionem de S. Memmio tribuendam eſſe* Almanno *ejusd. Cœnobii Monacho, qui S. Memmii miſſionem S. Clementi potius*— *Qua in re veterem correxit* Autorem, *qui paulo poſt reſtitutum Dagoberto regnum ſcripſit, ut*—*his verbis:* Poſtquam—*Hæc verba auctorem ejus temporis æqualem ſatis deſignant non* Almannum Monachum, *qui annis Ducentis a principatu Dagoberti remotus fuit. Alterius proinde libelli ſcriptor eſt* Almannus *&c.*

(1247) *Vita Beati* MORANDI *Confeſſoris* cujus editio memoratur *Voſſio* de Hiſtor. Lat. pag. 733. quam mutilam, & maxima parte depravatam teſtatur Petrus *Lambecius,* de Biblioth. Cæſarea Comment. lib. 2. cap. 8. pagina 888. eandem exhibens ex Codice Manuſcripto Ambroſiano integram usque ad pag. 897. inque notis marginalibus pag. 895. Gallum & Monachum ALTKIRCHENSEM, etſi nomine nullo inſignire illum poſſit, eatenus tamen nobis detegit, nec ultra quid hic valet *Sandius* eundem adducens pag. 208.

(1248) Vita *Johannis* MORINI, *præfixa* excuſis Londini, & recuſis Lipſiæ *Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis, Richardo* SIMONI, notiſſimo auctori Criticorum Novi & Veteris Teſtamenti, ab auctore *Germanicorum Dialogorum menſtruorum* (Dno *Tenzelio* partim vindicandorum ſuo loco,) aſſeritur Monatliche Unterredungen/ 1695. pag. 6. Adde Joh. Alb. Fabr. Dec. decadum n. LXXXVI. circa finem.

(1249) *Vitæ* NILI Calabri, extantis apud „ *Mabillonium* Analect. Tom. I. pag. 267. auctor, „ putatur eſſe BARTHOLOMÆUS *Monachus:* „ *Coteler,* Monum. Eccleſ. Gr. Tom. I. p. — — *Symbola eſt Normanniana.*

(1250. CLXXXI.) VITA S. NORBERTI, quæ vulgo circumfertur absque ſcriptoris nomine, falſo creditur eſſe *Hugonis Floreffienſis,* Monachi Præmonſtratenſis, quem tamen conſtat integro ſeculo poſt ſanctum huncce demum vixiſſe. At Vita S. Norberti a coætaneo ejusdem eſt conſcripta, qui ut in eadem habetur, aut vidit ea, quæ de ipſo ſcripſit, aut audivit a veris relatoribus, qui viderunt. Alii itaque HUGONI *Cameracenſi,* qui B. Norberto in Præmonſtratenſi Eccleſiæ præfectura ſucceſſit, eam attribuunt. Et verius fortaſſis: niſi quod contra facere videatur eum cap. 13. piæ & ſanctæ converſationis hominem vocari, cujusmodi Elogium ſibi utique Vir modeſtiſſimus non videtur attribuiſſe. Certe Phraſis ſeu dictio, itemque Vocabula Gallica, quibus is auctor paſſim utitur, ipſum natione Gallum fuiſſe commonſtrant. Hæc fere totidem verbis apud *Aubertum Miræum* in Chronico Præmonſtratenſi ad A. C. 1134. *Compendium Vitæ & inſtituti Norberti Fundatoris ordinis Præmonſtratenſis Italice ſcriptum* a Cornel. *Hagnereccio Belga Canonico* ejus ordinis Romæ 632. in 8. excuſum memorat Leo Allat. apum Urb. pag. 76.

Nactus exinde *Miræi* & de Scriptoribus Eccleſiaſt. & de Præmonſtratenſi Chronico exemplar, ex utroque nunc excerpta hic potiora (a) (b) (c) addo. Ut & quod allata ſerius *Symbola*

Diec

iecmanniana docet, editam hanc vitam & à Laurentio *Surio*, & à Zacharia *Lippeloſio*, in Tomis e vitis Sanctorum falſo creditam HUGONIS LOREFFIENSIS, & *Miræi* pag.91. 92. ex vitæ Norberti capitibus 18. 29. 35. & 54. obſervat us ſcriptorem fuiſſe ex primis S Norberti ſociis demque admodum familiarem convixiſſe.

(a) *Aub.* Miræus *Bibl. Eccl. pag.253.* St. orberti, *Magdeburgenſis Epiſcopi vita a coætaneo ed cujus nomen ignoratur) eſt ſcripta: nam aut vidit , quæ de ipſo ſcripſit, aut audivit a veris relatoribus i viderunt, ut cap. 54. legitur. Eſt autem ſcripta ſu* Hugonis, *qui S. Norberto primum ſocius, poſt ceſſor in regimine cœnobii & ordinis Præmonſtratenſis it. Errant autem, qui illam lucubrationem iſti Huni, aut* Hugoni Floreffienſi *attribuunt, utpote ate multum poſteriori.*

(b) Idem *in* Chron. Ord. Præmonat. pag 91. *Ceterum libet hoc loco inquirere, quis ſit ctor hiſtoriæ* ſ. vitæ S.Norberti *a Laurentio* Surio *itæ, quæq; paſſim (auctior tamen ac prolixior) extat anuſcripta non addito auctoris nomine. Zacharias* ppelojus, *in Tomis de vitis ſanctorum à ſe editis eam ſo adſcribit* Hugoni Floreffienſi *quem conſtat anno mum milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo floruiſſe, infra ſuo loco dicemus. Alii* Hugoni Cameracen-, *qui B. Norberto in* Præmonſtratenſis *Eccleſiæ Prælatura ſucceſſit, eam attribuunt. Et* vere fortaſſis *ſi quod contra facere videtur eum cap.13. piæ & ſane converſationis hominem nuncupari: quod elogium utiq; vir modeſtiſſimus non videtur attribuiſſe. Ut ut , illud certo conſtat ex cap. 18. 29. 35. & 54. fuiſſe riptorem hunc ex primis B. Norberti ſociis eidemque modum familiarem convixiſſe. Verba cap. 54. quihiſtoriam concludit, hic ſuffecerit attexuiſſe.* Sed cet aliquis, *inquit*, audio quod ſcriptum eſt, vem autem ne ſit ſcriptum hoc dubito, quia mihi certum. Crede, ſi vis, veritatem rei geſtæ Chriſti veritate ſcriptor exhibet: *quia aut vidit ea, æ de ipſo ſcripſit, aut audivit a viris relatoribus qui derunt & adhuc vivebant quando præmiſſum opus per ſcriptum memoriæ commendavit, præter quædam æ ab ipſo didicit quæ geſſit antequam exiret de terra & gnatione ſua.*

Adhæc phraſis ſeu dictio, itemq; vocabula Gallica ibus autor paſſim utitur, ipſum natione Gallum fuiſſe mmonſtrant.

(c) *Pag.171. Ceterum falſo huic* Hugoni oreffienſi *a* Zacharia *Lippelojo in Tomis Sanctorum e editis adſcribitur* vita S. Norberti, *a Surio edita, m auctor fateatur, B. Norberti coævum ſe fuiſſe, uti ra diximus ad annum milleſimum centeſimum triceſim quartum.*

(1251) S. ODONIS vita, ut OLBERO adſcripta, ſed eadem adſcriptio retractaerit, atque poſtea in EADMERUM relatar Henricum *Whartonum*, in Anglia ſua ſacra, gere operæ pretium eſt verbis excerpentium dem in *Actis Erudit. Lipſiens.* (a) Supplement. IV. omo II. pag.155. quæ proinde & hic exhibeus.

(a) *Acta Eruditor. Lipſ. Supplem. IV. Tom. II. pag.155. Non minus S. Odonis vitam a ſe editam Osberno perperam tribui animadvertit. Etſi enim vitam Odonis ab Osberno ſcriptam* Gulielmus Malmesburienſis *teſtetur, nec alium vitæ Odonis ſcriptorem* Baleus *memoret, eundemque ſub Osberni nomine Mabillonius in ſeculis Bened. vulgaverit, ejusdemq; auctoris nomen codex Cottonianus præfixum habeat;* Eadmero *tamen hanc Odonis vitam reſtitui debere, cui in antiquo Collegii Corporis Chriſti Cantabrigienſi codice vindicetur,* Whartonus *obſervat, cui ſententiæ favet, quod vita Odonis, quam Gulielmus Malmesburienſis* Osberno *tribuit, cum ea, quam ſub Osberni nomine* Mabillonius *etſi dubitanter vulgavit, ipſo Mabillonio fatente, nonnullis in locis minus conveniat.*

(1252) *Vita* S. ODULPHI, quam in ſubjectis cumulatim ex *Surio* & *Moſandro* fatigatus labore operis de Hiſtoricis Lat. *Voſſius* ſubjicit pag.823 d. 12. Junii, a *Sandio* pag. 330. (a) CAPPIDO STAURIENSI, ut aſſeratur operæ pretium ſit legere, poſtquam idem dubie adhuc p.70. jam aliquomodo præmonitum dederat.

(a) Sandius in notis in Voſſii Hiſt Latin. p. 330. *S. Odulphi presbyteri) forte autor hujus vitæ eſt* Cappidus Staurienſis *ſcriptor ſeculi decimi, de quo p. 341. Scripta ſane eſt vita illa poſt obitum Radbodi, epiſcopi Ultrajectini, qui periit a.917. fuitq; poſt id temporis Cappidus Staurienſ. ſuperſtes. Ipſe* Odulphus *florebat a.862. ſociusq; fuit Friderici epiſcopi Ultraject. cujus ope ille ad breve tempus Friſiam expurgavit ab hæreſi Ariana, ut ex Vita dicti Friderici, & Odulphi;* Chronico Magno Belgico, Chronico *Jo. de* Beka; Ubbonis Emmii *hiſt. Friſiæ*; Miræi *annalibus Belgicis;* Schotan. *annal. Friſ.* Molani *Indic. ſanctor. Belgii, & Chron. Sanctorum Belgii;* Sauſſeyi *Martyrologio Gallic.* Sammarthanorum *Gallia Chriſtiana;* Buchelii *notis in Jo. de* Beka; Baronii & Spondani *annalibus, &c. probabo in Appendice ad Nucleum hiſtor. Eccleſiaſt. ad a 838.*

(1253) VITA S. OTTONIS, *tribus libris anonymis* compræhenſa, quomodo SIFFRIDO, Ottonis ſcribæ, debeatur, exponunt *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1682. pag. 280. ubi alia ejusdem Vita per *Andream*, *Abbatem Bornbergenſem* edita recenſentur cum hacce collata, editore L. Valerio *Jaſcio.*

(1254) De VITIS PATRUM, liber *Græcus*, ab *anonymo* ſcriptus, qui *in Plantiniana editione* eſt *ordine quintus*, putatur *Latinus* eſſe *factus a* PELAGIO Papa.

(1255) Eum vero, qui eſt *in ordine* SEXTUS ibidem JOANNES III. ejusdem ſucceſſor tranſtuliſſe cenſetur Aub. *Miræo*, auctarii de Scriptoribus Eccef. pag. 210. alleganti ulterius ſua ſcholia ſimul in Gennadium, quæ vide vol. eodem pag. 74. multoque magis pag. 63. antecedente; ubi QUARTUS

(1256) *De* VITIS PATRUM *liber ejusdem editionis ex Severo* SULPITIO & *Joanne* CASSIA-

NO concinnatis, verbis pene iisdem ex utroque excerptis, & quidem ab EUCHERIO LUGDUNENSI aut VICTORE MARTYRITANO docetur, vocaturque ad hoc in partes *Baronius* ad A.C. 433. Omnino vero maxime hic repræſentari verbotenus merentur, quæ de totis libris X. illis vulgo S. Hieronymo imputari ſolitis habet, *Pſeudonymis* in nomine *Hieronymi* reſervanda idem *Miræus*, pag. 37. & 38.

(1256. *α* CLXXXII.) VITA S. PAULINI, ab *Heriberto Rosweido* vulgata ſine nomine auctoris, *Franciſco* SACCHINO, *Italo Jeſuitæ* adſcribitur apud *Alegamben*, pag. 134. repetente, ut ſolet eundem *Sotvello* pag. 250. qui & operum hujus Sancti editionem ab eodem factam refert, Antvverpiæ typis Plantinianis in 8. 1622. pag. 334. at *Teiſſerius* pag. 92. cum iisdem operibus hiſce vitam editam addit. *Alius* vero etiam operum eorundem *editionis* & vitæ per editorem concinnatæ, cum hacce conferendæ, recenſionem faciunt *Acta Eruditor. Lipſ.* 1685. Octobris pag. 484. & præcedentibus. Illud vel maxime notandum vero, quod *diſtinguendus* hic S. PONTIUS MEROPIUS PAULINUS *ab alio Paulino* cum eodem confundendo, & a bene multis non vulgaribus viris confuſo, *Benedicto Paulino Petricorio*; vid. *Olear.* Abaci pag. 356. ubi & EUTROPIUS & NEROPUS hic noſter appellatur, & dein quoque vita ejus memoratur.

(1256. *β* CLXXXIII.) VITA PINELLI *in Latinum* ſermonem translata memoratur inter libros anonymos *a Scavenio* num. 49. Eam haud memini vidiſſe, puto tamen eſſe *Nicolai Pinelli* illius cujus habemus *additamentum* ad *Onuphrium Panvinium de Ludis Circenſibus & Triumphis*, Patav. 1642. in fol. excuſum, eamque *ex italica latinam factam* eſſe a LAURENTIO PIGNORIO, cujus alia ſcripta doctiſſima poſſidemus.

Ita tunc juxta cum ignariſſimis hac de re ſciens ſcribebam in editione antiqua. Poteram tamen ſciviſſe, ſi quas attuleram mecum ex Italia Epiſtolas Laurentii *Pignorii*, vel ut inſcribuntur *Symbolarum Epiſtolicarum librum primum 8.* Patavii 1629. editum evolviſſem. Ejus enim tota Epiſtola XXII. *L. Paulo Gualdo*, Archipresbytero Cathedralis Eccleſiæ Patavinæ ſcripta pag. 74. usque ad 77. de hac *neutiquam Nicolai* ſed *Joannis Vincentii Pinelli* vita agit, cujus nunc excerpta damus huc pertinentia (a). Quibus adduntur teſtimonia de Pinello multa, & ſubjiciuntur epitaphia Pinello ſcripta, usque ad pag. 80. Ea vita *Italice* ab hocce *Paulo Gualdo Vincentino*, Latine dein, ſed absque ulla intrepretis mentione, ſub ſeculi hujus (XVII.) initium Auguſtæ prodiit, ut habet *Symbola Flensburgo-Molleriana*. At Dn. *Petrus Axenius*, Secretarius Ducis Holſatiæ, An. 1676. d. 20. Julii hic agens, magis etiam me adjuvit: commodato exemplari ejus editionis in 4. Auguſtæ Vindelicorum impreſſo, cujus titulus ſic habebat: Vita Joannis Vincentii Pinelli, „Patricii Genuenſis. In qua Studioſo bonarum „artium proponitur typus Viri probi & eruditi; „auctore *Paulo Gualdo*, *Patricio* Vicentino. Circumſcriptio effigiei habet: *Joannes Vincentius Pinellus*. Dedicatio facta *Dominico Pinello*, Cardinali, erat. In ea *Pignorii* mentio, cum alias honorifica pag. 69. inprimis hiſce verbis extabat: *Ab illo ego non minimum adjutus in hiſce conſarcinandis; ut qui* Pinellum *obſervare, & convenire terque quaterque quotidie ſolitus, eo cum fructu, ut* Pinelli *in re literaria curas acerrimas nemo illo hodie melius norit: &c.* Quæ non video, quomodo conciliare debeam cum aſſertione Scaveniana cumque relatione, quam addebat, ex tum adhuc viventis *Marquardi Gudii* ore, Dn. *Axenius*: Quod penes Nicolaum *Heinſium* eſſent folia correctionis, ut a Typographo venerant, manu *Pignorii* addito etiam, easdem correctiones teſtari Pignorium non correctorem merum ſed interpretem fuiſſe. Qu[i] proinde ſuum laborem amico Gualdo donaveri[t] oportet, ut fama divulgata non retinendum. Ipſa vero hæc *vita* legitur etiam deinde *recuſa* in *Bateſianis* Londini 1681. a pag. 314. quæ dedicationem & pag. 316. quæ Epiſtolam ad M. Velſinum Pauli Gualdi Vicetini continet, quas alia elogia ſequuntur, usque dum pag. 322. usque ad 378. ipſa vita exhibeatur.

(a) Laurentii Pignorii ad Paulum Gualdum Archipresbyterum cathedralis Eccleſiæ Patavinæ; Epiſtola, quæ eſt Symbolar. Epiſtolicarum XXII. Joannis Vincentii Pinelli vita *quam tu vir Reverendiſſime ante annos duodecim plauſ[u] ingenti Eruditorum conſcripſiſti, eo favore excepta eſt, u[t]* Ericius Puteanus, *nobilis ille* Pinelli *contubernali[s] in Reliquiis (uti vocat) Epiſtolarum ſuarum Epiſtola LVI. ad Carolum Malinæum, Ærarii Principum præſ[i]dem, illam non dubitaverit appellare* imaginem vi[ri] magni, probi, eruditi. *Et ſane non occurret forte dil[i]genter indagantibus, qui cum Pomponio Attico, præt[er] unum Pinellum, componi poſſit. Ambo nobiles, ante[...] litterati, ambo magnis amicitiis florentes, ambo intra privatam fortunam ſteterunt. Illam tu recudas oport[et] quando exemplaria prope omnia divendita ſunt: & mu[l]ta mihi fuerunt adnotata tuo juſſu, de Jo. Vincenti[i] clarorum hominum teſtimonia, quæ ad poſteritate[m] transmitti, uno veluti faſciculo comprehenſa, publice inte[...] eſt privatimque.*

(1257) HISTORIA VITÆ ET MIRACULORUM S. RICTRUDIS. Illius auctorem & Stylus & temporis ratio arguit fuiſſe *Andream* SYLVIUM ſeu DU BOIS, teſte *Raphaële de bello Campo*, & Anno 1168. vixiſſe conſtat ex lib. 2. cap. 24. Valer. *Andreæ* Biblioth. Belg. ita ſcripſit. pag. 56. ubi de illo agit. *Symb. Amici.*

(1257. *α*) VITA *Reginaldi* POLI, *Ca[r]dinalis*, Venetiis, 1563. in 4. edita ſine auctor[is] nomine memoratur *Jameſio*, Catalog. Oxon. 397. & *Friſio* pag. 720. add. *Gesneri.* Eum eſſ[e] *Andream* DUDITHIUM, idem detegit *Jam[e]ſius* pag. 172. & Valerius *Andreæ* Biblioth. Belg[i]cæ, pag. 128. uti ſupra jam in *Longolii* Vita n. 124 viſum. Eam Italice primo ſcriptam, ab ipſo v[i]ro Dudithio verſam tantummodo declarat *Te[iſ]ſerius* Catal. Auct. & Biblioth. pag 221. quod [...] ante laudatorum nullo ſuſpicere. Nec ap[ud] *Freherum* Theatri pag. 38. 39. vitam Poli rece[n]ſenti

ſentis, ulla hujus rei mentio: uti nec apud *Ghilini* Theatro dei Letterati Italico.

(1158) VITÆ PROPHETARUM, ut EUSEBIO tribuantur ex veteri manuſcripto, & male omiſſæ ſint in editione ultima operum Euſebii, referimus ipſis verbis excerptis (a) *Bibliotheca Gallicæ Univerſalis* A. 1688. Tom. X. pag. 494. in Septembr. in recenſione operum Euſebii Pamphili, Coloniæ A. 1688.

(a) Bibl. Univerſelle *d. Ao. 1688. p. 494.* Le Vies des Prophetes *ſont attribueès à* Euſebe *dans un ancien manuſcrit, & ſont jointes aux Commentaires de Procope ſur Eſaie en Grec & en Latin. Jean Courtier les publia à Paris en 1580. in fol. Ceux qui ont donné cette Edition de la Demonſtration Evangelique aurojent bien fait d' y joindre ces pieces, ou de tâcher d' avoir quelques-unes de celles, qui ne ſont pas encore imprimées.*

(1258. α CLXXXIV.) VITÆ RELIGIOSORUM *plurimorum ſanctitate illuſtrium domus VILLARIENSIS in Brabantia,* ſcriptæ non præfixo auctoris nomine in eadem domo, Mſſ. conſervantur, & debentur JOANNI DE LOVANIO, vulgo PRÆCURSORI dicto, de quo vide plura penes *Carolum Viſch* Bibliothecæ Ciſtercienſis pag. m. 229. adde *Valer. Andreæ* pag. m. 529.

(1258. β CLXXXV.) *Roſa cœleſtis recens patefacta, contragraſſantem Peſtilentiam* ſalutare Remedium, ſeu SANCTÆ ROSALIÆ Siculæ Virginis brevis VITÆ enarratio, ex iis, quæ Romæ typis evulgata fuerunt de eadem, confectum, literisque F.S.E.S J.C. Præfationi ſolummodo ſubjectis, Cracoviæ 1630. vulgatum a *Friderico SZEMBEK, Polono Jeſuita,* memoriæ prodidit *Alegambe* p. 144. & *Sotvellus* p. 268.

Vitam aliam *S. Roſaliæ* Flandrice anonymam ſcriptam ab Adriano *Poirtres*, Jeſuita Belga, vide in Belgicis ex Sotvello p. 11. a.

(1159) *Compendium* VITÆ *Admirabilis* S. ROSÆ de *S. Maria, Latine,* ſuppreſſo ſuo nomine, Romæ, Typis Tinaſſii, 1665. in 24. & rurſum ibidem 1672. in 12. Recuſum Avenione, Viennæ, Græcii, Cracoviæ, Lublini, Vilnæ, editione octava, & *in varias linguas Gallicam, Hiſpanicam, Polonicam & Indicam* translatum, ediſſe refertur *Joannes Laurentius* LUCCHESIUS, Lucenſis Jeſuita, *Sotvello* p. 467. b.

(1259. α CLXXXVI.) *Sancti menſtrui per ſingulos anni dies cum imaginibus, quibus a tergo* VITA *ujusq; SANCTI compendio deſcribitur:* liber a *Guilelmo* PFEFFER & *Andrea* BRUNNERO *Jeſuitis Germanis*, opera collata conſcriptus, memoratur ab *Alegambe* p. 170. v. quæ in Theologicis de *Faſtis Marianis* ex eodem notavimus num. 73. quem librum eundem cum hocce fortaſſis eſſe ſuſpicor.

Nec etiam *Sotvellus* pag. 318. b. hic verbulum addit Alegambianis, unde certiores reddamur. Ipſa tamen deſcriptio Faſtorum, elogia illa in ſingulos anni menſes diesque Sanctorum natales diſtributione facta exprimens, quam ſupra etiam abrupimus allegando per &c. idem ſatis videtur confirmare.

(1259. β CLXXXVII.) VITAS SANCTORUM a PETRO RIBADENEIRA Jeſuita ſcriptas *Hiſpanice* Latinas fecit, & nomine ſuo non expreſſo Colon. 1630. in fol. edidit, *appendice vitarum* Caroli Borromæi, Ignatii Franciſci Xaverii, Philippi Nerei, Franciſci Borgiæ, Aloyſii Gonzagæ, Stanislai Koſtkœi ſubjecta, *Jacobus* CANISIUS, *Jeſuita Belga,* teſtantibus *Alegambe* pag. 192. 193. *Valer. Andreæ* pag. 104. & *Sotv.* p. 360. a.

(1260) *Georgii Caſtriotæ*, SCANDERBEGI vulgo dicti, *Hiſtoria, Compendio tradita,* 1684. in 12. eſt *Samuelis* PUFFENDORFII. Impreſſa, eſt Stadæ. Scripta juſſu Johannis Philippi Electoris Moguntini. Is enim eſt iſte magnus & ſapientiſſimus Princeps, quem in epiſtola ad Lectorem, opuſculo præfixa, deſignat. *Symbola* iterum eſt Excellentiſſimi *Chriſtophori Schraderi,* nunc Legati ad Diœtam Celſiſſimæ Domus Luneburgo-Brunſuicenſis: quod idem ex ore D. Vice-Cancellarii *Avemanni* prodit *Maſtrichtiana* itidem Mſta.

(1261) *Fauſti* SOCINI, Senenſis, *Vita, ab Equite Polono* conſcripta. Extat in limine Operum ejusdem Socini, in duos Tomos diſtinctorum, & Irenopoli, in folio poſt annum 1656. publicatorum. Verba ſunt *Teiſſerii*, Catal. Auctor. & Bibliothecar. pag. 323. quæ poſtmodum in appendice pag. 24. per hæc illuſtrantur, & noſtro ſcopo applicantur ita: *Samuel* PRIZPCOVIUS, *Eques Polonus.* Vita Fauſti Socini, edita 1636. in 4. Eadem etiam extat in Bibliotheca Fratrum Polonorum, ejusdem Socini Operibus, præfixa. Eadem Belgice 1663. & 1664. in 8. Symbola Caveana tamen hanc Vitam *Jonæ* SCHLICHTINGIO imputat, eumque a gregalibus ſuis Equitis Poloni nomine ut plurimum indicari ſcribit.

(1262) TERENTII VITA, *Ælio* DONATO tribuitur. Sed *Voſſius* monuit, eam eſſe SUETONII, in Opere de Hiſtoricis Lat. Lib. I. c. 31. Verba ſunt *Teiſſerii*, Catal. Auctor. & Biblioth. pag. 5.

(1263) B. VERDIONÆ *legenda*, edita a B. ATTONES Epiſcopo Piſtorienſe, qui fuit de Caſtro Florentino, ſub hocce titulo, verſa Italice à P. *Franciſco Hieronymo* de *Strozza* (ſi recte lecta eſt inarticulatiſſima ſcriptio Fratris Raphaelis *Badii*, transmiſſa mihi ab inclyto Dn. Antonio *Magliabecchi* per Patrem *Papenbrochium*, Antvverpia 1690. Italico idiomate, ac per multos annos, eo quod legi non poſſet, ſepoſita; tandem adhibitis etiam aliis pluribus ejus linguæ & ſcripturarum inarticulatarum peritis, utcunque divinationibus ſociatis extricata, & a me Latine reddita) impreſſa fuit A. 1565. Viterbi & A. 1681. Florentiæ alla condotta, tanquam ſcripta per Patrem Dominicanum popu-

„larem ſupradictæ. Iſque fuit Monſignor Frater *Laurentius* di PIETRO GJACCOMINI, de „Caſtro Florentino, Dominicanus, Epiſcopus „Achajæ, qui primitus eam ſcripſit Latine, & „anno inde altero Italice, obiitque anno 1455. „& ſcriptum eſt ab Attones, ſupra dicto, quod „Beata illa obierit A. 1153. & ſit in ſanctos relata „1242. Adeoque erravere Abbas *Razzi Ferrarius* Jeſuita, *Ughellus* & alii. *Hactenus illa Symbola*, in qua ſi quid aberratum eſt repræſentanda, id calamo tam parum diſtinctæ exarantis eſt imputandum. Ego fideliter, quæ potui reddidi. Unde capiat quisque fructum quem poſſit.

(1263. a) *Conſiderationem ſuper* VILLAREGII VITAM, a *Petro Matthæo* Gallice ſcriptam, ſub titulo *Miniſtri Status*, in latinam linguam converſam dedit *Paſtorius* ab HIRTENBERG: ut inter anonymos recenſet *Symbola Maſtrichtiana*.

(1264) VITA VIRGILII, vulgo exiſtimatur *Ælii* DONATI, celebris illius Grammatici, & Præceptoris S. Hieronymi. Sed (verba repeto *Teiſſerii* pag. 5. Catal. Auctor. & Bibliothecar.) „doctiſſimus *Voſſius* lib. 3. cap. 2. de Hiſtoricis Lat. „recte annotavit, licet in ea vita multa ſint bona, „& ex Antiquis hauſta, ſubinde tamen adſperſa „quædam videri, quæ indigna ſint tanto Gram„matico. Quare cenſet opuſculum illud non „eſſe ab Ælio Donato, ſed alio minoris, ut no„minis, ita judicii. Et ſane in editione Fabri„ciana vocatur vitæ ejus auctor *Tiberius Claudius* DONATUS.

(1265) *Vitæ & mortis* doctiſſimi & ſanctiſſimi Theologi *Guilielmi* WITAKERI, &c. *vera deſcriptio*, Socio ejusdem Collegii auctore a pag. 698. usque ad pag. 704. exhibita Tom. I. Operum Whitakeri, Editionis Genevenſis in fol. 1610. eſt *Abdiæ* ASHETONI, cujus carmina Epicedia & annotata adjiciuntur pag. 707. Eadem vita, nomine adſcripto, Cantabrigiæ A. 1599. 4. prodierat, ut ex *Jameſio* & *Hyde* apparet. *Symbola* eſt *Normanniana*.

(1266. 1267.) S. WILIBALDUS, *primus Eyſtatenſis Cimbrorum Epiſcopus*, quis fuerit, & quomodo *illius vita* per coætaneam monialem Heidenheimenſem exarata, ſorori ejus Divæ WALPURGÆ, aut potius IPSI tribuenda, videatur apud *Jo. Mollerum* Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbriæ, (a) part. 2. pag. 27. & *Miræum* auctarii de ſcriptoribus Eccleſ. (b) pag. 222. ubi & ALIA EJUSDEM VITA per *Caniſium* & *Surium* publicata REGINALDO vel ERMENOLDO imputata memoratur.

(a) Jo. Mollerus *in* Iſagoge ad Hiſt. Cherſoneſi Cimbriæ, *part. 2. pag. 27. Diverſus omnino Noſter fuit a Præſule Eyſtätenſi, quem* Poſſevinus *utrumq; itidem confundens, filium Rulandi, Suevorum Regis, appellat. Wilibaldi junioris ſive Eyſtäſtenſ. vitam exhibens:* 1. Monialis Heidenheimenſis *coætanea anonyma in itinerario ejus ab Henr. Caniſio An. 1603. in Tom. IV. Lect. ant. edito, &, in iterata Operis de Vitis SS. Suriani Edit. Colonienſi, An. 1618. recuſo, quod Sorori ipſius,* D. Walpurgæ, *complures, ipſi Wilibaldi* Miræus, *Autori autem ignoto, ab ambobus diverſo* Caniſius & Voſſius *tribuunt.* 2. Reginaldus, *Epiſc. ab a. 965. Eyſtettenſis, quem Voſſius vitæ illius Wilibaldi credit eſſe autorem, quæ a Caniſio & Surio ἀνωνύμως eſt publicata, & a* Deſſelio Ermenoldi *fætu eſſe putatur.*

(b) Aubertus Miræus, in Auctar. de Script. Eccleſ. pag. 222. S. Willebaldus, *primus Eiſtattenſis Epiſcopus, a. 728. ex Anglia in Germaniam veniens, in laboribus Evangelicis S. Bonifacio A. Moguntino ſocium ſe adjunxit. Anno 742. in Ratisponenſi, & anno proxime ſequenti in Liptinenſi Synodo fuit. Patrem habuit S.* Richardum *Regem Anglorum; fratrem S. Winnibaldum presbyterum; ſororem* S. Walburgam *abbatiſſam: ſuntq; omnes Martyrologio Rom. adſcripti. Willibaldus porro dicitur ſcripſiſſe* librum de vita ac paſſione S. Bonifaci, *eumq;* Lullo *Moguntino, &* Megingozo *Herbipolenſi, Epiſcopis dicaſſe: ſed* Brouverus *ſuſpicatur non eſſe fœtum Willibaldi. Hunc librum* Caniſius *Tom. IV. Lect. antiquæ* 1603. *Ingolſtadii, &* Serarius *cum Epiſtolis S. Bonifacii 1605. Moguntiæ ediderunt. Apud eundem Caniſium extat* Hodœporicon, *ſive* itinerarium Hieroſolymitanum S. Willibaldi, *ab ejus conſanguinea ſanctimoniale Heidenheimenſi conſcriptum: quod ab ipſo Willibaldo prius literis mandatum exiſtimo.*

(1268) *S. Franciſci* XAVERII, magni illius Jeſuitarum Anteſignani, & *Indorum Apoſtoli* dicti, VITA nomine auctoris *Hieronymi* GESSII, ſeu GYPTII, Bononienſis Jeſuitæ, ſuppreſſo prodita Ferrariæ 1620. nulla forma expreſſa ſcribitur *Alegamb.* pag. 185. b. & *Sotvello* pag. 341. *Teiſſerioq;* Cat. Auctor. & Biblioth. pag. 132. v. Pſeudon. num. 691. *Coltellenius.*

(1269) *Corficii* ab ULEFELD *Machinationes, deſcriptæ* peculiari *anonymo libello*, in 12. ut e diverſis & certis rationibus Dn. *Jacobo Henrico* PAULLI, Secretario Danico Regio confidenter & juſte ſe adſcribere glorietur, & multa Epiphonematum ſerie proſequatur Jo. *Deckherrus*, legere eſt in adeſpotis ejusdem pag. 161. 162. prolixius, & abs re alienius, quam ut hic excerpenda videantur.

(1269. a CLXXXVIII.) *Conjurationem Alberti Friedlandiæ Ducis* (notioris ſub nomine WALENSTAINII) Germanice auctoritate Cæſarea vulgatam *latinitate donavit*, nomine ſuo non adjecto, Viennæ Auſtriæ 1635. *Albertus* CURTIUS *Jeſuita Monacenſis*, idque Cæſare ſic volente, ut ſcribit *Alegambe* pag. 9. b. repetitque *Sotvellus* pag. 17. a. ex quibus ea habet, ut ſolet, *Wittenius*, Biographici Diarii A. 1671. d 19. Decembris. Ejusdem vero Ducis etiam hiſtoria *Italice* ſcripta, mihi viſa in Bibliotheca Nationis Germaniæ Patavina JCtorum, cui præeram ut Bibliothecarius A. 1662 hoc titulo: *Hiſtoria della vita d' Alberto Valſtein Duca di Fritland, del Conte Gualdo Priorato.* 4. Lione 1643. Ea in Latinum ſermonem tranſlata, labore ac ſtudio Joſuæ Arndi

exti

extat in 8vo. Roſtochii, apud Joachimum Wildium, Ao. 1668. Adde infra in Italicis cap. XIV. ſect. V. n. 2654. *aa.*

(1270) WASSEMBERGII FLORO GERMANICO adjectarum 1647. notarum auctor *Comes* de FURSTENBERG, jam olim in literis mihi 4. Decemb. 1676. detectus a Jo. *Deckherro*, in Adeſpotis, nunc etiam diſertius verbis (a) adſcriptis ex pag. illius 323. ſiſtitur per errorem typographi, quæ debebat eſſe p. 233. De ipſo libro V. in Pſeudon. a *Waſſembergio* diverſum Florum Polonicum, uti puto, nec enim vidi in Paſtorio, quem vidi.

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis p. 233. *Hiſtoriam a nugis & falſitatibus Eberhardi* Waſſembergii, *in Floro Germanico poſteritati impoſitis, maxima libertate ex militari experientia vindicavit autor adnotationum & correctionum libro in edit. Amſt. an. XLVII. adjectarum; quarum & autor, & rerum geſtarum teſtis eſt (ut* Bœclerus *memorat) Illuſtriſſ.* Comes de Fürſtenberg, *Generalis Vigilum inter Cæſareos Præfectus.*

(1271) *Ad* WORMATIENSE *Concilium Epiſtola anonyma*, neſcio cujus ENGELBERTI, vel EMGILBERTI, Archiepiſcopi Trevirenſis, ut eſt in Rational. Conſtitutionum Imperii *Goldaſti.* Videatur idem apud *Deckherrum* de ſcriptis adeſpotis pag. 102.

(1272). Mortem R. P. *Petri* WRITI, Societatis Jeſu Londini obitam, Antverpiæ 1651. in 12. ut ſuppreſſo ſuo nomine ſcripſerit *Eduardus* COURTNÆUS, Suſſexienſis Anglus Jeſuita, vide apud *Sotvellum.* p. 185. a.

(1273) DOCUMENTA *rediviva* MONASTERIORUM *præcipuorum, in Ducatu* WÜRTEMBERGICO *ſitorum*, Tubingæ, 4. 1636. memorantur *Lipenio* Bibl. Hiſtoricæ pag. 1489. Eorum editorem haud alium eſſe quam *Chriſtophorum* BESOLDUM, celebrem illum JCtum ex Lutherano Pontificium, teſtatur Ericus *Mauritius* Exercitat. de Judicio Aulico, theſi V. & (ſine dubio ex illo) Caſp. *Sagittarius*, Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 575. ubi plenus titulus talis exhibetur: *De Monaſteriis Würtembergicis ſingulari opere egit Chriſtophorus Beſoldus, JCtus. Is enim auctor eſt libri, qui inſcribitur:* Documenta „ rediviva Monaſteriorum præcipuorum in Du- „ tu Wurtembergico ſitorum: quæ integro & ju- „ ſto ſeculo, in Archivo Ducali, aliisque locis ab- „ ditiſſimis, condita & abſcondita, tandem ab „ Ferdinando II & III. reſuſcitata, revocata „ priſtinisque communicata Dominis. *Præmiſſa* „ *eſt* Summaria Deductio Libertatis, Immedie- „ tatis, aliorumque Jurium illis Monaſteriis com- „ petentium.

(1274) ZOSIMI *duorum librorum primorum*, quos *cum Herodiano* edidit H. *Stephanus*, LATINA VERSIO STEPHANO a nonnullis tributa, *Johannis* LEUENCLAVII eſt qui eam una cum Græco totius Zoſimeæ hiſtoriæ contextu Stephano miſerat, tametſi nulla illius uspiam a Stephano mentio facta fuerit, quæ & plura hujusmodi memorat Leuenclavius Notis Dion. pag. 1088. *Symbola* iterum eſt *Normannniana.*

CAPUT VI.

De Scriptoribus PHILOSOPHICIS *& inprimis* THEORETICIS.

(1275)

ÆLIANI *excerpta Græca MSta*, Codicis in Bibliotheca Cæſarea inter Philoſophos ac Philologos Græcos octogeſimi, περὶ ζώων ἰδιότητος, id eſt ANIMALIUM *proprietatibus* a fol. 101. pag. 1. ad fol. 102. pag. 2. *Georgii Gemiſti* PLETHONIS, etſi non nominati, eſſe, quomodo ex circumjacentibus aliis, ſub ejus nomine in volumine eodem repræſentatis, perſuaſiſſimum habeat Petrus *Lambecius*; v. Commentar. de Biblioth. Cæſarea lib. I. pag. 134. ſub finem.

(1276) De AËRIS *preſſione & conglaciatione: &c. experimenta Academiæ Probatoriæ*, dictæ *del Cimento*, Principis *Leopoldi* (Is erat frater meo tempore anno 1664. regentis Magni Hetruriæ Ducis, factus dein Cardinalis, literarum & Literatorum inſignis Patronus, a quo etiam per inclytum Dn. Antonium *Magliabecchum* in Colloquium vocatus A. 1664. tranſiens Florentiam adhuc multum adoleſcens in Carminibus juvenilibus meis ea propter utrosque celebravi,) dedicata Ferdinando II. ἀνωνύμως Ao. 1668. in folio, Charactere ſplendido impreſſa, memoratur eſſe *Laurentii* MAGELLOTTI, in Symbolis meis Italicis, neſcio quo auctore.

(1276. α) ALCINOI *Epitome Platonis dogmatum Græca, ſcholiis & ſchematibus* ſive *diagrammatibus Mathematicis illuſtrata Mſptis* in Bibliotheca Cæſarea, quomodo JOANNI adſcribatur GRAMMATICO, ſive notario Patriarchæ Conſtantinopolitano, Nicolai Myſtici cognomine dicto, legere eſt apud Petrum *Lambecium*, de Biblioth. Cæſar. lib. 7. pag. 126. V. infra num. 1307.

(1277) De ANIMA *celebres opiniones, incerti Philoſophi Chriſtiani Græci*, Joanne Tarino interprete, exhibentur a Caſpare *Barthio*, cum Claudiano Mamerco, a pag. 472. usque ad 532. editionis Cygneæ, 1655. in 8. Ejus operis in præfatione ad Lectorem pag. 537. quomodo ANASTASIUS SINAITA credatur auctor, ipſius verbis (a) excerptum damus.

(a) Caſpar Barthius pag. 573. præfat. ad Lector. præmiſſa Andreæ Schotti notis ad Claudianum Mamercum: *Cæterum inſcriptio hujus Collectionis κυρίας quasdam δόξας e principum Philoſophorum libris ingerit, qua mente ἐκλογὴν ſive Selectionem vocat ipſe auctor, pag. 646. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῆς ἐκλογῆς μείζω. Quibus verbis indicat, non tam diſputationes ſe hujus materiæ coacervare, quam Regulas quasdam proponere voluiſſe. Ætas ſcriptoris par* Anaſtaſio Sinaitæ *videtur; & fortaſſis* idem *eſt etiam hujus libri* auctor; *non abludentibus dictione, & veterum, ut teſtatur doctiſſimus* Tarinus, *librorum connexione. Recentiorem ſane quam ut* Gregorio Nyſſeno, *aut tali alicui cum altero Anaſtaſii ejusdem libro, inſcribi poſſit, nullo negocio eviceris.*

(1277. α CLXXXIX.) Theoriam Corporis *animati, ſeu Diſputationes de Triplici* ANIMA, *& plures de univerſa Philoſophia Theſes perdoctas* Dilingæ & Ingolſtadii diſputatas, ſuppreſſo nomine refert editas à *Chriſtiano BAUMAN, Jeſuita Germano*, ſæpe laudatus *Alegambe* pag. 72. & *Sotvel.* pag. 136. b.

(1277. β) ANIMÆ *humanæ* HISTORIA. Paris 1636. in 8. D. B. i. e. *Davidis* BUCHANON, ſive, ut pag. 113. b. appellatur, BUCHANANI eſſe, docetur ab *Hyde*, Bibl. Oxonienſ. Bodlejanæ pag. 56. a.

(1278) APES BARBERINAS, ſive *univerſam* PHILOSOPHIAM, *ſub auſpiciis Apum Barberinarum propugnatam* a Joſepho *Pauluccio*, duobus Tomis in 12. compræhenſam, Romæ, typis Ignatii de Lazaris, 1654. ut ediderit anonymus *Joannes Antonius* CAPRINUS, Jeſuita Italus, docet *Sotvel Biblioth.* Jeſuit. pag. 400. b.

(1279) ARCHÆOLOGIÆ PHILOSOPHICÆ *librorum II.* recenſio fit in *Actis Erudit. Lipſienſ.* A. 1693. pag. 270. per errorem Typographi, quæ 272. debet eſſe & pag. 291. deinceps, ita ut in textu, non in titulo ſcriptionis nomen auctoris *Thomæ* BURNETI memoretur, unde anonymum præſumens, omittere hic non debui ob hæc pauca verba.

(1279. α CXC.) ARISTOTELIS VERSIONEM *vulgatam Latinam*, quam habemus antiquiſſimam, & olim in ſcholis ſolam uſitatam, THOMÆ CANTIPRATENSI, Brabantino, de quo cap. 2. num. 19. & c. 5. n. 178. egimus, adſcribi teſtatur *Voſſius* de Hiſtoricis Lat. lib. 2. cap. 60. pag 488. & pluribus *ex Trithemio*, *Leandro Alberto*, *Jo. Aventino*, *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 833. (a) quibus adde ſi lubet *Gesnerum* pag. 617. Biblioth. *Bellarminum* de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad An. 1265. pag. m. 252. remittenten nos ea propter ad auctorem vitæ ipſius præfixæ libris de proprietatibus apum. Ubi in gratiam S. Thomæ Aquinatis, cujus hic auditor fuit, eam verſionem ſuſceptam addit. Judicium de eadem occaſione Politicorum librorum datum Viri κατ' ἐξοχὴν docti Hermanni *Conringii* cap. 9. pag. 644. Introductionis in Ariſtotelis Politica tale extat, etiam hic legi dignum. *Ante hoſce quadringentos annos latine vertit ex Græco codice Politica hæc noſtra, ut alia Ariſtotelis pleraq; inductus à* Thoma Aquinate Thomas Cantipratenſis *homo Brabantinus, ſive quis alius eſt veteris translationis* Auctor. *Etiam ille vero eosdem librorum defectus aliquot, easdem lacunas, eandem librorum pravam diſpoſitionem invenit; ceu ipſa verſio docet. Quinimo annotavit extremo translationis fine, ſe reliquum hujus operis a ſe ſtudioſe conquiſitum, nondum inveniſſe; uſus tamen ille eſt codicibus melioris notæ. Unde* Petrus Victorius *Proœmio ad Lectorem commentationum ſuarum ita ſcriptum reliquit:* Non puto me alieno loco meminiſſe incommodi, quod ab incuria hominum accipiunt monimenta veterum ſcriptorum: cum intelligi poſſit me nulla alia re tantopere adjutum in tollendis mendis, partibusque quibusdam inſtaurandis horum librorum, & cum olim ipſos emendare ſtudui & nunc cum eosdem declarationibus meis explicare conatus ſum, quam a veteri illa tralatione. Quoscunque enim calamo exaratos codices indagare potui, cunctos deteriores, mendoſioresque inveni, quam fuerit exemplar, quo illa uſa eſt.

Adde Poſſevin. Apparat. ſacri Tom. 3 p. 304. Mirum vero etiam *Miræum*, ad Henricum Gandavenſem addito Scholio, hujus *Cantipratenſis* Thomæ, ac deſcriptæ illius, per *Colvenerium*, Cancellarium Duacenſem, vitæ mentionem facientem ſatis prolixam, hac de re nihil annotaviſſe. Cum tamen hunc Colvenerium Præceptorem ſuum indicaverit fuiſſe, deſcriptionemque illam vitæ Cantipratenſis procul dubio legiſſet. Quin & alterius vitæ meminit ab *Hyacintho Chuquetio*, Doctore Theologo Duacenſi ſcriptæ ac ibidem 1618. publicatæ, libro de *Belgis Sanctitatis opinione illuſtribus*, ex Ordine Prædicatorum.

(a) Valerii Andreæ Bibliotheca Belgica, pag. 833. Sunt, *inquit Trithemius*, qui ſcribant, eum Græci ſermonis habuiſſe notitiam, & libros Ariſtotelis, quorum jam uſus in ſcholis eſt, tranſtuliſſe. *Id ipſum ſcribit in Catalogo illuſtrium virorum Germaniæ idem auctor*, & Leander

Alber

Albertus *lib. IV. de viris illuſt. Prædicatorum.* Joannes *vero* Aventinus *lib. VII. Annal. Bojorum* Hainrico Brabantino *verſionem eam adſcribit: niſi* Hainricum *illum & Thomam hunc unum & eundem fuiſſe velis, quod ſuſpicatur* Georgius Colvenerius, *in ejus vita, &* Brabantini *nomine notiorem fuiſſe, quam proprio. Sed nec illud prætermittendum eumdem* Wilhelmum *dici a* Chriſtiano Maſſæo, *in Chronicis ad annum 1169. de quo ſupra; &* Colvenerius *in* Cantipratani vita.

(1280) ARISTOTELIS librorum DE PLANTIS II. INTERPRETATIO ἀνωνύμως Baſileæ, 1538. in folio cum reliquis operibus Ariſtotelis exhibita, docetur eſſe Hieronymi GEMUSÆI, à *Friſio* Biblioth. Geſner. pag. 293. & *Simlero* hunc repetente pag. 348.

(1280. α CLXXXXI.) *Tractatus de bonis ARTIBUS*, Dilingæ 1616. in 4. nec non

(1280. β CLXXXXII.) *Caſtigatio Philoſophica malarum ARTIUM*, ibid. 1617. in 4. ſine auctoris nomine impreſſi libri *Georgio STENGELIO Auguſtano Jeſuitæ* adſcribuntur ab *Alegamb.* Bibl. Jeſuit. pag. 159. ut & *Sotvello* pag. 295. 296. cum aliis anonymis bene multis.

(1281) ASSERTA DE *univerſa* PHILOSOPHIA, *libris III.* a Marchione Sfortia Pallavicino, tunc diſcipulo ſuo: Poſtea Societatis JEſu & S.R.E. Cardinali in Collegio Romano publice defenſa, anno 1625. in folio. Romæ, typis Franciſci Corbelletti, eodem anno ut ediderit, tacito ſuo nomine *Vincentius* ARANEA, Jeſuita Italus, refert *Sotvel* Bibl. Jeſuit. pag. 778. b. & ex eo procul dubio *Witten.* Diarii Biograph. 1653. d. 13. Aug.

(1282) *De* CALCULO, *in Equo quodam reperto, habitæ & Regali Societati exhibitæ* ab H. P. M. D. & R. R. S. *obſervationes* quædam enumeratæ *in Actis Erudit. Lipſ.* 1682. pag. 344. & ſeqq. auctori ſuo *Henrico* PAMANO Med. Dr. & Regiæ Societatis Anglicanæ ſocio adſcribuntur in univerſali indice I. Auctorum, & decennii prioris. Nam in ejus anni indice adhuc anonyma repetebatur.

(1282. α CLXXXXIII.) CARTESIUS *cum ſua naturali Philoſophia, a Mechanicis everſus*, libellus apud Batavos nuper in 12. ſine auctoris mentione publicatus, auctorem habere Virum ſcriptis plurimis, adſcripto ſuo nomine divulgatis Clariſſimum *Joannem Amos COMENIUM*, perſcribitur ad me a laudato ſuperius Viro Ampliſſimo & Amico meo ſummo *Gottfried. Mellem*, conſiliario Medicoque Principali Neoburgico.

(1283) G. G. L. *Brevis demonſtratio erroris memorabilis* CARTESII, *& aliorum circa legem naturæ, ſecundum quam volunt a DEO eandem ſemper quantitatem motus conſervari; qua & in re Mechanica abutuntur, communicata* in literis d. 6. Jan. 1686. datis exhibetur in *Actis Erud. Lipſ.* 1686 pag. 161. Eæ quod ſint celeberrimi *Georgii Guilielmi* LEIBNITII literæ, mihi jam tot aliis earundem litterarum initialium in iisdem Actis explicationibus, & ex Stylo, & genio ſcriptionis, abunde conſtabat, & in ſpeciali æque ac generali prioris decennii indice ſignificatur expreſſe ad hoc inclytum nomen. Similiter

(1284) G. G. L. *De cauſa gravitatis, & Defenſio ſententiæ ſuæ de veris naturæ legibus contra* CARTESIANOS, An. 1690. pag. 228. & ſeqq. in *Actis Erudit. Lipſ.* exhibita, eſſe *Godofredi Guilelmi* LEIBNITII, docetur iisdem indicibus, generali & ſpeciali ejus anni & prioris decennii; ut &

(1285) G. G. L. *De Legibus* NATURÆ *& vera affirmatione virium motricium contra* CARTESIANOS: *Reſponſio ad rationes a* Dn. P. menſe Januarii proximo in *Actis* hiſce pag. 6. propoſitæ, Anno 1691. pag. 439. & ſeqq. usque ad 447. eſt ejusdem *Gothofredi Guilielmi* LEIBNITII, teſtantibus Indicibus ejus anni & prioris decennii.

(1285. α) CARTESIUS VINDICATUS, ſive *divinæ revelationis auctoritas a ratione independens*, adſerta ex ratione pro Carteſio contra propoſitionem Franequeranam, de Divina Scripturarum auctoritate, quæ non aliunde (non niſi) ex ratione adſtrui poſſit. Traject. ad Rhenum, ex officina Franc. *Halma*, auctorem habet *Gerardum* DE VRIES, Prof. Ultrajectinum, ut retulit mihi frater meus, ipſius Collega: & teſtatur *Huberus*, in fine fere tractatus de Concurſu rationis & Scripturæ. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(1286) *Meditationes de* COGNITIONE, VERITATE *&* IDEIS, per G. G. L. exhibitæ in *Actis Erud. Lipſ.* pag. 753. usque ad 542. doctiſſimi *Gothofredi Guilielmi* LEIBNITII legenti ſine additis etiam initialibus literis facile ſe probaviſſent ex ipſa doctrina & ſcriptionis eruditiſſimæ genio. Quod nunc & indices approbant alphabetici cum ejus anni, tum generalis decennii primi primus, qui eſt auctorum omnium recenſitorum, ad hoc nomen.

(1287) COMPENDIUM *totius* PHILOSOPHIÆ, Vilnæ, typis Academicis, 1640. in 4. publicatum, auctore *Luca* ZALUSKI, Roxolanenſi ex Alba Ruſſia Jeſuita, ſub alieno nomine, ſcribitur à *Sotvel.* Biblioth. Jeſuit. pag. 556. 557. at in Catalogo anonymis accenſetur pag. 830. a.

(1288) CORPORIS *humani partium interpretatio Græca MSta anonyma*, ut MICHAELI PSELLO, vel JOANNI ITALO per conjecturam Petri *Lambecii* tribuatur, ipſius verbis referre præſtat (a) quæ leguntur Comment. de Bibl. Cæſarea lib. 7. pag. 138. in volumine 78. Philoſophiæ Græcæ.

(a)

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. lib. VII. p. 138. *Anonymi cujusdam Autoris* Interpretatio Partium Corporis humani, *cujus titulus & principium:* Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν. Βρέγμα, τὸ λεγόμενον ἁπαλόν. Ἰνίον ἤ, ὁ ὀπισθόλακκος. Κρόταφος *&c. An autem hic forſan poſt vocem* Ὑπάτου *ſubaudiendum ſit* τῶν φιλοσόφων, *ita ut intelligatur vel ipſe* Michael Pſellus, *vel* Joannes, *origine & cognomine* Italus, *qui ſeculo poſt Chriſtum undecimo, ſub Imp. Michaele Duca ejus fratribus* Andronico & Conſtantino, *beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeo inclaruit, ut poſt Michaelem Pſellum, cujus diſcipulus & æmulus fuerat,* φιλοσοφίας ἁπάσης διδάσκαλος καὶ Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων, *hoc eſt,* Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps omnium Philoſophorum *publice declaratus ſit, id tanquam incertum in medio relinquo. Plura de eodem* Joanne Jtalo *vide in Libri quarti horum Commentariorum Appendice, a pag 322. usque ad pag. 326.*

(1289) *De* DEFINITIONIBUS *anonyma excerpta Græca*, quæ vulgo PLATONI tribuuntur, at revera SPEUSIPPI docentur, exhibita & illi vindicata verbis *Lambecianis* exhibitis operæ pretium erit cognoſcere. Quæ proinde damus, ut immediate (a) proxime præcedunt excerpta ex lib. 7. de Biblioth. Cæſarea pag. 127. ſeqq. de eodem Codice Philoſophico Græco num. 78. agenti.

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. Lib. VII. pag. 137. & 138. *Anonyma cujusdam* Excerpta ex Definitionibus, *quæ vulgo quidem attribuuntur* Platoni, *revera autem ſunt* Speuſippi, *qui fuit* Potonæ *ſororis* Platonis *filius, ejusque diſcipulus & in ſchola ſucceſſor. Inſcribuntur ea Excerpta atque incipiunt hoc modo:* Ἐκ τῶν ὅρω. Πλάτων ς. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς ζῶον ἀθάνατον *&c. Plura de his* Speuſippi *Definitionibus Platonicis vid. ſupra pag. 11. in recenſione codicis quinti num. 6 ubi quidem & in ipſo illo Codice manuſcripto expreſſe Platoni attribuuntur, ſimul etiam obiter a me indicatur, quamvis harum Definitionum nulla a* Laërtio *in vita Platonis fiat mentio, eas tamen ut genuinas defendi ab* Iſaaco Caſaubono, *in Annotationibus ad* Theophraſti Ereſii *Characteres Ethicos; ſed nunc ingenue fateor, me* Iſaaco Caſaubono, *Viro alioqui doctiſſimo, ea in re non poſſe adſentiri, tum quoniam a* Diogene Laertio *in recenſione librorum* Speuſippi *expreſſe memorantur* Ὅροι *ſive Definitiones, tum quia ſupra memoratæ Definitiones ſub vero* Speuſippi *nomine in antiquis Codicibus manuſcriptis a* Marſilio Ficino *repertæ, & ab eodem in Latinum ſermonem translatæ, cum Præfatione ad* Joannem Cavalcantem *Florentinum, in qua* Speuſippum *verum earum autorem eſſe affirmat, publicatæ ſunt; quemadmodum poſtea etiam factum eſt a* Franciſco Tægio *&* Aldo Manutio, *quorum primus ſub* Speuſippi *nomine eas latine edidit,* Ticini, *ſive* Papiæ, *A. 1516. menſe Martio in folio; alter autem* Venetiis *eodem anno 1516. menſe Novembri itidem latine tantum in folio. Utriusque editionis principium eſt tale:* Sempiternum eſt, quod per omne tempus, & prius exſtitit, & nunc eſt, nulli corruptioni obnoxium. Deus eſt vivens immortale, per ſe ipſum ad beatitudinem ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. Generatio &c.

(1290) DIALECTICÆ CHRYSIPINÆ, auctor Cancellarius Poloniæ SAMOSKIUS legitur in *Scaligerianis*, pag. 92. Editionis Lugd. Batavæ, alia pag. 64. Ea de re nihil invenio apud omnes, quos inquiſivi Bibliothecarios meos. Vide, quæ de Samoskio alia memoravi alibi verbi gr. num. 974. & in Pſeudonymis ad hoc ipſum nomen.

(1290. a CLXXXXIV.) *DOXOSCOPIÆ PHYSICÆ Minores* Joachimi Jungii *Lubecenſis*, ſive *Iſagoge Phyſica Doxoſcopica, in qua præcipuæ opiniones in Phyſica paſſim receptæ, breviter quidem, ſed accuratiſſime examinantur, ex recenſione & diſtinctione* M. F. H. *cujus annotationes quædam accedunt.* Hamb. 1662. in 4. ab alias jam laudato Amico meo honoratiſſimo, Philoſophiæ pariter ac Medicinæ Doctore doctiſſimo MARTINO FOGELIO Hamburgenſi, diſcipulo *Jungii* illius Philoſophi b. m. ſummi, ex ſchedis ejusdem collectæ, ordinatæ, editæque ſunt, ac illuſtratæ, labore quamvis ob accurationem, uti ex univerſis operis partibus ſingulis patet, ſummam ubique curioſe obſervatam, ſatis magno attamen utiliter collocato: quem utinam aliis etiam ſchedis ejusdem Philoſophi accuratiſſimi reliquis adhiberent ſuperſtites illius diſcipuli, ne meditationes illæ in omni ſcientiarum genere ſubtiliſſimæ (quarum vel ſola enumeratio in *memoria Jungii* per eundem Dr. *Martinum Fogelium* Hamb. 1657. ad tumulum ejusdem erecta, & in 4. excuſa ſcientiarum emendationi atque augmento ſtudentibus quibuscunque ſalivam moveat) tandem ingenti cum totius Philoſoſophiæ jactura nobis a blattis atque tineis, aliove quodam infortunio, quod abominor, ſurripiantur. Extat etiam præfixis litteris iisdem M. F. H. *Manuductio brevis ad Linguam Latinam* 1662. in 12. excuſa, ſed quam non hujus, ſed M. *Friderici Hofmanni* ſcholæ Hamburgenſis, dum vita manebat, collegæ eſſe, ſubſcriptio præfationis indicat.

Hoc infortunium, quod jam tum animus præſagiebat, omnino ſecutum eſt, incendio in ædibus Johannis Vagetii Collegæ mei deſideratiſſimmi oborto; quo *conflagravere* præcipua omnia *Jungiana* Manuſcripta maxima, minima; elaborata & prelo parata cum inelaboratis; autographa cum deſcriptis. Inter quæ nil æque doleo, quam *Ariſtotelem notis marginalibus Jungianis* adeo curioſis totum a capite ad calcem illuſtratum, ut multis commentariis eſſent ſuffecturæ, imo tales quales nullus alius dare poſſit; niſi tota ſua vita ſedulo in attentiſſima & ſagaciſſima lectione philoſophica tanti Philoſophi tanto cum judicio eſſet verſat?. Adeo loca parallela, contradicentia invicem, aut illuſtrantia, & quales quotuplici ſenſu voces notabiles pleræque Ariſtoteli fuiſſent indicatæ: quæ & ubi, aut quæ nusquam definitæ &c. irreparabilia illic exhibebantur.

(1291)

(1291) *Specimen* DYNAMICUM, *pro ad-irandis Naturæ legibus, circa corporum vires & mu-uas actiones detegendis, & ad ſuas cauſas revocan-*s, Auctore G. G. L. in *Actis Erudit. Lipſ.* 1695. ıg. 145. exhibitum longe doctiſſimum, docti-imo auctori *Gothofredo Guilielmo* LEIBNITIO ſignatur, in ejus anni & univerſali prioris de-ennii indice.

(1291. α CLXXXXV.) *ENCYCLOPÆDIAM -plicatam, defenſamq; centum Philoſophicis aſſertio-ibus a* Clemente de Clementibus Romæ 1624. folio editam, ſine auctoris nomine, *Leoni ANCTIO Jeſuitæ Senenſi* tribuit *Alegambe* 300. & *Sot-el.* pag. 546. a.

(1292) *Tractatus de* ORIGINE FONTI-UM, qui prodiit Pariſiis anno 1674. opus eſt Dom. PERREAULT; non illius, qui præfectus eſt ædificiis Regiis, & verſionem *Vitruvii*, commentariis locupletatam, concinnavit, eſtque unus ex 40. Academicis Gallicis; nec illius qui Medicinæ Doctor Pariſienſis, & Academiæ Regiæ ſcientiarum ſocius, tentamina phyſica edidit Gallice anno 1680. 3. vol. in 12. Sed *tertii* horum *fratris*. Verba ſunt Petri *Bælii* in Epi-la de Adeſpotis Joh. Deckherri pag 400. 401. odiit exinde alius ejus argumenti libellus hoc ulo: *De Origine Fontium, Tentamen Philoſophi-m. In prælectione habita coram Societate Philoſophi-, nuper Oxonii inſtituta, ad Scientiam naturalem -omovendam.* Per Rob. *Plot.* L. L. D. Cuſtodiæ uſæi Ashmoleani Oxoniæ Præpoſitum, & Re-æ Societatis Londini Secretarium. Oxonii, Theatro Sheldoniano, An. Dom. M. DC. XXXV. in 12. paginis 187. Qui ut a ſuperiori ane diverſus eſt: Ita conferri cum eodem ab nnibus hujuſce ſtudii amantibus omnino dig-s, quem & ipſe teſtatur ſibi examinatum pag. §. 4.

(1293) In GARSIÆ ab HORTO *Hiſto-m aromatum notæ anonymæ*, quod ſint *Joſephi Ju-* SCALIGERI, teſtatur *Paulus Colomeſius*, Gal- Orientalis pag. 115.

(1294) GASSENDI *Operum præfatio, de Gaſſendi, præfixa* operis ejus *editioni, ſex Volu-um in folio*, Lugdunenſi, quod ſit *Samuelis* SOR-ERII, teſtatur præfixa *Sorbierianis* in 12. Paris. 44. editis epiſtola, ſub titulo *Memoriæ: pour ie de Meſſieurs* Samuel Sorbiere & Jean Bapti- Cotelier, *dans une lettere écrite* par Mr. Grave-. pag. 8. Vide in *Pſeudonymis Gaſſendus.*

(1294. α) *Opus* GEOMANTIÆ *comple-, in libros tres diviſum*, quorum *primus* uni-ſam Geomanticam Theoriam, *ſecundus* pra-, *tertius* varias a diverſis authoribus decer-s quæſtiones continet, curioſis dicatum, & nſecratum, a *Medico* quodam *Neoterico* anony-, Lugduni 1625. 8. Sed nomen Auctoris ex-munt primæ, quæ periodos præfationis in-antliteræ, ex quarum collectione naſcitur *ricus* DE PIZE. *Henricum* DE PISIS vocant *beriana* pag. 161. ejusque Geomantiam nihil aliud, quam *Catani & Gerardi Cremonenſis* inconcinnam *compilationem* eſſe judicant. *Hugonem* De PISIS appellat *König* Biblioth. vet. & nov. p. 643. a. nihil aliud addens uti neque Sorberius, multo minus *anonymum* eoque modo, quo monent *Diecmanniana*, ex quibus ſuperiora attulimus hunc librum extare.

(1294. β) *Compendium* LOGICÆ *Hamburgenſis* in 8. Hamburgi, typis Jacobi Rebenlini, 1641. paginis 204. non ut errore typographi 104. recuſum 1657. paginis 206. Ibidem, apud eundem ſine auctoris nomine, quod ſit accutiſſimi Philoſophi, *Joachimi* JUNGII, Phil. & Med. Doctoris, & in hocce Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſoris Logici, Metaphyſici, atque Phyſici publici, Rectorisque Gymnaſii & Scholæ immortaliter meriti, tacere me hic non patitur pietas, debita breviſſimi licet in vivis temporis Præceptori, cujus *ex majori Logica* Hamburgenſi, nomine ipſius præfixo, *tota* eſt *excerpta.* Hujus *editio vetus* A. 1638. in 8. paginis 190. altera vero etiam *recentior* prodiit, totidem paginis recuſa 1681. niſi quod errata, & illis ſubjuncta quantivis pretii *tabula Dianœarum* alias paginas duas ſuperaddunt. De *Logices hujus præſtantia* præ aliis, etiam omnino legi meretur præfixa huic poſteriori editioni *præfatio*, doctiſſimi ac deſideratiſſimi dudum Collegæ mei ac ſucceſſoris poſt *Fogelium* utrique longe dignisſimi, at infelicisſimi Johannis *Vagetii*, etiam in filio patriſſante, Profeſſore publico Gieſſenſi redivivi, præterquam quod & memoria illius per ſucceſſorem nunc Collegam meum honoratisſimum atque charisſimum, & eruditione rariſſima clariſſimum adhuc vivit, & in continuata immortali cum laude doctrina, tantum prædeceſſorem, & in peculiari ipſi ſcripta, vitæ narrationem plenam & elegantem exhibente memoria in 4. Hamburgi impreſſa. Quam ſane ſanioris Logices doctrinam, ad uſum verum & genuinum practicum ſolidum, ſucceſſione per diſcipulatum continuata, non interruptum toto pene ſeculo, ut patriæ meæ mihique ac illius juventæ Gymnaſticæ gratuler nec unquam abrumpi DEum ex animo precer, alia iterum pietas vel hic etiam extorqueat. Ejusdem Compendium, modo memoratum, ulterius commendat

(1295) LOGICÆ *Generalis* Synopſis, *ita contracta*, (videlicet ex ipſo modo laudato Compendio) *ut de communibus Logicarum omnium præceptis facillima ſimul & maxime neceſſaria, pauciſſimis, ſed Latinis & idoneis verbis exhiberet ſola: auctoritate publica uſui ſcholæ Hamb. peculiariter deſtinata.* Typis Georgii Rebenlini, Senatus, Gymnaſii & Scholæ Johannææ Typographi, ſumtibus Georgii Wolffii, Bibliopolæ 1680. in 8. paginis 78. ſolis. Quarum præfatio abs itidem laudato jam modo Johanne *Vagetio* præfixa una cum Germanica relatione, parciorem me verborum ulteriorum hic merito nunc facit; utpote ad hanc rem ſcitu neceſſaria cuncta dilucide ſatis exponens.

(1295. α) De ORIGINE LOGICES *Diſquiſitiuncula Hiſtorico-Philoſophica*, auctore M. G.

W.

W. O.S. id eſt, M. *Georgio* WEGNER, Olſna-Sileſio, edita Olſnæ Sileſior. 12. 1667. ex amici etiam mihi per literarum commercium Dni Auctoris tandem propria confeſſione aliquando, poſtquam ex foliis ab ipſo inter alios ejus libros transmiſſis ad (Dn. Wolpman) mercatorem hujus loci inter maculatorias chartas intellexi.

(1296) *Compendium* LOGICÆ PERIPATETICÆ, *ex ipſo Ariſtotele aliisque noſtri ævi Philoſophis clariſſimis, in uſum juventutis concinnatum, jam recognitum & auctum.* 8vo. Rinthelii, 1655. eſſe *Jacobi* DüRFELDI, Scholæ Osnabrugenſis Rectoris, cognovi ex cognato meo SS. Theologiæ Studioſo ob pietatem & fidem in officio ſuo mihi longe chariſſimo, *Johanne Botticher*, qui eam frequentavit & ibi audivit interpretationem ejus. Extat eadem major, ubi ſine dubio mentio hujuſce Compendii fit, uti pag. 2. jam ad §. 1. expoſitionis Logica Major citata, de vocis Logices acceptione conſonantiam confirmat hujus cum majori Logica: at facta collatio vacanti, compendium hoc ejusdem eſſe auctoris magis etiam firmabit.

(1297) LOGICÆ RAMEÆ, & RHETORICÆ ARISTOTELICÆ Compendium, Anno 1652. editum, nomine auctoris, *Thomæ* HOBBESII non appoſito, fuiſſe, docet anonyma ejusdem vita, ſuperius n. 1241. memorata pag. 96. An ea Rhetorica ſit diverſa ab illa, quæ Anglice poſt mortem ipſius prodiit A. 1681. in 8. pro certo non dixerim. Conjecturam utique non temerariam, verſionis meræ, mihi ſuppeditare videtur Auctor anonymus Anglici memorialis hebdomadici pro ingenioſis (*Weekely Memorial for the Ingenious*) Londini 1683. publicati, cujus. num. 13. pag. 89. multos ante mortem ſuam annis quæ plus quam nonagenario 1679. contigit, ea Rhetorica ſcripta dicitur, compendium exhibens utiliſſimæ partis Rhetoricæ Ariſtotelis, cum additionibus propriis. Quorum nil ab hac noſtra abludit.

(1298) LIBRI QUATUOR IN SEN-
,,TENTIAS PETRI LOMBARDI, perperam
,,a *Nomenclatore*, Card. A TORRIGIO libr. de
,,Script. S. R. E. Card. & ab aliis attribuuntur no-
,,ſtro GREGORIO, cum ſuum agnoſcant au-
,,torem Paulum CARTESIUM, Protonota-
,,rium Apoſtolicum: verba ſunt Johannis Baptiſtæ *Mari* in notis ad *Placidi* Romani Monachi ſupplementum Viror. illuſtrium Monaſterii Caſinenſis, ſubjunctum Petri *Diaconi* Opuſculo de viris illuſtribus Caſinenſibus, edito Lutet. Pariſiorum 1666. in 8.

(1298. α) ΜΑΓΙΚΟΝ ſive MAGICORUM liber, ut ἀνεπίγραφος vel ψευδεπίγραφος olim adſcriptus aliquando ARISTOTELI, vel ANTISTHENI, vel RHODONI; etiam de ZOROASTRE & MAGIA inſcriptus: ex *Suida* in Antiſthene, *Plinio* lib. XXX. c. I. & in *anonyma vita* Græca *Ariſtotelis* referunt *Caſaubonus* & *Menagius*, in notis ad proœmium Diogenis *Laertii*, mox poſt principium.

(1299) MARGARITA PHILOSOPHICA, cum additionibus novis, Baſil. 1505. & Argentinæ 4. 1512. memoratur *Lipenio*, Biblioth. Philoſoph. p. 1135. b. *anonyma*. Ea quod ſit talis, & præterito ſuo nomine edita a *Georgio* REISCHI, Carthuſiano, detegit nobis Gerard. Johannes *Voſſius*, de ſcientiis Mathematicis p. 354. Diverſa ab hac *Margarita Evangelica*, memorata *Hyde*, Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 430. a.

(1299. α) MENSA PHILOSOPHICA, Colon. 8. apud Prædicat. impreſſa, quod ſit *Michaelis* SCOTI, per Epiſtolam d. 13. Mart. 1680 Hala Saxonum, indicium fecit reverendus Eccleſiaſtes illic & affinis meus honoratiſſimus M. Jo. Godfrid *Olearius*. Addit *Symbola Teclenburgiana* quod prodierit Pariſiis Ao. 1517. præferatque titulum *Theobaldi* ANGUILBERTI. Lipſienſis vero editio, quæ prodierit Lipſiæ 1603. ſub nomine *Michaelis* SCOTI compareat. Itaque de Scoto confirmat eatenus priora.

(1300) MICROCOSMUM IMMOBILEM, ſeu COMPENDIUM *univerſæ* PHILOSOPHIÆ, dedicatum Cardinali Ottobono; a *Bernardino Bartolo*, Mantuæ, apud Oſanas 1655. 8. u ediderit, ſuppreſſo ſuo nomine, Gothardu BELHOMUS, Italus Jeſuita, refert *Sotvellus*, Bib Jeſuit. pag. 305. a.

(1301.) *De ipſa* NATURA *Disquiſitionem a* *Amicum:* auctore R. B. Nobili Anglo, Societa tis Regiæ Socio: *Ex Anglico in Latinum* traductar a D.A.M.D. Londini apud Johannem Taylo 1687. in 12. *Roberti* BOYLE, celeberrimi Phyſ ci eſſe, & ibidem mox in recenſione, huic titul ſubjecta, in Actis Erud. Lipſienſ. 1687. p. 190. in eorundem indicibus ſignificatur.

(1302. [α] CLXXXXVII.) *De arcanis N. TURÆ DEFECTIBUS judicium* Dilingæ 1617. in 4. tacito judicantis nomine impreſſum, n non

(1302. β CLXXXXVIII.) *Bonorum qu rundam NATURÆ EFFECTUUM declarationem* ib dem eodem anno in 4. publicatam; utrumqu ſcriptum uni *Georgio* STENGELIO, *Jeſuitæ Aug ſtano* acceptum fert *Alegambe* pag. 159. quema modum &

(1302. γ CLXXXXIX.) PERIPATETIC *& Philoſophicæ Doctrinæ comparationem* in 4. parit eodem anno, ibidem proditam, repetens A gamben & hic *Sotvel.* p. 295. b.

(1302. δ CC.) *PERIPATI Chriſtiani effat partibus tribus defenſa a* Carolo Roberto *Acader Partheniæ Principe, pro Philoſophica Laurea ſuſcipi da, in Collegio Romano* S. J. Romæ 1631. ide *Alegambe Alexandro* GOTTEFREDO *Romano Jeſu* reddit, alias defenſori fortaſſis imputata pag ſimiliter *Sotvellus* pag. 22. a. addens Cardinal poſtea factum hunc Robertum, & ſimilia p pugnata fuiſſe ab Alfonſo Marchione *Palavici* ibidem & eodem anno, in folio.

(13

(1303) PANSOPHIÆ *diatypoſis Technogra-phica*, *totius futuri operis amplitudinem adumbrans*, A. 1643. 12. *Joannis Amos* COMENII mihi in-dicatur in anonymorum *Symbolis Normannianis*. De ea videant, quorum intereſt, num ſit ea-dem atque ſub nomine illius dein aliquoties, ac mea quidem editione Lugd. Batav. 1644. in 12. editus *Prodromus Panſophiæ*, paginis 103. quibus ſubditur *Conatuum Panſophicorum dilucidatio*, us-que ad pag. 170. dein & alia huc non pertinen-tia ſequuntur, de ſermonis latini ſtudio, &c.

(1304) PHILOSOPHIA LIBERA: quid libri ſit, deſcribitur explicate a *Claudio Sorello*, in ſua *ſcientia Univerſali*, *Gallice* ſcripta (a) &, ut ap-parebat ex ſupra jam adductis æque ac nunc alle-gandis excerptis, (b) peſſime verſa. Quippe quæ nunquam vel per ſomnium conjectare me feciſſet, quod ex textu Gallico patet, *anonymum* eſſe hoc ſcriptum, aut certe primitus tale pro-diiſſe. Poſteriores editiones nomen præfixum habent *Nathanaelis* CARPENTER ſive Carpen-tarii, ſub quo etiam citatur in *Bodlejana Bibliothe-ca* hocce ſcriptum, una cum aliis pag. 141. b. Quod prænomen eo magis notandum, quo mi-nus memoratur a *Sorello*, neceſſarium tamen eſt ſcitu, ne confundamus hunc cum pluribus aliis Carpentariis, *Jacobo Alexandro*, & ipſo Anglo, *Johanne*, *Richardo*, quorum nulli ſed huic *Natha-naeli* debetur hoc opus, in folio 1675. recuſum Oxonii, quod memorat *Königius* Biblioth. V. & N. p. 168. b. cum ante in 8. ibidem 1672. & Franc. 1612. memoretur & ab *Hyde*. Pitſeus omnium horum Carpentariorum nec unum habet.

(a) Claude Sorel ſcience univerſelle, Tom. IV. pag. 412. *Nous avons un Livre appellé* Phi-loſophia libera, *dont* on croit, que l'Autheur eſt un *certain* Carpentarius, *Anglois. Ce ſont des Paradoxes aſſez ſubtils, où premierement l'eſtabliſſe-ment des Categories, & la multiplicité des Eſtres ſont combattus; Apres il eſt monſtré, que* le lieu n'eſt rien; *que* tous les Elemens ſont leourds; *que* toutes choſes ſe ſont de rien; *que* les ſens ne peuuent errer; *que* le feu eſt humide; *que* les Comettes ne ſont point des Meteores enflam-mez, *& quelques autres choſes, qui ſont contre l'opi-nion commune. Il n'y a pas de la verité par tout; Ne-antmoins il ſe trouue de l'apparence en quelques endroits.*

(b) Idem, *libro Germanice verſo* von Menſchlicher Vollkommenheit / *p. 480.* Wir ha-ben ein Buch / genannt *Philoſophia libera*, deſſen Urhe-ber heiſt *Carpentarius*, den man für einen Engelän-der glaubt / drinnen ſind ſehr ſubtile ungereimte Sprü-che / (*Paradoxa*) in denen erſtlich die Verordnung der klaren Warheiten und die Vielfältigkeit der We-ſen beſtritten werden. Hernach wird gezeigt / der Ort ſeye nichts; alle Urweſen ſeyen plump; al-le Dinge werden aus nichts gemacht; die Sin-nen können nicht irren; das Feuer ſey feucht; die Schwantz-Sterne ſeyen keine entzündete Luft-Er-ſcheinungen / und etliche andere Sachen / die wieder die gemeine Meinung lauffen. Es iſt nicht allenthal-ben die Warheit drinnen; gleichwol findet ſich an theils Orten der Warheits-Schein.

(1305) PHILOSOPHIA VETUS ET,, NOVA, *ad uſum Scholæ accommodata* &c. *Editio*,, *altera*, multo auctior, Pariſiis, 1681. In 12. &,, Norimbergæ 1682. in 4. Opus hoc, cujus pri-,, or editio Pariſiis itidem prodiit anno 1678. *il-*,, *luſtriſſimo Domino Jacobo Nicolao* COLBERT, *Ar-*,, *chiepiſcopo Carthaginenſi*, *Rothomagenſi Coadjutori*,, &c. a Bibliopola in epiſtola dedicatoria, veluti,, auctori, nuncupatum, Philoſophiam tum Scho-,, laſticam, tum experimentalem hodiernam uti,, liter conjungit, eleganterque ac perſpicue ex-,, plicat. Diſtributum eſt, juxta poſteriorem,, editionem, in ſex tomos; *primus* Logicam, *alter*,, Metaphyſicam, *tertius* Philoſophiam Mora-,, lem, *quartus* Phyſicæ partem primam genera-,, lem, *quintus* Phyſicæ partem ſecundam de Cor-,, poribus vitæ & ſenſus expertibus, *ſextus* partem,, Phyſicæ tertiam de Corpore animato continet.,, Prior editio quatuor Tomis iſta omnia com-,, plectitur: nam in ſecundo Philoſophia Mora-,, lis & Metaphyſica, in quarto partes Phyſicæ,, tum de viventibus tum de rebus vitæ experti-,, bus conjunctæ ſunt. Intercedit nihilominus,, inter utramque editionem haut leve diſcrimen,, tum quoad ordinem partium, tum quoad res,, ipſas propoſitas. Verba ſunt *ex Actis Eruditor.* A. 1683. p. 15.

(1305. α CCIV.) THEOREMATA *mille ex univerſa* PHILOSOPHIA, Mediolani 1610. in 4. impreſſa, ſine auctoris nomine, *Thomæ* BIS-DOMINI, *Jeſuitæ Itali* eſſe perhibentur ab to-ties hactenus laudato *Alegambe* pag. 432. & *Sotvell*. pag. 760. a.

(1305. β) PHYSICA VETUS & NO-VA, in 8. Pariſiis apud Cramoiſy 1648. ſine au-ctoris mentione ulla, edita extat *libris binis*, quo-rum *prior* continet Quæſtiones VII. *poſterior* quæſtiones XIV. omnes in univerſum paginis 265. quibus Indiculus Alphabeticus ſubjicitur. Is quod debeatur *Stephano* NATALI, Baſſinienſi Gallo Jeſuitæ, docet *Sotvellus*, Bibl. Jeſuit. p. 750. qui tamen anonymum librum non dicit, ſed alia ejus auctoris; quorum aliqua nomine præ-fixo extare vidi v. gr. *Plenum experimentis novis con-firmatum*, qui libellus eſt de Vacui fuga differens, eodem anno, ibidem, auctoris nomine expreſ-ſo, publicatus in 8vo.

(1306) *Syſtematis* PHYSICI, mandato Er-,, neſti Ducis Saxoniæ, *ad uſum Gymnaſii* GO-,, THANI, ex *optimis & probatiſſimis tam veteribus*,, *quam Recentioribus Autoribus compoſiti*, & in II. Curſus,, typorum diverſitate notatos diſtincti, editique,, Jenæ 1663. 8. Autor eſt *Fridemannus* BECH-,, MANNUS, Th. D. & in Acad. Jen. PP. hodie ni-,, ſi fallor, ſuperſtes. Nomen ejus nullibi com-,, paret. *Symbola eſt Flensburgo Molleriana.*

(1307) *Ad* PLATONEM *Præannotamenta Miſcellanea Græca MSta*, qualiter JOHANNI

GRAMMATICO, *ſupra* num. 1276. *α.* memorato Petrus *Lambecius* adſcripſerit, videre eſt loco ibidem allegato lib. 7. de Bibl. Cæſar. pag. 126. At

(1308) *In* PLATONIS *univerſam* PHILOSOPHIAM PROLEGOMENA *generalia*, *in Capita XI. diviſa*, & hactenus *inedita*, ut OLYMPODORO, *Philoſopho Alexandrino* adſcribat, eodem in volumine Græcor. Philoſophor. 77. numero tertio reperta, idem *Lambecius*, legere eſt ibidem de Biblioth. Cæſar. l. 7. pag. 129. ubi & deinde p. 132. 133. de *Joanne Grammatico* præmemorato, a *Joanne Philopono* diſtinguendo, notabilia & alia multa proponit.

(1308. *α*) PROTOGÆA, *Autore* G. G. L. Exhibita in *Actis Erudit. L. A.* M. DC. XCII. *a pag. 40.* usque ad pag. 42. Deteguntur quod ſint LEIBNITII (*Godofredi Guilielmi*) in indice Alphabetico illius anni.

(1308. *β* CCI.) *Summam Quadripartitam QUÆSTIONUM Philoſophicarum, quas pro laurea diſputandas propoſuit in Collegio Romano* S. J. Jo. Ambroſius Spinola, Alegambe pag. 360. ſuo *auctori Oddoni de COMITIBUS Jeſuitæ Romano*, Ducis Polenſis filio vindicavit. Item *Sotvel* pag. 641. a.

(1308. *γ* CCII.) *QUÆSTIONES definitas ex Triplici Philoſophia, Rationali, Naturali, Morali, Parmæ diſputatas ab* Octavio Farneſio, ibidemque excuſas 1613. in fol. *Dario TAMBURELLO Jeſuitæ Italo* reſtituit idem *Alegambe* pag. 89. Unde patet, quomodo apud ipſos etiam alienis laboribus lauream impetrent favorabiles ipſorum Candidati quorum nomina etiam, *in Pſeudonymis* minimum huc nos remittent. Quando nemo non novit, eos viros auctores nunquam fuiſſe, ſed Reſpondentes ſolos ac Defenſores tacitorum præ reſpectu & veneratione Præſidum atque auctorum. *Sotvellus* hic addit, ſereniſſimi Ducis Parmæ filium fuiſſe Reſpondentem, pag. 165. b.

(1309) *Specimen* artis RATIOCINANDI *naturalis & artificialis, ad Pantoſophiæ principia manuducens*, Hamburgi apud Henr. Kuhnraht 1684 ſed charta & typo Hollandico, &, quod nullus hic Hamburgi ſit ejus nominis Typographus aut Bibliopola, ſatis falſam inſcriptionem hanc prodens: *tribus* conſtat *Partibus*, quarum *prima* titulum retinet capitibus V. de numero, propoſitione, ſyllogiſmo, Erroribus, Methodo recte ratiocinandi, paginis 258. Logicæ vulgaris rudiora miſcens *Hobbeſianis* & *Spinoſianis* principiis. Quorum ille pag. 93. acutiſſimus dicitur, hic aliquoties contra Blyenburgium defenditur, ejusque de una ſubſtantia, dogma &c. approbatur, Æternitas mundi docetur & animæ ſolutæ a corpore incapacitas doloris, triſtitiæ. Quæ tamen Chriſtianiſmo repugnare atque hinc corrigi debere diſerte ſcribitur, pag. 67. & 74. *Secunda pars* principiorum pantoſophiæ inſcribitur, & de motu ac quiete, proportione &c. Mathematicis capitibus VII. iterum pertractat pag. 229. *Pars tertia* magis phyſica de corporis motu & aeris altitudine, merſione ſub aqua &c. pag. 146. exponit. Effigies operis exemplari mihi mox ab editione exhibito præfixa, æri inciſa *Abrahami Johannis* CUFFELER, J. U. D. & ſymbolo: *cedendum fatis*, auctorem mihi detexit. Opus ipſum, alia Logicæ practicæ utiliori omnia profutura ſedulo colligenti, non placuit eousque, ut emi dignum videretur, aut poſtea iterum cogitari.

(1310) RHETORICÆ *Hermogenianæ Synopſis anonyma Mſta Græca*, ut, ex mera conjectura, ſit aſſerta *Matthæo* CAMARIOTÆ, deſcribit docta ad aliam Epitomen Græcam ſimilem allata annotatio Petri *Lambecii*, additione XI. ad lib. 7. de Bibl. Cæſar. pag. 406. quæ (a) ſic habet.

(a) Petri Lambecii Commentarior. de Biblioth. Cæſ. appendix libri VII. pag. 406. *Ab hac* Matthæi Camariotæ *Epitome Rhetoricæ Hermogenianæ diverſa prorſus eſt Synopſis illa Rhetoricæ, quam, ſub ejusdem Matthæi Camariotæ nomine*, David Hœſchelius *Auguſtæ Vindelicorum An. 1595. Græce in quarto edidit. Acceperat is eam a* Maximo Margunio, *Epiſcopo Cytherenſi, Venetiis ſibi dono miſſam, ut videre eſt ex ipſa Margunii Epiſtola Græca, quæ jam memoratæ editioni Auguſtanæ præfixa eſt,* — *Notandum autem eſt, Synopſin illam, ſecundum Margunianum iſtum Codicem manuſcriptum, ſine ulla Matthæi Camariotæ mentione, tanquam incerti cujusdam Autoris inſcribi, atque incipere hoc modo:* Συνοπτικὴ παράδοσις τῆς ῥητορικῆς, Ἀδήλου. Ῥητορικοῦ λόγου τρία καθέστηκεν εἴδη, δικανικὸν *&c. Quod igitur* Hœſchelius *eandem Synopſin in jam memoratæ editionis Auguſtanæ titulo Latino Matthæo Camariotæ attribuit, ſola nititur conjectura Maximi Margunii qui in ſupra memorata Epiſtola opinionem ſuam ea de re indicat* —— *Opinor autem hoc ſcriptum eſſe* Matthæi Camariotæ, *viri tum pietate, tum eruditione non ignobilis: qui quidem floruit ante expugnationem Urbis Conſtantinopolitanæ per Turcas, & præter alios etiam Gennadium Scholarium, cui poſt captam Conſtantinopolim Patriarchalis Gubernatio concredita eſt, diſcipulum habuit. Pauli autem poſt eandem expugnationem obiit.*

(1311) *Obſervatio circa Proportionem partis purpureæ ac ſubſtantiæ ſeroſo-gelatinoſæ* SANGUINIS *intra vaſa animalium fluctuantis in Actis Erudit. Lipſiens.* 1682. pag. 126. 127. exhibita ſine auctoris nomine quod ſit *Joannis* BOHNII, Dr. Medici & P. P. Lipſiæ celeberrimi, in ejus anni æque, ac generali prioris decennii indice docetur. Vide fere hæc ipſa verba ſupra n. 1016. *β.*

(1311. *α*) SCRUTINIUM INGENIORUM HUARTIS *anonymum* ut prodierit ex verſione latina Æſcacii Majoris perſonati, v. in *Pſeudonymis* ſub hoc nomine.

(1312) SPINOSIANIS EPISTOLIS inſerta viceſima nona, ſolis præfixis literis L. M. P. M.

P. M. Q. D. eſt *Ludovici* MEYERI, Philoſophiæ Medicinæque Doctoris; cujus præfatio ad Lectorem in Spinoſæ Carteſianas demonſtrationes 4. Amſtelod. 1663. editas extat: uti patet ex ipſa illa & ſeqq. Epiſtolis, etiam triceſima quarta ſub finem præcipue, ubi pag. 505. ea præfatio citatur. Nec alius eſt mihi auctor PRÆFATIONIS editioni eidem anonymæ OPERUM SPINOSÆ 1677. in 4. præfixæ, quibus illæ Epiſtolæ continentur p. 465. & 805.

(1312. α CCIII.) *MODUS utiliter STUDENDI*, *Latine* atque etiam *Italice* prodiit, auctore *Franciſco SACCHINO Italo Jeſuitæ* non adſcripto, teſte *Alegambe* pag. 134. & *Sotvel* pag. 151. a.

(1313) G. G. L. De PRIMÆ PHILOSOPHIÆ EMENDATIONE *&* *de* NOTIONE SUBSTANTIÆ, *exhibita in Actis Erudit. Lipſ.* 1694. a pag. 110. usque ad pag. 112. doctiſſima longe diſſertatio vel ex ipſo ſatis genio & ſtylo ſcriptionis illius, mihi ſine additis literis initialibus, inclyti ejus nominis divinanda, Auctoris *Georgii Guilielmi* LEIBNITII quod ſit, in indice illius anni alphabetico docetur.

CAPUT VII.

De Scriptoribus MATHEMATICIS.

(1314)

EX *data* ÆQUATIONE *auferendi terminos omnes intermedios methodus*, per D. T. ſolas literas nominis initiales exhibita in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1683. pag. 204. usque ad 209. nec in indice adhuc ejus anni auctorum Alphabetico etiam detecta, ſuo auctori nobiliſſimo Dn. *Ehrenfredo Walthero* de TSCHIRNHAUSEN aſſignatur demum in Catalogo auctorum decennii prioris.

(1315) ALGEBRÆ *novæ* titulo publicatus liber in *anonymis* recenſetur a Jo. *Deckherro*, & ide *Moltkii*, in notis ad Religionem Medici, p. 65. adſcribitur *Joanni de* LUNESCHLOS, P. P. Heidelbergenſi Matheſeos: id temporis, quando Patavii liber iſte imprimebatur, Conſiliario Nationis Germanicæ.

(1316) J. B. *Quæſtiones nonnullæ de* USURIS, *cum ſolutione Problematis de* SORTE ALEARUM, *propoſiti in Ephem. Gall. A. 1685.* artic. 25. Exhibitæ *in Act. Ereditor. Lipſ.* A. M. DC. LXXXX. pag. 219. usque ad pag. 223. Deteguntur, quod int *Jacobi* BERNOULLI, in indice Decennii rioris auctorum Alphabetico.

(1316. α) ALPHONSINÆ TABULÆ, uod Alphonſi X. Arragonum Regis inſtinctu & beralitate, concinnatæ ſint a Judæo *Rabbi* SAAC ABEN, Judæi habent in libro *Juchaſin*. Adde *Voſſium*, de ſcientiis Mathematicis, cap. 5. §. 31. pag. 179. ubi HAZEN i. e. *Cantor* conominatur, & ad 4000. ducatorum millia contitiſſe Regi hoc opus memoratur.

(1317) J. B. ANALYSIS PROBLEMATIS *antehac propoſiti, de inventione Lineæ* DESCENSUS *a corpore gravi percurrendæ uniformiter, ſic ut temporibus æqualibus æquales altitudines emetiatur: & alterius cujusdam* PROBLEMATIS *Propoſitio.* Exhibita in Act. Eruditor. Lipſ. A. M. DC. LXXXX. a pag. 217. usque ad 219. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLI, in Indice decennii prioris auctorum Alphabetico. vid. infra num. 1321. *Bernoullianæ* huic Analyſi reſponſionem factam Leibnitianam.

(1317. α Olim CCV.) *APELLES POST TABULAM*, h. e. *Epiſtolæ aliquot de maculis ſolis & faculis*, *datæ ad Cl. V.* Marcum Velſerum, *quibus judicium aliorum de re nova & inſolente explicaret*, Auguſtæ Vindel. 1612. in 4. editæ recenſentur inter ſcripta anonyma *Chriſtophori SCHEINERI Jeſuitæ Germani* ab *Alegambe* pag. 77. Ejusdem tamen tituli ſcriptum GALILÆO de GALILÆIS acceptum fert *Scavenius* num. penultimo ſui Catalogi. Equidem memini vidiſſe diſſertationem anonymi de maculis in ſole Lugd. Bat. 1612. excuſam. De *Scheinero* ſic habet in apibus urbanis *Leo Allatius* pag. 68. Chriſtophorus Scheiner *Societatis Jeſu Sacerdos Theologus*, *ſacræ linguæ & ſcientiarum Mathematicarum Ingolſtadii & Freyburgi Brisgojæ Profeſſor*, *admirabile de* ſolis maculis & faculis *Phœnomenon primus invenit Ingolſtadii anno Chriſti 1611. menſe Martio*, *ut idem met fatetur in volumine magno*, *quod* Roſæ Urſinæ *ſive* Solis *titulo præſignivit ad Lectorem libr. 1. atq; 3. paſſim*, *quas etiam primus ſub* Apellis *nomine* poſt tabulam latentis, Marci Velſeri II. *Viri Auguſtani liberalitate in publicum edidit Auguſtæ Vindelicorum anno 1612. Non. Jan. perſcriptis tribus ad eundem Velſerum Epiſtolis, itemq; Idibus Septembris anno eodem miſſis ad eundem aliis Epiſtolis*, *cum obſervationum Iconiſmis; macularumq; delineationibus.* Epiſtolæ *hæ* manuſcriptæ *una cum aliis multis*, *poſt mortem* Velſeri *pervenere in Bibliothecam Archiepiſco-*

 palem

palem Mediolanenſem, ut mihi relatum eſt, in qua etiam nunc dicuntur aſſervari. Ab eodem *Leone Allatio* poſtea in ſcriptis Galilæi pag. 118. recenſetur *Iſtoria & Dimonſtratione intorno alle Macchie Solari & loro accidenti, composte in tre lettere, ſcritte al Sigr.* Marco Velſero a Roma 1613. in 4. adduntur tres *Epiſtolæ de Maculis ſolaribus ad* M. Velſerum: ſed pag. 119. reſolvit hunc nodum, addens de GALILÆO: *eum alienos ſibi labores furto aſſertos, ut Teloſcopii inventionem & ſidera Medicæa, parum caute divertiſſe, multi & voce & ſcripto palam profeſſi ſunt, &c.* addit tamen alia, quæ ipſum nihilominus egregium Mathematicum fuiſſe probant.

De iisdem illis Epiſtolis, addi merentur, quæ habet clariſſimus Dn. Joannes *Cinelli* Calvolus, Patritius Florentinus, in curioſiſſima ſua Bibliotheca Volante, cujus jam octo forulos (Scanzie vocantur Italico idiomate auctoris) benefico dono inclyti Dn. Antonii *Magliabecchi*, poſſideo, Scanzia 8. pag. 22. 23. (a) excerptis verbis. Addatur Joh. Bapt. *Riccioli*, Almageſto novo præfixi Chronici pars II. pag. 32. col. 2. . . elogium (b) quod itidem hic excerptum exhibemus. Junge in *Pſeudonymis* attexa ad hoc nomen n. 201.

(a) Giouanni Cinelli, Bibliotheca volante, Scanzia ottava, pag. 22. 23. *Tres Epiſtolæ de* Maculis Solaribus *ſcriptæ ad* Marcum Velſerum, *Auguſtæ Vindel. II Virum Præfectum.* Cum obſervationum Iconiſmis. Auguſtæ Vindel. ad inſigne Pinus 1612. in 4. *Sento con mio infinito giubilo, che le dottiſſime, eruditiſſime, e rariſſime opere del* gran Marco Velſero, *al qual ſono le ſudette lettere ſcritte, ſi riſtampano tutte inſieme in un corpo, e ſommamente me ne rallegro con tutta la Republica Litteraria. Con gran difficulta ſi trovera un huomo, nel quale dal Signore Iddio ſieno ſtate conferite tante ſingolariſſime doti, quante nel detto* Marco Velſero *ſe n' ammirarono; eſſendo ſtato dottiſſimo univerſalmente, d' incolpatiſſimi coſtumi, coſpicuo per dignità di cariche, nobiliſmo per naſcità, ricchiſſimo di beni di fortuna, corteſiſſimo, generoſiſſimo, &c. Quanti ajuti diede al* Grutero, *per l' incomparabile opera dell' inſcrittioni antiche: al* Caniſio, *per le ſue antiche lezzioni: al Padre* Gretſero, *per l' opera de' Cruce, ed à cento altri gran Letterati per altri lor libri? Oltre a' libri conpoſti dal medeſimo* Velſero, *qual Principe operò mai, che n' uſciſſero alla luce maggior numero di quelli d' altri huomini dotti, di quelche col ſuo danaro ſi faceſſe il* Velſero? *Per eſſo ſe ne va più glorioſa la Germania, che per il gran* Peireſchio *la Francia, ò per l' immortal* Pinelli *la noſtra Italia. Le dette tre dottiſſime lettere, benche non vi ſia il nome dell' Autore, ſono del non mai a baſtanza lodato Padre* Chriſtoforo Scheiner, *della Compagnia di Gieſſù, la fama del quale a diſgrado dell' invidia, che contro di eſſo hà fatte tutte le ſue forze, ſi va ſempre piu glorioſamente ſpargendo.*

(b) Joh. Baptiſta Ricciolus, Almageſto novo ſuo præfixi Chronici Parte II. pag. 32. b. Chriſtophorus Scheinerus, *Societatis Jeſu, Suevus, domo Mündelheimenſis, ſacram linguam, & Matheſim profeſſus eſt Friburgi, & Ingolſtadii, deinde Romæ per aliquot annos* ſolares maculas, *olim Ingolſtadii detectas, impenſius obſervavit, demum Rector Collegii Niſſenſis in Sileſia, obiit Anno 1650. Opera ejus inſignio[…] ſunt* Oculus, *ſeu* fundamentum Opticum, S[…] Ellipticus, Disquiſitiones Mathematicæ, Ape[…]les poſt tabulam, & Roſa Urſina, *quæ de So[…] maculis adeo exquiſite ac docte ſcripſit, ut* Renatus [d]Cartes & Hevelius *teſtati ſint, nihil in eo genere pr[…]ſtantius fieri aut ab alio expectari poſſe.*

(1317. β) ARITHMETICÆ IN NUMERIS ET SPECIEBUS INSTITUTIO; *q[…] eſt quaſi clavis Mathematicæ,* Lond. 1631. in 8. *Ide[…] liber auctior, viz.* CLAVIS MATHEMATIC[Æ] *cum Tract. de Reſolutione æquationum in Numeris & D[e]claratione 10mi, 13tii, & 14ti* Elementi Euclidi[…] Lond. 1648. cum duobus Anglicis libris Guil[…]elmo OUGHTRED aſſeritur ab *Hyde*, Bib[…] Bodlei. p. 23. lit. O. poſtquam pag. 15. a ib[i]dem ſolis præfixis litteris W.O. i.e. *Will.* OUGHTRED nos remiſiſſet. An jam & hujus reliq[…] ſint anonymi, videat cui eos videre contigeri[…] Nempe (1) *Circles of Proportion, and the Horizontall Inſtrument.* Lond. 1632. 40. (2) *Deſcriptio[n] and uſe of the Double Horizontall Inſtrument.* Lon[d.] 1636. 8. Et Lond. 1652. 8.

(1318.) PYROTECHNICÆ, id eſt, ARTILLERIÆ deſcriptio, A. 1657. in folio, Ol[…]næ prodiit ſine auctoris nomine, qui tamen fuiſſe creditur Sereniſſimus *Dux* WIRTEMBERGICUS, *Sylvius Nimrod*, qui circa illa tempor[a] Pyrotechniam Sereniſſimo Duci Saxoniæ Wi[l]helmo dedicavit. Idem Tractatus poſtea Ann[o] 1680. Osnabrugæ impreſſus eſt. Dr. Sam. *Re[…]her*, Pyrotechniæ Mſtæ cap. II. ex qua id Amici Kilonia transmiſſa Symbola mihi communicavit.

(1319) *De Græcorum, præcipue* ATHENI„ENSIUM, *menſibus & anno*, Tractatus ſubjun„ctus P. Caſtellani Heortologio, pag. 263. &c „eſt *Michaelis* BEUTHERI, ut in præfatione „monetur, cujus *Ephemeris Hiſtorica* Paris. An „1551. prodierat. Ego antea perperam ip[ſi] Caſtellano tribuebam. *Symbola* eſt *Normanniana*

(1319. α CCVI.) BACULI ASTRONOMICI, *vulgo Jacobi, deſcriptio* JO. SPAN cujus ſit, vide infra num. 214. ad tit. *Cœleſtis Globi Compoſitio.*

(1320) G. G. L. AD PROBLEMA, Majo menſe An. 1693. in Actis Erudit. Lipſ. pag. 235. propoſitum, in Carteſianarum Epiſtolar. 79. Tomo. 3. a Dn. de Beaune SOLUTUM, a JOHANNE BERNOULLIO ANNOTATIO parata mole nec pretio, exhibetur in Actis Eruditor. Lipſiens. a. 1693. pag. 313. quod ſit *Gothofredi Guilielmi* LEIBNITII, detegitur in indice illius anni Alphabetico.

(1321) G. G. L. Ad ea, quæ vir Clariſſimus J. B. id eſt *Jacobus* BERNOULLIUS menſe Majo nupero in his Actis publicavit, Reſponſio. Exhibita in *Actis Eruditor.* Lipſ. A. M.DC. LXXXX. a pag. 358. usque ad pag. 360. Detecta quod ſit *Godfredi Guilielmi* LEIBNITII, in indice

ice decennii prioris alphabetico. vide ſupra n. 317. *Analyſis &c*,

(1322) CARINTHIÆ CHARTAS EOGRAPHICAS *anonymas*, Wagenſpergi, 685. edidit *Johannes Weichard* VALVASOR, iber Baro Carinthiæ, & Capitaneus; de quo ıulta Erasmus *Franciſci*, part. I. lib. 6. pag. 362. ſeqq. in libro vaſto in folio cui titulus: Ehre s Hertzogthums Crain: ut refertur ibidem, 369. columna priore.

(1323) *Renati des* CARTES *Explicatio Machinarum*, *ex Gallico in Latinum* verſa & edita cura *D. Joh. Dan. Majoris*, Kiliæ 1672. in 4. Interpres eſt D. *Samuel* REYHERUS, ſuopte idicio. *Symbola* eſt *Normanniana*, ex ore clariſmi Profeſſoris Kilonienſis de Academia & ep. Literaria univerſa longe meritiſſimi perſcripta.

(1324) G. G. L. Brevis demonſtratio ERORIS memorabilis CARTESII, & aliorum, irca LEGEM NATURÆ, ſecundum quam olunt, â Deo eandem ſemper quantitatem ıotus conſervari; qua & in re mechanica abuuntur. Communicata in literis d. 6. Jan. 1686. atis. Exhibetur in Act. Eruditor. Lipſ. A. M. DC. LXXXVI. a pag. 161. usque ad pag. 163. Detegitur quod ſit Godfr. Guilli. LEIBNIZII, in indie decennii prioris alphabetico.

(1325) CATENARIÆ ſive FUNICULARIS lineæ Problema, ſive *de Linea*, *in quam flexile ſe pondere proprio curvat*, *ejusq; uſu inſigni ad inveniendas quotcunq; medias proportionales & Logarithmos*, Autore G. G. L. quæ proponuntur in *Actis Erudit.* Lipſienſ. 1691. pag. 277. usque ad 281. &

(1326) G. G. L. De Solutionibus Problematis CATENARIÆ vel FUNICULARIS in Actis Junii An. 1691. aliisque a Dn. J. B. (id eſt Joanni *Bernoullio*) propoſitis, quæ pag. 435. usque ad 439. exhibentur, quod ſint *Gothofredi Guilielmi* LEIBNITII, detegit Index prioris decennii.

(1327) *Thomæ* CEVÆ, è Societ. I. INSTRUMENTUM (Circini illud eſt) *pro ſectione cujuscunq; Anguli recti-linei in partes quascunq; æquales*, exhibetur in *Actis Erud. Lipſienſ.* 1695. p. 290. & ſeqq. Ad illud ADDITIO exhibetur ibid. pag. 322. per excerptum ex litteris J. W. ad Actorum editores de ſimilis uſus circino D. T. hoc eſt *Ehrenfredi Waltheri* de TSCIRNHAUSEN, uti detegit Index auctorum illius anni alphabeticus, in Tit. IV. Mathematicos auctores exhibente.

(1327. α CCVII.) *Tabulæ annorum expanſorum pro* CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA, Viennæ 1634. ſine ſcriptoris nomine ſunt editæ ab *Henrico* PHILIPPI, *Jeſuita Belga*, teſte *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. 365. & *Alegambe* pag. 176. ubi uterque ſcripta ejusdem auctoris Theologica & alia varia enumerat. *Franciſcum Sweertium* autem hujus auctoris mentionem omnino nullam facere miror eo parcius, quod idem in aliis multis jam habeo deprehenſum, ac ea propter nec inquiſitu jam dudum mihi amplius poſt Valerium *Andreæ* dignum habitum. Adde *Ricciolum* Chronici, Almageſto ſuo præfixi part. 2. p. 36. *α.* & *Sotvell.* qui pro *(expanſorum)* ut eſt apud *Alegamben*, habet *(expenſorum)*

(1328) Tentamen de MOTUUM COELESTIUM cauſis, autore G. G. L. Exhibitum in Act. Eruditor. Lipſ. A. M. DC. LXXXIX. a pag. 82. usque ad pag. 96. Detectum, quod ſit Godfr. Guilli. LEIBNIZII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1329) G. G. L. *Ars* COMBINATORIA. Francofurti, apud H. C. Crokerum, 1690. in 4. plag. 11. exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* 1691. a pag. 63. usque ad 46. & detecta quod ſit *Gothofredi Guilielmi* LEIBNITII, in indice decennii prioris alphabetico, cum in hujus anni indice adhuc ſolis initialibus literis exprimeretur, jam ante 25. annos conſcripta, A. 1686. edita (& quod addo ex αὐτοψία præfixo tunc nomine auctoris) memoratur una cum cauſſis nominis nunc omiſſi, & immutatis etiam in melius, aut admonitis aliquibus nunc diſplicentibus. Quorum prius cum ad inſtitutum noſtrum proprie pertineat, excerptis (a) exhibemus; reliqua B. L. ex ipſis Erud. Actis legenda relinquentes.

(a) Acta Erudititorum Lipſ. Menſ. Febr. A. M. DC. XCI. p. 63. *Libellus ab Autore admodum Juvene anno 1665. compoſitus, & anno 1668. Lipſiæ editus, nunc ipſo inſcio inconſulte recuſus eſt. Tametſi enim applauſu non vulgari eruditorum fuerit exceptus, & novas complures meditationes non pœnitendas, quibus ſemina* Artis inveniendi *ſparguntur, contineat, atq; inter cæteras palmariam illam de* Analyſi cogitationum humanarum in Alphabetum quaſi quoddam notionum primitivarum; *judicat tamen celeberrimus autor, libellum non ſatis eſſe limatum, nec præſentibus ejus cogitatis ac perſonæ ubiq; reſpondentem, & veniam olim annis datam, in quibus aliqua interdum luxuriantis ingenii audacia laudatur, nunc a ſe peti non poſſe. Itaq; per Nos moneri lectores cupit, ne putent talia nunc a ſe protrudi; & in eo imprimis editorem, quisquis eſt, in ſe injurium fuiſſe cenſet, quod ne verbulo quidem indicarit, hanc editionem eſſe novam, ex priore tot ante annis publicata expreſſam. Et præter œconomiam operis, in qua multa poſſent mutari in melius, ſpeciatim quædam corrigenda indicare voluit.*

(1330) *Novum Theorema pro doctrina* SECTIONUM CONICARUM, per J. B. Exhibitum in *Actis Eruditor Lipſ.* A. M. DC. LXXXIX. a pag. 586. usque ad pag. 588. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLI, in indice decennii prioris univerſali auctorum Alphabetico.

(1331) O. V. E. QUADRATURA *Arithmetica communis Sectionum* CONICARUM, *quæ centrum*

centrum habent, indeq; ducta Trigonometria Canonica, ad quantamcunq; in numeris exactitudinem, a Tabularum neceſſitate liberata: cum uſu ſpeciali ad LINEAM RHOMBORUM NAUTICAM, *aptatumque illi planiſphærium*. Exhibita in Actis Eruditor. Lipſ. A. M. DC. XCI. a pag. 178. usque ad pag. 185. Detecta, quod ſit *Godfredi Guilielmi* LEIBNIZII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1331 α CCVIII.) *De* CIRCINO PROPORTIONIS opuſcula Mathematica anonyma *Nicolaum* FOREST, *Jeſuitam Gallum* edidiſſe, notat idem ille jam ſæpe nobis in partes vocatus *Alegambe* Bibliot. Jeſuiticæ pag. 353. & *Sotvel* pag. 630. a.

(1331. β CCIX.) *Diſputatio Aſtronomica de tribus* COMETIS *anni 1618. habita in Collegio Romano*, Romæ 1619. in 4. auctori, quem nullum præfert, Mathematico ſummo, *Horatio* GRASSO, *Jeſuita Italo*, adſcribitur ab *Alegambe* pag. 189. vid. infra num. 218. illius *opticam Diſputationem anonymam*, & *in Pſeudonymis Lotharium Sarſum*; & *Sotvel* pag. 352. b. Laudatur & *Ricciolo* in Chronico quod Almageſto ſuo præfixit pag. 36. b.

(1331. γ) *Prælectio* DE COMETIS, & *inquiſitio in* BULLIALDI *Aſtronomiæ Philolaicæ Fundamenta*. Ibid. & Oxon. 1653. in 4. libris anonymis *Sethi* WARD, Epiſc. Sariſburienſis annumeratur ab *Hyde*, Biblioth. Bodlejanæ pag. 248. b.

(1332) *Exercitatio Theoricorum* COPERNICO-*Cœleſtium mathematico-phyſico-Theologica*, A. 1689. in 4. Conſtat plag. 2l. quomodo primum *anonymus* in Actis Erud. Lipſ. 1690. pag. 258. deinde nomine *Joannis Jacobi* ZIMMERMANNI, de quo alias alibi dictum, exhibeatur, legere eſt in excerptis utrisque ſub locis (a & b) ſubjunctis.

(a) Act. Erud. *Lipſ. Anno 1690. pag. 258. Matheſeos ſecretioris cultorem Autor in fronte exercitationis ſe profitetur, ſub* Philalethæ & Philadelphiæ *nominibus ſuum, locique, quo liber hic anno ſuperiori excuſus eſt, ſtudioſe interim occultans: cui* arbitratui ſuo eundem *lubentes* permittimus, *utut de Autore* ſic ſatis nobis conſtet.

(b) Ibid. *Anno 1691. m. May pag. 205. Recenſuimus menſe Majo anni proxime elapſi pag. 258. Clariſſimi Auctoris* (Johannis Jacobi Zimmermanni) *Exercitationem theoricorum Copernico-cœleſtium*, preſſo ejus nomine: *quod quia ſub finem ejus anni in præſenti tractatu* (Scriptura S. Copernizante) *profiteri non dubitavit, nec nos in indice dicti anni Lectorem porro latere voluimus.*

(1333) PRÆFATIO *ad Lectorem, Revolutionibus* COPERNICI, Noribergæ, 1542. in folio editis, tacito nomine præfixa; Autor eſt *Andreas* OSIANDER. *Gaſſendus* in vita Copernici, pag. 319. *Symbola* eſt *Normanniana*.

(1334) *Reſponſum ad Joannis* CRAIGE *Methodum figurarum, lineis rectis & curvis comprehenſarum, quadraturas determinandi*, Londini apud Moſem Pitt, 1685. in 4. Excerptum ex literis Domini D.T. Lipſiam miſſis, die 20. Febr. anno 1686. Exhibitum in *Actis Erudit. Lipſienſ.* Anno M.DC LXXXVI. a pag. 169. usque ad pag. 176. Detectum, quod ſit *Ehrenfried Waltheri de* TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1335) Jac. B. *Conſtructio* CURVÆ *Acceſſus & Receſſus æquabilis, ope rectificationis Curvæ cujusdam Algebraicæ, addenda nuperæ Solutioni menſis junii.* Exhibita in *Actis Eruditor.* A. M.DC. XCIV. a pag. 336. usque ad pag. 338. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLII, in indice Alphabetico illius anni.

(1335. α) *Jac.* B. *Obſervatiuncula ad ea*, quæ nupero menſe Novembri DE DIMENSIONIBUS CURVARUM publicata leguntur, Auctore D. T. exhibita in Actis Eruditorum Anni 1696. paginis 260. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLII, in indice Alphabetico illius anni.

(1336) *Methodus* CURVAS DETERMINANDI, *quæ formantur a radiis reflexis, quorum incidentes ut paralleli conſiderantur*, per D.T. Exhibita in *Actis Eruditor.* Lipſ. A. M.DC.LXXXX. a pag. 68. usque ad pag. 73. Detecta quod ſit *Ehrenfried Walteri de* TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1337) CURVÆ DIACAUSTICÆ, *earum relatio ad evolutas, aliaq; nova his affinia.* Item: *Natura* OSCULORUM *uberius explicata. Celeritates* NAVIUM *definitæ. Regulæ* pro RESSISTENTIIS, *quas figuræ in fluido motæ patiuntur &c.* per J. B. Exhibita *in Actis Eruditorum Lipſ.* A. M. DC. XCIII. a pag 244. usque ad pag. 246. Detegitur quod ſint BERNOULLII (*Jacobi*) in indice alphabetico illius anni.

(1338) CURVA GEOMETRICA, quæ *ſe ipſam ſui evolutione deſcribit, aliasq; inſignes proprietates obtinet, inventa* a D.T. Exhibita in *Actis Eruditor.* Lipſ. A. M.DC. LXXX. a pag. 169. usque ad pag. 172. Detecta quod ſit *Ehrenfried Walteri de* TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1339) G. G. L. *Conſtructio propria Problematis* de CURVA *Iſochrono paracentrica. Ubi & Generaliora quædam de natura &* CALCULO DIFFERENTIALI OSCULORUM, & de *conſtructione* LINEARUM *tranſcendentium, una maxime Geometrica, altera mechanica quidem ſed generaliſſima.* Acceſſit *modus reddendi inventiones* TRANSCENDENTIUM LINEARUM *univerſales, ut quemvis caſum comprehendant, & tranſeant per punctum datum.* Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Anno M. DC. XCIV. a pag. 364. usque ad pag. 375. Detegitur quod ſit LEIBNITII (*Georgii Guilielmi*) in indice alphabetico illius anni.

(1340)

(1340) *Additio ad Schedam in Actis proxime antecedentis* Maji pag. 233. editam, *de dimenſionibus* CURVILINEORUM, per G.G.L. Exhibita in *Actis Erud. Lipſ.* A. M. DC. LXXXIV. a pag. 585. usque ad p. 587. Detecta quod ſit *Godfr. Guilli.* LEIBNIZII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1341.) *Methodus datæ figuræ, rectis lineis & CURVA Geometrica terminatæ, aut* QUADRATURAM, *aut impoſſibilitatem ejusdem Quadraturæ determinandi* Auctore D. T. Exhibita in *Actis Erud. Lipſ.* A. M. DC. LXXXIII. a pag. 433. usque ad p. 437. Detecta quod ſit *Ehrenfried. Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1341. *α*) D. T. *Additamentum ad Methodum* QUADRANDI CURVILINEAS FIGURAS, *aut earum impoſſibilitatem demonſtrandi per finitam ſeriem*; Exhibitum in *Actis Eruditor. Lipſ.* Ao. M. DC. LXXXVII. a pag. 524. usque ad pag. 527. Detectum quod ſit *Ehrenfr. Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1342.) *Nova methodus Tangentes* CURVARUM *expedite* DETERMINANDI, per D. T. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* Anno M. DC. LXXXII. a pag. 391. usque ad p. 393. Detecta quod ſit *Ehrenfried. Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in indice decennii prioris alphabetico.

(1343) Specimen CALCULI DIFFERENTIALIS *in dimenſione* PARABOLÆ HELICOIDIS, *ubi de flexuris* CURVARUM *in genere, earundem evolutionibus, aliisq;* J. B. Exhibitum in *Actis Eruditor. Lipſ.* Ao. M. DC XCI. a pag. 13. usque ad p. 23. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLI, in indice decennii prioris auctorum alphabetico.

(1344) *Nova & ſingularis Geometriæ Promotio, circa dimenſionem quantitatum* CURVARUM per D. T. Exhibita in *Actis Eruditor.* Ao. M. DC. XCV. a pag. 489. usque ad p. 493. Detegitur quod ſit *Ehrenfried Walther* de TSCHIRNHAUS, in indice alphabetico illius anni.

(1345) Jac. B. CURVATURA *Laminæ Elaſticæ. Ejus identitas cum Curvatura Lintei a pondere incluſi fluidi expanſi. Radii Circulorum* OSCULANTIUM *in terminis ſimpliciſſimis exhibiti, una cum novis quibusdam Theorematis huc pertinentibus &c.* Exhibita in *Actis Eruditor.* Ao. M. DC. XCII. pag. 262. usque ad pag. 276. Detegitur quod *Jacobi* BERNOULLII in indice alphabetico illius anni.

(1345. *α* Olim ad Cap. VII. *De Mathematicis* additionum Num. DXC.) CYCLOMETRIÆ a Longomontano, ann. 1612. Havniæ, Anno 1627. Hamburgi, Anno 1664. Amſtelod. publicatæ, *Elenchi* editi Pariſiis in 4. Autor eſt *Claudius* HARDY. v Scaven. n. 99.

De illo auctore, etſi non de hoc ſcripto, vide aliqua penes Voſſium de ſcientiis Mathem. cap. 58. pag. 345. §. XI. & in addendis c. XV.

(1345. *β*) Auctor libri, *de* DISQUISITIONIBUS, perhibetur *Chriſtophorus* SCHEINER *Jeſuita*, ſcribit *Henr. Ernſtius* lib. 2. obſ. variar. c. 36. quod legens quales illæ forent disquiſitiones, nullo modo potui divinare, donec apud *Alegamben* p. 77. & *Leonem Allatium*, in Apibus Urbanis pag. 68. enumerata hujus Jeſuitæ Germani Mathematici ſummi ſcripta vidi, in quibus inveniuntur: *Disquiſitiones Mathematicæ de controverſiis & novitatibus Mathematicis*, ubi expendit uſitata hactenus mundi ſyſtemata, & Copernicanum valide impugnat. Ingolſt. 1614. in 4.

Adde *Sotwel.* pag. 145. a. & ſupra dicta num. CCV.

(1346) DUPLATIO *Trianguli Iſagoni, & reliquarum figurarum rectilinearum, nova ratione oſtenſa.* Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Anno M. LXXXII. a pag. 25. usque ad p. 28. Detecta quod ſit *Baſilii* TITELII, Præfecti arcis Pleiſſenburgenſis, quæ eſt Lipſiæ, in indice decennii prioris alphabetico.

(1347) De DIMENSIONIBUS FIGURARUM inveniendis. Exhibetur in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Ao. M. DC. LXXXIV. a pag. 233. usque ad pag. 236. Detegitur quod ſit *Godfr. Guilli.* LEIBNIZII, in Indice decennii prioris alphabetico.

(1347. *α* CCXI.) *Ars* GEOMETRICA, *in gratiam ſuorum Auditorum* conſcripta a J. a F. M. P. P. anno 1652. in 8. auctorem habet Dn. Affinem meum honoratiſſimum, & quod etiam me tacente jam omnis orbis literatus novit, Philoſophum ſummum, *Joannem a* FELDE, Matheſeos Profeſſorem Publicum olim Helmeſtadii, ac Philoſophiæ primo, deinde & J. U. Doctorem, & Conſiliarium Anhaltino Serveſtanum, cujus *Elementorum juris* partem alteram editam 1664. in 4. habemus, alteram autem promiſſam, eo avidius expecto, quo minus illæ privati juris materiæ ſolidum adhuc Philoſophum, ex naturæ fontibus easdem methodice demonſtrantem invenerunt, quoque certior aliis multis ipſe ſum, ab eodem & hanc partem jam olim conſummatam eſſe, utpote cujus pleraque auditoribus ſuis olim, & inter eos etiam mihi abhinc annis fere 15. prælegit. Ejusdem *in Grotium notas* ſecunda vice Jenæ 1663 in 12. *cum reſponſionibus ad Graswinkelii ſtricturas* habemus, unde patet quod *Bœclerus* vere dixerit ad l. 2. Grot. cap. 12. § 28. *Graswinkelius omnino Feldeno inſufficienter ad pleraq; & frigide reſpondet.* Tenemus & ejusdem *Analyſin Politicorum Ariſtotelis, ſuccinctam at ſolidam*, quam tamen etjam accuratiorem promiſſam, ab eodem aliquoties recordor. Præterea de *Enunciationibus & Syllogismis tum abſolutis, tum modalibus Tractatum* 1642. in 12. *Logicamq; diſputationem de Analyſi Euclidea* doctiſſimam, nec non alias Philoſophicas par-

tim & Juridicas habemus. Sed ut ad Mathematica revertar, ex iis *Compendium Sphæricæ* nomen auctoris præferens Helmœſtadii 1658. in 8. excuſum eſt. *Geometriæ* vero Exemplar ex dictantis ore exceptum a filio ipſius, auctiusque redditum, cum impreſſo contuli, in ejusdem prædio Neukirchen docentem Jura præcipue & Politicam Philoſophum & JCtum ſummum audiens. Eum nunc aliquot jam abhinc annis, præter Juridica Philoſophicaque ſtudia, quibus hactenus occupabatur, Theologicis etiam multum vacare, lætus ex eodem abhinc triennio, & quod excurrit, Legatum Illuſtriſſ. Principis Zerveſtani agente, ac poſtmodum etiam ex aliis, non ſine lætitia, cognovi: quippe cum hæc ſola ſtudia homine tam exacto ſolidoque judicio, quale Vir ille demonſtrandi pertiſſimus ſuis meditationibus adhibet, vere digna cenſeri poſſint.

Plura de hocce jam defuncto Dno. Affine meo & Præceptore honoratiſſimo vide in *prolegomenis JCti* mei, editioni ſecundæ præfixis, ipſoque illo ſcripto variis locis. Et ſane doleo nullam omni adhuc opera impenſa, me potuiſſe vel minimam vitæ tanti Viri vel ſcriptam, nedum impreſſam a Dno Conſobrino meo, ex materna mea nato, notitiam. De Compendio hocce memorato illud addere poſſum, etiamnum illud Helmſtadienſibus Bibliopolis venale haberi, atque conſtare pag. 72. Vide quæ dixi ad Pſeudonymum *Nomicum Pacemutam*.

(1347. β CCXII.) GEOMETRIÆ EMPIRICÆ *Joachimi* JUNGII, Ph. ac Med. D. & Gymnaſii Hamburgenſis olim Rectoris, Hamb. 1649. in 4. editæ, ut mole parvæ, ſic ordine ac ſoliditate magni æſtimandæ *præfationem* ſolis J. A. T. literis ſubſcriptam, *Joannis Adolphi* TASSII, Matheſeos in eodem noſtro Gymnaſio patrio Profeſſoris Publici eſſe ſcio illam, a Præceptoribus meis edoctus plus uno, plus ſemel. Ejus etiam folia Germanice verſa, ni fallor, quatuor, paginis 32. videre memini me in p. m. Collegæ mei, Martini *Fogelii* Bibliotheca, cum Latini exemplaris etiam minima mole plura complectentis paginæ ſunt 40. quæ nunc in Electoris Bibliotheca Hanoverana, quo tota Fogeliana translata eſt, &, quod ſciam, nusquam alias amplius extant: exemplaribus reliquis, neſcio, quo fato abolitis. Quæ an non recudi, & paucis illis ſuperadditis abſolvi mereatur, illius Bibliothecæ digniſſimo Præfecto conſulendum relinquo. V. infra num. 1878. α olim CCCLI.

(1347. γ CCXIII.) GEOMETRIA *Reſtaurata* ſine nomine excuſa prodiit. Ejus auctor eſt P. SANTIN, Romæ Matheſeos Profeſſor, teſtante *Scavenio* num. 69. Hanc refutat liber alius inſcriptus *Petri Pauli Caravagii Rimæ detectæ in Geometria male reſtaurata* ab A. S. L. Mediolani 1650. in 4to.

Id eſt, ab Antonio *Sanctino*, cujus delineationum appendicem ſive τὸ Geometriæ πλήρωμα. Maceratæ 4. 1648. *Lipenius* memorat, Biblioth. Philoſ. pagina 581. Idem Pauli (non Petri Pauli) *Caravagii* Geometriam in 4ot. allegans. Ibidem pagina 577. b. & Königius 1666. in folio eandem eſſe ſcribens. Neutrum horum auctorum novit *Ricciolus* in Chronologia ſuo Almageſto præfixa; neque *Voſſius* de ſcientiis Mathematicis.

(1347. δ CCXIV.) *Cœleſtis* GLOBI *compoſitio* J. S. auctore, cum ejusdem *Tabula Stellarum fixarum verificata* ad annum C. 1550. pag. 249. & ſeqq. *Coſmographiæ Appiani* & aliorum Antvverpiæ in 4to. 1548. editæ legitur, quam eſſe *Joannis* SPANGENBERGII *Herdeſiani*, apud Nordhuſanos verbi divini Miniſtri colligo ex eo, qui in eodem volumine p. 348. habetur, Tractatu, *de Fabrica Baculi Aſtronomici, vulgo Jacobi* dicto, ubi adſcribitur *Jo. Span.* qui tractatus de Baculo Jacobi extat in Spangenbergii hujuſce *Computo Eccleſiaſtico in quæſtiones redacto, manu, ſcalis, rotulis & figuris illuſtrato*, Vitebergæ 1546. in 8. edito, quem librum inter ſcripta hujus auctoris, pag. m. 416. enumerata *Geſnerus* male omiſit. Illius fol. G. (nam paginas numeratas non habet) hujuſce fabricæ deſcriptionem leges.

Ricciolus & *Voſſius* iterum & hunc ignorant Mathematicum.

(1347. ε CCXV.) *Exegeſis fundamentorum* GNOMONICORUM, *ubi præter alia traditur novus modus deſcribendi Lineas Ellipticas, parabolicas atque hyperbolicas in quocunque plano.* Ingolſt. 1615. 4. *Chriſtophori* SCHEINERI *Jeſuitæ Germani* ſcriptum anonymum memoratur *Alegambe* & *Sotvello*, pag. 145. Vide ſupra dicta n. CCV.

(1348) INVENTA *nova, exhibita Pariſiis Societati Regiæ ſcientiarum*, a D. T. videre eſt in *Actis Erudītor. Lipſienſ.* Ao. M. DC. LXXXII. a pag. 364. usque ad pag. 365. Detecta quod ſint *Ehrenfr. Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in Indice decennii prioris alphabetico.

(1348. α CCXVI.) *Tabula* LONGITUDINUM *ac* LATITUDINUM *Planetarum, ad Meridianum Lovanienſem*, *edita* Lovanii à Gilberto Maſio 1528. in 4. teſte *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 342. & *Franc. Sweertio* Athen. Belg p. 323. ſunt *Henrici* BAERSII alias VEKENSTYL, Mathematici & Typographi Lovanienſis, quod idem confirmat *Voſſius* de ſcient. Mathemat. cap. 36. p. 168. § 4. alia ejusdem ſcripta etiam memorans.

(1349) *Nova Methodus determinandi* MAXIMA & MINIMA, Auctore D. T. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* Ao. M. DC. LXXXIII. a pag. 122. usque ad pag. 126. Detecta quod ſint *Ehrenfr. Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in Indice decennii prioris alphabetico.

(1350) *Nova Methodus* pro MAXIMIS & MININIS, itemque TANGENTIBUS, *quæ nec fractas, nec irrationales quantitates moratur, & ſingulare pro illis calculi genus*, per G. G. L. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* ao. M. DC. LXXXIV. a pag. 467. usque ad p. 473. Detecta quod ſit *Godfr. Guilli.* LEIBNIZII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1350. a CCXVII.) MUSICALIA opuſ-la duo *Litaniarum De nomine JEſu, & Lauretana-n* de Virgine Maria 1638. & 1639. a *Simone* -RENT *Jeſuita Pruteno*, ſuppreſſo nomine ſuo -ita memorat *Alegambe* pag. 422. & *Sotvell.* -g. 742. a.

(1351) G. G. L. *de Novo uſu* CENTRI -RAVITATIS *ad Dimenſiones, & ſpeciatim pro are-nter curvas parallelas deſcriptas, ſeu rectangulis cur-ineis, ubi & de parallelis in univerſum.* Exhibita *Actis Eruditor.* ao. M. DC. XCV. a pag. 493. -que ad p. 495. Detegitur quod ſit *Godofredi -ilielmi* LEIBNITII, in indice alphabetico illius -ni.

(1352) G. G. L. de GEOMETRIA RE-ONDITA, & ANALYSI INDIVISIBILIUM -que INFINITORUM; Addenda his quæ di-ſunt in Actis a. 1684. Maji p. 233. Octobr. pag. -4. Decemb. p. 586. Exhibentur in Act. Erud. -ſ. ao. M. DC. LXXXVI. a pag. 292. usque -pag. 300. Deteguntur quod ſint Godfr. Guil. -IBNIZII, in indice decennii prioris alpha-tico.

(1352. a CCXVIII.) *Diſputationem* OPTI-AM *de Iride*, propoſitam in Collegio Romano -aleatio Mariſcotto, anno 1618. inter anony-a *Horatii* GRASSI refert *Alegambe* p. 189. & -*vell.* pag. 351. b.

(1353) *Excerpta* ex EPISTOLA C. H. Z. -G. G. L. i. e. Gothofredum Guilielmum -IBNITZIUM. Exhibita in *Actis Eruditor.* ao. DC. XCIV. a pag. 339. poſteriori usque ad -341. Deteguntur quod ſint HUGENII (*Chri-ni*) Toparchæ *Zeelemii*, in indice alphabetico -us anni.

(1354) G. G. L. *Additiuncula* ad F. H. LICHT-HEIDII *Conſiderationes circa altitudines & veloci-es* PENDULORUM. Exhibita in *Actis Erudit.* -ao. M. DC. XCI. p. 500. Detecta quod -*odfredi Guilielmi LEIBNIZII*, in indice decennii -oris alphabetico.

(1355) MICROCOSMUS *Phyſico-Mathe-ticus*, ſuppreſſo nomine auctoris, Peruſiæ -58. in folio editus, *Franciſco* ESCHINARDO, -mano Jeſuitæ defertur a *Sotvello*, Bibl. Jeſuit. -. 225. a.

(1356) *Methodus* HYDROSTATICA *pro-andi* MINERARUM *æſtimationem.* Exhibita -*Actis Eruditor. Lipſ.* ao. M. DC. XCI. a p. 511. -ue ad pag. 516. Detegitur quod ſit *Roberti* -YLE, in Indice decennii prioris alpha-ico.

(1357) *De ipſa* NATURA *Disquiſitio ad -icum:* Autore R. B. Nobili Anglo, Societatis -giæ Socio, ex Anglico in Latinum traducta -A. M. D. Londini apud Joh. Taylor, 1687. -2. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* ao. *M. DC. -XXVII.* a pag. 190. usque ad pag. 195. De-tegitur quod ſit *Roberti* BOYLE, in indice de-cennii prioris alphabetico.

(1358) G. G. L. *De cauſa GRAVITATIS; & defenſio ſententiæ ſuæ de veris NATURÆ legibus, con-tra CARTESIANOS.* Exhibetur in Act. Eruditor. Lipſ. ao. *M. DC. LXXXX.* a pag. 228. usque ad p. 239. Detegitur, quod ſit Godfr. Guilli. *LEIB-NIZII*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1359) G. G. L. De *LEGIBUS NATURÆ, & vera æſtimatione virium MOTRICIUM, contra CARTE-SIANOS.* *Reſponſio ad rationes* a Dn. P. menſe Ja-nuarii proximo in Actis hiſce pag. 6. propoſitas. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* ao. M. DC. XCI. a pag. 439. usque ad pag. 447. Detecta quod ſit *Godfredi Guillielmi LEIBNIZII*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1360) G. G. L. *Reſponſio ad nonnullas Diffi-cultates, à Dn. Bernardo* NIEUWENTIIT, *cir-ca methodum differentialem ſeu infiniteſimalem motas.* Exhibita in *Actis Eruditorum* Anno M. DC. XCV. *a pag. 310. usque ad pag. 316.* Detegitur quod ſit *Go-thofredi Guilielmi* LEIBNITII, in indice alphabe-tico illius anni.

(1360. a CCXIX OCULUS, hoc eſt, *fun-damentum* OPTICUM; Oeniponti 1610. in 4to. ſcriptum *Chriſtophori* SCHEINERI, *Germani Je-ſuitæ* & Mathematici ſummi anonymum refertur ab *Alegambe* pag. 77. & *Sotvel* pag. 145. Vide *ſupra* num. CCV.

(1361) *Unicum* OPTICÆ, *Catoptricæ & Dioptricæ Principium*, autore G. G. L. Exhibitum in *Actis Erudit. Lipſ.* An. M. DC. LXXXII. a pag. 185. usque ad pag. 190. Detegitur quod ſit *Godfr. Guilielmi* LEIBNITII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1362) ORBIS *Veteris deſcriptio anonyma Græca*, memoratur *Voſſio*, de ſcientiis Mathema-ticis, pag. 284. Latine ſed barbare reddita. Ja-cobus *Gothofredus*, JCtus, Græce cum nova ver-ſione prodire voluit, qui & priorem *verſionem* a *Salmaſio* acceptam, e codice Franciſci Jureti edidit. Notas etiam & prolegomena, in qui-bus de ALYPII *Antiocheni* Auctoris ætate, patria ac Religione, ubertim diſſeruit, adjecit. Idem Gothofredus obſervat, ſi hæc deſcriptio Alypii,, eſt, oportet ut librum eum fecerit, priusquam,, iret in Britanniam. *Brietius* in parallelis Vet. & Novæ Geograph. i. P. l. 1. cap. 3. pag. 1. imme-rito malam fidem & inſcitiam Gothofredo obji-cit. Cum ita loquitur: *Quæ nuper prodiit Græce* (Veteris orbis deſcriptio) *hæretici malam fidem & inſcitiam loquitur.* Quæ poſteriora ex Symbola poſthuma p. m. Dris Medici Matthiæ *Paiſenii*, Civis & amici mei olim amantiſſimi, fato plane ſingulari ad me perlata, etiam attexo. *Ricciolus* in ſua Chronologia, Almageſto præfixa, hunc ignorat Alypium.

(1363) J. B. *Demonſtratio* CENTRI OSCILLATIONIS ex *Natura vectis, reperta occaſione eorum, quæ ſuper hac materia in Hiſtoria literaria Roterodamenſi recenſentur*, articulo 2. menſ. Jun. 1690. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* Ao. M.DC. XCI. a pag. 317. usque ad 321. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLI, in indice decennii prioris auctorum Alphabetico.

(1364) G. G. L. Meditatio nova de natura ANGULI CONTACTUS & OSCULI, horumque uſu in practica Matheſi, ad figuras faciliores ſuccedaneas difficilioribus ſubſtituendas. Exhibita in Actis. Eruditor. Lipſienſ. Ao. M.DC. LXXXVI. a pag. 489. usque ad pag. 492. Detecta quod ſit *Godfr. Guilli.* LEIBNITII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1365) *Relatio de* CONTROVERSIA, *quæ hactenus inter Dn.* HUGENIUM, & Dn. CATELANUM *agitatur de centro* OSCILLATIONIS, collecta ex Ephemeridibus Gallicis. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ. An. M.DC.LXXXIV.* a pag. 416. usque ad pag. 419. Detegitur quod ſit Dn. de CATELAN in indice decennii prioris alphabetico.

(1365. α CCXX.) PANTOGRAPHIA ſive *Ars delineandi res quaslibet per Parallelogrammum lineare, ſive cavum mechanicum mobile, libellis duobus explicata, & demonſtrationibus Geometricis illuſtrata.* Romæ 1631. *Chriſtoph.* SCHEINERO, tanquam anonymum ſcriptum, tribuitur ab *Alegambe* pag. 77. & *Sotvel* pag. 145. b. Vide addita ſupra num. CCV.

(1366) *De invenienda cujusq;* PLANI DECLINATIONE, *ex unica obſervatione projectæ a ſtylo umbræ* per J B. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ. Ao. M.DC. LXXXIX.* a pag. 31. usque ad pag. 316. Detecta eſſe *Jacobi* BERNOULLI, in indice decennii prioris univerſali auctorum Alphabetico.

(1367) G. G. L. *Demonſtratio Geometrica regulæ apud Staticos receptæ, de momentis* GRAVIUM *in* PLANIS INCLINATIS, *nuper in dubium vocatæ: Et ſolutio caſus elegantis*, in Act. Novembr. 1684. pag. 512. propoſiti, *de globo, duobus planis angulum rectum facientibus, ſimul incumbente*, quantum unumquodque planorum prematur, determinans. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ. Anno M. DC. LXXXV.* a pag. 501. usque ad pag. 505. Detecta quod ſit Godfredi Guillielmi LEIBNITII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1368) Jac. *B. Solutio* PROBLEMATIS, LEIBNITIANI, de *Curva Acceſſus & Proceſſus æquabilis a puncto dato, mediante rectificatione Curvæ Elaſticæ.* Exhibita in *Actis Eruditor. A. M. DC. XCIV.* a pag. 276. usque ad pag. 280. Detegitur quod ſit *Jacobi* BERNOULLII in indice alphabetico illius anni.

(1369) C. H. Z. *Conſtructio Univerſa[lis]* PROBLEMATIS, a *Clariſſimo Viro Joh.* BE[R]NOULLIO, ſuperiori anno menſe Majo pr[o]poſiti. Exhibita in *Actis Eruditor. A. M.DC.XC[I]* a pag. 338. poſteriori (nam errore typograp[hico] cum aliis multis duplicato numeratur.) usque [ad] pag. 339. Detegitur quod ſit HUGENII (*Chr[i]ſtiani*) Toparchæ *Zeelemii*, in indice alphabetic[o] illius anni. Quemadmodum & ſuper eoden[.] Problemate mox ſubjuncta

(1370) *Additio* G.G.L. ad *Solutionem* PR[O]BLEMATIS in *Actis A. 1692 pag. 274. propoſi[ti]* Exhibita in *Act. Eruditor. Lipſ. Ao. M. DC. XCIII.* pag. 42. usque ad 43. Detegitur quod ſit LEI[B]NITII (*Godofredi Guilielmi*) in indice alphabet[i]co illius anni.

(1371) PROCLI *Lycii Diadochi Platon[ici]* HYPOTYPOSIS *Aſtronomicarum Hypotheſeon, Gr[æ]ca anonyma Mſta* Bibliothecæ Cæſareæ *inedita* ut abs Joanne *Sambuco*, & Sebaſtiano *Tegnage[l]* ſit in margine annotata, quod eſſet ARISTAR[]CHI SAMII, vide apud Petrum *Lambecium* de Biblioth. Cæſar. lib. 7. pag. 229. ubi tamen do[]cet, Ariſtarchum juniorem integris fere qua[]tuor ſeculis *Ptolomæo*, cujus ibidem fiat menti[o]. Ut adeo inter falſo & erronee, ac revera non[]dum detectos hocce maneat ſcriptum. Vide quæ de utriusque ætate habet *Ricciolus* in Almag[e]ſto ſuo præfixo Chronico ad nomen utrumqu[e] part. 2. p. 42. & 43.

(1372) De QUADRATURA *Circuli*, Tr[a]ctatus, ſuppreſſo nomine auctoris editus, *Fe[r]dinandi* de MONTAGNANA, Germani Ca[r]nioli Labacenſis Jeſuitæ, memoratur a Witt[e]nio, Appendicis Diarii ſui, pag. 188 a. ad 1674. d. 28. May. Quod miror omiſſum a *S[ot]vello*, memorante Biblioth. Jeſuit. p. 205. Or[a]tionem illius auctoris funebrem, in exequiis Fe[r]dinandi II. Cæſaris Labaci dictam.

(1373) *Additamentum Effectionis omnium QUADRATURARUM & rectificationum CURVARU[M] per ſeriem quandam generaliſſimam.* Exhibetur i[n] *Actis Eruditor.* Ao. *M. DC. XCIV.* a pag. 437. usqu[e] ad pag. 441. Detegiturque quod ſit *Johan[nis]* BERNOULLII, in indice alphabetico illi[us] anni.

(1374) G. G. L. *Notatiuncula ad Conſt[ru]ctiones* LINEÆ, *in qua* SACOMA, *æquilibriu[m] cum pondere moto faciens incedere debet, Febru[ario] proximo datas. Et quædam de* QUADRATU[RIS]. Exhibita in *Actis Eruditor. Anno M. DC. XCV.* a p[ag.] 184. usque ad pag. 187. detegitur quod ſit *Go[do]fredi Guilielmi* LEIBNITII, in indice autorum [al]phabetico illius anni.

(1375) G. G. L. Schediasma de *RESIST[EN]TIA* Medii, & *MOTU PROJECTORUM GRAVI[UM] in medio reſiſtente.* Exhibitum in *Actis Erudi[tor.] Lipſ.* Ao. *M. DC. LXXXIX.* a pag. 38. usque ad pag. Detectum quod ſit Godfredi Guilielmi *LE[IB]NI[TII]*

NITII, in indice decennii prioris alphabetico.

(1376) *Demonſtrationes novæ DE RESISTENTIA SOLIDORUM*, autore G G. L. Exhibitæ in *Actis Eruditor. Lipſ. Ao. M. DC. LXXXIV.* a pag. 319. usque ad pag. 325. Detectæ quod ſint *Godfr. Guill. LEIBNITII*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1376. α CCXXI.) ROSA URSINA ſeu SOL *ex admirando facularum & macularum ſuarum Phænomeno varius*, lib. IV. Bracciani apud Andræam Phæum M. DC. XXX. in fol. In hoc opere copioſe pertractat auctor de maculis ſolaribus, de cœli corruptibilitate & liquiditate; de Solis circa proprium axem gyratione, & aliis hujusmodi curioſis quæſtionibus, magna & ſolida eruditione: verba ſunt *Alegambes* p. 77. ubi de ſcriptis anonymis *Chriſtophori SCHEINERI* ſæpius memorati agit: adde *Allatium* Apum Urban. p. 68. ubi vindicare ſibi eundem hoc opere gloriam primæ inventionis Phœnomenorum ſolarium, contra *Galilæum*, quaſi intervertere eandem, & ad ſe rapere ſtudentem narrat.

Adde quæ *ſupra* n. CCV. ex *Ricciolo* excerpta dedimus ſub lit. (b).

(1376. β CCXXIV.) *Ordo novus & Methodus facilior*, *TABULARUM SINUUM, tangentium*, a *CLAUDIO RICARDO Jeſuita Gallo* conſcriptus, etſi nomen ejus haud præferat, aſſeritur ab *Alegambe* p. 82. & *Sotvel.* pag. 154. b. nullo nec formæ, nec loci editionis aut editoris nomine ab utroque addito. Auctorem multa cum laude commendat, a multis ſuis operibus, *Voſſius* de ſcientiis Mathemat c. 16. poſteriori, p. 71. §. 35. *Ricciolus* tamen in Almageſto ſuo præfixo Chronico tantum virum, etſi Jeſuitam, ipſe Jeſuita non memorat: quod merito miror.

(1376. γ CCXXII.) *Novum SOLIS Elliptici Phænomenon* Auguſtæ 1615. in 4. Item

(1376. δ CCXXIII.) *SOLIS Elliptici Phænomenon illuſtratum:* ſeu *Refractiones cœleſtes.* Ingolſt. 1617. in 4to ſcriptis anonymis *Chriſtophori SCHEINERI Jeſuitæ Germani*, ſummique Mathematici accenſentur ab *Alegambe* p. 77. vide ſupra hujus capitis anonymici ſcripti primum, & *Roſa Urſina*, nec non alia, n. 210. 215. 219. h. c.

(1377) *Vera conſtructio Geometrica Problematum SOLIDORUM & HYPERSOLIDORUM*, per *rectas lineas & circulos*, *Auctore* J. B. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* ao. *M. DC. LXXXIX.* a pag. 454. usque ad p. 459. Detegitur quod ſit *Jacobi BERNOULLI*, in indice decennii prioris univerſali auctorum alphabetico.

(1377. α) *SPECILLA CIRCULARIA*, ſive „*quomodo per ſolas circulares figuras fieri poſſint omnis* „*generis Specilla, tam microſcopia, quam teleſcopia* 4. „1656. charta unica ſola, eſt *Chriſtiani HUGENII*; „D. Sam. *Reyhero* P.P. indice mihi coram Kilonii. Eſt *Symbola Normanniana.*

(1378) *Specimen alterum calculi differentialis in dimetienda SPIRALI LOGARITHMICA*, *LOXODROMIIS NAUTARUM*, *& Areis TRIANGULORUM Sphæricorum*: una cum additamento quodam ad *Problema FUNICULARIUM*, aliisq; per J. B. Exhibitum in *Act. Eruditor. Lipſ.* ao. *M. DC. XCI.* a pag. 282. usque ad p. 290. Detegitur quod ſit *Jacobi BERNOULLI*, in indice decennii prioris auctorum alphabetico.

(1379) G. G L. *Supplementum GEOMETRIÆ Dimenſoriæ*, *ſeu generaliſſima omnium TETRAGONISMORUM effectio per motum: Similiterque multiplex conſtructio lineæ ex data TANGENTIUM conditione.* Exhibitum in *Actis Eruditor. Lipſ. Ao. M. DC. XCIII. a pag. 385. usque ad pag. 392.* Detegitur quod ſit *Gothofredi Guilielmi LEIBNITII*, in indice alphabetico illius anni.

(1380) G. G. L. Nova *CALCULI DIFFERENTIALIS applicatio & uſus, ad multiplicem* LINEARUM *conſtructionem*, *ex data TANGENTIUM conditione.* Exhibita in *Actis Eruditor. Ao. M. DC. XCIV.* a pag. 311. usque ad pag 316. Detegitur quod ſit *LEIBNITII* (*Georgii Guilielmi*) in indice alphabetico illius anni.

(1381) Jac. B. De *Methodo TANGENTIUM inverſa*, quousque tum in communis, tum reconditioris Geometriæ poteſtate ſit & non ſit, conferenda cum Schediaſmate *Leibnitiano* Menſis Julii hujus anni. Exhibita in *Actis Eruditor. Ao. M. DC. XCIV.* a pag. 391. usque ad pag. 394. Detegitur quod ſit *Jacobi BERNOULLII* in indice alphabetico illius anni.

(1382) De *GRAVITATIONE & non gravitatione*, *fluidæ & difficiles NUGÆ TORCELLIANI experimenti*, Ανωνύμως primo a *Matthæo* HAYLESIO editas, durius perſtrinxit & poſt deprecatus adulatorie fere *Henr. Morus*, præfatione generaliſſima Operum ſuorum pag. 18.

In vita hujus *HALESII*, ex Anglico Gallica 12. Amſterd. 88. Burneti pag. 118. leguntur inter ejus libros editos huc pertinentes qui ſequuntur.

IV. Difficiles Nugæ, *ou Obſervations, touchant l'Experience de Torricelli, & reſolutions differentes du poids & du reſſort de l'Air.* Octavo.

V. Eſſai touchant le penſenteur, *& la nonpeſenteur des corps liquides, & de ce qui les cauſe.* 8.

VI. Remarques ſur les principes du mouvement naturel, *& en particulier* de la refraction; *& de la* condenſation, *avec* une replique *a certaines remarques, touchant la peſenteur des corps liquides.* 8vo.

(1383) G. G. L. *Supplementum GEOMETRIÆ Practicæ*, *ſeſe ad PROBLEMATA TRANSCENDENTIA*

TIA extendens. *Ope novæ methodi generaliſſimæ per ſeries infinitas.* Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ. ao. M. DC. XCIII.* a pag. 178. usque ad pag. 180. Detegitur quod ſit *LEIBNITII (Gothofredi Guilielmi)* in indice alphabetico illius anni.

(1384) *Appendix adjecta Tomo I. Progymnasmatum TYCHONIS, cum Eclogis Chronologicis, Stereometria, Trigonometria, Logarithmica,* eſt *Johannis KEPPLERI;* obſervante, ex Ephemeridum ejus pag. 1. & Epiſtolis ad Maginum, Joh. *Ricciolo,* Chronici Aſtronomici part. II. pag. 38. col. 1. ad nomen Keppleri. *Symbola* eſt *Normanniana.* Unde anonymam ipſi hanc Appendicem viſam colligo, quod ex Ricciolo intelligere nequibam.

(1385) *Animadverſio in librum* præcedentem recenſitum. *VARIGNONIANUM*, cui titulus: *Projet d' une nouvelle Mechaniq; &c.* Excerpta ex litteris Gallicis En. Abbatis de C. ad - - - Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ. Ao. M.DC.LXXXVIII.* a pag. 414. usque ad pag. 420. Detegitur quod ſit Dn. de *CATELAN*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1386) *Relatio de inſignibus novi cujusdam SPECULI USTORII effectibus, communicata* a D. T. in litteris ad N. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſienſ. Ao. M. DC. LXXXVII. a pag. 52. usque ad pag. 64.* Detecta quod ſit *Ehrenfried Walteri de TSCHIRNHAUSEN*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1387) *Paralipomenon* ad Acta Menſis Januarii 1687. pag. 52. *de SPECULI* cujusdam *USTORII ſingularibus effectibus*, excerptum ex literis D. T. Exhibitum in *Actis Eruditor. Lipſienſ. Ao. M DC. LXXXVIII.* pag. 206. Detectum quod ſit *Ehrenfried Walteri de TSCHIRNHAUSEN*, in indice decennii prioris alphabetico.

(1388) *Singularia Effecta Vitri* CAUSTICI (i.e. USTORII.) BIPEDALIS, *quod omnia, magno ſumtu hactenus constructa ſpecula uſtoria, virtute ſuperat,* per D. T. Exhibita in *Actis Eruditor. Lipſ.* A. M. DC. XCI. a pag. 517. usque ad p. 520. Detecta quod ſint *Ehrenfried Waltheri* de TSCHIRNHAUSEN, in Indice Decennii prioris alphabetico.

(1388. α) TRIGONOMETRIÆ DEMONSTRATÆ IDEA, Oxon. 1654. anonymis ſcriptis *Sethi* WARD, Epiſcopi Sarisburienſis cum aliis una accenſetur à Thoma *Hyde* Cathol. Bibl. Bodlej. lit. W. pag. 248. b. quos damus n. 2098. γ.

CAPUT VIII.

De Scriptoribus MORALIBUS.

(De AFFECTIBUS. v. de *Paſſionibus.* 1441.)

(1389)

DE ANIMARUM IMMORTALITATE liber *Gaſparis* CONTARENI, Veneti Nobilis & Cardinalis, memoratur inter alios ejusdem impreſſos, a *Frehero* Theatri Viror. Eruditione claror. pag. 30. b. & quidem ſuppreſſo nomine ſcriptus, modeſtiæ cauſſa *contra Pomponatium* illius Præceptorem, cum ille impio conatu animas noſtras interire cum corpore, ex Ariſtotelis ſententia, perſuadere contendiſſet, edito nempe ſub eodem titulo libro Venetiis, in 8. 1634. Quod ex Elogiis *Jovianis* num. 100. exſcriptum intellexi ex *Königio,* Biblioth. V. & N. pag. 209. b. Ubi & alia de ipſo Contareno invenias Königio non memorata. Joannes *Caſa* vitam ejus deſcripſit, quam non habeo, ſed edita eſt Florentiæ 1567. Libris tamen Contarenianis a Frehero enumeratis addere poſſum ex Bibliotheca olim Præceptoris mei Philoſophi ſummi, Joachimi *Jungii*, quæ in publica noſtra Johannea extat, *Compendium Philoſophiæ*, Pariſ. ao. 1556. *De Poteſtate Pontificis tradita divinitus* Comment. *Conciliorum magis illuſtrium Summam*, Venet. 1562. in 8.

(1389. α CCXV.) ANTIMACHIAVELLI nomine vulgo inſigniuntur *Commentariorum de Regno aut quovis Principatu recte & tranquille adminiſtrando libri tres; in quibus ordine agitur de Conſilio, Religione, & Politica quam Princeps quilibet in ditione ſua tueri & obſervare debet, adverſus* Nicolaum Machiavellum *Florentinum*, Lauſannæ 1571. 8. 1577. 8. ſine loco impreſſionis, ac iterum Argentinæ 1599 in 4. 8. & 12. item Lugd. Batav. 1647. in 12. recuſi: qui citantur ſub nomine *Innocentii* GENTILETI JCti Delphinatis, olim Toloſanæ curiæ Advoca-

cati , dein Genevenſis Reip. Syndici , (cujus
litum eſt & expreſſum nomen in editione
ni 1580. in 8. teſtante nota marginali *Maſtrich-*
na :) apud *Draud.* Bibl. Claſſ. pag. m. 1169. &
44. eademque ſerie hinc exſcripti ſine dubio
ad *Lipenium* Bibliothecæ Philoſoph. p. 1. b. Et
nen alia editio mihi viſa Urſellis 1599. in 12. Vi-
etiam *Gisbert. Voetium* ſelectar. diſput. part. I. Di-
ıtatione de Atheiſmo, part. 1. pag. 124. & part.
pag. 209. 211. 218. *Pellerum* Politici ſcelerati
pugnati cap. 45. p. 505. quem ſolum hac de
citaſſe contentus eſt Dn. *Geislerus* dec. 1. num. 8.
rm. Conringium in præfatione ad Principem Ma-
iavelli a ſe editum & animadverſionibus nota-
m: ubi judicium Gentileti de Machiavello ni-
is iniquum, acſi ſolidi judicii ne unciam qui-
m haberet, jure merito improbat. *Kecker-*
innum Conſilii de Locis Communibus cap. 1.
l. N. * pag. 2. col. 1. ubi per errorem eum vo-
t *Franciſcum*, cui *Innocentio* prænomen eſt. Qui-
is addit *Syllabum Synod. 21. nota marginalis Norman-*
ına, monens *Alſtedium* etiam Rhetoricor. VI.
g. 275. & nomen & ſententiam Gentileti, ex
ckermanno non nominato ſimiliter refer-
. Extat etiam Gallice ſub titulo : *Dis-*
urs d' Eſtat, contre Machiavel, etſi communiter
iam ab illis ſub nomine *Antimachiavelli* citetur.
Sorell. Bibl. Gallicæ p. m. 71. editionis ſecundæ.
e hac ita *Chytræus* in Epiſtol. ad Joh. Wizend.
ıg. 269. *Cum ſuperiori anno* Commentarios de
gno recte ac tranquille adminiſtrando *ab Inno-*
ntio GENTILETO, *&c. vafri illius & Athei Ni-*
lai Machiavelli *diſcurſibus in Titum* Livium *& Li-*
llo de Principe *oppoſitos, ab amico perluſtrandos ac-*
piſſem, ſtatim deguſtata lectione, avidiſſime & ſum-
a cum voluptatis fructu eos totos evolvi, ac imprimis
e delectabat, quod prudenti & gravi judicio ſelectas
iperii Romani & Gallici hiſtorias lectiſſimas, in certas
luti Claſſes præceptorum prudentiæ politicæ, & Virtu-
m ac Vitiorum Locos communes aptiſſime diſtributas
debam, &c. Poſſevinus vero Bibliothecæ ſuæ To-
o libro 16. cap. 5. p. 403. *Fuit tamen non ita pri-*
m inter Calvinianos quidam, qui cum Genevam auf-
giſſet, librum edidit, quem Anti-Machiavellum,
uppreſſo Nomine *inſcripſit. In eo ex antiquis*
ſtoriis ducit quidem argumenta, quibus Machia-
llus oppugnatur, ſed ubi Machiavellus catholicam oppu-
ıat Eccleſiam, vel ubi occaſio ſeſe dat, facile Machia-
llum blaſphemando æquat & ſuperat. Quare quod
terat uſui eſſe, ac quicquid præmii apud DEum & ho-
ines conſequi ei licuiſſet, ſi in Machiavello confutando
rſtitiſſet, utrumq; perdite perditus amiſit. Quod ſane
æretici fere faciunt, dum antidotis abutuntur non ad
llenda ſed ad tegenda, & ad inſtillanda venena. Ubi
ota iram hominis in ſuperſtitione zelotypi, po-
ſſimum inde magis irritatam, quod idem *Gen-*
letus Examen Concilii Tridentini Genev. 1586. in 8.
lidit: quo concilium illud antiquis conciliis,
orumque canonibus contrarium eſſe, multis ar-
culis contendit : item *Apologiam pro Chriſtianis*
allis Religionis Reformatæ in 8. Genevæ 1598. Idem
ia ejusdem farinæ edidit ſub nomine *Joachimi*
Jacobi Urſini anti Jeſuitæ, de quibus in *Pſeudonymis*
gemus. Vide *Poſſevini* ejusdem *judicium de ſcri-*
is Equitis de la Noüe, Jo. Bodini, Phil. Mor-
næi, & Nic. Michiavelli. Lugd. ao. 1593. in 8.
excuſum.

Adde *Friſium* ad Biblioth. Geſnerianam, p. 263. b. prænomen ignorantem ; & Andreæ a *Naglovice* diſcurſum Politicum de Conſilio, Conſiliario, & Concilio, extantem in Bartholomæi *Keckermanni* Operibus Tom. II. pag. 1280. & ſeqq. inſertum edit. in 4. pag. m. 1311. a. Videatur & Petr. Gregor. *Toloſanus*, Tom. III. Syntagmatis de arte mirabili c. 1. *Spizel.* ſcrutin. Atheiſmi pag. 25. in fine. *Conring.* de Civili Philoſophia, theſ. 8. *Boſius* de comparanda prudentia Civili § 93. pag. 42. ferme ſolam impietatem Machiavelli Gentileto impugnatam ; errores Politicos, quorum tamen non paucos in eo reperire ſit, omiſſos ; ſæpe Andabatarum more quoque pugnatum, & in ſenſum alienum verba Machiavelli detorta ſcribit. Nec vero diſſimulandum hic etiam, prodiiſſe librum huncce *Gentileti* etiam *Germanice* verſum in 8. impreſſum titulo: Regenten-Kunſt / oder Fürſten-Spiegel / d. i. Gründliche Erklärung / welcher maſſen ein Königreich und jedes Fürſtenthum rechtmäßig und ruhſam könne und ſolle beſtellet und verwaltet werden. Abgetheilet in III. Bücher ; nach den dreyen fürnehmſten und nöhtigſten Stücken / welche bey jedem ordentlichen Regiment ſollen wahrgenommen und fortgeſetzt werden. I. von guten Rähten / II. von der Religion. III. von der Regimenter Verwaltung oder Policey. Geſchrieben wieder den beſchreyten Italiäniſchen Scribenten / Nicolaum Machiavellum, Hiſtoricum und Secretarium der Stadt Florentz. Nun erſtmahls dem Vaterlande zum guten durch G. N. verteutſcht / gedruckt zu Franckfurt am Mayn / M. D. LXXX. auctore ſub dedicatione nominato Georgio *Nigrino*, Pfarrherr zu Gieſſen / cujus ex dedicatione pauca (a) damus excerpta, quibus librum hunc primo Gallice ſcriptum, deinde Latine verſum, & alia memorabilia ediſſerit. Editionis alterius Germanicæ Strasburgenſis, & plurium Gallicarum, hoc titulo meminit *Bailletus* Tr. *des Satyres Perſonnelles* Tom. II. p. 129. & ſeqq. Ubi & de memoratis *mihi, Geislero,* & nos ſequente *Deckhero* editionibus, ex *Goldaſto* aliter intelligendo (quem ego nunquam ſuper hac re inſpexi) quæ prolixe refert, huc exſcribere (b) non pigratus ſum, ulteriorem, ſi meretur, ejus rei examinationem B. L. relinquens.

(a) *Georgius* Nigrinus, in der Vorrede ſeiner Regenten-Kunſt / im Anfang.

Wiewohl / Wohlgebohrner Graf / gnädiger Herr / diß Büchlein vor drey Jahren allererſt von einem ſehr erfahrnen und gelehrten Mann / in Frantzöſiſcher Sprach / den bedrengten und übel-geplagten Frantzoſen zur Lehr und Troſt geſchrieben worden / auf welcher Regierung es auch meiſtentheils gericht / weil itzund die Machiavelliſche Satzungē bey ihnen den Platz einbekommen / welche ſo groſſe Zerrüttung etliche Jahr her darinn verurſacht haben. Iſt es doch von frommen und gelehrten Leuten für würdig gehalten und geacht / daß es auch andern Nationen mitgetheilet werde. Darum es ſo bald hernach / für zweyen Jahren nemlich / auch von einem gelehrten wohl-beredten Mann in die Lateiniſche Sprache bracht worden iſt / und von vielen gelehrten in Teutſcher Nation de-
nen

ren es zu Theil worden iſt/ ſo begierlich geleſen/daß es von andern/welchen jene Sprache nicht ſo wohl bekant/ gewünſcht und begehrt worden iſt.

Was aber mich bewegt hat / weil es mehrer Theils politiſche Händel/ und meiner Profeſſion nicht gemäß ſcheinet / daſſelbige ins Teutſche zu bringen/ will ich kürtzlichen Bericht thun. Erſtlich bin ich von guten Freunden darzu erbeten und bewegt worden/welche bey mir eines ſolchen Anſehens und Vermögens/ daß ich ihnen ſolche Bitte nicht wuſte abzuſchlagen / in Betracht deren Urſachen / die ſie darzu bewegt / unter welchen auch dieſe nicht die geringſte ; Es wäre vonnöhten / daß alle Regenten / hohes und niedriges Standes / ſammt ihren Räthen und Dienern / diß Büchlein / ſo gleich als ein Regenten-Kunſt oder Fürſten-Spiegel möge genennet werden / fleiſſig durchleſen und wohl betrachteten/ꝛc.

Dieweil auch der Autor nicht allein von der Policey / ſondern auch etwas von der Religion Meldung thut / und ſonderlich die Papiſten etwas höflich anzäpfft / und auch von Päpſten Exempel fürbracht/ aus Machiavello eingeführet / daraus ihre Tyranney / Kriegsſucht/ Untreu und Antichriſtiſch Weſen/ deſto baß an Tag kommet / habe ich die Verſion deſto lieber an die Hand genommen / weil ich ohne das eben in der Arbeit bin / der Päpſten Hiſtorien zu ſammlen und an Tag zubringen / nicht etliche ihrer Practicken/ wie hier geſchicht / ſondern die meiſten zu entdecken. Darum hab ich mich auch weniger geſcheuet un gefürcht meinen Nahmen bey der Dolmetſchung zubekennen. denn die Vorigen ſo es in andern Sprachen geſchrieben / weil dieſelbigen an ſolchen Orten und Enden leben / da ſie ihres Leibes und Lebens / der Päpſtlichen Tyranney halben täglich in Gefahr ſeyn müſſen.

(b) Des Satyres Perſonnelles, *Tom. II. pag. 129. & ſeqq. Un ouvrage anonyme , & qui ſe trouve non ſeulement en* Latin, *mais en* François, *& en* Allemand *dans les traductions diverſes de cet ouvrage.*

Les autres Editions en noſtre Langue portent tout net & ſans paraphraſe le titre d' Anti-Machiavel; *& le* ſieur de la Croix du Maine *ſemble inſinuer même , que ces editions Françoiſes ne ſont pas en petit nombre. Pour l'* Anti-Machiavel Allemand *je n'en ay pas eu la curioſité de la remarquer.*

Les editions Latines *faites en Allemagne & en Hollande , ſont entre le mains de tout le monde. Mais il ne faut pas s'imaginer , que ce ſoit au merite du Livre plutoſt , qu'à la prevention generale des eſprits contre Machiavel, que l'on doive attribuer la multitude de ces editions.*

Le Livre dépoüillé des circonſtances de l'Adverſaire qu'il refute , eſt la production d'un Calviniſte zelé , mais d'un mediocre Sçavant & d'un tres-petit Politique , au jugement meſme des Proteſtans : & je ne pretens pas m'oppoſer à l'opinion commune , qui veut , que ſon Auteur ſoit un Huguenot du Dauphiné *nommé* Innocent Gentillet, *qui fut d'abord Avocat plaidant au Parlement de Toulouſe , & depuis Syndic de la Republique de Geneve.* La Croix du Maine *pretend neanmoins , que l'Auteur de l'Anti Machiavel François , eſt une autre perſonne de meſme ſurnom qu'il appelle* François Gentillet Dauphinois, *& qu'il qualifie de Preſident en la Chambre de l'Edit de Grenoble. Mais il eſt aiſé de reconcilier la* Croix du Maine *avec les autres , en convenant d'une legere erreur dans le nom.*

Il ſe preſente une autre difficulté , dont je n'attens l'éclairciſſement que de ceux , qui ont vû tous les Ouvrages , que Gentillet a écrit contre Machiavel , & qui ont examiné les éditions differentes de l'Anti-Machiavel. M. Geisler, *M.* Placcius, *& M.* Deckerrus *nous parlent de l'Anti-Machiavel , comme d'un Ouvrage , qui ne porte pas le nom de ſon Auteur , & les Deux premiers nous diſent nettement , que l'Anti-Machiavel a pour titre* Commentariorum de Regno & quovis Principatu recté & tranquille adminiſtrando libri tres , in quibus ordine agitur de conſilio , religione , & politia , quam Princeps quilibet in editione ſua tueri & obſervare debet. *Mais vous aurez tout preſentement le divertiſſement de voir deux choſes , que je ne trouve pas dans l'opinion des trois Meſſieurs d'Allemande que je viens de vous citer. Ce ſont les premieres édition de ce Livre, continua* M. de Rintail *en ſe levant, ſur leſquelles je veux avoir le témoignage de vos yeux.*

Il nous donna auſſi-toſt trois formes differentes du Livre dont il s'agiſſoit , & qu'il ſembloit avoir ramaſſées à deſſein , à M. de Brillat *un in* quarto, *à* M. Bertier *un in* octavo , *& à moy un in* duodecimo. *Monſieur de* Saint-Yon *de ſon coſté ſe ſervant de cet intervalle de lecture , alla prendre à la tablette un* Geisler , *un* Placcius, *& un* Deckerrus, *qu'il connoiſſoit d'ailleurs : & M.* Bertier *prenant la parole.*

Ce n'eſt pas , dit-il, *un* Anti-Machiavel, *que vous me faites voir. Il eſt vray que je lis : le Titre du Livre n'eſt pas anonyme , comme vous le dites (il parloit à M.* de Rintail. *) J'y trouve le nom d'*Innocent Gentillet, *qui y eſt qualifié de Juriſconſulte. Le titre m'apprend à la verité , que l'Ouvrage eſt écrit contre Machiavel. Mon Edition eſt celle de l'anno 1571. faite à Lauſanne ; mais où eſt donc le nom d'Anti-Machiavel dont il s'agit icy ?*

La mienne , dit M. de Brillat , *en parlant d'édition , eſt de l'an 1599. à Strasbourg , je demande comme* M. Bertier, *en quoy le Livre , qui porte le nom de ſon Auteur , eſt un Ouvrage anonyme , & ſi c'eſt à la teſte ou à la queuë qu'il eſt ſtigmatiſé du nom d'* Anti-Machiavel ?

Monſieur *de* Rintail *voulut m'écouter à mon tour ſur mon Edition , qui eſtoit encore differente , & voyant que je parlois comme les autres : Vous avez donc remarqué ,* Meſſieurs, ajoûta-t-il , *les deux choſes dont je voulois vous divertir , le titre de l'Anti-Machiavel, & la qualité d'Anonyme , que vous n'avez point apperſûë dans vos Editions , & que* Monſieur de Saint-Yon *vous montre dans les Auteurs que je vous avois citez d'abord. Nous avouërons donc , pour ne contredire perſonne , que l'invention de l'Anti-Machiavel eſt poſterieure aux premiéres éditions des trois Livres de Gentillet contre Machiavel ; & que s'il eſtoit vrai que Meſſieurs* Geisler *&* les autres , *que J'ay citez , euſſent pris un peu trop à la lettre ce que* Melchior Goldaſt *a dit , que l'Anti-Machiavel Anonyme eſtoit l'Ouvrage de* Gentillet , *ſous pretexte que celuy-cy a écrit en ſon nom contre Machiavel , nous ſerions libres de ne les pas confondre. Croyez moy ,* Meſſieurs , *& conſultez les éditions de l'an 1630. à Strasbourg in 12. & de l'an 1647.*

47. *à Leyde en Hollande, & elles pourront lever vos* *ifficultez.*

Au reſte la conſideration de Gentillet *ne meri-* *it pas trop que nous entraſſions dans un ſi grand dé-* *il, & ce qu' il a écrit contre Machiavel, meſme* *rs des prejugez de ſon Calviniſme, n' eſtoit pas ſi im-* *rtant au jugement de* Boëcler, *de* Boſius *ſon fidele* *ſecret copiſte, & de diverſes autres perſonnes, qu'il* *lût luy faire autant d' honneur qu' à des Ouvrages* *ui ſe font diſtinguer.*

(1390) ARISTOTELIS POLITICO-UM *interpretatio Latina*, in editione Heinſia-a, *Lugduni* 1621. in 8. prodita cum Paraphra- ejus & repetita *Jenæ*, quod ſit, quantum ad riores libros, Oberti GIPHANII, quod ad oſteriores, *Joh. Geneſii* SEPULVEDÆ, meoratur in Heinſiana præfatione; quæ cum a enenſi editione ſit male omiſſa, tanto magis hic emorari ut anonyma debuit. Sed illa editio tiam aliis modis eſt mutila: non ſecutis in tituo promiſſis notis editoris Severini Chriſtopho- *Olpii*, Profeſſoris Politices in eadem Academia Jenenſi. Vide Introductionem *Conringianam*, alias etiam multis nominibus lectu dignisſimam, editioni Politicorum Ariſtotelis ſuæ in 4. elmſtad. 1656. additam cap. 9. pag. 647. ubi aſce duas verſiones fideliſſimas, & Ariſtotelis octrinæ preſſe inhærentes, at alioqui huc pernens nihil memorat. Vide *ſupra* de Antiqua nova Politices, & aliorum Ariſtotelis librom, interpretatione *n.* CXC.

(1391) BASILICA, ſeu *Regia* SCHEDA *ræca*, olim in Italia impreſſa, dubitanter adodum *Manueli* MOSCHOPULO, ex conjeura tribuitur per *Geſnerum*, Pandectar. de rammatica titulo XX. §.3. fol. 36. a. Unde anoyma in *Symbola Normanniana* habetur, additurque enetiis 1527. impreſſa. Cujus (a) ut & *Geſneri*) verba ipſa exhibeo, ut inde colligat B. L. uantum poteſt. v. plura in *Pſeudonymo* Baſilio.

(a) Symbola Normanniana n. 286. *heda Regia* (βασιλικη) *impreſſa olim Venetiis* 1527. *cujus pars de* conſtructione *recuſa Lutet.* 1545. *ſcripto ut Dn. Placc. p.* 158. *obſervat* Manuelis Mohopuli *nomine, cui ex conjectura & tribuit* Geserus *Pandect. Gramm. Tit. XX.* 3. *Unde apparet priumᾀνωνύμως prodiiſſe.*

(b) *Conradus* Geſnerus *in Pandectis ſive* *artitionibus univerſalibus de Gramm. Tit. XX.* §. 3. cheda Baſilica, *id eſt, regia, alias liber regius, cu- s autorem puto* Manuelem Moſchopulum: *im- eſſus opinor olim in Italia: nuper quædam ex eo ad nſtructionem pertinentia Lutetiæ publicata ſunt a* Rob. tephano. *Extant etiam Scholia in eum Græca.*

(1391. α) BIBLIOTHECA POLITICA *ntracta*: plagulis ab R. usque Y. quinque octerionibus conſtans, impreſſa *junctim una cum Biliotheca curioſa*, de qua *capite proxime ſequente* num. 431. quam patet *Joh. Andreæ* BOSII eſſe; ſi conratur cum *Iſagoge de comparanda Prudentia & Eloquentia Civili*, anno ſequenti edita in 4. Imo hic quoque §. 73. citat ſe *de Notitia Imperiorum* cap. I. Adduntur notæ alicubi, (ut R. 2. col. 1. §. 12. &c.) alterius editoris in margine. Teſtatur etiam mihi per Epiſtolam amiciſſimus Conſultisſimusque J. U. D. Caſparus *Thürmannus* 24. Octobr. 77. ſe vidiſſe MSta hujus libri, & dubitaſſe an eſſent Boſiana, ſed inſpecto de Notitia Imperiorum opere, dubitare deſiiſſe.

(1392) *De* BRUNSUICENSIS, *Ducis itinere, ad Conventum Electorum Collegialem Ratisbonam, Conſultatio anonyma* 1621. extans apud *Lundorpium* Tom. II. Actor. publicorum, pag. 1631. & ſeqq. *Eberhardi a* WEIHE fuiſſe putatur *Hippolitho a Lapide* pſeudonymo, ſuo loco detegendo diſſertationis de ratione Status in Imperio part. I. c. 5. pag. m. 380.

(1393) *Guilielmi* BUDÆI *de contemtu rerum,, fortuitarum liber, cum annotationibus docti cujusdam,, (Jacobi* TUSANI opinor) impreſſus Argento,, rati in 8. 1529. *Verba* ſunt *Geſneri*, Bibliothecæ ſuæ pag. 287. col. 2. quorum Parentheſin *Friſius* & *Simlerus* omiſere.

(1394) *Diſſertatio de* PRINCIPIIS JUSTI & DECORI, continens Apologiam pro Tractatu Clariſſimi *Thomæ Hobbii* de Cive, Amſtelodami, Ao. 1651. in 12. ἀνωνύμως prodiit. Hujus autorem eſſe *Lambertum* VELTHUSIUM, Bibliopolarum Heidelbergenſium fidem ſecutus tradit Nicol. *Arnoldus*, in ſupra laudata Epiſtola ad Theologos Ultrajectinos. Nec in hac æque ac in illa ſuperiori imputatione falſus fuit. Quandoquidem in operibus conjunctim latine in 4. Roterodami 1680. ſpiſſo ſatis volumine proditis part. 2. a pag. 955. usque ad 1013. hæcce *Diſſertatio Epiſtolica* nunc exhibetur. Ubi tamen annotat Ampliſſ. Syndicus Bremenſis *von Maſtricht*, deſiderari ejus Specimen refutationis Crellii de Satisfactione Chriſti quod prodiit Trajecti ad Rhen. 1642. in 12.

(1394. α) DEFENSIO CIVILIS & MILITARIS *innocentium Eccleſiæ* CHRISTI: ſive *La Defenſe civile & militaire des innocens & de l' Egliſe de Chriſt:* anonyma ut fuerit imputata *Carolo* MOLINÆO falſo, cum eſſet *Hugues* SUREAU ſive *Hugonis* SORELLI ROSERII v prolixe apud *Baylium* Diction. pag. 968. 969. Tom. II. cum fato & fortuna ac argumento libri, & aliis notabilibus.

(1394. β) Ex DIONIS CASSII lib. 38. hiſtor. Rom. *oratio* C. JULII CÆSARIS, *pace an bello cum hoſte reip. agere* ſit utilius, *cum* NOTIS POLITICIS anno 1610. 4. Suo exemplari *Goldaſtus* adſcripſerat notarum auctorem *Petrum Cornelium* BREDERODIUM, J. C. & ordinum Hollandiæ Agentem. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*: Quam memoratu digna, hic poſt B. Placcii obitum inſerta demum, ſequens comitatur, alios ejusdem ſcriptoris tractatulos inter Theologos locum forte melius meritos exhibens his verbis Belgicis, verſioneque ſubjuncta:

BREDERODIUS, Petrus Cornelius.

Gelyk onder andere getoont is van BRE-
„DERODIUS (*tegen* Roſvveidus *en* Beca-
„nus *de ſervanda hæreticis fide*) *geſant van de*
„*vereenigde Nederlanden aen Palsgraef en de*
„*Proteſtantiſche Prinzen in Duytsland, want die*
„*wordgeſegt te zyn den* AUCTEUR *van de re-*
„*præſentatie der algemeine vreede en van de daer-*
„*op gevolgde verdeding der geconfoedereerde tegen*
„Becanus. *Simon* Oomius *in ſyn diſſert. van*
„*de practyk der Theol. in de inleiding. pag.* 227.
„*b. fin.*

Id eſt:

Quemadmodum inter alios demonſtravit *Brederodius*, (contra *Roſweidum* & *Becanum* Jeſuitas, de hæreticis ſervanda fide) Fuit is Legatus fœderati Belgii ad Electorem Palatinum & Principes Germaniæ Proteſtantes. Dicitur hic eſſe auctor *repræſentationis Pacis Generalis*, & *hanc inſecutæ defenſionis contra Becanum* &c. Fuit hic *Brederodius* ordinum Fœderati Belgii ad Germaniæ Principes Legatus Ordinarius, Dionyſio Gothofredo conjunctiſſ. ſcriptis multis clarus. Vide Valerii Andreæ Bibliothecam p. 729. & ſeq.

(1395) *Directorium* AULICUM, *de Ratione Status in Aulis Imperatorum*, *Regum*, *Principum*, *aliarumq; Perſonarum illuſtrium obſervanda*, *Tractatus ſingularis*, *ex itineribus variis*, *aularumque frequentationibus annotatus*, & *in uſum publicum nuperrima vice editus* 12. Hagæ Comit. 1687. Idem eſt, qui *Curioſi Aletophili* Tractatus *Politico Hiſtoricus* DE MORIBUS, *ritibus* ac CEREMONIIS IN AULIS *Regum* & *Principum Legationibus*, *congreſſibus* & *Conventibus magnatum uſitatis* &c. 12. Coſmopoli 1687. in foliis inſcriptus, *Hiſtoria Moris Civilis*, *ſeu aulici*. A quo *poſteriori* tractatu differt *prior* in paucis. Imo *Directorium* poſtremo editum, *imperfectius* & *caſtratum* eſt notabilibus multis, altero contentis; licet majori typo editum polliceatur plurium contenta. Intelligi vero ſolum debent hæc de *parte priori* Directorii. Nam *pars altera nova* eſt tota, nec Aletophili opere continetur: ſed præter cæremonias præcepta rationis ſtatus habet, ſeu vitæ. Auctor utriusque Profeſſor Publicus Altorfinus celeberrimus *Joannes Chriſtophorus* WAGENSEILIUS eſſe Ao. 1690. mihi a Dno J. U. Lic. Georgio *Schrötering*, multis argumentis, hic non recenſendis affirmabatur. Interim accreditur facile civi & amico meo optimo, & per culta illic aliquot annis ſtudia conſecuto cum laude gradum Licentiati. Adde *Rachelii* Introd. ad jus publicum p. 34.

(1395 *a* Olim additorum ad Cap. VIII. *De Politicis* num. DXCI.) DISQUISITIONES *Politicæ*, ſive SEXAGINTA *Caſus Politici*, *ex omni hiſtoria ſelecti*, Hagæ Comitis 1650. in 12 prodiere, ac poſtea iterum ſunt recuſæ Gallice, lectu plane digniſſimæ. Eas *Marco Zuerio* BOXHORNIO deberi, compertum ſibi, cum in Batavis detegeret, ſcribit Dn. *Gerh. von Maſtricht*.

Diſquiſitiones hæ Politicæ, ſeu LX. Caſus, Hagæ Com. 1650. ed. Erfurti 1664. in 12. recuſæ inter varios *Boxhornianos* tractatus Politicos Amſtelod. 1663. conjunctim, ejus nomine *præfixo*, poſtea collocatæ ſunt, etiam Germanice verſæ ſub titulo Europæ auffgedeckte Wunden interprete Nic. Joh. BENNICK, Francof. 1653. in 12. Gallico dein titulo *Recherches Politiques tres-curieuſes tirées de toutes les Hiſtoires tant Anciennes, que Modernes* in 12. Amſterdam 1669. interprete François *Savinien d' Alquie*, docente *Symbola Schröteringiana*.

(1396) EPICTETI PARAPHRASIS, a Merico Caſaubono *Gr. Lat.* edita, quæ & editioni variorum notis auctæ in 8vo. Lugd. Bat. 1670. adjuncta eſt, NILO tribuitur *in Bibliotheca Patrum*, & inde exhibetur latina ſolum a *Spizelio*, in literato ſuo feliciſſimo. Vide indicem titulor. præmiſſum & ſubjectum, & pag. 436. ſelectorum monumentorum, ubi hæc leguntur præmiſſa (a) in fronte partim, atque margine exhibitæ illic verſioni Latinæ, multum a Caſaubonio textu diverſæ, Capitibus integris inſertis aut omiſſis, & retentis Epicteti plusculis merito expungendis. v. in Pſeudonymis *Nilus*.

(a) Theophilus Spizelius in Coronide poſt literatum feliciſſimum pag. 406. Epictetus Chriſtianus *ſive* Enchiridium Epicteti, *a B.* Nilo *Conſtantinopolit. reformatum*, *conciſum*, *interpolatum*, & *ablatis ethnicismi nævis*, *hominis piedocti*, & *ad ſinceræ virtutis ſtudia converſi uſibus accommodatum*. *Extat Tomo XXVII. Bibl. Max. fol.* 231 *ſeqq.*

Ibid. in margine: *Quæ ſuperſtitioſa in* Epictet Enchiridio, *vel idololatriam ſapiebant*, Nilus *delevit*, *imo* & Socratis *nomen ſuſtulit*, Paulique *ſuppoſuit Apoſtoli*, *atq; omnino Chriſtianum effecit*.

(1397) GALLIA VINDICATA. In qua, teſtimoniis exemplisq; Gallicanæ præſertim Eccleſiæ, quæ pro Regalia & quatuor propoſitionibus a *Ludovico Maimburgio* aliisque producta, ſunt, refutantur. Anno 1688. in 4to. conſtat, plagulis 119. Autor hujus operis eſt illuſtriſſimus Dominus *Cœleſtinus*, ex Marchionibus de SFONDRATI Mediolanenſis, S. Rom. Imp., Princeps & Abbas S. Galli, cujus *Regale Sacerdotium* ſub *Eugenii Lombardi* nomine editum in Actis Ao. 1685. pag. 376. ſeqq & tractatum anonymo, Lavardini in cauſa Romanæ legationis Advocato, oppoſitum nuper admodum in Actis Ao. 1689. pag. 278. ſeqq. recenſuimus. (a) Præſentis libri ſcopus ex præfatione ſatis eluceſcit, quæ tota Maimburgium perſtringit.

Verba ſunt ex *ſupplem. III.* pag. 118. *Actor. Erudit. Lipſienſ.* promiſſo dato Anno 1689. pag. 278.

(a) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1689. p. 278. *Autor hujus tractatus*, (Legationis Marchioni Lavardini Romam) *qui nomen ſuum ſuppreſſit*, *eſt illuſtriſſimus Dn.* Cœleſtinus, *ex Marchionibus de* SPONDRATI, *Mediolanenſis*, *S. R. J. Princeps* & Abbas St. Galli; *cui etiam* Regale Sacerdotium *debemus*, *ſub* Eugenii Lombardi *nomine paucis abhinc annis editum* & *in Actis noſtris menſe Auguſto 1685 memo*

memoratum, nec non Galliam vindicatam, *cujus recenſionem ad aliud tempus reſervamus.*

(1398) GERMANIA MILITE DESTITUTA, *& Literatis ſua ceu mole laborans*, autore Germano, Germana fide, Germano in Patriam amore, Germanos veteres redivivos ſiſtente, Modernos ſopitos excitante. *Galea Reipublicæ unicusq; nervus validus arma literis decocta.* Cosmopoli, apud Theodorum Eleutherium. M.DC. LXXVII. in 12. pag 81. non inficete ſcripta imputatur GRUNEWALDO neſcio cui, ab Epiſtola mihi amica manuſcripta d. 3. December. 1678.

(1399) GERMANIÆ RESP. quæ in minoribus illis, apud Batavos in 24. editis, extat 1632. ſine Auctoris nomine, *Marco Zuerio* BOXHORNIO adſcribitur, in *Catalogo librorum* ipſius *Epiſtolis præmiſſo.*

(1400) INDEX *in libros* GROTII, de *Juri belli & Pacis*, ſcriptus in uſus ſtudioſorum, qui privatim audiebant eos explicari a *Johanne Henrico* BOECLERO, a. 1657. editus ſine nomine auctoris, Amſtelodami 1670. & ſecunda vice Jenæ 1673. in 4to. recuſus memoratur apud Johannem *Schefferum*, Sueciæ Litteratæ pag. 297.

(1401 CCXXVI.) HARPOCRATES ſive *de recta ſilendi ratione*, Lugduni 1603. Libellus in 8. editus extat elegans, nomen auctoris præfixum quidem non habens, attamen Dedicationi ſubjectum *Hyppoliti* a COLLIBUS, aliis ſcriptis notiſſimi JCti, cujus vitam deſcribit *Melchior Adami*, inter vitas JCtorum Germaniæ p. 451. & ſeqq. additque ſub finem ſine ſuo nomine publicaviſſe ſcriptum hoc auctorem. In eo non modo ſilentium commendatur, ſed & de recte loquendi virtute plurima ſcite præcipiuntur.

Libellus ipſe centum eſt paginarum, & omnino lectu dignus. An exemplaria plane ſine ullo nomine aliqua prodierint, vel tantum ob ipſi titulo non factam nominis adſcriptionem Melchior *Adami* anonymum voluerit, non dixerim, etſi *Freberus* ſine nomine ſcriptum reperiit, pag. 990. Theatri ſui, ſed ex Melchiore Adami.

(1402) G. V. M. *Diſſertatio* de SANCTITATE *ſummi* IMPERII *Civilis; qua examinatur, an ſummo Imperanti, quibusdam in caſibus reſiſtere, eumque imperio exuere, & debellare civibus liceat.* Trajecti ad Rhenum, ex officina Franciſci Halma, Academiæ Typographi, 1689. in 12. paginis 96. cum præfatione paginarum octo, memorata & recenſita certatim auctoribus *Bibliothecæ Univerſalis*, Tomo 13. anni 1689. a pag. 138. (quibus in 8. dicitur recuſa, cum forma meæ ſit in 12mo, attamen adeo magna, ut potuerit etiam in 8. eadem facilitate excudi) usque ad 168. auctore non detecto: quem tamen nominat *Novarum Litterarum* auctor (*Nouvelles de la Rep. des lettres*) Ao. 1689. pag. 353. Mr. VAN DER MEULEN, æque ac Hiſtoria Operum Eruditorum (*des Ouvrages des Sçavans*) 1689. April. artic. II. pag. 115. Ejusdem auctoris memoratur æque paradoxus liber proxime ſequens, ad quem antequam accedamus, operæ pretium eſt, & amica pietas jubet me docere, quam erroneè mecum etiam aliquando hunc librum amantiſſimo meo Patrono Dn. *Gerhardo von Maſtricht* ſæpius laudato & laudando adſcripſerit Anonymus olim detegendus venerabilis Dn *Maſius*, in ſeinem treuen Lutherthum / cujus hic (a) excerpta damus.

(a) *Anonymi (Maſii)* treues Lutherthum, *p. 182.*

Man leſe nur *G.V.M. Diſſertationem de ſanctitate ſummi imperii Civilis, qua examinatur: An ſummo imperanti quibuſdam in caſibus reſiſtere, eumq; imperio exuere, & debellare civibus liceat?* Gedruckt zu Utrecht *in 12. Ao. 1689.* Die *Litteræ initiales* ſollen / nach glaubwürdigem Bericht / *G.* von Maſtricht bedeuten. In der *Præfation* redet der *Auctor* den itzigen König in Engeland an. Seine *Principia* ſind verzweiffelt. Den Urſprung der Königlichen Macht *deriviret* Er aus *Conſens* des Volcks / und darum / ſagt er / nenne Petrus die Obrigkeit eine Menſchliche Ordnung. Man könte aus denen vielfältigen / in Holland zumahlen / *edirten* rebelliſchen Schriften eine gantze *Bibliothecam Monarchomachorum colligiren* / und den *Catalogum* unter dem Titul: *Calviniana pietas erga ſummum Imperium* drucken laſſen. Solche Bücher aber ſind nicht von *Canallie* gemacht / es haben geiſtliche / und weltliche ſich dabey *ſignaliret.* Ihre Namen ſind ſchon gutentheils bekandt / und zweiffle ich nicht / es werde unſer berühmter Herr *Placcius* in Hamburg deren noch mehr entdecken / um ſeine nützliche Arbeit *de Anonymis & Pſeudonymus* damit zu vermehren.

(1402. α) INTRODUCTIO AD SAPIENTIAM. *Enchiridion repurgandis Seculi* hujus *vitiis accommodatiſſimum*, Cantabrigiæ A. 1643. in 16. & juxta exemplar Cantabrigiæ in Anglia olim editum: Hamburgi, Impenſis Georgii Wolfii, Bibliopolæ. cIↄ Iↄc LXVIII. regulis 590. conſtans, absque ulla autoris mentione eſt recuſum; quem tamen *Johannem Ludovicum* VIVEM eſſe, ex tot aliis ejus editionibus, eum Auctorem præferentibus, notorium eſt. Neſcio ſane quare Angli eum indicare noluerint. Ego hanc Cantabrigienſem cum Helmſtadienſi ao. 1615. a Chriſtophoro *Heidmanno* evulgata conferens, nihil diſcriminis obſervavi, ſequente Anglicum Hamburgenſi editore.

(1403) G. V. M. *Defenſio Diſſertationis: de Origine* JURIS NATURALIS, oppoſita *Simonis Henr.* MUSÆI D. & in Academ. Kilonienſi Prof. *Vindiciis Juris Naturalis Paradiſei, contra prædictam Diſſertationem*, nuper editis in 8. Ultrajecti, apud Ribbium pag. 321. memorata in *Bibliotheca Univerſali Gallica* Tom. 9. Ao. 1688. p. 157. eidem Mr. VAN DER MEULEN ibidem adſcripta, huc potius ad Philoſophiam Juris Practici referenda, quam ſupra in poſitivi Juris Tractatibus cap. III. memoranda viſa, defendit Corollarium theſium ſuarum inauguralium,

quo *non habuiſſe legem naturæ protoplaſtos, eo, quia mali nullam habent notitiam*, defendere molitur. Quod Pelagianum *Muſæo* viſum. Qui hoc ſuo labore prævenit excellentiſſimi JCti & Syndici Bremenſis, jam alias mihi laudati, ut amici mei ſummi, & Patroni Dn. Gerhardi *von Maſtricht* inchoatum hujus argumenti librum, in refutanda hac doctrina. Cujus auctoris hucusque prænomen nondum ab auctoribus ante mihi memoratis detectum, ipſe in honoratiſſimis ſuis literis de Anno 1687. d. 21. Nov. Duisburgi datis *Gerhardum* exprimit, Doctoremque Theologiæ Hagæ Comitis memorans addit, edito *de Veritate Religionis Chriſtianæ Tractatu* clarum, & aliis anonymis editis, quæ memoravimus num. 694. *α* & *β*.

(1404) LEGATIO *Marchionis* LAVARDINI *Romam, ejusq; cum Romano Pontifice Innocentio XI. diſſidium; ubi agitur de jure, origine, progreſſu & abuſu Quarteriorum, Franchitiarum ſeu Aſyli &c. Et refutantur rationes a Lavardini Advocato productæ, in libello Gallico, cujus initium*: Si l' Auteur &c. Anno recuperatæ Salutis 1688. in 12. recenſetur hiſce auctorem nominantibus verbis facto initio in Eruditorum *Actis Lipſienſibus* „Anno 1689. pag. 278. Autor hujus tractatus, „qui nomen ſuum ſuppreſſit, eſt illuſtriſſimus „Dn. *Cœleſtinus ex Marchionibus de* SFONDRATI, „*Mediolanenſis*, S. R. J. Princeps & Abbas S. Galli. Vide continuata hæc verba ſupra num. 1397. excerpta (a) Eum Principem Sfondrati, poſtea Cardinalem factum, magna cum ſanctitatis fama mortuum nuperrime ex litteris inclyti Dn. *Magliabecchi* 1696. menſe Decembri ſcriptis intellexi.

(1405) LEODIENSIS REIP. Deſcriptio, quæ in minoribus illis in 24. apud Batavos editis habetur Ao. 1632. *Marco Zuerio* BOXHORNIO adſcribitur in *Catalogo librorum* ejus præmiſſo Epiſtolis, æque ac Germaniæ Reip. de qua ſupra jam idem eſt indicatum. n. 1399.

(1405. *α*) J. M. J. U. L. & P. P. LYCURGUS *Orbem in ordinem redigens*, ſive DE OPTIMO REIPUBLICÆ STATU liber unus. Acceſſit ejudem *De nupera* PACE SABAUDICA & *de indotata Sponſa Burgundica Schediaſma*. Lipſiæ & Gottingæ, Literis Josqueni Woyken 1697. in 8. quod ſit *Joannis* MEYERI J. U. L. & Prof. Publ. patet ex adjuncto Schediaſmate de *Nupera Pace Sabaudica & de indotata Sponſa Burgundica* 12. paginarum, cui nomen auctoris eſt præfixum. Quod cur minus priori 290. paginarum operi voluerit præponere, non dixerim. Niſi quod quando ſtatim initio operis ſcribit, *parum ſe in hac materia verſatum, nec juſtis inſtructum adminiculis &c.* modeſtiæ hoc dedit.

(1406) *De jure* MAGISTRATUUM *in Subditos, & officio ſubditorum erga Magiſtratus*, editus liber in 8. Francof. 1608. memoratur *Lipenio*, Biblioth. Philoſ. pag. 872. & editiones aliæ antiquiores ab *Hyde*, Biblioth. Bodlejanæ pag. 422. a. nempe Urſellis 1608. & Lugd. 1576. in 8. utræque. Additur *du droit des Magiſtrats ſur. ſubjects* editum primo per Magdeburgenſe 1578. in 8. quod quomodo ſibi conſtet cum editione Lugdunenſi, biennio ſane antiquiore non video. Interim appellatur neſcio quo Jure *l' Ecrit de Magdeburg* (ſive ſcriptum Magdeburgicum) ab auctore anonymo, ſuo tempore & loco nobis detegendo, in textu & nota marginali num. 5. quam exhibemus ex libro Roterodami edito 1692. cui titulus: PROJET D' UN DICTION: CRITIQV. pag. 107. Cet Ecrit de Magdeburg a pour titre: De jure Magiſtratuum in ſubditos & officio Subditorum erga Magiſtratus. *Brereley* n'en parle qu'en general, & ſur la foy de ſon *Suteliffus*, qui l' attribuë à BEZE. Hactenus verba illius anonymi. Scriptum ipſum imputatum Reformatis, in Hiſtoriæ Calviniſmi & Papiſmi Parallelæ, Gallice editæ, Tom. II. Vide in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* A. 1684. pag. 22. De illius auctore ſic habet *Symbola Caveana*: De Jure Magiſtratus in ſubditos &c. „non una vice editus liber (eſt mihi præ manibus, „editionis Anno 1589. ſine loco impreſſionis), „quem veriſimile eſt fœtum fuiſſe Fr. HOTTO-„MANNI, JCti tunc Genevenſis. Licet Gene-„venſes, eorumque *Gregales*, ut tam infamis, „libri invidiam declinarent FICLERO, cuidam, „Scriptori Pontificio, adſcribant. Joh. *Deckherrus* ex *Thuani* Tom. II. Hiſtoriar. lib. 51. pag. 969. editionis Hanovianæ M. DVC. hæc excerpta dat pag 89. Junio Bruto ſubjungi Tra-„ctatum de Magiſtratuum jure in ſubditos, & of-„ficio ſubditorum in Magiſtratus, ut manſuetio-„nis ingenii fœtum, meretur. Vide quæ infra „in *Pſeudonymis* ad Junium *Brutum* ſumus daturi, „quæque nunc ſuppeditat *Symbola Maſtrichtiana* hiſce verbis: de jure Magiſtatuum in Subditos & officio Subditorum in Magiſtratum, *prodiit Gallice 1576. apud Joh. Mareſchallum. Lugd. cum. Steph.* Junii Bruti *vindiciis plerumque editum. Auctor de l' Avis aux Refugiez paſſim adſcribit* MAGDEBURGENSIBUS. *In eum inſurgit anoymos* Arnaldus, *in tract. Gallico*, apologie pour les Catholiques, *pag. 50. & ſeq. ſeu cap. 4. Habeo editionem antiquam. 8. quæ Magdeburgi prodiit.*

Ab illo differt credo quem verbis hiſce memorat

Anonymi (Maſii) **Treues Lutherthum.** pag. 245. §. XXI.

Was Arniſæus von dem Buch de officio Magiſtratuum, welches denen Magdeburgern zu geſchrieben wird / gehalten habe: Vulgaris libellus, ſagt Er / qui de officio Magiſtratuum inſcribitur, & *Magdeburgenſibus* adſcribitur a *Gulardo*, in collectaneis rerum memorabil. ſub Carolo IX. Gallorum Rege, parentem ſuum, quaſi vulgo quæſitus aut ſuppoſititius fœtus, laudare non poteſt. De Auctor. Princ. c. 1. p. 3.

(1406. *α* CCXXVII.) *De* MAGISTRATU *Politico* Liber Anonymus ſœpius recuſus, *Andreæ* OSIANDRO Theologo famoſiſſimo vindicatur a *Melchiore Adami* in vita ejusdem pag. m. 238.

38. de Theol. Germ. hiſce verbis: *Editus fuit liquando Liber diverſis in locis de* Magiſtratu Politi-o *ſine nomine quidem Auctoris, ſed quem arrogantia acile prodidit.* Ejus *exordium fuit hoc:* Quotquot actenus ſcripſerunt de Magiſtratu, omnes aut ihil intellexiſſe, aut turpiter aſſentatos eſſe rincipibus.

(1407) *Franciſci* MARINII (Pſeudony-nymi ſuo loco detegendi) *Refutatio*, Juveni octo ---- MOTHIO, quomodo debeatur, x adjecta *Symbola* excellentiſſimi Dn. Chriſto-hori *Schraderi*, Legati celſiſſimæ Domus Lu-neburgenſis ad Dioetam præſentem Ratisbo-enſem verbotenus (a) ſubjuncta damus.

(a) Symbola Schraderiana MSta: De copo Reip. Polonicæ & domo Auſtriaca adver-us Franciſcum Marinium, Polonum, libellus, *uo vir ſummus* Herm. Conringius *ab ineptiis & ca-umniis, quas Diſſertatio Marinii de Scopo Reip. Po-onicæ parturit, vindicatur Anno M.DC.LXV. Sum-tibus Zachariæ Hertelii, Bibliopolæ Hamburgenſis in 2. Hujus libri auctorem eſſe* Mothium *familiarem lim in Acad. Julia meum, nunc ut ajunt, Secreta-ium Regium Danicum (fratrem Comitiſſæ illius de* Ramſœ) *tum cum prodiret libellus, mihi relatum eſt n ædibus Conringianis. Concludit ille refutationem ſtam ſuam his verbis:* Sed ſatis diu ſaxum volvi, ſat rata biberunt. *Ubi vocabulo* Saxum *majoribus lite-is expreſſo voluit alludere ad eum, qui ſub larva* Ma-inii *latet. Ille* Sachs *familiariter mihi fuit cognitus onvictor* B. D. Glaſeri.

(1408) *Disquiſitio de Republica* MON-TROSA, *contra* MONZAMBANO, *ejusque ſeclas*, Germanopoli, 1674. in 12. paginis 58. evera hic Hamburgi apud id temporis viventem dhuc celebrem Bibliopolam, Godfried. Schul-zen edita; cujus eſſet, docuit mox ſecuta Caro-SCHARSCHMIDII, J.U.L. *Disquiſitionis de Re-ublica monſtroſa Defenſio contra Monzambano, & Sa-*muel. *Puffendorffium*, in 8. ſine loco & anno, ne-um editore, typographove etiam revera per undem Schultzium edita, paginis 29. Hic li-er in memoriam etiam mihi revocat lugubre tum conſobrini olim mei, optimi juvenis J. U. Candidati *Joannis Garmeri*, infelicis Patris ſui & vunculi olim mei, Syndici Hamburgenſis, *Vin-entii*, filii, etiam infelicioris nefarie Witteber-æ necati. Cujus literæ 1676. d. 28. Maji datæ unc Licentiatum *Scharſchmidium*, tunc ibi agen-m Ephorum Liberi Baronis a *Frieſen*, ut Com-enſalem ac Præceptorem ſuum, hujusque eris ignoratum adhuc mihi auctorem cum æconio multo detegebant.

(1409) MOSCOVITICÆ REIPUBLICÆ eſcriptio, quæ eſt in minutis illis in 24. edita ugduni Batavor. ao. 1631. anonyma, *Marci uerii* BOXHORNII eſſe detegitur in *Catalogo rorum* ejus Epiſtolis præmiſſo; ut & ante de rmanica jam & Leodienſi dictum habemus n. 399. & 1405.

(1409. *a* CCXXVIII.) OBSERVATIO-NES POLITICÆ *ſuper nuperis Galliæ* motibus 1649. in 4. ſine loco, Typographi vel auctoris nomine prodiere capitibus 17. axiomata Politica totidem, exemplis tum temporis geſtarum in Gallia rerum eleganter admodum illuſtrantes, quibus cum ſæpius perſtringatur *Cardinalis Ma-zarinus*, nomen præponi ſine periculo non po-tuit. Eum librum lectu digniſſimum atque ju-cundiſſimum a *Carolo a* GROTNIZ, *Nobili Pome-rano* profectum eſſe ex *Johannis Schmidelii* obſer-vationibus in M. *Zwer. Buxhorn.* de Imperio Ro-mano diſſertat. 5. p. 298. nobis indicium fecit Dn. Geislerus dec. 1. n. 9.

Confirmat idem *Boſius* in Tiberio elegan-tiſſimum librum, & auctorem peregrinatione & civilibus ſtudiis illuſtrem.

(1410) MYSTERIA POLITICA, liber ſeditioſus, a JESUITIS quando & quem in fi-nem editus, A. 1625. dare libet verbis *Bibliothe-cæ Univerſalis Gallicæ* (a) Tom. XI. 1688. pag. 474 ubi in margine citantur etiam *Mercurius Gallicus* (le Mercure François) illius anni, & *le Merc. Jeſ.* Tom. I. pag. 775. & *Bayle* dictionaire Tom. II. pag. 230. eum docet Jacobum KELLER, Jeſuitam, ex Nicolao *Hartſteinio*, in hoc genere controver-ſiarum etiam agitato.

(a) *Bibl. Univ. Tom. XI. p. 474. En l' an-née 1625.* les Jeſuites *publierent un livre, intitulé:* My-ſteria *&c.* Myſteres politiques ou lettres de quelques perſonnes illuſtres, *dans le deſſeins de rompre la ligue, que divers Princes de l' Europe avoient faite contre la maiſon d' Autriche. Il contenoit* huit lettres *egalement injurieuſes a la France, à l' Angleter-re, aux Venetiens, aux Hollandois, & aux Suiſſes. Dans la derniere, l' Auteur, qui contrefaiſoit le Poteſtant, n' oublioit rien de ce qu' il croyoit être propre à donner une idée mepriſable du Roy* Jaques, *& a ſemer la divi-ſion entre ce Prince, ſon fils & la Princeſſe Palatine, les Seigneurs du Parlement, le Clergé de l' Egliſe Anglicane, & les Miniſtres Puritains.*

(1410. *a*) Diſcurſus de NATURA *veræ*,, NOBILITATIS & DOCTORATUS JURIS,, Auctore G. V. H. Nob. Megapol. Auctorem,, habet Gottlieb von Hagen verba ſunt Excellmi,, *Syndici a Maſtricht*, qui in marginalibus ad Comi-tiologiam Ratisbonenſem allegat *Waltherum de* privilegiis Doctorum pag. 250. de hoc Auctore agentem & nominatim citantem.

(1410. *β* CCXXIX.) PARAPHRASTES GRÆCUS *in Ethica Nicomachia Ariſtotelis*, a Vi-ro Clariſſimo *Daniele Heinſio* primum editus fuit Lugd. Bat. 1607. in 4. una cum interpretatione Latina, cujus auctor eſt ipſe: *Incerto auctori antiquo eximio Peripatetico* tribuebatur in titulo libri editi, cum tamen manuſcriptum, ut ipſe in præfatione refert & *Normanniana hic Mſta* annotatio, ex Chri-ſtiani *Ravii* notis manuſcriptis, ad *Jameſii* Cata-log. Oxonienſ. pag. 38. 373. & 427. ANDRONI-CI RHODII, de quo multa legere eſt apud Stra-bonem lib. 14. & alios, nomen haberet inſcri-ptum; ſed a manu adeo Barbara, ut eidem fi-

dem habere dedignaretur. In editione autem altera, quæ prodiit A. 1617. in 8. *Andronici Rhodii* nomen palam præfixum eſt, cui eandem aſſerere præfatione peculiari *Heinſius* ſategit, argumentum quod antea neglexerat, imo ſibi oppoſuerat, nunc urgens: nimirum barbaram inſcriptoris manum, cujus in ſimplicitatem fucus non cadat, quem videat B. L. *Ea Paraphraſi Ethicæ Ariſtotelicæ multum lucri afferri*, ſane ex vero affirmat Joh. Henr. *Bœclerus* ad lib. 1. Grot. de Jure Belli & Pacis, cap. 1. §. 7. *Naudæus* in Bibliographia Politica ſic de eadem refert, p. m. 15. *Libros* Ethicorum Ariſtotelis *ſuis lucubrationibus illuſtrandos ſuſcepere, quos inter primus occurrit* Euſtrathius, *Græce quidem cum* Aſpaſio, & *nonnullis aliis, editus, & Latine poſtea à Bernardo Feliciano diligenter expreſſus, cui ſe* Danielis Heinſii *ſummi procul dubio Viri diligentia, ſocium non ita pridem adjunxit* Andronicus Rhodius (*aut potius* Olympiodorus) *talem enim appellationem in poſteriori editione conſulto ſortitus eſt, cum in priori ad eodem Heinſio facta*, Lugduni Batavorum *ſub anonymi nomine latens, nulla paſtoritia fiſtula, nullaque adverſa acclamatione exceptus fuiſſet, imo vero avide à cunctis receptus & probatus*. Ubi lapſus memoriæ ſit oportet, quod de *Olympiodoro* memorat, cum ejus nullam unquam in alterutra editione mentionem *Henſius* fecerit.

Et tamen hoc etiam aſſertum firmavit *Colomeſius*, in Cimeliis, pag. 161. clave Epiſtolarum Caſauboni ad pag. 67. atque Henricus Julius *Scheurlius*, Bibliographiæ moralis §. 66. cujus ipſa verba (a) exhibemus: ut videat Lector, annon ea potius *Naudæum* exſcriptum, etſi non citetur, quam auctorem tam ſedulo commendatum etiam probent hic inſpectum. Neque *Colomeſium* vero hic non niſi fide Naudæi ſcribentem accipio, quamvis alioqui ſatis accuratum, & curioſum. Naudæum auctorem non in ſpexiſſe hinc ſcio, quod ipſe in Bibliographia ſua expreſſe ſuam à Bibliothecæ ſua abſentiam excuſat. Cæteroqui *Andronico* illud opus non deberi, probare ſatagit *Salmaſius* in Simplicium pag. 227. usque ad 240. 241. ubi etiam in multis eum a ſententia Ariſtotelis abire dicit. Sed notum eſt, inter hunc & *Heinſium* odium interceſſiſſe vehemens & acre. Quare tanto diligentius ejus ponderanda fuerint argumenta, num quid odio dederit nec ne, diſcuſſuro, juxtaque hac in parte *Conringii* argumenta ponderanda (b) Introductione in Politicam cap. 1. pag. 565. 566. cui aſſentit *Rachelius* (c) Introduct. Moral. cap. 14. p. 136. Præter quos ambos interim etiam Salmaſio ſubſcribit, & *Olympiodorum* pro *Andronico* mavult *Brochmand*, Ethices Hiſtoricæ pag. 55. 56. Adde quod & *Catecuvii* nomen ei præfixum, vocabulum corruptum, ſed unde dubitatum de auctore conſtet, *in MSS.* quodam refert *Bœcler.* in Grot. de J. B. & P. præfat. pag. 12. Quidquid ſit, divinam vocat hanc paraphraſin, & Andronici adhuc, *Buchnerus*, Oratione ſecunda, quæ de *Styli exercitatione* poſt libros de *commutata ratione dicendi* eſt impreſſa pag. m. 764. Hæc ſcripſeram pridem, cum Petri *Baylii* mihi redditur Dictionarium illud nitidum & operoſum, cujus pag. 172 in *Andronico*, legi me perhumana diligentia excuſſum, pro quo beneficio gratias ſedulo hic ago. Nimirum parentheſi poſt verba *Andronicus Rhodius* poſita, quæ nec in Batava, qua tunc utebar, editione nec in Conringiana, quam poſthac contuli apparet, colligit nihil imputari poſſe *Heinſio* niſi Andronici Rhodii, non vero Olympiodori titulum. At amabo, unde in eandem mecum ſententiam incidit Colomeſius loco citato, quando ſcribit *talem enim appellationem in poſteriori editione ab Heinſio habet*. Et quæ illa editio? Addat quæſo id beneficii, quod poteſt, aliquoties de ſuppetenti ſibi ad votum felici librorum copia gloriatus, explicetque de interlinearibus Gloſſis, quas *Scheurlius* in illa editione deſcribit, cui nomen præfixum Olympiodori aſſerit. Ego nunquam niſi duas illas in 4. priorem, in 8. poſteriorem oculis uſurpari meis. Eſt tamen & tertia 1637. in 4. citata *Normanno* in Anonymis num. 1411. Londinenſis. Cæteroqui optarem, omnia mea tam accurate percenſeri, meoſque errores publice exponi, etſi magna cum ignorantiæ vel negligentiæ meæ publicatione, qui fateor, me in hiſce talibus nonniſi incurioſiſſime & invitum plane potuiſſe verſari, ſecus ac Dn. *Baylius* ex profeſſo, & pleno in otio, ac libris affluentes, quorum ego ſumma penuria hic ſæpe premor. Exſcribere locum *Baylii* nil attinet, cum ſit recens in omnium manu. Interim legi debet, ob alia quæ addit ibidem notatu digna.

(a) *Henrici Julii* Scheurl *Bibliographia Moralis*, §. LXVI. Andronico Rhodio *paraphraſta quidem, ſed cum omnibus commentatoribus ſine ulla temeritate conferendo. Is* interlinearibus *ut ita loquar*, Gloſſis *Moralem Ariſtotelis ad Filium Nicomachum doctrinam illuſtrans, uni* Heinſio *abs tota Eruditorum natione debetur: qui ſicuti interpretatione valde docta & accurata ante annos non adeo multos primus omnium in lucem publicam ſcriptorem luculentiſſimum emiſit, ita in altera editione* Olympiodorum *potius quam Andronicum appellare voluit. Nos eum extare (quocunque tandem appelletur nomine) & gaudemus & juventuti virtutis ſtudioſæ de editione ejus gratulamur.*

(b) *Hermannus* Conringius *Introductione in Politica Ariſtotelis, p. 565. & ſeq. Hic enim eſt ille* Andronicus, *in cujus manus quum per ducentos fere annos ſepultorum Ariſtotelicorum librorum αὐτόγραφα perveniſſent, curata ab illo eſt nova eorum editio, iſthoc judicio ut*, Severino Boëtio *teſte*, acutus diligensque Ariſtotelis librorum & judex & repertor *ſit ab antiquitate judicatus. Ex* Ammonio *item diſcimus, eumdem ab Ariſtotele undecimum ſcholæ Peripateticæ Athenis præfuiſſe. Cæterum longe clariorem ſententiam hujus viri noſſemus, ſi certo illius eſſet paraphraſis Nicomachiorum longe quidem elegantiſſima, quam hujus nomine primus & edidit & vertit Daniel* Heinſius. *Nam qui* Nicomachia *pro Ariſtotelico agnoſcit opere, eundem & Politica agnoſcere par eſt. Sed etſi ex* Simplicio *ſciamus, paraphraſi* Andronicum *categorias & alia nonnulla Ariſtotelis illuſtraſſe, hæc vero digniſſima etiam ſit tanto autore: quoniam tamen neq; veterum quisquam neq; recentiorum hanc in Andronicum retulit, ante illum imperitum Librarium, qui Andronici nomen Lugdunenſi Batavorum codici Ms. præſi-*

præfixit; non poſſemus non ἐπέχειν potius quam usque adeo temerario judicio accedere.

Habuit ſane prorſus eandem μετάφρασιν Octavianus Ferrarius: *ut ex opere ejus exoterico conferentibus apparet; ſed plane ἀἰωνύμως. Habuit olim & Diegbus Hurtadus* de Mendoza *ſcriptoris nomine deſtitutam Nicomachiorum paraphraſin, quod ſcribit Conradus* Geſnerus XVI. *Pandectar. volumine. In inſtructiſſima Bibliotheca Florentinæ Mediceaorum, & Bavariæ MSS. Græcis invenire itidem eſt, ibi quidem pluteo LXXX. hic autem codice 145. eorundem Nicomachiorum* incerto auctore *paraphraſin; ut habent indices Bibliothecæ utriusq; dudum editi. Conjicere autem fortaſſis non ſine cauſa licet, cum illam Mendozæ, tum quæ & Florentiæ & Monachii reperitur, eſſe prorſus illam, quam debemus* Heinſio. *Mirum autem ſit, tot in exemplaribus* Andronici *nomen diſſimulari, ſi certo ſit illius. Imo ab Andronico non eſſe illud opus, argumento eſt, quod in paraphraſi l. 1 c. 20. alia invenitur ſententia de libris exotericis, ab illa quam ex Andronico adfert* Gellius, *lib. 20. cap 4. Et vero Andronici nomen falſo etiam referre videtur libellus περὶ παθῶν cum Davidis Hœſchelii Græce editus: Etſi & latine jam dudum illum verſum* Andronicoque *adſcriptum eſſe, liqueat ex Thomæ* Aquinatis *Summæ Theologicæ 2. 2. q. 80. a. 1. obj. quarta, quippe qui Stoica de affectibus animi placita referat non Ariſtotelica. Niſi forte & Andronicus interdum ad Stoicos deflexerit: perinde ut ab Ariſtotelico abiit dogmate, docens, animam aut temperamentum eſſe, aut facultatem aliquam temperamenti comitem: quod ipſi tribuit* Galenus *libro* quod animi mores ſequantur temperamentum Corporis.

(c) *Samuelis* Rachelii *introductio in Philoſophiam Moral. Ariſtotelis, Cap. XIV. pag 136. A Tyrannione exemplaria nactus eſt* Andronicus Rhodius, *undecimus ab Ariſtotele Doctor, qui illa edita in lucem protulit, nobisque, quæ hodie circumferuntur volumina, emendata communicavit. Hæc eſt illa librorum Ariſtotelicorum antiquiſſima fortuna, quæ mihi conjecturam illam ſub finem cap. 8. poſitam ſuppeditavit. Hujus* Andronici *nomine circumfertur* Paraphraſis Græca Ethicorum *noſtrorum, quam primus edidit* Dan. Heinſius, *cujus acceſſit* Latina translatio, *elegans quidem*, non *tamen* ubique fidelis. *Huic editioni junctum videmus etiam libellum περὶ παθῶν ab Hœſchelio ante hac editum ſub ejusdem Andronici nomine. Cæterum quid de utroque ſentiendum ſit, legatur in Cl.* Conringii *Introd. Polit. cap. 1. pagina 566.*

(1411) *Anonymi de* PASSIONIBUS, VIRTUTIBUS & VITIIS *librum*, quem *cum Andronico* Rhodio ediderat *Heinſius*, Lond. 1637. 4. NILI Monachi eſſe autumat *Ravius*, pagina anteliminari *Bibliothecæ Oxonienſis* meæ, ex num. LXVIII. Biblioth. Auguſt. *Hoeſchelii*, ubi Nili περὶ τῶν σπασμῶν i. e. περὶ πάθων ἢ τῆς κακίας memorantur. Symbola eſt *Normanniana.* Editio mea eſt 1617. hoc titulo, adjuncta Ethicorum Paraphraſi in 8. poſt pag. 729. usque ad 761. incluſive.

(1412) *De* PATIENTIÆ VIRTUTE, *Guilielmi* MONTANI, ex Gallico Latinum, haud addito ſuo nomine ut ediderit Viennæ 1644 in 16. *Henricus* LAMORMAINI, Jeſuita Belga, refert *Sotvellus* Bibl. Jeſ. p. 328. a.

(1413) POLITICUM COMPENDIUM bifolium, 8. 1682. eſt *Chriſtiani* WEISII; ut *ſtatiſtica* ejus *allegata* in eodem, & ſymbolum præfixum indicat, & donum auctoris ejusdem quoque mihi confirmavit.

(1413. α CCXXX.) POLITICUS SCELERATUS IMPUGNATUS, id eſt, *Compendium Politices novum, ſub titulo hominis Politici, ſecunda ante hac vice editum atq; impreſſum, nunc notis ubiq; & additionibus ex optimis authoribus ut plurimum deſcriptis, illuſtratum ſtudio* C. P. D. & A. N. Norimbergæ 1663. in 12. prodiit, cujus in præfatione compendium hocce ex litteris C. R. C. B. nonnullis exemplaribus inſcriptis, & præ- & cognomen & officium publicum, & locum illius contineri exiſtimaſſe refert, quod etſi cum ea relatione, quam de Cancellario quodam regionis notiſſimæ mihi fecit Amicus aliquis, omnino conveniat, nondum tamen hac vice nomen ipſum in vulgus propalare ſuſtinui. Litteras autem impugnationi præfixas denotare *Chriſtophorum* PELLERUM, *Doctorem & Advocatum, Norimbergenſem*, jam ante Amicus idem mihi ſignificaverat, quam editio ſecunda multo priore auctior, itidem Norimbergæ 1669. in 8. publicata in conſpectum meum veniſſet. Ipſum compendium ut ſe ſua manifeſta impietate facile refutabat ipſum, ac Atheiſmum aperte prodebat: ita notæ doctiſſimæ ſua tamen varietate ac utilitate jucundiſſima non immerito probandæ, Lectorem haud ſolum invitant atque demulcent, ſed a contagio quoque ſceleſtiſſimorum conſiliorum inſtar amuleti præſervant: neque nunc *Chriſtophori* RAPPE ſeu RAAB, ut ſcribit hic Gerh. *a Maſtricht, Cancellarii Boruſſi* nomen, tot amicorum Symbolis, & fama notorium pene factum, ulterius amplius occultare.

(1414) PRINCEPS IN COMPENDIO, 1632. Viennæ in 16. editus, quid libri, & quod glorioſiſſimæ vel hoc nomine memoriæ Imperatoris FERDINANDI III. ſit, ſymbolum conferente fratre LEOPOLDO WILHELMO P. *Lambecius* Bibl. Cæſar. lib. 2. pag. 73. & amplius etiam p. 1003. addit. 3. nos edocet, cujus verba ipſa merito ad gloriam Auſtriacæ Domus (a) hic damus.

(a) Petri Lambecii Comment. de Biblioth. Cæſ. Lib. II. Cap. IV. pag. 73. & 74. Scholion. *Plura* de Imp. Auguſti Rationario ſive breviario Imperii *vide apud Julium Cæſarem* Bulengerum, *libri ſecundi de Imperatore & Imperio Romano, capite duodecimo; ut & apud* Arnoldum Clapmarium, *de Arcanis Rerumpublicarum, lib. 5. cap. 14. &* Jacobum Gutherium *lib. 1. de Officiis Domus Auguſtæ Publicæ & Privatæ cap. 2. Conſulendus inſuper eſt gravisſimus ſimul atq; ingenioſiſſimus Autor (1) Libelli brevitate quidem ſua exigui, ſed amplitudine materiæ paucis verbis comprehenſæ maximi, qui* Princeps in Compendio *inſcribitur, & Vindobonæ ſive Wiennæ Auſtriæ, typis Gregorii Gelbhaar, A. 1632. in 16. impreſſus eſt, capite*

capite quinto vere aureo cujus lemma , de Oeconomia & liberalitate Principis: *ubi Imp. Auguſti* Rationario Imperii , *inter exempla Oeconomiæ boni Principis, principem locum tribuit. Cæterum quandoquidem minime dubito, quin doctis Viris, qui eum libellum non viderunt, qualiscunq; ejus guſtatio graviſſima futura ſit, ſpeciminis loco jam citatum caput quintum hic ſubjungo, ut tanquam ex ungue de leone fiat judicium.*

Pag. 74. Hucusq; caput quintum aurei iſtius libelli, qui Princeps in Compendio *inſcribitur , & propter incredibilem præſtantiam ſuam (quia in hoc ſcribendi genere nullum, mea ſententia, brevius ſimul & perfectius opuſculum in lucem unquam prodiit) digniſſimus eſt , ut ab omnibus Principibus Chriſtianis a verbo ad verbum mandetur memoriæ, & tanquam certiſſima bene regendi regula in omnibus negotiis conſulatur.*

In margine ad notam (1) habentur hæc verba:

(1) Libelli hujus exemplar, quo cum hæc ſcriberem, uſus ſum, donavit S. Cæſ. Majeſtas mihi propria manu die 18. Auguſti, A. 1664.

Idem pag. 1003. Additam. III. ad p. 73. & 74. *ubi fit mentio Libelli, cujus inſcriptio ſive titulus* Princeps in compendio: *Libellus hic vere aureus compoſitus eſt a Glorioſiſſimo Imp.* Ferdinando III. *ſymbolam conferente Sereniſſimo Ipſius Fratre* Leopoldo Wilhelmo, &, *quoniam exemplaria primæ editionis erant rariſſima, clementiſſime prudentiſſimeque placuit Sacratiſſimo Imperatori* Leopoldo I. *ut eximium hoc abſolutiſſimumq;* Sapientiæ Hegemonicæ Enchiridion *ſecundum imprimeretur. Prodiit autem ſecunda hæc editio in lucem ſuperiori anno, 1668. Vindobonæ ſive Wiennæ Auſtriæ , typis Matthæi Coſmerovii in 16.*

(1414. *α*) De OFFICIO PRINCIPIS „CHRISTIANI ſcripſit CUNERUS , Doctor „Lovanienſis : vid. de eo anonymως *Arnaldum*, in libro Gall. Apologie pour les Catholiques pag. 60. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(1415) De POTESTATE PRINCIPIS, liber anonymus, Lugd. combuſtus auctoritate Regia, ut *Carolo* MOLINÆO falſo, ab aliis *Hugoni* SORELLO ROSERIO, tribuatur, ex *Thuani* lib. 34. pag. 227. refert (a) *Deckherrus* de adeſpotis p. 538. & 539. cujus verba ſubjeci.

(a) Joh. Deckherrus de Adeſpotis, pag. 538.

Eodem: (ſuperiore [XVI.] *ſeculo) non expreſſo Autoris nomine vulgatus libellus , de* Poteſtate Principis *Lugduni combuſtus: in quo Principis, & Magiſtratus ab ipſo conſtituti autoritas, detortis ex Sacra Scriptura argumentis , cavillatorie in dubium vocatur: autor, ſed falſo , dictus eſt Carolus* Molinæus, *JC. quem alii* Hugoni Sorello Roſerio *tribuunt. Thuan. lib. 34. Hiſtor. p. 227.*

(1416) *Index Novitatum, in Sam.* PUFEN„DORFII *libris: de jure Naturæ & Gentium, contra* „*Orthodoxiæ fundamenta contentarum* , Gieſſæ Haſſorum 1673. 4to editus & poſtea Londini Sca-„ norum manu carnificis in foro publico com-„ buſtus. Autor ejus eſt *Joſua* SCHWARZIUS, Pomeranus Th. D. & iſto tempore Profeſſor,„ Lundinenſis, nunc autem Superintendens Duca-„ tus Sleſvvicenſis. In lucem autem eum inter-„ dicto Regis Sueciæ inſuper habito, protruſit &„ paſſim interpolavit *Nicolaus* BEKMANNUS,„ Dithmarſus J. U. D. & PP. olim Lundinenſis,„ ac poſtea, cum relegatus ex Academia illa Pon-„ tificiam fidem eſſet amplexus, Conſil. Cæſareus.„ Multa de hoc indice leges in Pufendorfii *Eride*,„ *Scanica*, & aliis Scriptis Eriſticis. *Symbola* eſt,„ *Flensburgo-Molleriana.* De quo argumento qui,„ plura velit, legat conjunctim editos libros pluſculos titulo *ſpeciminis Controverſiarum circa Jus Naturale* motarum, Samuelis *Puffendorfii* , Upſaliæ 1678. in 8. & *Apologiam* jam ante in 4. publicatam, & *Epiſtolam* in 12. fol. A. pag. 12. 13. ad *Scherzerum* pag. 6. & vel maxime ſuper hac re *Epiſtolam ad amicos ſuos* per Germaniam , ſuper libello famoſo quem *Nicolaus Beckmannus*, quondam Profeſſor in Academia Carolina , nunc vero cum infamia inde relegatus mentito nomine *Veridici Conſtantis* ſuperiori anno diſſeminavit, quæ in præmemorato ſpecimine Controverſiarum a pag. 121. usque ad 270. exhibetur ultimo poſt omnia loco.

(1417) *De* REGNO & *Tyrannide*, de *Fide* & *infidelitate*, deque *gloria* , Florentiæ cum Xenophonte excuſas Orationes DIONIS CHRYSOSTOMI, *Geſnero*, at *Ravio*, in notis ad eundem Mſtis DIONIS PRUSÆI potius exiſtimari , *Symbola Normanniana* iterum me monet.

(1417. *α* CCXXXI) SENECA CHRISTIANUS, Auguſtæ 1637. in 24. editus Libellus anonymus, ex ſententiis *A. Annæi Senecæ Philoſophi*, ad mores, inſtituto Chriſtiano perfectiores formandos, compoſitus teſſellato opere eleganter jucunditatem utilitati jungens , *Joanni Baptiſtæ* SCHELLENBERG *Germano Jeſuitæ* adſcribitur ab *Alegambe* p. 216.

Addit *Sotvell.* pag. 418. b. nomine *Collegii Auguſtani* (Jeſuitici puta) editum hunc libellum, & recuſum Romæ 1648. in 24. *Lipenius* addito nomine repræſentat editionem Auguſtæ 1645. in 12. & Romæ 1658. in 24. Biblioth. Philoſ. p. 1385. a. Memini etiam habuiſſe Dresdenſem in 12. anno ſeculi hujus (XVII.) ſeptuageſimo, neſcio, quoto recuſam, ſed ſine nomine auctoris.

(1417. *β* CCXXXII.) *De* Ludovici SEPTALII *opinione circa Rationem ſtatus in mutanda Religione* ſententiam *Doctiſſimi è Viri noſtris Theologis*, uti vocatur ab honoratiſſimo Dn. Avunculo meo Excell. Dn. *Johanne Garmers* Phil. & Med. D. & Protophyſico patriæ noſtræ meritiſſimo , in ſuis *ad Septalii* de Ratione Status libros, latinitati nitidiſſimæ redditos, annotationibus p. 532. & ſeqq. ſunt b. m. Viri maxime Reverendi *Joannis* COR-

FINI

I SS. Theologiæ D. & ex Profeſſore ac Con-
ıatore Roſtochienſi , Paſtoris ad D. Cathari-
ıujus civitatis olim vigilantiſſimi , quemad-
lum ex ipſius Domini Avunculi mei relatio-
ompertum habeo.

(1417. γ) STATERA BELLI ET PA-
: ut ſit liber *Anonymus* , toties impreſſus, *Eri-*
PUTEANI , prolixe docet *Baylius* Tom. II. p.
.901. Dictionarii ſui.

(1417. δ) Ad THEOPHRASTI ERESII
ARACTERES ETHICOS *notas* & monita
d ſcripſerit *Johannes Angelus* WERDENHA-
N , J.C. Excellmus *Maſtrichtus* inter Anony-
mecum communicatos ita refert:

ERDENHAGEN Joh. Angelus JC.

Scripſit notas & monita ad THEO-
RASTRI ERESII Characteres *Ethicos*,
iere cum Theophraſti Characteribus Gr. & Lat.
l. Batavor. apud Joh. Maire 1632. in for-
ninima 32. *In iis notis laudat ſua ſcripta* ,
2. libellum de vera natura animæ *& p. 164.*
218. ibid. remittit lectorem ad ſuum *verum*
ianiſmum; pag. 151. ſuam Ethicam citat, di-
ıe eum libellum malevolos ſtuduiſſe ſæpius
imere, quum tamen plurima ex eo addidi-
ıt, quæ diſſimulent. Ob perſecutiones diriores dicit ſe ibidem pleraque præterire coactum fuiſſe. pag. 165. ante 14. annos dicit hanc ſe edidiſſe ; Addit, *propterea novam adornationem meditari cogimur, quum tunc temporis ob acerrimas perſecutiones non plene omnia explicare potuerimus. Sanctum veritatis in Chriſtianiſmo ſtudium cui non fuit periculo?*

In notis iſtis ſpirat veram pietatem, & Chriſtianam , multaque monita , & exhortationes, maxime ad Studioſos ſubjicit. Citat vero multa ex Sacro Philoſopho quodam: an iſte *Robb. Fludd* ſit, nondum ex collatione ſcire potui.

WERDENHAGEN Joh. Ang.

Vertit Johannis *Boemen Teutonici Pſychologiam* , cui addidit *applicationem.* Pag. 353. vocat auctorem Θεοδίδακτον. Vituperat Melanchtonem pag. 497. Ad Cœlum tollit *Theophraſtum Paracelſum.* ibid.

(1418) THESAURI APHORISMORUM POLITICORUM Ἐπίμετρον , hoc eſt , QUÆSTIONUM POLITICARUM libri III. Francof. 1615. *Pauli* BUSII, Profeſſoris Franeckerani eſſe , per *Symbolam Schraderianam* iterum edoceor.

CAPUT IX.

Scriptis MISCELLANEIS variis, præcipue PHILOLOGICIS, id eſt, ad Styli Latini, antiquitatis, litterariæ hiſtoriæ, &c. ſtudium pertinentibus: in quibus & Satyrica & Invectivæ eruditorum mutuæ referuntur.

(1419)

ACTA ERUDITORUM LIPSIENSIA , jam inde ab Anno 1682. hucusque quotannis continuata, *& Supplementorum* etiam *duplici Tomo* , quorum quilibet XII Sectiones conti-
› ditata in 4. notiora ſunt & celebriora,
m ut meo præconio indigeant. Auctores
em recenſionum iisdem contentarum varios
, tum ſtyli, tum genii diverſitas ſatis mani-
ıt ; tum neceſſitas diverſorum adeo & diſſimilium argumentorum tam accurate percenſendorum arguit oppido neceſſariam fuiſſe ac impoſterum fore. Principalem tamen operis totius Directorem eſſe Virum Eruditionis ſummæ ac humanitatis *Ottonem* MENCKENIUM, S. Theologiæ Licentiatum, & Moralium P.P. & Collegii Ducalis Collegiatum , Amicum & Fautorem meum multis nominibus cultum atque colendum ; non modo mihi alias privato literarum commercio plus ſatis conſtat: ſed & in publicum

jam adeo notum eſt plane. Poſtquam tot elogiis eo nomine promeritis publicis dudum gaudet, ut vel minimam eorundem partem hic exhibere deſperans nulla pene dare malim, ne præcipua etiam omittendo peccem; niſi hoc ſilentium inſtituti ratio vetaret. Itaque unum atque alterum ſolum auctorem detegentium locum exhibebo. Videlicet *primum* omnium quod ſciam publicatum in *Diario Eruditorum* (a) *Gallico* Pariſino Ao. 1682. Cal Jan. pag. m. 302. 203. & (b) d. 20. July pag. 286. 287. Addo *ſecundum* inde ſubſecutum ex Novis literariæ Reip. Gallicis, (*Nouvelles de la Rep. des lettres*) præfatione a fine quinta (c) etſi nil de auctore memorans, attamen juſtum operi teſtimonium elogio præbens. *Tertium* iterum auctoris nomen exhibens, ut teſtantur menſtrua Colloquia Germanica (*Tenzelio* partem debita maximam) Anno. 1691. pag. 904. illuſtris SECKENDORFFII, Collegæ in hoc opere ſtrenui, cui etiam mearum Ethicarum acceſſionum Germanicarum, & Typi Medicinæ Moralis recenſionem, Ao. 1685. pag. 56. & ſeqq. datam, me debere; per plura fide digna teſtimonia amicorum cognovi. Cujus itidem (d) verba ex additionibus des Chriſten-Staats l. 1. cap. 1. part. 1. pag. 16. exhibemus. *Quarto* ſuccedat inclytus *Morhofius* (e) in Polyhiſtor. lib. 1. cap. 16. pag. 181. 182. *Quinto* ſe offerunt excerpta ex anonymis, at in publicum notiſſimi auctoris, excellentiſſimi Dn. Chriſtiani *Thomaſii* (f) Joco-ſeriis Cogitationibus ſive Schertz-und ernſthafft-vernünfftigen und einfältigen Gedancken/ menſe Januar. primo totius operis 1688. circa finem. Cum cujus abrupta nominatione hic etiam abrumpere cogimur. Quando ſingulos Collegas tanti operis nondum exhibere poſſum. Etſi bonam partem ex literis amicorum, partim & commendationibus hinc inde factis ipſorum illorum Actorum Eruditorum habeam nominatos. Quemadmodum nunc iterum illuſtrem *Vitum Ludovicum* SECKENDORFFIUM, & Chriſtophorum PINCKERUM, Senatorem Lipſienſem ex ipſis illis *Actis Eruditorum* 1693. Jan. pag. 46. & 47. laudatos æternaturo elogio defunctos nominabimus. Adde M. Chriſtiani *Junckeri* ſchediaſma Hiſtoricum, de Ephemeridibus ſ. Diariis Eruditorum, Lipſiæ 1692. proditum, Sect. X. pag. 142. & ſeqq. usque ad pag. 164. qui prolixius, quam ut hic excerpi poſſit, & in omnium manibus poſito libello agit de nomine & titulo libri §. 1. & 2. de auctoribus §. 3. Indicisque confecti à M. *Joh. Jacobo* STüBELIO, Rectore Scholæ Annæburgenſis §. 4. argumento & methodo §. 6. ſpecialia etiam quædam dantur §. 7. 8. & ſeqq. ad varia diſciplinarum genera facto deſcenſu usque ad §. 12. Verſio Gallica cum excerptis aliorum exoticis memoratur §. 13. adverſarii memorantur §. 14. usque 17. Inde teſtimonia operi data publica ſcriptorum variorum §. 18. usque ad 28. & ultimam excerpta dantur. Ex quibus ſolum nunc adductis ſum contentus, & ſignificatis inſuper operis inibi Collegis, *Friederico* CARPZOVIO, P.P. etiamnum vivente, jamque defuncto B. Lic. *Joachimo* FELLERO. *Thomas* quoque ITTIGIUS in *Actis Eruditor. Lipſ.* 1696. pag. 105. dexterrimus, in adornandis his Actis ſocius ap[...] latur.

(a) Journal des Sçavans *de l' An. DC. LXXXII.* par le S. D. D. L. R. Tome Di[...] me. pag. 202. *Aprés les journaux, que nous a[...] de divers pays, il ne nous manquoit plus, que d' en [...] un d' Allemagne, qui nous appriſt ce qui s' y fait [...] plus curieux, generalement dans toutes les ſcien[...] comme nous en avons déja, qui nous donnent les nou[...] les Découvertes dans la Medecine & la ſcience natu[...] le. C' eſt ce qu' on a commencé d' entreprendre [...] te année à* Lypſic, *& le ſçavant Mr.* Menken *qui en prend le ſoin, nous à déja fait l' honneur, [...] nous envoyer celuy du mois de janvier, dont nous [...] rons part au premier jour.*

(b) Idem *pag. 286. 287. Voila une pa[...] du premier journal, qu' on a commencé de donner [...] année à* Lypſic. *Nous devons ce deſſein au ſçav[...]* Mr. Menkenius, *Profeſſeur de Morale dans la [...] meuſe Univerſité, eſtablie en cette Ville-là par [...] deric I. Electeur l' an. 1408. Nous donnerons aill[...] le reſte de ce journal, & cependant les Curieux [...] ront par là, combien peu de choſe il nous échape[...] deſormais de ce qui ſe ſera de plus beau dans l' A[...] magne, puis que par le travail & les ſoins de [...]* Menkenius *nous aurons le détail de tous les ouv[...] ges, qui luy tomberont entre les mains, & que [...] trouvons dans les* Ephemerides des Curieux d[...] nature, *dont nous donnerons bientoſt la traduct[...] & les rares obſervations qui ſe font en ce pays-là dan[...] Medecine & la Phyſique. Comme nous ſommes obl[...] d' ajouter quelque fois noſtre ſentiment à celuy de[...] Auteur, nous le diſtinguons de ce qu'il dit par la le[...] Italique, ou par ces marques.* „ „

(c) Nouvelles de la Republique [...] lettres *Mois de Mars 1684. preface pag. 5. Il n'y [...] que peu de jours, que les* Acta Eruditorum, *q[...] l' on publie tous les mois à Leipſic, me ſont tom[...] entre les mains. J' ay trouvé qu' ils ſurpaſſent [...] grande reputation, qu' ils ſe ſont acquiſe, & ils [...] ont paru ſi judicieux, ſi exacts, ſi diverſifiez, q[...] je ne comprens pas, comment j' oſe aprés cela [...] meler d' un ſemblable Ouvrage. Je ne l' oſeroit [...] mais, ſi je n' étois aſſuré, que le Public ſera a[...] équitable pour n' attendre pas de moy, ce qu' il re[...] de ces Meſſieurs, qui outre leur nombre ſont ſoûte[...] pas les grandes liberalitez dé S. A. E. de Saxe.*

(d) Herrn Veit Ludwigs von Sec[...] dorff Additiones des Chriſten Staats/p. 16. Den *Actis Eruditor. Lipſ.* bey deren *Direction* Hr. *Otto Menkenius*, mein beſonders geehrter und weh[...] Freund/ ſich um die *Studia* höchlich verdienet ma[...] hat man auch den Innhalt etlicher ſeiner in Frant[...] ſcher Sprache wider den *Atheiſmum* neulich ausgeg[...] gen Schriften zu finden *&c.*

(e) Daniel. Georgi Morhofi Po[...] hiſtor. literar. lib. I. cap. XVI. de ſcriptoribus [...] rem Literar. pag. 181. 182. *Harum nationum [...] emplo incitati etiam* Germani *&* Dani, *acta quæd[...] Philoſophica & Medica inſtituerunt; Sed intra Phyſica[...] Me[...]*

Medicinæ limites ſe continent. Anno 82. in Academia Lipſienſi Viri aliquot docti laudabili conſilio negotium hoc ſuſceperunt, ut Acta Eruditorum publicarent, quibus non libros ſolum in omni doctrinæ genere, ex omni gente novos recenſerent, ſed & inventa nova Phyſica & mathematica undiq; conquiſita proponerent. Optime illa res hactenus cum eruditi Orbis applauſu ſucceſſit, eſtq; ejus rei fructus longe maximus. Ego certe Germaniæ atq; illuſtri huic Academiæ de illo conſilio gratulor, quod exteris quoq;, quibus noſtra raro ad palatum ſunt, nunc placere incipit, ut jam in Gallicam quoq; linguam Acta illa convertantur. In ordinem illa redigit vir non literarum tantum fama, ſed & ſingulari in his induſtria ſpectatiſſimus, mihique amiciſſimus Otto Menkenius, manum jungentibus aliis inclutæ Academiæ Profeſſoribus, præcipueq; viro omni eruditionis apparatu inſtructiſſimo, Dn. Carpzovio, Urbis Senatore ampliſſimo.

(f) Schertz- und ernſthaftiger / vernünftiger und einfältiger Gedancken über allerhand luſtige und nützliche Bücher und Fragen: Erſter Monat Januarius &c. Franckf. und Leipzig bey Moritz Georg Weidemann. 8. 1688.

Am Ende:

Die Principalſten dieſer Societät / und welche das Werck gleichſam tragen / ſind / der berühmte Leipziger Profeſſor Herr Menke / und der Welt-berühmte Polyhiſtor Hr. Friederich Carpzov &c.

(1420) ÆLIANI ποικίλης ἱστορίας id eſt, „variæ Hiſtoriæ interpretationem cui debeamus, in „utriſque curis ſuis Joh. Schefferus, more quo„dam ſuo, (vid. Aphton. Theonem) indicare negle„xit.. Eam eſſe credo Juſti VULTEJI, recognitam ac editam ante ab Gesnero, Tigur. 1656. fol. 5. Symbola eſt Normanniana. Cujus ultima verba nequeam conciliare cum eo quod diſerte ſcribit Gesnerus, Biblioth. ſuæ fol. 5. col. 2. Æliani varia Hiſtoria nondum excuſa extat. Simlerus vero pag. 10. a. memorat, quod libri XIV. a Juſto Vultejo Weterano nuper latinitate donati ſint, impreſſique ab Oporino, una cum Politiis, ſeu Rerump. deſcriptionibus ex Heraclide, eodem interprete, 1548. Quod repetit Friſius p. 11. a. ubi pro Vultejo Valtejum legas, errore typographi mero. Nam index Alphabeticus alio errore Vulteum habet.

(1420. α) Samuelis BOCHARTI epiſtolam de ÆNEÆ in Italiam profectione, vertit ex Gallico Clariſſ. SCHEFFERUS: teſte Borremans; de poetis pag. 7. ubi Bochartum incomparabilem vocat. Symbola eſt Maſtrichtiana.

(1420. αα) ALEXANDRI MONACHI Inventione S. CRUCIS Oratio Græco-Latina prima omnium, quæ in Tomo II. de S. Cruce Jac. Gretſeri exſtant, verſa eſt, non, uti cæteræ, a Gretſero, ſed Andr. SCHOTTO; quod in notis p. 566. ...eritur. Symbola iterum eſt Normanniana.

(1421) In Comitis Philippi Sammartini AGLIE, exequiis, Taurini celebratis, Plauſum Virtutum anonymum ſcripſiſſe Julium VASCUM, Pedemontanum Jeſuitam, memorat Sotvellus Bibl. ſ. p. 536. a. neſcio an oratione ſoluta, vel ligata. Quare more meo priori hoc loco volui exhibere potius quam ad cap. X referre.

(1421. α) SAMARIA ANGLICA Olivario CROMWELL quod tribuatur, docet Symbola Maſtrichtiana: ex Leti, in vita Cromvvell. poſt. pag. 247. una cum aliis Satyricis, & PROTEO PURITANO, eumque librum exuſtum à Scotis in foro Edemburgii refert.

(1422) APHTHONII interpretatio, cujus„ ſit, ſiletur in Heinſiana editione, Lugd. 1626. 8.„ eamque ſequente Schefferiana, Upſal. 1670. 8vo.„ Heinſius præfatur, recenſitam abs ſe emenda-„ tamque, ut alia haberi poſſit; eſt vero Franciſci„ SCOBARII, quod ex Commeliniana A. 1597. in 8. conferenti apparuit. Symbola iterum eſt Normanniana.

(1422. α CCXXXIII.) Auctorem Libri de ARBORIBUS in emendationem Palladii citat, eumque GARGILIO MARTIALI adſcribere ſe, & rationes facti in libro de ſcriptoribus dubiis diſſeruiſſe ſcribit Caſparus Barthius adverſar. lib. 38. cap. 4. qui libri cum, quod ego ſciam, nunquam prodierint, & ipſius rationes me latent. Optarem autem extare libros illius ſummi, lectioniſque propemodum immodicæ Critici, ſine dubio multum illis hocce præſens noſtrum inſtitutum adjuvaretur.

(1422. β CCXXXIV.) ARGENIDIS Fabulæ non omnino cum aliis ejus generis ſcriptis amatoriis pari loco cenſendæ, imo Politicis aliqua ex partæ annumerandæ CONTINUATIO prodiit aliquoties, Gallica primo, deinde Latina etiam, auctore neutrubi unquam memorato. Eum Johannes Weitzius utrumque detegit obſervationum in Petronii Satyricon pag. m. 183. editionis Lotichianæ ita citans: MOUCHENBERGIUS Gallicus auctor, vel potius ejus Interpres Joh. Ludovicus GOTHOFREDUS, Argenidis continuatæ part. 2. l. 7. c. 1. Id quod ante me notaverat jam quoque Geisler. dec. 5. n. 9.

De Argenidis hoc continuatore Gothofredo ſæpius egiſſe Bœclerum N. 239. ſcribebat olim ſuperſtes adhuc Jo. Deckherrus, anno 1676. Decemb. Interrogatus autem, ubi ille N. 239. inquirendus, ita reſpondebat 1677. d. 6. Februar. Spira: Gothofredi mentio a Bœclero ſæpius facta, tum„ in ſuis Collegiis, tum maxime in diſcurſu, ubi„ Gothofredorum nomen occurrit. Inter illos ce-„ leberrimi Dionyſius & Jacobus, de reliquis autem„ & præprimis illo, qui Ceremoniale Franciæ ſcripſit, vide Append. Notar. Bœcleri ad Dan. Ottonis Jus Publ. ſub titulo de Præcedentia.

(1423) ARISTÆNETI Epiſtolæ Gr. Lat. cum notis eruditiſſimis editæ Pariſiis 1594. in 8vo. apud Marcum Ovry ſine auctoris annotantis nomine, quod ſint Joſiæ MERCERI, docet me nota marginalis ad Hiſtoriam Lucæ Holſtenii Lambeciana, commentar. de Biblioth. Cæſar. lib. 6. p. 241. De illo ſic habet Joh. Alb. Faber Dec. Decadum n. 9. Joſias deinde Mercerus, nomine ſuo ſuppreſſo„ Ariſtænetum dulciſſima latinitate veſtitum no-„

„riſque doctiſſimis illuſtratum emiſit Pariſiis, M. D. XCIV. in 8vo.

(1424.) In ARISTOTELIS *ad Alexandrum Rhetoricor.* libros tres Ὑπομνήματα, ſive *commentaria Græca*, *Geſnerus* in Pandectis ſuis, Tit. Rhetor.II.pag.50.col.2.pag.2. Pariſiis apud Neobarum 1539. in folio acephala, in Italia integra haberi Mſta refert, & ALEXANDRI APHRODISIENSIS eſſe putat, a Daniele *Barbaro* in ſuis annotationibus aliquoties citata. At contra eſt Clariſſ. Laurentius *Normannus*, in notis ad Alexandrum pagina 167. & addendis ad eundem locum.

(1425) LEGATIO ASINORUM AD „PARNASSUM. Autor eſt N. a DIESKAU, „Eques Miſnicus, Dux Legionis unius in exer-„citu Saxon. qui ante hos XXX. annos obiit. „Ex ipſius ore, quod acceperat olim, nuper „mihi retulit Max. reverendus Hoſpes meus, „Dn. Georgius *Lehmannus*. *Symbola* eſt *Junckeriana*.

(1425. α CCXXXV.) *Laus* ASINI a *Daniele* HEINSIO conſcripta elegantiſſima, primum absque auctoris nomine prodiit 1623. Lugd. Batav. teſte Fr. *Sweertio* Athen. Belg. 204. & *Valer. Andr.* Bibl.Belg. pag.m.172. Poſtea inter *Amœnitatum ludicrarum ſcriptores* recuſa, nomine, ni fallor, adjecto.

Eandem antea jam ſcripſerat *Paſſeratius*, præfatione in Aſinariam Plautinam: quam una cum aliis ſimilis argumenti memorat *Voſſius*, Inſtitut. Orator. lib, I. Cap. V. ſectione XXXII. pag. 94. non ibi, ſed ſeorſim demum laudans hanc Collegæ tum ſui orationem lib. 3. c. 3. Sectione II. pag. 333. & amplius etiam de Hiſtoricis Lat. l. 1. pag. 138. Ubi ſcriptum hoc, *ut genii ita peritiorum literarum ac civilis prudentiæ pleniſſimum* vocat. Hic vero adſcribit una eidem *pediculi laudationem*, quam & olim memoravimus in addendis hoc modo:

(1425. β Ad Cap. IX *De Philologicis.*) HEINSIANA quædam anonyma num. 235. 275. & ſeqq. deteximus, quibus addenda. n. DXCVII. Apologia forte. Certius vero etiam ſequentia.

(DXCII.) *An & qualis ducenda* UXOR LITTERATO.

(1425. γ DXCIII.) LAUS PEDICULI.

(1425. δ DXCIV.) *De* POETARUM INEPTIIS.

(1425. ε DXCV.) BATRACHOMYOMACHIAS *argumentum*, libelli Lugd. Bat. excuſi ſeculo XVII. ineunte, & deinceps varie recuſi, imprimis 1629. in 12. uno volumine, ubi junctæ Epiſtolæ teſtantur *Heinſium* auctorem, ne ſtylum, ejusque ſignum (quod *Voſſius Paulo Colomeſio* dedit, cujus vide hac de re pag. 128.) allegem. Adde quod pleraque horum & a *Valer. Andr.* p. 172. & a *Fr. Sweertio* p. 204. eidem palam adſcribuntur.

Ex quo *Freherus* etiam in Theatro ſuo, ut & ex *Catalogo Profeſſorum Leydenſium* pag. 1540. a. pleraque repetit. Imo pleraque jam nominatim edita habentur: ſive conjunctim una cum aliis, ut in *Amphitheatro ſapientiæ Joco ſeriæ Socraticæ* Caſparis *Dornarii*, in folio edito, 1619. ubi *laus pediculi* legitur pag. 78. 79. 80. *Epiſtola* vero *an & qualis* LITERATO *ducenda ſit* UXOR ? ad V. C. C. Jac. *Primeroſium* Lugd. Batav. 1607 ſcripta, nominatim legitur in Petri *Scriverii* Collectione opuſculorum Jocoſeriorum ac *eroticorum*, ſub titulo *Amorum* Dominici *Baudii*, editor. Lugd. 1638. in 18. pag. 285. usque ad 345. in 12. etiam mihi a pag. 291. ad 343. cum adjecta *alterius anonymi diſſertatione de literati matrimonio*, nondum mihi detecta a pag. 341. usque ad 384. Poſt quæ omnia etiam addo (a) quæ habet Italice ſcripta la *Viſiera alzata* da Gjov. Pietro Gjacomo *Villani Pſeudonymo* ſuo loco detegendo num. XXIX. pag. 43. & 44. Hecatoſtes, excerpta eo magis huc, quo rarior hic locorum eſt liber ille, mihi dono incly-ti Antonii *Magliabecchi* per curſorem ordinarium, ſemel, ac iterum per Dn. *Papenbrochium* ex Italia Mediolanum & Antvverpiam transmiſſus. Quod vero de ſigno ſtyli Heinſiani allegavi olim brevius, id nunc ubi licet, explicatius do per excerptum (b) ex *Colomeſii* Cimeliis literariis pag. 138 ubi de M. V. (id eſt, uti conjecturo, *Mons. Voſſio Iſaaco puta*) ſic ſcribit.

(a) Villani Maſchera ſcuoperta. num. XXIX.

DANIELE HEINSIO da Gante per la naſcita, e di Leida per il lungo domicilio, Publico Profeſſore nell' Accademia di Leiden. Sono molti gli Opuſculi, che non portano il di lui nome. Eſſendo egli da XXV. ò XXVI. anni uſcite da torchi di Gio: Albino in Magonza M.DC.VII.4.

Lo Scaligero Hipobolimeo dello Scioppio, *egli impugnando la Spada, e lo ſcudo per difeſa dell' Amico, e Maeſtro s' oppoſe con queſte.*

Satire due; Hercules tuam fidem ſive Münſterus Hypobolimeus, & Virgula Diuin. *Lugd. Batau. Ex Officina Joannis Patij Accad. Typog. A. M. DC. IX. 12.*

Laus Aſini.

Cras Credo hodie nihil, ſive *Modus tandem ſit ineptiarum; Satyra Menippea*

Epiſtola qua agitur An & qualis Viro litterat. ducenda ſit Uxor. Ad. U. C. Jacobum Pr. meroſium.

Laus Pediculi *ad Conſcriptos Mendicorum Patre.*

Epiſtola de Poetarum ineptiis, & ſeculi v. tio. *Argumentum Batracomiomachias Lugd. Batav. Ex Officina Elzeviriana* M. DC XXIX. 18.

Del che il Meurſio *nelle Athenæ Batavæ lib. 1 pag. 217. lo Svveertio nelle Athenæ Belgic. pag. 204. Il Deſſelio nella* Bibliotheca Belgic *pag. 171. e 'l Graſſo Par. II. de gli Elogii, pag 220. Coſa che m' haueva detto fin l' anno M.DC XXXII. il Dottor* Pier Franceſco Minozz. *ch*

che per la prima fiata mi fece vedere quelle due Satire. Ma che occorre dubitarne, ſe me lo conferma una lettera dello ſteſſo Scioppio *in data delli 17. Luglio ſcritta ad un Amico M. DC. XXXVII. ed è queſta.*

SIGNOR MIO.

„ASſai mi diſpiace di non poter ſeruire co-
„me vorrei à V. S. non hauendo io ſe
„non vn ſolo Eſemplare delle Amfotidi Sci-
„oppiane contro le *Satire Heinſiane,* del quale
„io non mi poſſo priuare, ma ritornando V.
„S. qua, lo potrà leggere in vn giorno, e
„credo giudicherà, che l' Heinſio, e gli
„altri Caluiniſti habbiano hauuto ragione
„à non replicare altro per hauer io depoſi-
„tato li documenti di tutto quello, che
„nelle Amfotidi ſi dice, nella Città d'
„Auguſta, accioche ogn' vno poteſſe chia-
„rirſi della verità.

(b) *Pauli* Colomeſii *Opuſcula, p. 128.*
M. V. m' a dit, que l' on pouvoit connoiſtre aiſément le ſtile d' Heinſius *le pere, au Pronom* Qui, quæ, quod, *dont il ſe ſervoit plus qu' aucun autre. Ce que j' ay verifié avec plaiſir.*

(1426) ASINUS PALMATUS, *Sigismundo Evenio, celebri* Halenſium Rectori, ſuppreſſo nomine oppoſitus, adeoque vel ſolo titulo famoſi libelli ſpecimen habens, quod ſit *Marcelli* FRANCKENII, nobilis, &, ut a *Miræo* deſcribitur, non ex grege viri, vel ob id ſolum omitteremus, niſi jam dudum, ante nos id publicaviſſet Miræus, parte ſecunda ſcriptorum Eccleſiaſt. pag. 239. cujus verba damus ad verbum omnia (a) eo magis, quoniam Valerius *Andreæ*, in ſua Bibliotheca Belgica, ejusque appendice illum ſilentio plane præterivit.

(a) Aubertus Miræus P. II. Script. Eccleſ. pag. 239. Marcellus Franckenius, *Vir nobilis, Sutfaniæ ad Iſalam patricio genere natus, I. U. Doctor, Conſiliarius Regius in rebus maritimis Dunckerkæ in Flandria, Græce ac Latine doctiſſimus adoleſcens Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, aliasque provincias, ſtudiorum cauſa luſtravit. Multiplicis demum doctrinæ & induſtriæ nomine* Melchiori Cleſelio, *S. R. E. Cardinali, qui tum ſub Matthia Imp. res imperii moderabatur, innotuit, eique a ſecretis atque epiſtolis fuit, atque imprimis inauguratione Ferdinandi II. in regno Hungariæ fidelem in emergentibus difficultatibus non paucis operam præſtitit; quam & continuavit in rebus Bohemicis dum Fredericus Palatinus regnum uſurpaſſet: quod & ſcriptis declaravit, dum* fidem Bohemo-Palatinam *ſub alieno nomine typis vulgavit.* Cleſelio *ex aula Cæſarea ſubducto*, Franckenius *in Belgium rediit, & judicis militaris munere, primum in Legione Germanica, Principe Chimacenſi Tribuno poſt in Burgundica functus fuit, juxta ſeverus & æquus, ingenti probitatis & conſtantiæ fama. Quapropter virum optime meritum Philippus IV. Rex Catholicus Dunckercano Conſiliariorum rei maritimæ Collegio adſcripſit. Vulgavit adoleſcens Epiſtolam pro* Latro-chymica *ad Joan. Erneſtum Burgravium; Franeckeræ, 1611. in 8. cum* Burgravii Biolychnio, Achillem πάνοπλον *Amſtel. typis Henrici Laurentii, 1612. in 8.* Expeditionem Sicambro-Batavam, ad fidem & virtutem antiquorum. *Moguntiæ 1620. in 4. apud Balth. Lippium. Librum Apologeticum hoc titulo,* Aſinus Palmatus, ſeu Pædagogus Halenſis, Sigismundus Evenius furens adverſus Adamum, ad fuſtuarium remiſſus. *Ibid. eodem anno 4. & alia, ſed ſuppreſſo nomine vulgavit, pluraque poſſidebat editioni parata ac nominatim libros III.* de jure belli *contra* Grotium, *& alia, typis aliquando evulganda. Obiit Dunckercæ, an. 1643.*

(1427) ATHANASII *Dialogi* V. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. *Interprete* T. B. in editione Pariſienſi 1627. hoc eſt, *Theodoro* BEZA, cujus editio Græcolatina An. 1570. in 8. per *Henricum Stephanum* vulgata fuit. Scilicet religioni ſibi ducunt Catholici illi Patrum editores, Hæreticorum, quos vocant, interpretum integra adponere nomina. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1428) Ad Opera ATHANASII *Appendix:* in qua Elogia Athanaſii, Fragmenta &, Tituli Operum amiſſorum: exſtantium etiam, lectiones variæ & emendationes, opera & ſtudio P. F. C. ex officina Commeliniana, Anno 1601. F. *Petri* FELCKMANNI nomine, ſæpius citat *Tenzelius*, de Symbolo Athanaſii, in Indice. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1429) PRÆFATIO anonyma Franciſci BACONIS, *Novo Atlanti præfixa*, in editione nupera Lipſienſi in folio 1694. pag. 968. W. —— RAWLEY Anglica, *Latine verſa* eſt anno 1648. in 12. Amſtelodami, jam una cum ejusdem ſylva ſylvarum edita. Ejus INTERPRES ut & ipſius Operis utriusque non nominatur illic: at hic in editione Lipſienſi titulus ipſe libri & dedicatio *Simonis Johannis* ARNOLDI, Eccleſiæ Sonnenbergenſis Inſpectoris nomen expreſſum præfert.

(1429. α CCXXXVI.) *Veridicus* BELGICUS, ſeu *Civilium apud Belgas bellorum initia, progreſſus, finis optatus, in quam rem remedia a ferro & pace præſcripta; Fidei, Patriæ, & orbis bono.* Item

(1429. β CCXXXVII.) *Reformata Apocalypſis* BATAVICA; *aucta & recenſita*; ſine nomine auctoris Antvverpiæ; apud Nutium M. DC. XXIV. & alibi, ab *Alegambe* pag. 72. Biblioth. Jeſuiticæ *Caroli* SCRIBANII ſcriptis annumerantur, omittentibus utrumque *Valerio Andreæ*, atque *Sweertio*. Confirmante vero *Sotvello* pag. 135. b.

(1429. γ CCXXXVIII.) *Commentarium in Dominici* BAUDII *Gnomas*, ſuppreſſo nomine Antvverpiæ, ſed ficto Lugd. Batav. 1671. editum à *Carolo* SCRIBANIO *Jeſuita Bruxellenſi*, memorat *Alegambe* pag. 72. *Valerius Andreæ* pag. 126. & *Sweertius* pag. 170. in 8. editum Antvverpiæ addunt alterius vero Lugduno Batavæ editionis haud meminere. v. *Sotvell.* p. 135. a.

(1430) BELLUM GRAMMATICALE, „ſcriptum ludicrum edit. Wittebergæ 1543. „Budiſſinæ anno 1561. 8. Jacobus *Pontanus*, „Progymnaſm. Lat. ling. Tom. III. part. 1. not. „ad Prop. 34. ejus auctorem laudat *Andream* SA-„LERNITANUM, (ut alibi annotatum inveni) „Patritium Cremonenſem. *Symbola* iterum eſt *Rauſchiana*: cui addere hoc etiam debeo, quod nuper illud Bellum Grammaticale in Elegias redactum elegantiſſimas & ingenioſiſſimas prodierit in 8. hoc titulo: *Bellum Grammaticale paucos ante annos numeros inire juſſum, & Juventuti Anclamenſi commendatum ab eo, qui huic tum exiſtebat Phœbeæ Poeſeos Encomiaſtes, & ConRector, Georgio MANDERSSEN, jam rude firmato. Impreſſum Gryphiswaldiæ, Literis Danielis Benjaminis Starckii Reg. Acad. Typogr.* A. O. R. cIɔ Iɔc XCIV. paginis 51. quibus ſubjectæ gratulationes ad pag. 56. quæ ne vacaret Stephani *Paſchaſii* Epigramma ſubditur, in quo Grammaticus cum Rege comparatur.

de ſon *Theſaurus rei Antiquariæ*, une diſſertation,,
de ce *Morillon* touchant je ne ſai quelle Medail-,,
le; qui confirme authentiquement ce que dit,,
de lui *Goropius Becanus.* Mais je ne ſai qui peut,,
avoir obligé *Occo*, à retrancher cette Differta-,,
tion de la ſeconde édition le ſon Thréſor. An-,,
toine *Morillon* eſt fort loüe par Adrien *Junius*,,,
Medecin & Critique, en cinq ou ſix lieux de,,
ſes animadverſions, par Loüis *Guichardin*, ne-,,
veu

,veu de l'Hiſtorien, dans ſa Deſcription des Païs ,Bas: par *Muret* dans un Préface au Lecteur ſur ,Horace: par *Nannius* dans ſes Mélanges; & par *Lipſe* dans ſes Notes ſur ſes Livres de la Croix. ['erba ſunt de la Bibliotheque Choiſie de *Colo-ziés*, pag. 158. 159. Quibus addo nunc ſerius, pere jam perfecto allatam *Symbolam Stadianam*, uæ ſic habet.

(a) *Symbola Stadiana.*

Bonaventura Vulcanus *edidit Commenta-um cujuſdam Anonymi* de literis & Lingua Geta-m ſ. Gothorum, *excuſum Lugduni Batavorum 97. in 8. Auctorem eſſe* Antonium Morillonum *njicit Jacobus* Uſſerius, *in Epiſtola ad Franciſcum unium, Gloſſario Junii in Ulfilæ verſionem Evangelio-m Gothicam præfixa. Videtur autem idem opus in-ere Olaus* Verelius *in Runographia pag. 70. & 71. ens, Bonaventuram* Vulcanum *edidiſſe Commen-rium Auctoris Anonymi in codicem Argenteum Cum e codex Argenteus, qui continet* Ulfilæ *transla-nem Gothicam unicum Literaturæ Gothicæ ſuperſit mo-mentum. Cæterum Antonius ille* Morillonus *frater it Maximiliani, a quo orationem Dominicanam ex Ulfilæ rſione ſibi communicatam teſtatur Goropius* Becanus, *Originibus Antwerpianis, pag. 739.*

(1464. *α*) De GOLDASTI EPISTOLIS rumque prætenſo editore *Henr. Gunthero* HULEMARIO, docet *Junckerus*, de Ephemeri-bus Eruditor. p. 269. 270.

(1465) M. G. qui *Caſp.* SCIOPPII GRAM-ATICAM PHILOSOPHICAM, cum elegan-PRÆFATIONE, Amſtelodami A. 1659. in 8. idit, eſt Vir illuſtris *Marquardus* GUDIUS, Con-arius Regis Danici. *Symbola* iterum eſt *Flens-rgo Molleriana.* Cujus auctori, ut amico Gudia-, id potuit eſſe notiſſimum.

(1466) QUÆSTIONES GRAMMATI-Æ, Hamb. 1617. impreſſæ anonymæ, quod t M. *Joh.* MOTHII, Flensburgenſis, ludi rii ab A. 1603. ad annum usque 1626. mode-oris, Eccleſiæ deinde Nicolaitanæ ac Maria , ad Annum usque 1642. quo defunctus eſt, iſtitis, ſcribit ejusdem civis, Joh. *Mollerus*, t. 3. Iſagoges ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbri-pag. 279. ut ejus rei gnariſſimus, & maxime c idoneus teſtis.

(1467) GRAMMATICÆ *Inſtitutiones Ala-*RESTALDI Calignii, L. Hebr. P. P. Pariſiis 45. excuſæ, quod ſint ab auctore, jam octo an-annos, *ἀνωνύμως* editæ, nunc autem locupleta-teſtatur ipſe in præfatione iisdem præfixa. P. *Colomeſii*, Gall. Orient. p. 6. Symbola ite-n eſt *Flensburgo Molleriana.*

(1468. CCXLV.) *Enchiridion* GRAMMA-CÆ GRÆCÆ Duaci 1632 in 8. excuſum, au-ri ſuo non nominato, SERVATIO SACRO *uitæ Leodienſi Belgæ* vindicat *Alegambe* p. 421 ta-tibus eum auctorem *Valerio Andreæ* atque *eertio*, quorum hic quidem excuſandus eſt, cum poſt ejus Athenas Belgicas hic liber prodie-rit: ille minus, cum octennio poſt ſecunda vice ſuam Bibliothecam Belgicam ediderit

Vide repetentem *Sotvellum* p 737. b.

(1469. CCXLVI.) *Deſcriptio floris* GRA-NADILLÆ, ſeu GRANATULÆ, *plantæ Indicæ, quæ illic* paſſio Chriſti *paſſim dicitur*, ex *italico Lati-na* facta, *additamentis & Scholiis ac Epigrammatis La-tinis hinc inde adſperſis*, nomine occultato, per *Fer-dinandum* CRENDELIUM, *Jeſuitam Germanum*, refertur ab *Alegambe* p. 109. Extant Tomi III. de Cruce, Jacobi Gretſeri, ad finem in Horto S. Crucis part. 4. *Sotvel.* p. 204. a.

(1469. *α*) GROTII EPISTOLARUM *ad Gallos* PRÆFATIO Vetus XIV. Calend. Mart. A. 1648. poſt novam editioni Joach. *Geſenii* Lipſiæ 1674. in 12. iterato præfixa quod ſit *Claudii* SAR-RAVII, refert anonymus auctor Gallus Miſcel-laneor. Hiſtoricorum. (*Melanges Hiſtoriques*) a Orange 1675. editorum in 12. pag. 16. ſemet-ipſum detegens, quod ſit Paulus *Colomeſius*, Gal-liæ Orientalis Auctor verbis (a) excerptis.

(a) Melanges Hiſtoriques *a Orange 1675. p. 16. L' Autheur de la Préface des Lettres de Grotius* ad Gallos, *eſt M.* Sarrau, *comme il le découvre dans une Lettre Françoiſe, qui n' a jamais vû le jour, que M.* Gudius *me communiqua à la Haye. J' ay ra-porté un beau fragment de cette Lettre dans ma* France Orientale *p. 238.*

(1469. *β*) HARSDORFII *obſervationes de tribus coronis*, Joh. *Schefferi libro adjectas*, Latinas fecit *Johannes* COLUMBUS, Profeſſor Poetices Upſaliæ, tacito ſuo nomine: indicio Nicolai *Stiernbergii*, Bibliothecarii Upſal. *Symbola* iterum eſt *Normaniana.*

(1470) PHRASES HEBRAICÆ V. T. in 8. anonymæ, *Jameſio* memoratæ, Catalogi Oxo-nienſis p. 388. in notis Manuſcriptis *Ravianis*, ite-rum *Normanniana Symbola Roberto* STEPHANI, ut & ex ejusdem ad *Bootii* Indicem Auctorum an-notatis Manuſcriptis, adſcribit.

(1471) *De* STUDIO HEBRAICO, *metho-dice inſtituendo, Conſultationem Baſil.* 1638. cum Mercurio *Quadri* (an Lundii? manuſcriptum in-articulatis nimis ductibus dubitare me facit) BUXTORFII eſſe, poſtea *Scioppii* nomine prodi-tam, ut in *pſeudonymis* n. 781. memorabitur, *Sym-bola Normanniana* iterum me docet.

(1471. *α* Olim Additionum Cap. IX. num. DXCVII.) APOLOGIAM *pro* HEINSIO, *ad-verſus Joannis* CROII *calumnias.* Lugd. Bat 1646. in 8. editam, cum aliis argumenti non abſimi-lis, aut ipſius HEINSII, aut *M. Zverii* BOX-HORNII putat *Dn. Gerhardus von Maſtricht.*

De Joanne *Crojo* hoc, & imprimis illius Anti Heinſiano ſcripto, vide Paulum *Colomeſium*, Galliæ Orientalis pag. 181. & ſeqq. Cujus verba ſiſtimus (a) una cum nota marginali & aliquot aliorum ibi adductorum (b) (c) (d) (e) Ne-

que

que non *Heinſiana* (f) ubi quæ lit (c) dicuntur de Gallica laudatione, pertinent ad Reſponſum Gallicum anonymum contra *Balzacium*, de quo ſuo loco *Cap. XIV.* in Gallicis anonymis agetur. An vero aliquid eorum, quæ in nota marginali (a) memorantur, etiam deinde prodierit, ignoro. Notiſſimus autem mihi hic typis Rebenlinianis Ao. 1667. vulgatus *Nonnus Redivivus*, hoc eſt: *Reſponſiones breviſſimæ ad* Ariſtarchum *ſacrum* Danielis Heinſii, *Critici celeberrimi*, *quo* Nonnum *Poetam nobiliſſimum ſæpius errorum accuſat*, *quo Jure hoc tractatu oſtenditur*, Autore Caſparo *Urſino*, Isleb. Phil. M. ol. Prof. Acad. des. ut habet titulus, cui de Crojo cognitionem fuiſſe colligas ex ipſo ſcripto nullam: neque colligere id potui ex ipſo colloquio Viri jam ſenectuti proximi, & hic informandæ juventuti operam navantis, ac ante hoſce plus XX. annos Præfecturæ Claſſis alicujus Scholæ publicæ Johanneæ vacantis Candidati, Græce ac Latine docti, ſed minus morati; cujus etiam habemus. *Specimen Poeſeos variatæ*; *quo aliquot Pſalmi & loca Scripturæ vario carminum genere repræſentantur.* Hamb. 1670. in 8to. Hanc vero nobis memoratam *Apologiam Heinſii eſſe* ipſius, nemo dubitat: clamat ſtylus (de quo facile agnoſcendo vide datum ſignum ex *Colomeſio ſupra* num. CCXXXIV. excerpto (b)) resque ipſa: ut ſcribit ex vero *Symbola Normanniana*.

(a) Pauli Colomeſii Gallia Orientalis, pag. 184. Obſervationum S. & Hiſtoricarum in N. T. pars prior: (*Reliquas ut audio, aſſervat D.* Roure (*de quo infra*) *Joh. Croji nepos. Quem ut hæc & alia multa ejusdem, cum literarum S. Studioſis prompte communicet, obnixe rogamus*) *Genevæ 1644 4. in quibus* Heinſium *ſæpe exagitat*; *cujus defenſionem ſuſceperunt* Batavi *in* Apologia *Ao 1646. edita* 8.

(b) Idem pag 185. H. Grotius in Epiſtola Ms. ad Iſ. Voſſium, *Lut. 18. Mart. 1646.* Croji *liber multum hic legitur, creditur in eo Opere non* Bezæ *famam tantum vindicaſſe, ſed & gratificari voluiſſe* Salmaſio.

(c) Idem p. d. Sarravius, Alex. Moro Luth. Id. jan. 1642. *Vidi - - - - Croji reſponſionem ad Balſacium pro Heinſio. Plurima certe ſapiunt eruditionem altiſſimam: ſed linguam Gallicam & ſtylum quod attinet, fluit incultus, diſſipatus, inelaboratus, habebitque non pauca politiſſimi ingenii & vibrantis orationis Adverſarius, etiam in ipſo argumento, quæ regerat. Opus itaq; laudo non opificem, idem aliquando de* Gariſſolii *poemata dicturus. Sed an* Crojus *ipſe autor edendi? vix credam. Scio enim & certo ſcio, habere eum præ manibus ſatis amplum volumen Notatorum in Exercit. St. τ̃ Φοινικίδιχ Leydenſis. Ergo quem Gallice, hoc eſt, quaſi intra privatos parietes, opus ob muſteum laudaverit, Latine, id eſt per totum orbem terrarum in re non nauci ſuggillabit. Explica quæſo mihi iſtud quicquid eſt ænigmatis: niſi forſan* Gronovius *quem iſtam Diatribam ad vos detuliſſe audio, voluit Heinſium ad quem abituriebat, hac ſive arte ſive officio demereri.*

(d) Idem d. p. & ſeqq. *Idem eidem Lut. 15. Jan. 1644. Redditæ mihi ſunt amici tui obſervationes in Prolegomena jacentis & afflicti autoris, pr[o] quibus magnas tibi debeo & agogratias. Opus eſt eru[]ditum, varium, elegans, multijugi doctrina & lepo[]re refertum. Placet præſertim ϑυμὸς ἀγήνωρ, qu[o] hominem audacter, nec ſub perſona, aggreditur. S[ed] autem in ſolo pene hærens πεζοπολείῳ, tot inſcitiæ & ἀκρισίας portenta profligavit, quid non ſperemu[s] amantes ubi ipſa adyta reſeraverit? Unum vereor ne langueſcat ejus impetus, quia Adverſarius nihil e[ſt] repoſiturus.*

(e) Idem *pag. 187.* Seldeno *non male comes addetur* Tho. Gatakerus, *itidem Anglus, Cri[]ticorum quos hucusq; legerim accuratiſſimus, qui de* Joh. Croyo *hæc habet, in Cinno ſc. pag. 113.* In *Suid[a]* defingendo & explicando, uti clariſſimo *Heinſio* non accedo, ita nec viro doctiſſimo Joh. Croyo (qui adverſus illum iniquiorem paulo, paſſim ſe præbet) per omnia iſtic aſſentiri, queo.,,

(f) Idem pag. 187. Nic. Heinſius *in Ovid. Tom. I. pag. 375. 1661. Nec queror de* Joh. Croyo, *qui non ſolum oblitus patriæque patrisque Latin[æ] ac communium Studiorum, ſed ordinis quoque ſui, ho[]mo Theologus ſenio confectum Parentem meum nulla provocatus injuria petulantiſſime exagitavit. Au[]dio enim illum à Collegis ſuis officii admonitum quibus facinus iſtud barbarum diſplicebat, reſ[]puiſſe.*

(1472) *De ſtylo Sacrarum Literarum*, *& præ[]ſertim Novi Teſtamenti Græci, nec non de* HELLENISTIS *&* HELLENISTICA *Dialecto*, *doctiſſim[o]rum quorundam tam veteris quam recentioris æ[vi] ſcriptorum, ſententiæ* Anno Chriſti CIↃ IↃC XXXIX in 4. pag. 46. prodiit ſcriptum Collectore ut vo[]lunt, *Joachimo* JUNGIO; qua occaſione, a[ut] fortuna, nunc aliter exponere non vacat, quar[e] verbis *Joh. Molleri*, (a) in ejusdem Iſagoge a[d] Hiſtoriam Ducatuum Slesvvicenſ. & Holſati[æ] part. 4. pag 585. §. XV. quæ totidem hic exh[i]beo. De cœteris Hiſtoriam Gymnaſii Hambu[r]genſis, ab aliquo chariſſimorum meorum Co[l]legarum manu dudum exoptatam avidius tant[o] expectans, harum rerum, me plane puero, ac[] huc antequam Jungium vel de facie noviſſem, actarum minus etiam, quam ex his addiſco, ex[] cerptis, gnarus. Ex quibus etiam addiſc[o] quod

---

(1473) INNOCENTIA HELLENISTA[RUM] RUM *Vindicata*, liber anonymus, mihi ne[] dum viſus, M. *Danieli* WüLFFERO ſit impu[]tandus.

(a) Joh. Molleri Iſagoge ad hiſtor[i]am Ducatuum Slesvvicenſ. & Holſat part. 4. [p.] 585. ſeq. §. XV. Ao. 1637. *Inter Doctores Gymn[a]ſii & Scholæ Hamb. Publicos amice, de Autore Græco, p[u]bi ſcholaſticæ proponendo, eſt diſceptatum, cum quida[m] N. T. codicem commendarent, alii vero Græciſmum p[u]riorem ex iſto, Helleniſtarum Lingua conſcripto, addi[ſ]poſſe negarent. Occaſionem dedit iſta diſſenſio* Joac[h.] Jungio, *Rectori utriusq; celeberrimo, Diſputationi ſ[u]æ de* Probationibus Eminentibus *Problema hoc, Auct[]*

rii loco, adjiciendi: *Ad quam Facultatem pertineat quæſtio:* An N. T. ſcateat Barbariſmis? *Diſplicere ſibi illud Ordo Eccleſiaſticus publice ſignificavit, monuitq́; ne impoſterum juventus ſcandaloſis iſtiusmodi quæſtionibus turbaretur.* Jungius *adverſus hunc Cleri Elenchum ſcripto ſe Germanico vehementi defendit, indq́; iſto, affirmativam ſe quæſtionis tueri negavit,* Helleniſticum *tamen eſſe ſtylum N. T. aſſeruit. Ao. 1638. Eccleſiaſtæ Theologorum & Philoſophorum Wittebergenſium de Controv. hac poſtularunt judicium, à quibus reſponſum ipſis eſt:* Barbariſmorum vitioſorum ſtylum N.T. absque blaſphemia non poſſe accuſari, litem autem Criticorum de dialecto ejus Helleniſtica nondum eſſe deciſam. *A. ſeq. 1639. Jungius (quem collectorem ait eſſe autor Innocentiæ Helleniſtarum p.30. & 49.) ἀνωνύμως (in 4to) edidit* Sententias doctiſſimorum, tam veteris quam recentioris ævi Scriptorum, de ſtylo S. literarum, & præſertim N. T. Græci, nec non de Helleniſtis & dialecto helleniſtica. *Diſplicuit & iſta Sylloge Presbyterio, quod (*Groſſii *verba (in Triade p. 6. & in quarta illius defenſione, p. 4.) recito) ea, quæ de ſimplicitate ſtyli Apoſtoli a veteribus, & de Helleniſmo à Recentioribus, ſunt ſcripta, cum iſtis, quæ in contemtum S Scripturæ Gentiles effutierunt, per chaos quoddam confuſum commiſceret, &, quid de Criminationibus horum, ſtylum Apoſtolicum, ceu βαρβαρίζοντα, σολοικίζοντα, κυποταμικὸν ac ἁλιέυτικὸν, traducentium, ſit ſtatuendum, ne verbulo quidem ullo moneret. Juſſi proinde ſunt tres Eccleſiaſtæ contraria ex Patrum & Recentiorum Scriptis colligere Teſtimonia, illi opponenda Incongruum iſtæc ordinem à ſe digeſta Ao. 1640. edidit M.* Jac. Groſſius, Brandenburgenſis, Scholæ in Neomarchia Regiomontanæ ab A. 1614. Patriæ autem Brandenburgenſis ab Ao. 1616 Rector, Superintendens deinde ab Ao. 1622. Soliquellenſis, ac tandem, ab A. 1636. ad Emortualem 1652. Paſt. Catharinæus Hamburgenſis, in Triade propoſitionum Theologicarum, *ſtylum N. T. Græcum a Barbaris Criminationibus vindicantium, Sententiam Criticorum, qui Helleniſmum propugnant, nihil illius rectitudini derogare, oſtendentium, Jenæ Ao. 1640 (in 12mo) excuſa. Contendit in iſta, ſtylum N.T. ſimplicem quidem eſſe, & minime tumidum, vilipendi tamen, aut Barbariſmorum atq́; Solœciſmorum ſimulari, ſine blaſphemiæ reatu haut poſſe, non incurrere autem illum, qui, vel inter* Antiquos *ſimplicitatem ejus exagerarunt, vel inter recentiores, Helleniſticum eſſe, ac Hebraiſmis refertum, aſſeruerunt. Primus hanc Triadem impugnavit* M. Dan. Wülferus, *Norimbergenſis, celeberrimus poſtmodum Eccleſiæ Patriæ Antiſtes, cum in* Innocentia Helleniſtarum *adverſus illam vindicata, & Jungio (cujus ego teſtimonio freſus autographo, Wülfero libellum hunc anonymum, ſine loci & anni mentione (in 12mo) excuſum, vindico) inſcripta, tum in* Diſputationis de præcipuis Linguarum vitiis, *J. Mich.* Dilherro *Præſide, Jenæ, Ao. 1640 oppoſita Theſi XXIII. Utriq́; ſcripto eod.* A. Groſſius *reſpondit, iſti quidem in* Obſervationibus pro Triade pro *Apologeticis, iteratæ illius, quæ itidem ao. 1640. prodiit, editioni adjectis, huic autem in perbrevi earundem Appendice. Poſt Wülferum* Joh. Muſæus, *Ordinis tunc in Jen. Acad. Philoſophici Adjunctus, poſtmodum autem ejusdem Primarius*, Triadi Groſſianæ, *non Jungii, uti Groſſius (v. Muſæi vindicias contra Groſſium §. 59.) falſo ſuſpicabatur, inſtinctu, ſed Collegii Philoſophici, quo invito Trias Jenæ excuſa erat, juſſu (v. Muſæi* Erklärung der *XCIII.* Religions-Fragen, *p. 29. & ſeq.) A. 1641. oppoſuit peculiarem de ſtylo N. T. Disquiſitionem, in qua M. Jac. Groſſii Trias propoſitionum & Obſervationum Apologeticarum modeſte examinatur. Reſpondit huic Groſſius in* Tertia Triadis de ſtylo N. T. Defenſione, *eod. A. 1641. (in 12mo) Hamburgi publicata, & non ſuum tantum libellum vindicavit, ſed Adverſarium etiam novarum atq́; heterodoxarum de ſtyli Apoſtolici impuritate, Barbariſmis atq́; Solœciſmis, ac Θεοπνευςίᾳ S. Codicis de Rebus tantum, non verbis, intelligenda, inſimulavit. Cui cum Muſæus Ao. 1642. (Jenæ in 12mo) Vindicias ſuæ de ſtylo N. T. Disquiſitionis repoſuiſſet, Groſſius in Quarta Triados ſuæ defenſione, eod. A. (Hamb. in 12mo) excuſa, & ſua contra illam Meletemata defendit, & Claſſicum belli adverſus paradoxa Muſæana ſacri, in præfixa ad Theologos epiſtola, cecinit haud fruſtraneum. Eodem enim A. 1642.* Dan. Henrici, *Theol. Lipſ. ejus de Θεοπνευςίᾳ S. Codicis ſententiam, in Tr. peculiari* de verborum S. Scripturæ inſpiratione, *Dresdæ edito, impugnavit, ac non multo poſt* Joh. Hülſemannus, *in* Prælectionibus ad Lib. Concordiæ, *eandem ſibi improbari, Scripta autem Groſſii contraria probari, itidem eſt teſtatus (p. 222.) Utriusq́; Groſſii pariter atq́; Muſæi, de ſtylo N. T. Doctrinam* Jac. Bolius, *L. Gr. P.P. Regiomontanus, in* juſta Abſentiæ ab exequiis Linguæ Helleniſticæ excuſatione, *ſub examen A. 1647. vocavit.*

(1473. α CCXLVII.) *De* HELLENISTIS *& Lingua Helleniſtica Diſſertatio* prima, Ultrajecti 1641. prodiit, *ad Danielem Heinſium & Claudium Salmaſium* ſcripta. Eam ſibi contrariam, *Salmaſius* ex ſtylo adjudicavit *Heinſio*, tanquam auctori, ceu videre licet in ipſius *diſſertatione de Helleniſtica* Lugd. Batav. 1643. in 8. edita pag. 4. ubi in hæc verba commentatur, *ſi Heinſius auctor eſt, ut non vane auguror &c.* Hic tamen vane eſt auguratus. Nam *Martinus Schokius* aliis ſcriptis doctiſſimis notus, eam pro ſua poſtmodum agnovit, uti teſtatur *animadverſionum in Speciminis Salmaſiani capita quædam* auctor (de quo ſupra principio cap. 3.) in præfatione his verbis: *Et ut uno id ſaltem exemplo comprobemus, cui refragari nemo poteſt, ad Exercitationem de* Helleniſtis & lingua Helleniſtica *auctorem remittemus, quæ Ultrajecti prodiit anno hujus ſeculi quadrageſimo & primo. Quam refutaturus* Henſio *tribuit, ut in ſimilibus ſolebat, ut ita iracundiæ frœna laxaret, & irritatus ſcilicet multa atrocia in eum diceret. Cum tamen conſtet, publicoq́; ſcripto faſſus fuerit Martinus* SCHOKIUS, *Profeſſor Groninganus, ſe ejus diſſertationis eſſe auctorem. Salmaſius* inſuper *Funus Helleniſticum* anno 1643. Lugd. Batav. duxit, edito ejus tituli libro in 8. cui licet ipſe *Oſſilegium* addiderit, tamen inter alios plures adeſſe noluit *M. Jacobus Bolius* Græcæ Linguæ Profeſſor Regiomontanus, edita diſſertatione peculiari Ao. 1647. in 4. cui titulus. *Juſta & moderata abſentiæ ab Exequiis & juſtis funebribus, funeri linguæ Helleniſticæ paratis, excuſatio & venia, quam ab iis qui Idiotiſmum Hebræum in Tabulis Teſtamentariis novi fœderis Salvatoris noſtri Chriſti Jeſu negando, funus Linguæ Helleniſticæ procurant, iis verò, qui ſolœciſmos & Barbarismos eidem impingendo, prorſus efferunt, & contumulant &c. impetrare conabitur &c.* qua diſputatione ſententiam mediam, inter hactenus pugnantes tueri, & conſide-

ratis iis quæ *Salmaſius*, *Heinſius*, *Jo. Crojus*, *Pfochenius*, *M Jacobus Groſſius* Hamburgenſis olim ad D. Catharinæ Paſtor, in *Triade Propoſitionum Theologicarum*, eique repugnans Joh. *Muſæus*, aliique, in hoc argumento ſcripſerant, ipſe, Stylum quidem N. T. Græcum Ebraiſmos ſecum vehere, ac eo reſpectu à ſtylo reliquorum auctorum profanorum Græco diverſum eſſe; nec tamen ideo ſcatere barbariſmis ac ſolœciſmis recte dici, probare laborat.

Idque merito. Nam etſi hanc æque parum ac priorem *Jungianam* litem hic meam facere cupio: tamen illud in honorem, Sacris literis etiam hoc ut omni loco a me debitum, tacere non poſſum. Me non videre, quomodo recti judicii, nedum eruditione litterarum Hebraicarum exculti homo, poſſit hoc in vitium torquere ſacræ elocutionis, quod omnino Gemmarum inſtar pretioſiſſimarum æſtimari debet. Imo ad ϲυνάφειαν Novi ac Veteris Teſtamenti, hoc cum ejus temporis Hebraizantium Græcorum vel Græciſſantium Judæorum optima commoditate fieri quo poſſet, adeo provide linguas eorum miſcendo Deus ordinavit, ut nobis etiam usque ad diem noviſſimum prodeſſet: Id vero gratiis erat devotiſſimis, non convitiis impudentiſſimis & petulantiſſimis, ne dicam blaſphemiis proſequendum.

(1474. DXCVIII.) CLAVA HERCULIS, neſcio quid libri ſit, quod tribuit *Alegambe* p.158. Georgio SCHRETELIO, *Jeſuita Suevo*. & *Sotvel*. 294.b.

Ad HERENNIUM Libri, ut CICERONI, CORNIFICIO, &c. tribuantur, in *Cicerone Pſeudonymos* inter exponemus.

(1475) HEUTELIA, Satyra qualis ſit anonyma, GRAVISETI neſcio cujus, & Dn. - - BREITSCHWERD, indicatur & Clavis ejusdem etiam augetur à Jo. *Deckherro*, de adeſpotis pag. 250. cujus excerpta (a) huc pertinentia damus.

(a) Jo Deckherrus de Adeſpotis, p. 150. *Inter Satyrica Scripta hodie etiam cenſeri meruit* Heutelia, *ſive* deſcriptio itineris a duobus Germanis per Helvetiam confecti. *Exules*, *ut vocantur*, Graviſethus, *Nobilis Bernenſis*, *qui ſatyræ auctor*, *& notiſſimæ in Suevia Familiæ infelici Beſoldiana affinitate claræ*, D. Breitſchvverd. *Adjecta eſt clavis*, *ſed ſane pauca referans*: *addamus quæ conjectatu non difficilia*, *& partim aliunde comperta*.

(1476) *De vocibus* HERODOTI anonymus, quem APOLLONIUM exiſtimant, ſcribit Jo. *Schefferus*, de ſtylo cap. XII. §. ult. pag. m. 156.

(1477) HESIODI THEOGONIA, ex Græco ad verbum verſa, & ab Oporino nuper edita Baſileæ, anonymos, aſſeritur *Sebaſtiano* GULDBECK, Tigurino Gr. & Latine peritiſſimo, à *Geſnero*, Bibliothecæ fol. 593. a. confirmante idem *Hottingero*, Bibliothecæ Tigurinæ pag. 117.

(1478) *De Libellis adverſus* HEUSCHENIUM & PAPENBROCHIUM, (celeberrimos illos Jeſuitas, magnæ de Vitis Sanctorum collectioni auctores) *diſſeminatis*, *Epiſtola anonyma* ſcripta Latine, *Caroli* DU FRESNE, Domini de CANGE, notiſſimis ſuis Gloſſariis Latinis & Græcis mediæ & infimæ ætatis, auctorem aliquot in folio Tomis eſſe, docet *Wittenius*, Biographiæ ſuæ part. 2. A 1648.

(1479) COLLECTIO HIBERNICA Tomo IX. *ſpecilegii d'Achery* extans, ut GILDÆ invito *Dujatio*, adſcribatur, his verbis (a) referunt *Acta Eruditor. Lipſ.* Supplem. I. Tom. I. Sect. pag. 22.

(a) Acta Erud. Lipſ. *Supplem. I. pag. 2*. Collectionem Hibernicam, *quam tomo 9. ſpicilegii ſui* Lucas d'Achery *in lucem protraxit*, *etſi ea nonnulli* Gildæ *Sapienti tribuunt*, Doujatius *tamen noſter* (*in Prænotionibus Canonicis*) *Decreto Gratiani vix antiquiorem cenſet*.

(1480) HIEROCLIS ἀϛεῖα, *Græce cum* LATINA VERSIONE, & breviculis ANNOTATIONIBUS, Londini 1654. *cum opuſculis Hieroclis vetuſtioris* edita ſunt, non indicato auctore verſionis & Notarum; quem ego *Paulum* MELISSUM eſſe ſuſpicor; ob nomen Myrtilleti Meliſſo familiariſſimum, qua præfatio clauditur. Sed quærenda editio Vogeliana 1605. in 8. *Symbola* eſt *Normanniana*. Adde his *Symbolam Junckerianam* (a) verbotenus ſic habentem.

(a) Symbola Junckeriana: Ἱεροκλ. Φιλοσόφȣ ἀϛεῖα, i. e. Hieroclis Philoſophi Facetiæ de priſcorum Studioſorum dictis & factis ridiculis, Londini 1654. in 8. a *Joh. Curterio*, *una cum aliis ejus operibus edita in volumine*. *Illis vero facetiis additæ ſunt pag. 408. usque 413.* notæ quædam nonneminis, *quas* Anonymus (*quem ego ſuſpicor eſſe* Heiderum, *Profeſſor. Tubing.*) *in oratione de* vulpe Scholaſtica, *apud* Caſpar. Tarnovium *in Theatro Sapientiæ Socraticæ*, *pag. 555. 556.* Alberto Molnari & Melchiori Goldaſto *adſcribit*. *Hæc verba amicus quiſpiam ſuo Hieroclis Exemplari adnotaverat manu*, *quæ oportune occurrerunt*, *cum hæc ſcriberem*.

(1481) JUDICIUM DE HISTORICIS *qui res Romanas ſcripſerunt ab* U. C. *usque ad Carolum M.* ſubjunctum *Balthaſaris Bonifacii* Romanæ Hiſtoriæ ſcriptoribus excerptis, ut anonymum editoris Venetæ 1627. Amicus mihi per literas, eo chariores, quo rariores, Antonius *Bailletus* jam adſcripſit *Carolo* SIGONIO, in anonymis ſuis Judiciis Gallicis ſuper eruditos (*Jugemens des Scavans*) verbis ipſis quæ ſubjungimus (a) excerpta. Ipſe vero liber, *præfixo nomine auctoris* poſtea comparuit, recuſus cura & ſtudio Jo. Eberhardi *Busmanni*, Helmſt. 1674. hæc Bonifaciano libello una cum Adriani *Poliri*, ſi

ut editor conjectat ſub finem præfationis ad Lectorem *Angli Politiani* Ordine Romanæ hiſtoriæ legendæ. Quamvis impreſſa jam tunc ad Lectorem præfatio Bonifaciana & auctorem & fortunam deperditi ac reſtituti hujuſce Sigoniani libelli diſerte exponat.

(a) Anonymi Galli (Baillet) Jugemens des Sçavans ſur les Ouvrages des Aucteurs *Tom.II. P. II. num. 183. pag. 212. On dit, que* Sigonius *eſt l' Aucteur de ce jugement, que nous avons de l' edition de Veniſe en 1627. ſur les Auteurs qui ont écrit* l' Hiſtoire Romaine depuis la fondation de la ville jusqu' à Charlemagne. *Il y a aſſez d' apparence, que ce que l' on y trouva à redire, ne vient peut-être que de ce que c'eſt une piece poſthume, que ce ſcavant homme avoit laiſſée imparfaite dans ſon cabinet, & qu' il n' avoit faite apparemment, que pour ſon uſage particulier.*

(1482) HOMERI VERSIO LATINA, „accuratiſſima dicitur pagina principe *editionis* „*Schreveliana*, 1656. Lugd. 4. ſed extrema præfatione, ad Lectorem, verbo monetur, eſſe *Oberti* GIPHANII, ex Stephani aliorumque verſionibus immutatam. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1483) COMMENTARIUM in LYRICA HORATII *expurgata, e: Veteribus & recentioribus Scholiaſtis*, Actone Porphyrione, Chaetio, Lambino, Torrentio & Ceruto excerptum, editum Coloniæ, apud Hermannum Mylium in folio, *Philippus* BEBIUS, Jeſuita, toties anonymus, & jam memoratus & porro memorandus ut ediderit, teſtatur *Sotvellus*, Bibl. Jeſuit. p. 708. a.

(1484. Olim Cap. IX. Additor. Num. DXCIX.) COMMENTARIA in HYGINUM *Chromaticum*, & POLYBIUM *Megapolitanum*, de *Caſtris Romanis*, quæ extant longe doctiſſima, prodiere auctore R. H. S. Amſtelodami 1660. in 4to. Ea *Radbodo Hermanno* SCHEELIO, Domino Veneburgæ & Welbergæ, Iſelmudani Transjulaniæ agri Præſidi deberi, ſcribit iterum Dominus *Gerhardus von Maſtricht.* Ejudem auctoris habemus *Libertatem publicam*, libro poſthumo deſcriptam, editamque Amſtelod. 1666. in 12. cui adjectus Threnus *Theophili Hogerſii* in obitum ejusdem.

Ad HYGINI CHROMATICI *de Caſtrametatione librum notæ anonymæ.* Viri de bonis literis optime meriti, ſcribit eſſe Johannes Petrus *…tius*, manuductionis de arte excerpendi pag. 3. num. 17. quem nominat *Radboldum Henricum* eſt autem revera *Radbodus Hermannus*) SCHEELIUM, *Lipenius*, Biblioth. Phil. pag. 127. Dominum Veneburgæ & Welburgæ in Tranſalania, & Hygini & Polybii de *Caſtris Romanorum* Gr. L. operi notas & animadverſiones in 4to. Amſtelodami editas, ſcripſiſſe teſtatur. Adde Joh. *Schefferum* in Notis ad *Mauritii Strategicum*, p. 411.

(1484. *a*) Anonymi JANUA LINGUÆ LATINÆ.

Hiſtoriam hujus libri ejusque fata & augmenta, ad Jongum, ſi ſemper ad verum, enarravit Michael *Pexenfelder* Jeſuita, in præfatione ad *apparatum ſuum eruditionis, tam rerum quam verborum, per omnes artes & ſcientias aliquoties editum & auctum.*

Aliquam multi, inquit, *lapſi ſunt anni,* „ *ex quo induſtria quorundam è Societate noſtra,* „ *Hibernorum natione, tum temporis in Hiſpania,* „ *in Collegio Salmanticenſi degentium,* Ratio *eſt,* „ *edita* compendiaria Linguæ addiſcendæ, „ Latinæ; *Cujus uſitatiora vocabula, ſententiarum* „ *Centuriis omnino duodenis comprehenſa, eo,* „ *ſunt diſpoſita modo, nullum ut ex iis (exceptis,* „ *vulgaribus nectendi particulis) iterum recurrat.* „

Quæ inventio primo ab Anglis *arrepta,* „ *avide, ſermonis eſt vernaculi additamento aucta,* „ *typisq; mandata circa annum Chriſti 1615.* „ *Mox ad ea Lingua acceſſit* Gallica; *& ad hanc,* „ *verſio* Germanica, *ea ubivis commendatione,* „ *anno ut decimo nono ſupra milleſimum, ſexcenteſimum,* „ *diverſis* octo Linguarum *idiomatis,* „ *inſtructa prodierit in lucem: factumq; ſit, ut,* „ *quæ initio nuncupata fuerat* Janua Linguæ, „ Latinæ, *jam Janua diceretur* Linguarum.

Anno de hinc hujus ſeculi trigeſimo primo, „ Joannes *quidam* Amos COMENIUS *animum & manum adjecit, ad Januam hanc Hibernicam ſive magis dedolandam, ſive novis adornandam parergis. Intra quam ne profanus,* „ *quisquam & Muſarum Sacris haud dum initiatus pedem inferret,* VESTIBULUM *præſtruxit, quod pro ſua elegantia,* Lexicalem Verborum contexturam *appellavit; deinde id egit,* „ *ut per* Janualem (*ita loquitur*) textus interpretationem *viam aperiret in* Latinitatis atrium. *Quem in modum ſive ornata ſive aucta Janua,* „ *cum varias fatigaſſet operas typographicas, neq;* „ *tamen deſiderantium cupiditati fieret ſatis, eadem* „ *anno ſalutis reparatæ Milleſimo Sexcenteſimo, quinquageſimo Sexto* Schaffhuſi in Helvetia, *typo,* „ *& luci eſt reddita; iterumq; anno ſequenti,* „ Francofurti *&* Hamburgi *recuſa, Studio &,* „ *opera cujusdam Joannis* Docemii, *novum auctarium addentis. Nec defuerant anno 1660. typi,* „ Norimbergenſes, *quibus prædicta Janua denuo procuſa; velut rectius loquar, aſciæ ſubjecta,* „ *mutata inſcriptione, dicta eſt* ORBIS SENSUALIUM PICTUS, *hoc eſt,* (*ſunt verba,* „ *tituli*) omnium fundamentalium in mundo, „ rerum, & in vita actionum pictura & Nomenclatura.

In reformanda Janua *præ Cæteris operam ſuam dilaudat, quem dixi:* Docemius, „ *quippe quam præ Hibernica longe elaboratiorem,* „ *reddiderit & abſolutiorem; imprimis deſiderari,* „ *in Janua illa Hibernorum magnam optimarum,* „ *vocum partem; Vocabula multa ineſſe Synonyma,* „

„*plus caliginis quam lucis Linguæ Latinæ tironi-*
„*bus offundentia; non paucas inibi ſententias*
„*memoriæ mandandas referri, Tropice tantum &*
„*obſcure intelligendas; ignoſcere ſe tamen Patri-*
„*bus illis, id Linguæ Latinæ Compendium primo*
„*tentantibus: errataq; condonare benigne; Cæ-*
„*terum ſe inventis & plura adjeciſſe & meliora:*
„*Deniq; optare ut quisquam uberiore ingenio do-*
„*ctrinaq; inſtructus, accepto ſuis e laboribus ſti-*
„*mulo prodeat ad amplius aliquid in his Cœptis au-*
„*dendum. Et quia nec Inſcriptio* Januæ Jeſui-
„ticæ, ut ait, *ſatis in rem convenit, maluit*
„*eam* SEMINARIUM LINGUARUM &
„ſcientiarum OMNIUM *appellare. Deniq;*,
„*cum jam typis committendum* apparatum *hunc*
„*noſtrum abſolviſſemus, exurgit Joannes* Jon-
„ſtonius, *qui in præfatione* Polymathiæ ſuæ
„Philologicæ (*quæ Francofurti & Lipſiæ anno*
„*ſeculi hujus Sexageſimo Septimo in lucem data*)
„*gloriatur, Januam Linguæ Latinæ (nempe Jeſui-*
„*ticam) ex Germania advectam, anno 1617. magnis*
„*nævis laborantem*, eſſe ſuo monitu a Come-
„nio reconcinnatam, & *eleganti methodo do-*
„*natam: neq; tamen hunc ipſum feciſſe ſatis, quip-*
„*pe Vulgatiora tantum & pueris legenda afferen-*
„*tem; ſe vero laboribus* Comenii & Urſini
„*uſum operam dare conatum, ut in gratiam Ju-*
„*venum, Academias meditantium, totum re-*
„*rum, ſi non vocum exhauriret Oceanum.*
„*Enim vero grandi promiſſorum hiatu; qui tam*
„*rerum quam verborum partim Græcanicorum &*
„*in Latio nunquam auditorum, nedum recepto-*
„*rum; partim Græco- & Latino- Barbarorum*
„*farraginem tam denſam corraſit, ut non modo*
„*a Limine Januæ Linguæ, ſed ab ipſis etiam Linguæ*
„*Latialis finibus, ſit proſcribendus. Id quod cor-*
„*datus Lector facile deprehendet; qui meliora,*
„*quæ invenerit, ea ex Janua Comeniana transla*
„*ta & hanc ex prima illa PP. noſtrorum Hiberno-*
„*rum Janua, Concinnatam digeſtamque memi-*
„*nerit. In quorum labores (usq; adeo multos Pe-*
„*nelope hæc procos, aut rectius loquendo, Janua*
„*hæc fabros habuit) etiam* Gaſpar SCIOP-
„PIUS, *ſeu Schoppius, famoſus & vapulans Gram-*
„*maticus, manum injecit, dum ex Janua illa Hi-*
„*bernica*, MERCURIUM *efformavit, primo*
„Bilinguem, *in* Italia *impreſſum, ſub nomine*
„*inverſo*, Paſcaſii Groſippi; *poſtea* Quadri-
„linguem, *ſeculi hujus anno trigeſimo quarto*
„*Baſileæ editum; unde tantos concepit ſpiritus, ut*
„*in* Pædia *ſua impreſſa Patavii, quam* Divina-
„rum & Humanarum literarum *nominat, La-*
„*tinitatis ſe Myſtagogam profiteatur tam felicem,*
„*ut quem nactus ſit diſcipulum, etſi rudiſſimum*
„*& qui nullum omnino verbum Latinum intelli-*
„*gat, uno doceat anno, quamcunq; Ciceronis epiſto-*
„*lam Marte ſuo interpretari; omninoq; rationes*
„*certius & expeditius reddere, quam alius que-*
„*at triginta annis, in Linguæ Latinæ Studio & ex-*
ercitio verſatus; Cujus hominis impudentem ja-
ctantiam cum Laurentius *Noſter* Forerus, *in*
Grammatico Proteo; *tum ficto quidam no-*
mine Eugenius Lavanda, *in ſuis ad Pædiam*
illam Scholiis & annotationibus, acri lixivio
perfricuit.

Cæterum, ut redeamus ad orbitam, fama
Januæ illius Comenianæ & Seminarii Doce-
miani, *ad meas etiam pervenit aures; deinde li-*
ber ad manus. Vidi, pervolvi, conſideravi, lau-
davi multa; nec pauca tamen erant, quæ repre-
henderem. Induſtria viſa eſt multum commen-
dabilis & labor; non item promiſcua vocum,
phraſium & rerum turba, quam admiſſam in-
tra ſuam Januam & velut animantia in Arcam
Noæ congregatam, ac inductam gloriatur Amo-
ſius: *quas quidem inter animantes haud paucæ*
apparebant cornutæ, & Priſciani ferula mactan-
dæ. Acceſſit, quod complura cum Latinitati
caſtæ tum religioni officiebant, & publico noſtræ
juventutis bono. Etenim quod Acatholici in
„*aliis ſuis, ut vocant, Dictionariis, Vocabula-*
riis, Nomenclatoribus, Lexicis, Theſauris, Far-
raginibus, Silvis, Phraſeologiis, Cornucopiis, Po
lyantheis, Anthologiis, Florilegiis, Repertoriis &c.
facere ſolent: id in hac quoq; haud omiſerunt;
cui pro opere Vermiculato, erronea ſua dogmata
ſparſim inſeruerunt, Lectorem vel Imperitum vel
incautum haud ſentientem in transverſum actu-
ri. Hæc verbotenus e *Symbola Maſtrich*
tiana: quæ & adjunctum hic titulum libi
cum præfatiuncula ad Lectorem addidit.

Aureæ Januæ

CLAVIS RESERANS

Hoc eſt:

BREVIS AC SUCCINCTA,

ad inveniendam auream

J. A. COMENII

Latinitatis Januam, manuductio, *qua tironibu*
principaliora ex ſingulis capitibus Themata perquam
utilia ac neceſſaria ad oculum exhi-
bentur;

IN GRATIAM

Diſcipulorum privatim conſcripta, nun
publice doctorum virorum arbitrio
typis demandata

Opera

HILMARI HASTÆI,

p. t. Correct.

RINTELII,
Typis exſcripſit Petrus Lucius, Tygogr. Acad.
Anno 1651.

AD LECTOREM.

UT *maximi medici* (Sic cum Eraſmo loquor) *minores quoq; morbos optime ſanant: Ita fideliſſ Præceptores & minima optime docent. Hoc æquior mentis trutina perpendens, in hoc opuſculo pro diſci-*
pulorun

pulorum mihi concreditorum captu & modulo, minima eaque latinæ linguæ tironibus utiliſſima & neceſſaria, ex præſtantiſſ. Juventutis informatoris J. A. C. incomparabili Medicina, reſeratâq; aurea (vere etiam aurea) *Janua depromere, præcipuaque ex ſingulis* ejusdem *Capitibus, certis titulis diſtinctis, themata, viam quaſi monſtrantia excerpere* clavemque *Januæ addere volui. Quæ, ſi cum lacte materno imbiberint, tandem aliquando, adhibitis ſelectiſſimorum Autorum ſcriptis, ad ſummum latinitatis culmen pervenient. Bene hæc, Lector amande, conſule, nec in pejorem partem rape. Vale.*

Jeſuitica, & Anti-Jeſuitica.

(1485. CCXLVIII.) ANATOMIA SOCIETATIS JESU, liber ei ſectæ infenſiſſimus, ac acerba refutatione oppugnatus â *Laurentio Forero* Jeſuita Germano, (cujus *Alegambe* pag. 295. refert hæc bina ſcripta: *Anatomia Anatomiæ ſocietatis Jeſu*, ſive *Ant' Anatomia infamis libri, cujus titulus eſt*, Anatomia ſocietatis Jeſu, Oeniponte apud Joannem Gachium 1634. in 4.

Mantiſſa Ant' Anatomiæ Jeſuiticæ, oppoſita famoſis contra ſocietatem Jeſu libellis, quorum tituli ſunt. 1. Myſteria patrum Societatis Jeſu. 2. Conſultatio Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ 3. Fr. Ludovici Soteli relatio de Eccleſiæ Japonicæ ſtatu, Oeniponte apud Joannem Gachium 1635. in 4.) memoratur in Catalogo Mſſto librorum, quos editioni paratos habebat *Caſpar* SCIOPPIUS, qui ab ipſo quondam concinnatus, & amico cuidam ſub ſecreti fide communicatus, Amici mei ſingularis, Viri maxime Reverendi *Esdræ Etzardi* SS. Theologiæ Lic. ſuaque rariſſima eruditione ac pietate nobilioris, quam ut mea commendatione quidquam ei poſſit accedere, benignitate ad me quoque pervenit. In eodem etiam alia contra Jeſuitas plurima recenſentur, quæ cum æque parum mihi ac Anatomia modo memorata, viſa ſint, adeoque num in lucem unquam prodierint, ignorentur, qualia inibi extant huc adſcribam.

1. *Ars nova ſolvendi omnia Hæreticorum argumenta, ab ArchieEpiſcopo Brundiſino Curiæ Romanæ vendicata, & Gaſpare Scioppio annitente exploſa.*
2. *Triumphus Monaſticæ perfectionis, adverſus Monachorum obtrectatores de Societate Ieſuitica.*
3. *Epiſtola ad Inquiſitionem Romanam, de Ieſuitarum Hiſpanorum Haereſi.*
4. ANATOME SOCIETATIS JESUITICÆ.
5. *Plaga peſſima, ſive Radix omnium malorum Societatis Ieſuiticae.*
6. *Examen Diſciplinae Ieſuiticae, tam morum quam litterarum ratione.*
7. *Cocus Ieſuiticus, deq; popinali Ieſuitarum doctrina Iudicium.*
8. *De Monarchia Ieſuitica ad Reges & Principes relatio.*
9. *Hydra Ieſuitica XII. capitum Clava Herculis eliſa h. e. Impii, nefarii, fraudulenti, ſeditioſi ac ſacrilegi erga Roman. Eccleſ. & Imper. Roman. Ieſuitarum conatus.*
10. *Patrologia Ieſuitica, fortia facta Patrum, ſeries longiſſima rerum, h. e. de Generibus, Cauſis & Effectis Paternitatis Ieſuiticae, deque Patribus patratis & patrantibus eorumque patrationibus Phyſicis & Metaphyſicis hiſtoricae narratiunculae, & Philoſophicae ac Theologicae meditatiunculae.*
11. *Ignatius miraculifex, ſive Miraculum Miraculorum, quo Ignatius Lojola ſuam beatitudinem & ſociorum ſuorum ſanctitatem fecit teſtatiſſimam.*
12. *Ieſuita Parricida ſive de officio Ieſuitarum, qui Principibus ac Epiſcopis ſunt à confeſſionibus.*
13. *De Proteſtantium ad Eccleſiae Romanae communionem reductione, rectisq; ac pravis ejus rationibus adverſus turbulenta Ieſuitarum conſilia & ſuaſorias.*
14. *Conſultatio de cauſis & modis inſtaurandae Societatis Ieſuiticae. v. num. 1493. infra.*
15. *Phariſaiſmus Ieſuiticus.*
16. *Apoſtolatus Ieſuiticus.*
17. *Piſcatus Ieſuiticus.*
18. *Paradoxa Ieſuitica.*
19. *Depoſitum Ieſuiticum.*
20. *Fermentum Ieſuiticum.*
21. *Fatum Ieſuiticum.*
22. *Infantia Ieſuitica.*
23. *Ulyſſes Jeſuiticus, ſive aulica Ieſuitarum ſolertia.*
24. *Apologia pro Senatu Veneto adverſus Ieſuitas.*
25. *De Cauſis publici ergo Ieſuitas odii.*
26. *Apologia Eccleſiaſtica, ſive Cauſae-dictio pro Monachis adverſus Ieſuitas.*
27. *Hamus Voluptatis, ſive Delitiae Ieſuiticae.*
28. *Conſultatio de Eunomia Societ. Ieſuiticae.*
29. *Conſ. ad Ferdin. II. Imper. de Inſtauranda Eccleſiaſticorum diſciplina.*
30. *Conſ. de circumſcribenda Ieſuitarum ambitione, dominandiq; libidine.*
31. *Comparatio Status monachorum & Ieſuitarum.*
32. *Scrutinium Eſavi, ſive arcana Imperii Ieſuitici.*
33. *Diſſimilitudo Status Epiſcoporum & Ieſuitarum.*
34. *Ieſuita Energumenus, ſive nota 7. ſpirituum immundorum, quibus Ieſuitae obſidentur.*
35. *Statera Religioſa h. e. Examen operae pretii Monachorum & Ieſuitarum.*

Sed quemadmodum ipſe Jeſuitis nullus pepercerat, ita nec ipſi vice verſa *Scioppio*, ceu videre

dere eſt ex iis, quæ diximus in Rhodianis n. 54. infra ad Satyram *Cave canem* nunc inſertis. Quibus addi poſſunt, quæ modo ad titulos *Arcanorum Jeſuitarum, Aſtri inextincti*, & *Aſtrologiæ Eccleſiaſticæ* dicentur, & infra in *Pſeudonymis*, ad nomen *Alphonſi Vargas*.

Inque *Sotvelli* peculiari Cap. XIIX. defenſores Jeſuiticos &c. exhibente pagina 946. & ſeqq.

Recuſa eſt deinde in Batavis etiam alia editione mihi viſa, ANATOMIA SOCIETATIS JESU: ſeu PROBATIO SPIRITUS JESUITARUM. Item *Arcana Imperii Jeſuitici*, cum *Inſtructione Secretiſſima pro Superioribus* ejusdem. Et *Deliciarum Jeſuiticarum Specimina*. Tandem *Divina Oracula de Societatis exitu. Ad excitandam Regum & Principum Catholicorum attentionem utiliſſima*. Anno 1643. in 12. paginis 221. præfixis locis Scripturæ in adverſa pagina. Malach. 3. *Ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios* Levi; *& colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in juſtitia. Jer. II. Tu Domine demonſtraſti mihi, & cognovi: Tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum.* Jerem. 6. *Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis viam eorum. Omnes iſti Principes* (ſeu Superiores) *declinantes, ambulantes fraudulenter. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos.*

Præfatio excuſat diſſimulationem nominis exemplo Paulino ad Hebræos, quibus erat nullo ſuo merito inviſus. Pag. 9. ipſe liber incipit: *Anatome Societatis Jeſu*, ſive probatio Spiritus Jeſuitarum. 1. Joh 6 *Nolite omni Spiritui credere, ſed probate Spiritus, ſi ex Deo ſint: quia multi exiverunt in mundum.* Ipſa *probatio* fit ex primoribus ſeu ſuperioribus, & ex fructibus. Hæc dein partite inſtar tabellæ delineantur. Adduntur teſtimonia hinc inde. Ut pag. 37. &c. ipſius Generalis *Aquavivæ* de fine Superiorum. *Alfonſi Roderici* de Societatis degeneratione pag. 41. &c. A pag. 44. ad 54. excerpitur liber *Jo. Marianæ*, qui ſub Ignatio in Societate vixit, abhinc octo annis (ita ſcribit auctor pag. 42.) diem ſuum pie obiit, cujus *Baronius* Tomo 8. anno 688. ita meminit: *Veritatis amator & pietatis optimus cultor* Johannes Mariana, *dignus poſſeſſor* (lego *Profeſſor*) *Societatis Jeſu*. Hujus liber exſtat *de morbis Societatis, ejusque cauſis & remediis*, quam Pontificis Palatinus Theologus ſeu Magiſter Sacri Palatii *Nicolaus Ricardius* ex Hiſpania ſecum detulit. Ejus *cap. 3.* hæc leguntur: *Ignatius & priores Societatis Præpoſiti Generales non eodem, quo* Claudius Aquaviva, *ſtylo uſi, nec eandem gubernandi rationem ſecuti ſunt, ut mirum non ſit hodierno tractandi modo Sociorum animos offendi. Et cap. 19. Leges noſtræ, maxime autem Regulæ, mutatæ ſæpius fuerunt. Corpus Societatis ex toto contrarium eſt ei, quod fundator noſter Ignatius imaginatus ſibi fuerat ac formaverat. Homines ſcandalizantur, murmurant, nosq; infectantur non aliam ob cauſam* (NB.) quam quod nos adeo ſingulares & intereſſatos, *ſeu propriæ utilitati deditos vident.* Inde alia *ex Poſſevino* & aliis, & quæ titulo indicantur *arcana* ex eodem *Mariana* pag. 68. usque 98. & ſic reliqua. Ex quibus omnibus *primum* certe ſcriptum SCIOPPIO adjudicandum, ob genii & methodi ſimilitudinem plane ſimilem illi, quem Patavii in 12. ſub finem vitæ ſuæ librum edidit de ſuis ſcriptis, cujus initium eſt *Scioppio Chriſtus duo Talenta dedit, bene merendi de Eccleſia & Rep. voluntatem & facultatem*, ac deinde *non impari methodi ſerie atque ratione* buccinatur laudes ſuas, atque hic criminationes Jeſuitarum. Ut adeo ejusdem agnoſcas calami fœtum & ingenii; adeo ſunt ſimilis, in oppoſito licet argumento inventionis, diſpoſitionis, & ſtyli. Confirmat hoc Guydo *Patinus*, editionis prioris Epiſtolarum ſuarum lettre XV. pag. 59. hiſce verbis. *Il eſt* (Caſpar Scioppius) *ſoupçonné d' etre le plus grand Autheur de pluſieurs livres faits depuis 15. ans contre les Jeſuites: & entr' autres* de *Anatomia ſocietatis, & de ſtratagematis Jeſuitarum:* nempe ſub *Alphonſo Vargas* nomine proditum, de quibus ſuo loco.

(1486) APOLOGIAM *ſecundam adverſus* LOJOLITAS *Academia* PARISIENSIS edi, curavit, auctore, ut fertur, eodem illo ARNOLDO, qui de frequenti communione tam, prolixe commentatus eſt, ſed re vera quodam HERSENTIO, viro ingenii elegantiſſimi. Scriptum eſt acerbum: Oratio perſubtilis. Claud. *Sarravius* Epiſt. ad Salmas. 18. Decemb. 1643. adde Cave n. 14. *Symbola* eſt *Rauſchianæ*.

(1487. CCXLIX.) APOLOGIA *pro* SOCIETATE JESU *ex Bohemia & Moravia proſcripta*, an. Chriſti 1618. & 1619. Hanc ſuppreſſo nomine editam, rurſus auctam adverſus Bohemorum novas accuſationes, tacito quoque ſuo nomine, recudit Ingolſtadii 1619. teſte Phil. *Alegambe* pag. 4. *Jeſuita Tyrolenſis Adamus* TANNERUS.

Adde *Sotvell.* pag. 7. a. qui reliquas Apologias tum univerſales tum particulares, ut & perſonales refert, Indice materiarum cap. XII. a. pag 946. & ſeqq. ut & *infra* n. CCLVII. & *Pſeudon. Arnaldum, Pariſinam* Academiam.

(1488. CCL.) ARCANA JESUITARUM, liber *latine* primum, deinde *Gallice*, *Italice*, variisque linguis excuſus, auctori *Gaſpari* SCIOPPIO adſcribitur à Jeſuitis, uti videre eſt, ex reſponſione illi oppoſita per *Laurentium* FORERUM *Jeſuitam Germanum*, cui titulus, *Grammaticus Proteus Arcanorum Societatis Jeſu Dædalus, genuino ſuo vultu repræſentatus*, acceſſit *auctarium animadverſionum in* Gaſparis Scioppii *Eccleſiaſticam Aſtrologiam*, Ingolſtad. 1636. in 8. Eidem *Forero* adſcribitur ab *Alegambe* pag. 547. *Grammaticus Pædicus adverſus* Gaſparem Scioppium, quem tamen inter opera illius pagina 295. recenſita non reperio, anonymum autem prodiiſſe ſuſpicor: Imo fatetur ipſemet dein *Alegambe* p. 847. a. Plura vide *infra num.* CCLIII. & *Sotvelli* p. 947. b. ubi & *Grammaticum Pædicum* repetit, quem tamen & *Melchiori* INCHOFERO quomodo adſcribat *Villani*, videbimus in Pſeudonymo *Eugenio Lavanda*.

(1489. CCLI.) ASTRUM INEXTINCTUM, libellus eſt unus ex invectivis plurimis contra

contra Jeſuitas editis, oppoſitus ſpeciatim libro cuidam, a Jeſuita Germano *Paulo Layman* Dilingæ, anno 1631. in 4. edito, cui titulus: *Juſta Defenſio Sanctiſſimi Romani Pontificis, Auguſtiſſimi Cæſaris, S. R. E. Cardinalium, Epiſcoporum, Principum ac aliorum, demum minimæ ſocietatis Jeſu, in cauſa Monaſteriorum & Bonorum Eccleſiaſticorum vacantium, contra quosdam à ſeipſis delectos Judices*, ut eſt apud *Alegamb.* pag. 367. ubi primum hoc opus occultato auctoris nomine à *Gaſparo Scioppio* prodiiſſe, cura nempe illius editum, refert, ac inde ipſius eſſe creditum, ſtatimque cum alio contra Jeſuitas anonymo pariter ſcripto refutatum eſſe, per eundem *Paulum* LAYMANNUM, occultato ſuo nomine. Scripti illius titulus hic exhibetur. *Aſtrologiæ Eccleſiaſticæ, & Aſtri inextincti à* Gaſparo Scioppio *in lucem editi Cenſura.* Dilingæ 1635. in 4. Unde patet falli Excell. Dn. *Geiſlerum* dec. 3. num. 2. quando anno 1636. lucere cœpiſſe demum hoc aſtrum autumat, quod jam anno 1635. adeo Jeſuitarum oculos fulgore ſuo perſtrinxerat, ut eidem Eclypſin ſcripto modo memorato facere molirentur. Sed hujuſce erroris anſam Viro excellentiſſimo præbuerat locus citatus *Pelleri*, in Politico ſcelerato impugnato, c. 1. editionis primæ pag. 9. ſecundæ vero p. 5. ita ſe habens. *Vix credo, an autor magis idoneos Politices ſuæ Profeſſores proponere potuerit, ſi fides omnino adhibenda ſcripto* Rom. Hay, *ordinis S. Benedicti, quod Ao. M. DC. XXXVI. cum privilegio S. S. Majeſtatis Cæſareæ publicè prodiit ſub titulo* Aſtri inextincti, *de quo* Alphonſus de Vargas. Toleto Hiſpanus, *de qua gente alias Burgundiæ Delegati refertur dicteri um:* Un Eſpagnol ſans un Jeſuite, eſt une perdrix ſans Orange: *h. e.* Nec perdrix ſine malo aureo, nec Hiſpanus ſine Jeſuita ſapit) *affirmat, quod qui illum librum* (Aſtrum *nempe* inextinctum) *legere voluerint, animo percipere queant, ipſa veritatis evidentia ſe ſubactum iri, ut poſt homines natos agnoſcant & fateantur, nusquam terrarum inventos fuiſſe, tam omnino nullius conſcientiæ, fidei, honeſtatis ac pudoris Doctores, aut Ductores, quorum ſi quis ingenium ac mores ex ipſis eorum ſcriptis perſpexerit, fieri nullo modo poteſt, ut eos poſthac vel Conſcientiæ arbitros, ac moderatores, vel librorum ſuorum Magiſtros habere, & vel viſos, vel auditos velit, niſi aut faſcinatus, planeque oculis ac mente captus ſit, aut qua tantorum ſcelerum Magiſtri docent, ea diſcere gaudeat, & opere exercere nihil dubitet: non quin plurimi* pergit Vargas, *in ordine ipſorum ſint viri boni, omnisq; culpæ expertes, ſed quod eos nulla nota a cæteris eorum diſſimilibus ſecernat, quorum hoc ipſo commiſeratione digna & deploranda eſt conditio.* Ex hoc loco collegerat *Dn. Geislerus* primam hanc editionem fuiſſe, quæ ſecunda fuerat. Et vero ſi vera retulere, qui viderunt eandem mihi hactenus inviſam, ſub ipſo auctoris nomine publicata fuit hæc editio. In hoc Aſtrum exercuit etiam deinde *Theoricas Aſtri inexſtincti* a Romano Hay *ſcripti Valentinus Mangionius*, Italus Jeſuita, quas edidit 1639. 4. Eodem etiam anno Jeſuita alius *Jo. Cruſius* edidit Eclipſin ſeu *Deliquium Aſtri inextincti* Colon. in 4. Quis autem ſit *Alphonſus* ille *Vargas*, quem *Pellerus* Hiſpanum putavit genuinum, cum ſit *Gaſpar Scioppius* Germanus, vide in *Rhodianis* noſtris n. 42. & in *Pſeudonymis* ad hoc nomen.

Quibus nunc inſeruimus Rhodiana. Adde *Alegamben* & *Sotvellum* ad modo citata nomina, & p. 947. b. ubi *Crucius* pro *Cruſius* impreſſum. Jo. *Deckherrus* de adeſpotis pag 94. in editione, quæ ipſi ex Officina San-Georgiana A. 1634. curata, contigerit, Gaſparis Scioppii, Cæſarei & Regii Conſiliarii nomen non in titulo modo, ſed & omnibus paginis extare ſcribit *Symbola Normanniana* hic addit *Montaltium, Theolog. Moral. Jeſuit.* pag. 69. & 73. Pere *Hay*, Celebre Benedictin d'ALLEMAGNE huic libro auctorem adſcribentem. Addit itidem

(1489. α) AUCTARIUM JUSTÆ DEFENSIONIS anonymum Paulo LAYMANNO quoque deberi, fide *Anatomiæ Soc. Jeſ.* p. 36. 307. 320. Nempe oppoſitum ut credo, *Aſtro inextincto.* Quod ipſum huic juſtæ Defenſioni erat oppoſitum. Adde Sotvellum pag 652. b. Quæ vero etiam ſit prægreſſa diſceptatio placida &c. hanc Defenſionem juſtam ibidem a Cl. Normanno memorata, fateor me plane ignorare.

Ex alia tamen *Symbola Normanniana*, quam adſcribo (a) eam, quæ ſuo loco a me ſuo reddetur auctori, Gallicam Theologiam Jeſuitarum intelligi hic video: librumque jam a *Sotvello* p. 652. *Laymanno* Jeſuitæ adſcriptum, cujus titulus initio ſtatim eſt inde exſcriptus.

(a) Symbola Normanniana: Animadverſiones in cauſa Bonorum Eccleſiaſticorum & Monaſteriorum extinctorum in Germania. *Il eſt incroyable, combien ce livre, que le P.* Layman, *leur caſuiſte, a Dilingue ſouſtient, eſt loüé hautement, appellant (p 442* juſtæ Defenſionis) *l'auteur un homme illuſtre & un Theologien tres-bien informé des affaires d'* Allemagne, *quoy qu'il n'ait oſé avoüer qu'il fuſt d'un* Jeſuite *(Theol. Moral. Jeſuit. P. I. p. 72.) An ipſe* Laymannus *auctor, quem in hac eadem cauſa &* placidam Diſceptationem & juſtam Defenſionem *dediſſe, pagina ſequente narratur? an Johannes* Cruſius, *qui* Aſtri inextincti ecclipſin *ſcripſit? an alius quiſpiam?*

(1490. CCLIII.) ASTROLOGIA ECCLESIASTICA, liber imprimis Jeſuitarum ſectam impugnans, anno 1634 prodiit anonymus: eum *Gaſpari* SCIOPPIO imputant Jeſuitæ, ceu apparet ex iis, quæ diximus ad *Aſtrum inextinctum* ſupra n. 251. ubi *Pauli Laymanni* oppoſitum ei ſcriptum memoravimus, præter quod aliud etiam *Laurentii Foreri* Germani Jeſuitæ extat, cui titulus, *Auctarium animadverſionum in* Gaſparis Scioppi *Eccleſiaſticam Aſtrologiam* Ingolſtadii a. 1636. 8.

Videatur ſupra num. CCLI. de nominatim inſcripto exemplari utroque teſtante publice, quemadmodum ante jam mihi fecerat litteris privatis 4. Decemb. 16 6 *Deckherrus.*

(1491. 1492. 1493.) *Caroli* MOLINÆI, Franciæ & Germaniæ JCti, & in ſupremo Pariſiorum Senatu antiqui Advocati, *Conſilium ſuper commodis & incommodis novæ ſectæ*, ſeu factitiæ Religionis *Jeſuitarum.*

Acceſſit *fragmentum: Epiſtola* Pii cujusdam *Epiſcopi, quo* Pſeudo-Jeſuitæ CAROLI, *& ejus conger-*

congerronum maledicta repellit. Hanoviæ apud Thomam Vilenianum 1604. & in *Bibliothecæ Pontificiæ* Tomo, ex Bibliotheca Jo. Adami SCHERTZERI, Theol. apud Lipſienſes primarii, Lipſiæ 1677. in 4. inter Tractatus IX. loco IV. *cum ſubſcriptione* P. T. E. C. exhibitum, & in ſyllabo nominum, *Ponti* TYARDÆI, Epiſcopi Cabilonenſis interpretatione addita aſſertum legitur, a. pag. 46. ad 100. usque. Et ibidem num. VI. *Fr. Juniperi* DE ANCONA *Conſultatio contra Jeſuitas*, in Syllabo detegitur hiſce verbis additis: „Creditur autor eſſe *Caſpar* SCIOPPIUS. Memo„ratur enim in Catalogo Mſtorum librorum, quos „paratos habebat, qui ab ipſomet αὐτόχειρι amico „fideli ſub fide ſecreti quondam communicaba„tur. Legitur pag. 119. titulo *Minoritæ* ea conſul„tatio *de cauſis & modis Religioſæ Diſciplinæ in Societate* „*Jeſu inſtaurandæ ex Italico Latine verſa* 1634. usque „ad pag. 200.

(1494. CCLII.) CATECHISMUS JESUITARUM Freiſtadii 1638. latine in 8. prodiit, incertum quo interprete, quem jam olim optaverat *Joſeph Scaliger*, uti pluribus videre eſt infra, in *Gallicis anonymis* cap. 14. quandoquidem primo Gallice conſcriptum, ac deinceps in varias linguas transfuſum eſt hoc opuſculum, Jeſuitarum Artes graphice depingens, auctorem habens *Eſtienne* PASQUIER, confirmatum etiam a Petro *Bælio*, in Epiſtola de Adeſpotis Jo. *Deckherri* ſubjuncta p. 393. Interpretem nondum etiam detexi, v. c. X. n. 1697. olim CCCXVII ſcriptum ab hoc diverſum: & ipſum hocce 1884. α. olim. CCCXLVI. Adde *notas Diecmannianas* hic ſequen„tia addentes. v. omnino quæ in auctorem Ca„techiſmi Jeſuitarum dicit *Richeomus*, in Expoſtu„lat. Apologetica ad Henricum IV. m. p. 380. ſſ. „ubi eum p. 381. & 386. tanquam famoſum Ad„vocatum & Jctum magis 80. jam annos natum, „domeſtica religione Catholicum pingit: Cate„chiſmum ipſum Rupellæ ab Hugonottis excu„ſum p. 588. refert.

(1495) CENTURIÆ *meritæ virtutis militum, e minimo* SOCIETATIS JESU ORDINE. Leopoli 1640. in fol. alieno ſed non expreſſo quonam ſub nomine proditæ, *Alexandro* ROXOLANO, Polono Jeſuitæ, adſcribuntur a *Sotvello* pag. 23. a. Pro anonymo hactenus habendus liber, donec pſeudonymus depræhendatur.

(1495. α) HORTUS CRUSIANUS P. *Romani* HAY pag. 71. ult. ut anonymus liber, quem ante, qualis eſſet, ignorabam, at nunc, ex refutatione modo memorata *Cruſiana* Jeſuitica n. 1195. facili illi oppoſitum fuiſſe conjecturo, at non æque Gallicam Theologiam moralem Jeſuitarum *Montaltii*, quam itidem ignoro, etſi de Titulo hujus libri, ſed minime Montaltiano ſuo loco cap. XI. habeam docere multa, ut & de Montaltio in *Pſeudonymis*.

(1496) *Neceſſaria* DEPULSIO *duarum con*„*troverſiarum*: ACCUSATIONUM JESUITI„CARUM, *ac ſi Eccleſiæ* Aug. Confeſſionis, *Pa*„*pam dicendo Anti-Chriſtum* 1. *Romanum Imperium* „S. Cæſaream Maj. cœterosque ſtatus Catholi„cos injuria afficerent, 2. *Solennem Religionis Pa*„*cificationem violarent*. Conſcripta a clariſſimo „quodam Theologo, in lucem vero prolata a „Wilh. *Lyſero*, Witteberg. 1630. in 8vo. Au„ctor eſt Dn. *Nicolaus* HUNNIUS, Superint. „Lubecenſis. *Symbola* eſt *Flensburgo Molleriana*.

(1497) INSTRUCTIO SECRETA S. J. imo SECRETISSIMA, *pro ſuperioribus quidem memorata ſupra* jam ad *num.* CCXLVIII. *Gaſpari* SCIOPPII eſſe putatur *Hottingero*, Eccleſiaſt. Hiſtoriæ part. V. pag. 498. Sed quantum ego colligo, ſola illa ex præſumptione, quæ nobis jam adverſus illam memorata, ſed falſa reperta eſt ſupra.

(1497. α) ELIXIR JESUITICUM, u[illegible] *Johanni Leonhardo* WEIDNERO, Palatino Re[illegible]ctori Scholæ Heidelbergenſis deberi doceat, addita cauſa notitiæ, Excellmus Syndicus Gerhard *von Maſtricht*, diximus ſupra Num. 1130. α.

(1498. CCLIV) LITURA HISPANICA CANCELLARIÆ Monachii 1623. &

(1499. CCLV.) CONSULTATIONES [illegible]*um Gloſſis*, Monachii 1624. in 4. ut &

(1500. CCLVI.) AJAX *Volradi* BLESSII, *Heidelbergenſis olim Cancellarii*, *in ſpongiam incumbens*: ſive *Appendix* CANCELLARIÆ ANHALTINÆ. Monachii 1624. in 4to. ſuppreſſo auctoris nomine ſcripta, *Jacobo* KELLERO *Jeſuitæ Germano* adſcribuntur ab *Alegambe* in Bibl. Jeſuit. pag. 204. & *Sotvello* 374. b. qui tamen pag. 947. a. ea ſcripta cum reliquis Jeſuiticis defenſionibus non exhibet, uti nec *Alegambe* pag. 546. b. Vide quæ diximus *Cap. III.* num. 910. de *Vindiciis Cancellariæ Anhaltinæ*, & in *Pſeudonymis* ad Fabium *Hercynianum*, & Jacobum *Sylvanum*. Addit hic *margo Diecmannianus* ſequentia notata, emendationis, quam grati agnoſcimus beneficium exhibentia.

„*Volradi Pleſſii*, Heidelbergenſis olim Con„ſiliarii, *Ajax poſt oppugnatam fruſtra Cancellariam* „*Anhaltinam, in ſpongiam incumbens*, ſive *Appendix* „*Cancellariæ Anhaltinæ*, *Auctore* Fabio Hercynia„no J. C. Monachii 1624. in 4. Ita totum libri „titulum exhibet *Bayle* Dictionaire Hiſtor. & Cri„tique Tom. 2. pag. 230. & à *Placcio* præter erra„tum in nomine *Bleſſii* pro *Pleſſi* male hunc li„brum inter anonymos relatum monet, cum „auctor in eo expreſſus ſit, ſub quo nomine la„teat *Jacobus* KELLERUS, Jeſuita, uti & plures „libros recenſet, quos Fabii Hercyniani nomi„ne Kellerus ediderit. Eum Baylium hic vide, „inprimis, & mea, quod ago gratias, & *Alegam*„*ben*, qui me deceperat, emendantem una cum „*Sotvello* & alia pluſcula hic pertinentia ſup„plentem.

(1501) MONITA PRIVATA SOCIETATIS JESU, Auctorem habent PLEBA„NUM quendam POLONUM: quod plurimis „locis fatetur *Geſnerus*, contra famoſum libel„lum

lum, cujus inſcriptio eſt: *Monita privata* S. J. p. 43. 65. 101. 115. Ita lego in Epiſtolica Diſſertatione de Anon. & Pſeudonymis, ab inclyto Dno Scholarcha meo Joanne Friderico *Mayero* meæ tenuitati A. 1689. inſcripta, quæ MANTISSARUM additarum prima Numero hic recuſa exhibetur. Adde *Sotvellum* pag. 946. & 947. unde videas, quinam hocce ſcriptum ex ordine Jeſuit. refutaverint. Nempe Adamus *Tannerus parte I. Apologiæ contra Monita privata Societatis* pag. 6. a. Jacobus *Gretſerus* contra *libellum famoſum, cui inſcriptio*: Monita privata Societatis Jeſu &c. *libri III. Apologetici*, Ingolſtadii 1618. in 4. Matthæi *Bembi* Poloni *monita ſalutaria, data anonymo auctori, libri nuper editi, cui falſo titulus inditus* Monita privata Societatis Jeſu, ſine mentione loci vel anni, quo hæc monita ſalutaria ſint publicata. Excellmus Syndicus *Bremenſis von Maſtricht* de illa ſic habet in Symbola:

Monitorum privatorum Societatis Ieſu auctorem ferunt eſſe ſocietatis Generalem *Claudium de* AQUAVIVA, ut prodit perſonatus *Philadelphus de novo lacu*, in epiſtola & diſcurſu de modernis Jeſuitarum moribus, editus Ignatianopoli Anno 1672. in 12. pag. 10.

(1502) *Declaratio* MOTUUM EX CONTROVERSIIS JESUITARUM, 1601. in 4to eſt auctoris *Chriſtophori* BAGSCHAWS, docente *Parſonio* Apolog. Hierarch. Angl. proleg. 16. & Tractatu ipſo pag. 83. 92. 196. 200. quo & alii, inprimis *Job.* MUSH Symbolas contulerunt. *Parſon.* lib. cit. proleg. pag. 16. 30. 47. 50. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*.

(1502. *a*) MYSTERIA JESUITICA, & alios improbatos libros Jeſuiticos ita refert *Symbola Maſtrichtiana*: Sub litteris G. G.R: *Theologi ad* LUDOVICUM, *Galliæ & Navarræ Regem* ADMONITIO, prodiit 1626. Damnatus & prohibitus eſt libera Parliamento & Sorbona Pariſienſi, tanquam ſcandaloſus & ſeditioſus. Mercur. *Jeſuitici* P. 1. a pag. 773. ad pag. 881. *Specul. Jeſuit.* pag. 171. & ſeqq. Auctor perhibetur, in ſententia, Pariſiis propoſita in eod. ſpeculo pag. 162. & ſeqq. Prætoris Pariſienſis, adverſus libellos duos impios & ſeditioſos, puta *myſteria politica & admonitionem ad Ludovicum* XIII. Galliæ Regem. Sententia propoſita Kal. Nov. 1625. ſic habet.

Quod à Procuratore regio facta ſint verba, libellos duos prodiiſſe nuper, unum inſcriptum: Myſteria Politica; *alterum* Theologi admonitio ad Ludovicum XIII. Galliæ & Navarræ Regem, *auctore, ut certo conſtat*, Jacobo CELLARIO, (*alias* Keller Jeſuita Bavarico) *ambos vero continere dogmata damnanda, ſcelerata, quibus civium animi ad rebellionem, regni perniciem, Regiæ Majeſtatis violationem, inducantur, ideoq; poſtulare ſe, ut periculo provideatur, ac ſibi in eos, qui ejuſmodi libellorum auctores, quiq; eos vendere, aut publicare dicuntur, inquirendi poteſtas fiat. De ea re nobis conſilio adhibito, libellis inſpectis, perlectis, ita fieri placuit, Eos libellos pernicioſos, ſceleratos, ſeditioſos, falſis inſimulationibus calumnioſos, Regum a Deo ordinatorum Majeſtati infeſtos, peſtiferos publicæ ſecuritatis perturbatores, falſo atq; ſimulato prætextu rebellionum incentores, in platea Domus urbicæ, per Capitalium judiciorum executorem lacerari, comburi, eorum exemplaria, quotquot penes quoscumq; erunt, intra horas XXIIII. ad actuarium ſupprimenda deferri. Interdicimus, ne quis eos habere, legere, ſervare velit, ne quis typographus aut Bibliopola excudere, vendere, proponere auſit. Qui adverſus ea feciſſe arguentur, ſciant ſe capitis ſupplicio obnoxios futuros &c. Data, pronunciata & propoſita, executioni mandata* pridie Calend. Novemb. 1625. ſignatum *Muſiner.*

(1503) ACTIO PERDUELLIONIS IN JESUITAS, *juratos ſacri Imperii hoſtes*, an Latine prodierit, dubito, ſuſpicor tamen, quia credibile talem librum non ſolis Germanis oblatum, & *Gaſpari* SCIOPPIO imputatur a *Conringio*, ad Bullam Innocentii pag. 295. citante *Deckherro* de Adeſpotis pag. 95. Refutationem Germanicam *Germanici* ſcripti ſub eo titulo vide *cap.* XIV. infra num. 1884. *d.*

(1503. *a* CCLVII.) POLONI NOBILIS APOLOGIA PRO SOCIETATIS JESU *Clericis*, oratio prima, in ficti Equitis Poloni in Jeſuitas actionem primam Ingolſtad. 1592. 8. defendens Jeſuitarum in Regno Poloniæ manſionem, quos inde pulſos Eques ille Polonus anonymus volebat, edita ſua actione anno proxime præcedenti. Eam *Joanni* LANS *Belgæ* adſcribit *Alegambe* pag. 252. cujus mentionem nullam *Valerius Andreæ* & *Sweertius* faciunt. Repetit *Sotvel.* p. 467. a. Ea *ficti Nobilis Poloni* oratio pro Clericis *Societatis Jeſu* memoratur *Hyde.* p. 357. A. 1590. 8. Ingolſtadii excuſa.

(1503. *β*) SPECULUM JESUITICUM L. O. i. e. *Lewis* OWEN eſſe, concern. the *Originall and Impoſture of Jeſuits* Lond 1624. in 4. memoratur Hyde, lit. O. p. 15. a. De illo addit hic *Margo Diecmannianus* ſequentia: *Jubileum*, ſive *ſpeculum Jeſuiticum, exhibens præcipua Jeſuitarum ſcelera, molitiones, innovationes, impoſturas & mendacia, contra ſtatum Eccleſiaſticum Politicumq; in & extra Europæum orbem, primo hoc centenario confirmati illius ordinis inſtituta & perpetrata ex variis hiſtoriis, imprimis vero Pontificiis, collecta cum Mantiſſis aliquot, & indice rerum, opera & ſtudio* J. L. W. O. P. A. 1643. 12. *Typi Batavi* ſunt, etſi nec typotheta, nec locus ſit expreſſus. Quem iſtæ litteræ initiales deſignent, mihi nondum eſt compertum. Conjicio tamen eſſe *Joh. Leonhardum* WEIDNERUM, (patriam forte littera O indicat) Palatinum, cui ſupra p. 49. *Arcana dominationis Hiſpanicæ* adſcribebantur, cujusque Apophthegmata Cl. Dn. *Placcius* infra p. 241. lin. 3. citat. Addit *Symbola Maſtrichtiana* quod ſequitur:

Auctor *Jubilæi* ſeu *Speculi Jeſuitici* qui eſt *Joh. Ludov.* WEIDNERUS, aliquoties citat hanc *Catecheſin*, cum vel ſub nomine Joh. BOGERMANNI. vid. pag. 55. & pag. 33. *Bogermannus* in Catechiſmo Jeſuitico lib. 5. pag. 26. & pag. 60. & 75. Titulus hic

„hic datur: JUBILEUM ſeu SPECULUM JE-„SUITICUM exhibens præcipua Jeſuitarum ſce-„lera, molitiones, innovationes, fraudes & „impoſturas, & mendacia, in & extra orbem „Europæum. *Auctorem habet* Johannem Lu-„dovicum WEIDNERUM, Oppenheimenſem „*Palatinum, ut literæ etiam indicant. Fuit is rector* „*ſcholæ Heidelbergenſis. Conjecturam fulcit, quod* „*pag. 177. dicat Auctor ſe* αὐτόπτην *fuiſſe Senioris Pa-*„*tris iſtius* Bozii, *vulgo Pater* Boos *dicti, Jeſuitæ Co-*„*lonienſis, Duisburgi, ubi Ludo literario præfectus per* „*tempus, ut puto, fuit* Weidnerus, *antequam in* „*Palatinatum rediret. Prodiit ſpeculum in Belgio. 1643.* „*in 12.* & iterum poſtea: *Filia ipſius, & Uxor, mihi* „*Heidelbergæ Hoſpitium præbuere.*

(1504) *Ratio atq;* INSTITUTIO STUDIORUM SOCIETATIS JESU: quid libri ſit, & quomodo ac quare congeſtum, a ſex ad id conſtitutis Jeſuitis, quorum Princeps fuit *Stephanus* TUCCIUS, Siculus, refert *Bibliotheca univerſalis Gallica*, Tom XIV. verbis, quæ (a) exhibemus. *Sotvellus*, vitam Viri a ſanctimonia & eruditione mirifice commendans, pagina 751. & ſeqq. nihil meminit quidquam de hocce ſcripto.

(a) Bibliotheqv. Univerſ. *Tom. 14. p. 206. Le* General *Claude* Aquaviva appella *à Rome* ſix des plus habiles Theologiens de la Societé, *avec ordre de conſulter auparavant des plus ſçavans de chaque Province, pour faire le choix des opinions, qui pouvoient ou qui devoient être enſeignées dans leur Societé. Ces Theologiens s' étant rendus à Rome, ils y compoſerent le livre intitulé:* Ratio atque inſtitutio ſtudiorum Societatis Jeſu *imprimê en 1586. Ibid. pag. 221.* Etienne Tutio où Tuccio, Jeſuite, *avoit êtê* l' un des ſix, *qui avoient travaillé a faire le choix des opinions pour les Ecoles de la Societé.*

(1505. CCLVIII.) *De* STUDIIS JESUITARUM *abſtruſioribus Relatio*, anno 1608. in 8. ſine auctoris aut impreſſoris nomine excuſa, planeque diverſa a *Relatione de Stratagematis Jeſuitarum*, quæ ſub *Alphonſi de Vargas* nomine nobis in *Rhodianis* num. 4. memorata fuit, pauciſſimis foliis multa contra Jeſuitas dicit, imo Principes ad eosdem extirpandos incitare molitur. Id ſcriptum a neſcio quo, *Joanne* CAMBILLION profectum eſſe, teſtantur Refutationes Jeſuiticæ eidem oppoſitæ v. gr.

(1506) *Relatio de Jeſuitarum ſtudiis abſtruſioribus, in gratiam Prædicantium Auguſtanorum aucta & recuſa* contra Joannem Cambillion, *a Jacobo* GRETSERO, *quam Germanicam ex Latina fecit* Conradus Vetter, *anno* 1609. Ejus etiam anno 1610. in 8. latine recuſæ meminit *Draudius* pag. m. 329. his verbis: *Jac. Gretſeri* Relatio de ſtudiis Jeſuitarum abſtruſioribus, nunc in gratiam Prædicantium Lutheranorum, qui Auguſtæ Vindelicorum quintum Evangelium prædicant, ad Lydium veritatis Lapidem admota & probata, apud Georg. Willer.

Ejusdem *Furiæ Prædicantium Auguſtanorum ob refutatam relationem* Cambillionicam, *quam idem interpres vertit anno 1610.* vide *Alegamben* p. 83. & 200. ac 201.

Ejusdem *repetitæ Furiæ Prædicantium Auguſtanorum ob refutatam Relationem* Cambillionicam *denuo caſtigatæ*, 1612. eodem interprete verſæ. Quæ omnia repetit pro more *Sotvel* pagina 370 371.

(1507) THEATRUM JESUITICUM. Addatur *theatrum Jeſuiticum*, Epiſcopo MALACENSI tributum. Pet. v. *Maſtricht* Theol. Theor Pract. lib. VIII. pagina 1077. b. fin. ſecund. *edit* Hæc *Symbola Maſtrichtiana*. v. in Pſeudonymi Franc. de *Pietate*.

(1508) THESAURUM SPIRITUALEM *rerum ac documentorum variorum*, AD SOCIETATEM JESU *pertinentium*. Cracoviæ 1607 non addita forma, quod *Friedericus* BARTSCHIUS, Jeſuita Prutenus, tacito nomine ſcripſerit, teſtatur *Sotvellus* Bibl. Jeſuit. pag. 267 & præterea *Miræus*, Biblioth. Script. Eccleſiaſt part. 2. p. 188.

Plura hujus generis vide apud *Drau* Biblioth. Claſſ. pag. m. 325. & ſeqq. item in indice peculiari defenſorum Societatis, quem *Alegambe* ſuæ Bibliothecæ Jeſuiticæ ſubjunxit p 546. nec non in *Pſeudonymis* noſtris, ad nomina *Joach. Urſini*, *Alphonſi de Vargas &c.* Ha ctenus JESUITICA & ANTI-JESUITICA.

In quibus ut aliqua hinc inde mon tu vel defenſu neceſſaria; ſic plura long ſuperflua & inutilia, imo pleraque o fendiculi & bilis aut intemperantiſſim petulantiæ plena ſunt: a quibus proin de lubentius abſtraho calamum, qua eundem admovi. Siquidem, ut verum f tear ingenue: ego ſane pleraſque id gen ris debacchationes nunquam probaverim Sane in hac hominum mortalium ægr rum imbecillitate fieri non poteſt, ut ull ordo ſuis careat carcinomatis & dedec ramentis. Imo quin pauciſſimi ſingul rum ſint probi. *Optimus ille, qui minus urgetur* numero & gravitate malis membris. Optin uſus ille foret, ſi quæ optimi cujusque ord nis habent eximiores virtutes, earum Exem pla alterius cujusque Sectæ vel Ordinis ſtr nue æmularentur; vitia premerent mut charitate. Nunc dum convitiis certatur, v tiis augentur utrinq;. *Iliacos intra muros pecc tur & extra.* Puto & inter Jeſuitas, quod πρὸς παραζηλῶσαι σου ἡμετέρας dictum ſit, eos inv niri, quos utinam alii ſatis recte æmulare tur! In tam numeroſa vero tot collegioru Societate, non inveniri etiam myriad malorum qui poteſt fieri? Eorum crimi in ſocietatis invidiam trahere, illorum e qui animo, aut vitiis ſuis, aut moleſtiis p alios illatis, ſunt læſo, & exulcerato. Qu

lis erat Sciopianus quod ad utrumque. Sed ad anonymos revertor.

(1509) INSCRIPTIONES ANTIQUÆ *falſæ*, diverſæ a *diverſis ſuppoſitæ* v. gr. ab *Antonio* GUEVARRA, *Joanne* Pontano, *Pomponio* Leto, *Joanne* Camerte, *Cyriaco* Anconetano, & vel maxime marmoribus clanculum defoſſis ab ANNIO Viterbienſi, de quo in *Beroſo* prolixe, referuntur ab *Auguſtino*, diſcorſo XI. ſopra le Medaglie & Anticaglie, ex Hiſpano Italice verſo, pag. m. 288. & ſeqq. cujus verba ex Italica verſione (a) quoniam Latina non eſt ad manum, exhibemus. Quamvis ipſe liber Hiſpanice primo ſit ſcriptus, & bis etiam verſus, antequam ab Andrea *Schotto*, Jeſuita, Latine redderetur, uti refert *Teiſſerius*, Elogior. Thuaneor. Gallicor. Tomo I. pag. 67. ubi de hoc auctore plura memorat, poſt *Thuanum* & *Leickherum*, in vitam hujus JCti, ab eodem Schotto ſcriptam, notis pag. 189. & argumenta Dialogorum referentem.

(a) *Don* Antonio Agoſtini Diſcorſi, Dialogo undecimo *pag. 228. & 229. Et altre ſimili a queſte che un Frate* Antonio da Guevarra *finſe, gliele mandaſſero di Roma a dichiarare.* C. *E le medaglie dell' imperatore che lui ſolo dichiarò, ſono ancor eſſe finte?* A. *Quel che lui ſtampò credo ſia imaginato per moſtrare la ſua deſtrezza in fingere iſtorie, e favole, & autori, e medaglie, e dichiarationi, e portrebbe eſſer che l' imperatore non gl' haveſſe moſtrate medaglie, ma che ſe le finga per ſuo paſſa tempo, come mi contava Latino* Latini *Viterbeſe, huomo dotto, e molto veridico, che Fra* Giovanni Annio *haveva fatto ſcolpire certi caratteri in un marmo bianco, e le fecè ſotterrare in una vigna, la qual ſi doveva cavare ſubito che lui arrivava a Viterbo, e quando ſeppe che i cavatori erano nella vigna fecé cavare la dove era la ſua tauola, dicendo che trovava ſcritte ne ſuoi libri che in quel luogo u' era un tempio il più antico del mondo, e quando ſi cavò là dove era la tavola, il primo che ſi affrontò in eſſa glie lo venne à dire, e lui diſſe che la ſcopriſſero pian piano, e cominciò à maravigliarſi della pietra, e de' caratteri, e cavandone copia, andò a quelli che avevano il carico della Città, e gli diſſe che aggranliva molto l' honore della Città, che quella pietra ſi metteſſe nel più honorato luogo, perche in quella era la fondatione di Viterbo, che era più antica di Romulo di più di duemila anni; poiche la fondarono Iſis, & Oſiris, e gli racontò loro le ſue favole, e coſi ſi fece tutto quel che lui ricercò. Et di queſta pietra ne vanno a torno ſtampate le traduttioni, credo che cominci,* Ego ſum Iſis *&c.* C. *Queſto debbe eſſer quel che aduce Florian d'* Ocampo, *e dice che comentò* Beroſo, *e che ſe non fuſſe ch' egli indirizzò la ſua opera a Rè Cattolici d' immortal memoria: l' haverebbe tenuto per favoloſo.* A. *Luigi* Vives *dice di Beroſo, e el Frate:* Alter mulget hircum, alter ſupponit cribrum, *del qual detto ſi ſerve* Luciano *ad un' altro propoſito. Non furono manco ingegnoſi, ma fecero con più eleganza le loro fintioni:* Giouiano Pontano, Pomponio Leto, Giovan Camerte, *e* Ciriaco Anconetano, *e non ſo ſe ci ſono ſtati altri, che fingeſſero inſcrittioni, e faceſſero far medaglie, con qualche dottrina.* Del Pontano *ci ſono molte opere in verſo, & in proſa, molto eleganti, per queſti tempi; in una d' eſſe mette una vendita finta d' una caſa, la quale ho veduta ancora ſtampata, ſenza nome d' Autore, come coſa antica, e comincia* Paſcutius. Culita *&c. Di* Pomponio Leto *vanno à torno alcune coſe dottamente ſcritte, & è ſuo un* teſtamento *ben finto in molte parti, che comincia* DEI. OPTIMI. MAXIMI. numine invocato, *&c.* Hæc eſt L. Cuſpidii Diſpoſitio, *&c. Ivi fà mentione d' un ſuo figlivolo, e di lui ne dice* Vixiſſes Laete fili: fili mi vixiſſes, &c. *dove ſi vede chi fù l' autore di queſta ſcrittura; ne ho vedute molte copie ſtampate, e molti la tengono per antica.* Del Camerte *ſi crede che ſiano certe inſcrittioni favoloſe, e ridiculoſe, & in eſſe u' è qualche mentione de Camerti. Di* Ciriaco Anconetano *ne vediamo ſtravaganti inſcrittioni, ne i libri d'* Ambroſio di Morales. B *Jo già cominciavo à maravigliarmi, come fuſſe poſſibile, che tra tante, e tanto ſegnalate inſcrittioni non ſe ne trovaſſe qualchuna in Spagna.* A. *El male è, che coſi* Giovanni Annio *come* Ciriaco, *& altri pare che ſi ſiano burlati degli Spagnuoli fingendo i fatti di Spagna del tempo di Noé, e di Tubal, facendo un ordine di Rè tanto particolare, come ſe fuſſero ſtati da poco tempo in quà, & alcune pietre delle guerre contro Viriato, e Sertorio, e di Ceſare, e di Pompeo, &c. e da queſto n' è reſultato che pare che non ci ſiano iſtorie di Spagna ſenza* Beroſo, *e* Metaſtene, *e* Fra Giovanni da Viterbo, *ne ſenza l' inſcrittioni di* Ciriaco Anconetano. &c.

(1410) INSCRIPTIO *tergemina in* Marchionis ANCRÆI, vulgo Mareſcal D'ANCRE LANIENAM, A. 1617. peractam, *Maffæi* BARBARINI, Cardinalis, poſtea Pontificis URBANI VIII. fide Dn. Chriſtophori *Becmanni*, P.P. Francofurtenſis celeberrimi docetur, imo exhibetur verbotenus à Chriſtiano *Weiſſio*, Amico meo ſingulari, in donato mihi de *Poeſi hodiernorum Politicorum*, ſive *argutis Inſcriptionibus* ſcripto, ut meretur notiſſimo. part. 1. cap. II §. 16. p. 113. & ſeqq.

(1511) INSCRIPTIO PORTÆ ROMANÆ, quod ſit CHYMICA, Vocem *Vitrioli* literis totidem vocum initialibus exhibens, & aliis *Mente bona* per anagramma detegens auctorem *Antonium* BEEM, Chymicum ſui ordinis notiſſimum, una cum effigie & inſcriptione hac & alia, aliiſque notabilibus memorant *Dialogi Germanici menſtrui*, (Monatl. Unterred.) Anni 1695. m. Decemb. initio p. 998. & ſeqq.

(1512) AD INSCRIPTIONEM *vetuſtiſſimam* L. SCIPIONIS, Romæ Ao. 1616. inventam Animadverſiones, tacito nomine editas, „ *Jacobi* SIRMONDI eſſe, ex fama credidit J. *Seldenus*, de DIS Syris, Proleg. c. 3. Ut cer- „ tum autem tradit Petrus *Gaſſendus*, de Vita „ Fabr. Peireſc. l. 3. ad Ao. 1616. *Symbola* eſt *Rauſchiana*. Cujus citatum locum, (a) exhibitu plane dignum, totum exſcribi curavi editionis in 4. Hagæ 1655. (nam & alia in 12. extat ibidem prodita 1632.) p. 95. & ſeqq.

(a) Petrus Gaſſendus de Vita Fabr. Peireſc. lib. 3. ad Ao. 1616. pag. 95. *ſeqq. Quod etiam*

jam ſtatim in bonarum literarum gratiam peregit, fuit editio inſcriptionis, qua Romæ effoſſa ad portam Capenam continebatur elogium Lucii Scipionis Barbati *filii, ob Corſicanam expeditionem. Quippe non prius ab* Aleandro, *&* Pignorio *exemplum habuit, quam laboravit non leviter, ut quantum poſſet, illuſtraretur. Exiſtimavit enim vix ullam antiquiorem oſtendi poſſe, aut aliam forma characterum vetuſtiorem exſiſtere; conſtructionem Grammaticam à vulgari quidem abhorrere, at ſæcula tamen priſca ſapere; denique edoceri res, ignotas alioquin manſuras; ut quo referri deberet illud ex* Ovidio *inexploratum.*

Te quoque, tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis.

Inſcriptio enim ſic habuit, HONC. OINO. PLOIRUME. CONSENTIONT. R. DUONORO. OPTUMO. FUISE VIRO. LUCIOM. SCIPIONE. FILIOS. BARBATI. CONSOL. CENSOR. AIDILIS. HIC FUET. A. HEC CEPIT. CORSICA. ALERIAQUE. URBE. DEDET. TEMPESTATIBUS. AIDE. MERETO. *Itaque cum ipſi maxime placuiſſet illa* Sirmondi *interpretatio, qua probatum eſt, inſcriptionem hanc eſſe anni ab urbe condita* CCCCXCIV. *Sicque anno ſolum poſteriorem inſcriptione* Duilliana, *ſive columnæ Roſtratæ, habita hucusque pro omnium vetuſtiſſima; idque præter explanationem orthographiæ, phraſeos, rerumque in ea contentarum, ita nimirum legendum cenſuit:* Hunc unum Plurimi conſentiunt Romæ bonorum, optimum fuiſſe virum, Lucium Scipionem. Filius Barbati, Conſul, Cenſor, ædilis hic fuit. Hic cepit Corſicam, Aleriamque Urbem; dedit tempeſtatibus ædem merito: *Ideo ipſam quoque edi procuravit, ſed tacito tamen nomine* Sirmondi, *quod ille, præ modeſtia, referre eam laudem noluiſſet. Enim vero illius nomen* Peireſcius *non reticuit, cum miſſitatis quoquo verſum exemplaribus, literas ad amicos dedit. Heinc mentionem fecit ipſius* Seldenus, *erudito illo de Dis Syris opere; inſcriptionem ſecum communicatam dicens à* Cottono, *cum is habuiſſet*, e Galliis, *inquit*, à Nicolao Fabricio Peireſcio, viro & genere, & eruditione clariſſimo. *Itemque mox ante nominatus* Aleander, *qui editione Romæ iterata, & additamento facto, reſpondit ad difficultates deinceps objectas. Cum porro inter cætera, mirum videretur mentionem nullam ejus triumphi, quem Scipio egit, fieri; ſubditum ab Aleandro eſt,* Vir ſane perſpicaciſſimus, ac literatorum non minus, quam literarum amans Nicolaus Fabricius Peireſci Dominus, deſiderari merito ſuſpicatur alteram L. Scipionis inſcriptionem huic noſtræ geminam: Grandi enim mole ſepulchra apud veteres exædificabantur; neque exiſtimare abſurdum eſt, ab uno quidem latere hoc elogium, ab alio marmor itidem fuiſſe aliud, in quo triumphus memoraretur, ætasque, & dies obitus, &c.

(1513) ITINERARIUM *Monialis Heidenheimenſis*, anonymum, quomodo D. WALPURGÆ, vel WILIBALDO, ejus fratri adſcribatur, ſupra num. 1136. per Joh. *Molleri* excerptum datum jam expoſitum habemus.

(1513. α CCLIX.) JULIUS: *Dialogus Viri cujusdam erudititiſſimi, feſtivus ſané ac elegans, quomodo Julius II. P. M. poſt mortem cœli fores pulſando ab Ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit &c.* in 4. absque nomine vel auctoris, vel anni locive impreſſionis primum editus, deinde in Memorabilibus *Wolfii* recuſus, a *Deſiderio* ERASMO *Roterodamo* conſcriptus eſſe diverſorum teſtimoniis confirmatur apud *Melch. Adami* in vitis Theologor. Germ. p. m. 97. (cujus ipſa verba vide infra in *Pſeudonymis* ad nomen *Ludovici Leopoldi*,) & pag. 167. in Vitis Medicor. Germ. ubi *Joachimum Curæum* Germanice eundem vertiſſe teſtatur. *Andreas Valerius*, & *Swertius* ea de re nihil omnino meminerunt. v. infra in *Pſeudonymis* nomen *Liſtrii*. Dialogum hunc, quod editioni priori dememineram, *Eraſmo* quoque tribuit *Lutherus* Tiſchreden pag. 209. Tit. 37. edit. Francof. 1568. quique ſeditioſum eundem vocat *Lavaterus*, Hiſtoriæ Sacramentariæ pag 24 citatus olim apud Melch. *Adami*, quod ipſius auctoritate vita Leonis Judæ niteretur. Ut adeo noluerim decipere Dn. *Baylum*, ſicut ipſe ſcribit Dictionarii ſui doctiſſimi Tom II p. 191. lit. N) Cui velim excuſent hæc faſtidium creatum, commendoque Lectori reliqua huc pertinentia, docte ſcripta, etiam de *Fauſto* ANDRELINO conjectato auctore: licet haud adeo firma. Exemplar quod extat *autographorum* Brunſuicenſium, tomo III. p. 348. tit. Librum, ſic titulum libri complet poſt vocem *nequiverit*, „*Quanquam dum viveret Sanctiſſimi atque adeo Sanctitatis nomine appellatus, totque bellis feliciter geſtis præclarus, dominum cœli ſe eſſe futurum ſperavit. Interlocutores: Julius Genius D. Petrus. Lector riſum cohibe.* v. infra cap. XI. num. 1886. verſionem Germanicam: Addit *Maſtrichtiana Symbola*: Inſuper *Eraſmo* quidam eam adſcribere voluerunt, ſed perperam. Amolitur id, ipſe Eraſmus in Epiſt. ad Cæſarium, quæ eſt inter Commentationes obſcurorum virorum, Lugd. Bat. editas ao. 1664. pag 10. Forte eſt, CURIONIS, qui cum Eraſmo vixit, & cujus eſt, *Pasquillus Ecſtaticus*.

(1513. β CCX.) JUSTA FUNEBRIA *Philippi III. Regis Hiſpanorum* tacito nomine ſui ſcripſit *Emanuel* THESAURUS *Jeſuita Italus*, docente *Alegambe* pagina 103. & *Sotvello* pagina 194. a.

(1513. γ CCLXI.) *Vindiciæ inferiarum* JUSTI LIPSII *contra* Joſ. Scaligerum Ao. 1606 in 8. Typis Plantinianis, Antvverpiæ, ſine auctoris nomine excuſæ quod ſint *Heriberti* ROSWEIDI *Ultrajectini Jeſuitæ*, *Valerio Andreæ* accredimus p. 376. laudatæ ſæpius Bibliothecæ Belgicæ hoc aſſerenti. *Sweertius* pag. 339. idem confirmat, ſed in 4. editas illas Vindicias refert. Verum *Alegambe* pagina 179. cum *Valerio Andreæ* & veritate conſentit; quem confirmat *Sotvel.* pag 334. b.

(1514) *Conſtantini* LASCARIS Conſtantinopolitani, qui Meſſanæ in Sicilia docuit, parvum *Grammaticæ Græcæ* opuſculum, deſcribitur Geſnero, Biblioth. fol. 187. col. 2. cum VERSION

SIONE LATINA, edita ab Aldo in 4. interprete non nominato, ut ex Pandectar. ejusdem fol. 36. a (ubi tamen nil invenio) citat *Symbola Normanniana* hoc addens. *Interpres non alius eſt, quam editor* Aldus MANUTIUS, *qui quanquam hoc diſſimulet in titulo libri, præfatione tamen libro tertio p. m. 203. præfixa ſatis indicat, ſemet Conſtantini Laſcaris Grammaticos libros in Latinum traduxiſſe itidem pag. 205.*

(1515) ELEMENTA LINGUÆ LATINÆ *peculiaria*, anonymως Hamb. 1614. in 8vo. edita, M. *Johannis* MOTHII eſſe æque ac Grammaticas Quæſtiones num. 1466. memoratas, eodem auctore, id eodem libro docente amiciſſimo nobis Johanne *Mollero*, Flensburgenſe adduximus.

(1516) SCHOLA LATINITATIS &c. „GOTHÆ 1662. in 8. Liber hic nullum certum „Auctorem præfixum habet, ideo quia ſereniſſi„mus Princeps *Erneſtus* p. m. negotium dederat „duobus Conſiliariis ſuis, *Vito Ludovico* a SE„CKENDORF, & *Jobo* LUDOLPHO, ut pro „adoleſcentibus, Latinitati operam dantibus, me„lius & plenius componerent, quam *janua Lin„guarum Comenii*, quæ aphoriſmos admodum „frigidos & ſiccos contines, ex quibus tyrones „Linguæ Latinæ haud multo plus, quam ex vo„cabulariis nudis diſcerent. Illi ergo Conſilia„rii laborem inter ſe partiti ſunt, & quidem *Se„ckendorfius* Claſſem *Theologicam*, & duo ultima „capita Claſſis Ethicæ *de actionibus humanis*, ut & „*virtutibus & vitiis*: Cætera *Jobus Ludolphus* elabo„ravit, ita tamen ut communicatione cum re„liquis Conſiliariis nonnulla adderentur vel mu„tarentur. Sunt *verba* a Dn. *Ludolpho exemplari ſuo adſcripta*, & mecum communicata per clariſſ. M. *Hermannum Krogman*, Civem meum olim auditorem, nunc amicum amiciſſimum. Commendat hoc opus *Bæclerus*, ſcribens, quod *univerſitatem rerum cordato quodam judicio* (ut ſane a talibus Viris fieri aliter non poterat) *ac contextu* elaboratum. Quid tamen præterea deſideret, ipſus addit, & poſt eum etiam ulterius *Morhof.* Polyh. Liter. l. 2. c. IV. p. 342.

(1517) LATINI SERMONIS OBSER„VATIONES collectas (primum verborum, „deinde partium indeclinabilium) per ordinem „alphabeticum digeſſit *Joannes* GODSCALCUS. „Liber impreſſus primum ſine auctoris nomine, „deinde recognitus, & nomine ejus adjecto, „Coloniæ apud Gymnicum, in 8. anno 1540. „chartis 51. Verba ſunt *Conradi Geſneri* Biblioth. fol. 422. b. Ubi ex præfatione priori paginam integram excerpit.

(1517. a CCLXII.) MULIERES NON ESSE HOMINES diſſertatione, quantum mihi ſane videtur, ludicra, veroſimile facere contendit anonymus aliquis, edita ſuper hac quæſtione diſſertatiuncula 1595. Eam illico eodem anno refutavit *Simon Gœdiccius* vel *Gediccus*, ut ipſe ſe in Epigraphe hujus diſſert. & in aliis ſcriptis vocat, docente Dr. *Diecmanno*: quaſi ſerio ſcriptam, *Defenſione Sexus muliebris* Lipſiæ 1595. in 4. edita, quæ nunc una cum priore diſſertatione conjunctim 1644. in 12. Hagæ recuſa extat. Prioris auctor quomodo non ex vero ſit habitus *Valens* ACIDALIUS, vide apud *Geislerum* dec. 3. num. 8. Ut adeo nondum inter anonyma plane detecta numerari debeat hoc ſcriptum. *Teiſſerius* in Elogiis ſuis Gallicis ex Thuano, Commentarior. pag. 407. me ſequitur. Interim ſunt, qui putant, Jacobum *Cujacium* ejus auctorem; quos inter eſt etiam *Keckermannus*, Syſtem. Phyſ. lib. 4. cap. ult. pag. 305. col. 1. Tom. 2. eo quod docuerit mulieres non eſſe homines ad leg. *ſi aliquis* 38. §. 4. & 5. ff. de pœnis: notante hoc etiam celeberrimo, ex Profeſſore, Syndico Lubecenſi, Henrico Rudolpho *Redekero* pag. 10. in apparatu ſuo de Voce *ſuus Hæres*, de qua contentio cum Dno Collega ſuo Roſtochii, ultra quam merebatur, erat progreſſa, ſeſqui plagula in 4. vel paginis 15. Ao. 1665. Attamen etiam temere ac falſo crimen imputari putem ſcripti hujus libri tanto JCto. Sane docet amiciſſimus per commercium olim literarum mihi, Profeſſor Altorfinus, Dn. Guilielm. *Mollerus*, in Epimetro de *mulieribus hominibus*, quod promiſſo ſuo ejus argumenti ſubjunxit, edito in 12. Altdorfi Ao. 1677. pag. 34. 54. & ſeqq. hanc doctrinam *Cujacii*, & *Weſembecii* longe aliter intelligendam. Interim & ego mallem cum *Bacchovio* ibidem pag. 58. & 59. hanc doctrinam *Cujacio* non excidiſſe. Memini etiam b. m. Collegam meum amiciſſimum, Rudolphum *Capellum*, S. S. Theologiæ Doctorem, in Germanico quodam Poëmate publice recitato in Gymnaſio Hamburgenſi Ao 1683. ac deinde publicato in folio tribus plagulis titulo: Freuden-volle und Luſt-reiche Rede um der Glorwürdigſten und Siegreichſten Aufferſtehung von den Todten des Hn. Meſſiä/cum in textu vocaſſet auctorem den Spötter des Geſchlechts (weiblichen) in margine notæ (y) addidiſſe in Deum blaſphemam hanc diſſertationem & ſexum fœmineum contumelioſam vocaviſſe theſibus 51. plagulis duabus cum dimidia, in forma quarta conſtantem, primo editam A. 1595. toties ſolide refutatam à piis & doctis Viris, cujus auctor nondum XXX. annos natus αὐτόχειρ factus. Quibus verbis omnino *Acidalium* innuit ſatis diſerte. Quem etſi *Thuanus* diſerte dicat, ex intemperantia ſtudiorum contracto morbo tam mature deceſſiſſe: Etiam laudatus modo *Mollerus* ex *Tileſii* Concione *de morte deſperata* prolixe refert, & ipſo non obſtante ſua edita pro ſe Apologia, contenditur auctor eſſe illius ſcripti. De *Apologia* illa ſic habet *Symbola Flensburgo Molleriana*. Centuriæ I. Epiſtolarum Valentis Acidalii Ha-„noviæ Ao. 1606. in 8. excuſæ, quam poſſideo, „Appendicis loco acceſſit *Epiſtola* ejus de hoc ſcri-„pto *Apologetica* ad Jac. Monavium: qua negat, „ſe ejus eſſe auctorem, edendum autem Biblio-„polæ transmiſiſſe fatetur. Quo ipſo ſane ſatis, „infamiam hanc imputationis promeruit: Imo auctorem ſe offendiculi, ſi non operis editi fecit. Operæ pretium interim eſt legere à Mollero exhibitam *admonitionem Theologicæ Facultatis Wittebergenſis* contra hanc diſputationem, & abſque ipſo pluſcula collecta. Extat & editio Germanica

in 12. 1677. Quam vero etiam ſerio-jocoſe ad illuſionem Socinianorum contra Chriſti divinitatem argumentorum hoc ſcriptum compoſitum credat auctor *Novorum Gallicor. Reip. Literariæ* ex ejusdem verbis, quæ excerpta (a) hic exhibemus eſt cognoſcere. *Acidalianas* operas in *Curtium* & *Vellejum* laudat etiam Caſparus *Barthius* Adverſariorum lib.50. cap.2. pag.2357. Adde (b) Becmanni Parallela Politica cap.6.§. 3. pag. 477. Addit huic allegato *Symbola Tecklenburgiana* hæc verba: *ut id ipſe in Epiſtola ad Jacobum* Monavium *fatetur*, quæ in *Becmanno* non extant: ut ſenſus videtur arguere *Symbolæ*. Verum interim eſt ut ex Apologia ſupra citata ſatis apparet. Pluribus omnia hæc declarat Monſ. *Bayle* in nupero ſuo Dictionaire Hiſtorique & Critique in voce *Acidalius* & *Gediccius*, quem omnino vide. Ut & marginem Diecmannianum in quo iſta leguntur. *Diſputatio nova contra mulieres, qua probatur, eas homines non eſſe*, Ao.1595. in 4 Ita titulus mei exemplaris habet. Huic Diſputationi præter *Gediccum*, eodem anno Theologica Facultas in Acad. Witteb. oppoſuit Admonitionem ad Scholaſticam juventutem de libello famoſo & blaſphemo recens ſparſo, cui titulus eſt: *Diſputatio nova* &c. Prodiit & eodem anno Refutatio oppoſita ἀνωνύμȣ autoris theſibus, quibus humanam naturam fœminei ſexus impugnat, in qua præcipuæ calumniæ hujus mendacis Spiritus refutantur, quæ ſit illius intentio oſtenditur, & ſtudioſi pietatis, omnesque Chriſtiani monentur, ut ſibi caveant à tam Diabolico ſcripto. Concinnata a *Collegio* ſtudii *Theologici Lipſienſis*. Omnia hæc ſcripta ex prima editione habeo. Cæterum de auctore & ſcopo libelli, quem ſerio rem agere non perſuaſus ſum, egi in *Notis ad Concionem funebrem* Illuſtr. Dn. Baronis a Velling Beatæ Conjugi ex 2. Tim. 4. 8. habitam, & Ao. 1696. Stadæ in fol. typis deſcriptam, p. 88.

(a) Nouvelles de la Republique des lettres, Juillet 1685. pag. 790. 791. *Pourquoi le laiſſer dans cette agréable illuſion? pourquoi ne pas permeſtre a tout le monde de ſe convaincre, que les Sociniens ne parent que de chicaneries ſi méchantes, qu'on leur a fait voir qu' avec leurs gloſſes on eluderoit tous les paſſages de l' Ecriture qui prouvent, que les femmes ſont des créatures humaines, je veux dire de même eſpece que les hommes. Ce fut le ſujet d' un petit livre qui parut ſur la fin du dernier ſiécle* mulieres homines non eſſe; *auquel un nommé* Simon Gediccus, *Miniſtre du Païs de Brandenbourg répondit fort ſerieuſement, n' ayant pas pris garde au but de l' Auteur, qui étoit de faire une Satyre violente contre les Sociniens; car en effet que peut on imaginer de plus propre à les tourner en ridicules, ou de plus mortifiant que de leur montrer que les gloſſes, avec lesquelles ils combatrent la conſubſtantialité du Fils de Dieu, ſont capables d' empecher qu' on ne prouve par l' Ecriture que les femmes ſont des creatures humaines.*

(b) Becmannus in Parallelis Politicis p.477. c.VI.§. 3. *Diſſertatio vulgo non ignota*, Mulieres non eſſe homines, *in fine præcedentis ſeculi edita.* Non ſerio ſcripta eſt, ſed ad imitationem *argumentorum* Socinianorum *contra Deitatem Servatoris*, nec aliis argumentis autor utitur, *quam iis tantum quæ Sociniani adhibent, ut in tam claro & ipſis ſenſibus contrario themate imbecillitatem argumentorum Socinianorum oſtenderet. Ideo & profitetur initio ſcripti ſui, ſibi vitio verti non poſſe, ſi credat* mulieres non eſſe homines, *cum in Sarmatia liberum ſit credere Servatorem non eſſe DEum. Atqui ſi tolerentur ibi, qui blaſphemant Creatorem, ſe exilium aut ſupplicium timere non poſſe, qui ſimpliciter tantum convicietur creaturam. Autor fuit* Valens Acidalius, *Med. D. in Sileſia. Liber primo excuſus Serveſtæ ap. Bonavent Schmid.* Jus Canonicum *utiq; diſerte &* prolixe ſcribit, mulierem non eſſe factam ad imaginem DEI C. XIII. Cauſ. XXXIII. Qu.V. *Et* Agrippa *non auſus ipſi contradicere, ſcribit intelligi corpoream Chriſti ſimilitudinem; Chriſtum enim virum fuiſſe*, L. de præſt. Sex. Fœm. *Sed hæc ad menda iſta referentur, quibus alias Decretum abundare deprehenditur, vel etiam* non intellectum *hic dicimus* Paulum a Gratiano, *quod ipſi ſæpe uſu venire exprobrat* Covarruv. *Can. IV. Reſol. XII. XIII. XIV.*

(1518) LEXICON GRÆCO LATINUM, E.G. Londini 1581. 4. E. G. c' eſt, *Edoüard* GRAND *Anglois*, qui dans cet ouvrage a augmenté le Lexicon de *Criſpin*, homme docte & célébre Imprimeur, de plus de quatre, ou cinq mille mots. Depuis eſt venu M. *Hill*, auſſi Anglois, qui a ajoûté au Thréſor de la Gréque de Guillaume *Robertſon*, environ quatrevint-mille mots. Le Dictionaire, qui eſt imprimé à Londres l'an. 1676. in quarto, doit eſtre prêferé a celui de *Grand*, non ſeulement pour avoir beaucoup plus de mots, mais ſur tout pour avoir beaucoup moins de fautes. Verba ſunt Pauli *Colomeſii* Bibliotheque Choiſie, pag. 97. 98.

(1519) LEXICON GRÆCUM, & INSTITUTIONES LINGUÆ GRÆCÆ Antverpiæ in Tomo Bibliorum. 16. excuſ. a Chriſt. Plantino. 1572. in fol. *Andreæ* MASII perhibetur à Jacobo *Friſio* in Bibliotheca Geſneriana p. 46. b. Parum vero ſimiliter clariſſimo *Normanno* anonyma hæc ſcripta me docenti.

(1520) *In Varini* PHAVORINI *magnum* LEXICON GRÆCUM *Hieronymus* GUNTZIUS *indices copioſos & accuratos* conſcripſit, eorum, qui præter alphabeti ordinem in eo Lexico explicantur, ſeorſim quidem impreſſos Baſileæ, apud Joan. Oporinum in fol. ſed ita ut ſuo Lexico conjungi poſſint & debeant. Verba ſunt, Conradi *Geſneri*, Bibliothecæ Univerſalis fol. 328. b. repetita partim & aucta *Simlero*, pag. 394. Nomen Lexicis iis non præfixum eſſe diſco ex Jac. *Thomaſii* Epiſtola 1674. d. 4. Maji qua prima me dignatus eſt compellare.

(1521) LUCIDORUS. *Commentarius de ratione pronunciandi Hetruſce*, diſſimulato auctoris nomine prodiit Romæ, quem a *Joh. Maria* AMBROSIO, Florentino Ord. Regularium concinnatum

natum ſcire ſe ſcribit Joſephus *Silos*. Bituntinus, Tom. III. Hiſtor. Clericor. Regular. Panormi 1666. in folio editæ, fol. 603. & ex eodem excerptum id communicans eo nomine jam alias ſupra laudatus M. Joh. Godfried *Olearius*, Affinis meus honoratiſſimus & Eccleſiaſtes Halenſis.

(1521. α) *De differentiis & Societatibus* GRÆCI & LATINI VERBI liber, qui in editione Pariſienſi A. 1583 8. ab H. Stephano caſtigata accedit, ſive ex LIBRO MACROBIANO hujus argumenti EXCERPTA a JOHANNE quodam, forte ut ſuſpicabatur P. Pithæus, ERIGENA SCOTO, qui temporibus Caroli Calvi vixit, profecta cenſentur docente Joh. Albert. *Fabricio* Biblioth. Latinæ p. 199.

(1521. α) De NATURA & USU LITERARUM tractatus quem habeat auctorem, ita docet *Symbola Maſtrichtiana:*

(*Bernardus a*) MALINCHROT.

Scripſit *ἀνωνύμως, tractatum de natura & uſu literarum*. Sub lit. B. a M. D M. & C. M. quæ deſignant Bernardum *a Malinchrot* Decanum Monaſterienſem & Capitular. Mindenſ. Id ſatis patet ex Carmine *Moderſohnii* appoſito: ubi auctoris nomen exprimitur poſt præfationem.

(1522) RESPONSIO AD NOTAS Nobilis Eritici (lege *Critici*, pag. 439.) Anonymi IN APOLOGIAM Reverend. P. Fr. Thomæ MAZZÆ, Inquiſitoris Generalis januenſis, pro Jo. Annio Viterbienſi, Auctore P. F. Franciſco a S. *Auguſtino Macedo*, Ordinis Minorum Obſervantiæ Luſitano: Lectore ſui Ordinis jubilato: & Publico Patavino: Ex qualificatore St Officii Romani: Veneto Cive. Veronæ ſub prælo Jo. Baptiſtæ Meruli in 4. Il detto Anonymo, contro del quale ſcrive il Padre *Macedo*, *Franceſco*) è il Sig. SPARAVIERI, Nobile veroneſe. In fine del libro, cioè à carte III. vi è una appendice del Padre Macedo per difeſa del Padre Antonio Macedo, Gieſuita, ſuo Fratello, contro i Dottiſſimi Padri, Enſcherio, e Papebrochio, medeſimamente Gieſuiti. I. detti libri, non ſi trovano regiſtrati, come hò accennato, ne' Cataloghi delle opere del Padre Macedo, che pongono, ſi il Padre Alegambe, come il Sig Don Nicolas Antonio. Verba ſunt Gregorii *Leti*, Italia Regnante Parte Tertia, Libro tertio, pagina 206. 207.

(1523) *Antonii* MELISSÆ *Abbatis* SERMONUM & LOCORUM COMMUNIUM LIB. II. *ad Doctorum Græcorum fidem revocavit*, atque ANNOTATIONIBUS illuſtravit *Fronto* DUCÆUS. Habentur Tomo V. Bibliothecæ Magnæ Patrum. Verba ſunt *Sotvelli* pag. 268. Bibliothecæ Jeſuit. Addit *Wittenius* Biographiæ Ao. 1623. anonymως id factum.

(1523. α) MENIPPUS, ſive *dialogorum centuria*, vanitatum noſtratium ſpeculum, in Grammaticorum gratiam caſtigatum, Coſmopoli 1618. 12. Auctor eſt *Joh. Valentin.* ANDREÆ, cui adſcribit *Lipenius* in Bibliotheca Philoſophica pag. 1357. b. qui editionem memoratam, qua utor, Argentinenſem facit, alterius meminit quæ Coloniæ Marchicæ in 8. prodiit 1672. Errat tamen in nomine, *Valerium* enim pro *Valentino* vocat. Prænomen *Joh.* omiſit etiam in indice. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(1524) *Diſcurſum Academicum in laudem* PORTUS MESSANENSIS. Meſſanæ, apud Joannem Franciſcum Blancum, 1628. in 4to. *Placidus* SAMPERUS, Siculus e S. J. tacito ſuo nomine ſcripſiſſe memoratur *Sotvello*, pagina 713. b. & *Wittenio* Diarii Biographici Ao. 1654. d. 28. Aug.

(1525) *Incerti auctoris liber* DE RE MILITARI, qui CICERONI etiam tribuitur, „ Initium eſt: *Res militaris* pag. 497. finis: *in* „ *oblivionem perducta cognoſcitur*, pag. 510. nuperæ, „ editionis Veſalienſis Scriptorum antiquorum „ de Re militari. At ex eodem Syntagmate pag. „ 362. iisdem omnino verbis exhibetur MODESTI libellus *de vocabulis Rei militaris* ad Ta- „ citum Auguſtum. Cujus ætas, ſi vera eſt hæc, „ inſcriptio ignota eſſe nequit. Tum illius ne- „ ceſſe eſt eſſe hoc opuſculum. *Symbola eſt Norman-* „ *niana*.

(1526) IN MORTEM *Danielis Archi Epiſcopi* MOGUNTINI *comploratio*, & *Succeſſoris Wolfgangi gratulatio*, ſine nomine auctoris imo anni & loci, nedum typographi, *Joannis* ARNBRUSTERI, Franco Moguntini eſſe memoratur apud *Sotvell.* p. 405. a.

(1527) AMICO-CRITICA MONITIO *adverſus* GALLOS 1644. Francof. Antvverp. „ Mediolani, Viennæ, Genevæ edita. Quam „ *Franco-Gallus* in *Litura Monitionis* Ao 1646. *Anto-* „ *nio* BRUNO Patricio Burgundo-Sequano, Le- „ gato Hiſpanor. odio adductus tribuit. Eſt au- „ tem revera *Adolphi* SPRENGERI, Nobilis Ubii, „ uti, qui *Franco-Gallus* dicitur, *Sanctus Germanus* „ vocari ſolet. Indicante Guil. Rudolpho *Gemberla-* „ *chio*, præfatione ae *ſpongiam Franco-Gallicæ Li-* „ *turæ* 1646. Oeniponti vulgatam. *Symbola* ite- „ rum eſt *Normanniana*: duos ſimul nobis detegens auctores, quor. poſterior ad Pſeudonymos referendus ſuo loco indicabitur: hic contextum amici chariſſimi divellere non ſuſtinemus.

(1528) *Henrici* MORI celeberrimi illius Angli, cujus Theologica & Philoſophica opera in folio partim 1679. Tomis tribus Latinis edita, cum antea fere tantum Anglice pleraque prodiiſſent. In iis Tractatibus de ANIMA, *ejuſque facultatibus*, & *naturali immortalitate* Roterodami

dami in 8. 1677. editus, INTERPRETE poſt præfationem ad Lectorem litteris F. M. A.H. deſignato, redhibetur Tomo poſteriore philoſophico a pag. 271. usque 459. cujus præfatione ſatis prolixa nil de interprete memoratur. Nempe quia factum id erat jam in præfatione generaliſſima omnium operum pag. XIX. §. XXIV. nominato autem verſionis hic adhibitæ, cum alia „ipſemet vertiſſet Amico *Thoma* STANDI-„STO, Collega ſuo apprime docto linguæ lati-„næ, & auctoris notionum Philoſophicar. cal-„lentiſſimo, qui animi ejus ſenſa ubique expres-„ſerit vere integre ſtylo maſculo & eleganti, fi-„dumque ſe per omnia præſtiterit interpretem.

(1529) MUSAGETES, *ſive* de STUDIIS *recte* INSTITUENDIS, *ad multiplicem eruditionem futuro Theologo neceſſariam feliciter comparandam conſilium extemporaneum*, in 12. a pag. 127. usque ad 195. ſubjunctum Progymnaſtices Oratoriæ Epitomæ Jo. Henrici *Urſini*, Noribergæ 1659. publicatæ; ſine ulla ejus in titulo vel præfatione facta mentione, ſeorſim etiam vendi ſolitum: imo ſeorſim editum in 12. 1678. ſine mentione typographi aut anni: *cui accedit, auctarii loco ſimilis operæ* CONSILIUM pro JURISPRUDENTIÆ STUDIO a pag. 79. ad 101. usque, imo & conjunctim cum *Magni Danielis* OMEISII P. P. Altorfini *Proluſionibus Academicis*, 1678. in 12. recuſis uti teſtatur M. Chriſtianus *Junckerus* in literis 1695. Lipſiæ 17. Auguſti datis, eundem Profeſſorem celeberrimum illius ſcripti auctorem etiam eſſe docens, & publico rumore & Typographi teſtimonio ſubjecto. Quod ipſum (a) exhibemus.

(a) *Ad* Muſageten Præfatio typographi *ad Lectorem: Celeberrimum Theologum ac Polyhiſtorem* Johannem Henricum Urſinum, *nunc inter cælites, prioris conſilii extemporanei auctorem eſſe, plerisque conſtat. Nos reliquimus titulum, prout ad nos vivi, credo, modeſtia pervenit. Et ne chartæ alioqui perituræ parceremus, alterum pro juris tyrocinio conſilium, itidem ex tempore, ut videtur, natum in gratiam cupidæ legum juventutis adjecimus. De autore nihil affirmamus: quanquam ſint, qui JCto Aldorfino non incelebri adſcribant. Si aliquis ad te fructus redundat operæ, gloriam nominis dies facile aperiet. Certe compendium viæ, quale* Urſinus *poſtremo monſtravit, hunc quoq; meditari apparet. Felicioribus alia congruunt. B. V. & fruere. S. D. Q.*

(1530) IN NAZIANZENI CARMINUM XXXIII. PARAPHRASES Manuſcriptas anonymas totidem, quomodo Petrus *Lambecius* ZONARÆ eſſe ſuſpicetur ex eo, quod alia multa multorum antiqua monumenta commentariis & Paraphraſibus illuſtraverit, ex *Actis Erudit.* Lipſ. 1687. pag. 664. 665. recordor. Ipſum Lambecii locum illic non deſignatum inquirere nunc non vacat ex Tomis tot in folio: quum Neſſelianus index non ſit ad manum, nec Manuſcriptorum æque anonymorum ac editorum detectio noſtræ ſit curationis.

(1530. α) NOMENCLATOR LATINO-GERMANICUS *in uſum Scholæ Hamburgenſis*, à *Joachimo* JUNGIO quod ſit editus Hamb. 1659. in 8. hic loci notorium eſt. Quando id temporis Rector Scholæ, cæteroqui Phil. & Med. Doctor Phyſices & Logices P. P. celeberrimus hic fuit, cujus & aliis occaſionibus honorata facta mentio, ut par erat de Præceptore optimo.

(1531) De NOMINIBUS IMPOSITIVIS EX CONSTANTINI CENSURA *fragmentum quod Tito* PROBO *tribui ait* Dionyſ. *Gothofredus*, in auctoribus Latinæ linguæ: editum libellum v. memorantem Jo. Alb. *Fabric.* Bibl. Lat. Append. p 83.

(1532) NUBES SINE AQUA, ſeu *caligo nubis falſo dictæ Lucidæ*; in declaratione judicii D. Valerii *Maccionii*, oſtenſa per C. A. H. Hafniæ 1665. in 16. inter anonyma Danorum ſcripta relatus liber ab Alberto *Bartholino*, pag. 12. de ſcriptis Danorum, fide alicujus Catalogi Hafnienſis *C. A.* HOYSGORDY indicatur per *Symbolam Flensburgo-Mollerianam*. Quod tamen ipſum nomen etiam in Bartholino non invenias. Ad de MANTISSAM DE DANICIS PSEUDONYMIS, num. 5. qui *Hoysgordium* hunc prænomine *Andream* operis hujus eſſe auctorem diſerte affirmat, ut error aut lapſus memoriæ ſit oportet, quando *Bartholinus* de legendis libris Diſſert. II. p. 4. ſcribit expresſis hiſce verbis: *Vir ad ſtuporem usq; doctus Jo.* Wandalinus, *Epiſcopus Selandiæ, magnæ famæ*, nubem ſine aqua *ſcripſit, mutuati diſcipuli nomine.*

(1533) NUMISMATUM minorum argenteorum & æneorum, à GALLIS magno numero in ſtructuras, navigationes, Gazophylacia CUSARUM *a membris Academiæ Gallicanæ* Regiæ inclytæ, auctores — — BOURZEI ſive BURZESIUS; — — CAPELLANUS ſive CHAPELAIN; — — CARPENTERIUS ſive CHARPENTIER; — — PERROLTUS ſive PERREAULT &c. quomodo memorentur, a C. F. *Meneſtrio* in Philoſophia Imaginum ſive ſylloge Symbolorum amplisſima refert anonymus *Germanicorum Dialogorum Menſtruorum* toties laudatus auctor. (Monatl. Unterredungen) A. 1695. Jan. p. 59.

(1534) EXPOSITIONIS NUMISMATUM, IMPERATORUM *Romanorum*, *à Jul. Cæſare ad Heraclium.*, *quam* operi ſuo Jacob. *Bia. adjecit*, ſuppreſſo, ut ſtipulatus erat, nomine auctor eſt *Johannes* HEMELARIUS, Hagienſ. Batavus, Canonicus Antvverpienſis. Uti ſcribit *Miræus*, Biblioth. Eccleſ. part. II. pag. 25. Quod confirmat Valer. *Andreæ*, Bibl. Belgic. pag. 124. addens Ao. 1614. impreſſum opus illud: ſicut & alia de ejus vita & opuſculis edita. Exinde quæ habet Caſp. *Sagittarius* Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 596. & 597. additque hæc ſub (a) ubi & COMMENTARIUM *Caſpar.* GEVARTII anonymum detegit.

(a) *Caſp.* Sagittarius Introd. *in Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 596. 597. Numiſmata primum aurea Impp. Roman. à C. Julio Cæſare ad Heraclium edidit* Biæus) *cum Commentariis Joh.* Hemelarii, *Hagienſis Batavi, Canonici Cathedralis Eccleſiæ Antwerpiæ, qui Romæ toto ſexennio in familia Card. Cæſii vixit. Sunt autem ea Numiſmata, quæ* Carolus Croyus, Dux Arſchottanus *collegerat. Poſtea prodierunt adjunctis* Antonii Auguſtini XII. *Dialogis, ſed absq; interpretatione, cum hoc titulo:* Numiſmata Imperatorum Romanorum Aurea, Argentea, Ærea, a C. Julio Cæſare usque ad Valentinianum Aug. opera Jacobi Biæi, Antverpiani, æri graphice incisa. *Demum cum inſigni Auctario, & docti cujusdam viri (is erat* Caſpar Gevartius*) Commentario ſunt edita.*

(1535) VOCABULA REI NUMMARIÆ, PONDERUM, ET MENSURARUM GRÆCA, LATINA, HEBRAICA, ARABICA, ex diverſis autoribus collecta, & in ordinem alphabeticum diſpoſita *cum Dictionario* Latino-Germanico Joannis *Friſii*, ſine auctoris nomine impreſſa, quod ſint *Joſiæ* SIMLERI, Joh. Jac. *Friſius*, Biblioth. Gesnerianæ ſcriptum reliquit p. 519 col. 2.

(1536) NOTITIA REI NUMMARIÆ *ad erudiendos eos, qui nummorum Veterum & modernorum intelligentiæ ſtudere incipiunt.* Lipſiæ apud Fritſchium, in 8. 1695. ſuppreſſo nomine a M. Chriſtiano JUNCKERO, LATINE REDDITA: quod et *ex Gallico*, cui titulus *la ſcience des Medailles, antiques & modernes* a Paris 1692. in 12. impreſſo, cujus auctor Ludovicus *Jobertus*, Jeſuita Pariſinus, *Antvello* pag 566. ex aliis anonymis ſcriptis cap. II. a nobis etiam memoratis laudatus. & tunc neſcio an & nunc adhuc ſuperſtes, fide Andreæ *Morelli*, & celeberrimi F. B. *Carpzovii* Dn. Interpres ipſemet per literas mihi eſt confeſſus. Deinde publico id etiam indicaſſe jam Dialogor. Menſtruor. Germanicor. auctores vidi A. 1695. p. 867. cujus reliqua excerpſimus etiam verba (a) (b) & ante Anm 1692. p. 833. notatu digna.

(a) Monathliche Unterredungen *Nob. 1695. pag. 867.* Es wird wegen der kürtze / *accuraten præceptis* und Einrichtung billig gerühmet / und des *Patini Introduction* an die Seite geſetzet. Der Lateiniſche *Interpres* iſt Herr *M.* Chriſtian Juncker / von deſſen Fleiß wir im nechſt verwichenen *Auguſto* eine Reiſe-Beſchreibung / ſo er aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche *vertiret* / geſehen haben. Er hat in dieſer Überſetzung ſonderlich ſich bemühet / den Verſtand des *Autoris* deutlich auszudrücken / und zu dem Ende in etlichen ſchweren Wörtern das Frantzöſiſche *in parentheſi* beygefüget. Es haben etliche *Notæ* und *nummi* hierzu gebracht werden ſollen / man iſt aber hernach anders Sinnes geworden / indem Herr Morell, ſo daſſelbige zu thun über ſich nehmen wollen / (wie wir im *September* vor dem Jahre gehört) lieber ſein eigenes *Specimen* vermehret und verbeſſert zu *ediren* / die Mühe angewendet.

(b) Ibidem, *A. 1692. pag. 833.* La ſcience des Medailles pour l'inſtruction de ceux, qui commencent à s'appliqver à la connoiſſance des Medailles antiques & modernes, in 12. à Paris 1692. Der *Auctor* iſt zwar nicht genennet / Herr Leibnitz ſagte mir aber / er hieſſe *le Pere Joubert.* Und er hat keine Schande davon / weil er in 12 *Diſcourſen* alles begriffen / was von *Medaillen* nöthig zu wiſſen / und ob er gleich nur vor junge Leute und Anfänger zu ſchreiben vorgiebet / ſo hat er doch manche *Obſervationes* die wohl alte *Antiquarii* nicht wiſſen. Ich wolte einen *Extract* aus dem *Extract* machen / wenn ich nicht Hoffnung hätte / das Buch ſelbſt bald zu erlangen.

(1537) *Epiſtolam ſuper* DUBIIS quibusdam AD NUMMOS FAMILIARUM ROM. URSINI ſpectantibus: aliam (2) de NUMMO BRITANNICO: item (3) NUMISMATA ANTIQUA OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA à Petro SEQUIER Gallo emiſſa, conjicit *Witten.* Biogr. part. 2. A. 1672. pag. 102. col. 1. Erunt igitur illa ſcripta anonyma. v. n. ſeq.

(1538) DE NUMMO BRITANNICO, EPISTOLA ad Raphaelem Trichetum du Freſne: Pariſiis 1659. in 8. A. M. è del Sig. *Abate*, SEGVINO, e ſi troua anche riſtampata nel ſuo libro in 4. a 144. „ Verba ſunt Giovanni *Cinelli* della Bibliotheca Volante, Scanzia prima, p. 30. & 31.

(1539) *De* NUMMO PANTHEO *Hadriani Imperatoris, ad illuſtriſſimum Spanhemium Diſſertatio: in qua præter nonnulla de conſecrationibus veterum, illarumque origine, peculiaris quædam inſtituitur comparatio inter Hadrianum & Alexandrum Magnum, multaque illis communia demonſtrantur. Lugduni apud Aniſſonios, Jo. Poſuel & Cl. Rigaud. 1689. in 4to.* Conſtat 13. plagulis, exhibenturque in iis 30. nummorum ectypa.

Titulus eſt ſcripti anonymi exhibitus in *Actis Erudit. Lipſienſibus*, mox addito auctore Claudio NICASIO, verbis, quæ (a) ſubjuncta exhibemus.

(a) Act. Erud. *Supplem. Tom. 1. Sect. VII. p. 373. Huic ergo illuſtriſſimo viro, (Ezechieli* Spanhemio,) *vero monumentorum horum arbitro, quem olim Romæ ut omnium elegantiorum literarum theſaurum ſuſpexerat, jam laudabilem ſuam induſtriam, in Hadriani Imp. hiſtoria e nummo quodam illuſtranda poſitam, probare ſtuduit* Claudius Nicaſius *Divionenſis; eidem, cum Sereniſſimi Electoris Brandenburgici (cui a ſecretioribus & intimis Conſiliis eſt) Legatum is apud Regem Galliæ ſuperioribus annis ageret, Diſſertationem hanc* de nummo Hadriani *nuncupans.*

(1539 *a*) EPISTOLA *de* NUMMO, SALOMONIS & Corona radiata, exhibita, *ab Henr.* Hottingero, *de nummis Hebræorum, edit. ſecundæ pag. 114. cum elogio celeberrimi antiquarii. Hæc habet auctorem, Clariſſimum anteceſſorem Baſileenſem D.* Remigium FESCHIUM, *uti mihi ipſe dixit, cum indignatione quadam,*

,,dam , *quod D. Hottingerus ejus nomen non expreſſiſſet.* Symbola *eſt* Maſtrichtiana.

(1540) EPISTOLA DE NUMMO ZENONIS *Iſaurici Græci Impp. aureo* p. m. Collegæ mei Rudolfi *Capelli* D. & PP. notis ad *Philippi II. Pomeranorum Ducis* de illo Commentariolum, Hamburgi 1667. in 4. editum , inſerta pag. 14. & ſeqq. eſt Doctoris *Ottonis* SPERLINGII , cujus de ſepulchro hic (Hamburgi) in Eccleſia Cathedrali adhuc viſendo Pontificis Benedicti doctiſſimam habemus diſſertationem. Id ipſe mihi tunc præſens amiciſſimus Civis, & nunc PP. Hafnienſis factus : addens ſe inſcio & inconſulto Epiſtolam eſſe editam ; alias elimandam magis.

(1540. a DC.) EPISTOLÆ OBSCURORUM VIRORUM , quibus debeantur auctoribus , ex *Henrici Hamelmanni*, qui vitam *Hermanni Buſchii* deſcripſit , loco pag. 49. ex editione Joh. à Goer, cum opuſcul. de Weſtphalia , deſcripto transmiſſoque à Dn *Gerh. de Maſtricht* didici , qui locus talis eſt : *Orthwinus* Vir *alioqui non indoctus, in gratiam barbarorum Theologorum (aucupans opimam aliquam præbendam , & beneficia Eccleſiaſtica) ſeſe conjunxerat* Jacobo Hochſtrato *Theologo & Magiſtro noſtro , certanti contra Johannem Reuchlinum Capnionem , contra quem pro Hochſtrato Lovanienſes & Pariſienſes Theologi pronunciaverant. Interea dum utriusq; cauſa ventilaretur Romæ , ubi patrocinium Reuchlini ſuſcepit , & ipſius actionem defendit Buſchii Amicus, Doctor J. V. Joannes a Wick (qui poſtea anno Domini 1533. in Vaſtennow ſanctus Martyr tyrannice eſt occiſus a Canonicis Monaſterienſibus , propterea quod ibi promoviſſet Evangelii Doctrinam) cadit cauſa Hochſtratus : hinc fit ut ſeſe conjungerent Præpoſitus Comes* NEWENARIUS , *Ulricus ab* HUTTEN *eques* , REUCHLINUS , *&* BUSCHIUS *atq; plures* , *&* Epiſtolas obſcurorum Virorum *ridiculas contexerent , in invidiam Orthwini Gratii , qui multis ſcriptis defenderat Hochſtratum : & hæ jam etiam in multorum manibus ſunt.*

Citatur hic etiam in Notis Mſtis *Normannianis Græf.* Polit. Orient. in Capnio : & *Schurtzfleiſch* , rit. Eccleſ. pag. 9. Adde Jo. *Sleidanum* de ſtatu Religionis lib. 2. ad Ao. 1520. pag m. 40. 41. Hiſtoriam occaſionis libello præbitæ narrantem. *Ulrico* HUTTENO eaſdem adſcribunt alii non invitis *Actor. Erudit. Lipſienſ.* Auctoribus A. 1688. pag. 16. ubi , ut & circumjacentibus a Jo. Henr. *Majo* deſcripta ex profeſſo vita Jo. Reuchlini , & 1678. in 8v. edita enarratur. E qua nonnulla huc pertinentia legas ibidem extracta , at ex ipſo *Majo* (a) (b) (c) plenius cognoſcas pag. 423. & ſeqq. Ubi & ERASMUM aliis auctorem habitum addit pag. 425. ſed acerbe detrectantem licet ejus lectione ſanatum. Detrectavit etiam *Jo.* REUCHLINUS ipſe ibidem pag. 427. Editiones enumerantur pag. 428. Extat etiam editio recentiſſima Londini ſi fides titulo Ao. 168?. excuſa cum Lamentationibus additis. Videatur & *Bibliotheq; Univerſelle*, recenſens hanc vitam a pag. 485. usque ad 506. Tom. 8. 1688. art. XIIX. Omnibus autem memoratis auctoribus hactenus etiam ſuccenturiatum it *Alexandrinum* BRUSSIANUM , *Goldaſtus* de Confiſcat. der Hexen Güter pag. 46. & *Voëtius* Diſput. Theolog. I. pag. 25. *Henricum* GLAREANUM auctorem putat. Nil impedit vero plures contuliſſe ſuam aliquam ejuſce modi Epiſtolæ unius aut plurium Symbolam. Adeo ſunt ſcriptæ diverſo ingenio genioque. Paulum Jovium ſequitur M. Nicol. *Oelſchlegelius* , Centur. I. Controverſiar. Grammaticar. Qu. 4. dec. 4. pag. 38. Denique juncta etiam ex *Autographis Lutheri* Brunſuicenſibus (d) extantia illic alia huc pertinentia Satyrarum exempla non ubique reperienda. Adde Henrici *Whartonis* Appendicem ad Caveanam Hiſtoriam litterariam Script. Eccleſiaſticor. pag. 123. a. Ubi ſic legis : Obſcurorum Virorum ad *Orthvi-,, num Gratium* Epiſtolarum libri II. Francofurt.,, 1624. 8. *Illuſtrium Virorum ad Reuchlinum Epiſtolæ*,, prodierunt libris II. tacito loco atque Anno ,, in 4to. v. *Bayle* Dictionnaire Tomo. II. pagi-,, na 151.

(a) *Jo.* Henricus Majus, Annotat. variar. in vitam Reuchlini , *pag. 423. ſeqq. Hos omnes ulturus Noſter , Satyrico ſcribendi genere uſus* Epiſtolas obſcurorum virorum *concinnavit , quibus barbariem & ruditatem illorum , erudito & per ſe quoque plurimum illuſtrato orbi repræſentavit. Harum enim Epiſtolarum autorem* Reuchlinum *facit* Paulus Jovius , *Novocom. Epiſcopus in Elogiis , quæ vocat ,* Doctorum virorum ab avorum memoria publicatis ingenii monumentis illuſtrium. *Elog. CXLIII. ubi cum libros a Capnione editos recenſuiſſet , hunc in modum ſcribit :* Circumferuntur etiam præter graviores libros, quanquam ſuppreſſo nomine ex ejus officina , obſcurorum virorum Epiſtolæ , admirabili facetiarum lepore conditæ , quibus ad excitandum riſum cucullatorum Theologorum ineptiſſime atque ideo ridicule latina lingua ſcribentium ſtylus exprimitur. Ulciſcebatur enim infeſtam nomini ſuo turbam jucundiſſimo Satyræ illudentis genere , quum maligna cucullatorum conſpiratione tanquam judæis parum æquus hoſtis ac ex animo plane recutitus impietatis accuſaretur. Hic liber avide coëmptus & evulgatus adeo graviter calumniatores ejus Ordinis perculit , ut conjurationis Princeps Hoſtratus lethali dolore ſauciatus interierit : Et reliqui æſtuantes à Leone ſuppliciter impetrarint , ut edicto divendi atque imprimi vetaretur ; ſed edicti majeſtatem Reuchlinus falſo ingenio ludificatus ſecundum Epiſtolarum volumen , tanquam ex titulo minime vetitum , altero quidem aculeatius impreſſoribus tradidit , ita ut cucullati miſere cum hydra luctantes , animos in ea lite deſponderint. *Eſt mihi ad manus prima primi voluminis editio Venetiis impreſſa in Aldi Manutii officina , in 4to. Alterum volumen in Germania excuſum habeo, hoc inſignitum titulo :* Lamentationes obſcurorum virorum non prohibitæ per ſedem Apoſtolicam. *Haud ignoro alios* Ulricum Huttenum *Equitem Francicum harum Epiſtolarum auctorem facere ; moti forte ſuſpicione , quam monachi de eo quondam conceperunt , ut patet ex literis* Bilibaldi Pirckheimeri *ad dictum equitem datis , quibus ſic inter alia ſcribit :* Nec dubites fratres illos , qui te auctorem obſcurorum eſſe clami-

clamitant, illum contra te inſtigare. *Paulo ante de* Hogoſtrato *per Noribergam iter faciente, cum Romà domum rediret, dixerat:* Oſtendit obiter *Breve*, ut appellant Apoſtolicum, non tamen in forma, authentica, quo excommunicantur ementes, vendentes & legentes *Obſcurorum virorum epiſtolas. Mutandus itaq; titulus, & pro* obſcuris clari viri *erunt inſcribendi, ut rurſus nebulones pecunias dilapidare cogantur. Hanc epiſtolam* Conradus Rittershuſius *edidit ex autographo Pirckheimeri, & Commentario ſuo de ejus vita inſeruit.* Jacobus Thomaſius *in præfatione ad Pauli Manutii Epiſtolas, certa fide exploratum ſe habere affirmat, Hutterum amoeniſſimi Equitem ingenii ridiculi operis autorem eſſe, ipſumque illius ætatis barbariem ac ſtribliginem facete ejusmodi epiſtolis expreſſiſſe. Fuerunt denique qui Eraſmo has Epiſtolas tribuendas tanquam vero auctori cenſerent, in quos ille graviter invehitur, factumque vehementer deteſtatur, in epiſtola quadam ad Joannem Cæſarium, Antwerpiæ* Ao. M.D.XVII. *poſtridie die aſſumtæ virginis data & lamentationibus obſcurorum virorum inſerta, quam & nos integram hoc loco inſeremus. Magnopere mihi diſplicebant Epiſtolæ obſcurorum virorum.*

(b) Idem *pag. 427. Idq; inde quoddammodo confirmatur, quod ajunt, allato primum à famulo,* Jacobo Ammiano Tigurino, *lectoque hoc Epiſtolarum volumine, eum à morbo convaluiſſe. Cum enim ex tumore, qui in facie natus erat, laboraret, vehementi riſu, à lectione iſtarum literarum excitato, commotus ita eſt, ut tumor illico rumperetur, atq; ſine omni Medicorum ope convaleſceret. Vid.* Joſias Simlerus *in vita Henrici Bullingeri, col. 6. Neq; certiori argumento probatur,* Reuchlinum *ipſum ridiculi operis auctorem eſſe. Nam ſimilem in modum ſe purgat, ut fecit* Eraſmus, *in epiſtola quadam, Lamentationibus inſerta, ad* Joannem Pelsflickerium.

(c) Idem *pag. 428. Editiones variæ harum Epiſtolarum prodierunt, multum ab ſe diverſæ, quarum aliquot oculis uſurpavi; quæ* Anno *1556. Romæ, ſi credere licet, vulgata eſt, volumina mutavit, & ex* primo *fecit* ſecundum: *Franckofurtenſis Ao. 1643. ordinem ſervat antiquum. In titulo forte aliquid deſideres, his verbis inſignito:* Epiſtolæ obſcuriorum virorum ad M. Ortvinum Gratium, nil præter luſum continentes & jocum in arrogantes ſciolos, plerumque famæ bonorum virorum obtrectatores & ſanioris doctrinæ contaminatores.

Nam præter luſum & jocum multa ad hiſtoriam illorum temporum ſpectantia continent, & vel hoc nomine legi merentur. Alioqui jure deteſtamur, quod illarum autor ſacra Dei eloquia ſubinde ad ſcurrilia convertit, juſtamque propterea cenſuram ſubiit Leonis X. cujus autoritas impedire tot repetitas editiones non potuit. In eo etiam nimis ſeverus videtur quod omnes & ſingulos utriusq; ſexus Chriſti fideles, cujuscunq; ſtatus, gradus & dignitatis & excellentiæ fuerint, monuit, eisque ſub excommunicationis pœna, a qua nonniſi a Romano Pontifice præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, diſtricte præcipiendo (*ſic enim legitur in Brevi, cujus verba lubens prudensq; transſcribo*) mandaverit, quatenus dicti libelli ejusque exemplarium lectione perpetuo abſtineant, illaque per omnia igne comburant: faciantque ut quanto citius fieri poſſit, tale nefandum ſcelus, quod hæreſim ſapiat, ne ulterius ſerpat, penitus extirpetur.

(d) *Tomus III.* Autographorum Lutheri & *Coætaneorum pag 51. 52.*

Epiſtola G.N.N.D. de Magiſtris noſtris Lovanienſibus, quot & quales ſint, quibus debemus Magiſtralem illam damnationem Lutheranam, ad Udalrichum Zvvinglium Helvetium, apud Tigurinos Concionatorem.

Item vita St. Nicolai, ſive ſtultitiæ exemplar. Ex obſcurorum virorum ſalibus cribratus Dialogus, non minus eruditionis, quam Macaronices amplectens, in quo introducuntur Theologi Colonienſes tres, Ortvvinus, Gingolphus, Lupoldus. *Tres item celebres viri,* Johan. Reuchlin, Deſ. Eraſmus, Jacobus Faber, *de rebus a ſe recenter factis diſceptantes. Apud antipodas: Cum privilegio.*

Florilegium ex diverſis opuſculis atque tractatibus fratrum, Patrum ac Magiſtrorum Noſtrerum.

Venerabilis Frat. Patris Danielis Agricolæ, Seraphici gregis de obſervantia, *prædicatoris glorioſi, præfatio in Polyantheam, ad* Leonardum & Lucam Alantſee *fratres Bibliothecarios.*

Ejusdem præfatio commendativa in Doctorem ſubtilem ad Ludovicum Hörncken / *Agrippinenſem Bibliothecarium.*

Numerus Thearticus F. D. Agricolæ *Seraphico gradiens cothurno, in Theourgiam ideatam.*

In monſtrum abſconſum ejusdem.

Ejusdem carmina cratherica dicacalogica elegica repetita.

Forma proteſtationis Theologicalis ac ſolennis per eximium ſacræ paginæ Profeſſorem Guilielmum Vorillong *Minoriſtam.*

Ejusdem præambulum in IV. libros ſententiarum.

Præambula in librum Etymologiarum Iſidori. Iſidorus ad Graulionem.

Alphabeta in maledicos Judæos ac Talmud, quibus oſtenditur, quid poſſit aut debeat per Principes ac Prælatos Eccleſiaſticos circa Judæos & blaſphemos eorum codices fieri. Pariter quoque deciſa habetur quæſtio ſuper eisdem libris dudum mota à Cæſarea Majeſt. per Mag. N. Arnoldum de Tongeri, *ſacræ paginæ Profeſſorem, ex Facultatis commiſſione in ſtudio Colonienſi.*

(1541) OBSERVATIONES AD ANTIQUITATES HETRUSCAS eſſe *Henrici* ERNSTII, non vero *Paganini* GAUDENTII, docebitur infra in *Pſeudonymo Proſpero.*

(1541. *aa*) ORATIONES & CARMINA varia tacito fere, aut alieno nomine edidit Joannes BOLLANDUS, Belga, Patria Juliimontenſis, memoratus Auberto *Miræo*, Bibl. Eccleſ. part. II. pag. 247. & totidem verbis bonam partem Valerio *Andreæ* Biblioth. Belg. pag. 463. fuſiusque *Sotvello* Bibl. Jeſuit. pag. 422. b. Quorum poſteriores tamen pro *Julii*-Montenſis *Tulii*-Montenſis habent.

(1541. *a* CCLXIII.) Jo. Demetrius SOLICOVIUS Archipræſul aliquot Eccleſiarum Poloniæ, compoſuit ORATIONEM *in obitum*

Regis Auguſti, & PANEGYRIM *ad Gallos atq; Sarmatas*, quæ ſub nomine *Probi Viri* annectitur annalibus *Cromeri*, uti referunt *Starovolski* centuriæ Illuſtrium Polonorum ſcriptor. n. 5. qui vitam hujus *Solicovii* continet.

(1541. β CCLXIV.) ORATIO FUNEBRIS *in obitum* Nicolai Fabri *ſeu* le Febure, Pariſiis 1612. in 8. edita eſt a *Johanne* à S. FRANCISCO, cognominato in ſeculo GULONIO, de quo vide plura prolixe apud *Carolum de Viſch* Bibliothecæ Ciſtercienſis pag. m. 221. ubi & hujus orationis editionem ſecundam 1616. Pariſiis itidem, præfixo auctoris nomine publicatam memorat.

(1541. γ CCLXV.) ORATIONEM *de* S. ROSALIA habitam ab J. M. R. diſcipulo ſuo in aula Collegii Romani Societ. Jeſu Romæ 1629. &

(1541. δ CCLXVI.) ORATIONEM *de* PASSIONE *Domini* dictam coram Urbano VIII P. M. A. 1630. proditamque cum aliis ejus argumenti, Romæ 1640. in 12. ſuppreſſo nomine, ab *Angelo* GALLUCCIO *Jeſuita Italo* profectam teſtatur *Alegambe* p. 33. confirmat *Sotvell.* pag. 62.

(1541. ε CCLXVII.) ORATIO, *qua* LERMENSIUM & CASTRI COMITIS *fratres utriq; Siciliæ Proreges in Collegio Neapolitano Soc. Jeſu excepti ſunt* A. 1637. ἀνωνύμως prodiit, auctore *Joanne Baptiſta* URSO, *Italo Jeſuita*, ſcribente *Alegambe* p. 227. Addit *Sotvel* p 420. a. *poſt obitum pro-* „*diit opus poſthumum hoc titulo*: Inſcriptiones, Dedi- „cationes, monumenta, Elogia buſtuaria. *Nea-* „*poli, typis Joannis Dominici Montanarii* 1643. *in folio.*

(1542) ORATIO *habita*, *cum* PAULINUS, *Tyrorum Epiſcopus ibidem magnificum templum inaugu-raret*; quæ extat apud *Euſebium* de Præpar. Evangel. lib. X. cap. IV. quod ſit ipſius EUSEBII PAMPHILI, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, præ modeſtia ſe non nominantis, at ex ſtylo & aliis ſignis ſatis noſcibilis, docet Anonyma *Bibliotheca Univerſalis Gallica*, Tom. X. Ao. 1688. pag. 384. 385. verbis ſuis, quæ (a) exhibemus.

(a) Biblioth. Univerſelle *de l'Année* 1688. p. 384. Paulin *dedia dans la ville de* Tyr *une Egliſe magnifique, qu'il y avoit fait batir, ce qui arriva l'an* 316. Euſebe *y porte une belle harangue, qui ſe fit en cette Dedicace, & quoi qu'il ne diſe pas, que ce fût* luy-même, *qui la prononça, le ſtile de cette harangue & la maniere modeſte, dont il parle de celuy qui la fit, fait croire avec juſtice, qu'il n'a ſupprimé ſon nom que par modeſtie.*

(1542. α Olim Cap. IX. additor. Num. DCI.) ORATIONEM Mſtam, *de* STATUA VIRGILII *per* Carolum de Malateſtis *ſubverſa*, raram, auctori ſuo reſtituit *Voſſius* pag. 27. de Poet. Lat. hiſce verbis: *Habeoq;* orationem Mſam adverſus Carolum, *iis temporibus ſuper hoc exaratam, ſatis ſane acerbam, & tamen auctor ait*, acerbius ſe ſcripturum fuiſſe, ſi tutum fuiſſet in eos ſcribere, qui poſſent proſcribere. *Nomen auctoris non apponitur: ſed permiſta legitur orationibus, libellisque* Guarini *ac diſcipulorum, qui auctore Magiſtro hujusmodi oneris aliquid ſuſcipere ſolerent, ut videri poſſit ſcripta ab ipſo* GUARINO Veronenſi, *Clariſſimo ſui temporis Viro, vel ſaltem* Diſcipulorum aliquo.

(1542. β) (1) ORATIO encomiaſtica ad Magnum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ œconomum, Patriarchæ Conſtantinopolitani fratrem.

(2) ORATIO objurgatoria ad diſcipulos ſuos turbidos & inobedientes.

(3) ORATIO apologetica pro Eunuchiſmo & Eunuchis, compoſita in gratiam & ſolatium fratris ſui, qui fuit Eunuchus.

(4) ORATIO, partim encomiaſtica, partim parænetica, ad Imperatorem Conſtantinum Porphyrogenitum, Imp. Leonis cognomine Philoſophi ſeu Sapientis filium.

(5) ORATIO ad diſcipulos.

Etſi nomen Autoris jam enumeratarum QUINQUE ORATIONUM IN CODICE iſto MANUSCRIPTO, de quo in præſens agitur, omiſſum ſit, ex variis tamen indiciis veriſimillime appareat, auctorem earum eſſe THEODORUM illum, quem Hiſtoriæ Bizantinæ ſcriptores *Jo. Zonaras*, Georgius *Cedrenus*, & *Leo Grammaticus* Imp Conſtantini Porphyrogeniti PÆDAGOGUM nuncupant.

(1543) In Facetiis Facetiarum, ſeu Jo-„ coſeriorum Faſciculo Novo Pathopoli A. 1657.„ in 12. edito anonymus extat pag. 180---244.„ *Diſſertatio* de OSCULIS, quæ niſi me omnia,„ fallunt, eadem eſt cum illa, quam præfixo *Ge-*„ *orgii* RITTERHUSII (*Conradi* Filii) nomine edi-„ tam legiſſe me olim recordor. *Symbola* eſt *Flensburgo Molleriana.*

(1543. α) *In* OVIDII METAMORPHOSEON *libros* ARGUMENTA *Ælio* DONATO adſcribi v. docentem Joh. Alb. *Fabricium* Bibl. Lat. App. p. 93.

(1544) DECORA LILIETI PACIANI. Vilnæ 1641. in folio ſine ſuo nomine edidit *Andreas* WAGNER, natione Germanus, patria Suevus: S. J. *Sotvelli* Bibliotheca Jeſuitica, pag. 60. b.

(1545) PALLIUM EXULANS *in poſſeſſionem reſtitutum, e ſomnio* SATYRA. Acceſſit,„ Septimii Florentis *Tertulliani* Apologia pro pal-„ lio, cum Mantiſſa Philologica ad eandem Anno,„ 1629. 12. Auctor Satyræ & Mantiſſæ eſt *Johan-*„ *nes Georgius* DORSCHEUS, Theol. D. & in„ Academia Argent. ac Roſtochienſi P. P. olim,„ doctiſſimus, qui Studioſis pallium cum gladio,„ commutantibus hunc innovandi veſtitus pruri-„ tum, diſſimulato nomine exprobrare voluit.„ Symbola eſt Flensburgo-Molleriana.

(1545. α CCLXVIII.) PANEGYRICUS *die Natali Academiæ* PADERBORNENSIS *ejus funda-*

fundatori oblatus anno 1616. Paderbornæ impreſſus, auctore non expreſſo, *Johannis* HORRIONIS *Jeſuitæ Belgæ* quod ſit, tacente *Fr. Sweertio*, qui plane hunc auctorem omiſit, confirmant *Alegambe* p.251. & *Valerius Andreæ* p.519.v. *Cap. V.* num. 1169.

(1546-7) PARMENSE DIARIUM ERUDITORUM ITALICUM, notum eſt, & Dn. M. Chriſtiano *Junckero* recenſitum ſatis exacte, uti ſuo loco in Italis cap. XIV. num. 2682. dicemus. At LATINUM ibidem proditum, nec ipſi tactum, nec mihi viſum, memorat Hiſtoria Gallica Operum Eruditorum (*Hiſtoire des Ouvrages des Scavans*) Ao. 1692. Nov. ubi pag. 124. nominatur P. *Paulus* MANZANI, tertii ordinis S. Franciſci, repetiturque pag. 647. Auguſti 1693. Priori loco prima folia inclyto Dn. Antonio *Magliabecchi* miſſa ſcribuntur. Adde Acta Eruditor. Lipſienſ. Anno 1693. pagina 44. & 335. quorum excerpta (a) & (b) repræſentamus.

(a) Acta Eruditorum Lipſ. Menſis Januarii Ao.1693. pag. 44. *In Italia novum non ita pridem* Diarium Eruditorum, *&* Latino *quidem ſermone, P.* Petrus Pauli Manzani *Parmæ auſpicatus fertur. Alterum vero, quod ibidem* Italico idiomate *a P.* Benedicto Bacchino *& P.* Gaudentio Roberto *Ao. 1686. adornari cæpit, cum anno 1690. finitum poteſt videri. Certe anno 1691. a viris hiſce doctis nihil eo quidem in genere elaboratum eſt, aut publici juris factum. Aſt redintegrarunt laborem illum anno ſuperiori 1692. novumq; orſi ſunt volumen, cujus ſectiones ſeptem jam ad nos pervenerunt, non* Parmæ *tamen, ſed* Mutinæ *excuſæ, qua in urbe abſolutum illud jam eſſe, aut abſolutum certe iri propediem, non dubitamus. Deinceps vero, ut ex illuſtris* Magliabechii *litteris accepimus, Diarium iſtud* Bononiæ *continuabitur, poſtquam in Academiam illam ad Lecturam, quam vocant, ſeu Profeſſionem St. Scripturæ R.* Bacchinus *vocatus eſt, proditurum, ut veroſimile eſt, multo locupletius, quandoquidem P. Bacchinus, quod univerſo operi per novam functionem haud fideret parem ſe futurum, laboris ſibi ſocios* Dominicum Guilielminum, Bernardinum Ramazzinum, *clarosq; forte viros alios adſciſcere conſtituit.*

(b) Ibidem *Menſis Julii pag. 335.* Diarium Eruditorum, *quod* Parmæ *Latino ſermone editur (cujus annus 1692. totus typis jam eſt exſcriptus) auctorem habet* Petrum Paulum Manzanum: *Diario autem* Mutinenſi, *& Italico quidem Idiomate adornando, decem viri docti, quorum nomina alio loco indicabimus, junctis operis incumbunt.*

(1548) *Marii* NIZOLII ANTIBARBARUS *Philoſophicus*, ſive *Philoſophia Scholaſticorum impugnata*, Libris IV, *de veris Principiis & vera ratione Philoſophandi* contra Pſeudo-Philoſophos, inſcriptus illuſtriſſimo Baroni à Boineburg ab editore G. G. L. L. qui *introductionem de optima Philoſophi dictione, Epiſtolam de Ariſtotele Recentioribus reconciliabili notasq;* paſſim adjecit, Francofurti apud Hermannum a Sande M. DC. LXXIV. in 4. Literæ illæ deſignant inclytum nomen *Georgii Guilielmi* LEIBNITII Lipſienſis. Quod ex ipſo ſtylo & genio ſcriptionis facile mihi agnoſcendum, ultro ipſemet faſſus eſt mihimet: exſcriptumque librum ſimul docuit ex Moguntinenſis Monaſterii Bibliothecæ exemplari, non obſtantibus omnibus ad valvas ejusdem affixis excommunicationibus Pontificiis, ſurrepto. Non dico à quonam, cui dedicatio id non ſatis dicit. Præfatio ipſa eſt paginarum 36.

(1549) PERRONIANA, ſive *Excerpta ex ore Cardinalis Perronii*, per F. F. P.P. Genevæ apud Petrum Colomeſium 1667. in 8. paginis 334. FRATRUM PUTEANORUM quod ſint vel forte *Joannis de* VASSAN; Vide inſuper in *Scaligeranis* eidem auctori num. 1564. imputatis.

(1550) *Titi* PETRONII *Arbitri Equitis Romani* SATYRICON *cum Fragmentis Albæ Græcæ recuperatis* Anno 1688. nunc demum *integrum* Rotomagi 1662. in 12. majori paginis 280. memoratur in Hiſtor. Gallica operum Eruditorum (Hiſtoire des Ouvrages des Scavans) Nov. 1692. art. XII. pag. 117. & ſeqq. ejusque recuperator & editor *Franciſcus* NODOTIUS nominatur, (a) qualiterque hoc Mſto potitus ſit explicate refertur. Ad quem etiam TYPOGRAPHI EPISTOLA præfixa pertinere mihi videtur: quemadmodum & ad eum congratulationes clariſſimorum virorum præfixæ diriguntur. Siquidem illius Epiſtolæ contenta, non poterant æque ab alio ſcribi. De illo ſupplemento quid ſentiant Eruditi, olim de primo *Traguriano* Mſto valde diſcordes, nunc referre non vacat.

(a) Hiſt. des Ouvr. des Scav. *Nov. 1692. pag. 118.* Mr. Nodot *eſt celuy, à qui le public eſt redevable de cette edition. C'eſt un homme actuellement dans le ſervice: mais les occupations de la guerre, quelque penibles & continuelles qu' elles ſoient dans un païs preſſé & attaqué de toutes parts comme eſt la France, n' empechent pas cet officier de ſonger aux Muſes, & de cultiver les Belles Lettres. La Maniere dont il dit que le* Manuſcrit entier de Petrone, *eſt tombé entre ſes mains, n' eſt point embaraſſée de detours & de circuits myſterieux. Il dit ſimplement qu' un Renegat Grec le donna* apres la *priſe de Belgrade en 1688. à un Gentil homme François, nommé Mr.* du Pin, *qui ſervoit dans l' armée de l' Empereur, que Mr. du Pin le fit copier, & que luy* Mr. Nodot *en a recouvré une autre copie qu'il a fait acheter du copiſte, dont Mons. du Pin s' etoit ſervi.*

(1550. α CCLXIX) PHARUS SARMATICA *Europæo Trioni Auguſtis ignibus irradians, Sereniſſimum & potentiſſimum Uladislaum IV. Suecorum, Gothorum, Vandalorumque hæreditarium Regem; Moſcorum Imperatorem Electum, Jagellonici, Auſtriaci, Gothici ſanguinis & Virtutis hæredem filium nepotem, auſpicato faſces Regni* POLONIÆ, *& diadema præhendentem, ſuum orbisque delicium, educta manu Palladia Societ. Jeſu Majeſtati ſereniſſimæ ſeſe devovens proponit* A.1633. verba ſunt *Alegambe* pag 57. *de Bartholomæi* PAPROCKI *Poloni* ſcriptis agentis, ac inter anonyma ſcripta referentis hoc ipſum pag. 449.

449. adde *Staravolsk*, in Elogiis Polonorum. num. 89. pag. m. 119. ubi tamen hujuſce ſcripti non meminit. Adde *Sotvel.* pag. 167. a.

(1550. β CCLXX,) PHILOSOPHICAL. TRANSACTIONS: h. e. ACTA PHILOSOPHICA Anni 1669. *aliquam exhibentia notitiam præſentium inceptorum, ſtudiorum, & laborum, eorum qui eruditi ſalutantur in plerisque præcipuis Mundi partibus, ex Anglico in Latinum verſa a* J.S.M.C. ſumptu Danielis Pauli in 8. Eum Interpretem eſſe *Joannem* STERPINUM *Scotum*, ex jam aliquoties, at minime ſatis laudato amico meo Doctore *Martino Fogelio* comperi, cui Dominus *Smidius* Med. Candidatus p. m. hoc ipſum Hafniâ, compertum ex Typographo ac Bibliopola perſcripſerat. Idem oſtendit mihi philyram ejusdem operis à Secretario inclytæ Societatis illius Regiæ Domino *Oldenborg* correctam, verſionis illius inconcinnitatem magnam arguentem. v. ſupra num. 1033.

(1551) PHAENOMENA ſive *aſpectum feliciſſimi ſideris.* Vilnæ 1641. in folio *Panegyris* inter anonymos *Andreæ* ZIENIEWICZ, Novogrodenſis Lithuani Jeſuitæ numerat *Sotvellus*, Biblioth. Jeſuit. pag. 61. a.

(1551. α DCII.) *De* PILEO *cæterisq; Capitis teg minibus, tam ſacris quam profanis*, ad Petrum de Maredat librum, Lugduni 1655. in 4. anonymum prodiiſſe, quem nunc *Anſelmi* SOLERII Cemelienſis nomine præfixo, Amſtelodami 1671. in 12. cum figuris recuſum videmus. Dn. *Gerhardus von Maſtricht* mihi ſignificavit.

Ego tamen cum Dno *Cave* in literis 1676. m. Decemb. magis credo hic Philippo *Labbeo*, qui Mantiſſæ Antiquariorum ſuæ pag. 392. (Caveanæ neſcio cujus editionis pag 787.) diſertis verbis quaſi nec anonymum librum tribuit *Theophilo* RAYNAUDO Ceſpitulenſi Jeſuitæ.

NB. Etiam hic me ſua ſibi correctione obligat accuratiſſimus & eruditiſſimus in hoc genere Dn. *Bayle*, qui Tom. II. p. 920. in *Raynaudo*, multas meas ignorantias & negligentias ac errores, emendat; pro quo gratias ipſi habeo bene magnas. Et eo quidem majores, quod Amiciſſimum mihi Dn. *Bailletum* eadem occaſione ſtimulat, ad ſuum opus, quod accuratius longe mecum ſperat, perficiendum. Ad quod & ego ipſum per litteras excitavi adhuc A. 1695. ſed nil reſponſi accepi. Interim & hic repeto vota pro ſalute Bailleti, toties facta, ex eo tempore maxime, quo nova de negotio ipſi faceſſito, ob D. Virginis cultum, me illi male metuere fecerunt. Iterum Dnum *Bayle* inſtantiſſime precor, ut huic a me tam negligenter & indigne tractato labori, opitulationem (ut Ulpiani JCti voce utar), beneficam in gratiam orbis litterarii velit adhibere, quoquo ipſi placeat modo. Cum ego nec reſpicere illa denuo edita nedum augere unquam in animum inſtituam meum, aliis plane meam occupaturus ſenectutem, ſi DEUS concedat.

(1552) C. PLINII *Cæcilii Secundi* EPISTOLARUM libri IX. cum Panegyricis XII. Imperatoribus dictis, & Variorum in hæc lectionibus variis, & notis &c. cura D.A.R.P.P. in Academia Lipſienſi in 8. Jenæ 1650. editæ tribus & amplius Alphabetis, uti vocant, quod ſint *Doctoris Andreæ* RIVINI, p. m. amiciſſimus æque ac doctiſſimus *Jacobus Thomaſius* indicium per literas mihi fecit d. 9. Maji 1677. Lipſia ſcriptas, idemque in ſua editione Plinianarum Epiſtolarum ſe monuiſſe ſignificavit.

(1552. α) *Ad* PLINII *Hiſtoriam mundi* ANNOTATIONES Anonymi, *quæ in* editione Francofurtenſi 1599. in fol. *Dalechampianis ſunt junctæ:* forte *Jani* GRUTERI eſſe ſcribit Joh. Alb. *Fabricius* Biblioth. Latinæ p. 89.

(1552. β) *De* PONDERIBUS & MENSURIS *libellus cum Celſo & Sereno Samonico ſæpius editus*, quem *nonnulli* RENIO FAVINO; alii Q. RHEMNIO FANNIO PALÆMONI; plures PRISCIANO tribuunt: verba ſunt ejusdem *Fabricii* p. 14. append. Biblioth. Latinæ.

(1553) *Catharinæ* POTOCIÆ PARENTALIS SPLENDOR Vilnæ 1642. in fol. *Panegyris* inter anonymas *Andreæ* ZIENIEWICZ, Jeſuitæ Lithuani recenſetur a *Sotvello*, Bibl. Jeſuit. pag. 61. a.

(1554) *De* POEMATUM CANTU, & VIRIBUS RHYTHMI, anonymus libellus in 4. 1673. ex Theatro Sheldoniano paginis 136. editus, & Comiti Arlingtoniæ dedicatus, lectu plane digniſſimus, ut ob alia multa, ſic ob ea, quæ ad pronuntiationem Oratoriam & Muſicam Veterum faciunt. Quorum hanc ut facile probat, olim forte noſtræ prævaluiſſe: Ita ſummum apicem apud Veteres Græcos jam attigiſſe, vel ex eo non probat mihi: quod ipſorum affectuum naturam & diſtinctionem ipſemet tot annorum meditatione proſecutus, ne nondum quidem eousque moraliter, nedum phyſice ſatis exploratam habere me ſcio: ut exactam artis methodicæ formam induere vel movendis moraliter & Rhetorice iisdem, nedum ſuperſtruendam Phyſicam Muſicamque ex hiſce & Matheſi præterea compoſitam doctrinam, vel nunc adhuc poſſe, nedum ante tot mille annos jam potuiſſe credam. Ipſum librum, uti profectum ab *Iſaaco* VOSSIO & rumor, & ſtylus, & alia multa mihi facile probant: Ita diſertis verbis Auctor *Novorum Reip. Litterariæ* Gallice ſcriptorum anonymus profitetur Ao. 1684. Tomo poſteriore pag 358. Roberti *Clavel* generalis Catalogus, ſive *the General Catalogue of Books printed in England ſince the Dreadful Fire of London 1666.* in folio Londini 1675. pag. 112. col. a. expreſſe nomen *Iſaaci Voſſii* nobis exhibet, addens, *printed for* R. *Scott.* Adde Hiſt. Opp. Erud. 1696. Febr. 283.

(1554. α) PROGRAMMATA ſcripſi,, varia, in DECANATIBUS pleraque meis, non,, tamen nulla etiam in alienis. Interdum &,, *Bibliopolis* PRÆFATIONEM *unam alteramve* ſum,, gratificatus, quæ vel ipſorum vel nulla prodirent. nomine.

„nomine. Talis ea, quæ *Voſſii Rhetoricæ contra-* „*ctæ*, cui & TABELLAS SYNOPTICAS adjeci „acceſſit A. 1660. 8. item alia, quæ præfigitur li- „bello JARRIGII DE JESUITIS 12. verſo ex „Gallica in Latinam, qui quidem jam mihi non „eſt ad manum. Recordor & ejus, quæ REINE- „SII AD HOFMANNUM ET RUPERTUM „EPISTOLIS præmiſſa legitur, neque non al- „terius GERMANICÆ, quæ a. 1657. præfixa eſt „dem Römiſchen Bienen-Korb voll Jungfer-Honigs „(ſic enim mutatus eſt titulus) des jungen Jeſu- wald Pickarts/4to. Verba ſunt Epiſtolæ *Jacobi* THOMASII b. m. ſcriptæ mihi anno 1675. ex Lipſia d. 29. Aprilis. Ea Programmata deinde conjunctim prodiere paginis 748. in 8. 1693. Halæ Magdeburgicæ curante filio ſic inſcriptæ: Jacobi Thomaſii, *Profeſſoris Lipſienſis Diſſertationes LXIII. varii argumenti magnam partem ad Hiſtoriam Philoſophicam & Eccleſiaſticam pertinentes, antea a Beato Autore in Academia Lipſienſi intra quadraginta circiter annos per modum Programmatum ſeparatis foliis publicatæ, nunc conjunctim editæ a Filio* Chriſtiano Thomaſio *JCto & Conſil. Electorali Brandenburg.* quod ſane optimum factum. Erant enim plane digniſſimæ illæ diſſertationes, quæ ab interitu vindicarentur. Et utinam ejusmodi Poſthumæ collectiones pari pietate præſtarentur, a poſteris, aut diſcipulis, cuicunque ſimili theſauro foliorum volantium, potius editione dignorum, quam Bibliotheca ſola volante, ut inſcripta eſt *Cinelli*, deſignatis tantummodo titulis aſſervari dignorum ac indignorum. Sane non puto ullum eſſe Gymnaſium nedum aliquam Academiam, quæ non volumen unum aut plura ſit ſuppeditatura talium philyrarum. Quando vel noſtrum adeo Gymnaſium ex ſolis Kirſtenianis Programmatis ſit daturum collectionem ſane non contemnendam.

(1554. B CCLXXI) PROSODIA *Bononienſis.* Bononiæ 1639. absque auctoris nomine excuſa, anno ſequenti 1640. in 12. ibidem non præfixo nomine *Johannis Baptiſtæ* RICCIOLI auctoris prodiit, teſte Phil. *Alegambe* pag. 225. Pro utraque ſubſtituit *Sotvel.* pag. 416. b. *Proſodiam reformatam Bononiæ* 1655. in 8. recognitam auctam & duobus Tomis compræhenſam.

(1555) *De* PROSTIBULIS VETERUM *Libri tres*, quomodo exire prohibiti, partem tamen magnam *Iſaaci Voſſii Catullo* inſerti, ſint *Hadriani* BEVERLANDI, diximus ſupra num. 825. excerpt. (A) ex Monatl. Unterredungen 1693. pag. 169. & remiſimus jam tum ad Pſeudonymam *Aloyſiam Sigæam* ſuo loco ſiſtendam.

(1556) COMMENTARIUM PRUDENTII SANDOVALII *de* SANCTIS *Iſidoro, Florentio*, ex *Hiſpanico* legitur in *Sideribus Chriſtophori Brouweri, Societatis Jeſuiticæ*, quem *Johannes* HORRION, natione Belga Jeſuita anonymus edidiſſe dicitur *Wittenio*, Diarii Ao. 1641. d. 21. Auguſti. Quod tamen nec ex Valerio *Andreæ* Bibl. Belgicæ pag. 518. neque *Sotvello* Biblioth. Jeſuit. pag. 462. a. intelligam anonymum indicari.

(1557. CCLXXII.) PRYTANEUM *immortalis gloriæ, Illuſtriſſimo Nicolao Danielonicio Theſaurario Regni Poloniæ, vita functo erectum, à Jeſuita Bartholomæo* PAPROCKI, *Polono*, memoratur inter anonyma ab *Alegambe* p. 449. Adde eundem p. 57.

Adde & *Sotvel.* pag. 107. b. & dicta modo ad num. CCLXIX.

(1558) ARCANUM PUNCTATIONIS *revelatum*, ſeu *libros II. de Punctorum Hebraicorum Antiquitate, eam impugnantes*, non addito nomine Auctoris, qui fuit *Ludovicus* CAPELLUS, Theol. D. & P. P. Sedanenſis, Thomas *Erpenius* L. L. Or. P.P. Leidenſis, in ea Civitate Ao. 1625. in 4to. edidit. Symbola eſt *Flensburgo-Molleriana.*

(1559) *In Samuelem* PUFFENDORFFIUM *Epiſtola encyclica, cum libello famoſo Nicolai* BECMANNI, ex-Profeſſoris Lundinenſis Academici relegati cum infamia & ad Pontificios deinde transgreſſi, tum *Normanniana Symbola* mihi ſtatim, tum deinde publico notum fecit Epiſtola Puffendorffiana ad amic. pag. 26. 53. usque ad 56. & alia ejusdem poſtea plurima ſecuta ſcripta in *Eride Scandica*, & dein *ſpecimine Controverſiarum*, recuſa. Vide ſupra num. 1416.

(1560) ELOGIA RANTZOVIANA anonyma recuſa plus ſemel ut ſint, & quo jure *Martino* CORONÆO ſeniori ad ſcribenda, non melius quam verba (a) *Joh. Molleri* Flensburgenſis exhibendo poſſumus ſignificare, quæ leguntur Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ part. I. pag. 223. 224.

(a) Joan. Molleri Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Part. I. pag. 223. 224. *Immortali poſterorum Memoriæ Heroem hunc commendavit Autor Anonymus* binorum *ipſius* Elogiorum, ſive Narrationum de vita ejus, ac Rebus geſtis, *quas* M. Mart. Coronæus *ſenior, Holſatus, filiorum Henrici Ranzovii tunc pædagogus, poſtmodum autem Eccleſiæ Kiloníenſis ad annum usq; emortualem 1586. Antiſtes, Biographiam ejusdem moliens, in Bibliotheca Bredenbergenſi invenit, &, cum Epiſtola eleganti,* Joachimo *Abbati Reinfeldenſi cujus beneficio lucem viderunt publicam, Ao. 1565. m. Decembri, transmiſit. Inſerta ſunt poſtmodum a Georg. Lud.* Frobenio *ſuæ Epiſtolarum ad Henr. Ranzovium Conſolatoriarum Sylloge, aliquoties excuſæ, ac à Sim.* Schardio *Rerum Germanicarum tomo III. Quanta cum Styli elegantia, tum judicii accuratione ſint conſcripta, diſces ex honorifico, quo* Juſtus Lipſius, *in Epiſtola ad Henr. Ranzovium (ſcripta eſt Kal. Junii Ao. 1587. & extat in Sylloge Freheriana pag. 18. 183.) hæc olim Elogia dignatus eſt, Elogio:* Elogia illa, *inquit*, ad æternæ famæ virum, Parentem tuum, profecto preſſo & rotundo ſtylo ſcripta. Quisquis is autor, ſcio non inviſum vixiſſe melioribus Muſis. Doctrina vetus, nec affectata in iis apparet, & judicium ante omnia directum quoddam in togatis ſagatisque rebus. Uno verbo, præco ille non indignus eo Achille. *Autor, qui Lipſio etiam fuit ignotus, me judice non eſt alius, quam ipſe* Coronæus, *paulo ante laudatus.*

Licet

Licet enim in Epiſtola ad Abbatem Reinfeldenſem ſtudioſe hoc diſſimulet, Dictionis tamen, quæ & in iſta, & Narratione ipſa, nitida eſt, gravis, & ſupra quam dici poteſt, terſa ac inaffectata, ſimilitudo, ab eodem utramque calamo profluxiſſe, haud obſcure ſignificat.

(1560. α) *Epitome* RHETORICÆ ex optimis auctoribus collectæ pro Gymnaſio Ratisponenſi. Norimb. Tauker. 1664. quod habeat auctorem *Johannem Henricum* URSINUM, docet *Symbola Maſtrichtiana*, Indiculum anonymorum ab illo editorum hunc recenſens.

Joh. Henricus URSINUS, *Paſtor Ratisponenſis.*

Auctor eſt tractatuum anonymorum ſequentium.

1. *Epitome Rhetoricæ ex optimis auctoribus collectæ pro Gymnaſio Ratisponenſi. Norimb. Tauker 1664.*
2. *Epitome Metaphyſicæ, ibid. 1664. 8.*
3. *Compendium Topicæ Generalis in uſum juventutis, ibid. 1664. 8.*
4. Eigentlicher Abriß eines rechtſchaffenen wolbeſtalten Lateiniſchen *Gymnaſii.* Regensburg 1660. 8.
5. Wolgemeinte treuhertzige und ernſthaffte Erinnerung an *Juſtinianum*, ſeine Vorſchläge der Bekehrung des Heidenthums und Beſſerung des Chriſtenthums betreffend 1664.

Novi eum auctorem eſſe horum ſcriptorum, quia inter alia & illuſtris A. *Portneri* quondam judicii Aulici Cæſarei Viennæ aſſeſſoris meritiſſimi Bibliotheca iſta cum aliis Viennæ habeo, cum Portneri inſcriptione in dorſo libri, quæ facit *Urſinum* auctorem, a quo procul dubio ei Conſuli vel Camerario Ratisponenſi fuere donata.

(1560. β) SYNOPSIS RHETORICES qualis & cujus ſit, docet *Symbola Maſtrichtiana* in ſequentibus.

Matth. CAMARIOTA.

Ei adſcribitur *Synopſis Rhetorices* quam vulgavit primus Græce David *Hæſchelius* Auguſtæ Vind. Anno 1595. poſtea Græce & Latine cum ſuis notis Joannes *Schefferus*, poſt Lectiones Academicas, qua de re diſquirit & dubitat Schefferus in notis pag. 33. & 34. Vixit hic *Camariota* temporibus Captæ Conſtantinopoleos, de cujus occupatione laudat Epiſtolam ejus *Gretſerus*, in notis ad Cantacuzenum. add. not. Schefferi.

(1561) *Jacobi*, Nobilis Dani, Friderici II. Regis Legati HODOEPORICON RUTHENICUM, cum Figuris æneis, ex Bibliotheca Melchioris Goldaſti prodiit Frf. 1608. 4. Cognomen autoris Goldaſto fuit ignotum. Certum autem eſt, eum Nobili ex familia ULEFELDIORUM ortum fuiſſe. Adde nunc *Symbolam Maſtrichtianam.*

JACOBI, *Nobilis Dani Friderici II. Regis Legati.*

HODOEPORICON RUTHENICUM, *in quo de Moſcovitarum regione, moribus, religione, gubernatione & aula Imperatoria, quo potuit Compendio & eleganter exequitur. Nunc primum editum cum figuris, ex Bibliotheca Melchioris Haiminsfeldii Goldaſti. Francofurti typis Matth. Beckeri de Bry 1608. in 4. Suo exemplari Bibliothecæ Bremenſi publicæ adſerſerto auctorem adſcripſerat Goldaſtus:* Jacobi Ulfeldii, *Domini in Ulfeldsheim & Selſovia* Hodœporicon *&c.*

(1562) NOTARUM, quæ CUM POËMATIBUS SANNAZARII Ao. 1689. Amſtelodami editæ, Auctor hactenus ignotus *Janus* BROUCKHUSIUS indicatur in Diſſertat. *Muhlii* de Enthuſiaſmo Poëtico §. 48.

(1563) SATYRA DE LITE, antiqui Auctoris credita *Boxhornio* & *Pricæo* commentantibus, & correctionibus ſuis etiam adjuvantibus, lepida deſcriptione, cum *Michaelis* HOSPITALII, Cancellarii Regii Gallici eſſet, apud Paulum *Colomeſium* in Cimeliis legimus, cujus verba (a) hæc ſunt.

(a) Pauli Colomeſii Cimelia literaria, p. 123. *J'ay oüi dire à M.* Voſſius *que* Boxhornius *avoit corrigé & commenté une Satyre* de Lite, *qu'il croyoit ancienne, qui eſt du* Chancelier de l'Hoſpital. *Ce que j'ay verifié depuis avec grand plaiſir.* Pricæus, *Critique Anglois fait la meſme faute ſur l'Apologie d'Apuleé, p. 54.*

(1563 α CCLXXIII.) SATYRÆ 1. *Dii veſtram Fidem:* &

(1563. β CCLXXIV.) *Nos canimus ſurdis*, a *Nicolao* VILLANI profectæ quod ſint, vide in *Rhodianis* num. 37. & 38. quæ hic redhibemus (a) addentes ex *Viſiera Alzata* del *Villani* pag. 79. 80. num. LXXX. notabilem laciniam, (b) ut & ex *Cinelli* Bibliotheca Volante Scanzia V. pag. 72. 73. excerpta (c) huc pertinentia. Vide quoque *Jugements des Scavans* Tom. IV. part. 4. num. 1420. pag. 58. & ſeqq. ubi me citato nihil quod ad anonymum hunc addit.

(a) Rhodiana olim ſeparata.

XXXVII. Scav. 8. XXXVIII. Scav 9.

Nicolaus VILLANUS Piſtorienſis Auctor Satyrarum *Dii Veſtram fidem* & *Nos canimus ſurdis.*

Idem confirmat in ipſius vita *Nicolo Graſſo* in Elogiis Italicis litteratorum part. 1. pag. m. 262. hiſce verbis: *E fama, che Nicolo Villani foſſe l' Autore di quelle due elegantiſſime & pungentiſſime Satire intitolate:* Dii veſtram fidem & Nos canimus ſurdis: *nelle quali due compoſizioni acutiſſimamemte mordeva la corruttela dei*

dei coſtumi degl' huomini del ſuo depravato ſecolo. Vide plura in Pſeudonymis noſtris, ſub nominibus *Fagiani*, *Foreſi*, & *Negletti* Academici, qui *Anti Satyram* oppoſuit Satyræ *Dii Veſtram fidem.*

(b) *Viſiera Alzata di Villani p. 80. 81.*

LXXX. NICOLA VILLANI *da Piſtoia. Sono di lui ſudori li ſeguenti.*

L' Vccellatura di Vicenzo Foreſi *all' Occhiale del Cau. Fra* Tomaſo Stigliani *contro* l'Adone *del Cau.* Gio: Battiſta Marini, *e alla Difeſa di* Girol. Alexandri. *In Ven. app. Antonio Pinelli M.DC.XXXI. 12.*

Conſiderationi di Meſſer Fagiano *ſopra la II. Part. dell'* Ochiale *del Cau.* Stigliano *contro all'* Adone *del* Cau. Marini *e ſopra la II.* Difeſa *di* Girol. Aleandro. *Iui appreſſo Gio: Pietro Pinelli M.DC.XXXI. 12.*

Raggionamento dell' Accademico Aldeano *ſopra la* Poeſia *de* Greci, *de* Latini, *e de* Toſcani, *con alcune* Poeſie piaceuoli *del med. Autore. In Ven. come ſopra M.DC.XXXIV. 4.*

Queſto libro capitò in Genoua nelle mani dell' Autore della Stratonica *mandatogli in dono dallo Stampatore freſco freſco dal Torchio. Communicatolo comi ſi ſuol fare al Marcheſe Brignole, al Conte Bartol. Imperiali, a Pier Giuſeppe Giuſtiniano, e Ricardo Benedetto Ricardi, tutti di pia ricordanza, perſuadeua loro eſſere opera di Monſig. Ciampoli: mà per eſſerne ſtato fauorito per due ſoli giorni ne quali lo diuorai, non tardai a diſingannar lui, e gli altri, fatto lor vedere le* Api Urbane dell' Allacci *che à pag. 205. di lui fauellando ſcriue.* Editurus eſt Diſcurſum Academicum *Della Poeſia gioco ſa* ſatis prolixum, Doctum, eruditum, & elegantem, quem in Academia Humoriſtarum recitavit. *Ed egli medeſimo conchiude il Capitolo ad* Antonio *Bruni pag. 55.*

E s'amo più de la Città la Villa,
Non ti maravigliar: nacqui Villano.
Satyra Dii veſtram fidem 8.
Satyra Nos canimus Surdis 8.

Queſte Satire furono fatte à compiacimento del Gran Senatore Domenico Molino, *la prima, ſe non giudico temerariamente fù ben due volte ſtampata. Io non la vidi, ma lo cauo non obſcuramente da una Lettera di* Sigiſmondo Boldoni *al med. Senatore a pag. 232. delle ſtampate in Milano, in data di Bellano M.DC.XXIX. li VIII. Agoſto oue leggo* Miſiſti ad me Satyram bis natam Vir Ampliſſime, imo vero fortaſſis ad Pythagoreorum genium ſub alio nomine rurſum lucem adeptam. *Ed egli medeſimo non laſciò di ſcrivere che gli havevadato titolo di* Hieromaſtix.

LXXXI. NOFASTE SORSI, *fù velo del nome di* Stefano Roſſi *Dottore Medico di Tabbia quando ſcriſſe.*

L'Antico Valore de gli Huomini di Taggia *deſcritto in ottava Rima nella propria favella da Nofaſte Sorſi. In Pavia per Gio: Andrea Magri* M. DC. XXXIX. 8.

Veggaſi il Soprani *negli* Scrittori *della* Liguria *p. 262.*

(c) Giovanni Cinelli Bibliotheca volante, *Scanzia Quinta, p. 72. 73. Satyra* Dii veſtram fidem *in 8. Non vi è il nome dell' Autore, ne il luogo doue la Satira ſia ſtampata Circa l' Autore non vi è dubbio, ch' egli è* Niccola Villani *Piſtoieſe, Vomo dottiſſimo ed eruditiſſimo, come oltre a gli ſuoi libri ſà vedere queſta belliſſima, e famoſiſſima Satira. Il P.* Angelico Aproſio *crede, che la faceſſe imprimere quel gran Senatore* Domenico de Molino, *e che ce ne ſieno due edizzioni: jo però non ne hò veduta ſe non una, che è rara al maggior ſegno, perche ne furono ſtampati pochiſſimi eſemplari. Satyra.* Nos Canimus Surdis *in 8. A.M. Anche queſta ammirabil Satira e del medeſimo* Niccola Villani: *Gli fù d' utile grande, ma gli concitò ancora grand' invidia, e molti nemici, in riguardo di ciò, che in eſſa ſcrive del famoſo Poeta* Bracciolini *ſuo Paëſano; della galantiſſima deſcrizzione della Carozza di Monſignor* Querengo, *e d' altre coſe, che in eſſa ſi leggono, e queſta ancor ella è rara al maggior ſegno.*

(1563. γ CCLXXV.) SATYRAS tres 1. *Hercules tuam fidem*, ſeu *Münſterus hypobolimæus.*

(1563. δ CCLXXVI.) 2. *Virgula Divina.*

(1563. ε CCLXXVII.) *Cras credo, hodie nihil.* Sine auctoris nomine aliquoties ſeparatim & conjunctim apud Elzevirium Lugd. Bat. recuſas, ab illuſtri *Daniele* HEINSIO profectas, in Athenis ſuis Batavis *Joannes Meurſius* non futilis auctor eſt: unaque cum illo *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 172. & *Franciſcus Sweertius* in Athenis Belgicis p. 204. Quibus adde, ſi lubet, Italos *Ghilini* nel Teatro d'huomini letterati part. 2. carta. 65. & *Lorenzo Graſſi* Elogi degl: huomini letterati part. 2. carta. 216.

Adde quæ *ſupra* dedimus *num.* 1425. ε. cum excerpto a. & *Judicia anonyma Gallica* de auctoribus (*Bailleto* ſuo tempore vindicanda) Tom. IV. pag. 4. n. 1482. Nunc addo, quæ habet *Margo Diecmannianus*, pauca hæc: *Heinſium* hujus Satyræ auctorem diſerte nominavit, & contra eam Apologeticon ſcripſit Socini aſſecla Samuel *Przipcovius*, Eques Polonus, quæ Operum ejus A. 1692. fol. Eleutheropoli, ut frons habet, editorum p. 389. ſeqq. extat.

(1564. 1665. 1566.) SCALIGERIANA, ſive *Excerpta ex ore Joſephi Scaligeri per F.F.P.P.* editio ſecunda auctior & emendatior Lugduni Batavor. ex Officina Cornelii Drieheyſen 1668. in 8. paginis 366. ac deinde *iterum* Groningæ forma eadem, ſed multo minori, paginis 26., etſi typo etiam minutiore; præmiſſis aliis, quibus titu-

 lus:

lus: PRIMA SCALIGERANA, nuſquam antehac edita cum præfatione T. *Fabri* recuſa deinde Ultrajecti apud Petrum Elzevirium 1670. in 8vo pari Lugdunenſis editionis charactere, paginis 101. At nondum exhibentur una etiam hic, æque ac Groningenſibus *adjuncta & altera Scaligerana* quam antea emendatiora, cum notis cujusdam V. D. Anonymi. Groningæ apud Petrum Smithæum, 1669. Priorum auctores ſive potius collectores FRATRES PUTEANI falſo habiti docentur & verus annotator detegitur *Jean* DE VASSAN, in Epiſtola *Patini*, quam ex editione priori totam damus (a) etiam à *Morhofio* demto initio excerptam, Polyhiſt. l. I. c. 16. pag. 185. cujus et ipſius excerptum jungimus (b) Unde & notarum auctor & præfationis *Tanaquillus* FABER, & poſterior eo *Paulus* COLOMESIUS deteguntur, cujus notæ additæ nunc primo publicatis illis Scaligeranis a p. 258. usque ad 266. eſſe patet, ex ejusdem *Gallia Orientali* pag. 259. 262 & obſervatur etiam M. *Junckero* de fœminis eruditis pag. 96. & *Ioh. Mollero* in ſymbolis ſuis Flensburga mihi transmiſſis. De hoc genere colligendi & publicandi alienos ſermones amicis auribus commiſſos, vide alibi quæ ſcripſi, jam in *Rhodianis*. Adde *Sorberiana* quæ lit. (c) exhibemus. *Morhofio* & *Perronianorum* idem collector *de Vaſſan* reputatur, & Thuaneorum Fratres Puteani confirmantur itidem literis P. P. ſolis in publicum alias deſignati. *Menage* Anti bailleti part. 1. pag. 325. etiam hunc de *Vaſſan* confirmat collectorem. V. infra num. 1585. α. Recentiſſima editio facta modo Ao. 1696. in 8. præpoſitis nominibus annotatorum (at neſcio, cur non & typographi) prodit. Cologne chez *** „1695. in 8. hoc titulo. *Scaligerana*, ou bons „Mots, Rencontres agreables, & Remarques judicieuſes & ſcavantes de J. *Scaliger*, avec des „notes de Mr. *Le Fevre* & de Mr. de *Colomies*: Le „tout diſpoſé par ordre Alphabetique en cette Nouvelle Edition. Ea conſtat paginis 418.

(a) Patin *lettre 154.* quæ tota hæc eſt. *Je ne me mets plus en peine du* Scaligeriana. *Je m' attendrai à votre promeſſe. J' en ai céans un manuſcrit. C' eſt un Livre fort curieux, mais un peu dangereux. Je le fis tranſcrire il y a 30. ans ſur l' original que m' en prêterent Meſſieurs du* Puy, *qui étoient mes bons Amis, & des fort honnêtes gens. Voici de la maniére que le livre a été fait. Un jeune homme qui n' avoit pas 20. ans, nommé* Jean de Vaſſan, *de Champagne, Huguenot, qui avoit* étudié *à Genève, prit à Paris des lettres de recommendation du grand Caſaubon pour Joſeph Scaliger, & s' en alla en Hollande. Ce Jean de Vaſſan étoit néveu de Mr.* Pithou, *grand amis de Scaliger, qui étoit viſité toutes les ſemaines par toute ſorte de gens ſavans. Jean de Vaſſan écoutoit tout ce que diſoit Scaliger, & l' ecrivoit. De là vint ce Livre qui eſt aujourdhui dans la Bibliothéque du Roi. Jean de Vaſſan étant de retour de ſon voyage, fut fait Miniſtre, puis par le mojen du Cardinal du* Perron *& d' une bonne penſion, ſe fit Catholiq; mais la penſion n' allant pas bien, il ſe fit Moine Feuillant, & avant que d' y aller fit préſent de ce manuſcrit à Mr.* du Puy. *Je l' ai connu, & viſité aux Feuillans où il eſt mort environ 1647. fort vieux & presque dans un délire de vieilleſſe. C' étoit un homme trés-fin, bien ruſé & prudemment diſſimulé. Auſſi avoit-il bien joüé de différens perſonnages en ſa vie. Je ne veux pas oublier à vous dire que ſi vous avez, en l' etat de convaleſcence où, Dieu merci vous êtes préſentement, le* Scaligeriana, *c' eſt un livre fort propre à vous divertir. Il y a bien là-dedans des mouvements d' eſprit d' un Gaſcon échauffé, & évaporé dont vous ne ferez que rire. Il y en a d' autres qui ſont fort hardis, & qui donneront de l' étonnement. Il y a auſſi quelques articles quelques points d' érudition qui ne ſont piont communs: car ce demon d' homme-là ſcavoit tout; & plût à Dieu que je ſuſſe ce qu'il avoit oublié: mais il eſt mort en l' an 1609. Je n' avois que ſept ans. Scaliger a été par ſes bonnes parties un des plus grands hommes, qui ayent vécu depuis les Apôtres. Mais de même que les autres hommes il a eu ſes défauts; qu' on ne peut hair, ſans hair les hommes qui en ſont compôſés.* Je ſuis - de Paris le 26. Novembre 1666.

(b) Daniel. Georgi Morhofi Polyhiſtor literar. *Lib. I. Cap. XVI. pag. 184. ſeqq. Enarravimus judicia de viris doctis ab aliis collecta, ſubjungemus his judicia virorum doctorum illis ſubjecta: inter quæ referri debent* Excerpta Scaligeriana & Perroniana. *Libelli hi prodierunt è Bibliotheca* Iſaaci Voſſii: *Fuerunt vero illa olim conſignata a fratribus Puteanis, cum in Belgio apud Scaligerum viverent, in bonos viros ac integras nationes ſæpe injurioſa. Multa illic ſunt congeſta de libris & viris doctis judicia, per ordinem alphabeticum diſpoſita, digna atque indigna relatu, nonnunquam maledica & falſa: quæ poſtea deſcripſit* Claudius Sarravius, *curiæ Pariſienſis ſenator. Neq; enim dubito, illis quicquam acceſſiſſe à maligna manu. Multa tamen illic habentur ad rem Literariam Hiſtoriamque ejus temporis noſcendam utilia. Poſtquam primum edita fuerunt hæc Scaligeriana Hagæ Comitis An. 1666. in 8to. Groningæ poſtea in lucem venerunt alia Scaligeriana, An. 1669. in 12. quæ* prima *vocantur, cum præfatione* Tanaquilis Fabri, *& ex ejusdem Bibliotheca: Omnia verò latina lingua afferuntur, cum altera illa intermiſta ſint multis Gallicis Diſſertationibus, prout ex ore loquentis exciderunt. Multa illic conqueritur de miſero ſuo ſtatu* Faber, *hiſtoriamque primorum Scaligerianorum hanc recenſet:* Sex ſeptem menſes ſunt, ex quo Fr. Sigonius, juris conſultus apud Auguſtorienſes celeberrimus, hæc Scaligerana manu deſcripta ad Bibliopolam miſit, uti ederentur & publicarentur. Rogavit porro, ut inſpicerem: inſpexi, & quædam ſane ad ea parabam ſcribere, quæ non omnibus fortaſſe nota ſunt; ſed totum id conſilii, ut abjicerem, multa fecere. Cur autem prima vocaverim (nam hunc eis titulum feci) ubi libellum legeris facile intelliges; ſcilicet altera illa Scaligeriana, quæ abhinc duobus tribusve annis prodiere, recentiora ſunt Doctrina autem in his tanta eſt interdum, tamque recondita, ut qui meliorum literarum ſtudioſi ſunt, nullam ſatis magnam Cl. Sigonio gratiam referre poſſint, qui nec operæ ſuæ pepercit, nec ſumptibus, ut ſchedas & adverſaria Vertuniani ſibi compararet & deſcriberet. *Groningenſi editioni adduntur* altera, *ut vocantur Scaligeriana, quæ prius prodierant; Sed illa in non paucis interpolata.* Ibid. p. 185. Perroniana *per eosdem fratres* Puteanos, *vel per eundem forte* Vaſſanum, *e Cardinalis*

nalis Perronii quotidianis ſermonibus congeſta ſunt, in quibus nonnulla ejusdem argumenti, quæ melius inter ſe cohærent, ut Scaligeriana. Sunt in illis multa eximia, etſi de Cardinali Perronio contemptim judicet Patin. epiſt. 10. Eadem a Cl. Sarravio *deſcripta edita Genevæ apud Petr. Colomeſium Anno 1669. *Sunt & per eosdem fratres Puteanos Thuanæa quædam Excerpta conſignata, ſed minoris momenti; in quibus nulla de autoribus judicia, ſed mera hiſtorica occurrunt.*

Ad hoc exemplum memini ab Amico meo fuiſſe conſignata Conringiana Judicia, *quæ ille ex familiari cum ipſo converſatione notaverat. Male profecto de Virorum illuſtrium fama merentur, qui omnia eorum dicta factaq; ſine ullo delectu in publicum protrudunt: ut fecit* Colomeſius *in opuſculis ſuis literariis: ubi habentur quædam relationes Gallicæ de variis doctorum rebus & inſtitutis ſecretioribus, minime propalandæ.*

(c) Sorberiana p. 189. Scaligeriana *credunt nonnulli ex ore* Joſephi Scaligeri *excerpta a fratribus* Puteanis; *ſed putant naſutiores librum eſſe editum Hagæ Comitis a* Wicofurtio, *nec opus eſſe Puteanorum: qui cum Scaligero verſati non ſunt, quippe jam fatis functo cum in Hollandiam venerant, ut teſtatur* Rigaltius *in Oratione funebri. Compilavit igitur Pater Puteanorum, vel potius Johannes* Vaſſanus a S. Paulo *Monachus quidam Fullenſis, de quo in* Epiſtolis Gallicis Scaligeri *fit mentio.*

(1566. *α*) *Martinus* SCHOOCKIUS ἀπροσδιόνυσος Ultrajecti A. 1651. ab S. C. editus, autorem habet *Paulum* VOETIUM, quem ipſe *Schoockius* Præfat. Exerc. ſacr. detegit.

(1567) SCHOLIA DE FIGURIS *Rhetoricis:* „σχόλια περὶ σχημάτων ῥητορικῶν, in volumine „XIII. Rhetorum Aldino edita a pag. 588. ad „593. auctori ſuo PHOEBAMMANI reſtituimus „in nova trium Rhetorum editione pag. 96. & Notis pag. 182. 183. *Symbola* eſt *Normanniana* iterum. Quam illuſtrant ex merito laudando & opus & auctorem *Actor. Erudit. Lipſienſ.* Supplem. Tom. I. Sect. X. pag. 518. & ſeq. magisque opus ipſum editum Upſaliæ 1690. 8. plag. 13.

(1568) SCHOLIASTES Florilegii AGATHIÆ, forte *Abbas* MAXIMUS, Bibliotheca Geſner. pag. 59. in Maximi nomine, potius MAXIMI PANUCLIS, qui etiam Florilegium illud ab Agathia Scholaſtico concinnatum, laſcivioribus Epigrammatum reſectis caſtravit. *Ravius* ad Geſnerum in notis manuſcriptis, alias jam laudatis quas communicant *Symbolæ Normannianæ.*

(1569) SCHOLIA APOLLONII *Rhodii, ex* LUCILLII TARRHÆI, SOPHOCLEI & THEONIS Annotationibus collecta eſſe, auctor eſt *Geſnerus* in Biblioth. in nomine Apollonii; At in Sophocleo tres iſtos non Apollonii, ſed Sophoclis interpretes, Ambr. *Calepinum* in voce *Endymion* ſecutus, facit. Potiſſimum igitur fortaſſe Scholia Apolloniana tribuenda ſunt *Sophocli*, quod voc. Sophocl. ex *Stephano* Byzant. prodit *Fris.* Biblioth. Geſner. Eoque modo citat Sophoclem in Argonautica Apollonii *Caſaubonus* Lect. Theoc. cap. VI. pag. 256. b. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1570) SCHOLIA Græca IN CALLIMACHUM ſunt ARCHIBII, docente *Geſnero* ex *Suida*, in Callimachi nomine. Aſſentit *Ravius* in Notis Mſtis ad Geſnerum communicatis ab excellent. Profeſſore Regio *Laurent. Normanno.*

(1570. *α*) SCHOLIASTES *Antiquus anonymus in Orationem* CICERONIS PRO SEXTO ROSCIO *Amerino* forte VOLCATIUS SEJUS eſt ex conjectura M. Joh. Alb. *Fabricii*, Bibliothecæ Latinæ recens hic Hamburgi editæ, p. 11.

(1570. *β* CCLXXVIII.) De SCHOLIASTE GERMANICI, quisnam ille ſit, vide Clariſſimum *Caſpar. Barthium* adverſarior. l. 10. cap. 21. ubi poſtquam *Domitianum* Auctorem *Arateæ verſionis* haud eſſe prolixe confirmaſſet, in ea verba caput ipſum concludit. *Scripſiſſe vero Germanicus non tantum verſus videtur, ſed enarrationem etiam ipſam, nam quæ* Lactantius *nomine ejus Principis citat, in Commentariis ſunt, non in verſibus. Licet non negemus multa aliena manu intruſa eſſe, ut omnibus fere talibus ſcriptoribus, qui Poëtis enarrandis uſui ſunt, cum in omnium manibus fuerint, Monachi autem exſcriptores vel maxime in hoc genere curioſi fuerint, ſuarumque gloſſarum munes & munifici*: Unde conſueta ſibi nimis inconſtantia retractaſſe videtur quod ante lib. 1. cap. 15. pag. m. 34. ſcripſerat. *Nec ea mens fuit* Scholiaſtæ Germanici, *qui ex ſcriptoribus variis id Proœmium illuſtrat, nec bono Exemplo in optima editione præteritus eſt; quanquam ſi deſint alia documenta, & præſertim* Lactantii *teſtimonium, qui ipſa etiam Commentaria* Germanici *nomine citat,* FULGENTIUM *aliquem his Collectaneis ſcriptorem dederim. Sed de eo in libris Dubiorum Scriptorum prolixius*, quos libros extare jam alias optavimus, & adhuc optamus.

Voſſius de vitiis ſermonis Latini pag. m. 92. ſic de eo ſcribit: *Interpres Orationum Germanici Cæſaris Vetus, ſive is* CÆSIUS *vel* CARPIRNIUS BASSUS ſive alius ſit. Notari omnino merentur, quæ monet Amicus meus M. *Fabricius* Bibliothecæ Latinæ ſuæ p. 47. hiſce verbis. Hunc „ CALPURNIUM BASSUM vocat M. Antonius, „ *Delrio H. Grotius* ait nihil fere ad Germanicum „ facere, & quamvis faceret, ordinem ſeriem- „ que interturbare, itaque à ſe eſſe omiſſum. *Bar-* „ *thius* vero parum abeſt, ut affirmet GERMA- „ NICUM ipſum verſibus ſuis illam proſam expo- „ ſitionis loco adjeciſſe, ſed quæ poſtea miris mo- „ dis experta ſit manus interpolatrices Gramma- „ ticorum. Argumento illi eſt quod quæ ex Germanico affert *Lactantius*, non in carmine, ſed „ in Scholiis reperiantur.

(1571) SCHOLIA ILIADOS HOMERI, *MSta, Florentiæ* aſſervata, a nonnullis referri ad PORPHYRIUM, docet (a) *Holſtenius* cap. VII. de Vita & ſcriptis Porphyrii ubi & initium ejus ſcripti verbotenus repræſentat pag. 33. & 34. Interim Porphyrio deberi negat. Genuina tamen Porphyrii ſcholia quædam nobis pol-

 licitus

licitus fuit Iſaacus *Voſſius* ad Melam ſuum pag. 59. 154. uti mihi *Symbola Normanniana* hic annotat. Vide num. CCLXXIX. de Scholiaſte impreſſo notata.

(a) Luc. Holſtenius de Vita & Scriptis Porphyrii Philoſophi, cap. VII. p. 33. *Tum & illud hoc loco monendum, extare Florentiæ apud Ducem Salviatum* ſcholia antiqua in Poëtam, *ἀδέσποτα, & multis in locis vetuſtate exeſa; quæ nonnulli* Porphyrio, *alii etiam antiquioribus auctoribus tribuunt. Ego ut* Porphyrii *non eſſe certo credo, ita de autoris ætate nihil temere pronuncio. Juſtum præbebit eruditis principium operis, quod eruditiſſimus antiquitatis perveſtigator* Joannes Bapt. Donius *mecum communicavit.*

(1571. α CCLXXIX.) SCHOLIASTES *Græcus Anonymus in* HOMERUM, editus ſeparatim ab Aldo Venetiis 1528. & deinceps una cum ipſo Poëtæ Græco ſolum textu, opera *Jacobi Micylli* & *Joachimi Camerarii* Baſileæ ex officina Hervagiana 1641. in fol. & denique apud Batavos nitide cum Verſione Poëtæ Latina a *Schrevelio* (qui teſtimonium de hoc *Scholiaſte* a *Joachimo Camerario* in præfatione ſua perhibitum, verbotenus ipſo non nominato, repetit in ſua præfatione, inque frontiſpicio DIDYMO adſcribit Scholia in Homerum univerſa) a quibusdam PORPHYRII eſſe credita, diſco ex *Geſneri* Simleriana Bibliotheca ſub hoc nomine: quæ tamen ego potius eſſe ejusdem *Didymi* cum *Schrevelio* arbitror, cujus in Odyſſeam Scholia ſubjiciuntur in utraque editione, ſtylo genioque ſcribendi plane conveniente, imo quæ priora in Iliadem Scholia præſupponant, cum in iis explicata cuncta ferme in hoc prætermittantur.

Paulus *Colomeſius* in Mſto poſthumo de Scriptoribus dubiis valde deſiderato opuſculo §. XXIII. Didymum non poſſe auctorem eſſe ſcribit, ſed mavult Johannem TZETZEN.

Certe perperam Didymo ea imputari, vel ipſe Titulus editionis nuperæ Oxonienſis ex Theatro Sheldoniano 1695. in 8. proditæ iterum aſſeruit in præfatione plura etiam ea de re expoſitura: poſtquam editio Cantabrigienſis ſexennio ante Londini in 4. prodita & in *Actis Erud. Lipſ.* Tom. 2. Supplement. VI. p. 263. & ſq. recenſita vulgo Didymum appellari jam in titulo ſignificare: inq; ipſo opere παλαιὰς ſive Veteres, quam Didymum auctorem inſignire maluit anonymus editor, de quo, quantum huc pertinet, & ad Oxonienſem paulo ante memorata antiquiorem etiam aliam editionem, paucis (a) hic adſcriptum damus. ex pag. 266. 267. Vide *in Pſeudonymis* DIDYMUS n. 821. Addit *Maſtrichtiana Symbola.*

Auctor Brevium Scholiorum *ad* Homerum, *non eſt* Didymus, *ſed diſcipulus aliquis: Probante Gilbert. Cuper. lib. 2. obſ. cap. 8.*

(a) Actorum Eruditorum Lipſienſ. *Supplement. Tom. II. Sect. VI. p. 266 267. Textui continua ſerie ſubjecta habes Scholia, & Lectiones varias, quarum autorem παλαιὰς ſeu* veteres *maluit, quam unum* Didymum *agnoſcere. Quinam autem fuerint, ex quorum commentariis hæc Scholiorum Epitome confecta, id ſe recepit oſtenſurum in peculiari Diſſertatione, parti operis ſequenti, Odyſſeæ nimirum, præmittenda. In extremo voluminis occurrunt quoq;* Ἐπιγραφαὶ Ἰλιάδος, *variaq; lectiones, emendationes, conjecturæq; in ſcholia Homerica, quibus & additamenta nonnulla ex Excerptis MSS. accedunt cum ſuppoſititiorum ſcholiorum elencho. Cæterum, quæ in Hackiana editione habentur, Scholia Lugduni Batavorum excuſa, locis pene infinitis, contra omnium priorum editionum fidem, detorta obſervat, depravata, mutilata, plurimisq; additamentis turpiſſime coinquinata. Verſionem, quam eadem habet* Hackiana, *& infamem & maculis fœdam nominare non dubitat, experientia propria edoctus & Diſſertatione cumprimis* M. Caſauboni. *Quamvis autem de autore fraudis, circa ſcholia admiſſæ certi quid pronunciare nolit, optat tamen, non adeo negligentem nominis ſui fuiſſe* Schrevelium, *ut verba hæc*, Accurante Cornelio Schrevelio, *dicta in editionis fronte legi permiſerit. Contagionem mali & Oxonienſem editionem traxiſſe non diſſimulat, utpote quæ Hackianam, paucis exceptis, κατὰ πόδα ſequatur: multoq; melius actum cum eruditis fuiſſe exiſtimat, ſi iſtæ bonarum literarum corruptelæ maturius innotuiſſent publice.*

(1571. β) SCHOLIA *Vetera in* JUVENALEM non unius auctoris eſſe, licet ab aliis PROBO, a *Gonſalo de Salas* Petro BIRTHIO tribuantur, erudite differit Joh. Alb. *Fabricius*, Biblioth. Latinæ p. 109.

(1571. γ) ECLOGARIUS Veterum Notarum, ſive SCHOLIASTES IN PERSIUM fuit *Joſephus* SCALIGER, quas editioni ſuæ Pariſiis 1605. & Londini 1647. inſeruit *Iſaacus Caſaubonus*, quem vide in Epiſtolis pag. 592. citante *Colomeſio*, Galliæ Orient. pag. 115. in margine, ſub finem paginæ.

(1572) SCHOLIA Græca AD PINDARUM quæ vulgo DEMETRIO TRICLINIO imputantur, THOMÆ MAGISTRO ex Mſto Codice vindicat Gul. *Canterus* Nov. Lect. III. XVII. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1573) SCHOLIA *Græca* IN *Claudii* PTOLOMÆI TETRABIBLON, *Hæſchelius* in Catalogo Bibliothecæ Auguſtanæ pag. 52. memorat. Ea ex Mſtis *Ravianis* etiam THEONI aut PORPHYRIO adſcribit Clar. Profeſſor Regius & Theologus *Laurentius Normannus.*

(1574) SCHOLIA *Græca* IN EPISTOLAS SYNESII: *Matthæo* CAMARIOTÆ per conjecturam attribuit *Colomeſ.* Paralipom. ad Cavei Chartophyl. pag. 6. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(1575) SCHOLIA *Græca in Idyllia* XVIII. THEOCRITI, *Zachariæ* CALLIERGI pag. liminaris Theocriti de anno 1553. Francof. *Ravius* in Notis manuſcriptis ad Geſn. Biblioth. nom. Varen. ſed collecta duntaxat ab eo eſſe ait *Geſnerus* in Zach. ipſeque Scholiωn index: σχόλια τὰ εὑρισκόμενα εἰς τὰ ἢ Θεοκρίτου εἰδύλλια ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων εἰς κοινὴν ὠφέλειας συλλεχθέντα.

σχόλ

παρὰ Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ κρητός. Hæc iterum per clariſſimum Profeſſorem Upſalienſem *Normannum*.

(1576) SENATUS DEORUM de *Præſentibus afflictiſſimæ & periclitantis Germaniæ Miſeriis, & reducenda pace. Hi luſus ſeria ducunt.* A. C. cIↃ. IↃ. CXXVI. paginis 51. in 4. cum inſcripto nomine ipſi titulo *Bogislai Philippi* CHEMNITII tanquam auctoris penes me extat. Fuit autem hoc volumen, ut ex alia Chriſtophori *Heldmanni* oratione conſtat, quam ipſe illi manu ſua inſcriptam miſit, Theodori *Buſſii*, J. U. D. & Cancellarii Holſatici. Unde proinde teſtis nomine omnino fide digni conſtat etiam mihi hactenus, & nunc publico.

(1577) IN SENECAM *Rhetorem* NOTÆ anonymæ quod ſint *Nicolai le Fevre* ſeu FABRI, Pariſini, Præceptoris Regis Galliarum Ludovici XIII. mortui 1612. docet anonymus Antonius Bailletus in Gallicis ſuis judiciis auctorum (Jugements des Scavans) part. 2. Tomo 2. pagina 347. cujus verba (a) ſubnotamus.

(a) Jugemens des Scavans *ſur les principaux Ouvrages des Auteurs Tom. 2. part. 2. pag 347. C' eſt luy qui eſt l' Auteur des ſçavantes notes ſur* Seneque le Rhetoricien, *qui ne porterent point ſon nom dans les commencemens, parce, dit Mr.* Bullart *Tom. I. Academ. des ſcienc. pag. 193. que ſa modeſtie ne voulut point ſoufrir, que le public luy en témoignat ſa reconnoiſſance & l' eſtime qu' il en faiſoit.*

(1578) SILENUS Opuſculum ſuppreſſo nomine editum, quod pleraque continet eventa rerum perſonata veri facie, Venetiis Anno 1640. Ejus auctor *Thomas* CARACCIOLUS, Abellinenſium Principis filius, Bellæ olim Marchio, Epiſcopus poſtea Cyrenenſis, tum Archi-Epiſcopus Tarentinus, Ord. Reg. detegit Theatinam paupertatem. Uti ſcribit Joſeph. *Silos*, Bituntinus Tom. III. Hiſtor. Clericor. regular. pagina 647 648. excerpente ut alias memoravi, Hallis Eccleſiaſta plurimum reverendo & Affine meo M. Jo. Godfrid. *Oleario*.

(1579) SODALIS MARIANUS Olomucii, typis Viduæ Hradeczki 1653. in 8vo. *Bohuslai* BALBINI, Bohemi Jeſuitæ anonymum ſcriptum, neſcio cujus argumenti, memoratur *Sotvello* Biblioth. Jeſuit. pag. 124. col. 1. in calce.

(1580) SODALIS PARTHENIUS, ſive *Libri III. quibus mores Sodalium exemplis informantur.* Ingolſtadii typis Hænlini 1621. & auctius Dilingæ, addito auctoris nomine, quod antea preſſerat, formis Academicis 1628. in 12. Anonymis libris *Gaſparis* LEICHNERI, Hallenſis Salisburgici Jeſuitæ annumeratur a *Sotvello* Bibl. Jeſuit. pag. 278. a.

(1581) SPICILEGIUM SUADÆ, ſive *Orationes variæ* a ſe habitæ. Pragæ, typis Univerſitatis, ſub nomine ſuorum diſcipulorum 1667. in 12. anonymis libris *Johannis du* JARDIN, Duacenſis Jeſuitæ accenſentur a *Sotvello* Bibl. Jeſuit. p. 465. b. v. & ſupra num. 619.

(1581. α) SPLENDOR S. CÆS. MAJESTATIS ET IMPERII ROMANI. Hamburgi 1637. 4to prodiit ſub iisdem litteris G. V. H. vid. *Bibl. Luffrid. ab Ooſterwyck* pag. 246. in fine. Symbola eſt Excellmi Syndici *Gerhardi von Maſtricht*, continuans ſuperiorem, numero 1410. α. exhibitam, detegentem auctoris *Gottlieb* von Hagen/Diſcurſum de *Natura veræ Nobilitatis & doctoratus Juris.*

(1582) ARCANA STUDIORUM *omnium* METHODUS, & BIBLIOTHECA SCIENTIARUM. Lugduni apud Guilielmum Barbier 1649. in 8. anonymis libris *Alexandri* FICHETI, Itali Jeſuitæ annumeratur a *Sotvello* Bibl. Jeſuit. pag. 21. a. Repetit *Wittenius* Diar. 1659. d. 30. Martii.

(1582. α CCLXXX.) SYNTAXIS *Grammatica Andreæ* FRUSIO *Jeſuitæ Gallo* in ſcriptorum anonymorum Jeſuitarum Catalogo adſcribitur ab *Alegambe* pag. 449. cujus inter opera ejusdem p. 26. mentio fuerat facta.

His verbis repetitis *Sotvello* pag. 50. b. Nicolaus *Orlandinus* Hiſtor. Soc. Jeſu lib. 16. num. „ 90. refert edidiſſe illum, non diu antequam ob- „ iret, ſed tacito nomine Opuſcula duo, alterum „ de verborum & rerum copia, alterum ſum- „ mam Latinæ Syntaxeos, in uſum adoleſcen- „ tum, utrumque laborioſum magis quam ſpe- „ cioſum; dilucido & brevi *carmine.* Romæ 1536. „ & Viennæ Auſtriæ 1561. Antverpiæ 1574.

(1583. & 1583. α) PROLEGOMENA AD THEOCRITUM *Græca* de vita ejus, „ & Carmine Bucolico *Zachariæ* CALLIERGI, „ eſſe putat ad oram mei Codicis *Ravius.* Eadem- „ que a quodam de utraque literatura bene me- „ rito LATINITATE DONATA (uti in Fran- „ cofurtenſi anni 1553. editione ſalutatur) h e „ *Joachimo* CAMERARIO. *Symbola* iterum eſt, „ *Normanniana.*

(1584) THEONIS PROGYMNASMATA, quis LATINE traduxerit, tacet in ſua „ Lugduni 1626. 8. procurata editione *Heinſius*, „ memorans modo, quæ obſcure aliterque „ quam oportebat a præclaris eximiisque homi- „ nibus Latine reddita erant, emendaſſe ſe. Ta- „ cet & *Scheſſerus* Upſaliæ 1670. 8. *Joachimus* CA- „ MERARIUS tamen erat auctor; indicante mihi *Symbola Normanniana.*

(1585) *Jacobi Auguſti* THUANI celeberrimi illius Hiſtorici EPITAPHIUM quod incipit: *Lege Viator*; & in Victorio *Siri* alibique ab aliis exhibetur, — DOUJATII eſſe docet Anonyma *Hiſtoria* Gallice ſcripta *Academiæ Regiæ* vel potius Richelianæ Cardinalitiæ Pariſienſis, (quam Peliſſonio ſuo loco cap. XIV. afferemus.) pag. 302.

(1585. α CCLXXXI.) THUANEA ſeu *Excerpta ex ore Jac. Auguſti Thuani per* F.F. P.P. 1669. in 8. deberi *Jacob & Petro fratribus* PUTEANIS quibus & *Perroniana* ſeu excerpta ex ore *Cardinalis Perronii*, Genev. 1667. & *Scaligeriana* ſeu *excerpta ex ore Joſephi Scaligeri*, Lugd. Bat. 1668. in 8. omnia litteris iisdem initialibus præfixis edita deberi, Typographus aſſeruerat, facilis conjectura eſt. De illa edendi ſermones proletarios inter familiares libertate plerumque majori quam conſideratione habitos quid ſentiam, ad indicem *Rhodianum* n. 5. indicavi. Minimum debebant ab eo, qui talia in favorem eruditi ſeculi publicavit, non promiſcue, ſed cribrata nonnihil publicari; ne famæ minus Auctoris, quam jucunditati vix utili Lectoris conſuleretur. Interim multa notatu digna in hiſce excerptis contineri; & ipſa mixtura, & joculari familiaritate ſua delectare nullus inficior.

Vide repræſentata Rhodiana ad Pſeudonymum *Yvonem*, & ſuperius dicta in Scaligerianis n. 1564.

(1586) PRAXIS TRIVII, id eſt, *Grammaticæ, Logicæ, Rhetoricæ*, ab Autore in uſum „privatum communicata, in uſum vero publicum edita à M. Gotfrid *Wagner*, Francof. ad „Od. in 8. 1689. Autor eſt M. *Gertmannus* TEUBER, Paſtor & Inſpector Ruppinenſis in Marchia. Symbola eſt ipſius Dni. M. Godfridi *Wagneri* ad me transmiſſa.

(1586. α CCLXXXII.) VALETUDINARIUM *Poeticum Muſis novis & XXII. Poetis, vetulis, frigidis, nudis, edentulis, claudis, Hymenæum Jacobi Reihingi celebrantibus, erectum*, Ingolſtadii & Dilingæ 1622. in 12. & in 4.

(1586. β CCLXXXIII.) Item „ÆSCULAPIUS *Conradi Cellarii*, ſeu Pars ſecunda VALETUDINARII Poetici: Ibidem eodem anno in 4to. Hæc duo opuſcula, prorſus docta & lepida, ſine auctoris nomine, quia ita oportuit, prodierunt. Verba ſunt *Alegambes* pagina 158. *Georgii* STENGELII *Jeſuitæ Germani* ſcripta recenſentis; repetita *Sotvello* p. 295. a.

(1586. γ) *Recenſionis* VECHNERI HELLENOLEXIÆ *Auctorem ἀνώνυμον* eſſe *Joh. Nicol.* WERNERUM, ex ejus Corpuſc. Philolog. præfatione ad Lectorem conjicere poſſis. *Symbola* eſt *Rapheliana* ex Marginalibus Jo. *Fechtii* Excell. Dn. & P. P. Theologiæ Roſtochii transmiſſa.

(1586. δ DCIII.) VENETÆ ACADEMIÆ, SCRIPTI, mihi plane ignoti, auctorem *Fredericum* BADOENUM, facit *Scavenius* num. 68.

(1586. ε CCLXXXIV.) *De* VERBORUM COPIA liber anonymus, *Andreæ* FRUSII *Jeſuitæ Galli*, recenſetur inter alios ab *Alegambe* pag. 450. ubi ſcripta Jeſuitarum anonyma recenſet. Ejus in Catalogo librorum *Fruſii* pag. 27. enumerato mentionem factam, Sotvello repetitam pagina 536. indicavimus ſupra num. CCLXXX.

(1587) EPISTOLA CCCIV. II. Part. Epiſt. Gerhardi Johannis VOSSII & claror. Virorum ad eundem anonyma ſemble etre de *Jean* DURÆUS: contient quelques reflexions „ remarquables ſur l' Uſage des Confeſſions. „ Uti ſcribit *Bibliotheca Univerſalis Gallica* pagina 319.

(1588) VINDICIÆ NOMINIS GERMANICI 1694. in folio *Epiſtola* eſt ad F. B. C. *Id* eſt Fridericum Benedictum *Carpzovium*, cui S. P. D. J. F. C. *Joannes Fridericus* CRAMERUS, P. P. olim Dyisburgenſium, nunc Conſiliarius Electoris Berolini: filius noſtratis p. m. Dris Danielis Crameri, qui Rauſchianas mihi obtulit ſymbolas toties, quod cum gratiarum actione hic memoro, laudatas & porro laudandas. Conſtant plagulis X. recuſæ etiam Amſtelodami in 8. uti memorant Monatliche Unterredungen 1695. pag. 154. ubi & nomen auctoris exprimitur & contenta recenſentur, æque ac ipſa Epiſtola lectu digniſſima. v. *Jour. des Scavans* 1694. XLI. pag. 797.

(1588. α) *Intimatio ſingularis novæque emendationis artis* VITRIARIÆ per D. T. In Actis Lipſienſibus eruditorum Anni 1696. pag. 345. ut & *additio ad D. T. Intimationem de emendatione artis* VITRIARIÆ, ibid. pag. 555. exhibita anonyma duo ſcripta Domino *Ehrenfried Walthero* de TSCHIRNHAUS in *indice* auctorum alphabetico illius anni aſſeruntur.

(1589) De VULPECULA SCHOLASTICA Oratio anonyma in 4. mihi viſa, ni fallor Jenæ excuſa, *Wolfgango* HEIDERO P. P. ut adſcribatur, ſupra num. 1480. videre eſt.

CAPUT

CAPUT X.

De Scriptoribus POETICIS.

(1590)

Libri tres *Hieracoſoφίκ*, *ſive de re* ACCIPITRARIA Lutetiæ Anno 1584. per Typographum Regium editi; quorum licet in principio libri *Scævola* SAMMARTHANUS autor „laudari videatur; tamen illi merito (cum alter „ſolius *Pædotrophiæ*, quæ etiam penes me, & ex „ejus dono Meliſſi facta eſt, compoſitor fuerit) „adſcribendi ſunt Illuſtriſſ. *Jac. Aug.* THUANO, „ejusque judicio, & congenitæ venuſtati: uti „ipſe non ſolum non diſſimulat in lib. II. de vi„ta ſua pag. 22. & 29. ſed & laudati *Meliſſi ma*„*nus*, ita præſcribentis: *Ex dono Jacobi Auguſti* „*Thuani*, *Æmerii*, *Conſiliarii Regii*, *Auctoris*, *cu*„*jus pater fuit Cancellarius Alenſonii. Lutetiæ 1584.* „*Menſe Quintili: teſtatum facit.* Verba ſunt Jo. *Deckherri* in ſcriptis Adeſpotis, pag. 269. 270. Idem beatus Autor jam ante per literas mihi ſignificaverat Spira, 1676. d. 4. Decemb. hiſce „verbis: Librorum trium de *Re accipitraria*, Lu„tetiæ Anno 1584. editorum, (quamvis *Scævolæ* „*Sammarthano* aſſeri videantur, mox in princi„pio: tamen illum ſolius Pædotrophiæ, quæ etiam „penes me eſt, ex autoris dono Meliſſi facto, au„ctorem judico) & magno judicio & venuſtate „Scriptorum autor eſt Illuſtriſſ. *Jac. Aug.* THU„ANUS, Conſiliarius Regius; uti ipſe non diffi„tetur in lib. II. de vita ſua pag. 22. & 29. & te„ſtis eſt *manus Meliſſi*, celeberrimi poetæ (cujus „Bibliothecæ bonam partem poſſideo) *Thuanum* „& donatorem & auctorem honorans.

„(1591) Prodiit & liber cum illo titulo: „ACUTE DICTA *omnium* VETERUM POË„TARUM, Pariſiis Ao. 1664. in 12. cujus au„tor non adjicitur, niſi forte *Philippi* BRIETII ſit, „cujus ſyntagma de Poëtis miſerum certe & jeju„num præfigitur. Magnificum aliquid ſpirat titu„lus: nam ut frons libri promittit, opus edi„tum eſt ad uſum Sereniſſ. Ducis *Guiſii*: ſed tenuis „labor eſt, &, ut vere dicam, ineptus, quanquam „titulus faciles emtores allicere poſſet. Certe „cum nucleos deberet colligere, non niſi corti„ces collegit, & præterea ex omnibus Poëtis pau„ciſſima, quæ nec gnomæ ſunt, nec adagia, „nec Phraſes, nec deſcriptiones. Verba ſunt Daniel. Georgi *Morhofi*, in Polyhiſt. Literar. lib. I. cap. XXI p. 254.

(1592) ÆTATEM LILIATAM CHRAPOWICIORUM Vilnæ 1671. &

(1593) AGNI JUNOSIANI *aureum vellus* ibidem 1670. in folio Carmina anonyma *Valentini* BIACOWICZ, Lithuani Jeſuitæ laudat *Sotvellus* Biblioth. Jeſuit. p. 773. a.

(1593. a Olim CCLXXXV.) AGATHYRSUS *in ſolatium macilentorum*: Monachii 1638. in 24. auctori non nominato *Jacobo* BALDE *Jeſuitæ Germano*, Electoris Bavari Concionatori debetur, indicante *Alegambe* pag. 193. Confirmat *Sotvel*, pag. 357. a. conjunctim cum Poëmate de vanitate mundi, & vulgo recuſum Colon. 1660. in 12. addit.

(1594) ALBUM *Marianum*, in quo proſa & Carmine, DEI IN AUSTRIACOS BENEFICIA, & *Auſtriacorum erga Deum obſequia* recenſentur. Lovanii, typis Maſii 1641. in folio, anonymum memoratur *Guilielmi* STANIHURSTI, Hyberni, nati Bruxellis Jeſuitæ, apud *Sotvellum*, Bibliotheca Jeſuit. pag. 320. a.

(1595) AMATORIA EPISTOLA cujusdam Pinellæ Romanæ, cujus initium: *Parce precor juvenis*: à GUARINO Veronenſe, puto, conſcripta. Ut &

(1596) AMORUM EPISTOLÆ AD JULIAM (Fr. OCTAVII puto: cujus & Elegiæ ad Juliam extant) Verba ſunt Pandectarum Conradi *Geſneri* de Poëtica, Titulo VII. pag. 67. col. 4.

(1597) *Rimberti* VITÆ S. ANSCHARII, METRICAM PARAPHRASIM GUALDONI, „Monacho Corbejenſi tribuit Petrus *Lambecius*, „Prolegom. appendicis Rerum Hamburgenſ. p. „4. & not. pag 334. 357. cui aſſentit Claudius, „*Arrhenius*, Prof. P. Hiſtoriarum Upſaliæ præfa-„tione ad Lectorem; qui inſuper conjectura pro-„pemodum *ἀναμφιλέκτῳ* veterem Rimberti „*interpretationem Gothicam*, quam ipſe in lucem „protulit, auctori ſuo NICOLAO EPISCOPO „LINCOPINGENSI Ao. 1391. defuncto reddi-„dit. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*.

(1598) *Legationem* APOLLINIS *cæleſtis ad Univerſitatem* PRAGENSEM, in qua auctor Veteres Poetas Carmine eſt imitatus. Pragæ, Typis Academicis 1646. in 12. anonymam *Boguslao*

buslao BALBINO , Bohemo Jeſuitæ , adſcribit *Sotvellus* , Bibliotheca Jeſuit. pag. 124. a.

(1599) PLAUSUM APOLLINIS *& Muſarum* , Poëſi Heroica. Vilnæ 1638. in 4to. *Andreæ* ZIENIWICZ anonymum refert *Sotvelus*, Bibl. Jeſuit. p.61. a.

(1600) ANTI-CLAUDIANUS. Baſileæ, 1536.in 8. tacito Auctoris ALANI DE INSU-„ LIS nomine. *Geſnerus.* Sic & incertus in Co-„ dice Biblioth. Oxonienſi *Jameſii*. Liber hic quare„ Anti-Claudiani titulo inſigniatur , varii varias„ edunt cauſas; id tamen ſatis certo conſtat, ſcri-„ ptum eſſe ab Alano de Inſulis Germano , anno„ circiter 1300. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*. De ipſo libro ejusque auctore fidem quoque firmat Aub. *Miræus*, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, pag. 166. ſed ita ut anonymum eſſe quidem ex ipſo non intelligas. *Scheda Sperlingiana* hæc ſuppeditat. *Anti-Claudianus* v. C. 1. D. 8. 17. Hunc„ librum tribuit Conradus *Lycoſthenes* in Elencho„ ſuo omnium librorum , ALANO DE INSU-„ LIS in Flandria , additque ipſum ſcripſiſſe &„ *alia* , *quibus* Alani *nomen non ſit præfixum* , quæ„ prodierunt Baſileæ apud Henricum Petrum„ Anno Dni 1300. Scripta ſine nomine quæ pro-„ dierunt , ſunt *ſuper ſententias* libri 4. *Oculus St. Scripturæ liber unus.* De *doctrina* quoque liber unus. In quinque libros *Moſis*. *Canticum Canticor.* l. 1. &c. quæ ibi vide. Addit *margo Maſtrichtianus*.

Scriptum humanas divinasque res *complectens libris novem, prodiit anonymus Venetiis Combeis ſumtibus, anno 1582. in 12. Quis auctor ſit, ignotum. Meminit Anticlaudiani Gerhard. Joh.* Voſſius, *quem ſcripſit Anno 1300. ſub Alberto Cæſare* Alanus de Inſulis, Teutonicus. -- *Sed illud opus ſcriptum eſt contra Claudiani Ruffinum* , *unde* Anticlaudiani *nomen ei indidit. pag.75. Meminit ejus quoq;* Voſſius *de Poetis Latinis in Philippi Gualteri Caſtellionei vita* , *ubi & verſus ex eo adducit.*

Ejus editiones recenſet Daum. *ad Reineſ. Epiſt. 110. Henr. Petri edidit Baſil. Antwerp. Tengræſius ſeu Tongræſius Diſtinctionum Theologicarum ejus grande Volumen* , *ſequitur iſta Epiſtola Daumii 110. pag. 279. Auctor ejus* Alanus. *Ita citat Reineſius Epiſt. 107. ad Daum. pag. 272. pr. & Epiſt. 101. pr. in Alani* Anticlaudiano.

(1600. *a*) D. ANTONIO Olyſſipo-„nenſi, Patavinorum Patrono , pro recupera-„tis ejus beneficio Sacris Reliquiis, Votum J. C. „S. J. Litteris iſtis initialibus nomen denotatur „*Joannes* COMIRIUS Soc. Jeſ. Vivit nunc Pari-„ſiis, & in carmine pangendo Latino excellit. „Votum illud duplici carminum genere eſt con-„ceptum , quorum alterum verſus eſt Chori „Jambicus Glyconicus trimeter acatalectus: Initium eſt hocce:

Nam quo munere dein reum
Toti me redimam? cui neq; gratias
Exequare tuis licet,
Antoni, meritis; & pudor eſt mori
Ingratum.

De hoc nil *Sotvellus*: ſuppeditat *Symbola Mollero Altorfiana.*

(1601) ARCHITHRENIUS ſeu *Johannes* SARISBARIENSIS in Catalogo Veterum Poetarum & auctorum, quorum verſus producuntur ad quantitates Syllabarum firmandas præfixus legitur, abſurde ſatis, proſodiæ *Smetianæ*. Cum nec Johannes ille *Sarisbarienſis* ſit, ſed SARISBURIENSIS, nec antiquus Scriptor, nec Archithrenius nomen proprium. Nam revera *Archithrenium Carmen* eſt, de quo cognomen auctor accepit qui *Johannes* HANTIVILLENSIS vel HANWILLenſis memoratur *Pitſeo* (a) ad A. 1200. pag. m. 266. n. 282. libris IX. ex quibus *Simlerus* XVI. facit pag. 381. (b) & *Voſſius* de Hiſtoric. Lat. lib. 3. pag. 783. (c) prolixe ex utroque. Quam vero autoritate Voſſii Johanni SARISBURIENSI liber hic tribuatur perperam apud *Sandium* ad Voſſ. pag. 421. Sandiana pag. 129. legere eſt. *Voſſius* de Hiſtoric. Latinis lib. II. pag. m. 321. etiam affert encomium *Puteani* ex Epiſt. 82. Centuriæ II. Ubi citata pag. 321. adducit Voſſii locum de Poetis Latinis (d) non deſignatum. Is eſt Cap. IX. ultimoque pag 87. Ubi & Lilii *Gyraldi* Dialogus V. p. 222. allegatur, & judicium de hoc poemate, Joanni NANTVILLENSI nunc olim HANTVILLENI ab eodem *Voſſio* adſcripto. *Balæus* nec auctoris nec ſcripti meminit, uti nec *Hyde*. *Geſnerus* tamen fol. 425. col. 1. Bibliothecæ ſuæ impreſſum ante biennium Francofordiæ in 4to ſcribit.

(a) Joh. Pitſeus *ad A. 1200. p. m. 266. n. 282. Verſu fabricavit ſuum* Architrenium, *nomine a Græcis mutuato, & appoſite appoſito:*

Hoc eſt flebilium, quaſi ſumme flebile carmen.

De diverſis etiam rebus diverſa compoſuit poemata, ſtylum affabre ſubjectis materiis applicans & artificioſe concinnans, in gravibus gravitatem Virgilii , *in mediocribus profluentem* Ovidii Naſonis venam , *in redarguendo* ſatyricos Horatii ſales *pertinaciter ſectatus, imo feliciter tantum non conſecutus. Apud illum invenias laudes* Briti *Regis explicatas, Britannorum virtutes depictas, encomia Britanniæ fuſa , res antiquiſſimas e tenebris erutas, in luce poſitas poſteris enucleate traditas. Omnia latiniſſime , & ut illa ferebant tempora, elegantiſſime. Atq; his nominibus honorificam non raro hujus auctoris faciunt mentionem plurimi viri docti, & imprimis ii, qui cultiorem latinæ linguæ puritatem ſectabantur. Cujusmodi inter alios fuerunt* Ludovicus Vives *Hiſpanus* , Lilius Giraldus *Italus* , Joannes Textor *Gallus* , Conradus Geſnerus , *Germanus*, Hector Boëtius *Scotus*, *ita ut omnium teſtimonio nationum hujus viri elegans ingenium & doctrina commendetur. Scripſit autem oratione tum ligata , tum legibus ſoluta potiſſimum ad* Gualterum *de* Conſtantinis *Archiepiſcopum Rotomagenſem.*

Archi-

Archithrenium *libros novem.* Velificatur Athos dubio mare. *M. S.* Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.

De rebus occultis *librum unum.* Rebus in obſcuris dubitantes.

Epiſtolarum Librum unum.

Epigrammatum Librum unum.

Diverſorum Poëmatum Librum unum. *Et ejusmodi alia plurima. Claruit* Anno, *poſtquam verbum caro factum eſt 1200. auſpicante apud Anglos regnum* Joanne.

(b) *Joſias* Simlerus *Biblioth. ſuæ pag. 381.*

Joh. Hantivillenſis, *cognomento* Archithrenius, *ſcripſit de Anglorum antiquitatibus libros 16. Carmine, quod opus propter materiam Archithrenium inſcripſit. Item epigrammata multa, de antiquitatibus autem libri impreſſi ſunt.*

(c) *Gerardus Jo.* Voſſius *Hiſt. Lat. l. 3 p. 783. Hic de antiquitatibus* Angliæ *libros XVI. carmine ludebat: quemadmodum in Geſnerianæ Bibliothecæ Simleriana legitur epitome. Atq; eadem addit, opus hoc vocaſſe* Archithrenium. *Sed* Pitſeus *ait poema id libris IX. conſtare, ac MStum extare Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Scriptum inprimis eſt ad* Gualterum de Conſtantinis, *Archiepiſcopum Rotomagenſem.* Archithrenium *autem appellavit ab* ἀρχῇ *&* θρήν@, *ut verſus indicat,*

Hoc eſt flebilium quaſi ſumme flebile carmen.

Atq; hinc ipſe etiam Archithrenius *nominatus. Quod autem Simlerus ait, de* Antiquitatibus Angliæ *egiſſe, hoc inde eſt, quia de Brito Rege tractet; & Britannorum geſta exponat. Pro temporibus, quibus vixit, elegans ejus dictio eſt: quod &* Vivis *&* Giraldi *& pene omnium judicium eſt.*

(d) Sandii Notæ in Voſſius in de Hiſt. Latin. pag. 321. *Quia Waltherus de Conſtantiis archiepiſcopus Rotomagenſis fuit ab Ao. 1184. ad Anno. 1207. & Joannes Sarisburienſis obiit Ao. 1182. hinc eluceſcit errorem eſſe, quando Voſſius pag. 421. ſcribit:* Joannes Sarisburienſis putatur auctor operis, quod ſuppreſſo nomine vero, Architrenius inſcribitur. *Cæterum in opere de Poëtis Latinis, ſcripto poſt hoc de Hiſtoricis Latinis, Voſſio* Joannes Nantuillenſis *Anglicus, incertæ ætatis Poëta,* Archithrenium *ſcripſit.*

(1602) ASINUS IN PARNASSO *Satyra*, contra Antonium *Bailletum* mihi nec viſa nec lecta, nec forte unquam legenda nec publice adeo etiam hic memoranda; niſi adſcripta eſſet in libello nimis noto quam ut occultari poſſet, Jeſuitæ -- COMMIRE cui imputatur in *Novis Literariæ Reipublicæ Gallicis* pagina 709. Juny 1689. Utinam vero tanta petulantia tam eruditi ſe invicem proſcindere vel ſolo titulo odioſis, ne dicam famoſis libellis erubeſcerent.

(a) Nouvelles de la Republique des lettres juin 1689. pag. 708. 709. *Nouveautez qui ſe trouvent a Amſterdam chez le Sr.* Desbordes: *On y trouve.*

(1) L'Alcibiade de M. Capiſtron, *Tragédie qui a été fort approuvée.*

(2) Lutrigot, *Poëme Héroi-Comique. C' eſt une Satyre contre* M. Despréaux. *On avoit crû que l'* Aſinus in Parnaſſo, *ad Clar. V.* Ægidium Menagium, *étoit une autre Satyre contre le même Auteur, mais on a ſçû depuis que cela regarde M.* Baillet, *& que le Jeſuite* Commire, *grand Poëte Latin a fait cette Piéce.*

(1602. *a* CCLXXXVI.) ASMA *Poëticum*, *Litaniarum Lauretanarum, in quo nimirum ſingulis Litaniarum titulis ſingula Emblemata cum ſuo Carmine reſpondent*, Linzii Auſtriæ, typis Johannis Paltauff. 1636. in 12. edidit tacito ſuo nomine *Petrus* STERGLERUS, *Jeſuita Carniolus* docente *Alegambe* pag. 401. & confirmante *Sotvello* pag. 401. b.

(1603) ANALYSIS & *Notæ breves*, EPIGRAMMATIS *Caſparis* BARLÆI, *in R. Me„ naſſis ben-Iſrael de Creatione* 1636. in 4. non ad-„ ſcripto auctoris aut Typographi nomine, *Nico-„ lai* VEDELII, Theologi Daventrienſis eſſe„ docetur in Philippi Fabri Vorſtio redivivo pag.„ 743. *Symbola* iterum eſt *Normanniana*, cui hæc ſubnexa eſt, quam licet anonymis certis accenſere non ſuſtineam, tamen ulteriori aliorum indagini nolui ſubtrahere: *Vedelius Rapſodus* (ne-„ ſcio an anonymos prodiit) Simonis *Epiſcopii* ex„ Philippi *Fabri Vorſtio* redivivo pag. 26. *Vedelius*,„ ipſe Miniſtris Arminianis imputat, Analyſi„ Epigrammatis Barlaami not. 34.

(1604) *Divi Franciſci* BORGIÆ *ſolemnia*, POËTICA: tacito ſuo nomine, ſed quod expreſſit alterius Epiſtola dedicatoria, Pariſiis typis Cramoiſianis 1673. in 4to *Leonardi* FRIZONIS, Galli Jeſuitæ, memoratur *Sotvello*, Bibl. Jeſuit. pag 549. b.

(1605) *Ideam publici honoris, exhibiti ſereniſſimo Ferdinando* INFANTI HISPANIARUM, BRUGAS *Flandrorum introeunti*, Brugis 1635. 4. anonymam *Jacobo* CATERO, Antvverpienſi Belgæ Jeſuitæ adſcribit *Sotvellus*, pag. 361. a. & ex eo *Wittenius*, Biographiæ Anno 1657. d. 6. Aprilis. *Valerius* hunc in Bibliotheca ſua Belgica ignorat.

(1606) BRUNELLI *ſive* SPECULI STULTORUM, ſic inſcripti, Auctor *Nigellus* WIREKER: De quo integra diſputatione egit Jacobus *Thomaſius* Lipſ. 1679. ubi *annotat.* (a) §. 4. imprimis hujus meminit ex *Pitſeo* pag. 270. qui plura ejus ſcripta recenſet: item ex *Balæo*, cujus citatur editio Baſileenſis de Anno 1557. fol. 245. quæ proinde auctior ſit oportet noſtra, quæ nunc eſt ad manum & anno 1548. impreſſa Gipesvvici in Anglia, ubi nihil nec *Brunelli* nec *Wireckeri* neque *Nigelli* apparet. Argumentum libri verſibus conſcripti refert *Thomas* §. 7. & 8. (b) ut & de editione illius in *praxi artis jocandi* repetita (c) §. 12. & 13. cujus pag. 352. *usque ad* finem pag. 504. leguntur carmina iſta: editionis Francofurt. 1602. in 8. ſane perfaceta & varii argumenti

ti elegiaca omnia *Beughem*, in incunabulis ſuis Typographiæ pag. 154. antiquiſſimam editionem memorat his verbis : *Brunellus in ſpeculo ſtultorum liber* ſic intitulatus *eſt narratio* Galieni de *Bruneta & Bicorni. Item de Gallo & quærimoniis Gallinæ cum fig. Colon. 1499. in 4. Adde Moller. de Homonymis Scriptoribus pag. 11. & Reines.* ad *Daumium* p. 197. Epiſt. 76. in fine fere, quem allegat *Symbola Maſtrichtiana.*

(a) Jac. Thomas. diſp. de Wirekero Lipſ. §. 4. Flacii Catalogus Teſtium veritatis *primum prodiit Baſileæ 1556. Atque in his ibi p. 932. (Pp 2.) memoratur* incertus Auctor Brunelli *ſeu* ſpeculis tultorum. *Proximo poſt anno 1557. in eadem Urbe Baſileenſi vulgatus typis eſt* Joh. Balei Catalogus Scriptorum Majoris Britanniæ. *Quamquam autem hic f. 245. ſcriptor Brunelli aperte nominatur* Nigellus Wireker : *tamen emendatior & auctior illa Catalogi Flaciani editio Argentinenſis anni 1562. auctorem hunc f. 539. relinquit incertum, ac de Nigello ne hiſcit quidem. Quod* Flacio *Viro alioqui induſtrio eam ob cauſam eveniſſe veroſimile eſt, quod occupatus tum temporis cum ſociis in Eccleſiaſtica concinnanda hiſtoria (cujus primam centuriam Anno 1569. publicæ luci expoſuit) in locum Balei (qui & ipſe temporum ſeriem obſervat) tum demum inciderit, cum ſub centuria Eccleſiaſticæ illius Hiſtoriæ XII. (prodiit ea Baſileæ Anno 1569.) memorandus veniret* Nigellus Wireker, *cujus & notitiam è Balæo profert.*

(b) Idem §. 7. 8. *Juvabit potius Hiſtoriæ quam de* Nigello, *ſciſſam in minutas particulas exequi ad finem usq; diſſertationis inchoatæ meditamur, compendium quoddam e* Baleo, Pitſeo, Flacio, *quaſi contractum hic proponere.*

„*Claruit ergo circa annum à nativitate Chri-* „*ſti 1200.* Nigellus Wirekerus *natione Anglus Ordi-* „*nis Benedictini Monachus Cantuarienſis Eccleſiæ præ-* „*centor, vir pietate, doctrina, vitæ honeſtate ac ſancti-* „*monia ita clarus, ut non ſolum Monaſterii ſui, ſed &* „*patriæ decus haberi meruerit. Scripſit autem tum* „*alia opuſcula quibus hypocritarum ſui ævi ſimulatos mo-* „*res & ſanctimoniam fucatam vehementer increpat, tum* „*verſu non contemnendo jam ante citatum a nobis* Bru-„nellum S. ſpeculum ſtultorum. Facetus hic eſt & „lepidus de aſino, quem Brunellum vocat, apo-„logus, quo cleri, quales inter Pontificios tum „fuit, abuſus ac ſceleratam vitam accuſat, ſingu-„los Monachorum ordines perſtringit, Paſtori-„bus neglectionem verbi divini & curæ ſalutis „animarum objicit, ne Papæ quidem ipſi parcens. „Damnat inſuper prohibitionem eſus carnium „& conjugium Sacerdotum deffendit: ut omni-„no eum ab Anti-Chriſti ejusque Spiritualium „hypocriſi & impietate plurimum diſſenſiſſe ap-„pareat.

(c) *Quid ergo eſt inquies, quod Nigelli nome nnon modo Flacium latuit de quo ſupra, ſed ne quidem comparet in duabus Brunelli editionibus hoc ſeculo vulgatis? quarum altera Francofurti prodiit anno 1602. adjuncta* praxi jocandi *neſcio cujus, altera Wolferbyti Anno 1662. comites nacta tres Pſeud-Ovidii* de Vetula *libros. Quid eſt, quod Francofurtenſis illa nomen Scriptoris plane nullum exhibet: Wolferbytana vero pro* Nigello *ſubſtituit* Vigellum? *Audi - Nam in titulo praxeos jocandi nihil aliud, quod quidem Brunellum attineat, leges quam hæc :* Ad Aſinum altioribus ac Doctoratui propemodum inhiantem, digreſſio lepidiſſima. Nunc primum ex manuſcripto Regii cujusdam GORADDIVI Italo-Germani in lucem edita. *Poëmatis autem ipſius p 352. hæc inſcriptio eſt :* De aſino aſininos mores atque ingenium contra naturam exuere conante, aſinina lepidiſſima tamen, nec minus pungens narratio. *Hæc enim ibi & in titulo, & in ipſius principio leges :* Vigelli, *qui fertur*, ſpeculum ſtultorum.

Duas nacti ſumus Poematis hujus editiones veteres, ante duo, ut apparet, ſecula typis æneis, ſed charactere monaſtico, deſcriptas: alterm (ut loqui ſolemus) in quarto impreſſam, alteram, quam Paulina nobis Academiæ noſtræ Bibliotheca commodavit, in folio. Illi ex recentioribus Francofurtana perquam ſimilis, huic Wolferbytana ſimilior etiam eſſe, omnes invicem conferentibus nobis deprehenſa eſt. Primi autem verſus ultima verba hunc in modum repræſentat prior : veteris guillerme nigelli; *poſterior:* veteris vuilhelme vigelli. *Atq; ita poſterior hæc Wolferbytanæ mutationis originem clare aperit.*

(1607) *In* Johannis CAPELLANI *Carmen* notiſſimum atque doctiſſimum Gallicum cui titulus: *la Pucelle d' Orleans* i.e. VIRGO AURELIANENSIS, diſtichon anonymum una cum nomine auctoris — de MOMMORS, verſione Gallica, & aliis notabilibus refertur in *Menagianis* (a) pag. 15. & ſeqq.

(a) Menagiana *pag. 15. C' eſt M. d* Mommor *qui a fait le Diſtique, que je vas vous réci ter ſur la* Pucelle de M. Chapelain. *Je l' ai ſû d l' Auteur, & je ne l' ai publié qu' aprés ſa mort.*

Illa Capellani dudum expectata puella
Poſt longa, in lucem tempora prodi anus.

On le traduiſit en ce temps-là de cette maniere

Cette Pucelle pretenduë
Du Poëte heureux Chapelain,
Depuis ſi long temps attenduë
Paroit de ſa derniere main,
Mais ſi vieile déja, qu' elle en eſt méconnuë.

(1608) CARMINUM VARIORUM *l bri IV.* S. F. S. T. in 8. Tholoſæ Ao. 1682. *Pet de* FERMATO Senatori Tholoſani Parlamen adſcribuntur, & deſcribuntur cum laude in *Diario Pariſino* Eruditorum Gallico Ephem. X anni ejusdem d. 13. April. pag. m. 140. cujus Opera Mathematica jam 1670. Ephem. VII. pagina 89.

(1609. CCLXXXVII.) CARMINA n pauca veri ſpiritus Poetici, nitorisque pleniſ ma, tam ſine nominis ſui mentione ulla, quam initialibus ſolis literis ſubſcriptis M.K. vel M.K. inſignita edidit Præceptor in hac arte meus olin Poeta ſeculi noſtri facile ſummus, MICHAE KIRSTENIUS Philoſ. & Med. Dr. atque Profe ſſ

ſor in Hamburgenſi Gymnaſio meritiſſimus. Quem eundem ſæpius omnino laudare debuiſſem in hoc opuſculo, ſi quos ipſius modeſtia premit, editos ſine nominis ſui mentione libros, aliisve conceſſos, omnes ſcire, vel quos ſcio, nominare ſaltim mihi licuiſſet. Verum adeo Viro huic omnis ſub meum quidem calamum cadentis encomii merita ſupergreſſo, exuta eſt *ambitio*, quæ *Tacito* non minus quam experientia, & vero nimis confirmante, *ſapientibus etiam noviſſima exuitur*; ut horum nihil mihi memorare, quamvis ſedulo petenti, permittere ſuſtinuerit. Eundem ſcio, quondam Studioſum, lucelli cauſa quædam ipſi Epigrammata offerentem, quibus aliena ex variis auctoribus hinc inde non ſine plagio litterario manifeſto corraſa, tanquam propria miſcuerat; quamvis in iis aliqua etiam ſua deprehendiſſet, tamen hominem, quem alius quisque non vulgari reprehenſione caſtigaſſet, ne verbulo quidem contriſtaſſe, ſed inſuper etiam munuſculo exhilaratum dimiſiſſe. Sed vereor ne hæc, & ſimilia plura, Melanchthonianæ Communicationis (de qua vide *Cl. Thomaſium* de plagio litterario §.200. & ſeqq.) documenta *Kirſteniana* commemorans, vel hoc ipſo lædam eum, quem omni cultus ac obſervantiæ genere proſequi debeo, voloque. Ab eo, ſi deſideratam mihi cum aliis una doctis viris multis editionem omnium ipſius hactenus ſcriptorum elegantiſſimorum Carminum impetrare poſſem: haberet utique Reſpublica Litteraria, quod æternum mihi deberet. Nunc illud etiam non poſſum non monere, Carmen unum ex Kirſtenianis in commendationem publicæ Bibliothecæ noſtræ Hamburgenſis A. 1651. in folio, titulo *Memoriæ Bibliothecæ Hamburgenſis*, hic excuſum, à *Philippo Labbeo* Jeſuita in Bibliotheca Bibliothecarum p.m. 74. ſine auctoris nomine in 4. quaſi Catalogus Bibliothecæ illius eſſet, recenſeri. Eundem invenio in *Catalogo Bibliothecæ Raphaelis Trichetti du Freſne*. Pariſ. 1662. in 4to excuſo, inter librorum indices. fol. 00000. 2. nomine auctoris non memorato, quod tamen ipſi poëmati præfixum eſt.

Teiſſerius itaque recte illud prætermiſit, Nempe qui non poſſit non à me hac in parte, quem toties alias citavit, eſſe monitus. Interim quod jam tum vivo illo meo Præceptore, atque tunc Collega & Rectore votum nuncupavi, de Poematum illius tam egregiorum editione; tantum effecerat: ut illa conjunctim uno volumine ordinata, relecta, ac editioni, ſed non niſi poſthumæ parata mihi perluſtranda, & quia Viri erat extraordinaria modeſtia, peteret etiam ſcripta epiſtola monitiones deſuper meas; oblatis ſuis multo magis mihi expetendis in Juvenilia Poemata mea. Quas & alter alteri utrinque præſtitimus fideliter. Quo magis doleo, ſecuto mox anno proxime dein illius obitu, in hunc usque diem nullam editionem eſſe factam. Cui cum aliquando inclytus Marquardus *Gudius* in Batavis procurandæ ſe obtuliſſet: filii unigeniti, jam adoleſcentis, & Gymnaſii noſtri Civis obſtitit propoſitum occupandi hanc pietatem. Cui & ipſi mors præmatura cum interceſſiſſet; exinde fama Viri & memoria cum tenebris, volumen cum tineis & blattis aliquando ne luctetur, aut æque ac Jungiana tantum non omnia, & Fogeliana præcipua, in fumum abirent, uti ſupra memoratum num. 1290. α omnino metus eſt mihi juſtus & magnus: at quem hocce triſte commercia omnia ſufflaminante bello durante, non licet abrumpere, neque hic editorem invenire minus lucroſæ creditæ merci, quam extrudi, vel cum jactura pecuniæ aliqua expediebat.

(1609. α CCLXXXVIII.) CARMEN hactenus *ineditum*, & ex ſtylo adjudicatum PAULINO, mireque ob elegantiam & nitorem celebratum, imo *egregium ſi non plane divinum monumentum* habitum, ab eruente illud ex tenebris *Caſp. Barthio* vide ſis in ejusdem adverſar. comm. lib. 34. cap. 1.

Cujus ea de re verba nunc quando magis id quam olim per typographum licet (a) Carmen ipſum prolixius eſt, quam ut exſcribatur.

(a) *Caſparus* Barthius *Adverſariorum Liber XXXIV. p. 1544. Dum prope Argentoratum, nobiliſſimam Civitatem Germaniæ, ſpaciantes vetera rudera Carthuſiæ perluſtramus: Ecce tibi hominem benevolum noſtri, qui cum de Bibliothecis priſcis inquirentem audit, ultro nobis muneratur Codicem membranaceum, in quo tum liber* Auguſtini *de* Duodecim Abuſivis, *neſcio an editus an etiam legitimus, tum alius de* vera innocentia: *Alius de X.* plagis in Ægypto, *tum vero in fine reperiuntur nonnulla carmina variorum, ut videntur, auctorum. Inter quæ iambum hunc offendi; Latinum, doctum, diſertum; quem ſi mei judicii res ſit* Paulino *adſcribere non dubitem. Ejus vero ſummi & Antiſtitis & Poëtæ nonnulla etiam alia, puto me, dum nihil non perſcrutor, inveniſſe, alibi quoq; luci prodenda & partem jam prodita. Sequitur Carmen quod incipit:* Lux feſta ſacris vult litare paginis &c.

Sequuntur hæc verba Barthii:

En lector benevole, egregium, ſi non plane divinum monumentum, quod e tenebris eruiſſe equidem felicem me arbitror. Cum quocunque nobilium Chriſtianorum Poëtarum comparabis, nullo inferiorem Genium videbis. Mihi vero phraſis & indoles usque adeo *Paulinum* ſapit ut cum ejus ſcriptis comparando nihil non in eo ſimile inventurum putem.

(1610) CARMINUM LIBROS aliquot anonymos edidiſſe Juvenem *Johannem* FICHARDUM, JCtum, de cujus arte Notariatus ante *Cap. III. num 983.* aliqua ſcripſimus, auctor eſt ex ipſiusmet operibus inſpectis, citatione viſa Jo *Deckherrus* p.m. in Epiſtola 1690. d. 2. Jan. Francofurto ad Moenum mihi ſcripta, qua de non ſibi viſis ultra nil addere ſe poſſe teſtatur.

(1610. α) CARMINIS DE CONGRESSU CAROLI ET LEONIS *Anonymus*, Autor,,, quem *Barthius* HELPERICUM vocat. Reineſius dubitanter ALCUINO vel ejus diſcipulo,,, cuidam adſcribit. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(1611) Ad CAROLUM *Ducem* SUDERMANNIÆ *melos retrogradum* ex Melchioris *Adami* Vitis Theologor. exteror. exſcriptum repræ-

 ſentat

ſentat *Freherus* in Theatro part. 1. Sectione III. p. 182. *diſtichis* undetriginta conſtans quod *Joanni* à LASCO ſeu LASCIO ſeu LASEO Polono tribuitur, adeoque anonymum jactatum ſit oporteat. Diverſus hic ab illo JCto, & regni Polonici Cancellario, de quo *ſupra num.* 860 *α*, & a quo alium etiam adhuc memorat idem, qui illum, *Starovolſkius* in Catalogo: quem æque ac noſtrum hunc in Centuria ſua prætermittit.

(1612) CARMEN Latinum IN NOMEN & omen CAROLI, Hereditarii SUECORUM Principis, nunc auguſtiſſimi clementiſſimique Regis noſtri, ante XXVI. annos editum extat folio ultimo partis primæ Hiſtoriæ Suecorum Gothorumque Eccleſiaſticæ, auctore nobiliſſimo Dn. Claudio *Ornhyelmio* ſuperiore proximo A. Stockholmæ editæ.

Quod perilluſtris Viri Sueci celeberrimi Dn. ORNHYELMI eſſe putatur. Sed nuper admodum, ut rem ſibi non obſcuris indiciis compertam mihi narrabat Nobiliſ. Dn. Joh. *Heyſius-Ridderſtierna*, qui ſic Martem hunc colit, ut vim illius ac impetum ſanctis mitibusque Aſtrææ æque atque Muſarum conſiliis artibusq; moderetur, harumque ſuaviſſimo in ſinu potiſſimum conquieſcat; non tam illuſtriſſimo viro Baroni LILLJEHUKIO, ultra tot alia, tamque ſplendida & ſua & gentis ſuæ decora, Poetæ ſummo carmen illud deberi; quam Laurentio WIWALLIO Nericienſi, haud vulgaris profecto ſpiritus orisque rati, imprimis quando facillimo numero Muſis vernaculis litaret. Sed de re minuta nimis fortaſſe multa. Huc usque *Symbola Normanniana*: cujus occaſione Hujus hic defuncti ante biennium circiter amici, brevis at gratiſſimi convictus memoriam etiam nunc cum luctu ut debeo recolo ſane maximo: quando ſcriptas ejusdem hic ægrotantis; at poſtea per amici mei Dr. Antonii *Lüderi* ſedulam curam reſtituti, ut biennio poſt in itinere contracto morbo demortui, literas ad me tam diſertas, quam amantes, imo diſertiſſimas & amantiſſimas relego.

(1613) CAROLOMACHIA lib. 3. ſeu VICTORIA *auſpiciis* SIGISMUNDI III. *Regis Poloniæ* de CAROLO *Sudermanniæ Duce* 1605. in Livonia relata. Vilnæ typis Academicis 1606. in 4 Item

(1614) POMPA CASIMIRIANA, id eſt, *celebritas* qua *Imago* SANCTI CASIMIRI *ex urbe Vilnæ illata* eſt, Heroico poemate deſcripta, Brunsbergæ in 4. *Sotvello* Biblioth. Jeſuit. pag. 539. a. libris anonymis *Laurentii* BOJERI, Stockholmenſis Sueci Jeſuitæ adſcribuntur.

(1615) *Encomiaſticum Solitudinis* CARTUSIANÆ. Antvv. typis Verdusſii, 1623. 4. Luſit hoc verſu heroico *Petrus* DAEMSIUS Antverpienſis, Cartuſiæ Liranæ in Brabantia Religioſus, nomine quidem ſuppreſſo, ſed quod hoc anagrammate ſatis expresſit. *Spes me durat:* uti monet *Valer. Andreæ* in Bibl. Belg. p. 734. Quod eo magis inde notandum, quo minus vel *Lipenius* vel *Königius* ejus auctoris aut ſcripti faciunt mentionem.

(1616) LILIUM D. CASIMIRI natali carmine celebratum, Vilnæ, typis Academicis, Poematis Valentini BIATOWICZ, Lithuani Jeſuitæ adſcribit Sotvellus, Biblioth. Jeſuit. pag. 773. a.

(1617) REGINÆ CATHARINÆ R. Johannis III. conjugis carmen Epitaphium Gabrielis SUEDI, quod detegat Loccenius ex *Meſſenio* neſcio quo refert *Symbola Normanniana.*

(1618) Poema quod CIRIS inſcribitur,,, a Scaligero VIRGILIO adſertum ſpeciali epiſtola CATULLO vendicat Raphael *Eglinus*,, Iconius Tigurinus. Quando prodierit, vid. in,, elogiis Eglini.

Adde Epiſt. ex Catulli caſtis carminibus,,, ab Eglino editis poſt Scioppii Priapeja. Hæc,, *Symbola Maſtrichtiana.*

(1619) CARMEN AD COLLEAM ſive ad JOVIUM: CLAUDIANI EIDICII MAMERTI docet Caſp. *Barthius* ad hujus ſcriptoris lib. 3. de ſtatu animæ animadverſionum pag. 458. verbis (a) hiſce paucis.

(a) Caſp. Barthii ad Claudiani Mamerti Lib. III. Animadverſiones p. 458. *Porro aliarum quoq; litterarum conſultum hunc ſcriptorem fuiſſe docet* Carmen *ad* Colleam, *ſive ad* Jovium *malis, cum præfixa Epiſtola, quod quamlibet aliis adſcribant alii, nos tamen fere eſt, ut hujus Patris fœtum eſſe arbitremur, tum ex genere ſcribendi, tum ex auctoritate etiam membranarum veterum, quæ fuerunt olim penes Georgium Fabricium.*

(1620) De COPIA VERBORUM ET RERUM *Carmen* a *Ribadeneira* Catalogi Scriptor. Societ. Jeſu pag 26. memoratum, ita ut non appareat anonymum, refert *Symbola Normanniana.* Sed ex *Alegambe* & *Sotvello* anonymum jam docuimus: & male quidem olim editione priori, nobis ab hoc capite avulſum cum ſit Poeticum, ad proxime præcedens, neſcio qua alluvione accesſiſſe nunc iterum monemus. Vide num. CCLXXXIV.

(1621. CCLXXXIX.) DIVOS TUTELARES diœceſis CRACOVIENSIS, *gratulantis ingreſſum in ſuam ſedem Illuſtriſſimo Domino Martino* SZYSKOWSKI *Epiſcopo Cracovienſi*, Cracoviæ 1617 in fol. edito Carminum libro anonymo, exhibuit *Theophilus* CHRISTECUS *Jeſuita Polonus*, docente *Alegambe* pag. 431. repetente *Sotvello* pag. 757. b.

(1622) CYNTHIÆ HLEBOUUCIANÆ DECORA. Vilnæ 1668 anonymis libris *Valentini* BIATOWICZ, Lithuani Jeſuitæ, accenſet *Sotvellus*, p. 773. a.

(1623) DIARIUM POLEMICO - METRICUM: Hafnienſem obſidionem ab octavo Au-

Auguſti 1658. usque ad Calend. Jun. 1660. enarrans, auctore H. M. W. 1660. editum, non addita forma, *Henrico Matthæi filio* WALENS-PECKIO, Eccleſiæ Holmenſis Diacono, adſcribitur a Jo. *Deckberro*, de adeſpotis pag. 172.

(1623. αα) DIONYSII ALEXANDRINI PERIEGESIOS METAPHRASIS HEXAMETRIS VERSIBUS adducta Euſtatio, verſibus 26. ſuppleta ex Mſto Claromontanæ Bibliothecæ, addita Metaphraſi Latina quæ RHEMNIO FANNIO a quibusdam tribuitur, rectius in plerisque editionibus nomen PRISCIANI præfert, legique meretur apud Joh. Alb. *Fabricium* Bibl. Latinæ p. 191. & ſeqq.

(1623 α CCXC.) DISTICHA *Moralia Dionyſius* CATONIS, vulgo ſatis & pueris nota, quomodo primitus auctorē habuerint ignotum: Et quis poſtea innotuerit, memorantem *Caſp. Barthium* audire fuerit operæ pretium: cujus hæc ſunt ea de re verba lib. 24. adverſar. cap. 4. *Quem ſcriptorem* Dionyſium Catonem *ex membranis in Gallia repertis, hodie eruditiſſimi Viri appellandum ſanxerunt; is dudum admodum eſt cum ignotus fuit nomine, & ſimul quoque Juventuti propoſitus ad jungendam cum Latinitate ſapientiam, quo officio hodie quoque fungitur. Utrumque nos docet* Joannes Saresburienſis, *ſive* Carnotenſis *potius, qui ante annos jam fere quingentos ſcripſit, libro* VII. de Nugis Curial. cap. IX. *Cujus ſunt verba*: In libello quoque quo parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio, & uſus teneris ebibitus annis facile nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus, quo ſemel imbuta recens eſt, ait vel *Cato*, vel alius, nam auctor incertus eſt, *Multa legas facito, perlectis perlege multa, &c.* In Scholis quidem perlectum, docet etiam *Mſſ. auctor Vitarum Philoſophorum*, quem alibi laudamus: Et magna opinione ſapientiæ fuiſſe, *Eulogius* libro primo Memorialis ſanctorum, qui cum *Salomone* illum citat, & *Catonem Philoſophum* appellat. Gratulandum ergo ævo noſtro, nomen ſuum optimum & Poetam & Sophum recepiſſe. vid. eundem lib. 21. cap. 21. ubi *verſus eſt*, inquit, *Latinus, acutus, eruditus, facilis.* Hujuſce nec *Voſſium* in Poetis Latinis, *nec Lotichium* in Bibliotheca Poetica meminiſſe oppido miror. *Friſius* in Bibl. Claſſica ad Ao. D. 70. refert, p. m. 6. vid. *Geſnerum* pag. 117. editionis Simlerianæ. Eum quis ſit, non ſatis conſtare viris ſummis, patet ex variis eorundem in ipſum notis, ac præfationibus. Ex iis notabo nunc ſolum *Joſephi Scaligeri* duplex Judicium: quorum alterum extat Auſonianar. lect lib 2. cap 32. ubi, *Dionyſius Cato*, inquit, *Poeta Gnomographus, Quisquis fuit ille, qui Diſticha illa compoſuit, ita inſcripſit illa, quia probitas Catonis, vel proverbio omnibus nota erat. Probos enim homines & moribus probatiſſimis, illis temporibus Catones vocatos, nemo ignorat*; alterum in notis ad ipſa hæcce Diſticha legitur, ita definens: *Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus &c. Ego mihi conſcius ſum, multos graviſſimos & doctiſſimos Viros, non puduiſſe jam provectos ætate, hæc Diſticha memoriter diſcere.*

Equidem memorat pag. 15. de Poetis Lat. *Voſſius* M. Valerium *Catonem*, ſed non ut horum Diſtichorum auctorem. Quorum prodiit exinde nova editio ſane præcedentibus potior multis habenda nominibus: cujus titulum (a) damus. Ea paginas 12. plenas teſtimoniis variorum de Catonis Diſtichis exhibet. In quibus aliqui de auctore quid aſſerunt (b) (c) (d) ita ut concurrere ſinantur hic CATO non unus, ANTIQUUS & NOVUS, *Dionyſius*, vel *Octavianus*, cumque illis PROBUS, SENECA & AUSONIUS pagina 11. & 12. Vide citatos cumulos de hoc ſcripto auctorum. Quibus addatur ſi lubet etiam Jo. *Saubertus* Junior de Sacrific. cap 1 pag. 6. nobis omiſſus in *Symbola Flensburgo-Molleriana*. Cui plures ſociabimus, quando de Catone hoc ut *Pſeudonymo* iterum agemus.

(a) Titulus Editionis Daumianæ in 8vo.

Dionyſii Catonis *Diſticha de Moribus ad Filium, Græce à* Max. Planude, *Joh.* Scaligero, *Matth.* Zubero, *& Joh.* Mylio: *Germanice ex mente Joh. Scaligeri potiſſimum & Caſp. Barthii à* Martino Opitio, *expreſſa. Cum Excerptis ac Notis ex altera ejusdem Recenſione brevioribus; hac editione paſſim denuo interpolatis & noviter auctis, additis inſuper* Johannis Sturmii *Lemmatibus à* Chriſtiano Daumio *qui & addidit incerti veteris Poëtæ* Monoſticha; *Anonymi ſalutaris titulo inſcripti* Diſticha Selectiora: *ut & S* Columbani *eique tributa Carmina cum notis brevibus, Cygneæ, impenſis Joh. Leonhardi Stumpfeldii Bibliopegi, typis Samuelis Ebeli Anno M. DC. LXXII.*

(b) *Ibid.* Teſtimonia *variorum de Catonis Diſtichis num 8. Jod.* Badius Aſcenſius *Commentario in Diſticha Catonis fol. CL. a. Auctor ipſe latet. Nam ut* Catoni *aut* majori, *hoc eſt, Cenſorio, aut* minori, *i. e. Uticenſi adſcribas, ætas non patitur; cum hoc opus poſt Virgilii Lucaniq; ſcripta compoſitum ſit, atque illa utriusque poſt mortem edita. Ut vero* Senecæ *addicas, ſtilus ipſe dicendi refragatur. Quisquis autem ejus autor eſt, certum eſt, eum virum & bonum & literatum & apprime modeſtum fuiſſe.*

Ibid. num. 9. *Franc.* Quintianus *Stoa Epographia tertia de primis Syllabis, pag. 48.* a Probus: Laudaris quodcunque palam, *q. p. Non poterunt non mirari literarum cultores, cur ſub* Probi *titulo carmen adlegaverim. Ideo quid ſentiam, cum diverticulo proterminare viſum eſt. Opuſculum illud floridum, elegans & perpolitum nequaquam* Catonis *eſſe edocent tempora, quando Lucanum, Naſonem, Virgiliumque legendos præcipiat; Non imus tamen inficias Catonem de moribus libellum poſteris reliquiſſe, ſed ex* A. Gellii *verbis prorſo non vorſo eloquio conſcriptum conjicimus. Alii tenent* Senecæ, *alii* Auſonii *fuiſſe opus, quibus aſtipularer, ſi ob ſtilum hosce non mentiretur: Itaque* Narnienſi Galeoto *concordans illud fuiſſe* Probi *Opus crediderim. Senecæ adſcripturit etiam Joan.* Edoard. Moninius, *Gallus, Præfat. ad Lectorem Bereſithiados ſuæ his verbis:* Quid ſi Catonem pro pueris, Senecæ adſcribam, ex patris mei autographis? *Ejusq; nomine citat Marq.* Freherus *lib. 3. de Infamia cap. 2. n. 4. pag. 256. & alibi. Qui Catonis*

nis tamen nomine laudat l.2. de Exiſtim. cap.3. n.3.p.102. & l. 3. de Infam.c.17.n.34.p. 484.

(c) Ibid.*n.19. Elias* Vinetus *Comm. in Auſonii Roſas: Baptiſta Pius, quum ſic ſcripſit in literas Ciceronis ad Dolabellam, quæ extant inter epiſtolas ad Atticum libro quarto decimo. Quo trahunt aliqui illud Auſonii Burdigalenſis, falſo Catoni adſcriptum:* Si Deus eſt animus nobis ut Carmina dicunt. *Qui commentator, neſcio, quotum locum tenere debeat inter Ariſtarchos, qui ſine judicio* Auſonii *carmen credidit, quod in vetere quopiam libro inter Auſoniana, vel etiam alibi, falſo titulo forte repererat.*

Ibid. n. eod. *Opus non Auſonii Burdigalenſis, ſed Catonis cujusdam, ut omnium librorum tituli præferunt, qui Auſonium ætate præceſſerit. Quod carmen quæ proſaica ejusdem argumenti antecedunt in vulgatis editionibus, hæc cujuscunque alterius auctoris ſint, nobis* Simo Boſius *codicem viſendæ antiquitatis aliquando oſtendit, in quo ſola erant, &* Dionyſio Catoni *ad filium inſcribebantur.*

(d) Ibid. *n.21. Joſ.* Scaliger *Auſon.Lect. l.2. cap.32. Extitit quidam parentum noſtrorum ætate, qui* Auſonio Catonis Diſticha *auſus ſit adſerere. Quisnam ille, obſecro eſt tam locuples auctor, ac Claſſicus teſtis?* Baptiſta. Pius*: qui temporibus ſuis fuit cymbalum inanis juventutis, hodieq; ſententiæ ſuæ ſectatores habet. Miſeros homines, qui ſub tam lentis maxillis mandunt. Primum qui poſſunt illa eſſe Auſonii: cum Auſonius ſerio Chriſtianus fuerit, neque aliter piis Auguſtis acceptus fuiſſet, niſi & ipſe Chriſtianus fuiſſet? Hæc vero Diſticha, quis non videt adhuc erroribus Gentilium inſigniter delibuta eſſe?*

(e) Ibid. n.23. *Caſp.* Barthius Lib XXI. Adv. *c.XXI. col. 1064. Talia carmina merito ſuo hodie ſunt quæ* Catonis *inſcribuntur,* Octaviani *titulo a nonnullis producta, ab aliis* Dionyſio cuidam Catoni *adſcripta, & eo nomine a* Joſepho Scaligero *poſt* Planudem *Græce reddita. Ego vero ſuſpicor à Poëta quodam meliorum temporum, forſan &* Auſonio, *cui* B. Pius *& alii neſcio quo ſidere perculſi pertinaciter adſcribunt, e Catonis libro translata, qui* Carmen de Moribus *inſcribebatur, & ita retinuiſſe titulum antiquiſſimi Scriptoris.*

Ibid. Dionyſius Cato, *quem in membravis* Octaviani *nomine recenſeri, præſens præſenti narravit eruditisſimus mihi* Goldaſtus.

(1624) IN DRUSI MORTEM *ad Liviam Elegia*, quod a quibusdam C. PEDONIS *Albinovani* credatur, at res certior ſit de Elegia in obitum Mecœnatis, ſcribit in curis ſuis poſterioribus pag. 16. prolegom. Chriſtophorus *Cellarius.*

(1624. *a* Olim additor. Ad Cap. X. *De Poeticis.* Num. DCIV.) ELEGIAM, quam Caſp. *Barthius* Adverſarior. l.45. c.16. transſcriptam ſibi ex membranaceo Codice Colonienſi variarum rerum, & *piam, cordatam, eloquentem, comptam, nec malorum temporum viſam* profitetur, inſcriptam: *Quod diverſi ad diverſa ſtudia nati ſunt,* quamque tam ævo veteri, quam recenti adſcribere dubitat: *Conrado* CELTI, primo Poetæ ex Germanicis noſtris & quidem Cæſarea propria manu Laureato adſcriptam reperit, ſed mutatam non modo vocibus, verum etiam verſibus interdum integris, auctamque, Civis olim meus Bernhardus *Damke* (cujus in Agapetum & Baſilium habemus annotationes) quemadmodum mihi indicavit ex illius Bibliotheca id exemplar nactus Vir maxime reverendus, *Esdras Etzardus* SS. Theol. Lic. in cujus Exemplari amice mihi commodato, collatum vidimus a capite ad calcem ipſi lectum exemplar cum Barthiano. Daremus utrumque ſi modus opuſculo conſtitutus & feſtinans ad nundinas Typographus hoc permitterent. Alii proinde tempori hoc munuſculum reſervamus.

At nunc licet dare, & damus (a) una cum verbis *Barthii* huc pertinentibus, & utique relinquentibus lectori decidendum, quomodo in membranaceo veteri Codice ac *Conradi Celtis* eſſe potuerit. Imo annon plagium inde celeberrimi illius Celtis jure ſummo ſit præſumendum.

(a) C. Barthius Cap. XVI. Adverſarior. lib. XLV.

(Sciendum hanc Elegiam eſſe Conradi Celtis Prothucii, Germani, primo inter Germanos Cæſareis manibus laureati, quam nullo nomine inſcripto exemplari offendimus. Quomodo autem eadem & in V. C. & ejus eſſe poſſit, judicet Lector. Multis tamen locis longe alia eſt apud Celtem.

Dum rimor, excutio, perquiro atq; indago omnia exemplaria vetera nonnunquam felicior ſum, quam ſperare potui unquam. Incido enim in monumenta talia ut operæ pretium in majore etiam alia perſcrutandi diligentia deinceps ab horum elegantia facturus mihi videar. Inter digna memoria poſterorum cenſeo & hanc quam nunc produco, Elegiam, *piam, cordatam, eloquentem, comptam, nec malorum temporum, ut viſa eſt. Transſcripſi autem ex membranaceo Codice Colonienſi, variarum rerum, quem ante ædem Fratrum Minorum ibi præſtinavimus.*

Elegia.

cujus argumentum eſt:
Quod diverſi ad diverſa ſtudia nati ſunt:

nota dabo.

Se vero ad amorem natum eſſe ſcribit

Quam variis fatis cœleſtia ſydera menteis
Exagitant, noſtro carmine pande Erato.
Ille tenax rigido tellurem verſat aratro
Et ſtimulat bijuges per ſua rura boves.

Hic

Hic Baccho teneras conjungit in ordine vites
Ut repleat dulci concava vaſa mero.
Ille Ducum & Regum ſequitur ſpectabilis Aulas
Donec ſub titulum nobilitatus eat.
Eſt alius quem fata ferunt ad Martia bella.
Deliciasq; ſuas vulnera ſæva putat.
Divitias alius cæcum concludit in antrum
Et ſpernit ſolitas, ventre famente, dapes.
Eſt alius geſtit qui nomen habere Poetæ,
Nominibusq; tribus nobilis eſſe cupit.
Et quamvis nullos valeat deducere verſus
Quo numero ignarus ſtare Poema queat.
Ille tamen titulum Vatis, nomenq; Poetæ
Mentitur, vacuum nomen ab arte gerens.
Cujus ubi releges ſine mente ſonantia verba
Ceu crepitus ventris turpis in aure ſonant.
Nil is divini aut humani ſcitve, tenetve,
Grammatici tantum nomen inanis habet.
Atq; utinam Latiam Grajamve hic flectere linguam
Noſſet, ut alma gradus philoſophia tenet.
Spuma volat ventis, ſine calcis, arena, paratu
Ars procul hinc ſtudiis ingeniumque latet.
Antigonus tali dederat ſua Dona Poetæ,
Ut de ſe nullum ſcribere mallet opus.
Inter mortales nemo eſt ſublimior artem
Quam qui deſcribit fata Poeta bonus.
Naſcitur hic melius, quam præceptore creatur
Cœleſti ingenium cujus ab arce venit.
Divinumque ſua conſcendit ad æthera mente
Verbaque Apollineo comparat eloquio.
Hæc tria ſi quis habet vere ſibi nomina Vatis
Accipit & cunctis carmine gratus erit.
Sorte ſua contentus erit, parvoq; beatus
Divitiasq; ſuas carmina ſola putet.
Induit hic tetrum, ſimulata mente, cucullum,
Fomenta ut vitæ poſſit habere ſuæ:
Indoctum tandem quem Sors ut tollit in altum
Ad quæſtum toto volvitur aucupio.
Et cupiat toto depulſas æthere Muſas
Palladium nullo nomine dogma putat.
Hic habitu & verbis & geſtu relligioſus
Pectore ſub vapido noſcitur eſſe Lupus.
Ebrius hic tota deſiccat pocula nocte,
Omnivori ſolum gaudia ventris amans.
Aſtrorum petit ille vias Zonasq; patenteis
Climata certa ſuo dinumerans radio.
Ille vagus quærit per vaſtum flumina mundum
Oceaniq; ſequens littora cuncta notat.
Hic mare velivolum plenum male mollibus Euris
Scandit & æratas in lucra damna rates.
Et populos genteſq; petit quas Phœbus ad ortum
Quosque per occaſum menſtrua luna videt.
Ille genethliacam prædicit fata per artem
Et manibus pingues tractat Ephemeridas.
Illis non alia eſt regio fœcundior ulla
Quam quæ de Franco nomine nomen habet.

nobilitatis
prælia Martis
Illi tantus amor nummi, mihi quantus amore,
Dum ſequor amplexus Urſula chara tuus.
didicit
Et quo legitimum ſtare poema ſolet
cum relegis figmenta & inania
turpiter
Non is divina aut humana negotia tractat
inertis
Græcam latiamque,
Noſceret & quicquid Philoſophia docet.
Spumam, algam, bibulam ſcribit ſine calce & arenam
Nec quod divinæ eſt, conſtruit artis opus
vellet
arte
cuncta
Divinum ingenium cui dat ab arte DEUS.
Divinaque,
blandiloquo fingit in
veri
docta putat
ubi
ingenio
Et cuperet nemo fieret, quod doctus in orbe
Mactat enim obtruncans ſcripta vetuſta manu.
ſed rapidus
tantum
cum certo
trucis
que, furentibus
ſua lucra
Lumine pronus adit.
denſas
nunc plenior
Germano nomine dicta manet.

Eſt

ſcripta
mente cabalas

ſacro Criſtallo cuncta
Et vocat
mirifico
ſamias in
nobis quod Gallia vana petatur
ſurgit

nihil
Cur

Natura optimus odit
Ceu candida DEI

Et vita illorum multa pericla
Confundit
Auri pondera magna novi
Et vagus in toto ſponſor devolvitur orbe
Decipiens nugis oppida cuncta ſuis.
Concoquit hic aurum potabile: Philoſophorum
Et lapidem miro conficit ingenio.
Ille Rotam vivam patula promittit in aura
Cujus motorem cernere nemo queat.
Huic Lolli doctrina placet, verboſior omni
Quæ ſedet ad cunas garrula ſemper anus.
annum
venit
Chimerifero
Dum f. totis r. proterva ſcholis
cui
non f. danda mihi
Hi modo Germanas
Logicam,
Platonis quid dia volumina ſcribant

faciat q. Socrates

Grajas ſcholas
Mox tibi reſpondent, hic currit & ille movetur,
Sic perdunt nugis tempora cuncta ſuis.
Bartholus hunc Baldusque tenet, verboſus & Aſo,
Quemq; tulit tumido Sicelis unda freto.

Eſt qui Roman- &c. nam quod hic ſequitur Diſtichon, Celtes non habet
cupidus diſc.
in ſua lucra trahens

Et veneri cunctis ſacra diebus agit.
Aſt ego non alio potui ſub ſidere naſci
Quam quod ſub Terris dicitur alma Venus.
Illa ſuo totam terit mihi ſidere vitam,
Quattuor ut luſtris vita peracta fuit.
Cumque alii variis plorent ſua fata querelis
Tela Dionæi numinis ipſe queror.

Eſt qui fortuitis prædicat tempora punctis
Quemq; tenet glabra linea ducta *vola.*
Hic quærit numeris arcana ænigmata fractis
Et magicis verbis ſacra prophana facit
Ille videt vitroque docet præviſa *futura:*
Evocat *hic Manes Tartareumq; Chaos:*
Alter inexplicito *probat omnia condita verbo,*
Bisq; duas ſamio *jactat* ab *ore notas.*
Non opus eſt ullo ſubigenda ad talia velo
Nobis cum nata eſt *cuncta ſuperſtitio.*
Cùm DEus hunc ſacro perfecit pectore mundum
Ut nil *huic addi diminuive queat.*
At *temere illi audent Naturæ vertere leges*
Arcanumq; DEI vendere conſilium.
Hinc taleis ſua Cura *fugit; DEus* odit hianteis
Ut *qui proſtituant* condita *fata* DEO.
Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit
Quandoquidem violat jusq; piumq; DEI.
Inde parum illorum conſtant mentes animique,
Vitaq; diva hominum nulla pericla *ſubit.*
Hic cupidus tacito dementat *in igne metallum*
Promittens ſpebus aurea dona ſuis

Eſt quem per totum Dialectica ſauciat ævum
Cui lis de rebus nominibusq; placet,
Bella Chimera, *tuo cui ſunt rabioſa tumultu*
Et *fervet* longis *rixa* profunda ſtolis.
Cum res defendit; his *nomina prætulit alter,*
Pro quorum rixis nec *faba* detur iners.
Hi jam Europæas *Gymnaſi cuncta per oras*
Implent & rixas *per tria luſtra docent.*
Nemo hic quid dicat ſententia dia Platonis,
Noverit, aut Plini vel Ciceronis opes.
Dum quæris ſapiant *quid Epictetus aut Plato, ſumma*
Lumina per Grajum *quæ micuere* Sophos.

Nemo magis muto reſpondeat, aut tibi quiddam „
Quod Latio non ſit reddere deinde ſono. „

Eſt qui Romanam ſine Lege *recurrat ad urbem*
Abſentes nummos jusque piumque vocans.
Dives ubi multis altaribus eſt; pia Baccho
Et ventri Venus, huic virque puerque vacant.

Multa

Multa alluſio optimorum ſcriptorum in hoc Carmine ſupereſt, quanquam perfectum eſſe non exiſtimem. Multa ſunt quæ non ætatem redolent, quam præ ſe ferre videatur principium. Priorum de genere eſt Nominibusq; tribus nobilis eſſe cupit. *Quod Juvenalis illuſtrat Angelus Politianus Miſcell. c. 31.* Deducere verſus *Maronianum.* Stare Poema, *Horatianum recto ſtat fabula talo. Et Claudianus Epigrammatis. Crepitui ventris fœdos ſonos componi ſupra notatum eſt. Legam ibi.*

—— Ceu Crepitus ventris, turpia in aure ſonant.
ſine calcis arena paratu.

Caligulæ eſt de Seneca Arena ſine Calce; Atq; ejus generis plura inſunt. Alia arguunt ſub Roma jam Rotam ſuam colente ſcriptum hoc carmen. Itaq; de ætate non auſim concludere. Etiam Alchimiſtam inceſſunt illa

Hic cupidus tacito dementat in igne metallum
Promittens ſpebus aurea dona ſuis.

Nam dementare metallum, *intelligendum arbitror ſpiritum illi extrahere, ut memini hoc genus hominum loqui. Et Gymnaſia & Dialectica Scholarum publicarum hodiernarum inſtituta referre videntur. Rixæ autem illæ, quæ verbis, ut ajunt, opponuntur Reales, Sophiſtas notant, qui cum Philoſophos profiteantur Platonem, Epictetum, & tales ne norunt quidem.*

(1624. *αα*) ELEGIÆ DE MORTE CONJUGIS ET LIBERORUM, ſine nomine editæ, ſunt *Johannis* PISTORII auctoris. Ita Index Expurgatorius Hiſpanus, claſſe tertia, pag. 73. edit. Genevenſis. Elegiæ aliquot de morte conjugis & liberorum, quæ etſi auctoris nomine careant, ſunt tamen *Johannis* PISTORII auctoris damnati.

(1624 *β*) POËMATIA ET EPIGRAMMATA VETERA cum Notis, Pariſ. 1590. 12. Ejus Collectionis & Notarum auctor Petrus PITHOEUS aſſeritur Joh. Gerhardo *Voſſio*, de Poëtis latinis, c. 4. p. 55. confirmante *Colomeſio* (a) his verbis:

(a) Colomeſii *Bibliothèque choiſie, pag.* 11. *Nous devons ce Recueil d' Epigrammes au docte* Pierre Pithou, *dont les Opuſcules ont eſté publiez à Paris l' anno 1609. par Charles Labbé, qui n' a pas manqué d' y inſérer les Notes qui ſont à la fin de ce Recueil. Avant Pithou,* Ptolomée Flavius, *au chapitre 95. de ſes Obſervations, dit qu'il avoit fait un Corps d' Anciennes Epigrammes Latines. Mais cet Ouvrage n' a jamais paru. M. de* Saumaiſe *ſur l' Hiſtoire Auguſte pag. 187. parle d' un ancien Recueil d' Epigrammes Latines Manuſcrit, qui lui avoit eſté preſté par un ſavant homme qu' il nomme* Jean Lacournay. *Je m' étonne que le R. P.* Vavaſſeur *n' ait point fait mention de ces deux derniers Recueils, dans ſon Traité de l' Epigramme.*

(1624. *γ*) A. W. B. FASCICULUS EPIGRAMMATUM &c auctorem habet *Wilh.* VON BENTING EX BREKELKAMP cujus filius XII. annis ductu Patris edidit *Mundum Gubernatum*, ſeu Chronologiam generalem Imperatorum &c. Prodiit utrumque Daventriæ apud A. Fronten 1696. prius in 4. vid. Boekzall. 1696. Octob. pag. 220. In aula Monaſterienſis Principis idem mihi relatum opuſculumque monſtratum. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(1625) *In ſacrorum Poetarum* COLLECTIONE FABRICIANA, *Poemata*, ut eſt apud *Cave* in Chartophylace pag. 26. vel potius ut emendat hiſtoria ejusdem litteraria pag. 73. a. *Carmina* duo tribuuntur VICTORINO *Petavionenſi* in Pannonia Epiſcopo, ſed conjectura plane incerta, & ut mihi videtur falſa. Eorum alterum eſt de *Jeſu Chriſto* DEO & homine; alteri titulus eſt *lignum vitæ.*

(1625. *a* CCXCI.) *Leoninum Carmen in hæreticos* divulgaſſe *Jacobum de* CODT *vel de* COET *Jeſuitam Belgam*, non adjecto ſuo nomine, cui principium

Norma Miniſtrorum, ſeu ſimplex regula morum
Juxta iter errorum ſine lege Reformatorum.

teſtatur *Alegambe* pag. 195. & ex eodem *Valerius Andreæ* pag. 406. atque *Fr. Sweertius* pag. 359. uno ore illud *elegans & argutum* appellantes. Quod ſane lubenter unanimes adeo ipſos perhibuiſſe teſtimonium etiam de re non comperta, falſum credo; quandoquidem hiſce verbis hæretici petebantur, non tam facile conſpiraturi in eadem illa verba, ſi de Cardinali quodam, aut ſancto hypocritico Pontificio ſuis coloribus depingendo ageretur. Adde *Sotvellum* p. 361. b.

(1625. *β* CCXCII.) HECATOMBEN ſeu *Oden novam de vanitate mundi*, centum ſtrophis latinis, totidemque Germanicis abſolutam, Monachii apud Nicolaum 1636. in 16. edidit nomine ſuo ſuppreſſo *Jacobus* BALDE *Jeſuita Germanus*, Electoris Bavari Concionator, docente *Alegambe* pag. 193. *Sotvellus* pag. 356. a. hic addit:

Eam deinceps aliis quoq; metris expreſſit in modum certaminis, ediditq; hoc titulo: Poema de vanitate mundi. Monachii, formis Leyſſerii Anno 1638. in 16. & ſub calcem paginæ recuſum de Vanitate mundi ſeu Poema, una cum Agathyrſo ſupra num. 1593.α.memorato, & aliis Colon. 1660. in 12.

(1626) EPITAPHIA *Diſtichia* HEROUM HOMERICOR. Gr. ſubjuncta Ariſtæneto Plantiniano 1566.in 4. & poſtea apud Henr. Stephani. Hæc epigrammata ARISTOTELIS eſſe, ex *Peplo illius* deſumta, ſerio ac firmiter, neque id infirmis rationibus, uti ipſe loquitur, in præfatione aſſerit, qui denuo Antvverpiæ 1571. 8. cum verſione & notis ſuis edidit, Guilielmus *Canterus*.

(1627) GRATULATIONEM de Inauguratione FERDINANDI II in Regem Romanorum: Proſa, Carmine & emblematis, Græcii, typis Widmanſtadii 1619. anonymis ſcriptis Matthiæ NENNICHEN Prutheni Jeſuitæ accenſet *Sotvellus* pag. 601.

(1627. α CCXCVI.) PANEGYRICUM *Carmen Henrico Ottoni* FUGGERO, *Vellere aureo donato*, cecinit, occultato ſuo nomine *Jacobus* BALDE, *Jeſuita Germanus*, docente *Alegambe* p. 193. & *Sotvello* p. 357.a.

(1628) EPITAPHIUM CORDI Regis Galliarum HENRICI IV. ſcriptum -- PASSERATIO auctore exhibetur nobis tale (a) in *Menagianis* p. 377.

(a) Menagiana pag. 377. *L'Epitaphe qui a été faite pour* le cœur d'Henry III. *qui eſt en dépoſt à St. Cloud, eſt tres-belle. elle eſt de* Paſſerat, *la voicy:*

Adſta, viator, & dole Regum vices.
Cor Regis iſto conditur ſub marmore,
Qui, jura Gallis, jura Sarmatis dedit,
Tectus cucullo hunc ſuſtulit Sicarius,
Abi, viator, & dole Regum vices.

(1629) HIEROSOLYMITANORUM LOCORUM *deſcriptio Metrica Græca* qualis ſit, & quomodo primum anonymως, dein reſtituto nomine PERDICÆ Protonotarii Epheſini edita, refert Petrus *Lambecius* de Bibliotheca Cæſarea Comment. lib. 1. pag. 102. & 104. & ſeqq. cujus excerpta (a) exhibemus. Allegat hic etiam *margo Diecmannianus* Steph. *le Moine* Varior. ſacr. p. 440.

(a) *Petri* Lambecii *Commentar. de Biblioth. Cæſar. Libr. 1. pag. 104. Primus eorum codicum, qui inter Hiſtoricos Græcos manuſcriptos trigeſimus tertius eſt, & inter alia multa diverſorum veterum Autorum opuſcula, etiam* Perdicæ, Protonotarii Epheſini, Deſcriptionem metricam ſanctorum locorum Hieroſolymitanorum *continet, Chartaceus eſt in 4to, & nonnullis locis præ vetuſtate vix amplius legibilis. Comparavit eum olim* Augerius Busbeckius *Conſtantinopoli, ut ſuo more tam in principio, quam in fine ejus propria manu annotavit. Deſcriptio Hieroſolymorum, verſibus politicis à* Perdica Protonotario Epheſino *compoſita, quatuor tantum conſtat foliis, nempe 306. 307. 308. & 309. Edidit eam ſine autoris nomine primus omnium* Federicus Morellus, *qui eam ex Bibliotheca Vaticana per R. P.* Jacobum Sirmondum *acceperat, una cum Epiphanio Monacho Hagiopolita, qui Syriam & Urbem Sanctam proſa oratione græce deſcripſit. Secundum vero edidit eandem illam Hieroſolymorum Deſcriptionem V. Cl.* Leo Allatius *in variorum veterum & recentiorum Opuſculorum Græcorum & Latinorum Syntagmate, quod Σύμμικτα ſive Miſcellanea inſcriptum Coloniæ Agrippinæ typis Jodoci Kalkovii Ao. 1653. in 8vo prodiit. Quamvis autem non tantum in Vaticano Codice MSto, verum etiam in altero Codice Allatiano nomen autoris defuerit, recte tamen Allatius in jam memorata ſecunda editione ſua beneficio Codicis Bibliothecæ Cæſareæ carmini antea ἀδεσπότῳ verum Perdiccæ nomen, quod ex* Holſtenio *cognoverat, reſtituit. Meminit ejus rei ipſe Allatius in Præfatione τῶν Συμμίκτων his verbis --*

(1630) HOMERO-CENTO ſive Ὁμηρόκεντρα *de Chriſto*, nullo auctoris nomine edita, *Aldo.* 1504. & Henr. *Stephano* 1578. alii EUDOCIÆ Imperatrici Leontii Sophiſtæ Athenienſis filiæ tribuunt: alii PATRITIO Presbytero, Xenonis Imp. temporum æquali, in quam ſententiam inclinat *Voſſius* Poet. Græc. 28. 80. *Symbola* eſt *Normanniana. Voſſium* in omnium manibus poſitum non excerpimus, ſed eo non minus lectu dignum judicamus. *Deckherrus* p. 72. verbulo etiam Eudokiæ meminit. Ea erat uxor Theodoſii Junioris. Vide Henr. *Stephani* Theſaurum Linguæ Græcæ fol. 1293. & magis etiam *Photii* Bibliothecam ob annotationes *Hoeſchelianæ* editionis pag. 917. quæ Andreæ *Schotti* pag. 414. a. ubi ex *Zonara* Patricii cujusdam opus hoc, at ab Imperatrice perfectum eſſe ſcribit, & hodie pleroſque illos Centones Græce extare, item Latine verſos Tom. VIII. Bibliothecæ Patrum. Exemplum ex iis affert *Poetica Gieſſenſis* lib. 2. cap. 2. §. de centonibus pagina m. 198. aliis 191. Index Photianus male Eudoxiam ſubſtituit, cum in Græco ſit Ευδοκία non Ευδοξία.

(1631) HYMNOS ECCLESIASTICOS novo cultu adornatos Pariſiis typis Sebaſtiani Cramoiſii 1673. in 4. Martinum CLAIRE Ambianenſem Jeſuitam, tacito ſuo nomine, ſed ſubſcriptis literis initialibus Epiſtolæ dedicatoriæ ſcripſiſſe, memorat *Sotvellus* p. 584.

(1633) HYMNI: ALMA REDEMTORIS &c.

(1634) VENI SANCTE SPIRITUS!

(1635) SALVE REGINA! Hymni ſunt in Eccleſia non ubivis ignoti, quorum ποίησιν adſcribunt HERMANNO CONTRACTO, Comiti

miti Veringenſi, qui vitam vixit monaſticam, uti ex Caniſii Tom.I. antiquarum lect. p.429. & Tom.2. Biblioth. magnæ P.P. Colon. fol. 273. narrat *Olearius* in Abaco Patrolog. pag. m.206. & ante illum pridem Geſneriana Bibliotheca editionis Simleri pag.m.285. Speciatim vero etiam Hymnum ſive Antiphonam, *Salve regina*,&c. anno 1100. compoſuiſſe quendam HERMANNUM *Monachum St.Galli*, ſcribit *Trithem.* in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. ex eoque frat. *Antonius Senenſis* Chron. Fratr. Ord. prædic. p.22.

(1636) HYMNUS GRÆCUS IN PANDORAM, nomine diſſimulato ſeorſim ſub Heſiodo editus, à Typographo communicatus cum Scaligero eſſet, HEINSIO eum adſcripſit in cujus Poematis hodie comparet. Symbola iterum eſt doctiſſimi olim Græcæ linguæ, nunc Theologiæ Profeſſoris Regii Upſalienſis Laurentii *Normanni.*

(1637) HYMNUS Eccleſiæ Latinus: PANGE LINGUA GLORIOSI quod ſit CLAUDIANI EIDICII MAMERTI docemur ultimis verbis Caſp. *Barthii*, quibus animadverſiones in ejus librum III. de ſtatu animæ ita (a) concludit, immediate addito ſupra num.1624. a. excerpto (a) de Carmine ejusdem *ad Colleam* adhærentibus.

(a) Caſp Barthii *ad* Claud. Mam. *lib. III. Animadverſiones, pag. 458. Docet aliud etiam, Hymnus nimirum* Pange lingua glorioſi, *in Eccleſia multis ſeculis celeberrimus, quem aſſeruit* Claudiano noſtro, *ratione ipſa duce & auctoritate* Gennadii, *adſtipulante etiam Gloſſatore veteri Sidonii*, Jacobus Sirmondus, *cujus notas ad Sidonium conſules.*

(1638--9.) HYMNUS Latino Germanicus: IN DULCI JUBILO, & alius, qui incipit:

(1640) PUER NATUS IN BETHLEHEM: item alius

(1641) QUEM PASTORES, nec non

(1642) IN NATALI DOMINI GAUDENT OMNES ANGELI. Denique

(1643) NOBIS EST NATUS HODIE.

Qui Hymni plerique extant vel in Germanicis plenioribus voluminibus Cantionum in Eccleſiis noſtris frequentari ſolitarum, & auctorem habent PETRUM DRESDENSEM, de quo peculiari doctiſſima diſſertatione nos informavit Jacobus *Thomaſius* edita Lipſiæ 1678. mihique donata in memoriam amici, magno hujus operis & univerſæ Reip. Literariæ cum detrimento, huic meo labori præmortui, cujus ex §. 104. excerpta damus (a) eo magis, quod haberi amplius, ut aliæ multæ Viri doctiſſimi recudi merentes diſſertationes in Bibliopoliis non poſſunt.

(a) Jacobi Thomaſii Diſſertatio Hiſtorica de Petro Dresdenſi, §. *104. Ad hymnos* Petri Dresdenſis *eum refero, quem peculiari expoſitione illuſtravit* Hieronymus Wellerus (p) *Inter Cantilenas autem, quæ viciſſitudine grata Latini & Germanici ſermonis uſurpantur, maxime notæ ſunt nobis, ipſi etiam B. Luthero, quæ in Eccleſiis noſtris conſervarentur, dignæ habitæ* (q) In dulci jubilo, (r) & Puer natus in Bethlehem (s) *Præter has memorantur & aliæ, nimirum:* Quem Paſtores: (t) *in natali Domini* (u) Nobis eſt natus hodie (x)

Sequuntur Notæ: (p) Analect. Germanice verſ. a *Mich. Hempel. pag. 133. ſeq. ubi teſtatur inter alia, Chriſtum eo in hymno vocari* eine glüende Kugel im brennenden Feuer. (q) *Extant in libro* der geiſtl. Lieder/ *qui ſuperſtite adhuc Luthero plus una vice prodiit. In editione A. 1544. habes eas p. 136. 137. Præfatio p. 131. his verbis eas ac ſimiles ipſarum commendat:* Dieſe alten Lieder haben wir auch mit aufgeraft/ zum Zeugniß etlicher frommer Chriſten / ſo vor uns geweſt ſind in dem groſſen Finſterniß der falſchen Lehre. Auf daß man ja ſehen möge / wie dennoch allezeit Leute geweſen ſind/ die Chriſtum recht erkant haben/ *&c.* (r) *Cantilenæ hujus autorem M.* Petrum de Mladonovvitz *habere fruſtra nobis perſuadere conatur* Zachar. Theobaldus, Hußiten Kr. *II. p 148.* Petro Dresdenſi *eam aſſerunt* Dresderus, Calviſius, Herbergerus, *alii. Quomodo autem eam Pontificii, ut Mariolatriæ ſuæ inſerviret, adulteraverint*, Weberus *annotavit.* (s) *Tribuunt hanc Petro Dresdenſi* Krüger, Calviſius, Söffing. (t) *Ab* Herbergero. *Habes autem eam in* Harmonia ſacra Scholæ Görlic. *p.72. edit.1613.* (u) *Duas hujus initii cantiones reperio, quarum una his verbis continuatur:* Gaudent omnes Angeli (Geſangb. Görlitz *A.1610. Part. I.p. 56.*) *altera his:* caſti gaudent Angeli. (*ibid. p.106.*) *Prioris autorem credi Petrum Dresdenſem ait Scriptor anonymus Fomitis maturioris cura*, (das iſt / Anleitung wie die geiſtlichen Lob-Geſänge mit mehrer Andacht können geſungen werden,) *Rig. 1632. C. 4. D. 1. Forſitan idem & poſterioris auctor.* (x) *Apud eundem anonymum D. 2. Exhibet eam & absq; mentione Autoris* Nürnb. Geſangb. *p.309. ed. 1623.*

(1644) HYMNUS: TE DEUM LAUDAMUS quam tribuatur fabuloſe AMBROSIO & AUGUSTINO, peculiari diſſertatione publice Wittebergæ A. 1688. diſputata jam docuerat Clar. M. Wilhelm. *Tentzelius* §. inprimis XI. & ſeqq. de autore illius agens, & alia etiam omnia circa hunc hymnum notabilia doctiſſime proponens. Eadem numero X. in *Exercitationibus ſelectis* ejusdem Lipſiæ 1692. a pag. 393. usque ad 412. cum legatur, excerpendi labore nunc ſuperſedemus, eo magis quod ipſe in *Dialogis Menſtruis Germanicis* jam ejus anni pag. 299. quod ad nos pertinet (a) exhibuit, addiditque (b) dein etiam pag. 860. quædam, quæ damus. Solam ipſius fabulæ ſummam repræſentare non pigrabimur (c) ex *Dacii* Chronico hauſtam, cum paucis de auctore, ad præſens inſtitutum noſtrum proxime pertingentibus: pleraque ipſi auctori der Monatlichen Unterredungen relinquentes. Unde non modo AMBROSIO cum aut ſine AUGUSTINO; ſed & ABUNDIO nulli alias noto, & SISIBUTO & NICETIO adſcribi Hymnum huncce

huncce æque incerto, aut magis apparet. Ut adeo in falſo detectis hic adhuc maneat collocandus. Interim videri etiam poſſunt *Aubertus Miræus* de ſcriptoribus Eccleſiaſticis pag. 210. *Olearius* Abaci pag. 28. magisque his utrisque inſpici digna præfatio *Monachor. Ord. Benedictini de S. Mauro* ad S. Hilarii opera. Unde *Diarii Erudit. Pariſini* Ao. 1693. num. XXX. diei 13. Auguſti p. 519. excerpta (d) ſubjungenda etiam ſum arbitratus, cum & de alterius hymni: *Gloria in excelſis DEO* augmine, & hujus: *Te DEUM Laudamus*, auctore S. HILARIO notatu digna huc pertinentia nobis ſubminiſtrent. Nec obfuerit etiam locum (e) *Bibliothecæ Univerſalis Gallice* ſcriptæ Tom. XXV. pag. 58. multa compendio ex Tenzelianis breviter exhibentem adjunxiſſe.

(a) Monatliche Unterredungen *Ao. 1692. pag. 299.* Die gemeine *opinion* vom *Ambroſio* und *Auguſtino* verwirfft Tentzelius (*Exercit. ſelect. X.*) weitläufftig / und *allegire*t Mabillonii *Special-Obſervationes* von dem erdichteten Chronico Dacii zu Mäyland / geſtehet aber / daß dieſes *hymni* ſchon *ſeculo ſexto* in denen *Regulis Monachorum*, ſo Benedictus und Tecedius geſchrieben / gedacht werde. *In Codidicibus Mſtis* wird er *attribuire*t bald dem Abundio, (den aber niemand kennet /) bald dem Siſibuto, (der aber weder der König dieſes Nahmens in Spanien/der *A.* 621. geſtorben / noch ein *Benedictiner* Münch ſeyn kan/weil der *hymnus* ſeinem Patriarchen ſelbſt ſchon bekant geweſen) bald dem Nicetio, welcher nicht der Biſchoff zu Trier ſeyn kan / als der nach *Benedicto* gelebet / jedoch vielleicht der zu Lyon / welcher im *6. Seculo* in Gegenwart des Fränckiſchen Königs *Childeberdi* geſtorben.

(b) Monatliche Unterredungen *Novemb. 1692 pag 869.* Im *Ambroſio* kamen mir im andern *Tomo* die *Hymni Ambroſiani* zu Geſichte / und erinnerten mich des Te Deum Laudamus, davon die *Benedictiner* in der *Præfation* über die *Hymnos fol. 1218.* folgendes Urtheil fällen: De Cantico Euchariſtico, Te Deum Laudamus, pigeret hic anxie dicere; Nemo quippe eſt hac noſtra ætate non plane rudis, qui fabulam eſſe inficiatur, quod eundem hymnum poſt baptizatum ab Ambroſio magnum Auguſtinum ab utroque alternis vicibus decantatum olim jactabant. Mir fiel hierbey ein/daß einige zum Behuf der alten *tradition* ſich auff einen *locum* aus des Ambroſii *Oratione ad* Auxentium beziehen/welchen ich Herr *Licent.* Ittigen eröffnete / und alſobald auffſuchte / der denn mit mir einſtimmete / daß daraus nichts zubeweiſen / weil das *Te Deum* nicht ausdrücklich / ſondern nur eines langen *Hymni in honorem Trinitatis*, den das Volck täglich geſungen / Meldung geſchihet: da doch im Gegentheil weder das *Te Deum* täglich geſungen worden / noch die *ſpeciem Hymnorum Ambroſianorum* hat / welche alle *jambici* ſind. Derowegen lobten wir die Pariſiſchen Benedictiner / daß ſie die alte Fabel verworffen und geſtanden hätten Ambroſius könne nicht *Autor* davon ſeyn.

(c) *Wilhelmi Erneſti* Tentzelii *Exercitationes ſelectæ, Exercit. X. pag. 405. §. XI. Quo certius hymni noſtri originem tenemus, eo incertior eſt auctor, qui in hanc formam eundem redegit. Communis opinio* Ambroſium & Auguſtinum *nominat, quam Guilielmus* Durantus *Lib. III. Rationalis divinorum officiorum cap. 15. ex* Dacii *Chronico hunc in modum deſcribit*: Ab Ambroſio cunctis fidelibus urbis ejus adſtantibus & videntibus, in nomine ſacræ & individuæ Trinitatis *Auguſtinus* baptizatus & confirmatus eſt, in quibus fontibus prout Spiritus St. dabat eloqui, *Te Deum Laudamus* cantantes, cunctis qui aderant audientibus & videntibus ediderunt, quod ab univerſa Eccleſia Catholica usque hodie tenentur & religioſe dicantur. *Ita quoque Rob.* Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in* Ambroſio.

(d) Journal des Scavans 1693. XXX. pag. 519.

Dans la preface generale, que les Peres Benedictins *ont miſe à la teſte de cette edition, ils nous font obſerver au ſujet des hymnes de ſaint* Hilaire, *qu'* Alcuin *& quelques autres ont aſſuré qu'il avoit augmenté le* Gloria in Excelſis; *& qu'* Abbon *Abbé de Fleuri avoit dit dans une de ſes lettres encore manuſcrite, que le* Te Deum *eſt de lui; ce qui eſt contraire à l'opinion commune fondée ſur une cronique fort ſuſpecte qui l'attribuë à ſaint* Ambroiſe *& à ſaint* Auguſtin.

(e) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de *l'Année 1683. pag. 57. La derniere Diſſertation a pour ſujet, l'Hymne qui commence,* Te Deum Laudamus. *L'Auteur, pour en trouver l'origine remarque que les Chrétiens avoient accoûtumé de s'aſſembler le matin & le ſoir, & chantoient dans ces Aſſemblées diverſes Hymnes dont la plûpart etoient tirées de l'Ecriture; mais dont quelques unes auſſi avoient été compoſées par des perſonnes de pieté. On apelloit celles du matin ὕμνοι ἑωθινοὶ, & celles du ſoir ὕμνοι ἑσπερινοὶ ou λυχνικοὶ. Celle qui commence par* Te Deum *a été tirée de deux Hymnes Greques, que l'Auteur cite apres* Uſſerius, *& dont l'une ſe chantoit le matin, & l'autre le ſoir. Elle comprend auſſi l'Hymne Triomphale dont a parlé M.* Allix *dans ſa Diſſertation du* Triſagion. *On veut communément que S.* Ambroiſe *& S.* Auguſtin *n'en eût rien dit dans ſes Confeſſions, où il parle des Hymnes de S. Ambroiſe. Ceux qui ſont dans cette opinion n'en peuvent alleguer d'autorité plus ancienne, que de cent ans apres S. Auguſtin. Ceux qui l'atribuent à* S. Ambroiſe ſeul, *ne prennent pas garde, que ce Saint a compoſé toutes ſes Hymnes en vers, au lieu que celle-ci eſt en proſe. Ce qui a fait qu'on la lui a attribuée, c'eſt qu'on ſavoit qu'il imitoit les Grecs dans ſes Hymnes, en les faiſant chanter par deux Choeurs qui ſe répondoient, ce qu'on a appellé* Antiphone, *& que l'on a vû que le* Te Deum *étoit compoſé de cette maniere. Quoi qu'il en ſoit, il eſt du moins certain, que cette Hymne étoit deja compoſée dans le VI. Siecle, puis que S.* Benoit *en fait mention.*

(1645) JESUITARUM CARMINA in nupera FRANCOFURTANA DIÆTA, ubi maxime Reip. vulnera ſanare opus erat a viperina claudi illius & mente & corpore militis Ignatii Lojolæ progenie, ad magis inflammanda, & exulceranda hæc eadem vulnera, paſſim diſſeminata. CUM CARMINIBUS JESUITICIS hiſce libellis famoſis, OPPOSITIS. Excuſa A. Dni

Dni 1619. Der Autor iſt M. DRESEMIUS, Rector Gymnaſii Joachimici in Marchia. *Symbola* eſt *Wagneriana.*

(1645. α) ILIADOS PARVÆ auctorem LESCHEN quidam eſſe credunt. Sed ,,verius illius auctor STASINUS ab aliis ſtatuitur. Verba ſunt Joannis *Jonſii* de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. I. cap. 19. p. 104.

(1645. β) JOBI LIBER HEROICO GRÆCO CARMINE. PROVERBIA & ECCLESIASTES & CANTICUM CANTICORUM GRÆCO & LATINO reddita per *Johannem* DUPORTIUM, Anonymis libris a *Symbola Normanniana* accenſetur, allegato *Hottingero* Bibliothecarii Quadripartiti pag. 41. Ubi alphabetico Anglorum ſcriptorum indici reperitur inſertus. Unde anonymum non intellexiſſem, niſi gnariſſimus id genus librorum *Normannus* id indicaſſet.

(1646) EPINICION *dum ſacrum corpus* B. JOSAPHAT *Archiepiſcopi & Martyris Vilnam ab exilio inveheretur*, Vilnæ typis Academicis 1667. *Valentini* BIATOWICZ, Lithuani Jeſuitæ anonymis carminibus primum adſcribit *Sotvellus* pag. 773. a. ut &

(1647) ODAM *longiuſculam de B. Stanislao* KOSTKA, Vilnæ 1667.

(1648) DE LAPIDIBUS ET GEMMIS *Carmen Heroicum.* Ita memoratur a *Geſnero* Bibliothecæ, folio 510. col. 2. MERBOLDUS ſive MERBODÆUS, vel MARBODÆUS, dicitur eſſe autor libelli cujuſdam *de Lapidibus ac gemmis, hexametris verſibus* conſcripti, impreſſi nuper Francfordiæ apud Egenolphum cum *Marco de herbis*, cum annotationibus Lani Cornarii &c. & prius alicubi cum ſcholiis cujuſdam alterius. Citatur aliquando a Vincentio & Alberto aliisque hujuſcemodi autoribus *Liliarii* vel *Lapidarii*, interdum etiam *Evacis* nomine. Præter facilitatem nihil ſatis caſtum habet: nam elocutionem nec puram, nec ſyllabas præcipue Græcas probe ſatis enunciat. Incertum eſt mihi, an hic idem ſit *Marbodæus Gallus* ille, qui præſul fuit Rhedenenſis, quique Thebæorum vitam uno libro carmine complexus eſt, aliaque in canticis Salomonis. Vixit autem anno 1050. Hæc *Lilius Gyraldus.*

(1648. α CCXCIII.) THEOCLIA LOJOLÆA h.e. S. IGNATII, *Societatis Jeſu fundatoris Epiſtola* VIII. *Elegiis abſoluta*, qua mortales ad majorem Dei gloriam in omnibus procurandam adhortatur. Monachii formis Leyſerianis 1634. in 12. publicavit, addiditque Præfationi initiales ſui nominis Characteres J. B. *Joannes* BISSELIUS *Germanus Jeſuita*, memorante *Alegambe* p. 228. & *Sotvello* pag. 422. a.

(1648. β) LIS ſive DE LITE EPISTOLA, ſive SATYRA *antiqua*, ut Caſpari *Barthio* poſt Henr. *Stephanum* credita; cum eſſet *Michaëlis* HOSPITALII Cancellarii Regii Gallici, nomine illius etiam aliquoties excuſa memorat erudite Joh. Alb. *Fabricius* Bibliothecæ Latinæ append. pag. 10.

(1649) LUDOVICO MAGNO CARMEN PANEGYRICUM in 4. à Paris, chez Jean Baptiſte Coignard 1689. Titulus eſt ſine nomine auctoris exhibitus in *Diario eruditorum Gallico Pariſino* V. A. 1689. pag. 88. 14. Februarii, nec nomen in alphabetico indice comparet. Unde anonymum præſumentes ipſum textum detegentem Abbatem REGNERIUM (a) exhibemus.

(a) Journal des Sçavans *Tom. 17. p. 8. C'eſt pour cela que* Mr. l'Abbé Regnier, *qui ecrit avec toute la politeſſe en François & en Latin en vers & en proſe a choiſi la poëſie latine, pour s'etendre avec une noble Hardieſſe ſur un ſujet qui n'a point de bornes.*

(1650) *De B. Virginis* MARIÆ CONCEPTIONE IMMACULATA *parodiam generalem*, Vilnæ typis Academicis 1606. *Valentini* BIATOWICZ Lithuani Jeſuitæ carminibus anonymis annumerat Sotvellus pag. 733. a.

(1650. α CCXCIV.) MARIANUM CLIENTEM *elegiis deſcriptum*, quem cum quarta editione recuderet, modo memorata acceſſione, BISSELIUS auxiſſe ibidem memoratur: uti num. CCXCIII. dedimus, indicatum apud *Sotvellum* p. 422. a.

(1650. β CCXCV.) MARTIALEM Romæ 1608. in 8. & Lugduni 1618. in 16. excuſum, aliosque *Poetas laſcivos* expurgatos, ut legi ab adoleſcentibus citra noxam poſſint, nomine ſuo non expreſſo *Jeſuitam Gallum Andream* FRUSIUM edidiſſe memorat *Alegambe* pag. 27. Cujus intentionem ſane non poſſum non etiam hoc loco ſerio laudare. Nec enim impetrare poſſum à me, ut cum patronis illis Petronianis, quorum adeo teſtimonia plus quam vellem numeroſa variis ejusdem editionibus præfiguntur, una faciam; & libidinoſa ejusmodi ſcripta ſine noxa legi poſſe credam.

Nam quod non ſuſcitet inguen,
Vox blanda & nequam?

ut ſatyræ Latinæ princeps recte cecinit; cui ingenue ſubſcribit *Naſo*; dum inter amoris remedia ſimul etiam hoc recenſet:

Teneros ne tange Poetas,
ſubmoveo dotes impius ipſe meas.

Sane ſi, quemadmodum rectiſſime monent morum boni Magiſtri, libidinoſæ cogitationes, imprimis juvenibus caſtam vitam & virginalem colentibus, ex animo, non ſecus ac carbones igniti ex veſte, confeſtim absque mora ſunt excutiendi: quis ferat ejusmodi lectionibus easdem excitari, foveri, nutriri? Et quid opus eſt verbis cum ipſe Spiritus Sanctus per os *Pauli* Apoſto-

 li

li litem hanc optime definiat, ubi inquit. 1.Cor. 15.v.33. Μὴ πλανᾶσθε, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Nolite ſeduci, corrumpunt mores bonos colloquia prava*, adhibito ad hoc ipſum Ethnici *Menandri* trimetro, teſte *Hieronymo* ad cap. 4. Epiſtolæ ad Galatas, εἰς τὸ παραζηλῶσαι, imo ad pudore afficiendum nos Chriſtianos, qui ſane Spiritus ſancti gratia peculiari inſtructi, quantum non debebamus ethnicis eſſe hac etiam in parte ſanctiores: Idem Apoſtolus vero etiam iterato, (ne parvi momenti rem hancce viſam illi credas, monet emphatice ſuis ipſius verbis. Epheſ.5. v. 3. πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. *Scortatio vero & omnis impuritas ne quidem inter vos nominetur.* Cui dicto quomodo quæſo probabunt ſe obedientes, qui peculiari ſtudio phraſes & voces obſcœnas omnes conquiſitas Juvenibus proponunt, in hoc genere ſermonis eos eloquentes reddere ſtudentes, in quo multis illis eſſe, longe foret præſtabilius. Sed hæc uti non hujuſce ſunt loci, ſic omnibus credo piis & bene moratis etiam hic legiſſe non diſplicebit.

Vocat hæc *mella venenum tegentia Lactantius* libro divinarum Inſtitutionum, & obſcœna belle dicta propinare. Nec poſſum non hic commendare rariſſimum & lectu digniſſimum Franciſci Baptiſtæ *Mantuani* Carmelitæ Theologi Elegiacum, contra impudice ſcribentes Poetas, opuſculum a Jodoco *Badio Aſcenſio* familiariter expoſitum 1502. in 4. Pariſiis. Interim cum hanc Martialis editionem nunquam oculis uſurpaverim meis, hæc illi nolo applicari: juſto timore id vetante; ne quemadmodum editionibus in gratiam Delphini proditis factum, ea quæ caſtrata ſunt in textu, conjunctim dein pone repræſententur. Ut, *quæ non proſint ſingula multa juvent*, ſcilicet! ac quæ aliis conquirenda fuiſſent, & bonis intermixtis mollienda etiam hiſce ſpurcis nunc ſolis cumulatis ſeorſim tanto nocentiora redderentur. Talia ſi Germanus aliquis faceret næ! ille maxime Germanus eſſet, ac nullis vindiciis contra obtrectatores Gallos vindicandus. Vide fruſtra jam tam laſcivos auctores etiam illuſtrantibus patrocinantem *Scioppium* in præfixis Priapejorum ſuorum editioni ficulneis & plus quam ficulneis palliaſtris, ut cum *Apulejo* loquar: & e contrario ſummo jure illas pro Delphino editiones carpentem M. Joh. Alb. *Fabricium*, Bibliothecæ Latinæ pag. 6. & 7.

(1650. γ) MAXIMILIANUM I. *Auſtriacum*, Proſometricum dedimus anonymum Jacobo BALDE Jeſuitæ, cap. V. num. 1155. a. olim. CLXX.

(1651) *In* MICHAELIS *Regis* (Poloniæ) *Coronatione Odas varias*, adjunctas ad Problemata *Caſimiri Koialowicz*, anonymis poematis *Valentini* BIATOWICZ Lithuani *Jeſuitæ* accenſet *Sotvellus* p. 773. a.

(1651. α) MONOSTICHA quædam a *Daumio* cum *Columbano* vulgata cujus ſint, vide in *Symbola Maſtrichtiana* hac:

Columbanus.

Poeta. Cum eo vulgavit MONOSTICHA Daumius. Delrius ALDELMO, Caniſius & Goldaſtus Columbano *attribuunt. Rogat Daumium* Reineſ. *Epiſt. 83. pag. 212. med. cujus ſint.*

COLUMBANO *adſcribit* Reineſius *Epiſt. 88. p. 229. poſt pr.*

Verba Reineſii ſunt hæc. Circa Monoſticha cum *Columbano* ab Te (*Daumio*) vulgata monere quid potero? prius autem mihi ſignifices rogo, quibus Codd. præeuntibus Delrius ALDHELMO, Caniſius & Gold. COLUMBANO adſcribant, vel quibus conjecturis.

(1651. αα) *Moretum* Carmen incerti auctoris antiquum & anonymum ſæpius editum, quia Virgilio etiam communiter tribuitur, ad illius *Pſeudonyma* differendum putavi.

(1651. β CCXCVII.) NABUCHODONOSOR *in theatrum productus, in nuptiis Electoris Bavari cum Ferdinandi II. Imp. filia*, anno 1635. celebratis, ab *Andrea* BRUNNER *Jeſuita*, nomine ſuo non expreſſo, publicatus eſt, teſtante *Alegambe* p. 26. & *Sotvello* pag. 49. quod cum Jeſuitici Monachienſis Collegii nomine ſit factum, etiam in *Pſeudonymis* poterit locari.

(1652) Auctorem Diſtichi:

NOSTRA DAMUS, *cum verba damus: nam, fallere noſtrum eſt*
Et quum verba damus nil niſi noſtra damus.

indicat Guido *Patinus*, Lettres (editionis 1691. in 12.) Part. I. Lettre XCVIII pag. 388. idemque Lettre CLIV. pag. 604. alium auctorem, Traité Politique, quem ibi affirmat eſſe de *Marigni. Symbola* eſt *Junckeriana.* Cui quando illa, editio Epiſtolarum Patini nunc non eſt ad manum, jungimus ex *Bibliothecæ univerſalis Gallicæ* (a) Tom. XX. p. 233. excerpta ſequentia.

(a) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l' Année 1691. Tom. XX. p. 233. Noſtra damus. *Tout ce qu' il a fait ne ſont que des réveries*, & *des* rebus de Provence; *je trouve fort bon le diſtique qu' on a fait contre lui. Ce n' eſt pas* Beze *qui en eſt l' Auteur, comme l' a dit M.* Spanheim *in* Dubiis Evangelicis, *mais* Carolus Utenhovius, *des Poëmes duquel on a un petit recuevil. C' eſt le même, a qui* Buchanan *a dédié ſon* Franciſcanus.

(1653) NUPTIALIA ACROAMATA Balthaſari Moreto, Antvverpiæ 1645. in 4to tacito ſuo nomine *Jacobum* CATERUM Jeſuitam Antvverpienſem ſcripſiſſe, memorat *Sotvellus*, pag. 361. & ex eo *Wittenius* Diarii Biograph. 1657. d. 6. Aprilis.

(1653. α) OVIDII CATALECTA, & *alia quædam*, à *Melchiore* GOLDASTO ſed nomine

mine ſuo non addito edita v. apud Joh. Alb. *Fabricium* Bibliothecæ Latinæ append. p. 21.

(1654) PARÆNETICA MUSA. Roterodami, Typis Thomæ Theodori Gelberti 1648. in 4to anonyma *Iſaaco* VAN DER MYE, Belgæ Jeſuitæ adſcribitur à *Sotvello* pag. 528. a.

(1654. *a*) PASIPHAËS FABULA *metris omnis generis Horatianis elaborata*, & a *Crucquio* primum edita RUFFINI conjectatur, abs Joh. Alb. *Fabricio* Bibliothecæ Latinæ append. pagina 99.

(1655) *Carmen* APOLOGETICUM *interlocutoribus Gaufride & Aprile*, quod ſic incipit: *Paſtor apoſtolicus de cardine ſolis &c.* exhibet *Mabillonius* Analect. Tom. IV. p. 535. (a) & ſeqq. usque ad pag. 564. verſibus mille viginti ſex. De quo an ſit GAUFRIDUS vel *Alexander* de VILLA DEI vel *Conradus* DE MURE, ſequentibus verbis lectori judicandum relinquit.

(a) Mabillon. Analect. Tom. IV. *Annot.* pag. 564. *Carmen mox editum nobis ſuppeditavit codex Einſidlenſ. in quo nullum extat auctoris nomen. An fuerit* Gaufridus *ille, interlocutorum princeps, incertum. Quanquam ex narrationis ſerie id parum veriſimile videtur. Quisquis fuerit Poeta noſter, medio ſeculo XIII. vixit, ut colligitur ex illis, quæ dicit de Cardinale Gajetano. Certe vixit poſt Concil Lugdun. Ao. M. CC. XLV. Præter hoc carmen etiam aliud de Eccleſiæ calamitatibus ſcripſit. Memorantur inter illius temporis Poëtas* Alexander *de* Villa DEI *Minorita Dolenſis Aremoricus, doctrinalis metrici auctor: Itemque* Conradus de Mure, *condito Fabularii carmine haud ignotus idemque Monaſterium Einſidl. ubi hoc carmen invenimus. An* Conradus *Poëtæ noſtri venam aſſequatur viderint, qui ejus Fabularium legerunt. Hac facit, quod ad oram codicis mſ litera* C. *ſemel ad v. 7. ſola, dein ſemper cum G. & A. interlocutoribus apponitur, quæ litera* Conradum, *an* Carmen, *aut quidvis aliud ſignificet, penes Lectorem eſto judicium.*

(1656) PERVIGILIUM VENERIS *Jambicum Carmen Poetæ veteris, non antea viſum*, Anno 1650. exhibetur in Amoribus Dominici *Baudii* a Petro *Scrivero* 1638. editis in 12. pag. m. 179. & ſeqq. ex vetuſto exemplari Petri *Pythoei*, ut habet inſcriptio, & recenſione Juſti *Lipſii.* Cujus initio hæc legas quæ (a) infra exhibentur, una cum aliis huc pertinentibus (b) Sequuntur pag. 191. P. P. *Notæ* in Pervigilium Veneris, quæ Petri Pythoei ſunt, cujus præfatiuncula repræſentatur. pag. ſeq. (c) p. 199. legas (d) ex Jano *Douſa f.* excerpta. Porro pagina 201. excerpta (e) Johanins *Weitzii* ad pervigilium Veneris. Unde committi patet ſuper hujus carminis dominio CATULLUM, VIRGILIUM, SENECAM, & URBICARIUM. Sequitur pag. 421. Pervigilii Veneris editio auctior & emendatior Claudii *Salmaſii* ad Solinum pag. 272. auctoritate abnegantis Catullo id Poëma Trochaico metro verſibus XXII. ſolis inſcriptum, pag. 423. Sequuntur Salmaſii Animadverſiones à pag. 427. usque ad 436. Inde pag. 437. Petri *Scriveri* in idem animadverſiones usque ad 468. Ubi ſtatim initio (f) LUXURIUS etiam & FLORUS, neſcio quis, in ſuſpicionem Poeſeos hujus adducitur. Quod verò

(1657) PERVIGILII VENERIS FRAGMENTUM à ſuperiore *diverſum* etiam, *ut Vetus* producitur, jam excerpto paulo ante memoratum, ipſique *Jano Douſæ* ſuppoſitum; merito repudiatur pag. 463. Imo pag. 464. auctor ipſe *Hieronymus* GROSSOTIUS LISSÆUS, qui Baudio talium amatori hoc communicaverit, pronunciatur etiam jurato pag. 471. Quæ ſubjiciuntur ad Florida animadverſiones P. P. ſeu Petri *Scriverii de Floro Luxurio* &c. dicta cum illuſtrent, exſcribendæ etiam omnino (g) ſunt viſæ. v. & Joh. Alb. *Fabricii* Bibliotheca Latina pag. 24. appendicis.

(a) *Petrus* Scriverius *in* Amoribus *Dominici* Baudii *1638. editis in 12. pag. m. 179. Carmen vulgabo, quod clariſſimus I. C.* Petrus Pythoeus, *munus mihi miſit; ſed carmen non viſum antea, non lectum; & cui merito præfabor, Favete Linguis. Reperit vir doctiſſimus & diligentiſſimus harum rerum, in vetuſto eoque unico exemplari; & inde qua fide ille tranſcripſit, eadem inſeram his libris; ſine fraude quidem; quia iſta quaſi adoptio, volente amico noſtro eſt, imo jubente.*

(b) Ibid. *pag 183. Elegans me hercle & quantivis pretii carmen; molle, tenerum, ſed Romanis, ut ſic dicam, non Alexandrinis deliciis.*

(c) Ibid. *pag. 192. Excuſus eſt Lutetiæ Ao.* cIↃ IↃ LXXXVII. Petronius *elegantiarum Arbiter elegantiſſimis* Mamerti Patiſſonii *typographi Regii typis; cui Editioni adjecta ſunt veterum quorundam poëtarum carmina non diſſimilis argumenti: ſive* Erones venerei; *quorum principem locum obtinet* Pervigilium Veneris, *cum hac Præfatiuncula P. P. Lectori. Qui mos veteribus cum deſperatos ante januas collocarent, ut vel extremum ſpiritum redderent terræ, vel poſſent à tranſeuntibus forte curari; idem mihi conſilium fuit in deponendis hujus Poëmatis, ſane antiqui, ſive* Catulli, *ſive alterius ſit, reliquiis; quarum ego ſalutem commendatam cupio vel Medicorum pueris, dum qua fide a nobis exhibentur de vetuſtiſſimo, ſed unico exemplari, eadem, ut par eſt, ab omnibus tractantur.*

(d) Ibid. p. 199. Janus Douſa F. ipſo fine Notarum in Triumviros Catullum, Tibull. Propert. *Colophonem & faſtigium imponet his Notis* Pervigilium Veneris, *in quo tantum pauca & levia monebo poſt accuratiſſimam Caſtigationem clariſſimi* Lipſii. *Quod antequam faciam, non abs re videor facturus, ſi* Fragmentum *nondum editum, ex altero quodam pervigilio Veneris elegantiſſimo, ſed nimis Latino, hic apponam: quod a nobili & docto adoleſcente* Hieronymo Groſſotio Liſſæo *integrum alicubi in Gallia extare comperi.*

Cæterum hos quatuor tantum verſus in memoria habebat, quos nobis recitavit.

(e)

(e) *Ibid. p. 201.* Excerpta ex Notis Johannis Weitzii Tyrigitæ ad Pervigilium Veneris. *De Auctore hujus elegantiſſimi Carminis ambigunt, litemq; dubiam faciunt viri ſummi & in re litteraria facile principes.* Scaliger *ille Phœbi ocellus ad Catullum, pag. 4. & litterati gloria ſæculi* Lipſius *Lib. 1. Electorum cap. V. Quorum exemplum & quidam minorum Dii gentium æmulantur. Stilum igitur hic interponere decretorium, periculoſæ plenum opus aleæ eſt: Nec noſtrum, inter eos tantas componere lites. Saltem adſcribam, quæ* Caſpar Barthius *Lib. XVI. Adverſariorum cap VI. annotat:* Hoc monere, *inquit*, de univerſo hoc carmine volumus, ſcriptum nos exemplar habere, ubi Senecæ adſcribitur eſſe expreſſe. *Et Lib. XLIV. cap. VII.* Auctor Pervigilii Veneris nec *Catullus*, nec *Urbicarius*: forte *Seneca.* Carmen ipſum floridum eſt, & haut invita natum Venere; nec illa Dea indignum.

(f) Ibid. p. 437. Petri Scriverii Animadverſiones in Pervigilium Veneris. *Non mecum, non cum eruditiſſimo & emunctiſſimæ naris homine* Claudio Salmaſio *noſtro ſentit, qui hoc Poëmatium* Catullo Veronenſi, *vel etiam* Urbicario *tribuit; aut alio ſcriptum putat, quam ab eo, qui ævo Solini, aut poſteriore tempore vixit: aſtipulantibus ipſis membranis, ex quibus editum; & ratione ſtili, qui optimus & certiſſimus index, ſuffragante. Poëta quisquis eſt, ſeu* Luxurius *ſeu* Florus, *neſcio quis, inæqualis & quibusdam locis pœne talis, quales eſſe Cicero Cordubenſes poëtas ait, pingue quiddam ſonantes ac peregrinum. Equidem non ſatis poſſum mirari ſummum virum* Juſtum Lipſium, *alias prudentiſſimum & ſagaciſſimum, Carmen hoc non ſolum* elegans *vocare, ſed* quantivis pretii, molle, tenerum. *V. C. P.* Pythœo *potius accedam, qui fragmenta hæc ſane antiqua, ſive Catulli, ſive alterius ſit, medicorum pueris commendat, deſumpta ex vetuſtiſſimo & fidei multæ exemplari, in quo non longo intervallo præcedat* Epithalamium Q. Val. Catulli: *cujus eſſe, vel Senecæ deniq; (quod* Caſpari Barthio, *aut neſcio cui librario in mentem venit) ſi exiſtimem,*

πτωχὸς μὲν φρένας εἴμοι, νόος δέ μοι οὐκ ἐνὶ κόκκῳ.

Cæterum viderint docti, quomodo explicaturi ſint quod librarius codicis Salmaſiani viginti tantum duo verſus adnumeret huic Poëmati. Si verſum intercalarem hunc, Cras amet, qui nunquam amavit; quique amavit, cras amet, *vicies & bis iteratum intelligit, potior pars hujus Carminis periit. Aut dicendum eſt, aliquoties omiſſum iſtum intercalarem, cum tantum hic undecies repetatur. Quid ſi pro XXII. ſcribendum ſit XCII. & auctor ſive Librarius potius, voluerit indicare toto hoc carmine tot verſus contineri. Hoc verum eſt, ſi unum ſupernumerarium excipias, in capite extra ordinem reliquorum poſitum:* Cras amet *&c. Sicut initium Poëmatis fuerit,* Ver novum, ver jam canorum *&c. Unde magno* Eraſmo, Aldo Manutio, Lilio Giraldo *perſuaſum, inſcriptum fuiſſe Carmen de* Vere, *quem errorem etiam alii poſt errarunt.* Lipſio *nullum dubium eſt, quin principio Carminis multa deſint.*

(g) Ibid. p. 471. *Quis hic ſit* Florus *vetuſtiſſimi codicis Salmaſiani, neſcitur. Dubitari autem non poteſt, quin idem ſit Florus poëta, cujus Epigramma ἀνέκδοτον* de Roſis, *una cum aliis legi non indignis ad Pervigilium edidimus, fide earundem membranarum. De alio poëta cognomine, qui ſub imperio Hadriani vixit, cujusq; meminit Spartianus, diſſerit præſtantiſſimus* Salmaſius: *putatq; eundem illum Florum eſſe, cujus elegantiſſimum Hiſtoriæ Romanæ breviarium habemus. Hic noſter Florus fortaſſe an Pervigilii auctor, & poſthac illud ejus nomine indigitandum. Aut* Luxurius, *cujus multa Epigrammata poëmatiaq; in eodem codice MSC. qui, ut inde conſtat, Carthagine ſcripſit, floruitq; ſub Traſimundo Vandalorum Rege.* Caſpar Barthius *eundem auctorem facit horum verſuum & Pervigilii, Adverſ. Lib. LVI. cap. V. Sed quod lib. XVI. cap. VI. & lib. XLIV. cap. VI. Pervigilium* Senecæ *tribuat, mihi prorſus ridiculum videtur. Fides ſit penes auctorem. Exemplar vetus, ſiquidem extet, videre equidem velim, & omnes ſinus excutere. Teſtatur de univerſo hoc Carmine, ſe ſcriptum exemplar habere, ubi Senecæ adſcribitur expreſſe.*

Hæc ille uno loco: altero, hæſitantior de eodem Poëmatio loquitur. Auctor Pervigilii Veneris, *inquit*, nec Catullus, nec Urbicarius: forte Seneca.

(1657. α) De *Phoenice carmen* cum *Lactantio* plerisque tribuatur & ſæpius illius, quam nullo nomine ſit publicatum, in *Lactantio Pſeudonymo*, cujus ſit, examinandum reſervamus.

(1658) PIETATEM VICTRICEM, *ſive Flavium* CONSTANTINUM MAGNUM. *Tragœdiam* tacito nomine Viennæ, typis Coſmerovii 1659. in folio *Nicolaus* AVANCINUS, Tirolenſis Jeſuita quod ediderit, memorat *Sotvellus* p. 623. b.

(1659) PICTA POËSIS, *ab Auctore denuo recognita:* Lugduni apud Ludovicum & Carolum Peſnot 1564. in 12. paginis 126. anonyma extat in Bibliotheca noſtra publica Johannea: cui legato cum reliqua ſua Bibliotheca Exemplari, Auctorem eſſe ANULUM Fridericus *Lindenbrogius* manu ſua in titulo libri prænotaverat. Præfixam habet Ætiologicam prophaſin, unius folii: continetque Emblemata Elegiis exornata. *Königius* Biblioth. Vet. & N. pag. 46. a. memorat hoc ſcriptum & prænomen auctori dat *Bartholomæi*, patria Biturici, citaturque ibidem *Minos* in Alciati Emblemata p. 13.

(1660)

Epigramma tumuli Helenæ Lucretiæ Corneliæ PISCOPIÆ ſequens.

D. O. M.

Helenæ Lucretiæ Corneliæ
Piſcopiæ
Jo. Baptiſtæ D. M. Procuratoris
Filiæ,
Quæ moribus & doctrina
Supra ſexum, & Laurea
Ad memoriam Poſteritatis inſignis
privatis votis, coram Cornelio
Codaniano
Abbate S. Georgii Majoris emiſſis,

S.

S. Benedicti inſtitutum
ab eunte ætate complexa,
& Religione proſecuta
in Monachorum Conditorium,
ut vivens optaverat, poſt
acerba fata
Admiſſa eſt. Monachi H. M. P. P.
Anno D. 1684.

in ACTIS ERUD. Lipſ. A. 1689. p. 4. tale inſcriptum refertur, cujus autor D. *Job. Hieronymus* TEXTORIS, Monachus & Theologus Patavinus eſſe creditur.

(1660. α CCXCVIII.) POEMATA plurima ſine auctoris *Georgii* STENGELII, *Jeſuitæ Germani* nomine publicata recenſentur apud *Alegamben* p. 159. hoc ordine

Carmen Epicum pro Roberto Card. BELLARMINO, *contra ejus impugnatores*. Ingolſtadii 1605.

(1660. β CCXCIX.) *Epicum de* S. CRUCE, ibidem 1606. in 4.

(1660. γ CCC.) *Satyra in ſcientiarum contemptorem* LUTHERUM, ibidem eodem anno.

(1660. δ CCCI.) *Carmen Euchariſticum, de familia* AUSTRIACA, Oeniponti 1606. in 4.

(1660. ε CCCII.) *Donarium Scipioni Marchioni* GONZAGÆ, Ingolſtadii 1606. in 4.

(1660. ζ CCCIII.) *Epitaphia & Leſſus Jacobo Chriſtophoro* BLARERO *Epiſcopo Baſileenſi fundatori Collegii Bruntrutani*. Friburgi Helvetiorum 1608. in 4.

(1660. η CCCIV.) TRIUMPHUS VERITATIS, ibidem 1609. in 4.

(1660. ϑ CCCV.) OCELLI JUSTITIÆ *poetice deſcripti*, ibidem 1612. in 16.

(1660. ι CCCVI.) GALLIAMBUS *de Peregrinatione* JEROSOLYMITANA, ibidem 1613. in 4.

(1660. κ CCCVII.) HELICON CHRISTIANUS, *Illuſtriſſimo Joanni Chriſtophoro Epiſcopo Eyſtadienſi*.

(1660. λ CCCVIII.) *Elegidion Epiſcopo & Capitulo* AUGUSTANO 1616.

(1660. μ CCCIX.) FLORES SPARSI *per tumulum D. Staniſlai* ZBOROUSKI Ingolſtadii 1619. in 16. &c.

Quæ ſingula & univerſa totidem verbis eadem ſerie legas apud *Sotvellum* pag. 295. b. 296. a. cui quæ junguntur utrique bina, num ad Poetica ignoro, ſicut & hæc an anonyma ſint utraque non dixerim, quia utrique & Sotvel. & Alegambe *ut plurimum tacito ſuo nomine* hæc edita ſcribunt. Sotvel etiam pluſcula dein Alegambe non memorata ſubdit, ſed nulla mentione quod anonyma prodierint. Unde nec in Theologicis num. 76. 291. &c. 198. usque ad 309. enumerata cuncta num hic pertineant aſſeveraverim.

(1660. ββ CCCX.) *Corpus* POETARUM emaculavit, & ex eo chorum duplicem fecit cum ſacrorum tum profanorum, auxitque *Muſeo Poetico & Rhetorico*, tacito ſuo nomine, Lugduni apud Ludovicum Muguet. 1616. in 4. *Alexander* FICHETUS *Jeſuita Sabaudus*, teſtante eodem *Alegambe* p. 12.

Vide *ſupra* etiam *num.* 732. 813. β &c. &c Et Jo. Alb. *Fabricium* Biblioth. Latinæ append. p. 32 citantem *Ficheti* arcanam ſtudiorum methodum p. 223. fœtum ſuum agnoſcentem.

(1660. γγ CCCXI.) PROVERBIALIA *Carmina* ſeu *Loci communes ſententiarum*, nominis ſui litteris initialibus ſolis præfixis dedicationi, quomodo ediderit, & ab *Hermanni Germbergii*, neſcio cujus, invaſione defenderit, *Bruno*, SEIDELIUS, refertur a V. Cl. *Jacobo Thomaſio*, in doctiſſimo ſuo edito de Plagio litterario ſcripto §. 238. & 442. quod quia recuſum jam & in omnium manu eſt, non excerpimus.

(1660. δδ) PRIAPEJA, ſive *luſus diverſorum Poetarum* Venet. 1530. Item Priapeja ſive luſus diverſorum Poetarum in Priapum, cum Comment. Gaſpar. *Scioppii* &c. Francof. in 12. 1606. Patavii in 8. 1664. Amſtelod. in 8. 1664. Remundi *Zollerii* Priapiſmus Scioppianus, ſive de Gaſparis Scioppii Commentariis Priapeja Evictio Francof. 1613. in 4. leguntur pag. 1244. b. *Lipenii* Biblioth. Philoſ. Medius horum trium librorum paginis 175. quaſi Patavii apud Gerhardum Nicolaum V. ſub ſigillo Angli auctoris 1664. at revera Amſtelodami recuſus, de auctoribus ad nos pertinentia hæc habet (a) Unde videns VIRGILIUM, PETRONIUM, MARTIALEM, & alios in collegium cogi, pag. ult. collectaneorum præmiſſorum, quibus CATULLUS, TERTULLUS, OVIDIUS Petronio Arbitro adduntur a Joſepho *Scaligero* ibidem pag. 135. Farrago (un ramas) diverſorum auctorum vocatur *Menagio*, Anti-Bailleti Tom. I. pag. 366. Ubi teſtatur ſe non eſſe in opinione *Guijeti*, qui unicum auctorem DOMITIUM MARSIUM illis univerſis aſſignabat. Quod non crediderit, qui conſideret, quam ſint genii diverſi atque ſtyli. Quod utinam nemo conſideraret unquam aut conſideraviſſet Chriſtianus! memor illius Apoſtolici: πᾶσα ἀκαθαρσία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις, id eſt: *Obſcœnitas ulla ne quidem nominetur apud vos, ut ſanctos decet.*

(a) Collectanea Gaſp. Scioppii Priapejis præfixa. Titulo de Auctore Operis: *De auctore carminum horum ut dicamus, res monet. Quod ergo* Virgilio *à quibusdam tribuuntur, male id fieri exiſtimo, & jovem Lapidem jurare auſim, nullum horum à Virgilio factum fuiſſe, quod & doctis placere video*

video. Mihi vero ſimile ſit, in horto Mæcenatis ſacellum Priapo dicatum fuiſſe, & ex iis Poëtis, qui ad Mæcenatem ſuum cottidie viſebant, unum quemque verſiculos aliquot jocoſos in ſacelli parietibus notaſſe, quod hëic confirmari videtur, carm.1.

Ergo quicquid eſt, quod otioſus
Templi parietibus tui notavi,
In partem accipias bonam rogamus.
Et 41. Quisquis venerit huc, Poëta fiat.
Et verſus mihi dedicet jocoſos.
Et 49. Tu quicunque vides circa tectoria noſtra,
Non nimium caſti carmina plena joci.

Ad eorum imitationem poſteriores, Petronium Martialem, *alios multa luſiſſe crediderim, quæ demum ab eo qui carmen ad lectorem præpoſuit, in unum libellum congeſta ſint.*

(1661) Carmen de PROVIDENTIA Dei Anonymum PROSPERI Aquitanici, inter cujus opera legitur, non eſſe *Rivetus* Critici Sacri pag.444. (a) *Gerhard.*, patrol. pag.447. (b) *Bellarm.* pag.153. edit. Col.1645. ajunt; vindicat tamen eidem *Piccinardi* in tr. de prædeſtinato, ut diſco ex *Bibliotheque Univerſelle* Tom.3. 1686. pag.264. (c)

(a) Rivetus Critici Sacri pag. 444. Carmen de Providentia Dei à Proſperi *opuſculis removeri debet: quia Pelagianæ doctrinæ favet, cui Proſper infeſtiſſimus fuit. Docet enim* optimum quemque non plus gratiæ accipere à Deo quam peſſimum: Sanctos Patres ex lege naturæ bonos fuiſſe: à voluntate noſtra præveniri auxilium Dei, *& multa alia errori Pelagii conſona quæ B. Proſpero nunquam placuerunt. Et fortaſſe annexum eſt libro de Ingratis, non quod initio Proſperi eſſe exiſtimatum ſit; ſed ut* Antidoto *compararetur venenum: ut probabiliter conjiciunt* Lovanienſes.

(b) Gerhardus & Bellarm ll. citt. *Liber de Providentia Dei non videtur Proſperi, ſed alicujus ex factione Gallorum, qui* Semi pelagiani *appellati ſunt.*

(c) Biblioth. Univerſelle *Tomo 3. pag. 264. Que le Poeme de* la Providence *eſt auſſi de ce ſaint, & qu'il ne contient rien que de tres Catholique.*

(1662) *Manuale, continens* PSALTERIOLUM B. VIRGINIS *Mariæ & aliqua exercitia,* Colon. apud Gualterium 1615. anonymis *Philippi* BEBII, Belgæ Jeſuitæ, alias in Theologicis memorati annumeratur à *Sotvello* p.708.

(1663) PSALTERIOLUM *Cantionum Catholicarum* 1633. Coloniæ & alibi ſæpius recuſum Latine Germaniceque editum ſuo nomine omiſſo à *Joanne* HERINGSDORF, Weſtphalo Jeſuita, refert *Sotvellus* pag.461. quod nec dum indicavit *Alegambe.*

(1663. α CCCXII.) QUERULUS, *Fabula Comica*, quem habeat auctorem, vide apud *Barthium* adverſar. lib.44.cap.13. Ubi in hæc verba commentatur. *Auctorem Fabulæ, quæ, quoniam ſola ea perſona inibi regnat,* Queruli *nomen ſortita eſt, neſcimus vulgo. Alii neſcio quem* PLAUTIUM, *nonnulli* GILDASIUM Britonem *faciunt.* Ego vero PLATUM *revera nuncupatum arbitror, tum quod ſuadeat ratio ducta e Mſſ. qui auctorem hunc, ut cognominem M. Attico jungunt, tum quia à Vitali Gallico, qui eum Elegiis tranſcripſit, non alio nomine cenſetur. Sunt vero & aliæ conjecturæ, quas fortaſſe etiam infra proferemus. Latinum autem & Theodoſii ævo ſcribentem quod exinde faciunt, quia Rutilio inſcribat hoc drama; ipſomet invito prius, poſterius nulla omnino ratione faciunt, ſiquidem de priore conſtiterit. Conſtare autem ex ipſomet auctore poſſe exiſtimo, qui initio Prologi barbarum ſeſe & Latinos Grajoque ſtylo oppoſitum eloquio facit, cum ait:* Pacem quietemque vobis ſpectatores noſtras ſermo poeticus rogat, qui Græcorum diſciplinas ore narrat Barbaro, & Latinorum vetuſta veſtro recolit tempore. *Jam de* Rutilio Numatiano, *Viro ſummis honoribus functo & egregia eloquentia, alio omnino ævo fuiſſe, ut & loco exiſtimo, qua de re alibi exactius. Hæc ipſa autem periodus non obſcure Chriſtianiſmum hujus auctoris docet. Illa enim* (qui ſolus novit) *manifeſto arguunt Deum verum, ut & quod non ſerio ſeſe diſputare, ſed ut ludum jocumque menſis faciat, & adſerere eadem & confutare. Quo animadverſo iterum de Rutilio Numatiano conjectura nihili eſſe demonſtratur. Is enim* quam *infeſtus noſtræ Religionis aſſeclis fuerit, nemini ex itinerario ipſius obſcurum eſſe puto.* Idem ante lib.4.cap.17, pag.m.194. hiſce verbis eandem citaverat fabulam: *Hujus generis* (nempe ſtyli medii inter verſum & proſam) *eſt Querulus, drama ad* Aulularium *Plauti compoſitum â* Gilda, *ut volunt ſapiente, quod teſtamento* Sergii (de quo modo dixerat) *ſimile eſt, ut lac lacti.* Et cap. 15. lib.28. Querulus *Drama ſemi Poeticum, ſi* Gildæ *ſapientis Britanni eſt egregium & præſtantem pietate auctorem habet, ſatisque veterem, cujus Vita in Bibliotheca Floriacenſi edita oſtendit, quantus Vir fuerit.* Item lib 30. cap.9. p.1406. *Invaſit in nomen* Plautinum Querulus *fabula pro ævo ſuo ad phraſin non invenuſta, modo aut perfeciſſet, aut non affectaſſet numeros, quos elumbes penitus corrupit, & iis ſe atq; ſpes ſuas plane perdidit.* Vide prolixe *Voſſium* de Poetis Latinis p.59.

Notabilis huc pertinet locus Joh. Gerhardi *Voſſii* de artis Poeticæ Natura & Conſtitutione c.6. §.9. pag.m.350. ubi de occaſione Gildæ attributæ Comœdiæ hujus, ex Jacobo *Uſſerio* de Antiquitatibus Britannicis, de ratione, deque dictione nec metrica plane, nec ſoluta, ſcribit lectu digna; ſed, quia liber eſt in omnium manu, non excerpimus. Quin nec illud inde non memorandum huc cenſui, quod ex *Barthio* Adverſarior. l.4. c.17. vix lac lacti ſimilius, quam Querulo hocce ludicrum SERGII POLENSIS Epitaphium memorat, extans inter *Fabriciana* numero 36. Cui Teſtamentum ejusdem addit l.c. *Barthius.* Vide & Joh. Alb. *Fabricii* Bibliothecæ Latinæ pag. 3.

(1663. β) RATISBONENSIS *Collegii Medici* INITIA VERSIBUS celebrata ab Amico, Ratisbonæ typis Jo. Georg. Hofmanni A, 1687. in

in 4. Autor eſt Dn. Johannes Ludovicus PRASCHIUS, Conſul. Reip. Ratib. & Collegii Medici Director deputatus. *Symbola* eſt *Mollero-Altorfina.*

(1664) J. F. L. RHADAMANTUS POETICUS quod ſit *Johannis* FAES, Luneburgenſis, nunc Stadæ Paſtoris, meritiſſimi aliis etiam ſcriptis de Eccleſia & Rep. Literaria, docet me Symbola *Flensburgo Molleriana*, quam (a) exſcriptam verbotenus ſubjungo.

(a) Symbola Molleriana: *Abrahami* Calovii *Theologi Wittebergenſis Leſſum in* Phitum Haberkornii (*quo Theologorum quos vocat Orthodoxorum indicem exhibet & in B. Calixtum impotenter debacchatur*) *Calixti filius Frid. Ulricus Helmſtadii Anno 1676. in 4to. recudi curavit, cum ſua præfatione, & J. F. L.* Rhadamanto Poëtico, *quo Calovii errata Metrica plane puerilia perſtrinxit. Conjicio ego hunc J. F. L. non alium eſſe, quam* Johannem Faes *Lüneburgenſem, Philologum eruditum & Paſtorem hoc tempore Stadenſem, qui iſto anno Helmſtadii vixit, & Calixto præceptore uſus eſt.*

(1665) ROMA TRIUMPHANS &

(1666) THEOCRENUS Latina duo Poemata, quod ſint *Julii* CAMILLI, docet me Hiſtoria Operum Eruditorum Gallica Juny 1689. pagina 370. verbis (a) exſcriptis.

(a) Hiſtoir. des Ouvr. des *Sçav. Juin 1689. pag. 370. On trouve dans les notes l'Eloge d'un grand nombre des ſçavans du Siecle paſſè à qui* Bunel *avoit addreſſé ſes lettres avec pluſieurs Singularitez, qui ne ſe liſent pas ailleurs. Comme ce qui arriva au Cardinal* Cornelio, *que* Julius Camillus *n'eſt pas ſeulement l'Auteur du Traité, de l'* Idée du Theatre, *mais de deux poëmes Latins, dont l'un eſt intitulé* Theocrenus, *& l'autre* Roma triumphans.

(1666. *α*) IN NUPTIIS Sereniſſimo„rum Principum Victoris Amadei DUCIS „SABAUDIÆ, & Eliſabethæ Mariæ Franciſcæ „Princip. Luſitaniæ Epithalamium. Queſto „elegantiſſimo Epithalamio, é del Padre *Franceſco* MACEDO, come dalla pagina 11. ſi vede, „e benche non appariſca dove ſia ſtampato, che „ſia ſtato impreſſo in Padova, per ragionevoli „congetture mi preſuppongo. Verba ſunt Giovanni *Cinelli* Bibliotheca volante, Scanzia tertia, p. 33. 34.

(1666. *αα*) ANTI-TAMI-CAMI-CATEGOGORIA v. 1668. *α*.

(1667. 1668.) SATYRÆ *duæ* CONTRA GODELLUM *Franciſci* VAVASSORIS Galli Jeſuitæ, in *Sotvello* pag. 264. non memoratæ eidem cum notis clandeſtinis in P. *Rapini* artem Poeticam vindicantur auctore Gallo *Novorum Reip. Literariæ* (a) A. 1684. Tom. 2. pag. 131. Ubi hujus Vavaſſoris multiplex Poeſis, antea ſparſim nunc conjunctim edita Pariſiis 1683. in 8. recenſetur hiſce verbis. Unde *notas* illas Gallicas conjecturans *Capiti* XIV. reſervo.

(a) Nouvelles de la Republique des lettres, *Article IV. p. 131. Il a fait imprimer pluſieurs livres, dont on voit le Catalogue à la tête de celui-ci, mais on n'a pas trouvè à propos d'y faire mention ni des deux Satyres qu'il avoit publiées contre le celebre M.* Godeau, *Evêque de Grace, intitulées Antonius* Godellus Epiſcopus Graſſenſis, an Elogii Aureliani ſcriptor idoneus. *Antonius* Godellus utrum Poëta; *ni des Remarques qu'il avoit publiées clandeſtinement ſur l'Art Poetique du* P. Rapin.

(1668. *α*) SATYRÆ: NESCIMUS QUID SECUM VESPERA VEHAT, auctor A. MELWIN, Scotus, quod ſit, edocemur ab Hadriano *Bailleto* in Tr. Gallico anonymo des Satyres Perſonnelles, Tom. II. p. 370. verbis *(a)* excerptis.

(a) Des Satyres Perſonelles Tom. II. pag. 370.

CCXXVI. Anti-Tami-Cami-Categoria.

Parmi ceux dont la recherche m'a eſté inutile jusques icy, je puis vous nommer un Anti-Tami-Cami-Categoria, *dont je ne connois que le nom. Il a pour Auteur un Anglois, ou plûtoſt un Ecoſſois nommé* A. Melvvin, *qui paſſe auſſi pour l'Auteur de la fameuſe Satyre intitulée:* Neſcimus quid ſerus veſper trahat. *C'eſt tout ce que je puis vous en dire.*

(1669) STRENA, *boni ominis & ſanioris*„ *mentis gratia nuncupata* M. Adamo CRATONI„ Neapoli (Serveſtæ Anhaltinor.) 1591. *Georgii*„ BERSMANNI quod ex admonitione neceſſaria„ de Strena Scholaſticorum Sotero-Politano-„ rum eodem anno à Cratone publicata apparet.„ Adde *Schurzfleiſch* de Vitricis Eccleſiæ pag. 9.„ *Symbola eſt Normanniana.*

(1669. *α* CCCXIII.) TEMPLUM HONORIS *à Romanis conditum, apertum virtute Ferdinandi III. nunc eidem Regi Romanorum coronato deſcriptum, dicatumque à Collegio Ratisbonenſi Soc. Jeſu*, Ingolſtadii typis Gregorii Hænlini 1637. in 8vo anonymum *Jacobum* BALDE *Jeſuitam Germanum* erexiſſe auctor eſt *Alegambe* pag. 193, cum *Sotvello* pag. 257. a. qui recuſum addit, unaque cum eo alia, inter quæ

(1669. *β*) *De* VANITATE MUNDI *Carmen*; de quo vide ſupra *Hecatombe.*

(1669. *γ*)

Poeta EBOLITANUS.

THERMARUM PUTEOLAN. ET BAJANARUM VIRES *effectusque* deſcripſit *Carmine* ad Frider. II. Imp. Leguntur ea in *Cæſaris Capacii* tract. *de balneis* Neapol. apud Carlinum, & Vitalem Ao. 1607. *Reineſ.* Epiſt. 66. ad Daum. pag. 173. & ſeqq. Edidit etiam Scipio *Mazello* in antiquitatibus Putealonis; ſed tribuit *Alcadino* GARSINI Syracuſani filio, Medico Henrici VI. Imp. Ibid. Hæc *Symbola Maſtrichtiana.*

 (1670)

(1670) TROPOSCHEMATOLOGICUM rudi verſu conditum ante annos XX. emiſeram ſed in quem *plagiarius* quidam involavit, eumque ſub nullius nomine errantem in ſervitutem aſſeruit, ſuæque adſcripſit familiæ: inquit *Thomas* FARNABIUS præfatione Indicis Rhetorici & Oratorii in 12mo Amſtelodami 1659. initio.

(1671) TURBO, ſive *moleſte & fruſtra per cuncta divagans ingenium*, in theatrum productum. Helicone juxta Parnaſſum 1616. *Comœdia*, cujus auctor habetur *Jo. Valerius* (*Valentinus* oportebat ſcribi & Calv-) ANDREÆ Paſtor Nalvenſis Wurtembergicus, ut refert Symbola M. Gothofredi *Wagneri* Ao. 1693. d. 3. Marty transmiſſa.

(1672) INDIGNATIO VALERIANA. Satyra ut captivitate publica conſtiterit auctori *Nicolao* BOURBON, legere licet in *Menagianis* (a) pag. 110. & Hiſtoria anonyma Gallica Gallicæ Academiæ (*Peliſſonio* ſuo tempore vendicanda pag. 276.

(a) Menagiana *pag. 110.* Nicolas Bourbon *de Bar ſur Aube etoit petit Neveu du Poete* Nicolas Bourbon *qui avoit du temps de François I. Le Parlement ayant decreté contre luy à cauſe qu'il en avoit mal parlé & qu'il avoit maltraitté plusieurs Conſeillers dans un Poeme intitulé* Indignatio Valeriana, *il demeura caché quelque temps, mais à la fin il fut pris & mis en priſon.*

(1672. α CCCXIV.) *Væ victis*, omnesque in eo libello, *Odas Horatianas*, nec non

---

(1672. β CCCXV.) ODAS *omnes* LYRICAS, quæ viſuntur in prima editione *Amphitheatri honoris Clari Bonarſcii*, de quo vide in *Pſeudonymis* ſuo loco, ſcripſit nomine ſuo celato *Maximilianus* HABBEQUIUS *Jeſuita Bruxellenſis*, teſtibus *Alegambe* p. 338. & *Valerio Andreæ* p. 664. Nam *Fr. Sweertius* etiam hunc, ut alios multos auctores Belgas, planè omiſit.

Vide *Sotvellum* p. 603. a.

(1673) VATICINIUM REGALE, ſub auſpicatiſſima primordia ſereniſſimi MICHAELIS Koributh, REGIS POLONIÆ. *Heroica Poeſi* celebratum Cracoviæ 1659. in fol. anonymis *Alexandrini* LORENCOWIC, Poloni Jeſuitæ accenſet *Sotvellus* p. 23. a.

(1673. α) DE VICTORIA *ſereniſſimi Principis* CARDINALIS FERDINANDI, ET BATAVORUM CLADE AD CALLOAM 1638. d. 21. Juny, quod maximo plauſu acceptum eſt, & ſæpius recuſum, item:

DE VICTORIA ſereniſſimi Principis Thomæ SABAUDI, & Comitis Picolominei in Morinis eodem anno 1638. ſcriptis *Adriani* POIRTRES Ooſtervicani Belgæ Jeſuitæ annumerat *Sotvel.* pag. 11. a. ita, ut an utrumque, an prius ſolùm anonymum haberi debeat, non conſtet ſatis. Poſterius certe indici anonymorum non æque ac prius eſt inſertum pag. 835. b. *Wittenius* tamen in Diario 1674. d. 4. July utrumque anonymum intellexit.

(1674) *Soli, polique Decus* SAGITTÆ WOLOWICIANÆ *pro funere Ladislai Wolowicz Palatini Vitepſcenſis* &c. Vilnæ 1669. anonymis Carminibus *Valentini* BIATOWICZ, Lithuani Jeſuitæ, annumerat Sotvellus pagina 773. a.

CAPUT

CAPUT XI.

De Scriptoribus GERMANICIS.

SECTIO I. THEOLOGICA.

(1674. a)

Abominatio Seditionis.

Greuel des Aufruhrs/ aus den Sprüchen der Heiligen Schrift mit Exempeln / ſo wol den Gelehrten als Ungelehrten vorgeſtellet ab amore pacis Hameliæ deſideratæ Menſe Julio 1681. auctorem habet *Henricum* CUNEMANNUM, Senatorem & Conrectorem Hamelenſem. Ob quod Scriptum ille a Tribunis plebis actione famoſi libelli conventus, & a facultate Juridica Duisburgenſi A. 1683. menſe Sept. abſolutus eſt. Scriptum unius folii. *Symbola* hæc eſt *Maſtrichtiana.*

(1675) *Methodum pie transigendi tempus ſacri* ADVENTUS. Pragæ Typis Academicis 1660. in 4to.

(1676) *Modum transigendi tempus intra* ADVENTUM & QUADRAGESIMAM. Ibidem. 1661.

(1677) *Modum transigendi tempus* S. QUADRAGESIMÆ, ibidem & eodem anno.

(1678) *Modum transigendi tempus* à PASCHA usque ad CORPUS CHRISTI, ibidem 1662. in 12.

(1679) *Modum transigendi præcipuas feſtivitates beatiſſimæ* VIRGINIS MARIÆ. ibidem Ao. 1669. 12.

Anonyma Germanica ſcripta *Caroli* de GROBENDONCQUE, Brugenſis Belgæ Jeſuitæ memorat *Sotvellus* Biblioth. Jeſuit. pag. 129. a. Valerius *Andreæ* in ſua Bibliotheca Belgica illius non meminit: confirmat *Witte* Diarii Biograph. A. 1672. d. 16. Decemb. Ego vero, quia Belga eſt auctor, Belgica etiam hæcce ſcripta ſuſpicor potius, quam proprie ſumto vocabulo, Germanica quæ a ſequentis Capitis Belgicis ſecreta exhibenda ſervamus. Quibus proinde accenſeri hæc oportebat; niſi noſtrum in dubio morem, & cœptum inſtitutum continuare mallemus, priori loco de quibus dubii ſumus potius, quam poſteriori loco collocandis.

(1679. a) VOX LIBERA ſive, ut interpres Germanicus reddidit, CALAMUS LIBER *Joannis Valentini* ANDREÆ: h. e. ut ipſe titulus refert: Herrn Johann Valentin Andreä weyland vornehmen Würtembergiſchen Theologi Freye Feder vom Ubelſtand der Kirchen GOttes/ vormals in Lateiniſcher Sprache geführet; itzt auf gut Teutſch beſchnitten / von einem aufrichtigen Liebhaber der bittern Wahrheit. Franckfurt am Mayn/ 1678. in 12. paginis 151. interpretem habet piæ memoriæ Doct. *Antonium* REISERUM Paſtorem hic ad D. Jacobi meritiſſimum, ut docet iterum *Symbola Flensburgo Molleriana.* Liber ipſe Latinus paginis 110. in 12. prodiit *hoc titulo*: Sub Clypeo,, Potentiſſimi Principis Friderici III. Daniæ, Nor-,, vvegiæ, Vandalorum, Gothorumque Regis &c.,, prodit *Vox libera*, ad Auguſtum, veri bonique,,, beatæ recordationis Principem, privato quon-,, dam calamo emiſſa a *Joanne Valentino Andreæ*, p. m.,, Doctore Theol. nunc publico Cordatorum ſcru-,, tinio ſubmiſſa, omniumque piorum auribus in-,, fuſa cura *Balthaſ. Arends* Glückſt. Holſ. Glückſta-,, dii Typis Melchioris Kochii, Anno 1667. Germanicæ verſioni etiam præfixa eſt interpretis præfatio trium foliorum.

(1680) AN PER APPARITIONES *etiamnum poſt adſcenſionem Chriſti* ad cœlos *Deus ſe revelet* hominibus, *Epiſtola* ad Theologos nonnullos: i. e. Send-Schreiben an einige *Theologos* betreffend die Frage / ob GOTT nach der Auffarth Chriſti nicht mehr heutiges Tages durch Göttliche Erſcheinung den Menſchen-Kindern ſich offenbahren wolle / ſammt einer erzehlten *ſpecie facti* von einem Adelichen Fräulein/ was ihr vom ſiebenden Jahr ihres Alters biß hieher von GOtt gegeben iſt. 1691. 4. Auctor perhibetur Doctor *Joh. Wilhelmus* PE-,, TERSEN Superint. Luneburg. Virgo Roſa-,, munda Juliana von der Aſſeburg / quemadmo-,, dum ad ſuum Codicem adnotavit eminentiſſi-,, mus D. Archiepiſcopus *Suebilius.* Quod tibi,, haud dubie jam dudum compertum, una cum,, iis

„iis quæ deinceps in hac cauſa acta atque ſcripta „ſunt. *Symbola* eſt *Normanniana* eodem anno quo hæc Epiſtola prodiit, Holmia mihi transmiſſa. Quam ei ſoli fini produco; ut quam celerrima fama rem illam ſparſerit etiam ad ſeptentrionem usque extremam, appareat. Quod enim ex eo tempore geſtum ſit, publice nimis conſtat; & quantum inde ſcriptorum anonymorum, Pſeudonymorum aut aliorum ſit ſecutum: Quorum ego nec minimam partem inſpicere: nedum legere: ſic niſi quæ per ſymbolas amicorum innotuere, aut per donaria nec memorare laborabo. Et alia multa neglecturus olim magno numero, vel memoratu plane indigna vel certe non magno uſui futura, nec obvia plane mihi aut per ſymbolas amicorum certas memoratu neceſſaria pene facta. Hæc interim *Epiſtola plagulis 6 cum dimidia* conſtans, ſtatim ab honoratiſſimo Dno. *Wincklero*, Scholarcha meo, Paſtore ad Michaelis majoris vigilantiſſimo, Eruditionis eruditæ Viro, ad examen vocata plagulis 16. in 4. edito Conſilio ſeu Bedencken über das Send-Schreiben an einige Theologos, iterum ſequenti ſtatim anno 1692. recuſo auctius, typo paulo minore, forma eadem, plagulis 12. Sicut & Dr. *Speneri* & aliorum deſuper ſcriptis plurimis mihi non enumerandis.

(1681) *Johannis* ARNDTII Librorum Germanicorum DE VERO CHRISTIANISMO PRÆFATIO pia & docta, editione in 8. Rigæ 1679. præfixæ debetur *Johanni* FISCHERO Superintendenti illic, una cum Emblematis, eorumque rhytmicis expoſitionibus hinc inde, precibusq; ad capita ſingula adjectis devotiſſimis, ex Arndtii Paradieß-Gärtlein partim & aliis confectis, ut auctor ipſe in præfatione monet, deſumptis: at ejusdem

(1682) ARNDTII *tribus libris Germanicis de Fide, unione cum Chriſto & Apologeticæ Repetitionis præfixa* PRÆFATIO Halæ 1671. data, *& editioni Vti libri ſeu* Fünften Buches vom wahren Chriſtenthum. Lipſ. 8. 1686. præmiſſa Superintendentis Halenſis, *Johannis* OLEARII Senioris videtur.

(1683) ANNOTATIONES autem editionibus vom wahren Chriſtenthum Fr. & Lipſiæ 1674. & 1686. & Rigenſi 1679. junctæ monentur in præfatione 1674. ſatis rudi, & vix intelligibili a typographo additæ, & 1686. repetitæ, quod ſint partim *Joannis Georgii* DORSCHEI, partim ex *Henrico* VARENIO &c. excerptæ.

(1684) ARTES CHRISTIANORUM tres difficillimæ & pulcherrimæ *orandi, recipiſcendi & moriendi*, ſive der frommen Chriſten drey ſchwereſten und ſchönſte Künſte / oder rechte Bet- wahre Buß- und ſeelige Sterb-Kunſt D.P. P.K. Nürnberg/ in 8. cum præfatione Dr. *Dilherri*, in qua detegitur auctor Dr. *Petrus Pancratius* KRAUS.

(1685. Olim CCCXXIII.) ARTICULI FIDEI *aliquot Eccleſiæ Catholicæ* PER QUÆSTIONES *expoſiti.* Etliche Glaubens-Artikel der Catholiſchen Kirchen/ durch Fragen ausgelegt / Wien 1628. auctore nullo nominato, per *Jo. Baptiſtam* LABBE, *Jeſuitam Viennenſem* conſcriptos eſſe ex voluntate Cardinalis à Dieterich Stein / memoratur ab *Alegambe* p. 224.

Adde *Sotvellum* pag. 413.

(1686) ARTICULI VISITATORII Ao. 1692. editi, quod ſint conſcripti per *Ægidium* HUNNIUM, MURUM, MYLIUM, HARBARDUM, NONNERUM, MAMPHRASIUM. *Olearius* Append. Iſag. Lib. Symb. p. 1702.

(1687) Eos ſecuta DEFENSIO *ſolida quatuor* ARTICULORUM VISITATIONIS ſive gründliche Verantwortung der vier ſtreitigen Viſitation Artikel Lipſ. in 8. quod ſit *Ægidii* HUNNII, docet *Olearius* Append. Iſagog. Lib. Symb. 1707. teſtisque adducitur a Symbola Normanniana.

(1688) COLLOQUIUM *Religioſum* SUPER *prætenſis* CAUSSIS PROSELYTORUM AUGUSTANORUM inter Fraglieb & Wahremundum: ſive Religions-Geſpräch über die ſo genandte Urſachen der neubekehrten in Augſpurg zwiſchen Fraglieb und Wahremund. Autor eſt *Antonius* REISERUS Th. Lic. & Paſt. Hamb. Jacobæus. *Symbola* eſt *Flensburgo Molleriana.* Quæ memoriam mihi renovat luctuoſam inopinatæ mortis plurimum Reverendi olim Doctoris & Scholarchæ mei. Quam ſi prævidiſſem, minimum Catalogum editorum ipſius anonymorum ante impetraſſem ab eo, qui nihil mihi unquam negavit, quorum jam pauciſſimos recordor nec fere niſi quos largitate ipſius ac dono poſſidens obliviſci non poſſum; ſuis locis memorandos.

(1689) MYRRHÆ BAMBERGENSIS libellum, Germanice, cum imaginibus Paſſionis tacito ſuo nomine 1672. in 12. vulgaſſe *Philippus* KISELIUS, Jeſuita Fuldenſis, refertur *Sotvello* pag. 709 a.

(1690) *Roberti* BARCLAJI APOLOGIA, verſa *Germanice* Ao. 1689. quod habeat auctorem verſionis Dr. - - KOLHANS Miniſtrum principalem in vicinia ſua clariſſimum, refert *Martinus Difenbach*, Concionator Francofurti ad Mœnum im Unterricht von den Pflichten Chriſtl. Schul-Lehrer / pag. 325.

(1691) *Richardi* BAXTERI ABNEGATIO SUI: ſive die nohtwendige Lehre von der Verleugnung Unſer ſelbſt / aus GOttes Wort ausgeführet durch Richard Baxter welche von dem Auctore, in Engliſcher Sprache beſchrieben / nun aber in Teutſch übergeſetzet und heraus gegeben durch J. F. L. Francofurti 1675. & deinde alias ſæpius recuſa, quod interpretem Germanicum habeat *Joannem* FISCHERUM, Lubecenſem, Generalem Superintendentem Livoniæ, Rigæque Eccleſiaſten meritiſſimum qui & Joh. Arndtii *verum Chriſtianiſmum*, & alia edidit, habeo *ex ore* fide digniſſimorum & præcipue *Schifferi* civis & mercatoris hujus urbis ex primariis pietate multa etiam

præ

præ multis mihi & multis noti. Confirmat idem *Symbola Maſtrichtiana* in ſequentibus:

Richard Baxters

Selbſt-Verleugnung hat aus dem Engeländi-
„ſchen übergeſetzet unter den Buchſtaben J. F. L. Jo-
„hann Fiſcher / Liefflånder; wie mir der Buchfüh-
„rer Betkins von Amſterdam hat referirt d. 15. May.
„1679. Iſt gedruckt zu Hamburg erſtlich bey Hertel/
„woſelbſt auch die Veränderungen in den Gebots zah-
„len durch die Cenſores werden eingeſchlichen
„ſeyn.
„ Idem *Fiſcherus* alia vertit Germanice,
„ultimo ex Anglico omnia ſcripta, *Jane Lade*,
„quæ Amſtelodami prodiere 8. anteriori anno.
„Item 1696. & 1694. Ejusdem Baxteri von der
„Bekehrung / verdeutſcht / durch I. D. B. auctor
„eſt *Johannes* DUISBURG, Bremenſis, qui &
„ſequentes tractatus Germanice vertit:
„ SIBBES Selbſt-Streit.
„ WILH. TEELING himmliſches Jeruſa-
„lem / & alia.

(1692) ASCETICA BIBLICA, oder Gottſeelige Bibliſche Ubungen in Monatl. Chriſtlichen Geſprächen dargeſtellet in 8. Prodiit eorum Januarius Lipſiæ Ao. 1693. Sed poſt aliquot menſes deſiit Auctor, quem M. *Caſparum* FIEDLERUM, Archidiaconum Rochlicenſem, nominat M. Chriſtianus *Junckerus*, in Epiſtola ad me ſcripta d. 18. Sept 1695.

(1693. Olim Ad Cap. XI *De. Germanicis Anonymis* num. DCV. DCVI. DCVII. DCVIII. DCIX.) BIBLIA ERNESTINA quæ & VINARIENSIA gloſſata, nota ſunt omnibus, credo, Theologiæ cultoribus Germanis. Ex iis aliquam partem notabilem, EXPLICATIONEM nimirum CANTICI *Canticorum*, PSALTERII, PROVERBIORUM, & ECCLESIASTÆ, nec non *Evangelii* JOHANNIS, *una cum præfatione* a ſua manu eſſe teſtatur *Salomon* GLASSIUS, apud *Theoph. Spizelium* in templo honoris, pag. 220. ubi vide *Glaſſii* elogium, & librorum ab ipſo editorum catalogum exhibitum.

Addatur ipſius *Glaſſii* Philologia ſacra Mantiſſæ pag. 1491. §. IIX. Ubi ab ipſo etiam Duce ERNESTO aliquid operæ impenſum ſcribitur ab antagoniſta illic Glaſſiano, Bartholdo *Nihuſio*, in Hypodigmate contra Cornelii *Martini* Analyſin Logicam pag. 136. Quod tacendo cum agnoſcatur à Glaſſio, ſimulque ſuus in Pſalmos præcipuus labor ſui ipſius proprius §. IIX. locum ipſum (a) exhibeo brevem. Edita ſunt hæc Biblia a nomine principis aut principatus cognominari ſueta Biblia ERNESTINA ſeu VINARIENSIA auſpiciis *Erneſti Pii* in fol. Ao. 1641. apud Wolfgang Endter, Norimbergæ. ac deinceps ſæpius. 1649. 1653. 1662. ut habet *Lipenius*, Biblioth. Real. Theol. ſub lemmate: *Biblia Germanica*. Opus hoc ut ex ſingulari zelo Ducis glorioſæ memoriæ profectum, ita clariſſimos ejus temporis Viros ad ejus elaboratione adhiberi voluit. Dabo autem nomina prout mihi ſuggeſta ſunt a Viris Clariſſimis & præcipue quidem ab ampliſſimo Dno Scholarcha meo, Conſiliario Regio Suecico, & Paſtore ad D. Jacobi, Joanne Friderico *Mayero* in Epiſtol. diſſ. 1689. ad me directa, & Dn. Johanne *Mollero* Flensburgenſi, qui ſua ex *Scherzeri* ore ſe habere perſcripſit. Cum autem exactior *Mayeriana* recenſio ſit; ejus ductum ſequar, indicans ſubinde in quibus diſcrepent. In veteri igitur Teſtamento *Geneſis* elaborata à D. *Job.* GERHARDO Profeſſore Theologo Jenenſi. *Exodus* a M. *Job.* ILSCHNERO Archidiacono Sonderhuſano. *Leviticus* a D. *Job.* ELMERO Profeſſ. Theol. Erfurt. *Deuteronomium* a D. *Job.* GROSHEIMIO Concionatore Aulico Vinarienſi. *Joſua*, *Judicum*, *Ruth*, a M. *Ant.* MYLIO Concionatore Aulico Kranigfeldenſi (librum *Ruth*, *Mollerus* M. SOMMERO tribuit) Prior & poſterior *Regum* a M. *Hippolito* SUBMAYERO Superint. Heldburg. 3. & 4. *Regum* a M. *Job.* MOSE Archidiacono Ortruviano. 1. & 2. *Chron.* a M. *Job.* MULLERO Archidiac. Jenenſi (hunc laborem adſcribit *Mollerus* HUBMAYERO) 1. & 2. *Esdræ*, item *Eſther*, (addit quoque *Nehemiam Mollerus*) a M. *Paulo* SLEVOGTIO Prof. Jenenſi. *Jobus* a DILHERRO Philoſ. & Theol. tunc Prof. Jen. *Pſalterium*, *Proverbia*, *Eccleſiaſtes*, *Canticum Canticorum* a D. *Salomone* GLASSIO Theol. Prof. Jen. *Eſaias* a D. *Job.* WEBERO Superint. Ortruviano. *Jeremias & Threni* a *Job.* KRONMEYERO Superint. Gen. Vinar. *Ezechiel* a D. *Andrea* KESLERO Superint. Gen. Coburg. *Daniel* a D. *Job.* GERHARDO. *Oſeas*, *Joel*, *Amos*, *Obadias*, a. M. *Job.* THILONE. *Jonas*, *Micheas*, *Nahum*, *Habacuc* a M. *Job.* SCHECCIO. *Zephanias*, *Haggæus*, *Zacharias*, *Malachias*, a M. *Sigismundo* EVENIO, Conſil. Eccleſ. Gothano. *Judith*, *Sapientia*, *Tobias*, a D. *Andrea* KESLERO. *Eccleſiaſticus* a D. *Arnoldo* MENGERINGIO, Superint. Hallenſi. *Baruch*, 1. & 2. *Maccab. Fragmenta Eſteræ*, *Hiſtoria Suſannæ*, & *Danielis*, *Hiſtoria Beli*, *Hiſtoria Draconis*, *Oratio Aſariæ*, *Canticum trium virorum*, *Oratio Manaſſis*, 3. & 4. *Esdræ*, a D. *Job.* KESLERO. *Novi Teſtamenti* libri: *Matthæus*, a M. *Hieron.* PRÆTORIO, Superint. Schleuſingenſi (*Mollerus* D. *Georg.* GROSHAIN Theol. Prof. Erfurt. vindicat) *Marcus* & *Lucas* a M. *Chriſtiano* CELLARIO Superintend. Smalcald. (hos M. *Hieron.* PRÆTORII Superint. Schleſ. eſſe affirmat *Mollerus*) *Johannes* a D. *Job.* GERHARDO (*Mollerus* M. *Anton.* MYLII Conc. Aul. Cranichfeldenſis eſſe ait) *Acta Apoſtolica* a D. *Job.* MAJORE Prof. & Superint. Jenenſi. *Epiſtola Pauli ad Romanos* a M. *Davide* LIPPACHIO. 1. & 2. ad (hunc D. *Job.* HIMMELIO Theol. Prof. Jenenſi

D.

aſſerit *Mollerus*) 1. & 2. *ad Corinthios* a D. *Joh.* HIMMELIO; ad *Galatas*, & *Epheſios*, *Philippenſes*, & *Coloſſenſes* a M. *Joh.* SUTORIO. 1. & 2. *ad Theſſalonienſ.* item 1. & 2. *ad Timoth.* item *ad Titum* a M. *Joh.* GROBIO. Ad *Philem.* item Ep. *Petri* 1. & 2. à M. *Joh.* SEIBERO. Epiſtolæ *Johannis* 1. 2. & 3. a D. *Ioh.* MAJORE. Epiſt. *ad Hebræos* à M. *Ioh.* NEANDRO, Epiſt. *Iacobi* & Epiſtola *Iudæ Apocalypſisque* a D. *Ioh.* GERHARDO. Generaliter adhuc monendum, *Mollerum* libros quosdam Hiſtoricos V. T. HIMMELIO adſcribere, ut & D. Nicolao ZAPFIO Superintend. Vinarienſi *Epiſtolas Pauli Minores.* Vocantur & BIBLIA JENENSIA, uti videre eſt in ipſo loco excerpto *Glaſſiano. Apocalypſeos verſionis* Auctorem Joh. *Gerhardum* confirmat etiam *Symbola Maſtrichtiana*, allegans Balth *Bebelium* in antiquitatibus Eccleſiaſticis ſeculo IV. Tom. I. dedicat. ɔcɔc 1. pag. verſa.

(a) Glaſſ. Mantiſſ. Phil. *pag.* 1491. §. *IIX.* Jenenſium *Bibl- - - - Fateor, huic operi Biblico auſpiciis illuſtriſſimi & pientiſſimi mei principis Norībergæ jam quartum edito* aliquid operæ a me impenſum, *neque forſan minimum. Et ipſius* libri Pſalmorum *interſertas quod annotatiunculas attinet, autorem me profiteor.*

(1694) BIBLIA TIGURINA vulgo dicta, ſive rectius *Verſio* BIBLIORUM TIGURINA 1543. in magno folio & rurſus in 4to. 1544. majuſcula charta Tiguri publici juris facta, Item 1560. in folio *Lipenio* teſtante Tom. I. Bibl. pag. 149. &c. Omnes conſentiunt auctorem ejus eſſe LEONEM JUDAM, & poſt ejus obitum *Theodorum* BIBLIANDRUM, *Conradi* PELLICANI & *Petri* CHOLINI opera adjutum. Videatur de re geſta *Geſnerus* qui & auxiliatorem adjicit *Rod.* GUALTHERUM Bibl. fol. 479. col. b. (a) *Melchior Adamus* in vita Leonis Judæ p. 95. 96. (b) & ex Pontificiis illuſtris *Thuanus*, ex eoque clariſſ. *Huetius* editionis Stadenſis de claris Interp. p. 186. & ſeqq. (c) Ubi prolixe judicium ſuum poſterior exprimit. Prior etiam *ad* VATABLI *nomen* infra relegenda hic lectu jam digna refert. *Kortbold* de variis S. Scripturæ editionibus cap. XV. p. 262. (d) qui & *Genebrardi* & *Simonis* judicia lectu digna §. X. p. 163. & 164. addit. *Hotting.* Bibl. Tigur. p. 142. docet, ſe & alibi de hac re egiſſe: Hic Geſnerum tantummodo excerpit. Illud alibi vero referendum ad *Bibliothecarii quadripartiti* partem 2. *ſive Bibliothecæ Theologicæ* lib. I. c. IV. p. 167. (e) Quo loco commiſſus *error in nomine Lychardi*, & quod is ſit *Huldericus* Joh. Jacobus, Jacobi filius per anagramma v. in *Pſeudonymis* ſuo loco. Denique omnino hic addi merentur memorabilia, quæ inter Symbolas Excellmi Syndici Gerh. a *Maſtricht* ſerius paulo transmiſſas ſub lit. (f) num. 1. 2. 3. 4. leguntur.

(a) Conr. Geſnerus Bibl. Tigur. fol. 479. col. b. *Veteris Teſtamenti libros Hebraicos ſimplici & pura dictione e ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit fide & religione ſumma, ſenſu ita reddito ut interim a verbis quam minimum receſſerit, quæ autem morte præventus non abſolverat, ea per doctiſſimum virum* Theodorum Bibliandrum *Præceptorem noſtrum converſa ſunt: Eccleſiaſtici libri per* Petrum Cholinum, *a quo etiam &* Rod. Gualthero *Novum Teſt. ad vetuſtos & varios collatum eſt codices: paſſim autem per tota Biblia annotationes & variæ lectiones marginibus adjiciuntur. Froſchoverus excudit Tiguri, 1543. in magno fol. & rurſus in 4. ao. 1544. majuſcula charta.*

(b) Melch. Adamus in vita Leonis Judæ pag. 95. *Cum autem præter alias linguas Hebraicæ eſſet peritiſſimus, ac ſupra annos octodecim, quibus Vetus Teſt. apud Tigurinos ex veritate Hebraica a viris doctiſſimis fuerat explicatum multa obſervaſſet ac veluti ſilvulam futuro operi collegiſſet: inſtantibus fratribus libros V. Teſtamenti ſincere ad veritatem Hebraicam transferre eſt aggreſſus. Verum hic ſacræ interpretationis labor optimo viro tanti conſtitit, ut mole operis oppreſſus, corpuſculi viribus ſenio debilitatis, antequam ad finem perduxiſſet, in lethalem inciderit morbum: quo & pie obiit anno milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo ſecundo, die decimo nono Junii ætatis ſexageſimo.*

Et pag 96. *Cæterum, quæ ex translatione illa Bibliorum non abſolverat, ut octo* poſtrema capita Ezechielis, Danielem totum, librum Jobi, Pſalmos quadraginta ultimos, libellos Salomonis duos, Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum, *quæ ob rerum & Orationis difficultatem, ultimo reſervarat labori, ea* Theod. Bibliandro, *Profeſſori Theologiæ in Schola Tigurina commendavit, qui & feliciter abſolvit: cumque* Conradus Pellicanus, *omnio uti promiſerat Leoni, recognoviſſet, foras dedit, Eccleſiaſticorum autem librorum Veteris Teſtam. e Græco in latinam converſionem pertexuit* Petrus Cholinus, *Tugienſis, genere patritio ortus, vir pius, quinque linguarum peritus: cujus mors vitæ integre actæ reſpondens in ipſum diem abſolutionis incidit. Hanc translationem poſtea Robertus* Stephanus *adjecit ad Veterem*, ſuppreſſa eorum, qui in illa laborarant, mentione: *Hiſpani autem Theologi diu poſt recognitam per* Guilielmum Rovillium *denuo Lugduni excudendam curaverunt. Nimirum utilitatis multum, ut recte* Thuanus *lib. 35. vel ex adverſariorum libris & induſtria, ſi ſemotis odiis, charitatem & æquitatem induamus, ad DEI gloriam capi poteſt.*

(c) *Pet. Dan.* Huetius *de clariſſ. interp. pag. 186.*

Quid de Leonis Judæ *editione pronuntiem, incertum me faciunt varia de ea hominum judicia: hinc enim eam quaſi impuram, indoctam, fabulis farraginibusque confutam proſcindit Genebrardus; & ejus antea nomine à Pariſienſis hujus Scholæ Theologis arceſſitus ſolum vertere coactus fuerat* Robertus Stephanus, *inde vero Hiſpanorum Theologorum tulit ſuffragia, ab iisque Lugduni & Salmanticæ recuſa eſt. Cujus rei memoriam, quoniam in præclaro Hiſtoriarum noſtri temporis libro complexus es,* Thuane, *quæ de his a te conſignata ſunt, non ægre puto hic retexeſ.*

THUAN. *Illa quidem a me non uno loco ſcripta ſunt; recolligam tamen & nihil tibi poſtulanti recuſabo, quo facilius, quæ petimus largiare. Novam Bibliorum*

bliorum converſionem Tiguri inchoaverat Leo Judæ, cujus abſolutionem cum repentina mors peremiſſet, affecto operi collegæ, quorum fidei a moriente Leone fuerat religioſe commiſſum, ultimam manum impoſuerunt; Theodorus nempe Bibliander, Conradi Pellicani & Petri Cholini opera adjutus. Anno primum 1543. Tiguri publici juris facta eſt hæc interpretatio. Eam vero biennio poſt edidit Robertus Stephanus additis ſuis ſub Franciſci Vatabli nomine annotationibus. Quamvis autem celato auctore hanc interpretationem ſparſiſſet Robertus, rem tamen ſubodorati Theologi Pariſienſes, acriter ipſum exagitare non deſierunt, donec perpetuæ conflictationis pertæſus, Genevam conceſſit. Cæterum mitius in interpretationem hanc ſe geſſerunt Hiſpani Theologi, eamque recognitam non ſemel ediderunt. FR. Mihi vero Roberti Stephani nunquam probatum eſt facinus, quum hanc Tigurinorum editionem ſuppreſſo Leon. Judæ aliorumque nomine ad vulgatam adjecit, & annotationes ſuas novæ doctrinæ, paſſim jam in Galliis inoleſcentis ſeminibus conſperſas in lucem dare cogitans, inſidioſe eas Prælectionum Vatabli titulo apud incautos venditavit: quumque aliquot poſt annis novam molitus editionem, Santis Pagnini interpretationem ex Auctoris αὐτογράφῳ & Vatabli Prælectionibus, ut ipſe ait, emendatam, ut ego judico, ad arbitrium ſuum interpolatam, cum vulgata publicavit. Non tam ergo Tigurinorum editionem Pariſienſes Theologi, quam Stephani fraudem culparunt. Quamvis autem harum editionum neutra, neq; iis attextæ annotationes Vatablum Auctorem habeant, utraq; tamen, quod mirere, Vatabli nomen hodie præ ſe fert, & recepto apud omnes uſu Biblia Vatabli ambæ appellari conſueverunt. Tu nunc Caſaubone, quo loco a nobis Leonis Judæ interpretatio habenda ſit, uti incepiſti docere perge. CAS. Conſtans ea fere eſt doctorum hominum ſententia, recentioribus illam, cum fide & doctrina tum perſpicuitate antecellere, cui ſane, ſi Santinam ſepoſueris refragari religio eſt: Elegantiæ tamen ſtudium de indole nonnulla & verborum fide, ipſorumq; ſitu, qui, ut ex ipſo Hieronymo ſanximus, myſterium eſt, detraxiſſe fatentur: ut non converſionem, at Paraphraſin Salmanticenſes appellandam illam cenſuerint. Parem etiam Tigurini Græcis Veteris Teſt. libris curam impenderunt, quorum convertendorum negotium in ſe receperat is, de quo dixiſti, Petrus Cholinus Tugienſis: cujus Operis editio quo die per Typographos abſoluta eſt, eodem hoc fatis ille conceſſit.

(d) Korthold de variis S. Scripturæ editionibus cap. XV. Quæ Thuanea longe aliter tinniunt, quam Genebrardi iſta, Chronogr. lib. IV. anno cIↃ.IↃ.XXXVI. & præfatione in Origenem, quod verſio „hæc non probetur iis, qui leviter literis tincti ſunt, quip„pe adeo impura & indocta, ut, dum ipſe eam legat, & „cum Hebræo conferat, in alio mundo verſari, nec ſacras Literas, ſed fabulas ex ſacris literis adductas legere ſibi videatur. De quo judicio ſic judicat Simonius Hiſtor. Crit. V. T. lib. II. cap. XXI. Acerbe nimis in Leo„nem, uti & in Munſterum invehitur Genebrar„dus. Modeſtius ſane vitia carpere poterat. Verum „ſartam Pariſienſium Theologorum auctoritatem præſtare volebat, a quibus damnatus fuerat. Et in Diſquiſitio„nibus Criticis cap. XXIII. Leonis Judæ verſionem ſe„vere caſtigavit Genebrardus: qua in re Theologis Pa„riſienſibus, ipſe ejusdem facultatis Theologus placere „viſus fuit. Sed longe mitius a Theologis Hiſpaniæ exceptus Robertus Stephanus: qui editionem Bibliorum a „Theologis Pariſienſibus improbatam, de auctore verſio„nis Latinæ ex Hebraico minime ſoliciti, ſimul cum no„tis pauciſſimis in ea immutatis, Salmanticæ publica„runt, eamque dignam judicarunt, quæ a viris S. Scri„pturæ ſtudioſis legeretur. Quibus mox ſuammet ſub„jungens ſententiam, minus quidem proprie, inquit, „voces Hebraicas reddidit Leo Judæ, quam Se„baſtianus Munſterus, ſed editionem ſuam Latinis „auribus accommodavit; quod Munſtero præſti„tum non eſt. Si qua in re reprehendi Leo Judæ mere„tur, in hoc maxime, quod ne ob brevitatem obſcurus „fieret, Paraphraſten potius interdum, quam interpre„tem ſe oſtendit. Quomodo etiam in hiſtoria Critica citato loco de eodem ſcribit. Perperam nimisq; interdum, ſtyli magnitudinem & ſublimitatem affectat & ſuis peri„phraſibus nimium a ſenſu proprio diſcedit, ſcilicet ut in„telligibilem magis ſe faceret. Et paulo poſt: Haud ne„gandum videtur, liberiorem paulo Leonem fuiſſe, ſingu„lares ſenſus in verſione ſua ſequi, ac vel nimis textum „limitaſſe, vel nimis ampliaſſe. Supra de translatione hac dixerat: Sane primo intuitu grata videtur ac medi„um tenere locum inter aliarum barbariem & ad literæ „ἀκρίβειαν exactam auſteritatem, ac aliarum affectati„ſtyli & elegantiæ nimiæ ſtudium. Sunt tamen aliqua loca, „ubi auctor nimiam dictionis ſimplicitatem refugiens, „haud ſatis proprie autographi verba interpretatur. Longe etiam aliter quam Genebrardus de Tigurina ſentit Jeſuita Serarius cujus verba num. II. dedi. Huetius de interpretatione Lib. II. 17. judicium ſuum heic ſuſpendit: Quid de Leonis Judæ editione pronuntiem, ajens, incertum me faciunt varia de ea hominum judicia. Videtur tamen in Caſauboni hac tandem, quam recitat acquieſcere epicriſi: Conſtans fere eſt doctorum hominum ſententia, recentioribus illam cum fide & doctrina, tum perſpicuitate antecellere: cui ſane ſi Santinam ſepoſueris refragari religio eſt. Elegantiæ tamen ſtudium de indole nonnulla & verborum fide, ipſorumque ſitu, qui ut ex ipſo Hieronymo ſanximus myſterium eſt, detraxiſſe fatentur; ut non converſionem at Paraphraſim, Salmanticenſes appellandam illam cenſuerint. Quin ex ipſis Hiſpanis Theologis notante Bibliothecæ Theol. lib. I. c. IV. p. 167. Hottingero luculenter verſionem hanc commendavit Ferdinandus de Eſcalantes. Quod ægre ferens maledicus ille Jeſuita Gretſerus, admonitionem ad exteros de Bibliis Tigurinis edidit: quam ſuis pro translatione Tigurinorum Latina vindiciis profligavit Johannes Jac. Huldricus. Quem & reſponſum ad oppoſitam ſibi defenſionem Gretſerianam paraſſe (tametſi id lucem non adſpexit) teſtatur Bibliothecæ Hottingeri Tigurinæ ex autographo adjecta ejusdem Διατύπωσις. Videatur etiam dicti Gretſeri Tractatus de novis Translationibus Biblicis c. 1. ſub finem, ubi indignatur, quod translationem, quæ eſt peſtilentium Zwinglianorum, in Catholicis locis recuderint.

(e) Joh. Henr. Hottingerus Bibliothecar. quadripart. l. 1. c. IV. p. 167.

Tigurinorum verſio laudata ſemper fuit, a Pontificiis etiam Scriptoribus plerisq;, tum verbis, tum etiam iteratis in Gallia & Hiſpania typis. Primus in eam auſus fuit arietare Lutherus privata, ſed admodum virulenta ad Froſchowerum Epiſtola, publicis vero impetere ſuſtinuit ſcriptis Genebrardus & Jo. Schlüſſelburgius

ſelburgius *a nobis alibi fraudis convictus, ſed breviter: operoſe & ex profeſſo hoc ſeculo* Gretſerus *criſtas erexit; quod ægerrime ferret, Editionem Reformatorum Theologorum ab* Hiſpano Theologo *Ferdinando de* Eſcalantes *adeo luculenter commendari. Sed maſcule convitia Jeſuitæ profligavit Johannes Jacobus* Huldricus *ſuis pro translatione Tigurinorum Latina vindiciis. Quod* Draudius *eandem operam ſuis vindiciis præſtitisſe* Lychardum Neocomenſem *indicat, de eodem auctore κατ' ἀναγραμματισμὸν intelligendum eſt. Scripſit etiam* Gretſerus *cauſæ ſuæ admonitionis ad exteros* defenſionem. *Cui* Huldricus reſponſum *jam paraſſe videtur, quod tamen aliis intervenientibus occupationibus ſuſpenſum fuit. Reſponſi* ἀντίγραφον, *ex autographo* Bibliothecæ Tigurinæ *adjecimus.* Nempe p. 138. & ſeqq.

(f) *Symbola Maſtrichtiana n. 1. 2. 3. 4.*

I.

Verſionem Tigurinorum Robertus Stephanus *anno 1545. junctim cum verſione vulgata per Columnas, edidit in Octavo, oppoſitis paſſim ad locos quosque difficiliores Scholiis locupletiſſimis ac doctiſſimis; quæ Scholia cum ipſius ſolius opus eſſent in ſolidum, omnem tamen eorum honorem vir modeſtiſſimus in præfatione alteri tranſcripſit, Franciſco Vatablo, literarum Hebraicarum tunc ibi profeſſori Regio, ac ſi ex ejus prælectionibus ſublectum eſſet, quicquid in iis boni continebatur: idquod etiam antea fecerat, quando iſta Scholia (eadem plane, niſi quod minus locupletia) ad textum vulgatæ accommodata, ac cum ea ſola impreſſa, vulgaverat: e qua editione vidimus Pentateuchum in quarto, cum hoc titulo,* libri Moſis quinque, cum annotationibus & obſervationibus Hebraicis, haud pœnitendis, quæ prolixi Commentarii vice eſſe poſſunt. *Pariſiis ex officina Rob. Stephani. Præmittitur brevis præfatio ad lectores, in qua ſic ait:* Conſtitueramus in tertia Bibliorum editione annotationes, ut antea ſemel à nobis factum fuerat, in interiori margine adſcribere. Verum fruſtra; tam magnum enim incrementum poſteriores annotationes acceperunt, ut ſolæ jam ſeorſim volumen etiam maximum ſibi poſtulent. Eam acceſſionem nolim mihi acceptam fieri. Hoc tantum præſtitimus, ut non nulla ex iis, quæ Regiorum Profeſſores exceperant, ad vos typographicæ noſtræ artis beneficio fideliſſime permanarent. Fruimini, utimini jam noſtris Collectaneis, & ab iis uberiorem fructum expectate, quam a brevibus illis Scholiis, quæ olim in marginibus Bibliorum excudimus. *Ex his ſatis apparet, non* Vatablum *ſed* Stephanum *eſſe autorem iſtorum Scholiorum, quæ in* Bibliis Vatabli *(ita dictis, quia in præfatione Stephanus Vatablo Scholia ſua fert accepta) comparent. Sunt autem iſto nomine duæ tresve editiones inter ſe diverſæ. Prima eſt illa in Octavo anno 1545. nihil habens præter verſionem vulgatam, ac Tigurinam, cum Scholiis Stephani marginalibus. Poſtea Biblia TETRAPLA (habentia textum Hebraicum, verſionem Græcam, ex editione Complutenſi Latinam vulgatam & Latinam alteram, non jam illam Tigurinorum, ſed plane novam) prodierunt duobus voluminibus (adjuncto etiam tertio, novum Teſtamentum continente) in magno quarto, cum iisdem illis prioris editionis annotationibus, ſed hic illic immutatis, & Hebraicas allegationes quæ nullæ in priori, paſſim habentibus. Eadem editio, cum auctioribus etiamnum Scholiis, anno 1586. ex officina Sanctandreana prodiit tribus voluminibus in folio, cum hoc titulo, Biblia Sacra Hebraice, Græce, Latine. Latina interpretatio duplex eſt, altera vetus, altera nova, cum annotationibus Franciſci Vatabli. Omnia cum editione Complutenſi diligenter collata, additis in margine, quos Vitablus in ſuis annotationibus nonnunquam omiſerat, idiotiſmis verborumque difficiliorum radicibus. Neutri harum editionum ulla præfatio additur, aut quicquam toto opere comparet, unde conſtet, a quo hæc editio adornata, aut nova iſta verſio profecta ſit, nam quod in titulo Scholia Vatablo rurſus attribuuntur, nihil eſt; tantum enim abeſt, ut Vatablus ſecundis aut tertiis hisce Scholiis manum adhibuerit, ut ne prima quidem ab eo profecta ſint (ſicut monſtravimus) eaque ſibi attribui indigne admodum tulerit, publiceque nihil illa ad ſe pertinere profeſſus ſit, cum multa religionem reformatam ſapientia in iis ſparſa ſint, à qua ipſe fuit alieniſſimus. Mihi dubium non eſt, quin* Rob. Stephanus *proprius iſtorum Scholiorum (& fortaſſis etiam Novæ verſionis) autor fuerit, æque ac præcedentium, idque ob teſtimonium* Conradi Pellicani, *qui in fine hiſtoriæ de vita propria (præfixa operibus ipſius anno 1587. Tiguri impreſſis) ita ſcribit:* Principio Decembris an. 1549. mecum fuit Robertus Stephanus octo diebus, qui videns quæ hactenus tranſtuleram e Commentariis Rabbinorum in ſacros libros, rogavit obnixe ut in reliquis omnibus pergerem, idque non ad ſenſum tantum, ſed ad literam quoque pro Hebraiſmis diſcendis. Statim igitur cæteros quoque interpretes, qui partim Prophetas, partim omnes libros Biblicos interpretati ſunt, in Latinam linguam translatos Genevam illi transmiſi, ut inſigniora ex illis excerpens, in lucem emitteret. Nova iſta verſione nos nuſpiam uſi ſumus, quippe qui ex tribus iſtis editionibus Bibliorum Vatabli, uti vulgo vocantur ſeu Bibliorum Stephani, uti nos rectius indigetamus, primam duntaxat illam anni 1545. in Octavo, ad manum habuimus, reliquas duntaxat vidimus atque obiter inſpeximus.

2.

Index Autorum Arn. Bootii Obſerv. in V. T. præmiſſ.

Biblia Tigurina.

Anno 1543. Tiguri nova Bibliorum translatio Latina ex originariis linguis facta prodiit, adornata a Leone Judæ (verbi divini ibi Miniſtro) quantum ad Canonem Hebraicum attinet; ab aliis vero diverſis, quantum ad libros Apocryphos & Novum Teſtamentum, quum Leo Judæ ante abſolutum opus mortem obiiſſet. Prima hæc editio eſt in quarto, habens paſſim in margine Scholia, ad locos quosque difficiliores, eaque in libris Propheticis admodum locupletia; unde & Robertus Stephanus haud pauca tranſcripſit paſſim in ſuas annotationes quas huic verſioni appoſuit, quum eam junctim cum Latina vulgata ederet, ſicuti ſupra monſtravimus. Verſio hæc quanquam ab hominibus reformatæ Religionis profecta, Theologis tamen Hiſpanis multo in uſu eſt, qui & Biblia illa Stephani (Biblia Vatabli vulgo dicta) recudi fecerunt Salamanticæ (expunctis duntaxat nonnullis quæ minus illis placebant) idquod indigne ferens Jeſui-

ta

ta Gretſerus, peculiarem contra hanc editionem tractatum ſcripſit, quo partis ſuæ Theologos ab ejus uſu abſterret, aliterque facientes acriter perſtringit, multa in ipſam verſionem jaciens, ita tamen ut petulantiam Genebrardi furioſe pro more ſuo in eam declamantis, ne ipſe quidem approbet. Cum Gretſero & alii nonnulli idem argumentum tractaverunt, quibus omnibus Tigurini fortiter reſponderunt: cujus rei uberiorem hiſtoriam texere non eſt hujus loci.

3.

BADUELLUS *Claudius.*

In transferendis libris Apocryphis *nobis operam navavit* Claudius Baduellus, *Complutenſem editionem quod emendatior nulla extaret, ſecutis. Addidit ad ſuam interpretationem & annotationes, quibus cum alia obſcura, tum Hebraiſmos quos Græcus interpres uſurpavit, quo fuſius eo apertius explicat. Robbertus* Stephanus, *in præfat. Bibliorum Anni 1557.*

4.

Petrus CHOLINUS.

Inter Bibliorum Tigurinorum interpretes non poſtremus, Zwinghi amicus, Tiguri obiit. Hotting. Hiſt. ſecul. XVI. part. 2. pag. 369. in fine & ſeqq.

(1694) BIBLIA SEU VERBUM DIABOLI quid libri ſit, & quod Friderico BRECKLINGIO, debeatur v. excerptum (a).

(a) *M. Colberg.* in ſeinem Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthum *pag. 250.* In dieſem 1666. Jahr iſt auch ein Weigelianiſches Satyriſches *Scriptum* heraus gekommen/ genant Biblia ſ. verbum Diaboli, ad ſuos Miniſtros, Apoſtolos & ſucceſſores in mundo, vorgeſtellet und im Druck befodert von *F. B.* Wem Brecklings Schrifft-Art bekant iſt/ und dieſes Buch dagegen hält/ wird den *Autorem* nicht weit ſuchen dürffen/ maſſen hierin die Chriſtliche Kirche verſpottet/ das *Miniſterium* verhönet/ und unſer Glaube durchgezogen wird. *D. Joh.* Müller nennet es in der Vorrede übern *Atheiſmum Devictum*, eine teufliſche *Satyram*, darinn das Predig-Ammt/ die Chriſtliche *Religion*, ſammt alle dem/ was wir in unſern Kirchen und Schulen gebrauchen auf das ärgeſte verlacht/ verhönet und mit groſſen Aergerniſſen verſpöttet wird/ unterſchrieben von *Lucifer, Abaddon, Beelzebub. Calovius* gedencket noch mehrer Schrifften des Brecklings in der *Præfation Anti-Böhmii*, ſo nur dem bloſſen Nahmen nach uns bekant ſeynd/ und in ihren Lateiniſchen Nahmen/ wiewohl ſie Teutſch geſchrieben ſind/ heiſſen; *Religio libera; Perſecutio relegata; Tyrannis Exul; & Juſtitia redux; Biblia Pauperum; Evangelium* der Armen; *Libertas & Poteſtas Eccleſiæ vindicata; Regina Pecuniæ; Mundi Politica & Anti-Chriſti Theologia; Chriſtus cum piis Prophetis & Apoſtolis redivivus; Majeſtas & Potentia; Libertas & Iuſtitia; Spes & Victoria; Triumphus & Gloria Chriſtianorum cum capite Chriſto; Phariſaiſmus detectus, convictus, judicatus & Chriſtianiſmus vindicatus; Triumphus veritatis;* Chriſtliche Send-Schreiben an den König in Dennemarck; Ewiges Evangelium; Ankündigung des Gerichts; *Anatomia Mundi; Excidium Germaniæ, Daniæ &c.*

(1695) BIBLICA PARAPHRASIS SAXONICA in plures ſacræ paginæ partes a *Franciſco junio* Amſtelodami typis mandata & ſuis in ,, Willeramum obſervationibus pag. 248. adeo ce-,, lebrata, atque ab eo magno quo pollet judicio,, & ſagacitate CÆDMONO illi, Ceadriano,, vel CEDMONO, cujus meminit *Beda* Hiſtor.,, Eccleſ. lib. IV. cap. XXIV. adſcripta eſt in *Somner.* Præf. dictionarii Anglo-Sax. th. 10. center. 2. *Symbola* eſt *Normanniana.*

(1696) CONSILII CALIXTINI DE UNIONE ET TOLERANTIA *reſtabilienda in Eccleſia DEI repræſentatio ſolida & peculiaris* Germanice verſa anonyma ut debeatur *Zachariæ* PRÜESCHENCKIO Conſiliario Saxonico-Vinarienſi: Vide ſupra cap. II. num. 655. cum aliis huc pertinentibus etiam num. 656.

(1697) DIALOGUS, *a D.* HOE *confutatus*, in TRIUMPHO CALVINISTICO, SCULTETI eſſe ex *Feurborn.* diſp. XIII. Tom. VII. diſp. Giſſens. th. 46. & *Dannhawer* Hodom. Calvin. Phantaſm. 8. pag. 1599. *Tenzelius* ſuppeditavit. Qvis autem ille Scultetus, an *Abrahamus*, Theologus Reformatæ Religionis, & qui Heidelbergæ docuit, non poſſum hinc certe aſſerere: an vero potius *Chriſtophori* Sculteti, qui SS. Theol. Dr. & apud Stetinenſes paſtor fuit, cujus memoriam habet *Witten*, Decade VIII. pag. 1049. Qui eadem decade memoriam *Matthiæ Hoen* ab Hoenegg pertexens pag. 1021. ejusdem ſimul ſcripta enarrat, atque inter illa germanicum quoddam refert quod hunc titulum præfert: *Triumphus Calviniſticus*, das iſt/ wider den andern Theil des neulich zu Berlin ausgeſprengten Geſprächs (deſſen Auctor iſt *Abrah.* SCULTETUS) verfertigte Triumph-Sieg- und Freuden-Schrifft. Leipzig 1615. in 4. it. aliud hujus tituli. Zur nohtwendigen Nachricht verfertigte Verantwortung/ wider das zu Berlin neulich ausgeflogene Läſter-Geſpräch von GOTTes Wort und GOtt ſelbſt. Leipzig 1614. in 4.

Unde conſtat quod Dialogi auctor ſit *Abrahamus Scultetus*, & refutationis illius Dr. *Hoë*, & quod utrumque Scriptum Germanicum ſit.

(1697. α) CATALOGUS *Regum, Ducum, Principum, Comitum* &c. *qui Mahometanam, Gentilem, & Lutheranam Sectam cum veteri Romana immutarunt*: ſive Innhalt und Verzeichniß der Königlichen/ Hertzog- und Fürſtlich-/ auch vielen Gräf- und Freyherrlichen und andern Hohen Adel-Standes-Perſonen/ als Feld-Herrn/ Generalen/ Obriſten/ Officirern/ und hochgelehrten Rähten/ und Hof-Beamten/ *SS. Theologiæ, Juris, Medicinæ, Philoſophiæ* Doctoren/ *Profeſſoren*/ *Licentiaten*/ *Superintenten*/ *Prædicanten*/ anſehnlichen/ Kunſt-reichen/ weitberühmten Männern/ welche ſich dieſe kurtze

Zeit hero von allen Ecken der Welt/ aus aller *Nation*, von Mahomet und Heydenthum/ von Lutheriſch- Calviniſch- und andern Secten / durch GOtt und ſein heilig Wort überwieſen und erleuchtet/ zu dem Römiſchen / alt-Evangeliſchen Catholiſchen Glauben/ mit ſondern Troſt und Ruhe ihrer Seelen und Gewiſſens / begeben. Liber quomodo ſit P. *Arnoldi* Engels Jeſuitæ, & qualis; D. Auguſtus Pfeiffer/ im Lutherthum vor Luthero Præfat. pag. 48. 49. cum hac epicriſi detegit: Dieſe / mit vielen Falſis untermengte Liſta iſt auch ſchon vor dem von andern ſpargiret/ und bedarff endlich keiner groſſen Wiederlegung. Eum auctorem jam p. 45. 46. ita deſcripſit: P. Arnoldus Engel/ (welcher nach dem dieſe Schrift zum erſtenmahl ausgefertiget / und ihm zu Handen kommen war/ ſich bey mir angemeldet/ mir auch ſeine Griechiſchen und Lateiniſchen Poemata unter dem Titul *Virtutis & honoris ædes*, zugeſchickt/ ad complananda amicitiæ adyta, wie er ſchreibt/ vertrauliche Freundſchaft zu ſuchen. vid. infra n. 1770.

(1697. β Olim CCCXVII.) CATECHISMUS ROMANUS ex Concilii Tridentini decretis formatus, *Latine* aliquoties editus prodiit. Eum *Germanice* quoque redditum à *Paulo* HOFFÆO *Jeſuita Germano*, memorat *Aleg.* prolixe vitam ejus recitans p. 364. 365. OFFÆUM vocet *Ribadeneira* & *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. part. II. pag. 180. & quidem ex Latino in Germanicum vertiſſe. Quæ ipſa verſio ex Gallica erat: uti videre eſt ex c. IX. n. 1498. α olim 252. adde *Sotvel.* pag. 649. b. & *Witten.* Biograph. A. 1608. Decemb 17. quæque dabimus *infra cap.* XIV.

(1698) CATECHISMI PRAXIS LUBECENSIS ſive Lübeckiſche Catechiſmus Ubung in 8. Lubecæ 1648. auctoris D. *Menonis* HANNEKENII, Superintendentis ibidem mihi confirmatur ex Symbola *Flensburgo Molleriana.*

(1699) CATECHISMUS PARVUS pro „Eccleſiis & Concionatoribus: Der kleine CA- „TECHISMUS für die gemeine Pfarrherren und „Prediger gemehret und gebeſſert aus D. Mart. „LUTHERI Schriften und Büchern/ zu Witten- „berg gedruckt/A. 1589. Hæc editio omnis ge- „neris ſomnia & cerebri humani figmenta com- „prehendens, publicata eſt a JESUITIS MO- „GUNTINIS, qui ei inſeruerunt errores ſuos, „de Invocatione Sanctorum, de diſtinctione ci- „borum, de Purgatorio, de VII. Sacramentis, „de Mutilatione cœnæ, de Miſſa, de neceſſita- „te Auricularis Confeſſionis, de indulgentiis „&c. Et quod mirum, eos ex Tomis & ſcriptis „Lutheri oſtendere non erubuerunt, ſed ficte, „fallaciter, corrupte, & contorte citantes To- „mum, folium ac Paginam, non aliter ac diabo- „lus ſcripturam. Hæc refert D. Joh. *Giſenius* „Theol. Argent. in Dedic. Defenſionis Cateche- „ſeos Lutheri & in Diſput. 1. §. 27. ut refert *Symbola Flensburgo Molleriana.*

(1699. αα) CATHOLICISMI VERI REVELATIO quale ſit ſcriptum, & cui debeatur docet *Symbola Maſtrichtiana* hoc modo:

ZWICKERUS.

Accuſat ejus verſionem Germanicam„ novi Teſtamenti Joh. Amos *Comenius* in ite-„ rata admonitione adverſus eundem pag. 41. fin.„ & ſeq. & pag. 47. cum facit auctorem libri Ger-„ manico Idiomate ſcripti *revelatio Catholiciſmi.* En verba: *Præterea, quia edito ante annos aliquot Germanico ſcripto, cui* Revelatio *veri* Catholiciſmi *titulum feciſti, pro Socino & Socinianis ſine ulla exceptione pugnaſti, quis te pro alio habeat?*

(1699. α) CATHOLICUS DISCRETUS & VERUS: ſive der ſo warhafte / als gantz aufrichtig und *diſcret* geſinnete Catholiſche / &c.„ 1666. Liber ampliſſimum titulum habens,„ quem hujus chartæ anguſtia non capit, totum„ tamen integra pagina exhibet B. Andreas Kühne/ tunc Superint. Annæbergenſis, initio ſui„ *Diſcreti Catholici autocatacriti.* A. 1677. 4. Germ.„ impreſſi. Cujus libri pauca tantum exempla-„ ria, non niſi Magnatibus diſtribuenda Sereniſ-„ ſimus *Auctor* ERNESTUS HASSIÆ LAND-„ GRAVIUS, poſtquam ad Pontificios tranſierat,„ imprimi curavit. Idem deinde ipſe ſuum hoc„ opus in *compendium* contraxit, & A. 1673. 4. ti-„ tulo *Extract* des *veri, ſinceri & diſcreti Catholici* &c.„ edidit. Cujus poſterioris libri exemplar, ſatis„ diu quæſitum, tandem inveni. Atque huic„ illum, quem dixi, Diſcretum Catholicum, au-„ tocatacritum. D. Kühne oppoſuit. Quem„ cum propterea quidam Anonymus (*forſan ipſe* „ *Princeps*) edito libello male tractaſſet, ei *αἰω-*„ *νύμως*, ab ipſo, ut reor, D. Kühnen / reſpon-„ ſum eſt. Eundem *Erneſtum Haſſiæ Landgravium*,„ Ao. 1659. *αἰωνύμως* etiam libellum DE EC-„ CLESIA ET BABYLONE ſcripſiſſe. recenſet,„ Jo. Henr. *Coccejus* Præfat. in Opera Patris ſui.„ p. 11. Hæc ad verbum ex Margine nunquam„ ſatis laudati atque laudandi, deque hoc opere,„ optime meriti Præſulis *Diecmanni* huc adſcripſi, cui nunc addo ſerius exhibita Maſtrichtiana talia Der ſo wahrhafte/ als gantz aufrichtig und diſcret geſinnete Catholiſche / das iſt: Tractatus oder Diſcurſus von einigen ſo gantz raiſonablen und freyen / als moderirten Gedancken / Sentimenten / Reflexionen und Concepten / über den heutigen Zuſtand des Religions-Weſens in der Welt durch eine der Römiſch Catholiſchen Religion mit Mund und Hertzen redlich zugethane Perſohn &c. gedruckt in einer Stadt/ daſelbſt es an Catholiſchen Kirchen gewiß nicht ermangelt/ Anno. 1666. Credo Coloniam Agrippinam illam eſſe, in qua Sereniſſimus auctor reformatam religionem ſaltem ore ejuravit, nempe LANDGRAVIUS HASSIÆ ERNESTUS, uti eum detegit auctor Jeſuita ſub lit. Q. N. in tractatu contra *Muſæum* ſub titulo: *perpetua lux & viſibilitas Eccleſiæ.* Videatur etiam And. Kuhnen/ Superint. S. Annebergenſis in diſcreto Catholico, Autocatacrito, Anno 1677. edito 4.

(1699. β) *De* FIDE ROMANO-CATHOLICA SERVANDA monitorium

um cui debeatur, ita docet *Symbola Maſtrichtiana*:

EISENHUT *Euſtachius*.

Anonymus qui ſub literis F.E. E.D. dedit *monitorium*, oder treuhertzige Warnung/ den Römiſchen Catholiſchen Glauben feſt zuhalten/ &c. 1664. & 1686. Auguſt. Vindel. eſt Frat. Euſtachius EISENHUT, Dominicanus, ut mihi relatum a diverſis cum in legatione ad Cæſarem Auguſtæ Vindelicorum degerem, etiam à Clariſſ. *Spizelio*.

Euſtachius EISENHUT Dominicanus auctor des admonitorii, welches Augſpurg ſo viel Händel verurſachet hat: Neſcio ex quo deſcripſerim.

(Euſtachius Archipresbyter Conſtantinopolitanus. Euſtachius anteceſſor. Auctor Commentariorum in Homerum alius ab eo Anteceſſore, qui de intervallis temporum ſcripſit. vid. *Freheri* Chronol. præmiſſ. Juri Græco Romano ad Ann. 1017.

(1700) VITA CHRISTI, das iſt/das Leben/Leyden/Begräbniß und Tod J. C. mit ſchönen Gebeten/ *Symbolis*, *Litania*, neben Marggraf Johan Friederich zu Brandenburg Gebetlein itzo aufs neue. Hamburg/ in Verlegung Mich. Herings/ 1625. Der Autor Vitæ iſt *Hieronymus* ORTELIUS, Auguſtanus. Die Brandenb. Gebete collegit M. *Joh.* FLEST, Hoffprediger/ wie Hering in præf. anführet. *Symbola eſt Wagneriana.*

(1700. *α*) *De* COENA DOMINI *doctrina ex* AUGUSTANA CONFESSIONE: item

---

(1701) *De* FRACTIONE PANIS IN COENA DOMINI EX SCRIPTIS LUTHERI; Germanice utrumque ſine nomine in 4. edidiſſe *Chriſtophorus* HERDESIANUS JCtus memoratur *Frehero*, Theatri part. 2. Sect. 4. pagina 898.

(1702) CONSIDERATIO *Myſterii* DES. COENA Theologi primarii Auguſtanæ Confeſſionis *contra Reformatos*, ſive: Eines vornehmen Theologi Augſpurgiſcher Confeſſion Erwegung des Geheimniß vom Abendmahl des Herrn wieder die *Reformirten*/ Francfurt. 1653. in 4to. Eſt verſio Diſputationis *Georgii* CALIXTI de Corpore & ſanguine Domini reapſe in S. Cœna præſentibus. Symbola eſt *Flensburgo Molleriana*: Ipſa diſputatio plagularum quinq; ſic inſcribitur: *Theſes de Corpore & Sanguine Domini reapſe præſentibus in ſanctiſſima Euchariſtia, quas Summi Numinis adſpirante Gratia ſub Præſidio Georgi Calixti St. Theol. D. & Prof. hodie Prorectoris publice in Acad. Iulia eid. April. Diſputandas proponit* Brandanus Dætrius *Hamburgenſis*. *Helmæſtadii, in Typographeo Calixtino excudit Henningus Mollerus*. CIƆ IƆC XXXVI.

(1703) QUÆSTIONES cum adjunctis Reſponſionibus *pro frequentaturis ſacram* COENAM: ſive etzliche Fragen ſammt beygefügter Antwort für die ſo zum heiligen Abendmahl gehen wollen/ ſie zu recht-gründlicher Buſſe und wahren Chriſtenthum anzuführen. Erfurt bey Friederich Melchior Dedekinden. A. 1667. agnoſcuntur ab auctore ſuo anonymæ prius editæ *Johanne Melchiore* STENGERO, Inſpectore Witſtochienſe notiſſimo, ob controverſias maxime Hartnaccianas, & alias. Ipſe *Hartnaccius* etiam hunc librum ipſi exprobrat acerbiſſime pag. 1708. Continuationis ſuæ Micrælianæ; occaſionem etiam ſcripti editi ex ipſius Stengeri citata relatione (a) verbis ſubſcriptis adducens.

(a) Hartnaccius continuationis Micrælianæ, pag. 1708. ex Stengero allegato (e) Palin. Præf. pag. 23. Anno 1667. gegen Oſtern ließ ich etliche Fragen drücken/ das wahre Chriſtenthum und die rechte Buß betreffend. Solches geſchah mit dieſer Gelegenheit. Indem ich *Privat*-Stunde hielt in meinem Hauſe/ dazu ſich viel *Catechumeni* einfunden/ ſo baten mich etliche/ ich möchte doch ihnen das/ was ich zu fragen pflegete/ ſchrifftlich *communiciren*; das willigte ich. Aber/ da es andere mehr begehrten/ wolt ich der Müh mich erleichtern/ und gab es in Druck.

(1703. *α* CCCXVIII.) DE COENA DOMINI Libellus *Germanice* editus, absque auctoris nomine, inter *Thomæ* ERASTI, *Medici Helveti* libros cenſetur in Bibliotheca *Geſnero-Simleriana* pag. m. 661. De Euchariſtico certamine illius cæteroqui, vide quæ retulimus ſupra cap. 2. num. 37. ex *Melchiore Adami*. Anno 1662. editus eſt hicce libellus Heidelbergæ *Germanica lingua*, de ſenſu verborum cœnæ: *Hoc eſt corpus meum*; in quo ipſis verbis Chriſti & Pauli patrumque teſtimoniis oſtenditur, verba Cœnæ non ſecundum literam, ſed tropice accipienda eſſe. Autor hujus libelli fuit Thomas *Eraſtus*, Med. Prof. Heidelb. docente Joh. *Mollero* Flensb. ex *Lavateri* Hiſtor. Sacr. pag. 149. Hunc de Cœna Domini libellum absque Autoris nomine inter libros ejus refert & *Freherus* Theatri pag. 1280. b. Nihil tamen de hoc *Lindenius* neque *Merclinus*, nedum *Schenkius* in Bibliotheca Medica: forſan quod ipſis propoſitum ſola ſcripta medica recenſere. Puit patria *Aquenſis* Helvetius, & editis libris de *nova Paracelſi Medicina* & aliis inclytus eſt; ad ultimum humanas ſcientias egreſſus Theologica tractavit, *König. Bibl. v. & n. p. 277.*

Addit margo Maſtrichtianus: *Hiſtoriam de diſſidiis Eraſti accurate tradit Henr.* Altingius *in libello MSto de reformatione Eccleſiarum in Palatinatu, quem poſſideo, in quo multa ſingularia.*

(1703. *αα*) CONCIONATOR THEORETICO-PHILOLOGICO-PRACTICUS: oder Leipziger Prediger-Kunſt/ wie man Senſum S. Sacræ wohl unterſuchen: die Heil. Schrifft in ſeinen Jungen Jahren verſtehen: die Sprachen/ Diſciplinen, Philologie, Concordantien, und Commentarios glücklich hiezu gebrauchen: den Text geſchickt diſponiren/ appliciren: mit leichter Manier variiren/ und gründlich elaboriren ſoll. Alles in Theoria

ria und Praxi verfaſſet von M. G. S. Leipzig 1696. 8. Liber conſtans paginis 294. capitibus X. primum *ἀνωνύμως*, mox ſecundo Anno 1697. nomine Magiſtri *Georg* STEINBRECHERI, *Torgavienſis Rectoris* prodiit.

(1703. β CCCXIX.) *Inſtructionem pro iis, qui Sacramenta Confeſſ. & communionis frequentant.*

(1703. γ CCCXX.) *Lucæ* Pinelli *de perfectione Religioſa* lib. IV.

(1703. δ CCCXXI.) Alphonſi Rodriguez *Tractatus* IV.

(1703. ε CCCXXII.) Franciſci Arias *de Mortificatione.*

(1703. ζ CCCXXIII.) *De Summo bono, ſeu Felicitate æterna Compendiolum ex* Leonardo Leſſio *deſumptum:*

Scripſit vero ſuo ingenio, ediditque *Germanice,* tacito item nomine

(1703. η CCCXXIV.) *Stimulum peccatoris* ſeu *Motiva XII. quibus oſtendit, qua cura & ſtudio quivis Chriſtianus peccatum vitare, & ab eo ſe expedire debeat.*

(1703. θ CCCXXV.) Tractatum, *de Integritate Confeſſionis.*

(1703. ι CCCXXVI.) Tractatum, *de Indigna Communione.*

Michaelem LOSCHER *Jeſuitam Germanum* horum & aliorum anonymorum librorum huc pertinentium auctorem vel editorem facit *Alegambe* p. 344. repetitque *Sotvel.* p. 615. *a.*

(1703. κ CCCXXVII.) De *Communione ſub utraq;*, ſub nomine Theologorum Bavariæ, Germanicum ſcriptum, cum eſſet editum, & a *Schmidelino* & *Cyriaco Spangenbergio* refutatum, mox juſtæ molis librum iisdem repoſitum eſſe, nomine non adſcripto per *Paulum* HOFFÆUM, auctor eſt *Alegambe* p. 364. repetente *Sotvello* pag. 649. b. adde dicta ſupra num. CCCXVII. ubi aliis OFFÆUM vocari docuimus.

(1703. λ) CONTRA COMMUNIONEM PRIVATAM *ἀνωνύμως* præfixis litteris D. J. D. Doctorem *Joannem* DIECMANNUM Superintendentem Generalem Stadenſem deſignantibus ſcripſiſſe; cui Antagoniſtam ſe conſtituerit Chriſtian Neubaur / Obriſt-Leutenant und Commendant zu Bremen ex illius ſcriptis conſtat: & ſpeciatim ex höchſt-abgenötigter Apologia oder Defenſions-Schrift wieder Hr. Dr. *Joh. Diecmann* gedruckt Anno. 1694. in 4. p. 10. 11. 23. 82. 84. 85. 88. &c. aliis locis.

(1703. μ) CONFESSIONIS AUGUSTANÆ REFORMATÆ DEFENSIO i. e. Ausführliche Behauptung der verbeſſerten Augſpurgiſchen Confeßion / und etlicher dazu gehöriger Materien. &c. ſcriptum anonymum *Chriſtiano* BECMANNO, Superintendenti & Theologiæ Profeſſori Serveſtano, ac Excellmo Syndico *von Maſtricht* aſſertum, quem de hoc ipſo prolixius agentem vide in Pſeudonymis ſub nomine Chriſtoph. *Maſſonii.*

(1704) CONFESSIO FIDEI IV. *Civitatum* ARGENTORATI, CONSTANTIÆ, MEMMINGÆ & LINDAVII exhibita in Comitiis Auguſtanis 1530. Tribuitur *Johanni* STURMIO qui Scholæ Argentinenſi per 51. annos cum laude præfuit, a *Reginaldo* Calvino Turei omi pag. 52. Quod vix credibile. Nam is tum XXIII. annorum erat uti ſupputat *Normannus* in Symbolis, motus auctoritate maxime *Geſneri*, in Biblioth. qui inter ſcripta Sturmiana nullum ante 1539. annotavit.

(1704. α) CONFESSIO FIDEI EVANGELICO-CATHOLICA *bona & clara S. Scripturæ verbis:* ſive Gut Evangeliſch-Catholiſches Glaubens-Bekäntniß / allen ingemein / die da GOtt / die Warheit und ihrer Seelen eigenes Heyl lieben / zum heylſamen Bericht von redlichen gut Catholiſchen des uhr-alten Heil. Römiſchen Reichs Unterthanen / aus klaren Worten GOttes vorgetragen: quod ſit liber anonymus nuperus, P. *Arnoldi* Engel Jeſuitæ, & qualis, & quomodo refutatus exponit Dr. Auguſtus *Pfeiffer* pag. 47. 48. præfat. ſeines Lutherthums vor Luthern hiſce verbis: „Dieſes iſt nur überſetzet aus P. Jac. *Maſenii* Confeſſione fidei ex claro puroque DEI verbo, oder, Glaubens-Bekäntniß aus GOTTes klaren und, pur-lautern Worte / welches zu finden P. 1. Meditatæ Concordiæ. Weil aber dieſem Catholiſchen, Glaubens-Bekäntniß Herr Johann *Thomæ* J. U. D., Sächſ. Altenb. Fürſtl. Rath und Conſiſtorial-Præſident ſchon Ao. 1666. entgegen geſetzet hat ſeine, Confeſſionem Fidei Orthodoxam, oder Recht-, gläubiges Bekäntniß / und ich an dieſem nichts zu-, verbeſſern weiß / wie denn auch meines Wiſſens Ma-, ſenius die Stunde noch nicht geantwortet / ſo hab ich, in Wiederlegung deſſelben keine vergebliche Mühe, nehmen / ſondern an gedachten gelehrten und recht, Theologiſchen Juriſten den Leſer hiemit remittiren, wollen.

(1704. β) CONJECTURÆ DE RESIDUIS MUNDI TEMPORIBUS: ſive Unmaß-, gebliche Muthmaſſungen / was nach dem geoffen-, bahrten Worte GOTTes in der noch hinterſtelligen, Zeit der Welt vor dem Jüngſten Tage geſchehen, werde. Amſterdam 1684. pro *Peterſenio* ſcriptæ quod ſint à *Laurentio* FRISIO docet Caſp. *Sagittarius* Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 922. (a) excerptis verbis. Et quidem ut videtur ex *Molleri* (b) Iſagoge Cimbrica Part. II pag. 170. repetitis verbis pene iisdem, addita tamen ſua epicriſi.

(a) Caſp. Sagittarius Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 922.

Denique cauſam Chiliaſticam ante paucos annos propugnare cœpit Joh. Wilhelmus Peterſen, *Lubecenſis*

becenſis, SS.Theol. D. ac primum Poſtulati Epiſcopi Lubecenſis, Ducisque Holſatiæ Concionator Aulicus *& Antiſtes Euthinenſis, poſt dulciſſimæ patriæ meæ Luneburgenſis Superintendens, non modo vir doctiſſimus, ſed (ceu equidem exiſtimo) etiam pientiſſimus, religioſiſſimusque: cujus tamen fata, ob hanc & aliam de Viſionibus, controverſiam, acerbiora, etiam in vulgus nota ſunt. Ἀνωνύμως eidem jam anno LXXXIV. patrocinatus eſt* Laurentius Friſius, *Parochiæ Bredbroenſis in diœceſi Ripenſi Paſtor ἑβδομηκώτης, eodem anno vita defunctus, in* Conjecturis de reſiduis mundi temporibus.

(b) Mollerus Iſagog. ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbr. Part.II.pag. 170.

Autor, M.L. Fr. (i.e. M. Laur. Friſius, *Parochiæ in diſtrictu Ripenſi Bredbroenſis Antiſtes ἑβδομηκώτης), eodem A. 1684. defunctus. Erroneam hos fovere ſententiam, quæ cum crebris Scripturæ de ultimorum Mundi temporum conditione miſerrima vaticiniis conciliari nequit, & locum Apocalypticum, aliaque dicta Biblica, ab Antagoniſtis illorum ſatis commode explicata, fruſtra in patrocinium ejusdem allegari, agnoſco. Hæreo tamen, an ii, quos a τῷ ῥητῷ diſcedere conſcientia, licet erronea, prohibet, ob diſſenſum hunc fidei fundamentum non convellentem, Communione Eccleſiæ ſint excludendi.*

(1705) CONSILIUM ſuper tribus Quæſtionibus de OFFICIO MAGISTRATUS circa ſubditos ſibi religionis diverſæ: De LIBERTATE CONSCIENTIÆ in rebus fidei: Deque OBLIGATIONE Conventionum & JUREJURANDORUM IN REBUS RELIGIONIS, qualiter anonymum prius, dein agnitum ab auctore celeberrimo & de Eccleſia noſtra ſumme merito D. *Philip. Jacob* SPENERO, ex ipſius verbis (a) operæ pretium eſt agnoſcere, quæ exhibemus.

(a) D. Philip Jacob Speners Rettung der gerechten Sache künftiger Hofnung *contra* Hr. D. Auguſt. Pfeiffern. Franckfurt am Mayn 1696. in 12. p. 388. In dem Abdruck eines Bedenckens über 3. Fragen von der Obrigkeit Amt bey Unterthanen anderer *Religion*, von der Gewiſſens-Freyheit/ und Gebrauch der Gewalt in Glaubens-Sachen/ und von Verbindlichkeit der in Religions-Sachen aufgerichteten Verträge/ und gethaner Eydſchwüre / welches Ich / (ob wol mit Verſchweigung meines Namens welches zum beſten mehrer gedruckten Gemeinden / um dero Willen das Bedencken geſtellet worden / eine hohe Standes Perſon nöhtig achtete.) 1683. zu Franckfurt *ediret* habe/ und aus demſelben meine Meinung in ſolcher *Materie* gefaſt haben wil. - - -

(1706) EXHORTATIO Chriſtiana ad CONSTANTIAM in EVANGELICA puriore DOCTRINA: ſive Chriſtliche Aufmunterung zur Beſtändigkeit bey der reinen Lehre des Evangelii: ſamt einfältigem Bericht von denen Mitteln/ wie man ſich auf die vorſtehende Verfolgung zu bereiten und in dieſelbige zuſchicken habe. Aus treuen Hertzen aufgeſetzt von S. M. E. F. Franckfurt am Mayn/ 1684. in 12. paginis 134. cum deſignatione contentorum accurata *Senioris Miniſterii Eccleſiæ Francofurtenſis*, adeoque maxime reverendi *Philippi Jacobi* SPENERI eſſe, tum alias facile & ab amicis confirmata divinatione jam ſtatim; tum deinde mox auctoris honoratiſſimi, ac Patris inſtar ætatem mihi colendi dono, ac literis, & nunc fama publica dudum conſtat.

(1707) DE CONTROVERSIIS HELMSTADIO-SAXONICIS MODESTUM CONSILIUM Chriſtiani & non variatæ Confeſſioni addicti Doctoris: ſive Eines Chriſtlichen hochgelährten Lehrers der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion beſcheidenes / unvorgreifliches / und gründliches Bedencken/ über die zwiſchen etlichen Churſächſiſchen und Helmſtättiſchen Theologen entſtandene CONTROVERSIEN 1662. in 4to. Scripſi antehac Cl. V. Olao *Nezelio*, Collegæ,, meo in diſputatione Synodali de Baptismo pag.,, 43. videri eſſe eruditi Theologi *Salomonis*,, GLASSII. Quod ille haud dubie in Germania,, agens acceperat. Interea & ipſe hoc Judicium,, nactus, titulum plene apponere volui. Ordi-,, ne in eo *Controverſiæ Calixtum inter & Hulſemannum* agitatæ, perque ſeptem Locos Theologi-,, cos ſparſæ, erudite præcipue καὶ εὐγνωμονικῶς,, pertractantur. *Symbola* eſt *Normanniana*, quam confirmat *Schraderiana* & *Flensburgo-Molleriana*. Quarum poſterior etiam addit, quod hic celeberrimus Saxo Gothanus Superintendens, moderate admodum de his controverſiis judicando, apud rigidiores parum gratiæ iſto ſcripto ſit promeritus. Memini beatum parentem meum etiam, me multum adhuc puero, in hiſce Controverſiis admodum verſatum, & cum Calixtum etiam ipſum anno præter propter 1654. compellaſſet, admodum ab ejus partibus ſtando, ſæpe malam apud multos cum Hulſemanno & Saxonicis facientes gratiam iniviſſe: Interim hiſtoricam deſignationem totius ejus Controverſiæ ſua manu exaratam mihi quoque reliquiſſe, una cum literis deſuper variis commutatis. *Glaſſio* ſcriptum hoc tribui notat hic etiam in marginalibus Dr. *Diecmannus* ex *Hartmanno* de veri Chriſtianismi Imped. & adjum. p. 99.

(1707. α) CONVERSATIONIS CHRISTIANÆ REGULÆ: ſive XXX Regeln von der Chriſtl. *Converſation*, ſine auctoris nomine ab alio, poſtquam Cenſuræ Lipſienſi traditæ fuiſſent primo, editæque deinde, & cum ejusdem nomine recuſæ memorantur ab auctore ipſo M. *Auguſto Hermanno* FRANCKEN, linguæ Græcæ & Or. P.P. Halis & Concionatore Glauch. in edito ſuo in 4. Ao. 1692. Tractatu, cui titulus: Entdeckung der Boßheit / ſo mit einigen jüngſt unter ſeinem Nahmen fälſchlich publicirten Briefen von dreyen ſo benahmten begeiſterten Mägden zu Halberſtad / Quedlinburg und Erffurt begangen. Cölln an der Spree.

(1707. β) COR DEO PLACENS CONFESSIONI & S. COENÆ PRÆPARANDUM i. e. Das GOtt wolgefällige Chriſten-Hertz / wie daſſelbe Abends und Morgens / bey der Buſſe / Beicht und Communion, im Gebet / Bitte / Fürbitte und Danck-

gung

ſagung / im Loben und Singen/ſeine Andacht ausüben kan. Für alle Menſchen/zu aller Zeit / in jedem Alter ausgefertiget und mit Kupfern gezieret / mit Chur-Fürſtl. Sächſ. gnädigſten Privilegio Lüneburg bey Jo.Georg. Lippern/M.DC.LXXXIX.24.Libellus pius pii eſt concionatoris prope Brunſvvigam milliare in officio poſiti, qui eas preces ex Arndtii Horto Paradiſi excerptas inſcriptionibus dicto libello conſtantibus inſignivit, ediditque:v. de *Perfectione* illius librum eadem forma. Nomen ei J.J. BONNICHIUS.

(1707. γ) CORDIS SPECULUM LUCIDISSIMUM ſive hellleuchtender Hertzens-Spiegel: liber fanaticus ſub præfatione patriam auctoris von WERD ſolam indicans, eo tamen nomine *ad Pſeudonymos* nobis referetur.

(1708) *Danielis* CRAMERI BREVIARIUM BIBLICUM, recenſitum, multisque locis auctum nomine diſſimulato, ab AUGUSTO Conring. Epiſt. Gratul pag. 137. (a) *Duci* BRUNSUICENSI ET LUNEBURGENSI adſcribitur à *Symbola Normanniana*. Liber ipſe Cramerianus eſt notiſſimus, & recuſus ſæpius, ultimo, quod ſciam, Strasburgi 1680. Titulus plenus hic eſt: *Summarien* und Bibliſche Auslegung / darinn nicht allein ein jedes Buch mit Capitel richtig getheilet / ſondern auch der Nutz darauf an Lehr/ Beſſerung/ Troſt/ Warnung/kürtzlich/darnach reichlich ꝛc. gezeiget wird durch Danielem Cramerum Weyland der heiligen Schrift Doctorem der Stifts-Kirchen zu S. Marien Paſtorem, und des Fürſtl. Pædagogii Profeſſorem zu Alten-Stetin/ in 4. ſpiſſo volumine in charta majori. Eum librum Ao. 1627. dedicatum ipſi Principi Auguſto jure illi deberi, docet *Conringius* Epiſtolæ Gratul. pag. 137. Neque plane diſſimulata ratio hæc dedicandi eſt pag. ultima datæ dedicationis ſed verbis (b) ſubſcriptis adducta.

(a) Herm. Conringius Epiſt. Gratul. ad Aug. Duc. Brunsvicens. ac Luneburg p. 137. *Incidit nuperrime hactenus mihi ignoratus libellus in manus meas, quo S. Scripturæ univerſæ* breviarium ſummo ſtudio a Daniele Cramero *confectum, non duntaxat qualejam erat, ſed & tua cura recenſitum, ac multis locis auctum, nomine diſſimulato ſigillatim in uſum publicum, anno abhinc uno poſt quadraginta edidiſti.*

(b) Daniel Cramerus in præfatione Summarien und Bibliſcher Auslegung *præmiſſa pag. ult.* daß ich unter E.F.G. hochberühmten Fürſtl. Nahmen hab wollen laſſen auskommen/deſſen ſind zwar ſehr viel dringende und erhebliche Urſachen/ die hie nicht alle zu erzehlen ſeyn. Eins aber will E. Fürſtl. G. ich mit höchſter Wahrheit und Ruhm nachſagen / daß dieſelbe / ſobald Sie meine Bibliſche Arbeit anſichtig worden / Ihr zum höchſten haben gefallen laſſen. Auch wo je einer unter hohen Standes-Perſohnen geweſen/ welcher dieſelbe fleiſſig *cum judicio ſingulari* geleſen auch andern hohen Fürſtl. Perſohnen *recommendiret* hat / ſo iſt derer einer / E.F.G. der vornehmſte. Welches ich zum Theil aus E. Fürſtl. G. gnädigen Mund und Schrifftl. Gezeugniſſe / zum Theil auch von andern hohen Fürſtl. Perſonen glaubwürdig berichtet bin. Wie denn E.F.G. daſſelbe ſattſam auch darinn erwieſen/ daß dieſelbe die *Summarien* aller und jeden Bücher und *Capitel* abſonderlich zuſammen gezogen/mit einer *Præfation ſub dato Hiddes*-Acker *d.21.Octobr.1624.* aus der Lüneburgiſchen Druckerey im Jahr 1625. verfertiget in klein *Format* auf Poſt-Papier ans Licht gegeben hat.

(1708. β) CYNOSURA, ſeu STELLA POLARIS i.e. Nord-Stern / Führer zur Seeligkeit/durch drey kräfftige Wirckungen/beten/ pſalliren/leſen. Colon. 1680 in 12. Liber in tres partes, Lehr-Buch / Bet-Buch und Geſang-Buch diviſus. Auctorem eſſe *Henricum* KIRCHERUM, Jeſuitam, oſtendi in *Annot. ad Encænia* Septentr. Stadæ Ao. 1693. in 4. edita, p. 99. Ita habet hic margo *Diecmannianus.* Sotvellus ejus ſcripti ut ſerioris ipſius Bibliotheca non meminit ipſum auctorem licet memoraverit, pagina 327. & 328. tanquam adhuc viventem.

quoque laudatam, & A. 1528. atque 1531. editiones memoraſſet. Quibus aliquam addit *Hunnius* l.c. p. 19. alium etiam titulum præferentem, hiſce verbis: Theologia Deutſch / Etliche Haupt-Reden / einem jeden Schüler Chriſti wol zu ſtudiren. Et *Arndtius* im Bedencken über die Teutſche Theologia, de quo *infra* pluribus dicetur, & excerpta quædam exhibebuntur (ηη) & (u) Ao. 1534. ultimam editionem Germanicam, ante ſuam eſſe factam expreſſe aſſerit: ut adeo prope interiturus hic liber fuerit illi viſus. M. Georg. Frid. *Heupelius* Diſp. Witteberg. 1688. habitæ cui *Memoria Tauleri inſtaurata* titulus eſt §. IX. (β) editionem etiam 1628 memorat, mihi nondum viſam. Anno etiam ſuperiore 1695. d. 13. Auguſt. in Bibliotheca publica incidi in editionem in forma 24. num. 100. notatam, cui titulus erat: Teutſche Theologia gedruckt anno, ut erat in frontiſpicio, 1246. (pro quo legendum credo tamen 1546.) cum præfatione *Lutheri*, ſed in fine iterum 1246. legitur, addito loco Franckfurt am Mayn bey Cyriaco Jacobi vom Boſch: & addebatur demum noch ein altes Exemplar aus der Bibliothec zu Schleßwig / Ao. 1642. Huic Exemplari præſcriptum erat, manu mihi, dubium an ut aliis multis Lindenbrogiana, ignotus autor *Eblandus* hiſtoricus. Porro nec tacendum hic, quod Autographa, Brunſuicenſia Tom. I. pag. 62. editionem anni 1519. cum præfatione *Lutheri* in 4. & Tom. II. pag. 72. antiquiorem etiam Ao. 1618. prætereaque fortaſſis adhuc aliam editionem citet T. III. Nec enim tam accurate ſcrutari hæc hactenus vacavit. *Mihi* contigit *duplicem* ejus *editionem* poſſidere, quarum *prior*, Lunæburgi 1652. in forma 24. per Sternios cum Kempiſii de Imitatione Chriſti & D. Jo. Staupizii de amore DEI prodiit, hac inſcriptione. Zwey Uhralte edle Büchlein / das erſte die Teutſche *Theologia*, das iſt / wie Adam in uns ſterben und CHRISTUS in uns leben ſoll. Das andere / die Nachfolge Chriſti / wie man alle Eitelkeit dieſer Welt verſchmähen ſoll / durch D. Thomam a Kempis auch Herrn D. Joh. von Staupitz Büchlein von der holdſeeligen Liebe GOTTES. Aus guter Wolmeinung in dieſer jämmerlichen betrübten Zeit / zu Beförderung wahrer Buſſe und Gottſeeligkeit hervorgebracht / und publiciret durch den hocherleuchteten Hn. Johann Arendt / weyland General-Superintendent des Löbl. Fürſten. Lüneburg: bey Johann und Heinrich Stern. Ubi præfixa Lutheri præfatio Ao. 1520. data exhibetur. *Poſterior* ab inclyto ſummis in Eccleſiam & remp. Litterariam meritis Viro Philippo Jacobo *Spenero* adjuncta eſt *Operibus* Joannis *Tauleri* Germanicis in 4to. Francof. 1681. titulo vier uralte Geiſtreiche Büchlein / cœteris priori titulo fere conſonis, niſi quod Staupizii liber von unſern Heil. Chriſtlichen Glauben una exprimitur, qui tamen & priori editione continebatur, licet in titulo non exprimeretur. Et hæc quidem editio ad Magdeburgenſem Ao. 1657. repræſentata in Speneriana præfatione memoratur. *Latina verſio* quando prima prodierit, pro certo non dixerim. Martinus *Lipenius* Bibliothecæ ſuæ Theologicæ Tit. Theologia in genere pr. pag. 838. a. memorat Antvverpienſem Ao. 1531. in fol. & Ao. 1558. in 12. quam & Joh. *Hoornbeck* in ſumma controverſiar. lib. 6. citat pag. m. 409. edit. Ultrajectinæ 1653. in 8. alias pag. 385. nulla addita mentione interpretationis vel interpretis, quem *Johannem Theophilum* inſcribit editio Baſileenſis Oporini 1557. in 8. Mihi contigit Lugdunenſis Ao. 1580. in 12. cujus hic titulus *Theologia Myſtica* (quod Epitheton *loco Germanica* ſubſtitutum in præfatione typographus excuſat) *a Pio quodam ordinis Dominorum Teutonicorum Sacerdote, ducentis circiter abhinc annis Germanice conſcripta, & a Johanne Theophilo in Latinum translata. Ludovici Bloſii Enchiridion parvulorum. Poſt alias editiones noviſſime diligenter recognitum, & ſumma cum cura recuſum.* Hoc nomen *Joh. Theophili forte fabricatum* eſſe recte viſum *Gisberto Voëtio*, Aſceticor. cap. 3. l. 21. pag. 81. Siquidem (ut hoc etiam hic anticipemus, ad Pſeudonymos pertinens) vero nomine fuit *Sebaſtianus Caſtalio*, cujus & verſionem Thomæ a Kempis de Imitatione Chriſti, & Bibliorum V. & N. Teſtamenti, & aliorum antiquorum & recentiorum ſcriptorum, aliaque proprio marte conſcripta habemus: quæ v. apud *Geſnerum a Simlero* auctum pag. 620. & *Friſium* pag. 245. quorum hic diſſertis verbis ita ſcribit: *Sub nomine Johannis Theophili transtulit in linguam Latinam Theologiam Germanicam 8. Baſil. Oporin. 1557.* Ille Theologiam Germanicam ab eodem alieno nomine in publicum editam, æque ac alios libellos memorat. Quod tamen de verſione ſola eſt accipiendum, quemadmodum & *Theodori Bezæ* locus, *Epiſt. 46.* (γ) Qui *Hornbeckium* plane confudit, ut obſervat etiam *Thomaſius* Schediaſm. lib. c. p. 7. & num 12. Ubi *Caſtalionem* hoc loco innui probat ex alio loco, in vita Calvini, qui de Bellio agit, de quo v. infra in Pſeudonymis. Imo eundem ſibi jam ante viſum auctorem hujus verſionis *ex ſtylo & argumento præfationis*, eleganter oſtendit l. c. n. 14. (δ) Ubi quod *Italum vocet* hominem eum, *qui* natione *Gallus erat*, ipſe *per errorem* factum agnoſcit, in literis ad me ſuis jam ante laudatis, & ignotum ſi' adhuc fuiſſe fatetur cum hunc ſcriberet, *locum alium* ex Epiſtola *Marnixii*, quæ *Bezæ Epiſtolis ſexta* numero inſerta eſt, & totam rem de verſione *Caſtalionis* apertiſſime prodit (ε) Quinimo non latinam modo ſed *Gallicam* etiam *verſionem* hujus libri *ab eodem* eſſe datum, memorat *Poiretus* pag. 250. libelli Gallici, quem titulo *Paix des Bonnes Ames* edidit in 12. Amſterd. 1687. Cujus vetuſtati ſine dubio corrigendæ, novam etiam a ſemet ipſo undecim ab inde annis i. e. A. 1676. editam, & brevi forte recenſendam idem profitetur. Belgica verſio etiam memoratur *Hornbeckio* ſumma controv. l. 6. pag. m. 409. una cum Lutheri præfatione. Sed de *verſionibus* ſatis. Ad ipſum librum revertamur, ut Autorem ejus inquiramus. Quem Joh. *Taulerum* in quodam Fratrum crucis Roſeæ ſcripto Ao. 1617. edito Titulo *Frater crucis Roſatæ* ſtatim fuiſſe proclamatum, in editione priori jam notavi. Et nunc etiam *Hornbeckium* illos citantem addo in Summa controverſiar. p. 385. & *Heupelium* qui in memoria Tauleri reſtaurata Witteb. 1688. in 4. exercitio Academico publicato §. 9. idem prolixius docet, at ſimul refutat. Cujus verba (υ) infra ſubſignavi, quia hæc philyra in paucorum fortaſſi

hæ

hæ legentium eſt manu. Neque hic omittere, quod in doctiſſimo ſcripto, nomine *trium Miniſteriorum*, Lubecenſis, Hamburgenſis, & Luneburgenſis edito, cui titulus abgenöhtigte Lehr- und Schutz-Schrifft wider den Guttmanniſchen Offenbahrungs-Patron. 8. Hamb. 1670. part. 2. §. 18. p. 127. idem annotatum invenio, ex Joh. *Hornbeckio* ſummæ controverſ. cap. 6. p. 385. quæ mihi 409. eſt, ubi quoque non alienum ſe ab hac ſententia profitetur. Quam auctoritate *Lutheri* ſuffultam aliqui voluere quos inter etiam Paulus *Egardus* part. 1. Geiſtreicher Schrifften / edit. Gieſſ. 1681. in 4. pag. 164. *Lutherum* adducens & pag. ſeqq. cum *Neandro*, verbis (χ) infra exhibendis, cum tamen ipſe in præfatione ad libellum, was der alte und neue Menſch ſey/ tantum argumenti & materiæ cum Taulerianis ſimilitudinem notaverit: (ζ) Sed uti *Thomaſius* noſter ait. l. c. n. 4. *haud dubie falluntur qui a Taulero ſcriptum cenſent, apud Neandrum* præf. in Theol. Tauleri & Theol. Chriſtian. pag. 740. *qui & ipſe in eandem ſententiam proclivis, aliter tamen pronunciare videtur in illa prolixa Erotematum gr. ling.* Baſil. 1565. *editorum præfatione p. 312. Adde quod Taulerum ipſe Theologiæ Germanicæ ſcriptor citat*. c. 12. *Unde, quod ad ætatem attinet, Taulero aut æqualis aut poſterior eſſe convincitur.* Quod ſi exemplar Germanicum Ao. 1541. excuſum Caſparum *Schwenckfeldium autorem præfert* uti accredens Amiciſſimo Domino Dr. à *Maſtricht* in editione priori memoraveram; nunc vero excerptus ſub lit. ψ. Illud non ſine *falſi crimine* fuit factum. Quemadmodum & *Simlerus* in Bibl. Gesneri pag. 259. a. & *Friſius* 260. b. *In Tomo I. Operum Schwenckfeldianorum.* Ao. 1564. in fol. edito inter 24. eo contentus libros num. 16. Theologiam Germanicam collocatam refert. Imprudentia ſane perquam abſurda. Cum Schwenckfeldio adhuc multum puero præfixa huic libello *Lutheri* Epiſtola expreſſe habeat dieſes Büchlein iſt nicht neu. Quemadmodum paulo præcedentibus verbis neque doctrinam hanc novam eſſe ſcripſerat. Illud vero etiam riſu potius quam refutatione dignum eſt, quod nuperrime non nemo, (η) ſine ulla prorſus auctoris ullius mentione, aliquos *Davidi Joris* ſive Georgio Delfenſi Archi Hæretico librum hunc imputaſſe commentus eſt. Quippe cujus & ſtylus, & genus ſcribendi, δὶς διὰ πασῶν & ætas adeo differt, ut liber hic jam eo vix nato comparuerit, & ex Vetuſtiſſimi Manuſcripti inſcriptione, ſin minus nomen auctoris, at certe qualitatem longe diverſam oſtenderit. Nempe quod fuerit Sacerdos & Cuſtos ſimul, ordinis Teutonici Equitum Joannitarum, Francofordiæ vivens, ante hoſce 300. annos, ut patet ex facta jam Ao. 1620. editione, teſte *Flacio*, in Catalogo Teſtium veritatis pag. 931. poſteriore (nam culpa typographi numerus meæ editionis Oporinianæ Baſileenſis 8. 1556 a. p. 944. iterum 929. & ita deinceps repetitur) & in editionis Lugdunenſis 1580. titulo ſupra exhibito & antiquioribus etiam Antwerpienſibus editionibus. Vide Lehr- und Schutz-Schrifft wieder den Guttmanniſchen Offenbahrungs-Patron part. 2. §. 18. p. 127. Adde *Arndtii* Bedencken über die Teutſche Theologia, de quo ſcripto infra dicetur. (ηη) Ipſum nomen auctoris credas etiam detexiſſe *Thomaſium* loco ſæpius citato num. 5. ubi in hæc verba commentatur. *A Johanne Wolffio Tom. I. memor. fol. 863. ad ann.* 1460. *memoratur neſcio quis* EBLENDUS *Hiſtoricus, qui librum ſub titulo* Theologiæ Germanicæ *ſcripſerit. Eundem* Eblendum *Johannes* Bottiger pag. 358. *Iſag. Hiſtor. teſtibus veritatis ſeculo XV. claris aggregat, medioque loco ponit inter Æneam Sylvium, & Weſſelum Groningenſem. Fieri poteſt ut Theologiæ Germanicæ titulo & alius ſcriptus ſit liber ſed hunc ipſum tamen, de quo hic ago, à Wolfio & Bottigero ſignari dixeris.* Repete ſcripta ſuperius. Sed cum ea res adhuc ſit dubia & ipſe ille Eblendus quis ſit, & qualis, albus an ater, plane adhuc me lateat: fateor nondum mihi hac in parte ſatisfactum. Neque tamen aliquid ultra nunc habeo, expectans a doctioribus ulteriora. *De pretio libri*, varia ſemper fuere judicia: nempe uti fit pro captu lectorum. Iis qui Theologiæ praxim potius quam Theoriam ſunt ſectati, ſemper *placuit*, & commendatiſſimus fuit. Quos inter ut primus ita vel præcipuus eſt ipſe *Lutherus:* (θ) eique merito jungendus *Johannes Arndtius* (ι) qui *peculiaribus ambo præfationibus Germanicis* librum hunc publice commendaverunt, uti *Joh. Theophilus*, ſeu *Sebaſtianus Caſtalio* (κ) præfatione latina. Et *Arndtii* quidem præfatio, editioni a me ſupra citatæ illius, ut & Spenerianæ præfixa legitur. Præter eam vero prodiit etiam ejusdem Bedencken über die Teutſche Theologia, was dero Kern oder Innhalt/ wie hoch daſſelbe Büchlein zu halten ꝛc. (i. e. *Conſideratio ſuper Theologiam Germanicam quis ejus nucleus, quod argumentum & quanti libellus ille faciendus &c.*) Ea conſideratio legitur adjecta pag. 1480. editionis Germanicæ *Veri Chriſtianiſmi* Arndtiani 8. Lipſiæ Ao. 1686. & quidem *libris* non amplius quatuor ſed *quinque*, quorum poſtremum ejus tres libelli, ſeorſim jam ante in 8. Lipſiæ 1622. editi, de fide, unione cum Chriſto, & repetitio Apologetica conſtituunt, cui itidem editioni pag. 385. & ſeqq. hæc conſideratio Theologiæ Germanicæ adhæret, ac quemadmodum aliqua continet, in præfatione priori jam dicta; ſic multo plura etiam ad commendationem ejus, præter deſcriptionem auctoris ſupra memoratam, addit (ιι) Poſt hoſce laudarunt ſcriptum hocce publice Michael *Neander* (λ) laudatus eo nomine iterum Paulo *Egardo* Ehren-Rettung Johann Arendts cap. I. mihi pag. 761. To. II. Geiſtreicher Schrifften editorum in 4to. Gieſſ. 1681. Matthias *Flaccius* Illyricus (μ) Giesbertus *Voëtius* (ν) Petrus *Poiretus* (ξ) celebris ille Antoniæ Burignoniæ ſectator, & nuperrime adhuc Vir de Orthodoxa Eccleſia optime, vel inimicis ejus haud diffitentibus meritus, *Phil. Jac. Spenerus* in piis deſideriis, & præfatione operum Tauleri. (π) Citatur etiam bis in tractatu de precibus, *Arndtii* Chriſtianiſmo l. II. c. 34. inſerto, (quem Weigelio adſcripſere aliqui, an recte ſuo loco videbitur) nempe cap. 7. p. m. 248. & cap. 11. p. m. 261. Pontificii vero præcipue librum approbavere. Vide *Poſſevinum* in apparatu ſacro, Tom. III. p. 287. E contrario ſcriptum innocens, & ob aliquas dictiones minus commodas, ſeculo ſane tam indocto, & barbaro, Scholaſticoque potius, quam auctori optimo imputandas, Enthuſiaſmi & Libertiniſmi damnare aliqui non dubitarunt

runt Joh. *Hornbeckio* approbante, ſummæ Controv. l. *6*. p. m. 409. alias 385. quamvis addita limitatione, quod mereatur illud ſaltem *incauta & prodigioſa ſua locutione, ut quando cap.14. ait, vetus homo eſt Adamus & inobedientia, ipſeitas, egoitas* (Selbſtheit und Ichheit) *& novus homo Chriſtus & obedientia &c.* Quod annotaſſe jam dicit *Libertinismi & Familismi Antagoniſtas* Joh. *Kneuſtub.* in dedicatione confutationis H N. (i. e. Henrici Nicolai Enthuſiaſtæ) & *Rheturfurd*, adverſus Antinomos part. 1. cap.14. Idem *Hoornbeckius* loco citato *Lutherum* ob commendationem eo libello præfixam, *facilitatis* & *imprudentiæ* paulo ante arguerat. Id quod inique factum eſſe, neque tamen omnem, ob incautas locutiones librum hunc notandi cauſam defuiſſe cenſet Auctor laudati aliquoties ſcripti, trium Miniſteriorum nomine editi, titulo Lehr- und Schutz-Schrifft wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron / p. 128. remittens nos ad Nicolai *Hunnii* Betrachtung der Weigelianiſchen Theologi. *p.19. & ſeqq.* Ubi poſtquam *pag.10.* inter libros veteres, aut per ſe, aut per accidens & præter intentionem ſuam Weigelianiſmo anſam præbentes, hunc librum, una cum Kempiſio de Imitatione Chriſti, & Taulero numeraſſet, dein p. 20. verbis obſcurioribus quidem ſed commode interpretandis *a Weigelio librum hunc in fundamentum ſuæ doctrinæ verſum*, ex ejus dictis docet: poſtea vero adſcriptam verbotenus *Lutheri commendationem* prolixe pag. 24. & ſeqq. defendit. Tandem (σ) haud ita pridem plurimum reverendus M. Jo. *Vaeck*, Archidiaconus Petrinus hic in A. 1693. edito ſcripto, cui titulus Falſcher Ausleger der Horbianiſchen Bücher/pag.71. ita ſcribebat: Ich führe hiebey an die Worte / die der verdächtige Auctor der Teutſchen *Theologiæ*, fälſchlich dem *Taulero* zu geſchrieben/ führet &c. Nempe ut l.c. pergit Dr. *Hunnius* pag. 30. hoc tempore tales libros, & elocutione aliquantum intricatos, & in uſum præpoſterum deductos, recte dereinqui ſtatuit. Quod uti facile conceſſerim; & magis adhuc tot annis poſt, ex quo plures etiam libri, ſenſu & elocutione vim eandem doctrinæ luculentius & efficacius continentes prodiere, affirmandum cenſuerim, & Theologi Lipſienſis celeberrimi Johann. Benedict. *Carpzovii* verba lubens approbaverim; ita interim repræhenſiones injuſtas librorum innocentium haud ferendas neque excuſandas arbitrer. Sane quam inique *Beza*, & ejus aſſecla *Marnixius* de hoc libro ſenſerint ex citatis ſæpius Epiſtolis *6*. & *46*. in aperto eſt. Et nuperrime *Hornbeekianam* cenſuram, demta etiam ad phraſiologiam reſtrictione, depravatam, repetens *Jurieu*, merito a *Poireto* eſt repræhenſus, iis quos ſub littera (ξ) adſcripſimus verbis. Enimvero & hic quadrat illud Polycarpi *Lyſeri*, a M. *Joh. Sauberto* probatum, de tantopere inſectatis Joh. *Arndtii* ſcriptis judicium. *Liber bonus eſt, modo lector accedat bonus.* Imo ut coram DEO & Eccleſia dicam aperte quod ſentio, citra mortalis ullius præjudicium: Neque hic liber Theologiæ Germanicæ, neque ullus ejus ſimilis alius, ſua licet incommoda phraſiologia, unquam efficiet hæreticum aut damnabilem eum, qui Catecheſios ſuæ non utique rudis, ſed in Theoria & praxi Chriſtianiſmi aliquanto jam profectior, intentione illa lectionem eorum pie inſtituerit, ut interiorem hominem ſuum perficiat, inque ſpiritus efficacia potius, quam litera & ſuperfluis diſputationibus Regnum DEI quærat. Is enim lectis ibidem iis, quæ de contemptu Mundi & reſignatione illius ſuique, item de amore Dei ex fide viva, & imaginum fictionibus purgata, traduntur, in opus ducendis, ita occupabitur, ut de ſuperfluis circa voces & Theorias quæſtionibus cogitare neque poſſit neque velit. Interim rudiores, & adhuc initiali de Chriſto & reſipiſcentia ab operibus mortuis doctrina opus habentes, Heb. VI. v. 1. lacte & lacticiniis Cathecheticis, & piæ vitæ præceptis facilioribus, merito prius alentur, donec grandeſcant in Chriſto, & cibis fortioribus ſint ferendo. Inſipientibus vero potius quam incipientibus circa Chriſtianiſmum iis, qui Curioſitatis theoreticæ, aut altercationis plane gratia, ſcriptos ad praxin libros ejuſcemodi legunt, eorum, ſicut & tota Evangelii doctrina manebit quemadmodum Apoſtoli tempore Græcis ſtultitia, & Judæis offendiculum: nedum obſcuritas mera, utpote propter ſuam malitiam damnandis *2.Cor. IV, 3.* non illuminandis. Talibus itaque canibus, extra piam cum Chriſto & Eccleſia communionem agentibus, *Apoc.* XXII. v. 15. hæc ſacra non ſunt objicienda: ne proculcantes ea cum contemtu & cavillatione, ſimulque allatrantes maledictis, & lacerantes perſecutionibus datores, *Matth.* VII. v. 6. impediant emendationem aliorum, augentes damnationem ſuam. Adde ſub (ω) adducta *Maſtrichtina.*

(α) Nempe hæc erant editionis prioris verba:

„THEOLOGIA GERMANICA *prodiit Anonymi, cum Præfatione Lutheri in editione Belgica. Eum auctorem notum fuiſſe* Bezæ, *patet ex ejusdem* Epiſtola *46. p. m. 213. Guilielmo Gratarolo ſcripta. In quodam* Fratrum Roſeæ Crucis *ſcripto A. 1617. edito* TAULERO *adſcribitur, & hinc commendatur ibidem Pontificiis primum, tum etiam Reformatis, Anabaptiſtis & Auguſtanæ Confeſſionis hominibus. Exemplar Germanicum* SWENCKFELDIUM *auctorem præfert. 1541. excuſum. Prodiit, quoq; Latine Antwerp. 1558. ſub nomine* Johan. THEOPHILI. *Sacerdos quidam ex Teutonicorum ordine, aliquibus dicitur eſſe auctor ejus. Enthuſiaſmum promovere, ejusq; & libertiniſmi, fundamenta continere dicitur. Vide* Johann. Hornbeck, *in ſumma controverſiar. l. 6. p. 385. & ſeqq. Hæc fere ad me perſcripſit humaniſſimus atq; Doctiſſimus JCtus* Gerhardus von Maſtricht, *Profeſſor Electoralis Academiæ Duisburgenſis, hujusce mei de anonymis ſcripti occaſione, parario Cive & Amico meo Chariſſimo Dn. Henrico Brokes, J. U. L. mihi conciliatus, cui, etiam alia hujus argumenti aliqua debeo, ſuis locis memoranda.*

(β

(β) *De hoc libello* Joh. Agricola *in Prov. Germ. num.* 720. Es iſt bey meinem Gedencken in Preuſſen ein Deutſch Büchlein gefunden worden auf einem Kompter-Hofe / des Titel iſt / ein Geiſtlich Büchlein von rechten Unterſcheid / was der alte und neue Menſch ſey. *Quæ inde citat Agricola cap.* 9.

(γ) *Theod.* Beza *pr.* Ep. 46. quæ eſt ad Guilielmum Grataroluм pag. 213. *Verum hoc amabo reſcribe, ſi quam fecero in mea reſponſione mentionem Bellii, & Theologiæ Germanicæ, & ille ſe eorum librorum autorem inficietur, num id poſſim ita ſecure affirmare, ut ſi neceſſe fuerit, teſtibus etiam, aut idoneis argumentis convinci poſſit. Nam de re ipſa, id eſt, quin revera libros illos ac præſertim præfationem Bellianam ediderit, non dubito: ſed videndum nobis eſt ut non tantum detegatur iſte, verum etiam convincatur, ut tandem omnes norint quæ ſit ſancti illius viri conſcientia.*

(δ) Thomaſius Schediaſm. Hiſt. §. 54. (h) n. 14. pag. 75. & 76. Caſtellionis *illam* Theologiæ Germanicæ verſionem eſſe, *ſuſpicatus eram etiam antequam in Epiſtolam* Bezæ *ducerer, tum* e ſtylo præfationis, *tum* e conſenſu rerum, *quem deprehendebam,* comparans *pag.* 6. *&* 9. *dictæ præf. cum. p.* 265. *&* 278. dialogi Caſtellionis de fide, *edit. Aresdorff. ao* 1578. *Nec ignorabam Caſtellionem, licet* Italum *hominem, noſtratis linguæ ſic ſatis fuiſſe peritum, quod hujus peritiæ documenta quædam ex ejus defenſ. transl. Bibl. p.* 16. *&* 34. *collegiſſem.*

(ε) *Philippus* Marnixius in Epiſtolis *Theodori* Bezæ *nomine in* 8. *Genevæ* 1675. *editis Epiſt.* 6. *pag.* 59. *Sed rem ipſam paucis expediam. Puto ad vos perlatum eſſe nos his locis ab hominibus quibusdam & novis & impuris ita laceſſi atq; vexari, ut etiamſi a Principibus aliqua libertatis facies aliquando affulgeat, ab illorum tamen tum calumniis tum impiis commentis Eccleſia ægre videatur poſſe aſſeri. Eſt enim genus novum ἐνθεσιαςῶν, qui tum ex illa quam noſti,* Theologia Germanica, *dudum* à Caſtellione latine reddita, *tum ex Taulero deliro ſane Monacho, tum porro ex aliorum quorundam & veterum & recentiorum hæreticorum furoribus, eas conſuunt rhapſodias, quæ non jam ſuperſtitioſæ ac rudi plebeculæ, ſed ipſis etiam viris, & mediocri eruditione, & non contemnenda pietatis ſpecie præſtantibus, ita vehementer arrident, ut certatim omnes ad eorum libros quaſi reconditum aliquem theſaurum accurrant. Omnia eorum deliramenta percenſere, nimis foret longum, & ipſe non potes plenè ignorare, cui fuerit cum hujuſmodi* monſtris (in quibus Caſtellionem *ego non infimo loco poſuerim*) *perſæpe conflictandum.*

(ζ) Lutherus in der Vorrede über das Büchlein was der alte und neue Menſch ſey / *ex edit. Operum Lutheri Sagittarianæ Tom. I. fol.* 13. *a.* Denn dißmahls iſt das Büchlein ohne Titul und Nahmen funden / aber nach möglichen Gedencken zu ſchetzen / die *Materi* faſt nach Art des erleuchten Doctoris *Tauleri* Prediger-Ordens. Nu wie dem allen ꝛc.

(η) Jacobus Genck in præfatione duarum Concionum in 4. Hamb. 1686. editarum, quibus hi tituli I. Den nach ſeinem Kampf gekrönten Lehrer (*v. Petri Lambecii Bibliothecam Cæſaream lib.* 8. *addit. V. pag.* 645. *num.* 2. *de ſimilibus conſtructionibus*) vorgeſtellet von *Jac. G. II.* Den würdigen Prediger vorgeſtellet von *J. G.* ita ſcribit. Als der Hr. *Doctor Spener* hochverdienter Ober-Hof-Prediger zu Dreßden / in ſeinen *Piis deſideriis pag.* 140. 141. die Teutſche *Theologi* (welche / wie einige wollen / der Ertz-Ketzer David Joris, den Hobburg einen GOttes-gelahrten Mann nennet / ſoll verfertiget haben /) den *Taulerum commendiret* / hat ein anderer Chriſtlicher und wolerfahrner *Theologus*, wie er von *Spenero* ſelber genennet wird / in den andern Bedencken über dieſe *pia deſideria pag.* 141. ein ſolch Urtheil gefället. *In delectu Auctorum legendorum* ſolten freylich nicht *vagæ recommendationes & opiniones* dominiren. Ich wundere mich / warum doch die *Praxis Pietatis, Angelica*, der Sonthomb / Dycke ꝛc. vor *Gerhardo, Cramero, Hunnio &c.* ſollen den Vorzug haben / da doch ein heimlich Gift in allen ſtecket / und hingegen die reinen *Theologi* alles mit ſicheren Red-Arten vortragen. So möchte ich auch einem anfangenden *Studioſo* (mercket / vielweniger einem einfältigen und in ſeinem Glauben ungegründeten Chriſten) weder den *de Kempis*, noch den *Taulerum*, Kayſerſperger / noch den *Staupitium* vorlegen / ohn wenn er ſchon *conſolidiret* iſt / aus ihnen die *conſonam noſtræ confeſſionis* zu beſtättigen. Mit wie viel Dunckelniß iſt noch alles bey ihnen umgeben. Ich traue billig einer *Diætæ & prudentiæ Keslerianæ Praxi Pietatis Gerhardianæ, Scriptis Caſmannianis, ſolide doctis ſimul ac ordinatiſſimis pientiſſimisque* mehr / ſie *Studioſis* zu *recommendiren* / als allen noch halb Papiſtiſchen Büchern: (*Hucusque allegata Genckii, poſt quæ ſubjiciuntur porro hæc verba, neutiquam a prioribus ſeparanda,*) die ich doch ſehr gerne und *ex ſtercore Ennii* Gold leſe.

(ϑ) Damit du aber vom *Autore* dieſes Büchlein / Bericht haben mögeſt / ſo ſtehen in dem alten Teutſchen *Exemplar Ao.* 20. zu Wittenberg gedruckt / dieſe Worte: Diß Büchlein hat der allmächtige ewige GOtt ausgeſprochen / durch einen weiſen / verſtändigen wahrhafften gerechten Menſchen / ſeinen Freund / der da vorzeiten geweſen iſt ein Teutſcher Herr / ein Prieſter und Cuſtos in der Teutſchen Herren Hauſe zu Franckfurt / und lehret vielfältigen Unterſcheid Göttlicher Warheit / und ſonderlich wie / wo / und wodurch man erkennen möge die wahrhafften und gerechten GOttes Freunde / und auch die ungerechten freyen falſchen Geiſter / die der heiligen Kirchen gar ſchädlich ſind.

(θ) Lutheri Vorrede über die Teutſche *Theologia hæc habet.* Denn dis edle Büchlein ſo arm und ungeſchmückt es iſt / in Worten und Menſchlicher Weißheit: alſo und vielmehr reicher iſt es in Kunſt und Göttlicher Weißheit. Und daß ich mich nach meinem alten Narren rühme / iſt mir nechſt der Biblien / und S. Auguſtin nicht vorkommen ein Buch / daraus ich mehr erlernet habe / und erlernet haben will / was GOtt / Chriſtus / Menſch und alle Dinge ſein / und befinde nun allererſt das es wahr ſey / was etliche Hochgelehrten von uns Wittenbergiſchen *Theologen* ſchimpflich reden / als wolten wir neue Ding fürnehmen / gleich als weren nicht vorhin / und anders wo Leute geweſen / aber GOttes Zorn durch unſere

Sünd verurſachet: hat uns nicht laſſen würdig ſeyn/ dieſelbe zu ſehen oder zu hören. Denn am Tage iſt es/ daß in den *Univerſit*äten eine lange Zeit ſolches nicht gehandelt, und iſt dahin gebracht / daß das heilige Wort GOttes nicht allein unter die Banck gelegen / ſondern vom Staube und Motten nagend verweſet. Leſe diß Büchlein wer da wolle/ und ſage denn ob die Theologia, bey uns neu oder alt ſey/ denn dieſes Büchlein je nicht neue.

(ι) Arndtius in der Vorrede über die Teutſche Theologia ſic habet. Du wirſt in dieſem Büchlein nicht viel Gezanck / unartige affecten oder ſtachliche Reden finden / ſondern lauter reine Liebe/ Verlangen nach dem höchſten ewigen Gut; Verſchmähung der Welt / Auffopfferung deines eigenen Willens / die Creutzigung deines Fleiſches / die Gleichförmigkeit mit Chriſto in Gedult/ Sanfftmuth/ Demuth/ Creutz und Trübſal. Summa / wie du dir ſelbſt und der Welt abſterben/ und Chriſto leben ſolleſt. Es iſt biß daher viel von der Chriſtlichen Lehre *diſputiret* / geſtritten und geſchrieben; wenig aber vom Chriſtlichen Leben/ꝛc. *nam tota præfatio legi meretur.*

(κ) Joh. Arndts Bedencken über die Teutſche *Theologia pag. m.* 397. Wie du nun aber lieber Leſer/ das edle Leben Chriſti an dich nehmen ſolt/ und den lebendigen thätigen Glauben / ja Chriſtum durch den Glauben in dir alles ſolt wircken laſſen / das wird dich diß Büchlein lehren/ und dir den rechten Weg dazu zeigen. Du muſt es aber nicht einmahl ſondern oft durchleſen/ und auf den tieffſinnigen Verſtand / der doch im Geiſt leicht und lieblich iſt/ gut Achtung geben/ denn je mehr du es leſen wirſt / je beſſer es ſich ſelbſt erklären wird. Wenn aber diß Büchlein und ſeine Lehre in dem Leben wird verwandelt werden / wie eine Blume in ſeine Frucht/ ſo wirſtu bekennen müſſen/ daß es das rechte wahre lebendige Chriſtenthum ſey/ und ſey kein edler/ köſtlicher und lieblicher Leben / denn eben diß/ das Leben Chriſti. Ich habe zwar eine kurtze Erklärung über diß Büchlein angefangen / mich ſelbſt darinn zu üben / und wo es Nutz und Noht ſein wird/ wil ichs gern mittheilen. Es iſt ſieder *Anno* 34. in unſer Teutſchen Sprache nicht gedruckt/ daß es bey nahe untergangen wäre.

(λ) Joh. Theophili interpretis præfatio in Theologiam Germanicam ita incipit. Libellus hic mihi ſic placuit, ut latinitate donandum putaverim. Oratio brevis eſt & prægnans, quam cum viridario conferre poſſis, parvo quidem ſed ita conſito, ut nulla ibi fraxinus, nulla tilia, aut platanus, nulla denique viſatur arbor earum, quæ ad voluptatem, non ad fructum feruntur, ſed plenum ſit omni genere frugiferarum arborum. *Sic libellus hic* nullo dictionis lenocinio, nullo fuco, aut illecebris, & quaſi floſculis orationis lectorem demulcet: ſed mera præcepta tradit, eaque fructuoſiſſima & ad hominis Chriſtiani inſtitutionem *maxime conducibilia. Eſt autem propter brevitatem aliquanto obſcurior: ideoq;* nec ſemel, nec oſcitanter legendus. *Illud etiam addo,* ſi quis *libellum hunc* legere velit, ut ſciat, non ut præſtet, *quæ in eo ſcripta ſunt,* eum fruſtra legere. *Aratro manum admoveas oportet, ſi percipere vis artem agriculturæ. &c.*

(λ) *Mich.* Neander præf. Erotem. Gr. L. pag. 312. *Nemo Chriſtianus legens illum libellum non poteſt non* cum admiratione obſtupeſcere ſuper illa opulentia gratiæ & ſpiritus, quam in mediis denſiſſimis tenebris Dominus opulenter tamen effudit in pectus contempti æditui. Wie hat er doch die Augen ſo tieff in die Schrift geſtecket! paucorum exemplo!

(μ) *Matthias* Flaccius Illyricus *Catalogi Teſt. veritatis pag. m.* 393. *Sane 9. cap. diſerte dicit,* ſalutem noſtram ex ſolo DEO pendere, non ex ullis *noſtris aut aliorum* operibus, *eoq; nos de ſanctorum vita ac operibus non admodum ſollicitos eſſe debere. Unde conjicere licet, eum autorem etiam de ſanctorum invocatione non magnifice ſenſiſſe. Sic &* tertio cap. *dicit,* Salutem noſtram eſſe meram paſſionem: *ſicut &* Lutherus *eſt ſolitus diſputare. Sic &* cap. 37. & 41. noſtra merita extenuat. Sermo *videtur* ſubobſcurus: *&* plura clarioraque animadverto eum de vera ac falſa Theologia ſciviſſe, quam vel potuerit vel etiam *voluerit, aut deniq;* auſus ſit manifeſte exprimere.

(ν) Giſeberti Voetii Aſcetica edit. Corichens. 8. 1664. c. 3. pag. 81. 82.

Quæſt. 23. An Autor celebris libelli, qui inſcribitur Theologia Germanica *fuerit Enthuſiaſta, an vero contemplationis & praxeos ſpiritualis zelotes?* Reſp. *Lutherus libellum illum 1531. recudi curavit cum præfatione & commendatione ſua. Laudavit etiam alicubi Tauleri ſcripta: quod poſterius agnoſcit & refert* Bloyſius *in apologia Tauleri cap. I. Et certe fuerunt ejusmodi ſcriptores inter ſui ſæculi carnales & craſſos Theologos minus mali. Meditationem enim rerum divinarum, & ſtudium cœleſtium, ac contemptum mundi intendebant, dum reliqui in carne & ſanguine volutarentur. Occurrunt tamen in dicto autore Theologiæ Germanicæ periculoſæ quædam hyperbolæ & acyrologiæ* de homine deificato, de Deo homine, de dolore ſuper peccatis, qui ſit proprietas DEI, & non ſit hominis, & quod in DEO non poſſit eſſe talis dolor ſine creaturis. *Videat & expendat Lector, quem hæc tangunt cap. 31. 33. 34. 35. Ejusmodi acyrologiæ & teratologiæ in Theologiæ Myſticæ ſcriptoribus non raro occurrunt. Quid autor ſibi voluerit, & cujus ſenſus fuerit, ita judicari non poteſt. Nihil aliud de illo compertum eſt ex* Poſſevini *apparatu, qui libellum non improbat, & ex præfationibus interpretis latini nomine* Theophili *(quod forte fabricatum eſt) Lugd. 1580. interpretum ac editorum Belgicorum, quam quod fuerit* Sacerdos & ædituus ordinis equitum Teutonicorum, in domo *dictorum equitum* Francofurtenſi, *qui ante 256. annos ſcripſerit. Quod tempus non longe abeſt a tempore monachorum, quos Beguardos ſeu fraticellos hæreſiologi Pontificii* Prateolus, Medices *&c. appellant, & neſcio quarum hæreſiωn accuſant. Si vera de illis dicunt, (de quo dubito) videntur dictis Enthuſiaſtis ac libertinis affines fuiſſe. Sed de autore Theologiæ Germanicæ tale quid credere vix auſim; quamvis inſolentes & periculoſiſſimas illas phraſes non poſſim non improbare.*

(ξ)

(ξ) Poiret *Paix des bonnes ames* 12. *Amſterd.1687. p.250:251.*

Auſſi bien que le tres divin livret *dé la* Theologie Germanique, *qu'il dit* contenir les fondements du fanatiſme & du libertiniſme, *au lieu qu'il a été preciſément compoſé par une ame qui avoit le bon Eſprit de Dieu contre le fanatiſme & le libertiniſme, & qu' il les ruine de fond en comble. Ce petit livre a paru ſi admirable, & ſi divin aux plus pieux & aux plus ſçavans des trois Communions, qu' ils l' ont traduit de l'original Allemand & fait imprimer ſouvent en toutes ſortes de langues. Les Catholiques l' ont fait imprimer à Anvers avec le Privilége du Roy d' Eſpagne: Entre les Lutheriens le celebre* Arndt, *& le Docteur* Luther *même, en ont fait l' eloge jusqu' a l' egaler quaſi aux divines Ecritures, dans les editions qu' ils en ont procuré avec des Prefaces de leur facon; & entre les Reformés, le ſcavant & pieux* Caſtalio *n' en a pas moins fait dans Traductions Latine & Francoiſe qu' il en a publiées. Oſe je dire qu' en ayant fait paroitre moy-méme une traduction Francoiſe, il y a environ onze ans, elle fut recue avec aprobation, quoi que pleine de fautes d' impreſſion; & que peut-etre me pourroit-il bien prendre envie d' en procurer un de ces jours une nouvelle Edition, d' ou l' on verroit, combien peu ceux qui condamnent des verités ſi ſubſtantielles & ſi divines, ſe connoiſſent en choſes ſpirituelles?*

(ο) Spenerus pior. deſider. pag. 140. Es möchte auch nützlich ſeyn/ daß die einfältige Büchlein/ die Teutſche Theologie, ſo dann *Tauleri* Schriften / auß welchen gleichwol / nechſt der Schrift / unſer theure Lutherus worden / was er geweſen iſt / in die Hände der *Studioſorum* mehr gebracht / und dero Gebrauch ihnen recommendiret würde. Iſt der Raht *Lutheri* ſelbſt *&c. ubi ejus* (σ) *præconia de Taulero, & Theologia Germanica, una cum* Arndtii *elogio ſubjungit, additq; p. 142.* ſo ich vor eine ſonderbahre Ehr dieſer Stadt achte / in unſerm Franckfurt geſchrieben zu ſeyn.

(π) Spenerus in der Vorrede über des hocherleuchten und weitberühmten Lehrers *Joh. Tauleri* Predigten &c. in 4. Franc. 1681. Die Teutſche Theologia, ſo von einigen dem *Taulero* ſelbſt beygelegt wird/ aber ziemlich neuer iſt/ und jenen ſelbſt anleucht. Wie hoch der theure *Lutherus* ſolches Büchlein gehalten / iſt bekandt: und achte ich es deswegen vor eine nicht geringe Ehre hieſiger Stadt / daß ſolches darinn ſolle geſchrieben ſeyn worden. Wie *M. Neander* aus einer alten *Edition allegiret* beygedruckt zu ſeyn/ daß es gemacht worden wäre durch einen gottſeeligen Mann/ der vor dieſem ein Teutſcher Herre / ein Prieſter und Cuſtos geweſen ſeye in der Teutſchen Herren Hauß zu Franckfurt.

(ϱ) Hunnii Chriſtl. Betrachtung der neuen Paracelſiſchen und Weigelianiſchen Theologie p. 20. n. 10.

Daß dieſes ein Fundament Weigelianiſcher Lehre ſey/ * iſt theils aus obengezogenen Worten/ der Bekändtniß *Weigelii* zu erſehen/ ** theils abzunehmen aus der Einführung / ſo *Weigelius* darinn geſchrieben/ die zu befinden *Philoſ. myſt. pag. 134.* theils aus der *Allegation*, welche in ſeinen Schriften oftermahls fürläuft.

Id eſt. Hocce (*ſcriptum ſcilicet*) fundamentum Weigelianæ doctrinæ eſſe (*) partim ex ſuperius allegatis verbis confeſſionis Weigelianæ videre eſt, (**) partim patet ex introductione quam Weigelius ad eandem conſcripſit, quæ reperitur Philoſ. Myſt. p. 139. partim ex allegatis quæ in ejusdem (*ſcil. Weigelii*) ſcriptis ſæpius occurrunt.

* *Acceptam nempe male, ſicut offendicula accipiuntur etiam quæ non dantur. Quemadmodum de* Kempiſii *aureo libello Imitationis Chriſti ante dixit pag. 10. num. 12. ſuper eo Weigelium ſe fundare, & mox p 25. n. 23. ſcribit* dieſe Grillen / die *Weigelius*: aus der Teutſchen *Theologia* will geſchöpffet haben. *i. e.* haſce nugas quas Weigelius ex Theologia Germanica vult hauſiſſe. *Nam ſecus ſi capias, abſurde Weigelianis teſtimoniis ſolis id probatum iret, quod non ipſius ſed auctoris verbis potius probari deberet.*

** *Et verba pag. 12. num. 10. ex Theologia Weigelianæ cap. 12. pag. 32. hæc adducuntur.* Ich war ſelber der Meynung / daß keiner tüchtig were der Kirchen zu dienen *ſine linguis & artibus*; aber da ich kam über das Büchlein Teutſche Theologia genannt/und *Kempiſii de imitatione Chriſti*, auf den *Taulerum &c.* da fand ich den Schalck / den Lügner in mir ſelber/ daß ich mit meinem Predigten der Kirchen ſo nütz war/ als der Teuffel dem Wort GOttes. ꝛc.

(σ) Idem Ibidem pag. 24. & ſeqq. usque 31. Diß könte wohl jemand wundern/ und Verdacht erregen / Lutherus müſte wie dieſem Büchlein/ alſo Weigelii Lehr gewißlich nicht ungeneigt geweſen ſeyn/ und alſo dieſelbe / nicht weniger unter der Teutſchen *Theologie* Nahmen zu leſen / *commendiret* haben. Demnach iſt zu wiſſen.

1. Daß die Teutſche *Theologia* nach ſelbiger Zeit Gelegenheit / da der natürlichen Kräfften Vollkommenheit / die Freyheit des menſchlichen Willens / und Rechtfertigung aus den guten vollkommenen Wercken / faſt in der gantzen Chriſtenheit zum höchſten getrieben worden / ein ſehr nützlich Buch geweſen / als welches alle gute Wercke zu nichts machet/die eigene Frömmigkeit / natürliche Kräfften/ freyen Willen/ꝛc. über einen Hauffen wirfft. Und weil diß der Haupt-Punct iſt des gantzen Büchleins/ um welchen es Luthero zu ſeiner Zeit faſt einig zu thun geweſen / iſt nicht unbillig geſchehen / daß ers zu leſen *commendirt*, ob ſchon nicht allezeit recht lautere Reden darinnen fürlauffen/ in Betrachtung/ daß ſolches alles gegen den Päbſtiſchen Büchern / damit ſelbiger Zeit die arme Chriſtenheit beſchweret war / noch wohl kunte erduldet werden.

2. Daß Lutheri Bücher jedem für Augen ſtehen / der mag ſie leſen / oder durchſehen / wird aber nirgend dieſe Grillen drinnen antreffen/ die *Weigelius* aus der Teutſchen Theologi will geſchöpffet haben/ deßwegen Lutherus auff ſolchen Schlag / und zu dem Ende / die Deutſche *Theologiam* keines weges *commendiret*/dahin ſie *Weigelius* ziehen will.

3. Daß Lutherus in aller Chriſtlichen Lehr will das Verdienſt Chriſti zum höchſten getrieben haben / darum er unter andern Urſachen/daß die Epiſtel Jacobi nicht für ein recht Bibliſch Buch zu achten/auch dieſe ſetzet / in der Vorrede über dieſelbe Epiſtel/

Epiſtel/ daß ſie will Chriſten-Leute lehren/und gedenckt nicht einmal in ſolcher langen Lehr der Aufferſtehung / und des Geiſtes Chriſti. Er nennet Chriſtum etliche mahl / aber er lehret nichts von ihm / ſondern ſagt von gemeinen Glauben an GOtt. Denn das Ammt eines rechten Apoſtels iſt/daß er von Chriſtus Leiden/ Aufferſtehung und Ammt predige / und lege deſſelbigen Glaubens-Grund/ wie er ſelbſt ſagt *Joh.15.v.26* Ihr werdet von mir zeugen. Und darinnen ſtimmen alle rechtſchaffene heilige Bücher überein / daß ſie alleſammt Chriſtum predigen und treiben. Auch iſt das der rechte Prüfeſtein alle Bücher zu taddeln/ wenn man ſiehet ob ſie Chriſtum treiben oder nicht ſintemahl alle Schrifft Chriſtum zeuget *Rom.3.v.21.* Und St. Paulus nichts denn Chriſtum wiſſen will *1.Cor.2.v.2.* Was Chriſtum nicht lehret/ das iſt noch nicht Apoſtoliſch/wenns gleich St. Petrus oder Paulus lehrete. Wiederum was Chriſtum prediget / das were Apoſtoliſch / wenns gleich Judas/Hannas/Pilatus und Herodes thet. Wenn aber nach dieſer Lehr und Prüfeſtein die Deutſche *Theologia* ſoll examiniret werden/ wird ſich befinden / daß da ſie eine viel weitleufftigere Schrifft iſt / denn die Epiſtel Jacobi/ gleichwohl weder Chriſti Aufferſtehung/ noch Verdienſt / oder der daraus entſtandenen Rechtfertigung/Vergebung der Sünden / und was zur Seeligkeit zuwiſſen vonnöthen / mit einem Wort gedenckt/ ob ſie gleich den Menſchen von ihm ſelbſt auff GOtt und Chriſtum weiſet ; da dennoch *Lutherus* die Deutſche *Theologie* abſolute und ſchlecht dahin / und nicht auff gewiſſe Maaß allein hätte betrachten wollen / würde er nicht weniger dieſelbe/als zu Chriſtlicher Lehr wenig geſchickt/verworffen haben.

4. Daß in *Lutheri* Schrifften alleſamt eine ſolche Art und Weiſe zu lehren / und zu reden nirgend gefunden werde / vielweniger aber / das *Lutheri Theologia* ſich mit dem *Weigelianiſmo* vergleiche/ wie allen und jeden ſo beyderley Schriften leſen / zu urtheilen gantz leicht iſt.

Neben dem iſt zu mercken / daß gemeldte „Deutſche *Theologia* viel Reden führet,/ welche faſt „allezeit einen reinen Verſtand geben / und doch auff „*Weigelii* Gedancken mögen gedrehet werden / dabey „auch derer ſich viel befinden/ welche ſchwehrlich zu entſchuldigen als *cap.3.*A.5. Mein Fall muß alſo gebeſſert werden/ ich vermag nichts ohne GOtt / und GOtt ſoll oder will nicht ohne mich. Dann ſoll es geſchehen/ſo muß GOtt auch in mir vermenſchet werden/*cap.14.*C.4. Dis iſt mercklich/ und möchte der Teuffel zu dem waren Gehorſam kommen / er würde ein Engel/und alle ſeine Sünd und Boßheit wäre gebeſſert/ und gebüſſet/ und wäre zehenmahl vergeben *cap. 17.* C. 7. Es ſoll niemand gedencken/ daß er zu dieſem warmen Licht/ oder warmen Erkäntniß komme/oder zu Chriſtus Leben durch viel fragen/ oder von hören ſagen / oder mit leſen / oder mit ſtudiren/*cap.28.*E.3. Die GOttes Kinder ſind in einem Sinn/ das iſt/ man darff ſie nicht lehren/ was ſie thun/oder laſſen ſollen/denn ihr Meiſter der Geiſt GOttes ſoll ſie wohl lehren. Auch darff man ihnen nicht gebieten/ oder heiſſen wohl thun/ und das Ubel laſſen / und dergleichen *cap.* 30. *E.6.* GOtt hat ſich nicht lieb als ſich ſelbſt / ſondern als Gut *cap.* 31. F.7. Auch iſt GOttes Eigenſchafft/ daß er niemand mit Gewalt zwingt etwas zu thun/oder zu laſſen / ſondern er laſſet einen Menſchen thun und laſſen nach ſeinen Willen/ es ſey gut oder böß/und will niemand wiederſtehen *cap.37.*F.5. Auch *pag.96.* ſoll man mercken/daß GOttes Gebot/ſeine Rede/und alle ſeine Lehre gehöret zu dem innern Menſchen/wie er mit GOtt vereiniget werde : und wo das geſchiehet / da wird der euſſere Menſch von dem innern wol geordnet / und gelehret/daß man da keiner euſſern Gebot oder Lehre bedarff/ *cap.4 .G.6.* Alle Gut überein ſind weſentlich in dem Einen. Dergleichen iſt anders mehr/als daß er offt gedencket der Gelaſſenheit/des innerlichen und äuſſerlichen Menſchen / der Vergöttung derer Menſchen ſo wieder gebohren ſind / Item der Vermenſchung/ daß durch GOttes Inwohnung GOTT vermenſchet/und der Menſch vergottet werde: deßgleichen / daß der Menſch in ſeiner Wiederbringung 2. Cor.IV, 16, Eph. III, 16. nicht in einer thuenden/ ſondern leidenden Weiſe ſtehen müſſe ꝛc. Das„ zum Theil als zweifelhafftig geredt / zum Guten und„ zum Argen kan gedeutet / zum Theil auch gantz nicht,„ mag entſchüldiget werden.

Wann demnach die Zeiten darinn Lutherus diß Büchlein *commendiret* / und in deren wir heutiges Tages leben / gegen einander gehalten werden / wird davon itzo nicht unbillig geachtet / daß man zu dieſer Zeit ſolche Bücher/die der Sprach und *tractation* halben etwas verworren / auch in groſſen Mißbrauch kommen ſind/wol kan fahren laſſen / inſonderheit / weil durch GOttes Gnade die heilige Bibel/beneben andern ſchönen *meditationibus*, und Gebet-Büchern verhanden: und gleichwohl in offt gemeldter Deutſchen *Theologia* harte Knoten ſtecken/dadurch ein Einfältiger / ſonderlich bey der groſſen Verkehrung / die vor Augen/ gar bald mag hintergangen und betrogen werden.

(τ) *Joh. Bened.* Carpzovius *Diſſ. de Religione Quietiſtarum cap.1 §.6.pag.12. Lutheri verba in præfatione libelli paulo ante citati obvia, non abſolute accipienda ſunt, ſed comparate, in reſpectu ſcilicet ad* Theologiam *Scholaſticam, quemadmodum & ipſam propterea huic libello præfigere voluit præfationem, quod nonnulla inuſitatæ pietatis ibi adhuc obvia eſſent præcepta, quæ fruſtra quæſiturus ſis in ſterili Scholaſticorum* Theologia. *Accedit & hoc præprimis, quod libellus, quem Lutherus præfatione ornavit, non ſit pure myſticus, ſed potius* ex myſticorum Theologorum præceptis, interdum bene traditis decerptus, rivulus mirum quantum purificatus. *Nimirum, uti ex Scholaſticæ* Theologiæ *tricis nonnunquam* margaritas, *licet rarius fidei dogmaticæ inſervientes eruere potuerunt curioſi indagatores, quas deinde cum emolumento non exiguo obtulerunt Eccleſiæ :* ſic in Myſticorum libris latebant olim nonnunquam uniones ad confortandam vitam noſtram ſpiritualem haud parum inſervientes, *quos ab adhærente labe, quantum in tenebris illius temporis fieri potuit, repurgatos*, viri cordatiores pietatis veræ ſtudioſis *propoſuerunt* intentione optima, mente pura, licet non ſemper per commodas voces *expreſſa. Quibus etiam* accenſendum *putamus* libelli *ſæpius allegati* autorem, *quoniam* præter phraſes nonnullas minus congruas *ibi adhuc reliquas*, nullam reperturus ſis cauſam, propter quam Theologiæ myſticæ adjungere eum velis autoribus.

(υ) M.

(υ) M. Georg. Frider. Heupelii Memoria Joh. Tauleri inſtaurata §.9. *Nonnulli, & ſigillatim Fratres Roſeæ Crucis* (α) *exiſtimant ab eo compoſitum eſſe libellum celebrem* (β) *qui nomen Theologiæ Germanicæ præfert, de quo varia exſtant elogia collecta a Thomaſio* (γ) *Verum fallieos ſtatuo, & certo nitor argumento. Taulerus enim in libro illo* (δ) *citatur, quod ſatis evincit non ejus eſſe opus. Taceo in principio libelli legi, autorem fuiſſe Sacerdotem & cuſtodem ordinis equitum Teutonicorum Francofurti in domicilio ad equites illos pertinente.* (ε)

(α) In ſcripto cui titulus: Frater Crucis Roſatæ A. 1617. citante Cl. *Hornbeckio* ſumm. controv. p. 385. edit. Colberg. 1676. (β) editus eſt ſæpiſſime in lingua Germanica ut Anno 1518. 1519. 1520. 1528. 1681. cum Poſtilla Tauleri &c. Prodiit etiam non una vice in linguam Latinam converſus a Johanne Theophilo, ſub quo nomine latitare Sebaſtianum Caſtellionem, verſione codicis ſacri Latina clariſſimum; conjicit Thomaſius Sched. Hiſt. pag. 75. (γ) l.c. p. 74. (δ) cap. 12. (ε) conſ. Thomaſ. l.c. p. 73. & Hornbeck l.c.

(φ) Abgenöhtigte Lehr und Schutz-Schrift wieder den Gutmannſchen Offenbahrungs-*Patron*, durch das ordentliche Predig-Ampt zu Lübeck/ Hamburg und Lüneburg/ part. 2. §. 18. p. 27. Welcher *Autor* (nemlich der Teutſchen *Theologiæ*) nicht der *Taulerus* iſt / wie die Roſen-Träntzer 1617. außgegeben im Buche *Frater crucis roſatæ*, weil er ja *Taulerum c. 12. allegirt*, ſondern *ſacerdos & æditus Equitum Teutonicorum in domo iſtorum equitum Francofurtenſi* ein Teutſcher Herr ein Prieſter und ein *Cuſtos* in dem Deutſchen Herren Hauſe zu Franckfurt ...n ſchon für 300. Jahren geweſen iſt / wie aus des *Poſſevini apparatu*, und denen Niederländiſchen *Editionen* und *Præfationen Gisb. Voetius* anführet in *aſceticis ſ. exercitiis pietatis p. 81. 82. &c. Subjungitur deinde judicium de hocce ſcripto.*

(χ) Paulus Egardus in der Ehren-Rettung Joh. Arends cap. I. examinis Oſiandri 1764.

Was aber anlanget *Taulerum* und *Kempiſium* ...ben dieſelben allezeit in der Kirchen GOttes/ und bey ...chtſchaffenen Lehrern / ein fein Anſehen und Nahmen gehabt/ wie auch denn Herr *Lutherus* ſie ſonderlich rühmet und *commendiret* / wie iſt am Tage. Was/ ſagt er / den *Taulerum* anlanget/ ob er gleich den Lehrern in Schulen unbekandt / und deßhalben bey ihnen veracht iſt/ ſo weiß ich doch/ ob er gleich durchaus teutſch iſt / daß ich doch mehr der reinen Götlichen Lehre darinnen gefunden/ denn in allen Büchern der Schul-Lehrern auf allen *Univerſitäten* ich gefunden habe/oder darinn gefunden werden mag. Und abermahl von der T*heologia Germanica* : Ich muß meinen alten Narren rühmen/und ſage/ daß mir nach der Bibel und Auguſtino nicht ein Buch fürkommen iſt/ darauß ich mehr gelernet habe/ und wiſſe/ was GOTT/ CHRISTUS/ Menſch und alle Dinge ſeyn/ als eben diß Büchlein. Und abermahl ſagt er vom T*aulero* : Ich bitte dich noch einmahl/ glaube mir doch in dem Fall/ und folge mir/und kauffe dir das Buch Tauleri, darzu ich dich zuvor vermahnet habe. Denn das iſt ein Buch/ darinn du finden wirſt ſolche Kunſt der heilſamen Lehren / dagegen alle Kunſt eiſern und irrdiſch iſt / es ſey gleich in Griechiſcher / oder Lateiniſcher/ oder Hebräiſcher Sprache. Der berühmte und fürtrefliche Mann/ Michael Neander / ſchreibet von der Teutſchen *Theologia* alſo: *Nemo Chriſtianus legens hunc libellum non poteſt non cum admiratione obſtupeſcere, ſuper illa opulentia gratiæ & Spiritus, quam in mediis denſiſſimis tenebris, Dominus opulenter effudit in pectus contempti æditui.* Das iſt/ ein wahrer Chriſt/der dieſes Büchlein lieſet/ muß ſich mit groſſer Verwunderung entſetzen/ über den groſſen Reichthum der Gnad und Geiſtes/welchen GOtt in ſo tieffer Finſterniß in das Hertz eines verachteten Kirchners ausgegoſſen. Wie hat er doch die Augen ſo tieff in die Schrift geſtecket. Biß hieher Neander.

(ψ)

Margo Diecmannianus ad CXII. p. 30.

Prodiit, utiq; Schvvenckfeldii *nomine liber hunc titulum gerens:* Deutſch Theologia für die Gottsfürchtigen Layen/ vom Herrn Chriſto/ und von der Chriſtlichen Lehre der Gottſeeligkeit / *qui deinde Operum Schwenckfeldii A. 1564. fol. ſine nomine loci & Typographi editorum Tomo primo a p. 593. ad 641. inſertus eſt. Sed hic liber a* Schvenckfeldio *ſcriptus plane, ſive formam ſpectes, diverſus eſt ab illo vetuſtiori, quem* Lutherus *noſter magnifecit; Id quod ſine ulla hæſitatione, quia utramq; iſtam Theologiam Germ. quam habeo, contuli, aſſeverare queo.*

(ω)

Anonyma Theologia Germanica.

In eundem ſenſum (librorum qui Enthuſiaſmum incaute promoverunt,) *refero libellum* Theologia Germanica; *pro quo in Belgicam tranſlato legitur commendatio Lutheri, eadem facilitate ac imprudentia, quâ Oecolampadius Swencfeldum (non dico Zwinglium, eundem, ſed ad alterius argumenti librum:* Confutatio Impanationis ac Tranſſubſtantiationis, *laudaſſe) teſtimonio ſuo ornarat pro libello ejus, de* curſu verbi divini. *Quis auctor libri* Theol. Germanicæ *ſit, vulgo ignoratur. Videtur ſibi Beza, in Epiſtola ad Guilielm. Gratarolum Medicum, quæ eſt Epiſtolarum ejus XLVI. hominem deprehendiſſe: quærit modo, an tuto affirmare poſſit, vel probare teſtibus & idoneis argumentis, ſiquidem ille inficietur: vocat hominem improbiſſimum: in Latinam etiam converſus liber, & impreſſus Antwerpiæ, anno M D LVIII. ſub nomine Johannis Theophili. Sacerdos, ex* Teutonicorum *ordine, aliquibus perhibetur ejus auctor. In ſcripto quodam fratrum Roſeæ Crucis, cui tit.* Frater crucis Roſatæ, *anno M DC XVII adſcribitur* T*aulero: & hinc commendatur ibidem Pontificiis primum, tum etiam Reformatis, Anabaptiſtis, Lutheranis, his præſertim, propter commendationem illam Lutheri. Exemplar meum Germanicum anno M D LXI. Schwencfeldum autorem præfert. Quicquid ſit, fundamenta Enthuſiaſmi & Libertiniſmi apud eum occurrere, ſaltem incauta & prodigioſa ſua locutione, ut quando cap. IV. ait: Vetus homo eſt Adamus, & inobedientia, ipſeitas, egoitas, & ſimilia; at novus homo Chriſtus & obedientia &c. Antagoniſtæ Libertiniſmi & Familiſmi, jam annotarunt Johannes Knewſtub,* in Dedic. Confutationis *H. N. S.*

„*Rheturfurd* adverſus Antinomos part. I. cap. XIV.

(1862) ARISTIPPUS PEREGRINANS: ſive der reiſende Ariſtippus 1680. in 12. Nobiliſſimi Dni - - - de MAHRENHOLTZ, Miniſtri Principalis Luneburgici & Cellenſis Principis, Legati Neomagienſis, docetur poſt famam & fidos nuncios in *Symbola* Mſpta *Thürmanniana*.

(1863) INSTITUTIO VITÆ AULICÆ 12. in Stetin 1693. quod ſit ipſius *Antonii* GUEVARRÆ *Schola aulica*, teſtatur a collatione a ſemetipſo facta, ſimulque memoratum in præfatione: Aulicum Hiſpanum, Dr. Caſparus *Thürmannus*, in ſymbola MSta.

(1864) AURIACI PRINCIPIS FRAUS DETECTA; ſive: der entdeckte Betrug und verkehrtes Vornehmen des Printzen von Oranien/ ſcriptum ab homine male ſanæ mentis in Belgio notiſſimo ROTHE compoſitum eſſe, veriſimile videtur Andreæ Müllern/ Continuatori des verirreten Europæ part. 7. p. 670.

(1865) *Danielis* BARTOLI, Jeſuitæ Ferrarienſis, ſcriptis Italicis plurimis celeberrimi, quorum aliqua in germanicam & alias linguas transferri digna ſunt habita locisque diverſis edita. Inter quæ occurrit: Huomo di lettere in 12mo. ſive HOMO LITERATUS memoratus *Sotvello* pag. 165. a. Romæ 1645. in 8. recuſus octies primo anno variis in locis, Gallice redditus a Thomo de Blanc, Muſſiponti 1651 Anglice & Germanice ab aliis. Ea verſio Germanica in 12. Norimbergæ 1677. aliquando mihi viſa, titulo: Vertheidigung der Kunſt-liebenden/ cujus verſionis auctor in Carminum præfixorum aliquo memoratur.

(1866) BELLARIA POLITICA: ſive politiſcher Nachtiſch. Auctor in Symbola *Schröteringiana*, mihi deſignatur neſcio quis HAHN, Spittel-Prediger/ ſive Noſocomii Eccleſiaſtes Lipſiæ; Interpres vero Italicus M. J. C. MOLLMAN, Gloſſodidaſcalus ibidem, per Conſultiſſimi Domini J. U. L. Georgii *Schrötering* Symbolam mihi itidem detectus eſt, commodato etiam ipſo libello Italico Germanico, e regione poſitis hiſce titulis (a) jam nunc, ne cap. XIV. repeti opus habeant, repræſentatis: paginæ ſunt 417. forma 12. Indiculus Alphabeticus regionum Germanicus. Præſcripſerat, Dn. commodator. Ao. 1693. recuſum librum 284. quæſtionibus auctum, ſed quæ nondum Italice ſint verſæ. A. 1697.

(a) *Politico Pospaſto di CCL. rimarchevoli e curioſe Queſtioni e diſcorſi ſopra le piu floride republiche d' oggidi. Al piacer & inſtruimento del Lettore delle communi gazette diſtintamente eſtratto da vari Politici autori di diverſe Lingue, e communicato d' un Amante dell' hiſtorie di Stato M. I. C. H. Hora emendato, aggiuſtato allo Stato moderno e trasferito nella pura lingua Toſcana. Stampato in Lipſia alle Speſe di Gio Federico Gleditſch, 1688.*

Politiſcher Nachtiſch / von CCL. merckwürdigen und curieuſen Fragen und Diſcurſen/ über den vornehmſten heut zu Tage florirenden Republiquen dem gemeinen Zeitungs-Leſer zu ſonderbahren Belieben und Unterricht / aus unterſchiedlicher Sprachen Politicis, deutlich zuſammen gefaſſet und mitgetheilet durch einer Liebhaber der Staats-Hiſtorien M. J. C. H. anitzo verbeſſert nach dem heutigen Staat accommodiret / und in einer Toſcaniſcher Sprache überſetzt / Leipzig. Verlegts Joh. Friederich Gleditſch/im Jahr 1688.

(1867) BRUNSUICENSIS REGIONIS DESCRIPTIO: ſive Ein aus Luſt gemahltes Vorbild des Landes Braunſchweig Lüneburg/in 12. Luneburg. 1679. ex ſtylo & genio ſcribendi ſtatim adeo dicavi Nobiliſſimo Dn. -- -- de MARENHOLTZ modo ſupra laudato num. 1862. iterumque laudando mox num. 1870. Quod idem poſtmodum ſymbolæ amicorum variæ & in illis Mſta *Thurmanniana* pluribus voce viva fide dignum confirmavit. Scriptum eſt lectu digniſſimum, etſi plagularum trium ſolarum ſine loco annoque impreſſionis ullo.

(1867. *a*) De CARDINALITIO GALLICO: ſive Cardinals-Hut/ oder Bericht von den Cardinälen 1667. 12. des Cardinals-Huts anderer Theil. 1668. 12. Dritter Theil / 1669. 12. Omnia ſine ulla auctoris, typographi, vel loci mentione excuſa. Hujus libri auctorem eſſe Carolum Kirchmair von Reichwitz/ Nobilem A. 1608. 11. Apr. Pragæ natum, & A. 1670. 22. Febr. Noribergæ defunctum, ex βιογραφίᾳ concioni ejus funebri a M. Carolo *Dietemair*, Eccleſiaſte Noribergenſi habitæ, annexa accepi. In qua etiam hæc ἀνωνύμως edita ei tribuuntur: Der Polniſche Königs-Staat: Von den Königlichen Frantzöſiſchen Finantzen. Præter hæc ibidem alia quoque egregia ſcripta ſine nomine ſuo publicaſſe dicitur. Hucusque *Margo Diecmannianus*.

(1868) CHARRON de la ſageſſe, Gallice callentibus notiſſimum ſcriptum eſt. Id Auguſti DUCIS BRUNSUICENSIS ET LUNEBURGENSIS uxor *Sophia Eliſabetha* æt. 63. quod ex Gallico in Germanicum verterit titulo: *Lumen ſapientiæ*: conjectat Martinus *Kempius* ex Sigismundo à *Birken* & Georgio *Neumarchio*: uti refert *Wittenius* Diarii Biographici part. 2. Ao. 1676. p. 112.

(1869) DE CONJUNCTIONE MAGNA: (Planetaria puta) ſive ein Diſcours von dem 1643. Jahr Geſprächs-Weiſe unter denen Nahmen Prudentii und Simplicii, und von der groſſen conjunctur 1643. ſcriptis *Chriſtophori* SCHORE-

RI anonymis annumeratur in ſymbola amici quod memoratur *Frehero* Theat. pag. 1409. a. ſed ita ut non hoc, ſed ſequens ſolum alieni nominis intelligendum putem. Eundem ſub nomine peregrino, non addens quo, ſcripſiſſe diſcurſum de *Saltatione*: de *Corruptelis Maritorum* &c. memorat *Wittenius* part. 2. Biographiæ A° 1671.

(1870) Diſſertationes, vel (barbarice quidem, at uſu populari recepto vocabulo) DI- „SCURSUS varii lepidi & curioſi, Dialogi „TRIUM PEREGRINANTIUM AD BATA- „VOS: ſive allerhand luſtige Diſcourſe, und cu- „rioſe Unterredungen dreyer Reiſe-Gefehrten nacher „Holland 1678. in 12. Iſt ein Buch worinn Politi- „ce von Welt-Leuten raiſonniret wird über allerhand „materien: als Hof-Leben/Reiſen/Auferziehung der „Jugend zum Politiſchen Stande/ Soldaten Leben/ „Religion, Duellen, Ehe-Stande ꝛc. und zwahr ſehr „weltlich / auch von Predigern und GOttes Wort ſel- „ber. Soll von Herrn von Marenholtz / geweſe- „nen Zelliſchen Abgeſandten nacher Nimwegen ge- „macht ſeyn. Der Stylus iſt gar kentlich wegen der „Frantzöſiſchen und Lateiniſchen mixtur. Daher „auch der Autor in præfatione beſürchtet erkant zu werden. Verba ſunt *Symbolæ* cujusdam *amicæ* quæ „ita interpretarer: Liber eſt in quo Politice a „Politicis judicatur de variis materiis, puta, vita aulica, peregrinationibus, educatione juventu- „tis ad ſtatum Politicum, vita militari, Religio- „ne, Duellis, Conjugio &c. & quidem *libere* ad- „modum ſatis: quandoque etiam de Concio- „natoribus & ipſo Dei verbo. Is. a Dn. *Maren-* „*holtz* Legato Zellenſi Nimvvegiam, factus ha- „betur. Stylus eſt notorius ob Gallicam cum La- „tino mixtionem. Unde auctor etiam in præfa- „tione agnitum ſe iri præſagit. Idem confirmant certatim ſymbolæ aliæ, V. gr. *Sperlingiana* ex ore Conſiliarii intimi Luneburgenſis *Hackelberg*; & *Schraderiana*, quæ Liberum Baronem & Conſiliarium ejus temporis Legationum intimum deſcribit, Orbi Politico & Cæſareæ aliisque aulis, & hic Hamburgi notiſſimæ celebritatis Virum.

(1871) EPICTETI Hand-Büchlein/ ver- teutſchet (durch Mr. Walther l'ainé) Oldenburg 1680. in 12. Ita habet Catalogus Mſtus Bibliothecæ Dni Dethlevi Marci *de Frieſe*. An ex hac verſione ſit excerpta, compendiaria alia, inſerta *Catharini Civilis* i. e. *Chriſtiani Weiſen* publicato libro cui titulus: Die drey Ertz-Narren in 12. 1676. non dixerim: cum alia vetuſtior editio ejusdem extet. Etenim novum perſonatum nomen huic breviario præfixum *Demetrii Mercatoris*, fortaſſis id videtur voluiſſe innuere, alterius eſſe, quam illius *Catharini Civilis*, interim antiquiorem quidem verſionem Germanicam accepi, cui titulus: Des Kebes Recht güldene Taffel und Epictetus adeles Hand-Büchlein / aus fleiſſig verbeſſerten Griechiſchen Texten getreulich von Joachim Gerdes verdolmet- ſchet. Stockholm in Johann Janſſons Druckerey im 1645. Jahre. in 12. qua uſus eſſe poſſet noſter Catharinus Civilis. Sed quæ plane altera videtur eſſe ab illi memorata. Conſtat hæc editio paginis 119. Tota vero ab hac differt Catharini Civilis, longe majorem ſibi libertatem abbreviandi, mutandique indulgens.

(1872) EUCLIDIS CURIOSI COMPENDIO EXERCITATIONES OPPOSITÆ: ſive Gegen-Ubung auf das Compendium Euclidis curioſi quod Belgice ſcriptum ſuo loco (cap. XI. n. 1960.) memorabitur, per J. D. S. ſive *Joris* DAVID SOON (dicis cauſa carpentem ſua ipſius ſcripta, ne agnoſceretur; dum refutat anonymum itidem Compendium, ſuo loco detegendum) ex hoſpite auctoris refutati Conrado *Metzio*, Mathematicorum Inſtrumentorum Fabro Amſtelodami eximio compertum nominat *Symbola Normanniana*.

(1873.) FABER FORTUNÆ POLITICÆ: ſive,

(1874. CCCLII.) Schmiede des Politiſchen Glücks/Hamb. 1664. in 12mo *Chriſtiani Gothofredi* BESSEL Hamburgenſis olim Cancellarii eſſe, ex amici relatione docuit *Geislerus* dec. 1. num. 5. Id quod verum eſſe nova editio a morte auctoris ibidem eadem forma publicata confirmavit, cui cognomen ipſum auctoris eſt præfixum, & adjecti tractatus alii duo: nimirum.

1. Des Wohlgebohrnen und Semper-Freyen Herren zum Limburg/ Theſaurus Paternus.

2. Und dann William Cecil, Freyherrn von Burgley heilſahme Lehren/ an ſeinen Sohn gerichtet/ quibus libris præcepta aulica non adſpernanda continentur.

Hæc olim. Quibus nunc addere poſſum *Symbolam Flensburgo Mollerianam*, quæ ſic habet: Errat *Geislerus* qui *Beſſelium* patria Hamburgen- „ſem credidit. Natus enim ille Mindæ, & pa- „trem habuit *Henricum Beſſelium* JCtum, ac ni fal- „lor, Conſiliarium Electoralem, libris aliquot, „vernaculis argumenti ſacri famam adeptum. „Chriſt. *Henelio* in ſtatua Mercuriali ad Adyta „Jurisprud. p. 146. Faber ejus Fortunæ Politicæ, „audit. Tractatus eſt clarus, cui vix unquam „hactenus comparandus in eo genere prodiit. „De parente ejus Henrico d. 22. Octob. 1671. at 68. mortuo, vide *Wittenii* Diarii Biograph. pag. Eeee. 4. b. Ex quo loco diſco non modo Conſiliarium Electoralem Brandenburgicum, ſed & Regis Sueciæ & poſt Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis in ducatu Mindenſi Cancellarium fuiſſe, & varia etiam Theologica partim elaboraſſe. Quod & confirmat Symbola Thurmanniana, quæ & eadem indicavit prænomen non fuiſſe *Chriſtiani Godfredi*, ut ex abbreviatoria Germanica verſione divinaveram. Verum tamen nomen non ſubſtituit *Chriſtiani Georgii*: quod dein tamen innotuit mihi inſpecto libri utriusque titulo, qui ſunt (a) Ch. G. Beſſel. J. V. D. Schmiede des Politiſchen Glücks darinnen viele nützliche Lehren enthalten / neben angefügten ſchönen Tractätlein/als: 1. Des Wolgebohren und Semper freyen Herren zu Limburg/ ꝛc. Theſaurus Paternus. 2. Und dann William Cecill. Freyherrn von Burghley, heilſahme Lehren an ſeinen Sohn gerichtet. Franckfurt und Hamburg/verlegts Johann Naumans

mann/ und Georg Wolffs/ Buchh. an St. Johann. Kirch 1673. (2.) Latinæ editionis itidem 12. auctore adhuc ſuperſtite proditæ titulus hic eſt: *Faber Fortunæ Politicæ Monitis ad vitam Politicam admodum neceſſariis & ſaluberrimis, usque ad moderna tempora apprimé accommodatis, Proverbiis ſelectis, ſententiis acutis, ſimilitudinibus illuſtribus, exemplis denique magnificis adornatus. Auctore Chriſtiano Georgio Beſſel, Minda-Weſtphalo, JCto, Conſiliario Sereniſſimi ac Potentiſſimi Dni. Electoris Brandenburgici, Canonico Cathedralis Eccleſiæ Havelbergenſis, Petri Hagæ Hereditario, Hamburgi. Sumptibus Johannis Naumanni, & Georgii Wolffii, Anno 1673.*

(1875) FASCICULUS TEMPORUM ſive das Bündlein der Zeit / quod *ſit Werneri* ROLEWINCK: præter teſtimonium *Goldaſti* de bello Bohem. lib. V. cap. I. pag. 553. *Chytræi* de Lect. Hiſtor. pag. 515. probat & *Gryphiand.* d. l. cap. XV. num. 15. ex multis fabuloſis fictis & falſis narrationibus colligatus, parvoque merito dignandus. Verba ſunt Joh. *Deckherri* de ſcriptis Adeſpotis pag. 234. & 235.

(1876) FORUM REGIUM: ſive das Königl. Marck aller Länder/ Friburgi Ao. 1676. ut a *Johanne* LEYSERO vel LYSERO, famoſo per ſcriptum de Polygamia notiſſimum ſub *Aletophili* nomine ſuo loco in Pſeudonymis memorando, exaratum Ao. 1677. in Regno Daniæ confiſcatum tanquam erroribus & vitiis plenum in novis publicatis, quæ titulo: Der *Relations-Courier* hic Hamburgi bis ſingulis hebdomadibus imprimuntur, memoratur. Ao. 1677. novella 95. p. 787.

(1877) De FRUGIFERA SOCIETATE Germanice liber prodiit anonymus in 4. hoc titulo: Der Frucht-bringenden Geſellſchafft Nahmen / Vorhaben / Gemählde und Wörter: Nach jedes Einnahme ordentlich in Kupffer geſtochen / und in achtzeilige Reim-Geſetze verfaſſet / das erſte Hundert. Franckfurt am Mayn / bey Mattheo Merian. M.DC.XXXXVI. Eodemque modo *ſecunda tertia & quarta centuria* eodem anno, nitidiſſima, procul dubio Matthæo MERIANO *collectore*. Poſtea ſecuta Norimbergæ apud Michaëlem Endterum 1651. Die Fortpflantzung der Frucht-bringenden Geſellſchafft: Das iſt: kurtze Erzehlung alles deſſen was ſich bey Erwehlung und Antretung hochbeſagter Geſellſchaft Oberhauptes des ſchmackhafften begeben und zugetragen &c. in 4to. plagulis ſeptem continens. Ejus auctor ex addito epitheto des Spielenden / id eſt membri ejusdem ſocietatis inclyti *Georg Philippi* Harsdörffers elogio des Schaffenden facile colligitur. Tandem ſecuta PALMA FRUGIFERA GERMANICA: ſive der Teutſche Palm-Baum Domini Carl-Guſtav von *Hille.* Ultimo demum REFRUTICANS PALMA GERMANIÆ ſive: der neu-ſproſſende Palm-Baum/ oder ausführlicher Bericht von der Hochlöblichen Frucht-bringenden Geſellſchafft Anfang / Abſehen/ Satzungen / Eigenſchafft / und deroſelben Fortpflantzung / mit ſchönen Kupffern ausgezieret/ ſammt einem vollkommenen Verzeichniß aller / dieſes Palmen-Ordens Mit-Glieder/ derer Nahmen/Gewächſen und Worten / hervorgegeben von dem Sproſſenden: zu finden bey Johan Hofmann Kunſth. in Nürnb. druckts Joachim Heinrich Schmidt in Weinmar/ F. S. Hof-Buchdr. in 8vo. 1668. Norimb. a Georgio Neumarck profecta.

Priores utrique laudantur a M. Gottfried. *Vockerodt* Introduct. in ſocietatem Literariam, ſect. 2. cap. 3. § 9 hiſce verbis (a) Ex eo libro, ut jam olim ſcripſi, pertinent etiam huc auctores plurimi inclytæ SOCIETATIS FRUGIFERÆ, die Mitglieder der Hochlöbl. Fruchtbringenden Geſellſchafft / qui plerumque ſub nominibus adoptivis ſcribere ſolent, quorum omnium interpretationem habes apud *Georgium* Neumarck / qui ſub nomine des Sproſſenden nobis dedit, den neu-ſproſſenden teutſchen Palm-Baum Nürnberg/ in 8. quorum omnium ſcripta huc referre, nunc inſtituti ratio non patitur. Vide præcipue cap. 12. illius libri, quo ſcripta publicata ab inclytæ illius Societatis membris recenſentur, bene multa: etſi multum abſit ut omnia, & puto vel conferenti *Schottelianum* de Lingua Germanica lib. V. Tractatum IV. ap. 1150. usque ad 1215. cum nominibus fictis præfixis colligi plura poſſe. Quod nunc mihi non vacat repetenti eum tantummodo locum de illa ratione ſe nominandi lectu digniſſimum amici mei p. m. *Morhofii* qui Polyhiſt. lib. I. cap. X. pag. 86. extans etiam hic (b) legi meretur.

(a) *M.* Gottfried Vockerodt Introductionis in notitiam Societatum Literariarum, *ſect. II. cap. III. §. IX. Qui Teutonicæ, quæ* fructiferæ *nomen elegit, honori velificatus eſt, ſuppreſſione nominis propriam gloriam neglexit eo libro, qui inſcribitur:* Kurtzer Bericht von der Frucht-bringenden Geſellſchaft Vorhaben / auch dero Nahmen / Gemählde und Wörter / in achtzeilige Reim-Geſetze verfaſſet. *Carolus vero Guſtavus* ab Hille *autor libri, qui inſcribitur* Teutſcher Palm-Baum / *& Vinarienſis Secretarius, a cujus manu eſt* der neu-ſproſſende Teutſche Palm-Baum/ *ob nominum celebritatem & poëticam laudem, quam hic Teutonico carmine conſecutus eſt, latere non potuerunt.*

(b) Morhofius Polyhiſtoris lib. 1. C. 10. pag. 86. *Multo* minus inter Pſeudonymos referendi *ſunt, qui certa quædam nomina e Collegiis, qualia in Italia, nunc quoque in Germania plura ſunt, ſortiti. Turbat tamen illa res & nebulas lectoribus offundit, quibus illa cognomina incognita ſunt. Multi ſunt a membris ſocietatis fructiferæ ſcripti libri, quorum auctores ſub adſcititiis illis titulis ignorantur. Cui autem vacat in illos adeo anxie inquirere? Certe illi Collegiorum tituli vehementer diſplicuerunt Vincentio* Pinello *de quo in ejus vita refertur:* Cum Patavii plures clarorum virorum cœtus cogerentur, quas Academias appellamus, *Elevatorum, Occultorum, Ætheriorum,* nulli unquam nomen dedit, ab ambitione & theatrali quadam oſtentatione procul abhorrens. *Rolandus quoque* Mareſius *lib. 2. Ep. 43. Collegia ipſe quidem laudat, ſed diſplicent ipſi cognomina plane abſurda & ridicula. Apud Græcos tamen cognomina quoque peregrina, ac auctoribus uſurpata videmus*

mus, quæ res hiſtoriam literariam intricatiorem reddit. Noſtro tempore quoque videmus Germanica Gallica in Latina & Græca mutata, quod moleſtum ſæpe eſt, & ipſis autoribus officit. Multum in hiſtoria Thuana Gallicorum nominum in Latina commutatio turbat. Et in omni Hiſtoria illa res tricas & nodos nectit.

(1878) REDITUS REGIS GALLIÆ: ſive von Königlichen Frantzöſiſchen Financien, libellum Germanicum anonymum ut ſcripſerit *Carolus* Kirchmair von Reichwitz Nobilis, ex *Diecmanniana Symbola* docuimus ſupra numero 1867. *a.*

(1879. CCCLI.) GEOMETRIA GERMANICA Reiß-Kunſt D.J.J. ſeu libellum de Geometria Germanicum, edi cœptum in 4to nec abſolutum, quo Empirica Geometria Jungiana Germanice redditur, vocibus ad hoc multis excogitatis, auctorem habere Doctorem *Joachimum* JUNGIUM p. m. Rectorem Gymnaſii Scholæque publicæ noſtræ, ſupra laudem omnem optime meritum, accepi ex ſæpius laudato Dn. *Martino Fogelio* Ph. ac Med. Doctore, Amico meo ſingulari, cujus etiam beneficio contigit videre mihi artificioſiſſimæ & ingenioſiſſimæ verſionis illius partem aliquam quaternionibus quatuor conſtantem, quam abſolvi ea qua cœpta eſt accuratione ac dexteritate, optandum eſſet.

Vide quæ dixi ſupra num. CCXII. quomodo non niſi *unicum Exemplar hujus libri* ſupereſſe credam, & *ubi*.

(1880) GERMANIA CORRUPTISSIMA: ſive das haupt-verdorbene Teutſchland in 12. 1673. Quem librum ſymbolæ amicorum per literas & teſtimonia vivæ vocis: Bibliopolorum item Catalogi jam dudum *Chriſtiano* WEISSIO, ſcriptis juventuti maxime utilibus plerisque, partim etiam adultioribus, certe nullius non delectationi ſerviturus notiſſimo, amico quondam mihi literarum commercio ſuaviſſimo etiam cognito, donec illud univerſum omne cum omnibus, ut in Epiſtolica Invitatione ſcripſi, abrumpere cogerer poſtea cum nullo redintegratum, adſcripſere: maximeque amicus meus amiciſſimus præ aliis certa notitia ex ore diſcipuli Weiſſiani optimi N. *Stromeri* Lipſiæ tunc cum liber ille prodiret ſtudiis vacantis aſſeruit, tanquam nomen auctoris diſſimulaturi ſe ultra. Ipſe tamen amiciſſimo auctori illud abneganti & quidem publice, magis credendum puto. Videtur autem abnegare, quando in Vorbericht ſeiner Nachricht von ſorgfältigen Briefen/ 1693. illius libri non meminit; interim ibidem non memoratos omnes e ſuorum numero vult ſine exceptione ſecluſos. Ipſe neutrum horum librorum nunc habeo ad manum, ſed alienis excerptis aliis ad hæc utor.

(1881) GERMANICÆ LINGUÆ SERTUM *honorarium*, ſive Teutſcher Sprach Ehren-Krantz. Straßburg/ Ao. 1644. 8. ſcripſit *Johann. Henricus* SCHILL, JCtus Argentoratenſis, quod certo exploratum habeo. *Symbola* eſt *Rauſchiana*.

(1882) GERMANIA QUERULA IN CAUSSAS TURCICI BELLI INQUIRENS. ſive Klagendes Teutſchland/ forſchet wehemütig/ nach den Urſachen des Türckiſchen Krieg-Uberzugs. Darauf werden dieſelbe umſtändig erzehlet von denen Aſtrologis, Theologis, Politicis, Oeconomicis, Militaris rei Peritis & Juſtitiariis. Das hierüber betrübte Teutſchland wird treulich verwarnet/ wahre Buſſe zu thun/ vom ſündlichen Weſen abzuſtehen/ die vorgeſtellten Mängel zu verbeſſern/ und der Gerechtigkeit/ ſo in Abgang kommen/ beſſer beyzupflichten/ und ſolches darum/ weil die letzte Zeit herankommen. Gedruckt im Jahr 1664. in 4. hunc librum Doctoris *Hermanni* HOFFMANNI eſſe doceor per literas Conſultiſſimi Domini Juris Utriusque Doctoris Caſparis *Thurmanni*, de die 28. Septemb. 1677. quibus & hunc titulum plenarie inſertum transmiſit. Liber ipſe poſtea lectu dignus repertus, conſtat plagulis 16.

(1883) GYNÆCEUM LEVE, ſive das vom Teutſchen Geblüt und Frantzöſiſchen Gemüht leichtſinnige Frauen-Zimmer/ vorgeſtellet durch B. C. B. T. A. 1691. in 4to. Hujus ſcripti autor ex ſemetipſo ſignificatur Concionator pag. 83. 100. 103. & ex narratis p. 92. conjectura eſt quod Wittebergæ ſubſtiterit; magisque ex pag. 94. adductis. *Symbola* eſt *Schröteringiana*. Unde facilis curioſioribus ulterior erit indagatio. Nos & hunc reliquiſſe contenti ſumus ſemi detectum.

(1884) HUARTIS ſcrutinium Hiſpanice ſcriptum, inde in Latinam Gallicam, & Italicam verſum, examinatum etiam prolixo Gallico ſcripto, in 8. vidi legique: at Germanicam verſionem nuper mihi conſpectam *Joachimo* CÆSARI ANHALTINO deberi neſcio cui, noviſſe Dri. Caſparo *Thürmanno* acceptum fero.

(1884. *a* CCCXLVI.) JESUITARUM CATECHISMUS ſive Catechiſmus/ oder gründlicher Bericht von der Lehre und Leben der Jeſuiten Erſtlich in Frantzöſiſcher Sprache beſchrieben/ nun aber aus gutherziger Meinung männiglich zu Nutzen/ verteutſcht. Gedruckt zu Freyſtadt/ im Jahr 1603. in 8. de quo v. in Gallicis cap. 14. n. 438.

(1884. *β* CCCXLVII.) *Summam* CONSTITUTIONEM & REGULAS COMMUNES SOCIETATIS JESU vertit Germanice, vulgavitque, nomen ſuum haud profeſſus *Ferdinandus* ALBERTUS Jeſuita Tirolenſis, teſte *Alegambe* pag. 109. v. ſupra c. 2. num. LII. nunc. 761. *a.* & *Sotvel.* p. 202. b.

(1884. *γ* CCCXLVIII.) LATINUM JESUITICUM, doctrinarum nempe Chriſtianarum Jeſuiticarum &c. ſive Jeſuiter Latein/ das iſt/ Ausbund etlicher unchriſtlichen Lehren der Jeſuiten und andern Päbſtler. Wittenberg bey Helwig/ 1608. in 4. Liber hic anonymus cum aliis nonnullis ab illuſtri JCto, *Petro* DENAISIO profectus, aſſeritur à *Melchiore Adami*, in vitis JCtorum Germanorum pag. m. 447. Sed non poſſum, quin ipſa verba *Melchioris* huc adſcribam, merentia ſane ut & hic legantur. *Scripſit*, in-

inquit, Denaiſius & *Theologica nonnulla*; *ut libellum vernaculum, cui titulum fecit* Jeſuiter Latein: *Item* Diſſertationem de Idolo Hallenſi *contra* Lipſium. *Præter iſtos multa dicitur tum Politica tum alia ſcripſiſſe & edidiſſe: ſed ſine nominis ſui appoſitione. Nec enim ita fuit Auceps famæ, quamvis ea digniſſimus, ut hac ætate permulti; qui omnibus modis nominis ſui gloriam ex vulgi opinione, ac ſæpe laureolam in muſtaceo, ut dicitur, quærunt. Ita etiam depingi ſe nunquam eſſe paſſus: nec Epitaphium ſibi poni ullum juſſit: nugas & vanitates ejusmodi appellando.* Huc pertinet ſupra jam memorata latine, Germanice verſa. V. gr.

(1884. δ) ACTIO PERDUELLIONIS IN JESUITAS, Juratos Sacri Romani Imperii hoſtes: ſive Treumeinende und unpartheiſche Erinnerung/ was wegen der Jeſuiter jetziger Zeit zu berahtſchlagen. Gedruckt im Jahr Chriſti 1632. in 4. plagulis 12. refutata a *Laurentio Forero.*

(1884) ε) SPECULUM JESUITICUM, de quo ita *Symbola Rauſchiana: Speculum Jeſuiticum.* De auctore variant opiniones. Sic enim citat *Goldaſtus* Tr. von Confiſcirung der Hexen-Güter/ §. 6. Lit. n. ſcriptum hoc: URSINUS, (oder wie etliche dafür halten) *Joh.* SALMUTH, oder (wie andere wollen) *Chriſtianus* BECMANNUS in ſpeculo Jeſuitarum. Quod refutavit Matthias *Mayrhovius*, & Fridericus *Bartſchius* teſtante *Sotvello* in eorum noimnibus, & p. 746. b. & 747. b.

(1884. ζ) PURGATORIUM: ſive Polier-Mühle des Nagel-neuen Jeſuiten-Spiegels. Dantiſci. 1603. in 4. Autor ejus eſt *Petrus* GEDICCUS teſte *Rechenberg.* diſſ. de inept. Cler. litterar. S. 14. Symbola citante *Tecklenburgiana.*

(1885) INFORMATORIUM MATERNUM: ſive Mutter-Schuel &c. v. lit. (a) librum eſſe *Joannis Amos* COMENII, ſtatim ex loco præfationis hic adſcripto ſub lit. (b) divinabam, poſtea vero ex *Panſophiæ Prodromo* Lugd. Batav. 12. 1644. recuſum cum præfatione Hartlibii perſpexi plenius. Ubi paucis variatus index hujus Didacticæ, poſt verba præfationis Germanica ſubjunctus, iterum attexitur; &c. XXVII. hoc informatorium memoratur. An autem ſub numero illo plurali comprehendat Georgium *Vechnerum*, (cujus Epiſtola litteris initialibus Prodromo illi ſubnectitur, at ipſum nomen ex gratulatorio carmine diſſertationi didacticæ de ſermonis Latini ſtudio præmiſſo, & editoris lemmate operum tractatu illo contentorum, diſerte cognoſcitur) quis dubitet? qui Leſnæ 1638. datam hanc Epiſtolam legerit, qua inter alia monet de puriore Latinitate ipſius Januæ & Veſtibulo inducenda, de cujus barbariſmis jam poſt alios conqueſtus eſt *Morhofius* in Polyhiſtore aliquoties.

(a) *Informatorium Maternum:* oder Mutter-Schul. Das iſt: Ein richtiger augenſcheinlicher Bericht/ wie fromme Eltern/ theils ſelbſt/ theils durch ihre Ammen/ Kinderwärterin/ und andern Mitgehülffen/ ihr allertheureſtes Kleinod/ die Kinder/ in den erſten 6. Jahren/ ehe ſie den *Præceptoren* übergeben werden können/ recht vernünftiglich/ GOtt zu Ehren/ ihnen ſelbſt zu Troſt/ den Kindern aber zur Seeligkeit auferziehen und üben ſollen. Gedruckt zur Polniſchen Liſſau. 1633.

(b) Unter ſolche *Didacticos*, oder Lehr-Künſtler ſind auch durch GOttes Schickung unſer etliche (ſo anitzo unſere *Meditationes* an den Tag zu geben den Anfang machen) vor etlichen Jahren gerahten/ und in den Sachen uns ſo weit umgeſehen/ daß verhoffentlich dieſe Kunſt um ein ziemliches fortgeſetzet worden. Welches zwar alles wir biß auf gelegener Zeit in geheim zu halten entſchloſſen: weil aber wir von unterſchiedlichen gelehrten Männern/ aus unterſchiedlichen Landen (denen die von uns *ad interim* zur Prob ans Licht gegebene Sprach-Thür vorkommen) erſucht/ ermahnet/ gebeten worden/ mit dem übrigen/ was GOTT offenbahret/ nicht inne zu halten: Auch verlängſt dieſer Stadt Erb-Herr und in Cron-Pohlen der Kirchen GOTTes vornehmer Patron/ der hochwolgebohrne Graf und Herr/ Herr Raffael/ Graf von Liſſau/ *Palatinus* zu Belß *&c.* Dergleichen nicht allein begehrt/ ſondern auch zu dem Werck gehörigen Vorſchub zu thun/ ſich gnädiglichen anerbohten: und endlich auch unſer vorgeſetzter *Conſens* dazu kommen: als wagen wir es nun im Nahmen des Allerhöchſten GOTTES. Und damit wir dem gantzen Werck ſeinen gebührenden Grund legen/ laſſen wir zu forderſt unſer *Didacticam Magnam*, das iſt: **Die groſſe Kunſt alle Menſchen alles zu lehren:** Damit jederman von dieſem gantzen Handel deſto richtiger urtheilen könne/ ans Licht gehen.

Weil aber dieſelbe in Lateiniſcher Sprache ausgehet/ wird es nicht ungereimt ſeyn/ an dieſen Ort derſelben Inhalt kürtzlich zu entwerffen: Auch gegenwärtigen Tractätleins halber/ wohin es gemeinet ſey/ und wozu es eigentlich zu gebrauchen/ deſto beſſern Verſtand dadurch zu ſchöpffen.

(1886) JULIUS DIALOGUS Cap. II. num. 259. nunc 1513. α ſupra memoratus eſt, a *Joachimo* CURÆO Germanice verſus.

(1886. αα) JUPITER *Gamelius* & JUNO *Gamelia* laſſen ausruffen die fünf Durchlauchtigſte, Ehe-Verlöbniſſen. Eſt luſus ſeu Epithalamium, in nuptias Danico-Mecklenburgicas, & Modena-Luneburgicas &c. 1695. in fol. trium foliorum. Autor eſt *Joh. Juſtus* WINCKELMANNUS, qui mihi Exemplar hujus ſcripti, miſit. *Symb. Maſtr.*

(1886. α) JUVENTUTIS VERNANTIS COGITATIONES SUPERFLUÆ, ſive, Der grünenden Jugend überflüßige Gedancken Lipſiæ, in 12. nomine diſſimulato edidit Der grünenden Jugend überflüßige Gedancken: quo ſcripto continentur decades aliquot odarum exoticarum, vernaculo ſermone ſcriptarum, & duæ tresve Comediæ haud diſſimilis argumenti. Ætate profectior juvenilia hæc Meletemata quaſi correcturus, edidit nohtwendige Gedancken. Sed illis ni fallor nomen præfixit Chriſtiani WEISII. *Symbola* hæc eſt *Flensburgo Molleriana.* Scriptum hoc agnoſcitur priori parte in 12. 1668. II. & III. 1672.

1672. editionis, in deſignatione ſupra numero 1880. memorata, ut & der grünenden Jugend nohtwendige Gedancken in 8. 1675. diverſum ab aliis, quibus titulus reiffe Gedancken in 8. 1682.

(1887) CONTRA NATHAN LEVI *Judæum Epiſtolam* vernaculo idiomate & occultato „auctoris nomine ſcripſit, qua demonſtravit, „præſtigiis quam veritati ſimiliora eſſe, quæ „tunc temporis Nathan Levi ſtupidæ Judæorum „credulitati propinavit, & Judæis ſerio incumbere, ut, occaſione hac invitati, ſedulo inquirant, annon tempus Meſſiæ adventui condictum pridem effluxerit. Verba ſunt ex vita *Joh. Henr.* HOTTINGERI apud *Freherum* Theatri part. I. ſect. 3. p. 670. a.

(1887. *a*) Extractus Compendii LOGICÆ DIDACTICÆ. Cothenæ: ſive Auszug aus dem kurtzen Begriff der Verſtand-Lehre zu der Lehr-Art. Cothen im Fürſtenthum Anhalt Ao. 1621. in 8vo Abbreviatio eſt Logicæ Germanicæ, uti conjecturo, quam *Nicolai* POMPEJI Logicam Cothenam in ſchedis vocat Joachimus *Jungius*.

(1888) METAMORPHOSIS REGNORUM ET RERUMPUBLICARUM ut Auctoris nomine diſſimulato *Renati* a LUSINGA Germanice ſit verſa, narrat Joh. Andr. *Boſius* introduct. in notitiam Rerump. Cap. XII. §. IV. p. 103. his (a) verbis.

(a) Boſius introduct. in notitiam Rerump. Cap. XII. §. IV. pag. 103. Renatus a Luſinga, *in libris III. de incremento, conſervatione & occaſu Imperiorum, Gallice ab eo conſcriptis; ſed ab Hieronymo* Naſello *in Italicam, a Jac.* Geudero *in linguam Latinam, denique a Joan. Friderico* Furtenbachio *in Germanicam, diſſimulato auctoris nomine, translatis, ac ſub titulo: Metamorphoſis Regnorum & Rerumpublicarum, Francofurti,* IↃCLVI. *impreſſis.*

(1889) MARITORUM CORRUPTOR: ſive Manns-Verderber; liber anonymus *Chriſtophori* SCHORERI Dris. Med. memoratur *Frebero* Theatri p. 1408. b.

(1890) MENSTRUA COLLOQUIA, ſæpius nobis jam laudata, & in poſterum laudanda: ſive Monathliche Unterredungen einiger guten Freunde von allerhand Büchern/ und andern annehmlichen Geſchichten. Allen Liebhabern der Curioſitäten zur Ergetzlichkeit und Nachſinnen. in 8vo juſtis voluminibus quotannis ab Ao. 1689. huc usque continuata ad Ao. 1696. medium quod ſint auctoris clariſſimi & ampliſſimi Dn. *Wilhelm Erneſti* TENZELII Conſiliarii & Hiſtoriographi Ducalis Gotha Saxonici, ſemetipſum detegunt & aliorum indiciis plurium ſunt detecta. Vide Joh. *Molleri* Iſagogem Hiſtoriæ Cherſoneſi Cimbricæ part. 1. præfat. pag penult. & operis pag. 47. & part. II. pag. 2. & Chriſtiani Franciſci Paullini Brief vom Hiſtoriſchen Collegio pag. 2. Maximeque omnium *Junckerum* de Ephemeridibus eruditis pag. 261. & ſeqq. toto articulo XIX. usque ad pag. 271. ſueto ſibi more ordinate & ornate de illis agentem legere operæ pretium ſit. Interim non ſolum amplius hunc laborem Dn. *Tenzelium* inſumere, teſtimoniis fide dignis mihi conſtat.

(1891) MENSTRUÆ Curioſitatum artificialium & naturalium variarum enarrationes: ſive Monathliche Erzehlungen allerhand künſtlicher und natürlicher Curioſitäten / unter einer anmuthigen Romaine, aus den neueſten Büchern herausgezogen/ und mit eigener Erfahrung bewähret. Majus; Handelnd von Wetter-Gläſern. In Verlegung der Saariſchen Erben in Erffurt/ und zu finden bey Joh. Herbord Kloſſen in Leibzig 1689. in 8vo ſub forma Colloquii proponit auctor (quem G.W.M. D.L. eſſe fama dudum conſtat) id argumentum, quod tractandum ſuſcipit. Verba ſunt *Junckeri* de Ephemeridibus Erud. pagina 70. art. XII. Eas literas an interpretari liceat *Georgii* WELSCHII, Med. Doctoris Lipſienſis?

(1892) MENSTRUÆ *utiliter ludicræ* QUÆSTIONES: ſive Monathliche nutz-ſpielende Luſt-Fragen. Januarius, Februarius, Martius, Jena bey Bielken 1692. in 8. Auctor M. *Joh. Michael* SCHWIMMER, qui & den *Phyſicaliſchen* Zeit-Vertreiber ſcripſit. *Symbola* eſt *Junckeriana*, cujus in libello ipſius modo laudato de Ephem. Erudit. nec dum meminiſſe me miror.

(1893) COLLOQUIA MENSTRUA JOCO-SERIA, quorum titulus eſt: Luſtiger und ernſthaffter Monaths-Geſpräche erſter Theil/ in ſich begreiffend die ſechs erſten Monath des 1688. Jahres, mit einem zweyfachen Regiſter. Halle/ gedruckt und verlegt von Chriſtoph Saiſelden/ Chur-Fürſtl. Brandenburgiſchen Hoff- und Regierungs-Buchdrucker 1688. in 8. juſto volumine, cujus tamen ſinguli menſes paulo aliter inſcribuntur, nimirum: Schertz und ernſthaffter/ vernünfftiger und einfältiger Gedancken über allerhand luſtige und nützliche Bücher und Fragen erſter Monath oder Januarius in einem Geſpräch vorgeſtellet von der Geſellſchafft derer Müſſigen. Quæ poſtrema verba etiam mox menſe Februario ſunt omiſſa, & menſe Martio ſubſtitutæ Literæ E. D. F. U. K. ſequentibus menſibus etiam omiſſæ, ut & tota parte ſecunda, poſterius ſemeſtre tomo juſto altero complectente, nusquam nec ſub ipſa dedicatione adeo utriusque tomi auctore nominato, donec ſequenti anno 1690. Chriſtian Thomas præfigeretur ſingulis menſibus, integroque volumini uno totum annum complectenti mutato eatenus titulo ut eſſet: Freymüthige jedoch vernunfft- und Geſetzmäſſige Gedancken. Unde primas adeo anonymas cogitationes etiam ejusdem celeberrimi per orbem literatum *Chriſtiani Thomaſii* eſſet liquet. Earum ut memoria diutius conſervaretur, quis-„piam (quem J. J. a R. L. eſſe conſtans hactenus, „fama tulit, qui tamen ne videretur laudem ca-„ptare, latere maluit primitus. conf. Jan. præf. „p. 20. 21.) easdem continuare veluti cœpit, ſub „tit. Freymühtiger jedoch Vernunfft- und Geſetz-mäſ-„ſiger Gedancken über allerhand fürnehmlich aber „neue

neue Bücher Jan. des 1690. Jahres. Halle / ge-,, druckt und verlegt von Chriſtoph Saalfelden/ 1690.,, 8. plane ad inſtitutum Thomaſii. Verba ſunt,, Mag. Chriſtiani *Junckeri* de Ephemeridibus Eruditorum p. 257. num. XVIII. ubi & rationem ejus inſtituti ac argumenti & ſucceſſum fuſius legere licet.

(1893. *a*) IN COLLOQUIA JOCOSA ET SERIA CONSIDERATIONES; ſive: Bedencken über die Schertz- und ernſthafte/ alberne unvernünftige Gedancken einer ſeltzamen Geſellſchaft der Müßigen / gedruckt nach der erſten Edition zu Oboe in Finland/ habet auctorem *Jacobum* LUDOLPHUM: *teſte Symbola* hacce *Maſtrichtiana*.

(1894) MERCURIUS: ſive des Götter-Boten Monatl. RELATIONES in 4. Auctor eſt ,,MULZIUS, Principi Oettingenſi quondam ,,a Conſiliis ſecretis, qui in Jus publicum com- ,,mentatus eſt. Sed officio exutus vivit nunc Viennæ. *Symbola eſt Junckeriana*.

(1894. *a*) *Gabrielis* NAUDÆI Coups d' ,,Etat: oder Politiſche Staats-Streiche / ex Gal- ,,lico vertit N. Ryſſel/ noſtri Dn. Ryſſelii facult. ,,Jurid. Aſſeſſoris Frater, Marchioni Baruthino ,,quondam a conſiliis, ſed, qui quod male rem ,,egerat, peculatusque crimine reus exul jam ,,apud Indos vivit. *Symbola eſt Junckeriana*.

(1895) NAVIGATIO IN NOVUM ,,ORBEM SINE NAVI ET VELIS: ſive ,,Schiffart nach der neuen Welt ohne Schiff und ,,Segel Kil. 1670. primum ſine nomine prodiit ,,ſed alteri ejus Editioni Hamb. 1683. 12. addidit *Joh. Daniel.* MAJOR, D. & P.P. Kilonenſis. *Symbola* eſt *Flensburgo Molleriana*.

(1896) NOVA Ex ORBE LITERATO: ,,ſive Nouvellen aus der gelehrten und curioſen ,,Welt/ inde ab Anno 1692. itemque den Winter/ ,,Frühling und Sommer-Parnaſſ, ſcripſit hacte- ,,nus *Godofredus* ZENNER, Præfecturæ quondam ,,in Gothano Ducatu Præpoſitus, nunc ſibi Al- ,,tenburgi vivens. *Symbola eſt Junckeriana*.

(1897) CONSILIUM *rationabile* DE ABRO- ,,GANDIS OBSTACULIS PACIS: ſive vernünftiges Bedencken von Abſchaffung der Friedens-Ver- ,,hinderungen; zu Leiden 1652. 12. in exemplari ad ,,R. Chriſtianiſſ. miſſo, quod in Cancellarii ,,Oxenſternii chartis Tit. V. Pacific. Weſtph. ſer- ,,vatur, nomen ſuum addidit auctor *Johannes* ,,FRISCHMANNUS, Conſiliarius Würtembergicus. *Symbola eſt Normanniana*.

(1898) PANEGYRICUM *Everhardo* ,,DANCKELMANNO & *Academiæ* HALLEN- ,,SIS LAUDATIONEM *Carmine Germanico*, ſup- ,,preſſo ſuo nomine ſcripſit *Johannes* à BESIER, ,,Electori Brandenburgico a conſiliis, aulæ ne- ,,gotiorumque & Curialium Magiſter. *Symbola eſt Junckeriana*.

(1899) DIALOGI DE CLAVE AD PAPIAM: ſive Dialogi oder Geſpräch über Käyſer Carolen des Fünften mit Francisco Valeſio, Königen zu Franckreich gehaltener Schlacht vor Pavia, in welcher Mercurius und Charon unterſchiedliche Standes Perſohnen ſo verdammet und ſelig worden / mit eingeführet / von einem Spanier beſchrieben/und ins Teutſch überſetzet. Franckfurt bey Matth. Merian/1643. 8. Auctor hujus dialogi eſt, *Johannes* VALDESIUS, nobilis Hiſpanus Juris Conſultus, & Regis Neapolitani Secretarius; Bibliotheca antitrinitariorum Chriſt. *Sandii* pag. pag. 2. huic adſcribit hunc dialogum, ſed refert *Italice* impreſſum eſſe, nec cujus ſit argumenti aut quando editus, adeo ut non vidiſſe eum pateat. Excellmus *Maſtrichtus* vero titulum operis dedit.

(1900) PARASITUS POLITICUS: ſive der Politiſche Näſcher / ſcriptum Germanicum,, Satyricum & jocoſum, Lipſiæ 1670. in 12. edi-,, tum Autorem agnoſcit *Chriſtianum* WEISIUM,,, Rectorem h. t. Zittavienſem, ad cujus imitatio-,, nem, alii poſtea tot plauſtris Politicarum, (quas,, vocant) Nugarum nos obruerunt. *Symbola*,, *eſt Flensburgo-Molleriana*, cui jungatur oportet ſuccenturiatus huic libello, dein alius 1680. 12. Lipſiæ nomine in titulo auctoris addito: Chriſtian Weiſens kurtzer Bericht vom Politiſchen Näſcher / wie nemlich dergleichen Bücher ſollen geleſen/ und von andern aus gewiſſen Kunſt-Regeln nachgemachet werden / quo ſatis a nugis aliis hocce ſcriptum ſeparatur, paginis 174.

(1900. *a*) POLONICUS STATUS REGIUS: ſive der Polniſche Königs-Staat / liber anonymus quomodo adſcribatur *Carolo* Kirchmair von Reichwitz / Nobili, ex Symbola *Diecmanniana*, docuimus n. 1867. *a*.

(1901) De PUGNA PORCORUM ABLEGATUS MERCURIUS: ſive Mercurius,, aus dem Parnaſſo wegen des Schweine-Krieges,, abgefertiget / in quarto philyra eſt M. *Magni*,, GARTNERI Hamburgenſis hominis feliciori,, memoria, quam judicio, uti habet *Symbola Sperlingiana*. Is ob hoc & aliud ſcriptum Conſuli honoratiſſimæ memoriæ noſtro *Brodero Paulli* dedicatum, fugitivus & edictaliter citatus poſtea diſparuit.

(1902. CCCXLIII.) Vier hundert Fragen von allerhand Materien / ſive CENTURIAS IV. VARIARUM QUÆSTIONUM Germanice A. 1661. in 8. editas Ulmæ, *Martino* ZEILERO, Viro ſcriptis aliis plurimis noto, vindicat ex J. G. *Schottelii* libro Germanico, cui titulus: von der Teutſchen Haupt-Sprache. lib. 5. tract. 4. pag. 1179. *Geislerus* dec. 1. n. 6.

(1903) ANATOMIA RATIONIS STATUS: ſive der heutigen verkehrten Staats-Leuten Natur/Cenſur, und Cur/ 1671. 12. & 1678. Nürnberg 12. eſt Dris *Joh. Ludovici* HARTMANN, Superintendentis Rotenburgenſis, docente *Symbola Normanniana*.

(1904) DE M. *Joh.* REISKII (amici mei honoratiſſimi, & ſui temporis commercio literario, ac alias compellatione ac itineris in acidulas ante hoſce pene XX. annos ſocietate familiariſſimi) LIBRO doctiſſimo de *Vaticiniis Sybillinis* recenſione in *Menſtruis* Colloquiis *Tenzelianis* facta, plagula unica edita Germanica anonyma ipſius Dn. Joh. Reiskii, ſecutisque dein ſcriptis aliis, videſis *Junckerum* de Ephemeridibus eruditor. p. 267. & ſeqq. Ubi & pag. 270. §. 13. hæc habentur:

(1905) IN CAUSA quoque REISKIANA RELATIO EX PARNASSO ET DECRETUM APOLLINIS *contra ZoilumBibliomaſtigem*, prodiit, quam Matthæus *Tatius* in libello ſupra citato ſimul memorat. Sed eam tanquam nullius pretii, & abſurdam reſponſione dignam Autor non judicat Append. ad 1690. p. 1133. Plura vide *infra* in *Matthia Tatio* Pſeudonymo. In hac lite ne ſumam judicium mihi & quidem publicum: impedit dictum Biantis malentis inter inimicos quam amicos ſuos judicare.

(1906) DE SALTATIONIBUS: ſive vom Tantzen ſcriptum anonymum *Chriſtophori* SCHORERI memoratur apud *Freherum*, Theatri pag. 1408. a.

(1906. α. CCCLIII.) Der Teutſche SECRETARIUS, Noriberg. 1656. in 8. & ibidem iterum altera parte auctior recuſus debetur politiſſimo & modeſtiſſimo calamo *Georgii Philippi* HARSDORFFERI; utut nomen hoc ne recentibus quidem exemplaribus adſcribatur. *J. G. Schottelii* Haupt-Sprache/ lib. 5. tract. 4. p. 1176. verba ſunt Domini *Geisleri* dec. 5. n. 5. Idem confirmat *Georg.* Neumarck cap. 12. pag. 464. des Palm-Baums/ quo Frugiferæ Societatis ſcripta recenſentur.

(1907) SPECTRUM KOGENSE: ſive „die Hiſtorie von dem Geſpenſte zu Køge/ quæ pro„diit his nundinis noſtris Hafniæ apud Liebium „in 12. Eam ex Latina Auctoris BRUNSMAN„NI Germanicam fecit M. J. J. L. id eſt, M. *Joh. Jacob.* Langjahr. *Symbola* eſt certa ſatis notitia ſuperſtructa *Junckeriana*.

(1907. α) SPECULUM IMPERANTIUM: ſive Regenten-Spiegel/ vid. ſupra Antimachiavellus.

(1908) Conſideratio Chriſtiani Theologi ſenis in Jacobi THOMASII COLLEGIORUM OBLATIONEM, ſive eines alten Theologi Chriſtliches Bedencken über Thomaſii zwey Collegia, detegit hiſce verbis ſuum eſſe Michael PRAUN J. U. D. C. P. C. & Conſiliarius Badenſis &c. in ſeinem Ritterſpiegel 12. Augſpurg 1695. in der Zugabe pag. 328. & 329.

Endlichen habe ich in meinem Kemptiſchen Exilio unter dem Nahmen eines *alten Theologi*: Das Chriſtliche Bedencken über des Herrn *Thomaſii* Rede an die Herrn Studenten zu Leipzig / als er ihnen 2. *Collegia*, eines über die Chriſtlichen Sitten-Lehr/ daß andere über das *Jus Publicum* eröffnet/ꝛc. Ao. 1689. der ſtudierenden Jugend zur guten Nachricht abgefaſſet / und darinn meine Meynung über die heutige Neuerungen in der Philoſophia beſcheidentlich entdecket.

In eodem additamento auctor plura memorat, edita per ſe ſcripta, inter quæ omnino anonyma etiam aliqua videntur eſſe v. gr. p. 318. num. 3. hiſce verbis memoratum, ut cætera mittam. Als die Frantzoſen nach der Käyſerlichen Leopoldiniſchen Wahl mit einer groß-pralenden Schrift/ unter dem Titul: **Was hat Franckreich bey der Wahl gethan**/ꝛc. aufgezogen kommen: Habe ich ihnen ein anders/ unter dem Titul: **Was hat Oeſterreich bey Teutſchland gethan**/ ꝛc. entgegen geſetzet; und damit erwieſen / daß unter der Hochlöblichen Oeſterreichiſchen Käyſerl. Regierung / durch gute Geſetz das Reich zu ſeinem höchſten Flor / und die Stände zu ihrer höchſten Freyheit gelanget ſeynd. Welches ſo wol von Ihro Käyſerl. Majeſtät als allen damalen lebenden Oeſterreichiſchen Ertz-Hertzogen allergnädigſt und gnädigſt iſt aufgenommen worden.

(1909) TRIGA PRUDENTISSIMORUM; ſive die drey klügeſten Leute in der Welt/ 1675. in 12. agnoſcitur pro ſuo ab auctore *Chriſtiano* WEISIO, jam aliquoties hic laudato loco. Vide num. 1899. & in Pſeudonymis tit. Catharini Civilis: Triga Stultiſſimorum, aut ſi mavis Archimorionum: die drey **Ertz-Narren**. Ibid. 1673. in 12.

(1909. α) TRUTINÆ PARNASSI auctor quis ſit, docet *Symbola Maſtrichtiana* his verbis.

Harßdörffer.

Auctor TRUTINÆ PARNASSI. vid. elogia Friſchmanni ex Bœclero. Iterum Bœclerus ad Portnerum ſub. 9. Julii anni 1656.

De Trutina Parnaſſi *intellexi nuper tuam mentem.* Harsdorfferum *auctorem nemo dubitat, neque enim ſtylus ſinit rem dubitabilem. Mea nihil refert neque enim moveor talibus, ut ab illa quiete agendi, ſcribendique divertam, quam ſemel elegi. Amicum illum credam nec ne, ignoro equidem. Olim quidem ampliſſimis verbis amicitiam inivit, quam ego ſancte colui, & quod ſciam ne verbulo læſi, ipſe tamen pertinaci ſilentio tandem abrupit, quod tam ambitioſe contraxerat. Nuper adeo, cum in ſenatum aſcito gratularer & vel ea occaſione oſtenderem, nihil in me mutatum, ne verbulo reſpondit, hoc eſt ſalutantem ne reſalutavit quidem, quæ omnia apud me ejusdem generis ſunt, fiant nec ne in nullo ponam diſcrimine.*

vid. & num. 1170. α.

(1910) ZELOTYPUS CONJUGATUS: ſive der Eyferſüchtige Mann/ ex Gallico le *Mary Jaloux*, verſus libellus, recenſitus Thomaſii Monathlichen Gedancken 1689. pag. 127. ut liber anonymus, cujus mater ſit Madſelle DE GILLOT, filia Dni. DE GOMER DE VASCONCELLOS ex Mercure Galant. Aprilis 1686. pag. 351. refert *Symbola Junckeriana*, de qua plura in Gallicis cap. XIV.

(1911) APPENDIX EPISTOLÆ *Marthæ Eliſabethæ* ZITTERIN, Neophytæ converſæ ex Papiſmo, editionis recuſæ anonyma, poſtmodum agnita legitur à *Caſparo* SAGITTARIO S. S. Theol. doctorando & Hiſtoriar. P.P. Jenæ celeberrimo in ſeiner treuhertzigen Vermahnung und wolgegründeten Warnung an Heinrich Schönemann/der Societat JEſu Prieſtern in Erffurt / was tüchtiges zuſchreiben; hingegen von der ungeſchickten mündlichen Wiederlegung der Evangeliſchen Schrifften und Läſterung der Evangeliſchen Religion und derer Chriſtlichen wol-verdienten Lehrer abzuſtehen in 8. Jenæ 1670. pagg. 48.

SECTIO VI. GERMANICI ANONYMI POETICI, PHILOLOGI, FABULARES ET JOCOSI.

(1912)

AMELINDE Scriptum ingenioſiſſimum tribui *Duciſſæ Sophiæ Eliſabethæ* BRUNSUICENSIS ET LUNEBURGENSIS Ducis uxori docet *Wittenius* Biograph. part. 2. Ao. 1676.

(1913. CCCXLIX.) DE ANTENORIS PERSECUTIONE RELATIO PARNASSIA: ſive RELATION aus dem PARNASSO, welche Mercurius einbracht von Verfolgung des ANTENORS, &c. Wolffenbüttel 12. 1658. eſt *Joh. Balthaſaris* SCHUPPII p. m. Doctoris SS. Theol. & Paſtoris ad Dn. Jacobi, in cujus operibus conjunctim recuſis in 8. etiam extat pag. 564. & ſeqq. Ejusdem alia, quæ primum anonyma prodiere, vide in der Zugabe operibus illis adjuncta.

(1914) ARAMENA SYRIACA felicior; vita pluribus tomis deſcripta: amator ex Auguſta Selenica ſtirpe Sereniſſimo *Principe* Dn. Dn. *Antonio Ulrico*, ter incluto BRUNOVICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM DUCE non indignus labor & amores regii. Verba ſunt Joh. *Deckherri* de adeſpotis pag. 248. confirmata mihi per Epiſtolam Joh. Henrici *Bœcleri* in Junckeriana Symbola.

(1914. *a* CCCXLIV.) BATRACHOMYOMACHIA: ſive Froſchmäuſeler / von der Mäuſen und Fröſchen wunderlicher Hoffhaltung. Magdeb. 1595. in 4. & ibidem 1608. in 8vo. præfixo joculari nomine Marx hüpff ins Holtz von Mäuſebach / der jungen Fröſchen Fürſinger / und Calmäuſer im alten Meſchenwigk / &c. nec non Lipſ. 1637. in 8. liber omnino ingenioſiſſimus, ad imitationem Batrachomyomachiæ Homericæ, de Imperii noſtri politico & Eccleſiaſtico ſtatu, multa argute per ſaturam ſtringit. Eum *Georgio* Rollenhagen / tribuit ex *Philandro à* Sittwald auctor anonymus præfationis Germanicæ editioni Roſtochienſi 1650. in 8. des Reinekenfuchſes / præfixæ, nec non *Burgoldenſis* ad Inſtr. Pacis, part. I. diſc. I. §. pag. 12. linea 15. ubi elegantiſſimum vocat hunc libellum, & merito. Equidem *Gabrielis* Rollenhagen / memorantur apud *Draudium*, Bibliothecæ Germanicæ pag. m. 623. ſub tit. Kurtzweiliger Gedichten und Geſchichten. Vier Bücher wunderlicher / bißhero unerhörter und ungläublicher Indianiſcher Reiſen / durch die Lufft / Waſſer / Land / Höll / Paradeiß und den Himmel / beſchrieben von dem groſſen Alexander, Plinio, Luciano, und St. Brandano aus Griechiſch- und Lateiniſcher Sprache verteutſcht / Stetin in 4. 1655. Qui an idem ſit cum hocce *Georgio* noſtro, nunc non definiverim. De ipſo ejusque Poemate, plura vide apud eundem *Oldenburgerum* ſub nomine *Franciſci Irenici* in ſubjecto, additamentis ad ſuos diſcurſus in Inſtrumentum Pacis, ſub nomine Collegii in Burgoldenſem editis, Indiculo Auctorum, ubi pag. 63. ita ſcribit: Froſchmauſeler, *Auctor ejus eſt* Georgius Rollenhagius, *Gymnaſii veteris Magdeburgenſis Scholarcha quondam non illaudatus; ingenioſum ſatis ſcriptum, non ſine moralibus ex* Homero *mutuatum.* Joan. Mich. Moſcheroſch *in præfat. ad* Georg Gumpelzhaimeri *Gymnaſma de exercitiis Academicis.* Gryphiand. lib. I. Sect. leg. cap. I. num. 51. Der Sinn- und Lehrreiche Froſchmäuſeler / *Zeiller.* Ep. 526. quos vide ſi lubet.

Non debeo hic prætermittere ſymbolam (a) Chriſtiani *Daumii* notabilem, neque quod Jac. *Thomaſius* de plagio literario §. 546. meminit hujus, & Guilielmi Rollenhagii, qui filius fuit Georgii, de plagio in parentis ſcripta commiſſo duplici, hic §. 511. publice reos duos *Sommerfeldium* & *Origanum* accuſans. Plura apud *Morhofium* im Unterricht von der Teutſchen Sprach und Poeſie pag. 373. Et *Symbola Flensburgo-Molleriana* ſub tit. (b) & ſub (c) marginalia Máſtrichtiana.

(a) *Symbola Daumiana.*

Georgium Rollenhagium *auctorem* Froſchmäuſelers *teſtatur Epiſtola Henr.* Rantzovii *ad ipſum Rollenhagium Ao. 1595. ſcripta, pro cujus donatione ſexaginta taleros ipſi miſit, miniſtro quatuor dedit. Extat illa in volumine Epiſtolarum Conſolatoriarum &c. ad Henr. Ranzovium ſcriptarum à M. Georgio Ludov.* Frobens *collectarum & Francofurti editarum.* Gabriel *Rollenhag fuit* Georgii illius Filius, *Ludovicus*

 Magde-

Magdeburgenſis. Qui emblemata edidit, & alia Poëmata.

(b) *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

M. Georgius Rollenhagius (*diverſus omnino a* Gabriele) *Bernoa-Marchicus, Rector primo Halberſtadienſis, deinde Eccleſiaſtes & Rector Magdeburgenſis obiit d.13. Maji Ao. 1609. æt. 67. teſte Henr.* Wittenio *in nuper edito Diario Biogr. P. G. 2. a. De* plagio, *quo ipſum læſit David* Origanus *PP. Francof. v. Thomaſii Diſſ. de Plagio §. 511. e quo loco etiam diſces Gabrielem Rollenhagium* Georgii fuiſſe filium *Uterque facetiſſimi fuit ingenii. Ut alia non attingam memini me in* Colloquiis menſtruis vernaculis *Anonymi, quæ hoc anno edi cœpta ſunt, jucundam narrationem (in M. Aprili, ni fallor) legiſſe de Frid.* Taubmanno (*Prof. olim Wittenbergenſi*) *Scholarem ſe ſimulante, & ludum Rollenhagii aliquamdiu frequentante. De* Batrachomyomachia *hac Rollenhagiana honorificum invenies judicium Morhofii* im Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie *P. I. c. 7. p. 373.*

(c) *Margo Maſtrichtianus.*

Pater Rollenhagen vocatur a filio, qui opus edidit, Magiſter Georgius Rollenhagen. *Filius ſe vocat* Gabrielem *in fine dedicationis ad nobilem* Chriſtophorum von Durſtatt *editioni primæ quæ Magdeburgi 1603. apud Johannem Bötger in 4. prodiit, præfixæ, dicit Parentem ſuum, qui per 35. annos ut Conrector & Rector Scholæ Magdeburgicæ præfuit, libros illos quatuor mirabilium ipſi ad exercitia Latina & Græca tradidiſſe eosque ſe Germanice vertiſſe. De* murium & ranarum pugna *ſeu* Froſchmäuſeler *nil memorat. In fine refert prælectiones Patris ſui de* ratione conficiendi calendarii *Anno 1583. pag. mihi 293. in fine, quæ addenda ſunt, quia Origani Prof. Francof. plagium indicant.*

(1914. β CCCLV.) CARÆGRATES, aut (ſi liceat) CARI-GRATIUS vel *Rari-Gratius* Germanice Theuerdanck / Liber eſt Poeticus, in quo verſibus Teutonicis emblematice deſcribitur vita Maximiliani Auſtriaci, Imperatoris Romano Germanici, qui Friderico III. parenti ſuo ſucceſſit. Ao. 1494. Perſonis quaſi Comicis, curioſitate, & Invidia repræſentatis; quas Imperator ſua prudentia vel vicerit vel vitaverit; deſcribente ſic librum illum rariſſimum, & paucis notum Tobia *Wagnero* Inſtit. Hiſtor. lib. 7. cap. 8. pag. 596. quem citavit etiam *Geislerus* dec. 2. n. 1. ſibi quoque librum eundem nondum viſum eſſe fatens, & modo laudato *Wagnero* MAXIMILIANI ipſius eſſe accredens. Qua de re aliter nos ſentire facit *Zeilerus* part. 2. de Hiſtor. Chronol. & Geogr. pag. m. 209. ita ſcribens: *Hiſtoria de rebus geſtis Maximiliani I. Imp.* Theuerdanck / *vocata* à Simone *Schardio*, Jo. *Bertelio* & Gerh. Joh. *Voſſio* (quem lib. 3. cap. 10. pr. p. 639. de Hiſt. Latinis vide hoc ſcriptum Hiſtoricis Latinis annumerantem, licet ipſe fateatur, ſe neſcire, qua lingua ſit ſcriptum) *ipſi* Maximiliano *adſcribitur.* Reinerus Reineccius *præfat. tom. prior. de familiis, aggreſſum eum ſcribere ait. At* Cyriacus *Spangenberg. part. 2. Speculi Nobil. lib. 11. cap. 48. pag. 298. a.* & Joh. Chriſtoph. *Oelhafen. in orat. quadam anno 1623. Altorffii habita, Autorem hujus libri dicunt fuiſſe Melchiorem* PFINTZING, *Præpoſitum ad D. Sebaldum*, Norimbergæ. v. indiculum *Irenici* ſive *Oldenburgeri* pag. 142. Clavis hujuſce poematis extat in Germanico libro, cui titulus: Sebaſtian Francken von Word/Chronick aller nahmhafftigen und Gedächtniß-würdigſten/geiſtlichen und weltlichen Sachen und Handlungen von Anbegin der Welt/ ꝛc. biß auffs Jahr Chriſti 1585. Baſel 1585. fol. Hæc ſcripſeram, cum ipſe nondum librum hunc vidiſſem, cujus nunc nactus ſum exemplar, titulum habens, Die Geverlichkeiten und eins Theils der Geſchichten des löblichen ſtreitbaren und hoch-berühmten Helds und Ritters Teuerdancks. Eum ſequitur dedicatoria Epiſtola brevis ad Carolum V. Imperatorem, data Norimbergæ Kal. Mart. 1517. cui ſubſcriptum eſt nomen hac formula. Ew. Königlichen Majeſtät demüthigſter Caplan Melchior Pfinzing zu Sanct Alban bey Meyntz / und Sand Seebold zu Nürnberg P:obſt. In eadem hiſce verbis ſemet ipſum auctorem illius ſcripti profitentis, fürgenommen Ew. Königlichen Majeſtät zu Ergetzlichkeit/ Nutz / und Lehre/ eines löblichen Teuren und hoch-berühmten Heldes und Ritters / mit Nahmen Herr Teuerdanck Geſchicht/Hiſtorien und Gethatten (die ich den meiſten Theil geſehen/und von glaubhafften Perſonen die in Gegenwertigkeit geweſen ſeyn / gehört hab) in Form / Maß und Weiß des Helden-Buches / (als vormahlen durch viel beſchehen iſt) in verborgener Geſtalt zu beſchreiben/ꝛc. Ipſe liber in folio typis magnificis antiquis expreſſus, absque loci & temporis mentione, continet deſcriptionem vitæ Maximiliani I. Imperatoris verſibus germanicis brevibus, & repræſentatione facta, ætatum ipſius, & ſtudiorum; virtutum, atque errorum, ſub nominibus atque perſonis fictis, quarum explicatio poſtmodum eſt ipſi operi ſubjecta. Extat autem & alia mihi viſa editio Francof. 1563. in folio recuſa, cui quidam *Burcardus Wallis* in dedicatione fatetur, ſe addidiſſe verſus aliquos, & ſubſtituiſſe; quod factum ſane probare non poſſum.

In quo judicio etiam conſentientem habeo *Morhofium* im Unterricht von der Teutſchen Sprach und Poeſie pag. 44. Alia etiam editio memoratur in Autographis Brunſuicenſibus Tom. 2. pag. 58. Die Gefährlichkeiten und eins Theils der Geſchichten / des löblichen ſtreitbahren und hoch-berühmten Heldes und Ritters Theurdancks. Cum præfatione Melchioris Pfintzing ad S. Alban prope Moguntiam & S. Sebald prope Nurnbergam Præpoſiti, ad Carolum V. Hiſpaniæ Regem. Augsburg 1519. in folio. *Voſſium* vero hic allegatum correxit etiam *Sandius* in notis pag. 230. qui librum adeo deſcribit, ut eum conſpexiſſe videatur. *Deckherrus* etiam pro Maximiliano Imperatore ipſo auctore eſt, de adeſpotis pag. 247. (a) ut & *Freherus* ex ſolito ſibi pluribus hanc vitam conſarcinatam exhibens, & in hæc verba (b) pag. 731. & 733. a. (c) ſcribens. Quibus omnibus adeo fidem adhuc denegarem; neſcius quomodo audaciam offerentis Imperatori ſuo ut a ſe natum hoc ſcriptum, Pfeinzingerum interpretarer, niſi accederent *Lambeciana* ad hæc omnia teſtimonia. Cujus de Biblioth. Cæſarea verba (d) lib. 2. pag. 969. omni excerptione majus teſtimo-

monium oculatum ex manuſcripto perhibent. Quo acquieſcens, Pfeintzingerianum calamum & in hac inſcriptione mandato Imperatoris auctoris paruiſſe, interpretandum omnino eſſe decido, & memoratum hocce ſcriptum & alia ibidem pagina 967, & ſeqq. a num. 322. usque ad 334. Imperatoria, ſuſpicio, venerorq; lubens. *Addit* Maſtrichtianus margo ſequentia: *Prodiit quoque editio Francof. ad Mœnum 1596. in Octavo cum primæ editionis & ſcriptoris Melchioris Pfintzing Præfatione, & Burcardi Waldis ſcripta Abderode, ad nob. Dom. Adolphum Wilhelm* von Dornberg *in qua additionum & mutationum & ſupplementi rationem reddit, additq; clavem totius operis.*

(a) Deckherrus de Adeſpotis pag. 247.

Hiſtoriam & res geſtas Maximiliani I. Imp. in Hiſtoria Equitis Theurdanck *comprehenſas, alii aliis tribuant: veriſſimum cenſeo, juſte glorioſiſſimo Cæſari laboris honores ſubtrahi non poſſe. Licet enim id obſcure teſtetur* Gerard de Roo, *libro VIII. Rer. Auſtr. pag. 315. &* Conrad Decius *a* Weidenb. *in præf. ad eund. Omni tamen exceptione majus eſt teſtimonium à* Dno Placc. *An. num. 355. allegati* Sebaſt. Francken, *hiſtorici coævi: & magis,* Joh. Cuſpiniani, *individui ejus Comitis, Medici & Hiſtoriographi, quem veritas latere non potuit in Hiſtoria vitæ ejus pag. 486. Edit. Francof. de Anno 1601. a qua tamen editores libri ſubinde manus abſtinuiſſe, non adfirmaverim. Quo vero in ſtatu ipſe liber & olim fuerit, & hodie ſit, in Auguſtiſſimi Bibliotheca Vindobonenſi, videndum in III. Petri Lambecii, Bibliothecarii Cæſarei, Commentariis.*

(b) Freherus pag. 731.

Provectiori ætate literatos amavit, cumq; illis libenter converſatus eſt. Edidit deinde Poetice lingua patria de diverſis ſuis periculis, opus, cui nomen Theuerdanck/ *dedit: pulchrumq; opus confinxit, quod* Portam honoris *appellavit, a* Statio *viro erudito concinnatum & picturis illuſtratum.*

(c) Freherus pag. 733.

Nec ſolum Maximilianus *Imperator cum viris doctis contulit, eorumq; ſententiam audiens, multarum rerum cognitionem paulatim acquiſivit, verum etiam animum ad ſcribendum appulit: atq; Poeticum opus de diverſis ſuis periculis edidit: in quo Invidiam & Curioſitatem Comicas perſonas fingebat, quas Ratione & Prudentia vicerit atq; proſtraverit. Deinde egregium opus finxit, quod* Portam honoris *appellavit, virtutibus & picturis venuſtatum.*

(d) Petr. Lamb. *de Biblioth. Cæſ. lib. 2. pag. 969.*

Volumen germanicum chartaceum in folio, quo continentur varia antiqua monumenta, ad Imp. Maximiliani I. vitam & res geſtas pertinentia, & ex ipſius dictantis ore a Secretario ipſius Marco Treitzſaurvvein *A. 1512 excepta, ut ex ſequenti titulo germanico videre eſt;* Was in dieſem Buch geſchrieben iſt / das hat Käyſer Maximilian im XV. hundert und XII. Jahr mir Marxen Treytzſaurwein / ſeiner Käyſerlichen Mayeſtat Secretario / mündlichen angeben. *Extant autem ea in hoc ordine:*

1. Deſcriptio Triumphi, quem Imp. Maximilianus I. in honorem & memoriam rerum a ſe geſtarum haberi voluit. *Præfixa autem illi eſt (1) Imago ipſius Imp. Maximiliani, tanquam ſedentis in ſolio Imperiali, & ſupra memoratum Secretarium alloquentis his verbis:* Die in meinem Dienſt haben geſtritten ritterlichen und nach Ehren / die ſchreib in meinen Triumph / ihnen zu einer Gedächtniß hie auf Erden.
2. Deſcriptio triplicis Arcus triumphalis, quam Imp. Maximilianus I. exigi voluit in memoriam ſuæ pietatis & ſacrarum ſuarum fundationum. *Ipſa tituli Germanici verba ſunt hæc:* Hernach folgt der *Arcus* der dreyer Swyppögen Käyſer Maximilians Andacht und Stift.
3. *Catalogus Cognatorum & Affinium Imperat. Maximiliani I. ſecundum Gradus cognationis & affinitatis. Titulus ejus & principium ſic habent:* Vermerckt Käyſer Maximilians geſipt und geſchwägert Fründt. Loys König zu Franckreich geſipt im fünften Grad; Ferdinand König in Hiſpany geſchwägert im andern Grad; *&c.*
4. Catalogus Imperatorum & Regum, qui bene imperarunt.
5. Catalogus Urbium, quas Imp. Maximilianus I. in Belgio, Burgundia, Auſtria inferiori, Italia, Goricia & Carniola armis expugnavit. *Ipſa tituli Germanici verba ſunt hæc:* Hernach folgen die Städt / die Käyſer Maximilian mit dem Schwerdt erobert hat. Am erſten im Niederland und Burgundiſchem Lande; Gent/ Pruck/ Yper/ Alſt/ *&c.*
6. Catalogus exercitiorum aliquot equeſtrium Imp. Maximiliani I.
7. Catalogus (1) Librorum, ab ipſo Imp. Maximiliano I. compoſitorum. *Extat autem hoc modo:* Vermerckt die Bücher / die Käyſer Maximilian ſelbſt macht. Grab / (2) Ehren / (3) Weiſe Künig / (4) Teuerdanck; Freydanck; (5) Triumph-Wagen; Stamm-Cronick; der Stamm / Artalerey; (6) Die ſieben Luſt-Gezirck / Wapen-Buch / Stall-Buch / Platnerey / Jägerey / Valcknerey / Kücherey / Kellnerey / Fiſcherey / Gärtnerey / Baumeiſterey / Moralität / Andacht St. Jürgen.
8. Imp. Maximiliani I. Inventa quædam Artis gladiatoriæ.
9. Annotationes quædam miſcellaneæ ejusdem ſæpe laudati Imperatoris.

(1) *Omnes iſti Libri etiam extant nunc in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea, nec ullus eorum hactenus impreſſus eſt, præterquam is qui inſcribitur* der Theurdanck.

(1915) EPITAPHIA POETICA C. ſive 100. Poetiſche Grabſchriften in Teutſcher Sprach / anonymus prodierunt A. 1662. in 4. Autorem eſſe *Chriſtianum* HOFMANNUM, Conſiliar. Cæſareum & Civitatis Uratislavienſis Præſidem, oſtendit iterata Epitaphiorum horum editio in Sylloge Poematum ejus. *Symbola* eſt Flensburgo *Molleriana.*

(1916)

(1916) EXORCISMUS STULTORUM (quod ego alias GRAVAMEN STULTORUM jam verteram neſcius adhuc, utrum rectius libro nunquam inſpecto, cujus titulus utrumq; ſignificatum pati poteſt) inſcriptus Germanice, Narren-Beſchwörung memoratur a Jac. *Thomaſio* præfationum ſuarum doctiſſimarum æque ac curioſiſſimarum LXXIII. p. 474. 475. cujus & textum (a) & notam exhibemus.

(a) Jacobus Thomaſius *præfatione LXXIII. pag. 474. 475. in* Thomæ Murneri *libello, rhythmis Germanicis exarato, cujus titulum latine reddas* Exorciſmum ſtultorum *i). Ibi k) repræſentatur Morio quidam, ipſius Dei Barbam tractans manibus.*

i) Germanicus libri titulus eſt: Narren-Beſchwörung. *Nomen autoris* Thomæ Murneri, *aperte profitetur editio Argentoratenſis anni 1518. Subticet autem neſcio quam ob cauſam, hoc idem nomen alia editio, quæ ibidem prodiit anno 1556. recenſita, quod titulus prodit, a* Georgio Wickramo.

(1917) HEROUM LIBER, vel (ſi mavis) HEROOLOGIUM: ſive das Helden-Buch liber anonymus Rhythmicus Wolframo ESCHENBACH adſcribitur a Joh. *Deckherro* de adeſpotis pag. 252. verbis (a) ſubſcriptis; Morhofius tamen in Unterricht der Teutſchen Sprach und Poeſie cap VII. pag. 328. nondum hunc primum collectorem exiſtimat verbis (b) ſubjectis, & pag. 332. & 333. verbis ſub lit. (c) deſcriptis. Ulterius exhibetur etiam *Symbola* (d) *Stadiana* poſt hæc omnia demum allata.

(a) *Joh.* Deckherrus *de Adeſpotis pagina 252.*

Ipſum autem mendacium ad ſtupendos ictus & caſus, in libro Rhythmico, das Helden-Buch genant *narratos, obſtupefieri credo. Interim quærunt in fabula aliquam priſci Idiomatis Germanici ſive Francici notitiam Publici quoque Juris Doctores; quia ex antiquiſſimis temporibus ad nos pervenit: vid.* Freher. *in Comment. ad Conſtit. Caroli III. de Expeditione Romana ſub lit. G. Y. & alibi paſſ.) Autumant etiam aliquid veritatis ſubeſſe: & multi vicini Vangiones de hac loquuntur: quod non affirmo. Fortiſſimæ ſcil. fictionis narrator tamen creditur* Wolffranus ab Eſchenbach.

(b) Morhofius im Unterricht von der Teutſchen Sprach und *Poeſie cap. VII. pag. 328.*

Wolffram Eſchelbach / (der eben zu der Zeit gelebet / und im andern Theil des Helden-Buchs / einige *Carmina* gemacht. Welches Helden-Buch nichts anders iſt / als ein *Collectio* vieler Gedichte von den Helden der vorigen Zeit / deſſen erſter *Collector* dennoch unbekand iſt.

(c) Idem & pag. 332. & 333.

Es ſind einige derſelben und andere Lieder in dem ſo genannten Helden-Buch zuſammen geſammlet / welches unterſchiedliche mahl in Teutſchland heraus kommen. Die letzte *Edition* iſt meines Wiſſens zu Franckfurt Ao. 1560. gedruckt: Es iſt in vier Bücher getheilet. Es wird darinn gehandelt von den alten Helden und Rieſen / von Käyſer Ottnit und dem kleinen Elberich / von Hug Diederich und Wolff Diedrichen / von den berühmten Garten zu Wormbs / von dem König Laurin und ſeinen Roſen-Garten ꝛc. Es iſt aber von der Lieder eigenen Alterthum alles ungewiß / und deßhalben keine Nachricht / die Sprache giebt es / daß ſie ſo gar alt nicht ſeyn; gläube aber ſie ſey von etlichen Klügelingen in eine andere Form gegoſſen / wie andern Wercken auch geſchehen iſt.

(d) *Symbola Stadiana.*

Das Helden-Buch. Editiones *ejus exſtant plurimæ; quarum* prima *mihi viſa, eſt Hagenovienſis Ao. 1509. fol.* noviſſima *Francofurti ad Mænum excuſa 1560. fol. Eſt totus liber* Poëticus Germanicus *de rebus geſtis & amoribus variorum Heroum; ſuperioribus ſeculis celebratiſſimus & vulgatiſſimus.* Quatuor *in eo* partes *ſ. diſtinctiones majores obſervare licet, ex quibus* totidem libros *fecit editio recentior.* Primus *agit de* Otnite Cæſare Longobardo; *ſub quo latere* Odoacrum *Goldaſtus præfat. Tom. II. Conſtitut. Imper. exiſtimat.* Secundus *eſt de* Hugdieterico *&* Wolffdieterico. Tertius *narrat de* Gibicho Vangione & Roſeto Wormatienſi, *ibidemque habitis duellis ac conflictibus Theodorici Veronenſis ac ſociorum cum gigantibus ob Crymhildam:* quartus *continet* Theodorici Veronenſis *& ſociorum ejus res cum parvo* Laurino *geſtas. Subjungitur demum* Appendix Proſaica von den Helden / Zwergen und Rieſen. *Hiſce narrationibus doctrinas morales involutas eſſe, indigitat Cyriacus* Spangenbergius *Chron. Saxon. cap. XIX. & XX. ſæpius ex illo libro ſententias quasdam allegat Johannes* Agricola *in prima editione Proverbiorum Germanicorum, de Ao. 1548. aliique ſcriptores paſſim ejusdem mentionem injiciunt. Idioma libri eſt ejusmodi, ac quod in monumentis Teutonicis ſeculi XII. vel XIII. obſervatur; quamquam in impreſſis* editionibus *maxime* poſterioribus volumen mutatum, *& ad recentiorem modum formatum ſit. Multa ex eo partim allegat, partim emendat* Goldaſtus *cum in Tomis Rerum Alemannicarum, tum in* obſervationibus *ad veteres Parænetícos.* Auctorem *& ætatem libri quod attinet B.* Morhofius im Unterricht von der Teutſchen Sprach und *Poeſie pag. 332. incertam horum carminum ætatem poſuit. Quod equidem ex libris ſ. ex Hiſtoriis illis, ex quibus hunc compoſitum eſſe ipſe auctor initio operis poſt Præfat. ut & pag. mihi 58. teſtatur omnino verum eſt. Cæterum cum qui Heroum illum librum in hanc qua nunc habemus, formam redegerunt, ipſimet nomina ſua in opere expreſſerint, ætas ejus plane latere nequit. Leguntur autem P. II. pag. m. 172. hæc verba:*

Do ſach man nieder reiſſen
Als zu derſelben Stund
Vil manig Werck von yſſen
Das iſt mir gar wol kund
Mir Wolfram dem werden
Meiſter von Eſchenbach
Und was des Tages auf erden
Von dem edlen Held geſchach.

Partis IV. p. m. 414. ultima verba ſunt iſta:

Nu hat dis Buch ein ende
GOtt uns ſyn Hülffe ſende

Das

Das wir zu allen ſtunden
In Freuden werden funden
So mag uns wol gelingen
Heyrich von Oſterdingen
Diſe Abenteur geſungen hat
Das ſy ſo meiſterlichen ſtat.
Do waren Im die Fürſten hold
Sy gaben im Silber und Gold
Pfennig und reiche Wat
Hie mit dis Buch ein Ende hat
Von dem Auserwehlten Tegen
GOtt geb uns allen ſynen Seegen.

Fuit vero Wolfaramus de Eſchenbach *nobilis Helvetius, vixitque in aula Hermanni Landgravii Thuringiæ initio ſeculi XIII. ac præterea nonnulla alia monumenta reliquit. De eo plura habet Cyriacus* Spangenbergius *in Tractatu ἀνεκδότῳ* von der *Muſica* und Meiſter-Singern / *cujusque excerpta dedit* Hannemannus *in animadverſionibus ad Opitii Proſ. Germ. pag. edit. recent. operum Opit. 93. ſs.* Henricus de Efterdingen (*quem Spangenbergius minus recte vocari dicit Afterdingen, & loco ante alleg. mendoſe ſcriptus eſt Oſterdingen) civis fuit Iſenacenſis, & Wolfarami coætaneus, ac vixit in aula primo Leopoldi Auſtriaci, tum Hermanni Thuringi. De eodem Ibid.* Spangenb. *l. 2. Et quidem* Wolfaramum *partes duas priores compoſuiſſe,* Efterdingium *v. poſteriores, vel ex ipſa* Rhythmi *diverſitate patere videtur.*

(1918) HERCULES & HERCULISCUS Germanici: ſive Teutſcher Hercules und Herculiſcus, duobus ſpiſſis Voluminibus in 4. editi libri fabulas Mileſias ad pietatis inſtructionem conformatas exhibentibus, an conſilio ſatis conſulto, viderint Theologi. Mihi aliquando exemplar, manu auctoris præſcripto nomine donatum alicui, forte inſpicienti, offerebant ſeſe preces devotiſſimæ: at e regione in adverſa pagina joca ſatis levia nec offendiculi vacua. Memini etiam beatum affinem meum *Feldenum* alias auctori conjunctiſſimum dicere ſolitum, quod amor juvenilium ſuorum in hoc genere pridem elaboratorum, quæ abolere non ſuſtinuiſſet, ad hos uſus ea convertere perſuaſiſſet auctori M. *Andreæ* BUCHHOLZ Superintendenti tunc civitatis Brunſuicenſis, & obſidionis ultimæ tempore demortuo. Vide *Schottelium* de Lingua German. lib. 5. Tr. 4. pag. 1186. excuſantem opus & laudantem, (a) ſecus vero judicantem (b) *Deckherrum* de adeſpotis pag. 248.

(a) Schottelius de Lingua Germanica pag. 1186.

H. A. Buchholtz hat in teutſcher Sprache unterſchiedliche Bücher in gebundener und ungebundener Rede herausgegeben / darunter viele geiſtliche *Poëmata* und ſonderlich der Pſalter zu Nutz und Andacht wol verfaſſet / hat auch *librum primum Carminum* und *artem Poëticam Horatii*, wie auch *libros verarum Hiſtoriarum Luciani* verteutſchet und mit *notis* erkläret. Uber das des Chriſtlichen Teutſchen Herculis und Valiſce Wunder-Geſchichte / ſo zu Braunſchweig Ao. 1659. gedruckt / und von dieſem vornehmen *Theologo* alſo ausgefertiget / in welchem Buche die Teutſche Sprache nach ſolcher Schreib-Art / wol und vornehmlich angebracht / und zu dienlicher und Ehrlicher Ergetzlichkeit darſtellig wird. Jeder urtheilet zwar nach ſeiner Neigung und Kundigkeit / mancher aber denckt offt zu früh / daß nach ſeinem Laute alle Klocken ſchlagen müſſen: Offters auch iſt einer / der weder eines Buches Innhalt / noch des Verfaſſers Zweck und *Intention* ſo wenig ließt / als vernimmt / ſpricht doch ein ſtreng Urtheil nach eitelem Wahnwitz: Dieſes iſt unleugbahr / daß dieſes Buch von dem Teutſchen Hercule nach ſolcher Romanſchen Schreib-Art (wie mans nennet / und die aus der Welt gar abzubringen mancher vergebens und ohn Uhrſach Angſt hat] zum erſten die Gottesfurcht und Chriſtliche Gebühr / und daher rührende Belohnung / nach Anweiſung der Exempel / unvermerckt und bey Erzehlung ergetzender Händel mit beybringet; das Gute wo es recht iſt / bleibt gut / geſuchte Ergerniß kan man allerwegen / auch in der Bibel / wers gern haben und annehmen will / antreffen.

(b) Deckherrus de Adeſpotis pagina 248.

Herculem & Herculiſcum *&c. magnæ molis fabulam, in qua plus largitionibus erogatum fingitur, quam avara potentiſſimi Principis gaza ſibi aſſerere auderet, non negante principio libri matutinas ad Deum preces fundente, & univerſo complexu ejus, Theologi filium & nepotem eſſe, dudum exiſtimatum: Fictor eſt Superintendens Brunſu.* Dn. Andreas, *Joachimi Frater* Buchholtz.

(1919) IBRAHIM BASSA Fabula Mileſia &

(1920) JULIUS MENSIS: ſive Roſenmond, Poetico-critica monita exhibens libellus: item

(1921) LITERÆ FAMILIARES: ſive Send-Schreiben / quod invito auctore famigeratiſſimo *Philippo* von Zeeſen / omiſſo ejus nomine ſint impreſſæ ac per plagium etiam aliquorum ſubtracta nonnulla ex libro precationum Germanicarum muliebrium: Frauenzimmers Gebet-Buch / Poëmatisque juvenilibus: ſive Jugendlichen Dichtereyen / conqueritur ipſe publice in der Vorrede über ſeine Schöne Hamburgerin / *1668.* in 8vo ultra modum acerbe, citata etiam præfatione illius libelli precatorii ex editione Hamburgenſi. Quod uti factum omnino improbo ita non facile miſerarer unquam publice, niſi alia plane de cauſſa, quam mea: neque tam graviter, certe, plus ſemel hæc expertus, tamen nunquam publice miſerandum unquam putavi.

(1922) HYMNI GERMANICI in Eccleſia noſtra publice decantari ſoliti *anonymi* plerique omnes, in plerisque libellis Cantionum Eccleſiaſticarum exhibentur, niſi qui Lutheri & aliorum inſcribuntur. Aliquæ tamen editiones, & mihi quidem uſurpari ſueta Johannis *Krugeri* 1681. Hamburgi publicata editio, ut plenior aliis numero Cantilenarum; ita & indicio auctorum eſt. Et ſane præſtaret minimum à Luthero profectas præ reliquis habere ſecretas. Quam-

vis pleræque ſpiritu & genio tanti Herois præ aliis emineant, ac in operibus ejus facta hinc inde mentione aliquo modo dignoſcantur. Sed expediret hoc accuratius fieri. Quin & reliquarum præcipuæ non tam novitate ac nitore quam verticordia vi & flexanima efficacia ſpiritusque plenitudine; optarem ut ſuis auctoribus reſtituerentur. Maxime cum vel de potiſſimis etiam quandoque in hoc genere ambigatur. v gr. Singularis plane ac divinæ Emphaſeos plenus hymnus: HErr Chriſt der einig GOttes Sohn æque ac alius: Hilf uns in deinen Nahmen a Melchiore *Adami* in Vitis Theologorum recenſitus *Andreæ* CNOPHIO imputatur pag. 16. citato *Chytræo* Lib. X. Saxoniæ. Ex illo id repetit *Freherus* Theatri pag. 102. b. Et tamen prior hymnus à Strigenitio, in loco Tomi III. Concionum a p. m. Paſtore mihi per plus quam XX. annos amiciſſimo Neoſtadienſi M. Tobia *Fabricio* communicato pag 712. in Concione I. Feſt. Nativ. Mariæ cum peculiaribus circumſtantiis Uxori Caſpari Crucigeri *Eliſabethæ* Creutzigers vindicatur adſcriptis memorabilibus (a) verbis. Meus Codex nullum nomen adſcriptum, nec niſi unicum ejus initii ſolum hymnum habens, hic in dubio me relinquit, attamen multis modis propenſiorem ad Crucigeram. Vide pluſculos alios Hymnos Luthero & aliis vindicantem auctorem menſtruorum Dialogorum Anni 1693. pag. 790.

(a) Strigenitius Tom. 3. in Feſt. Viſitat. Mariæ Concione 1. pag. 712.
Zu unſern Zeiten hat ein recht frommes und Gottsfürchtiges Weib Frau Eliſabeth / des Alten Herr *Dr* Caſpar Creutzigers zu Wittenberg ſeel. Eheliche Haußfrau das fröliche Geiſtliche Liedlein geſtellet und gemacht: HErr Chriſt der einge GOttes Sohn / ꝛc. Welches *Dr.* Luther ſo wolgefallen; daß ers ſelbſt in ſein Geſang-Büchlein zuſetzen befohlen hat.

(1923) PASTOR FIDO *Germanice* reddita Tragico-Comœdia, ut anonyma primo a Dno. von Abſchatz / edita, & laudata fuerit horum ſtudiorum cultori peritiſſimo, docet *Colloquiorum Menſtruorum* auctor A. 1689. verbis (a) & (b) ſubſcriptis.

(a) Monatliche Unterredungen / Ao. 1689. p. 531. Uberdiß hat er (der Hr. von Abſchatz) ſeine Vollkommenheit in der Teutſchen Dicht-Kunſt zubezeugen den *Paſtor fido* überſetzet / und *in folio* drucken laſſen: von welchem der verſtorbene Herr von Hoffmannswaldau geurtheilet / daß die Uberſetzung dem Herrn von Abſchatz beſſer / als ihm gerahten wäre / weßwegen er ihn auch biß an ſeinen Todt ſehr *æſtimi*ret gehabt.

(b) Ibid. pag. 532. & 533. Im Briefe des Hrn von Abſchatz an die Frau von Lohenſteinin — — Ich bin demſelben auf viele Wege / unter andern auch dahero verbunden: daß er in ſeinen Poetiſchen Wercken gewiſſer meiner Ubersetzungs-Arbeit / welcher ich damahls noch meinen Namen nicht öffentlich gegeben / vortheilhaftig gedencken / und mich durch ſolches Urtheil zu mehrer Verbreitung dieſer / und Unternehmung anderer locken wollen.

(1924) PSALTERIOLUM CANTIONUM CATHOLICARUM 1633. Coloniæ & alibi ſæpius recuſum Germanice & Latine, ſuo nomine omiſſo ediđiſſe *Joh* HERINGSDORF, Weſtphalus Jeſuita, memoratur *Sotvello* pag. 461. b.

(1925) PSALTERIUM DAVIDIS, OPITIANUM *in modum*; ſive der Pſalter Davids in Teutſche Reimen / der Opitianiſchen Art gemäß verfaſſet. Gieſſen 1657. 4. Autor eſt *Ludovicus* VI. LANDGRAVIUS Haſſo Darmſtadinus: Symbola teſtante M. Georgii Chriſtiani *Bürcklin*.

(1626) PSALTERIUM DAVIDIS CUM ANNOTATIONIBUS *Johannis* BUGENHAGII, vulgo POMERANI, in Germanicam linguam translatum, editum a Mart. *Bucero*, A. 1542. Eademque translatio paucis mutatis, omiſſo BUCERI *Martini* nomine recuſa Norimbergæ 1564. memoratur *Friſio* Bibliothecæ Geſnerianæ pag. 578. a. in nomine *Buceri*.

(1926. *a* CCCL.) Reineke Vulpecula, ſive Reinke Fuchs / daß iſt ein ſchön und nützliches Gedichte voll Weißheit / guter Lehre und luſtigen Exempeln / primo Roſtochii 1522. 1592. 1616. deinde alibi ſæpius modo ſuperioris, modo inferioris Saxoniæ Dialecto recuſus liber v. gr. Hamb. 1604. in 4. Francofurt. 1608. in 8. Roſtoch. 1650. in 8. prodiit, in cujus editionis ultimæ præfatione verbis hiſce auctor illius ſcripti plene detegitur. Daſſelbige Buch aber hat ein gelehrter / ſcharffſinniger Welt-weiſer Sachſe gemacht / mit Namen *Nicolaus* Baumann / beym Urſprung des Wäſer-Stroms bürtig. Dieſer als er bey dem Hertzogen zu Jülich eine Zeitlang in der Cantzeley für einen Secretarien gedienet / durch die Fuchsſchwäntzer bößlich hintergangen / und in Ungnaden gebracht ward / daß er ſich mit groſſer Gefahr von dannen an den Meckelburgiſchen Hof begeben muſte / da er denn auch hinwiederum Hertzog Magnuſſen Secretarius und lieber Mann worden / hat er aus ſein Selb-Erfahrung den Reinken Fuchs / als wenn der im Hertzogthum Jülich alſo ergangen wäre / weißlich beſchrieben / und dem Buchdrucker zu Roſtock / Ludowigen Dietzen / welcher ein Oberländer von Speyer / und ein guter Reimer war / verehret. Derſelbe hat die Gloſſen / aus andern Reim-Büchern dazu geſetzt / und alſo im Jahr 1522. als wenns zuvor ein altes Frantzöſiſches Werck geweſen / in den Druck gegeben / etc. Er ſetzet noch hinbey / daß dieſes Buch ſo wol von Gelehrten und Ungelehrten mit Fleiß geleſen / und ſey hernach der Baumann zu Roſtock in S. Jacobs Kirchen ehrlich begraben worden. Diß von dem Reinken ergangenes Gezeugniß kan an ſtatt Tauſenden ſeyn / weil es ſo wol von einem Klugen / als in gleichen Wercken berühmten Mann herrühret. v. in *Pſeudonymis Ludovicum Romanum*.

Et quæ addit *Symbola Schmderiana* (a) & *Morhofius* im Unterricht von der Teutſchen Sprach und Poeſie pag. (b) 366. & ſeqq. cujus excerpta da-

damus, in Actis Erud. Lipſienſ. 1682. & Monatliche Unterredungen / 1689. pag. 45. approbata. Editio verſionis latinæ ſub hoc titulo, quem lit. (c) damus, conſtat verſibus & commentariis in 12. paginis 506. non computato aliquot foliorum alphabetico indice. Germanicæ editiones ſunt ſine numero. v. *Pſeudonymos* n. 1614. in *Ludovico Romano*. notasque Maſtrichtianas marginales lit. (e)

(a) Symbola Schraderiana Mſta.

Poſſet addi locus P. Lindenbergi, *in Chronico ſuo Roſtochienſi fol. 173.* Nicolaus Baumann, qui (cum aliquandiu in aula Juliacenſi Conſiliarius vixiſſet, & tandem apud Principem traductus eſſet, ita ut cum vitæ periculo ad Magnum Megapolitanum, cujus ſecretarius poſtea factus, ſe recipere cogeretur) ex ſua ipſius experientia aſtutiam vulpeculæ Germanicis rhythmis argute & artificioſe deſcripſit, & Roſtochii, ubi conſumto vitæ ſtadio in æde Jacobæa ſepultus eſt, typis edi curavit. *Hæc* Lindebergus. *Et narrant qui viderunt, quod ſepulchrum ejus hodieq; in æde Jacobæa viſatur.*

(b) Morhofius im Unterricht der Teutſchen Sprache und Poeſie p. 366.

In Niederſächſiſchen Verſen hat man den ſo genanten und jederman wol bekanten **Reinken Voß**/ ein überaus ſinnreiches Buch / worinnen unter einer Fabul/der Lauff der Welt / und alle höfliche Sitten und Streiche ſo artig abgebildet werden / als von keinem alten Poeten hätte können vorgeſtellet werden. Es mögen billig alle Niederſachſen diß Buch als eine Frucht eines wolgeſchliffenen Verſtandes wehrt und in Ehren halten. Denn ob zwar in der Vorrede deſſelben gedacht wird/ob ſey es aus der Frantzöſiſchen Sprache überſetzet/ ſo iſt ſolches von dem Autore vorgegeben/ damit er deſto ſicherer unter dieſem Vorwand ſich verſtecken könne. Wer die Niederſächſiſche Sprache verſtehet/ und davon urtheilen kan/ ſiehet wol aus der Fügung der gantzen Rede/ daß es einheimiſcher und nicht fremder Abkunft ſey. Die es in Lateiniſche und Hochteutſche Sprache überſetzet / haben es mehr verdorben. Janus Guilielmus Laurenbergius, der die Sinn-reichen Schertz-Gedichte in Niederſächſiſcher Sprache geſchrieben/ hält davor/ es ſey kein beſſer Buch nechſt der Biebel als dieſes. Der Autor ſoll ſeyn/Nicolaus **Baumann**/ beym Urſprung des Wäſer-Stroms bürtig: andere haben mich verſichern wollen / er ſey aus **Wißmar**/ meiner Gebuhrt-Stadt/entſproſſen / woſelbſt des Namens von alters her unterſchiedliche geweſen / wie ich mich auch ſelbſt wol erinnere. Dieſer iſt/ nachdem er am Jüliſchen Hofe durch Verläumdung aus des Hertzogs Gnade geſetzet worden / bey Hertzog Magnus in Mecklenburg Secretarius geworden. Da er dann das Buch aus eigener Erfahrung geſchrieben / und es alſo im Jahr 1522. als wanns zuvor ein altes Frantzöſiſches Werck wäre geweſen/ in den Druck gegeben.

(c) *Titulus editionis Latinæ ſic habet:*

Speculum vitæ aulicæ *de admirabili fallacia & aſtutia* vulpeculæ Reinikes *libri quatuor, nunc primum ex idiomate Germanico Latinitate donati, adjectis elegantiſſimis iconibus, veras omnium apologorum animaliumq; ſpecies ad vivum adumbrantibus, auctore* Hartmanno Schoppero, *Novoforenſe Norico, cum gratia & Privilegio ad decennium Francof. ad Mœnum. M. D. LXXIIII.*

(d) Notæ Maſtrichtianæ marginales.

In mea editione Latina adſcriptum erat: Nicolaus Baumann hat unter dem Namen des Reincken Fuchſes das gantze Hof-Leben politiſcher Weiſe/ wie auch das Pabſtthum gar artig und ſehr weißlich beſchrieben. *Vertit opus hoc Latinis verſibus non ſpernendis Hartmannus* Schopperus *Novoforenſis Noricus. Prodiit Francofurti ad Mœnum 1567. 8. cum commentario quodam. Prodiit quoq; Germanice, ſed oratione proſa & verſa, anno 1606. Anonymi opus* Von den loſen Füchſen dieſer Welt / wie man alle ſündliche Laſter in allen Ständen der Menſchen erkennen ſolle/ durch ſeltzame Figuren und Geſichte fürgeſtellet / *ſine typographo & loco. In figuris libri vulpes plerumq; cucullati depinguntur, aliquando etiam penulati. Alium auctorem oſtendit annus editionis, quis autem ille fuerit, mihi non compertum.*

(1927) SCHERLOCCIANAS MEDITATIONES MORTIS: ſive Scherlock Betrachtung vom Tode/ Leipzig 1695. in 8. ex Anglico tranſtulit N. Klein-NICOLAI qui apud nos hactenus ſtudiorum gratia vixit. *Symbola* eſt *Junckeriana.*

(1928) SOPHONISBE AFRICANA: „ Hiſtoria eſt ingenii amœniſſimi ſoboles „ a *Philippo* ZÆSIO Germanice verſa, &„ Chriſtinæ Suecorum Reginæ dedicata„ quæ vel una detectione fraudis circa mira-„ cula a gentilibus uſurpatæ, ut de venuſtiſſima,„ inventione taceam, illuſtris eſſe meruit; magis„ autem ob ingenium, filia in omni ſcientiarum„ genere exercitatiſſimi Johannis Georgii *Triſſini*,„ Vicentini Itali, quem hoc elogio decorat illuſtr.„ J. A. *Thuanus* Tom. I. Hiſtor. lib. VI. pag. 200.„ circa fin. Verba ſunt Joh. *Deckherri* de adeſpotis pag. 246.

(1928. *a* CCCLIV.) STRATONICA GERMANICE verſa: ſive die verteutſchte STRATONICA. Amſterd. 1666. in 12. J. L V. A. Eam *Johannæ Laurentiæ* von Adlerhelm filiæ Conſulis Lipſienſis deberi, effigies ejus & alia plurima innuunt, ac teſtimonium Profeſſoris Lipſienſis Conſultiſſimi Domini *Geisleri* dec. 4. num. 2. Ipſa verſio, quemadmodum dialecto Miſnica Germaniæ totius ſuaviſſima commendabilis, ita conſtructionibus vitioſis quandoque Grammaticæ præcepta violantibus (v. gr. mich pro mir / & ſimilibus) mendoſa, magis autem ipſo argumento inceſtuoſo, nec virgine ſatis digno, multis viris ſummis illaudata manſit, non minus ac ipſius præfationis verba fiduciam ſui forte nimiam arguentia. Ich weiß daß ich viel Tadeler haben/aber ſie alle verachten werde. Extat etiam *Angelicæ Scaramucciæ* Tragico Comœdia Italice Venetiis 1616. 12. de qua v. *Leonem Allatium* Apum Urbanar. pag. 38. proſaica vero narratio eſt *Lucæ Aſſarini* 1636. in Macerata. 12.

Teſtimonium tamen publicum hic liber habet, quod ſit eleganter verſus (zierlich verteutſcht) uti ſcribit Chriſtophorus *Arnoldi*, Paſtor & Profeſſor Norimbergenſis im Frauenzimmers Seelen-Schoß 1672. Nürnberg in 12. p. 46. & 47.

CAPUT XII.

De Scriptoribus BELGICIS.

THEOLOGICA.

(1929)

ÆGROTORUM CONSOLATIO: liber Belgicus cui debeatur docet *Symbola Maſtrichtiana* his verbis: *Cornelius von* HILLE, *die gemeint Word de ſyn den Aucteur van den* Sieckentrooſt. *Sim.* Oomius *Diſſert. de praxi Theol. p.385.*

(1929. *αα*) De AMORE DEI & contritionis actu: vid. ſupra cap. II. num. XV. olim, nunc 619. *α.*

(1929. *α* CCCLXI.) ANIMARUM *purgatorii commemoratio*, Flandrice a Jeſuita Belga *Jodoco* ANDRIES prodita, ſine auctoris nomine, refertur inter ejus ſcripta apud *Alegamben*, p. 280. quorum pleraque cum hoc una præteriit *Valerius Andreæ* pag. 588. ipſum auctorem plane ſiluit *Sweertius*: cujus anonyma plura commemoravimus ſupra cap. 2. num. 15. 17. 25.43.68.83.85.87.90.91.92.98.99. Ejusdem ab *Alegambe* memorantur Flandrica plura ſuis locis aliter ac olim ordinate exhibenda, quæ ſingula & univerſa confirmat *Sotvellus* p.516. b.

(1929. *β*) ANNULUS ÆTERNITATIS vid. ſupra Cap. II. Olim addendorum huic capiti num. XVII. 623. *α.* Latine, huc etiam Belgice pertinens.

(1929. *γ.* DCXIII.) ANNUS AUREUS, in duos Tomos diſtinctus, *cujusq; diei Dominici ac Feſti Evangelicas continens lectiones.*

Eſt ſcriptum anonymum *Johannis* STALPARTI van der WIELEN, a Valerio *Andreæ* detectum, Bibl.Belgicæ p.566.apud *Sweertium* fruſtra quærendum.

(1929. *γγ*) IN APOCALYPSIN S. JOHANNIS ANNOTATA. Latina & *Belgica* anonyma ab aliis *Danieli* BRENIO, ab aliis TRIGLANDIO aſſerta vide ſupra n. 633. *α.*

(1929. *δ* CCCLXIV.) APOLOGIAM *pro B. Virgine* ASPRICOLLI Gallice & Flandrice tacito utrobique ſuo nomine ſcripſiſſe memoratur *Nicolaus* BOONARTIUS *Belga Jeſuita*, ab *Alegambe* p.251. & *Valer. Andreæ* pag.680. necnon Fr. *Sweertio* pag. 572. & *Sotvello* pag. 626. b. imo jam olim Ribadeneiræ, uti docet *Symbola Normanniana.*

(1929. *ε*) *Antoniæ* BOURIGNONIÆ librum de SOLIDA VIRTUTE quod verterit *Johannes* SWAMMERDAM, docet *Symbola Maſtrichtiana* his verbis:

Swammerdam Johannem

Medicum celeberrimum, in Anatomicis inventis nemini ſecundum: Divinæ Antoniæ (Bourignoniæ) *eruditione captum, ejus commendandæ gratia integros libros veluti* Ephemeri Vitam *ediſiſſe, propriosque Antoniæ quosdam, veluti* de ſolida virtute, *quem alius celebris ſermone Latino publicavit, Belgice vertiſſe dicit* Poiret, *in apologet. poſt de erud. ſolid. pag. 387. &c.*

(1929. *ζ*) Narratio de COCCEIANISMO & CARTESIANISMO: ſive libellus, cui titulus: Verhalt van den wonderlyck Geſicht, dat eenige dagen geleden een ſin Man gehad heeft, meinende *Chriſtus* met ſyn Apoſtelen en veele Engelen en Zielen op een Olyfsberg geſien te hebben, rakende *Cocceanerie*, *Carteſianerie* en in t' byſonder d'ontron van de Claſſis van ſeeven Wonden. Gedrukt na de Copie in Nieuſtadt by Neotericus Detortors, in de tyding ſtraet, int' out nieus: auctor eſſe dicitur BONTEKOE, eumque ante obitum hanc Satyram in pietatis ſectatores ſcripſiſſe, narratum mihi eſt a D. *Brunſenio*, Paſtore Aulico Senereniſſ. Electoris Brandenb. Potsdamenſi. Ita Excellmus Syndicus Bremenſis Gerhard *von Maſtricht* ſcribit *in Symbola.*

(1930) BIBLIORUM VERSIONIS BELGICÆ RECENTISSIMÆ auctores referunt,, *Epiſtolæ Arminianorum* p. 514. b. 515. a. Electi,, ſunt ad *Translationem Veteris* teſtamenti *Joh.* BO-,, GERMANNUS, *Wilh.* BAUDARTIUS, *Gerſon*,, BUCERUS. Ad Novi Teſtamenti transla-,, tionem, *Jacob.* ROLANDI, *Petrus* CORNELII,, Miniſter Enchuſianus, *Herm.* FAUKELIUS.,,

Ad

,,Ad *reviſionem* Veteris Teſtamenti electi ſunt ,,*Antonius* THYSIUS, POLYANDER, PLAN- ,,CIUS, *Jodocus* LARENUS, *Sybrandus* LUBBER- ,,TI, REVIUS, *Franc.* GOMARUS. Ad revi- ,,ſionem Novi Teſtamenti *Sebaſtian* DAMMAN, ,,*Feſtus* HOMMIUS, GELDORPIUS, WALÆ- ,,US, LANGIUS, FULLENIUS, *Ubbo* EMMI- ,,US, *Joh.* CAPEROOS. Verba ſunt magnifici Domini Scholarchæ mei Conſiliarii Regii Sueci-ci & Paſtoris ad D. Jacobi Vigilantiſſimi, Joh. Friederici *Mayeri*, in honorifica ſupra meritum & expectationem meam ad me ſcripta Epiſtola Programmatica plagula B. p. 1. & 2. Quam confirmat & declarat aliquomodo *Symbola Flensburgo Molleriana*, ſic habens: Quinam ad verſionem ,,Bibliorum Belgicam noviſſimam Ord. Fœd. ,,Auctoritate concinnatam in Synodo Dordra- ,,cena d. 24. Novemb. A. 1618. delecti ſint, in ,,*Narratione Epiſtolica Actorum* illius ab *Anonymo* ,,ſcripta (n. 316. p. 514.) h. m. exponitur: Ele- ,,cti ſunt ad translationem Veteris Teſtamenti ,,*Johannes* BOGERMANNUS Paſtor Leovard. ,,*Wilhelmus* BAUDARTIUS, *Gerſon* BUCERUS: ,,ad Novi Teſtamenti translationem *Jacobus* RO- ,,LANDI Paſtor Amſtelod. *Petrus* CORNELII ,,Miniſter Enckhuſianus, *Hermannus* FAUKELI- ,,US Paſtor Middelburg. Ad reviſionem Ve- ,,teris Teſtamenti *Anth.* THYSIUS. Theol. P. Lugd. *Johannes* POLYANDER, Theol. P. P. Lugd. *Petrus* PLANCIUS, Paſtor Amſtelod. *Jodocus* LARENUS, *Sibrandus* LUBBERTI, Theol. P. P Franeck. REVIUS, *Franciſcus* GOMARUS, Theol. P. P. Gröning. Ad reviſionem Novi Teſtamenti *Sebaſtianus* DAMMAN, Paſtor Zutphan. *Feſtus* HOMMIUS, Theol. PP. Lugd. GELDORPIUS, *Antonius* WALÆUS, Theol. P. P. Lugd. LANGIUS, *Ubbo* EMMIUS, *Johannes* CAPEROOS. At ex profeſſo hoc agit vita *Antonii Walæi* Anonymi, quæ exſtat in Bateſianis conjunctim editis pluribus vitis, pag. 649. & ſeqq. Unde merito proinde aliqua excerpta (a) hic damus: prætermiſſis etiam quæ ſuperadduntur ad commendationem hujus verſionis cum ex remonſtrantium aſſenſu, tum ex comparatione cum Lutheri & aliorum verſionibus p. 653. Sufficit eruditiſſimos Actorum Eruditorum Lipſienſium concinnatores A. 1696. p. 12. diſerte ſcribere quod hæc nova Belgica Sacrorum oraculorum verſio, cum nulla non recentiori de palma contendere poſſit. Quæ tamen ut humana omnia ſemper imperfecta, & ulterioris emendationis capacia manent Julius *Sterringa* Friſiorum Eccleſiæ Bomberganæ qui præeſt, ulterius etiam expolire ſuſcepit, ut ibidem refertur. Iidem de antiquiſſima verſione Belgica jam olim 1689. p. 178. verbis ſub Litera (b) exhibitis ſequentem in modum nos erudiverant. Quæ vero doctiſſimi Dn. Campegii *Vitringa* Ebrææ litteraturæ Profeſſionem Franeckeræ auſpicantis Oratio A. 1687. habita de temerario hujus verſionis optimæ publice judicandæ more queritur p. 30. & contra ex Sixtino *Amama* p. 27. de Veneratione nimia Lutheranæ proteſtatur ea partim riſum, partim gemitum mihi extorſere: cogitanti, quam ſæpe apud nos & quam abſurde contingat nunc id quod de ſuis ipſe queritur. Vel ſola ſane nupera M. *Francken* publica Germanicæ plane Lutheranæ verſionis ſuperflua cenſura documento eſt plus quam invidioſo. Adde tandem ſerius allata *Maſtrichtiana* ſub (c) adjacentia.

(a) Vitæ Antoni Walæi pag. 649. & *ſeqq. Synodus* Verſionem Belgicam *unanimi conſenſu decrevit, poſitæque interpretibus leges quas ſequerentur. Electi quoque verſores: & ne quorundam morte totum inſtitutum diſſolveretur, ſubſtituti qui in morientium ſuccederent locum. Quæ omnia in Actis Synodalibus leguntur. Sed accuratæ non conduntur leges quam in ipſo opere: multa definienda ſunt quæ extrinſecus nequeunt conſiderari, multa limitanda quæ univerſalia externe intuentibus videbantur.*

Diſſoluta ſynodo in tuto ponenda Eccleſia erat, nec de ejus ornamento cogitari potuit, antequam ſatis firmata videretur. Quod demum anno cIↄ Iↄ CXXVII. *evenit. Quando plerarumque Provincialium Synodorum deputati petierunt a Fœderatis Ordinibus, novæ Verſionis denuo rationem haberent, & id haut difficulter obtinuere, injunctumque deputatis Verſorum nominatorum præparare dimiſſionem. Sed delegati ſunt* Walæus & Feſtus Hommius *a Fœderatis Ordinibus, qui impetrarent à Magiſtratu, ab Eccleſiis, ut Verſores Paſtoris levarentur onere, aliique in eorum locum ſubſtituerentur, qui perſequerentur id negotium & deducerent ad finem.*

Horum ſuadela & authoritate effectum eſt, ut Verſores citiſſime dimitterentur. Et anno cIↄ. Iↄ. CXXVIII. *Leydam Veteris Teſtamenti interpretes commigravere:* Johannes Bogermannus, *Paſtor Eccleſiæ Leovardienſis, Synodi Dordracenæ Præſes, & poſtea St. Theologiæ in Academia Franequerana Profeſſor.* Wilhelmus Baudartius, *Paſtor Eccleſiæ Zutphanienſis.* Gerſon Bucerus, *Paſtor Eccleſiæ Verianæ, ad eandem quoque ſynodum delegati. Emicuit autem inter eos Hebrææ linguæ peritia* Bucerus, *judicio & dexteritate* Bogermannus, *diligentia in conferendis aliis verſionibus* Baudartius. *In ſequenti anno convenere Novi Teſtamenti librorumque Apocryphorum Verſores.* Antonius Walæus *noſter.* Feſtus Hommius, *Paſtor Eccleſiæ Leydenſis, & Regens Collegii Theologici Ordinum Hollandiæ, Synodi Dordracenæ Scriba.* Jacobus Rolandus, *Paſtor Eccleſiæ Amſtelodamenſis, Synodi Nationalis Aſſeſſor. De judicio* Walæus & Rolandus *contendebant, ille promptior hic tardior, ſed Græcæ Linguæ & Theologiæ peritior Walæus apparebat. At* Hommius *inſignis quoque, in ſcribendo, diſtinguendoque accuratior erat. Hi magno animo, indefeſſo ſtudio, Bibliorum verſionem aggreſſi fuere. Egerunt autem hoc ut ex ipſis fontibus novam plane verſionem darent, accuratam, & quantum permittere linguæ genius poſſet, de verbo ad verbum. Imo ubi in fonte vox aliqua variam admittere ſignificationem videretur, Belgicam illi ſimilem conati ſunt ſubſtituere. Ne ulli parti addicti viderentur, aut ullis veritati præjudicium adferre. Si quid vero obſcurum occurreret, marginalibus Notis conati ſunt elucidare: ſi quid dubium, ibidem diſſolvere; in quibus non raro quoque verſionis ſuæ rationem dedere. Notas autem ſcripſerunt præcipue in gratiam rudiorum, quibus ejusmodi pauca ſcripta Belgica ſuppeterent. Non ita tamen ſe poterant inhibere, ut non eorum paſſim emicet eruditio. Prudentis eſt non alium cibum debili ventriculo indere, quam qui ab eo poteſt confici. Ea pera-*

ſturi omnes, non eandem prorſus viam ingreſſi fuere. Veteris Teſtamenti Verſores Moſis libros, Hiſtoricos, Agiographos, Prophetas in partes æquas diviſere: Primam *cujusque partem Bogermannus,* Alteram Baudartius, Tertiam *Bucerus vertit, commentatus eſt, & loca adjecit Parallela. Verum Verſores Novi Teſtamenti verſionem commentationemque totius Novi Teſtamenti, domi privato ſtudio omnes conſcripſere.*

Quod verſum explicatumque eſſet, id ſingulis diebus Veteris Teſtamenti interpretes examinavere. Novi vero contulerunt, primum inde expenderunt omnia: ab hora nona in duodecimam, ab hora tertia in ſextam. Quod placeret omnibus id demum receptum eſt. Rariſſime plurium ſuffragio rem decidere. Quod approbatum erat, id quisque in aſſignata ſibi parte in Veteri Teſtamento, Hommius in Novo chartæ conſignavit. Atque ita continuo & quotidie preſſerunt opus Novi Teſtamenti interpretes ad Acta *usque* Apoſtolorum, *quando Jacobus Rolandus ſupremum diem obiit: preſſerunt quoque Veteris ad prima capita Ezechielis, & Gerſon Bucerus fatis ceſſit. Mortuo Rolando Præpotentes Fœderati Belgii Ordines ſunt rogati, illi vellent alium ſubſtituere: quod ex paulo poſt Veteris Teſtamenti interpretes de Bucero fecere. Qui ſuccederet Bucero, iam a Nationali Synodo nominatus erat,* Antonius Thyſius*: ſed qui ſubſequi Rulandum debuerat* Jodocus Hoingius, *illuſtris Scholæ Hardervicenæ Rector eſſe deſierat. Cumque non ita ex ordine alius illi poſſet ſubſtitui, juſſerunt Præpotentes Ordines, qui Aggreſſi opus eſſent, perſequerentur id & abſolverent. Itaque Veteris Teſtamenti interpretes, quod Buceri reliquum erat, itidem partiti fuere; Primam maximamque partem Bogermannus, Alteram Baudartius abſolvit: Sed Walæus Hommiusque urgentibus continuo Ordinibus & Eccleſiis ut opus procederet, ſolam Commentationem Novi Teſtamenti in partes diviſere. Notas conſcripſit Walæus ab octavo in decimum quintum Caput Actorum, & a Vigeſimo ſecundo ad finem usque, in Epiſtolas ad Romanos, Corinthios, Epheſios, Coloſſenſes, utramque ad Theſſalonicenſes, Primam ad Timotheum, ad Hebræos, Primam Petri, in Apocalypſin Johannis. Hommius a decimo quinto usque ad vigeſimum ſecundum Actorum caput, & in Reliquas non nominatas Epiſtolas. Diviſerunt quoque Verſionem librorum Apocryphorum. Vertit Walæus librum tertium & quartum Esdræ, Tobiam, Judith, librum Sapientiæ, dimidiam & poſtremam partem Jeſu Syrach, Baruch, Eſther, & librum primum ac ſecundum Machabæorum, Reliqua Apocrypha Hommius in linguam Belgicam tranſtulit. Sed quo compenſaretur labor, loca Parallela Novo Teſtamento adjecit Hommius: Et in Novum Teſtamentum indicem confecit. Omnia tamen Walæus recenſuit: Et ſua quoque Hommio exhibuit cenſenda: ſed is non raro ne ea quidem inſpexit. Verum enim vero Novi Teſtamenti verſionem, majoris momenti opus, prorſus ut antea ſociato labore quotidie perſecuti fuere, & perduxerunt ad finem. In qua tam faciles ad concedendum erga Walæum Collegæ fuere, ut ſciam illi eam facilitatem ſæpiſſime diſplicuiſſe, qui maluiſſet aliorum diſſenſu vigorem animi ſui amplius excitatum. Tantum collegæ, Hommiusque præſertim, eruditioni Walæi & judicio fidebant. Ut vere dici poſſit verſionem Commentationemque Veteris Teſtamenti maxima ex parte Bogermanni, Novi Teſtamenti fere Walæi eſſe. Evenire enim in communi opere conſuevit, multos nomen habere, paucos rem effectam dare.*

Abſoluto aliquo Veteris Teſtamenti libro quisque ſuam partem: Novi vero Teſtamenti libros ipſe Hommius deſcripſit; deſcripti Typographo imprimendi dati fuere, impreſſi ad Reviſores in omnes Provincias tranſmiſſi ut examinarent ea & ſe ad revidendum concludendumque præpararent in tempore. Peracta omni verſione commentationeque ſtatim & ad primum Julii Anni ClƆ IƆC XXXIV. *Veteris Teſtamenti Reviſores a fœderatis Belgii ordinibus Leydam ex omnibus Provinciis convocati fuere. Convenere a* Geldria *Antonius Thyſius. Ex* Hollandia, *Johannes Polyander. Jam ſæpius nominati.* Abdias Witmarius, *Paſtor Eccleſiæ in Uytgeeſt mox Goudanæ, & ex ea ad Profeſſionem Theologicam in illuſtri Schola Hardervicena, inde in Academiam Groningenſem vocatus. Ex* Zelandia Jodocus Laurenus *Paſtor Eccleſiæ Ultrajectinæ. Ex* Friſia Bernhardus Fullenius, *Paſtor Eccleſiæ Leowardenſis. E Collegii* Theologici *Ordinum Hollandiæ* Groninga, *Franciſcus* Gomarus, *tum Academiæ Groninganæ Profeſſor.*

Ubi conveniſſent omnes, Collegii ſui Præſidem elegerunt, Johannem Bogermannum. Adſeſſorem, Antonium Thyſium. Scribam, Jacobum Revium. *Emicuit autem in dirigendo Bogermanni prudentia, in Examinando* Witmarii *&* Teeckmanni *ſedulitas, in concludendo* Polyandri, Thyſii & Gomari *peritia, & ſubactum judicium.*

Sequenti trimeſtri Leydam quoque commigravere Novi Teſtamenti Reviſores. E Geldria, Sebaſtianus Dammannus, *Paſtor Eccleſiæ Zutphanienſis Synodi Dordracenæ Scriba. Ex* Hollandia, *Johannes* Arnoldi Lindanus, *Paſtor Eccleſiæ Delphenſis, Guilhelmus* Nienhuſius, *Rector Scholæ Harlemenſis. Ex* Zelandia, *Carolus* Demætſius, *Paſtor Eccleſiæ Middelburgenſis: nunc St. Theologiæ in Academia Ultrajectina Profeſſor.* Ultrajecto, *Ludovicus* Gerhardus a Reneſſe, *Paſtor Eccleſiæ in Marſſen, nunc Eccleſiæ Bredanæ & S. Theologiæ ibidem Profeſſor. E* Friſia *Bernhardus* Fullenius, *inter Veteris Teſtamenti Reviſores nominatus. E* Tranſiſulania, *Caſparus* Sibelius, *Paſtor Eccleſiæ Daventrienſis.* Groninga, *Henricus* Altingius, *antea St. Theologiæ in Academia Heidelbergenſi, tunc Groningana Profeſſor. Hi Collegii ſui conſtituerunt Præſidem Antonium Walæum. Adſeſſorem, Henricum Arnoldi Lindanum. Scribam, Feſtum Hommium. Excellens fuit in dirigendo Walæi prudentia & dexteritas. In examinando Demætſii & Sibelii diligentia. In concludendo Walæi & Altingii peritia, & ſolidius judicium. Sed Fullenius ad utramque verſionem nominatus, paucis tantum ſeptimanis Novo Teſtamento vacavit: quando in ſuum Eccleſiæque commodum, domum revocatus eſt.*

In domo præſidum convenerunt hi quotidie, ab hora nona in duodecimam, & ab hora tertia in ſextam, Imploratoque ſemper prius Divini numinis auxilio, rogati ſunt ad ſingulos verſus Reviſores, eo ordine quo jam nominati fuere, an aliquid in verſione putarent immutandum. Quod pluribus Verſoribus Reviſoribusque placuiſſet, id receptum eſt ut in publicum ederetur.

Dicebantur autem faciliores ad immutandum Novi Teſtamenti Verſores quam Veteris Teſtamenti fuiſſe: æquitate potiſſimum Walæi, qui eum honorem putabat maximum, veritatem quærere; Multo minus tamen in Verſione Novi Teſtamenti, quam in Verſione Veteris mutatum invenitur. Et vix ad ſingula Capita duo triave vocabula: quorum multo major pars erat, ut communi lingua Belgica verſio ederetur, & hoc niſi ex omnibus Provinciis deputati non æque potuerant pervidere. Adeo ut nullum librum æque communi lingua ac Bi-

Biblia crediderim extare. Re quidem levi, neceſſaria tamen ut ab omnibus Belgis æque intelligantur. Mutationis quoq; non parva pars fuit, quod eandem Phraſin eodem ſenſu prolatam ubivis iisdem verbis voluerunt exprimere. Adeo in examinando diligentes, ad editionem accurati fuere. Verum Notæ Marginales ſunt adauctæ pluſculum, & nonnihil immutatæ. Facile verbi divini ubertas permiſit, ut pluribus Reviſoribus poſſet ſatisfieri. Loca vero Parallela in Novo Teſtamento, reviderunt tantum Dematſius & Reneſſe. Qui judicium ſuum conventui retulere: & Collegium horum fere ſententiæ ſtetit. Non debebat enim res levicula, omnium Belgarum expectationem morari.

Ita ingens hoc abſolverunt opus Veteris Teſtamenti Verſores Reviſoresque, ad decimum Octavum Septembris Anni cIↄ. Iↄc. XXXV. *Novi vero Teſtamenti Verſores Reviſoresque, ad ejusdem anni Octobris finem. Memoratu dignum eſt eo tempore reviſionem peractam, quo ſæva peſtis & nunquam Batavis crudelior, Bataviam ſed præcipue Leydam vaſtavit. Adeo ut in hac una civitate viginti hominum abſorpſerit millia. Nemo tamen Verſorum Reviſorumque mortuus eſt, imo ne ægrotavit quidem. Ut videatur Deus Optimus Maximus in mediis flammis illæſos conſervaſſe, qui Divinum promoverent opus, ne intermitteretur amplius aut interrumperetur.*

(1970) EXPOSITIO DOCTRINÆ ECCLESIÆ ANGLICANÆ ſuper articulis, quos Dn. de Meaux Epiſcopus Concomenſis explicuit in ſua expoſita doctrina Catholica, una cum hiſtoria ejus libri in 4. Ao. 1686. paginis 118. ſive *An Expoſition of the Doctrine of the Church of England. &c.*

(1971)

(1971) DEFENSIO EXPOSITIONIS ILLIUS: ſive A *Defenſe of the Expoſition &c.* in 4to 1686. pagg. 198.

(1972) DEFENSIO SECUNDA EJUSDEM EXPOSITIONIS ſive A *Second Defenſe of the Expoſition &c.* 4. Londres chez Chiſvvel 1688. pp. 210. libelli tres ſunt adſcripti M. WALKERS, recenſiti in *Bibliotheca Univerſali Gallica* Ao. 1688. pag. 438. v. *Benthem* Engeländiſch Schul⸗ und Kirchen⸗Staat p. 712.

(1972. α) De ANGLICANÆ ECCLESIÆ REFORMATIONE liber Anglicus *latine* verſus videatur num. 622. ſupra. ab alio in Anglicis num. 2001. β memorato plane diverſus.

(1973) LOCUPLETATIONEM ANIMÆ, ſeu *modum offerendi ſe quotidie DEO, per varios actus virtutum.* Pariſiis 1634. *Anglice* ut præfixis ſolis litteris initialibus ſui nominis H. T. Societatis Jeſu ediderit *Henricus* THUNDERUS, Anglus Jeſuita, docet *Sotvellus* pagina 332. a.

(1974) DE ANIMARUM HUMANARUM REVOLUTIONE. Quæſtiones ducentæ modeſte propoſitæ: ſive Tvvo Hundred Queries moderately propounded: concerning the doctrine of the Revolution of humane ſoules. And its conformity to the truts of Chriſtianity, Londini apud Robert Kettlevvel in the Fleet ſtreet prope Eccleſiam Dunſtan, in 12. Ao 1684. adſcribitur auctori Kabbalæ denudatæ; de quo ſuo loco: *Johanni Baptiſtæ* HELMONTIO nempe: uti docetur in novis Reip. litterariæ p. 1684. p. 209.

(1975) DE ANTICHRISTO CONTRA Georgium DOUNÆUM Miniſtrum Calviniſticum. Tom. II. Ibidem 1613. & 1614. in 4. ſcripſit Anglice tacito ſuo nomine *Michael* WALPOLUS, Norfolcienſis Jeſuita, docente *Sotvello* p. 618. a.

(1975. α APOLOGIA PRO REFORMATIS GALLIÆ SEX EPISTOLIS *comprehenſa*; Londini, apud J. Holford. 1683. in 4to ſive: *An Apology for the Proteſtants of France in ſix Letters:* In *Actis Eruditorum* 1685. pag. 68. & ſeqq. recenſita nomine auctoris nondum cognito deinde adſcribitur FETIZENIO in prioris decennii indice auctorum alphabetico.

(1976) ANTI-MORTONUM, ſive *Apologiam contra Thomam* MORTONUM, Pſeudo-Epiſcopum Dunelmenſem, in 4. 1640 edidit tacito ſuo nomine *Johannes* PRICIUS Ceſtrienſis Anglus Jeſuita, docente *Sotvello* pag. 493. v. infra num. 2028. β & 2028. δ Olim CCCXCII. CCCXCIII de quo plura edocemur a *Bailleto* anonymo Satyres perſonnelles Tom. II. pag. 82. (a) cujus excerpta damus.

(a) *Des Satyres Perſonnelles Tom. II. pag. 81. 82. C' eſt un ouvrage de Controverſe en Anglois en forme d' Apologie contre* Thomas Morton; *& imprimé ſans nom d' Auteur & ſans nom de Ville, l' an. 1640. in 4to. Mais le Pere* Sotvel *nous apprend que cet* Anti-Morton *a pour Auteur le Pere Jean* Pricius, *Jeſuite d' Angleterre, qui vint au monde dans la ville de Cheſter l' ann. 1579. & qui entra dans la Compagnie de Jeſus a Sewille en Andalouſie l' ann. 1600. Il y fit les quatre voeux, & il profeſſa la Philoſophie & la Theologie a Valladolid & a Louvain. Aprés it fut employé dans les Miſſions en Angleterre, où il mourut le 27. de Feurier de l' an. 1645.*

Pour ſon Adverſaire, je n' ay encore trouvé perſonne, qui m' ait appris les circonſtances de ſa vie. Je me contente de vous dire qu' il eſt le plus celebre des trois Thomas Morton *que nous connoiſſons parmi les Ecrivains Modernes de l' Angleterre, qu' il a fait grand nombre d' Ecrits en langue vulgaire & quelques uns en Latin, qu' il a eſté d' abord* Eveſque de Conventry *au Comté de* Warvvick, *puis de* Durham, *ville dans la partie ſeptentrionale de l' Angleterre.*

(1976. α CCCLXXXIX.) APOLOGIAM PRO ARCHIPRESBYTERIO, ſeu HIERARCHIA ECCLESIASTICA *per Clementem VIII. in Anglia inſtituta*, Audomari 1601. Anglicis anonymis ſcriptis *Roberti* PARSONII ſeu PERSONII Angli Jeſuitæ annumerat *Alegambe* pag. 415. & *Sotwel* p. 727. a. Anglice inſcribitur: *Apology of the Eccleſiaſtical Hierarchie in England* 8. memoraturque inedita *Garnetto & Blacwello*, de quibus alias mentio nobis facta num. 618. α. 876. emendanda augendaque commiſſa *Colleton* vel *Collingthon* defencep. 300. in 4. edita contra oppoſitam huic Apologiæ Replicam titulo *A Reply, Againſt the Apologie &c.* editam in 4. majori 1602. ſine loco impreſſionis, cujus & citatur legenda inprimis pag. 326. 378. & præfat 367. *Colleton.* defenſ. 151. 152. in notis *marginalibus Normannianis.*

(1976. β) APPENDIX AD APOLOGIAM PRO HIERARCHIA ECCLESIASTICA 1602. *Jameſii* pag. 31. memoratæ anonymæ Bibliothecæ, ejuſdem PERSONII qui ſuperiori anno præcedentem Apologiam ſcripſerat judicatur imo docetur ex Anglica ejuſdem repoſita Replica anonyma pagina 341. & præfat. pagina 3.

(1976. γ) APOSTOLORUM DE QUÆSTIONIBUS INTER CATHOLICOS & PROTESTANTES JUDICIA: ſive *Judgement of the Apoſtles concerning thoſe points queſtioned between Catholiks and Proteſtants of England.* Dovay 1632. in 8. litteris ſolis. R. B. præfixis editum — — BREERLY auctori quod debeatur habet *Hyde* Biblioth. Bodley. p. 17.

(1977) De *efficace remedio* CONTRA ATHEISMUM ET HÆRESIN, & ſpeciatim *contra* gravem errorem *Thomæ* ALBII, ſeu BLACLOI, in libro *de ſtatera morum*, damnato a S. inquiſitione Romana anno 1661. requirentis

plus quam moralem evidentiam, ad aſſenſum Fidei Divinæ; ideoque rejicientis neceſſitatem Piæ affectionis in voluntate ad illum. Pariſiis 1674. in 8. ut liber anonymus *Petri* TALBOTTI Jeſuitæ ex *Sotvelli* pag. 702. in excerptis amiciſſimi viri exhibetur. Ipſa verba *Sotvelli* ergo exhibeo jam nunc. Ut inſequentibus ſuo loco ſint ex uſu. Liber contra quem præſens ſcriptio facta, extat hoc titulo: *Dux vitæ ſive Statera morum, Ethico-Politico-Theologica, Admirabili & Nova Methodo tradita & in III.* Tomos diviſa, *I. Mores circa Amabilia Homini, II. Fortitudinem & Juſtitiam, III. Virtutes Supernaturales cum Prudentia complectens.* Authore T. H. *Anglo.* Elevtheropoli, apud Petrum Pacificum. cIↄ.Iↄc.LXXII. in 12. majore De quo quia moralis liber eſt, in noſtro conſilio de Philoſ. Pract. ſtudio ex profeſſo agitur. Interim videatur ejusdem Epitome jam edita pag. 34. in calce. Adde *Baillet.* Dictionaire Tom. I. pag. 274.

(a) Sotvelli p. 702. Petrus Talbottus *natione Hibernus, ſed origine ducta ex nobiliſſima familia Illuſtriſſimorum Comitum* Salopienſium in Anglia, *exinde propagata in Hiberniam, ubi illius Majores in Equeſtri ordine variis prærogativis, privilegiis atque honorificis muneribus claruerunt, & in fide Catholica imprimis conſtantiam ſemper inter Heterodoxos tenuerunt. Scripſit dum in ſocietate eſſet, libros aliquos* idiomate Anglicano, *quos pro ſingulari ſua benevolentia, qua Ordinem noſtrum etiamnum conſtanter proſequitur, huic noſtræ Bibliothecæ inſeri tanquam Noſtros cupit, adjunctis etiam aliis quos* Præſul *dein* Infulatus *elucubravit, licet tacito pleroſq; nomine ſuo, uti plurimi ſolent, qui inter Acatholicos degunt, ut ſecurius lateant, & pluribus ad vitam æternam proſint. Librorum porro editorum ſyllabus eſt qui ſequitur.*

Tractatus de Natura fidei & Hæreſis. Antverpiæ 1657. in 8.
Politicorum Catechiſmus, ad hos inſtruendos Divina fide, & morali honeſtate. Ibidem 1658. in 4.
De nullitate Eccleſiæ Anglicanæ Proteſtanticæ, ejusque Cleri. Bruxellis 1658. in 8.
Et hos quidem ille in Societate elaboravit; poſtea ab illuſtriſſima Dominatione ſua editi ſunt.
Tractatus de Religione & Regimine, magno volumine Gandavi 1670. in 4.
Confutatio Principiorum Sectæ Proteſtantium a quodam Doctore Stillingfleto propugnatorum. Londini 1672. in 4.
Epiſtola Paſtoralis ad Catholicos in Hibernia, de Officio & Solatio patientium ſubditorum. Pariſiis 1674. in 8.
De efficace remedio contra Atheiſmum & Hæreſim, & ſpeciatim contra gravem errorem Thomæ Albii, ſeu Blacloi, in libro de Statera morum, damnato a S. Inquiſitione Romana anno 1661. requirentis plusquam moralem evidentiam ad aſſenſum Fidei Divinæ, ideoque rejicientis neceſſitatem Piæ affectionis in voluntate ad illum: Pariſiis 1674. in 8.
Hiſtoria Iconoclaſtarum. Pariſiis 1674. in 8.
Hiſtoria Manichæiſmi & Pelagianiſmi; *in quo oſtenditur ſupra memoratum* Albium *ſeu* Blacloum, *ejusq; Aſſeclas has Hæreſes reſuſcitare. Pariſiis 1674. in 8.*
Latine *edidit illuſtriſſimus Dominus:* De Primatu Dublinienſis Archiepiſcopatus, *ſeu reſponſum ad jus Primatiale Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Armacani 1673. in 8.*
Prælo paratam nunc habet: Pugnam Fidei & Rationis, cum Renaſcente Pelagianiſmo & Manichæiſmo in 4.

(1978) S.R. *Anſwer to Thomas Bells downfall of Popery.* h.e. *Reſponſio ad Thomæ* BELLI *Ruinam Papatus.* Duac. 1606. 8. vid. *James.* p. 411. *Hyd.* Catal. Biblioth. Bodlej. p. II. p. 90. b. *Roberto* PARSONIO tribuitur a *Thoma Bello*, Jeſuita, in libro, quem ipſi huic Parſonii Reſponſo de novo oppoſuit ſub titulo: *The Jeſuites Antipaſt being a Reply to R.* Parſons *his pretended Anſwer to the Downfall of Popery.* h. e. *Contraventio Jeſuitica ſ. Replica ad* R. Parſonii *ſic dictam Reſponſionem ad ruinam Papatus.* Londin. 1608. vid. *Hyd.* Bibl. Bodlej. P.I. p. 76. a. Cujus libri & titulus & Tractatus, p. 24. 28. una cum Hydeo. l.c. P.II. p. 36. b. Parſonium aſſerunt auctorem.

(1979) CATECHISMUM *majorem Roberti Cardinalis* BELLARMINI. Audomari 1618. in 8. item Alios libros pios transtulit a Latino in Wallicum, ſeu Cambro-Britannicum ſermonem *Johannes* SALISBURGIUS, Jeſuita Cambro-Britannus, teſtante *Sotvello* p. 500. qui liber anonymis deinde legitur inſertus p. 829 b. quod *Alegambe* non fecerat: uti nec alterum legas Sotvello ibidem immediate ſubſequentem.

(1979. *a*) CATECHISMUM LINGUA CAMBRO-BRITANNICA, ex Anglicana translatum, Londini 1668. ut anonymum jam ſtatim p. 464 a. ſecus ac de proximo præcedente catechiſmo factum eſt anonymis accenſet & quidem Johannis Hugonis AVDOENI Jeſuitæ Cambro-Britanni.

(1979. *aa*) BIBLIA *Anglicana* CRITICA (potius ſupra inter Theologicos n. 645. *a.* locum merita, quùm idiomate haut vernaculo, ſed latino concinnata ſint) quinam ediderint, docet Symb. *Maſtricht.* his verbis:

FRANCISCUS GOULDMAN.

Eccleſiæ *Ockendon* auſtralis (in Anglia) in, " Comitatu Eſſexiæ Rector, copioſiſſimi Dictio-, " narii Anglico-Latini, & Latino-Anglici, A., " 1664. Londini impreſſi auctor, laboravit cum, " *Johanne* PEARSON, Archidiacono Surrienſe, " *Ant.* SCATTERGOUT, Eccleſiæ Lincolnien-, " ſis Canonico, & *Richardo* PEARSON, Collegii, " Reginenſis ſocio in edendis BIBLICIS CRITI-, " CIS Anglicanis; ut tradit Mart. *Kempius*, in Bibl., " Angl. Theol. p. 18.

(1980) BIBLIA ANGLICANA GENEVENSIA 1560. adornata Genevæ ab Anglis, ibi ſub perſecutione Mariana exulantibus, autores

res habet *Milites* COVERDALE, *William* WHITTINGHAM, & *Antonie* GILBIE: qui totum biennium huic operi inſumſerunt, & ſuppreſſis nominibus, A. 1560. typis vulgaverunt. Quæ verſio deinceps ſæpius in Anglia recuſa eſt, & toto Reginæ Eliſabethæ tempore fruſtra contranitentibus Epiſcopis (quia ab hominibus Hierarchiam Eccleſiaſticam averſantibus concinnata erat) ſuamque editionem pro ea populo ingerentibus, uſitata fuit. Hæc & plura ἀξιομνημόνευτα lege in Indice Autorum, quem animadverſionibus ſuis ſacris, Lond. 1644. 4. editis præfixit Arnoldus *Bootius*, V. Anglica. Hæc ad verbum ex *marg. Diecmanniano* adſcripſimus. Adjicientes *Bootii* locum ex benignitate Dni *Maſtrichti*, paulo prolixiorem. (a) Quibus accedant *Synodi Dordracenſis* Actor. pag. 14. verba (b) quæ adducit ampliſſimi Dni Scholarchæ mei Dni *Joannis Friderici* MAYERI Epiſtola Programmatica meæ tenuitati inſcripta fol. B. p. 1.

(a) Arnoldus Boot, in indiculo Autorum Obſervation. in V. T. præmiſſo.

Anglica *verſione gemina uſi ſumus.* Genevenſi & Regia. *Prior adornata fuit* Genevæ (*unde & nomen accepit*) *ab Anglis ibi ſub perſecutione Mariana exulantibus; e quorum numero tres præcipui ac doctiſſimi*, *Miles* Coverdale, William Wittingham & Antonie Gilbie, *totum biennium inſumpſerunt huic operi*, *ac Scripturæ Sacræ in linguam Patriam transfundendæ gnaviter admodum invigilaverunt & verſionem ſuam ad umbilicum perductam typis vulgaverunt anno 1560. ſuppreſſis nominibus: quæ verſio deinceps ſæpius in Anglia recuſa eſt; Quippe quæ toto Reginæ Eliſabethæ tempore in omnium manibus fuit fruſtra excutere nitentibus Epiſcopis (parum ipſi æquis, quia ab hominibus Hierarchiam Eccleſiaſticam averſantibus concinnata erat) ſuamque editionem pro ea populo ingerentibus, quam quidem in templa, inque publicam Liturgiam introduxerant, in cujus formulis hodieque liber Pſalmorum habetur ex iſta translatione. Hæc editio, dicta vulgo*, the Bishops Bible, Biblia Epiſcopalia, *initio regni Eliſabethæ condita fuerat ab Archiepiſcopo Cantuarienſi* Parckero, *qui aliquot præterea alios viros doctos atque Hebraice peritos, ſibi adjutores adſciverat. Hanc editionem ob id, quia non ſemper Hebraicam Veritatem ſtricte ſequitur, non nullisque in locis dedita opera ad Græcam verſionem ſe attemperat, loco movendam quum cenſuiſſet* Rex Jacobus, *neque tamen Genevenſem admittere vellet, ſummopere ipſi infeſtus ob unum alterumque in ſcholiis locum Regiæ poteſtati ἀνυπευθύνῳ parum faventem, novam de integro verſionem fieri curavit, ope diverſorum virorum doctorum, quorum cuique ſuum penſum attributum erat. Hæc translatio* Regia *a nobis dicta, quia juſſu Regis Jacobi facta, licet & in templo ſit recepta & in populi manibus verſetur,* Genevenſem *tamen abolere prorſus non potuit, quippe qua adhuc plurimi paſſim utuntur; quum editio Epiſcopalis omnino exoluerit, atque obliterata ſit, adeo ut rariſſime & fere non niſi inſtructiore aliqua Bibliotheca conſpiciatur. Sunt & aliæ verſiones Anglicæ, omnibus iſtis antiquiores, ac jam ſub Regno* Henrici Octavi *facta* (*autoribus N.* Tindall *N.* Matthævves *aliisque*) *qui non modo uſum ejus populo permiſit, quamdiu* Cromvvellus *in gratia apud eum fuit, ſed & ejusdem inſtinctu juſſit publico decreto, ut in omnibus per totum Regnum templis ſingula ejus exemplaria publice haberentur, obnitentibus valide Epiſcopis, qui poſtea quoque, ſublato de medio Cromwello, non modo irritum reddiderunt hoc decretum, ſed & novum a Rege obtinuerunt quo omnia iſtarum Verſionum exemplaria vetabantur quoquam haberi, & flammis adjudicabantur; qua de re tarctat prolixe* Foxius *in* hiſtoria Martyrum. *Iſtæ editiones erant minus accuratæ, utpote non e textu authentico, ſed ex* Latinis *translationibus facta & penitus æque ac verſio Epiſcopalis, exoluerunt.*

(b) Acta Synod. Dordracenæ pagina 19.

Totum Corpus Bibliorum in 6. partes fuit diſtributum. Cuilibet parti transferendæ deſtinati ſunt ſeptem vel octo viri primarii, linguarum peritiſſimi. Duæ partes aſſignatæ fuerunt Theologis quibusdam Londinenſibus: quatuor v. partes reliquæ, diviſæ fuerunt æqualiter inter utriusque Academiæ Theologos. Poſt peractum a ſingulis penſum, ex his omnibus duodecim ſelecti viri in unum locum convocati integrum opus recognoverunt ac recenſuerunt, poſtremo reverendiſſ. Epiſcopus Winthonienſis Bilſohnus, *una cum Dn.* Smitho, *Epiſcopo Glocestrienſi, viro eximio & ab initio in toto hoc opere verſatiſſimo, omnibus mature penſitatis & examinatis, extremam manum huic verſioni impoſuerunt.*

(1980. α CCCXCV.) *Contra BARLOUM Pſeudo-Epiſcopum Lincolnienſem circa juramentum fidelitatis.* Prodiit poſthumus, Audomari 1612. ac libris anonymis *Roberti* PERSONII Jeſuitæ Angli accenſetur ab *Alegambe pag. 45.* & Sotv. pag. 727. ut *Nota Normanniana* marginalis citat Widdringthonium de juramento fidelitatis. pag. 203. Eidem libro

(1980. β) PRÆFATIONEM CONFUTATORIAM in 8. præfixit *Eduardus* COFFINUS, Jeſuita Exonienſis Anglus, docente *Sotwello* pag. 185. vide infra quod dabimus de juramento fideli & ſupra Cap. II. dicta numer. 736.

(1980. γ) *A Supplement to the diſcuſſion of Barlowes Anſwes.* h. e. *Supplementum diſcuſſionis Reſponſi* BARLOVIANI 1613. 4. de qua vide ſis Rogerum *Widdringtonum* præfat. diſputationis de juramento fidelitatis PIO V. Pontifici dedicatæ. p. 42. quam diſputationem allegat *Hydæus* Catal. Biblioth. Bodlej. P. II. p. 254. *Thomæ* FITZHERBERTI eſſe per literas præfixas F. T. Widdringtonii firmat teſtimonium *in his Confutation of the Reply of Thomas Fitzherbert.* h. e. in Refutatione ſua Reſponſi Thomæ Fitzherberti, quæ prodiit. A. 1616. 4. præf. p. 34.

(1991) RELIQUIÆ BRITANNICÆ ſolis poſtremis nominis ſui *William* CAMDEN litteris, ſcilicet M. N. appoſitis, quomodo & qualis prodierit, cum præmiſſo Elogio auctoris lectu digno, & aliis ejusdem ſcriptis, memoriæ conſignatum reliquit Antonius *Woodt*, Hiſt. & Antiquitatum Oxonienſium. L. 2. pagina 270. a.

(1981.*α*) Britannica Juſtitia v. C. II. n.650.

(1981. *β*. CCCLXXXV.) *Contra primam partem* CALENDARII FOXII. l.1. Audom. 1604.

(1981. *γ* CCCLXXXVI.) *Contra ſecundam partem* CALENDARII FOXIANI, Audom. 1604. in 8. libri ſunt anonymi *Roberti* PERSONII Jeſuitæ Angli docente *Alegambe* p.415. & *Sotvello* p.727.

(1982) LABYRINTHUM CANTUARIENSEM: Pariſiis 1658. in folio, inſignem librum, CONTRA Pſeudo-Archiepiſcopum Cantuarienſem LAUDUM, editum a *Thoma* CARVELLO, vero nomine THOROLDO, Anglo, Lincolnienſi Jeſuita, docet *Sotv.* pag. 761. Non additur tamen ibidem; ſed in anonymorum indice demum p. 832. anonymum hoc ſcriptum prodiiſſe.

(1983) A *Pattern of Catechetical Doctrine* h.e. *Exemplar Doctrinæ CATECHETICÆ D. Lancelotto* ANDREÆ, Epiſcopo Wintonienſi & Regibus Eliſabethæ, Jacobo, Carolo I. quondam a ſacris, Viro permagnæ in Anglia celebritatis, tributum video, in Catalogo Anglicano *Clavelli* num. 5. & ab *Hottingero* in Biblioth. pag. 36. quamvis de eo dubitet Joh. *White* in Examine Pamphleti. p. 83. & *Hydeus* plane non memoret Catal. Oxon. P. I. p. 29. a. b. & p. 149. a. b.

(1984) PROGENIES ſeu *Origo* CATHOLICORUM, & PROTESTANTIUM; quo continuata ſeries Catholicorum a Chriſto, Proteſtantium antiquitas nulla oſtenditur. Rhotomagi, typis Nicolai Courrant 1634. in 4. liber anglice tacito auctoris nomine publicatus a *Laurentio* ANDERTONO Jeſuita Lancaſtrenſi docetur a *Sotvello* p. 538. a.

(1984. *α* CCCLXXVIII.) *Cenſura in libros Charki & Hammeri, Miniſtrorum contra præcedens ſcriptum editos*, Londini 1581.

(1984. *β* CCCLXXIX.) *Defenſio dictæ cenſuræ*, ibidem 1582. Sunt libri anonymi *Roberti* PERSONII Jeſuitæ toties jam citati ut anonymi, ac iterum hoc capite citandi, memorati ab *Alegambe* pag. 415. & *Sotvello* p. 727. Præcedens autem ſcriptum erat id quod numer. 1968. *β* ol. CCCLXXVII. exhibuimus, *de cauſſa adventus Perſonii in Anglicanam meſſem*. Citatur hic in margine *Normanniano Suetlifs* Bleſſing pag. 241. in 4. & additur Rotomagi · pars Apologiæ Hierarchicæ. 1686. v. n. CCCLXXXIX.

(1985) CATECHISMUS POLITICORUM Petri TALBOTTI Jeſuitæ v. num. 1977. exc. *α*. ſupra:

(1985. *α*. *β*. *γ*.) Intra paucos annos tres optimæ notæ libri practici Anonymi editi ſunt. The *Chriſtian ſacrificr*. i.e. CHRISTIANUM SACRIFICIUM. *The Devout Chriſtian*. CHRISTIANUS PIUS, ſeu DEVOTUS. *Advies to a Friend*; CONSILIUM AMICO DATUM. Autorem habent *Simonem* PATRICIUM, Canonicum Weſtmonaſterienſem. *Symbola eſt Caveana.*

(1986) *Chriſti Confeſſion aud complaint*. h. e. CHRISTI *confeſſio & querela*. Autor ejus eſt *Henricus* BURTONUS, teſte Johanne White Exam. pamphlet. p. 28. 93. docente Symbola Normanniana.

(1987) CHRISTIANITAS PROPUGNATA ADVERSUS REPLICAM *cujusdam hæretici CHILLINGWORTHII*, & Socinianiſmum ib. 1638. in 4. Liber Anglicus *Eduardi KNOTTI*, Jeſuitæ Northumberani Angli, memoratur *Sotvello* p. 185. b. ſed non ut anonymus; quod demum apparet ex Indice p. 831. a.

(1988. *α*) *CHRISTIANISMI RATIONABILITAS*, ſive *Reaſonableneſſ of Chriſtianity*, libellus famæ multæ, & debitus Mr. — POCK memoratur Hiſt. Operum Erud. 1696. Maji p. 419.

(1988) *CLAVEM PARADYSI*, ſeu *libellum precum & variarum inſtructionum ſpiritualium* Londini 1670. in 12. *Johannis* Hugonis *AUDOENI* Cambro-Britanni Jeſuitæ memorat Sotvel. p. 464. a. tacito nomine auctoris ſcriptam.

(1989. 1990.) *The true Notion of the Lords Supper*. it. *the Union of Chriſt and the Church*. h. e. *Vera Doctrina de COENA DOMINI*. it. *UNIO CHRISTI & ECCLESIÆ*. Londin. 1642. 8. Liber *Hydeo* pariter Catalog. Biblioth. Oxon. ac *Kempio* in Bibliotheca Anglorum Theologica prætermiſſus *Radulpho CUDWORTHO* tribuitur a nonnemine, quo tamen *Normanno* potior eſt *Ravii* autoritas, cui Autor nominatur *Robertus Cudworth*, Socius olim Collegii Immanuelis Cantabrigici, poſtea vero ejusdem Collegii præfectus. *Hottingero* Biblioth. p. 40. vocatur *Cudwoſtus* (errore typographi vel amanuenſis, credo,) Autor ſane celebris Scripto Anglicano, cui titulus: *The true Intellectual Syſteme*. h. e. *Syſtema Intellectuale adverſus Atheorum ac Epicuræorum Philoſophiam.*

(1990) *S. COENÆ DEVOTUS PARTICIPATOR*, (Barthiana voce) vel ſi mavis, *particeps*: ſive *the devout communicant*, inſtructus regulis digne accipiendi ſacram Euchariſtiam, qui liber Londini 1686. in 12. prodiit, & totus prope aſceticus eſt, *Abrahami SELLERI*, Rectoris Eccleſiæ Combentynhædenſis in Devonia, ut docent Act. Erud. Lipſienſia A. 1690. p. 76.

(1991) *A Juſtification of Kneeling in the art of receiving the Sacrament of the Lords Supper*. h. e. *Ritus flectendi genua in uſu Sacramenti COENÆ DOMINICÆ aſſertus & juſtificatus*. Londin. 1619. 8vo. vide *Jameſ.* Biblioth Bodlej. p. 280.

Quo ipſo teſte Append. p. 15. autorem habet *Johannem DENISON*; cujus varia videas ap. *Hyd.* P.I. Biblioth. Bodlej. p. 204. b.

(1991. *α* CCCLXXXVII.) *Relationem colloquii habiti inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Philippum Pleſſæum, coram Rege Galliæ*, Audom. 1604. in 8. ſcriptis anonymis anglicis *Roberti PERSONII* Jeſuitæ

tæ Angli annumerat ab *Alegambe* p. 415. & *Sotvello* p. 727. adſcribiturque margini *Normanniano* vid *Suetliff*. Reply dedicat. præfat. refut.

(1991. β) *CONCIO ad Rom.* XVI. 15. ſive Anglice: *Sermon on Rom.* XVI. anonyma *Franciſci* WOODCOCK, Londini 1644. notatur *Hyde* Bibl. Bodlej. pag. 260. a. quam anonymam litteris ſolis initialibus editam notaverat ante pag. 245.

(1992) *Reſolutions of Caſes of Conſcience.* h.e. *Reſolutiones caſuum* CONSCIENTIÆ, *Cardinalis ALANI, & PARSONII* eſſe exiſtimant *Sutcliffius*, Bleſſings p. 332. *Burhillus* contra Becanum. p. 205. & perſuadent *literæ in frontiſpicio.* A. P. *Woodius* tamen, a quo utriusque Scriptoris factam mentionem ſatis prolixam videas, Antiqq. Oxonienſ P. II. p. 78. a. & 108. b. ſcripti hujus inter illorum reliqua non meminit.

(1992. α) De CONSPIRATIONE & REVOLUTIONE liber *Anonymus* Anglicus detegitur in *margine Diecmanniano* hoc modo: Anno 1605. Anglice ab Anonymo ſub li-„teris T. M. editus, & eodem anno Bel-„gice traductus eſt liber, cui Tit. *PLENA DE-„TECTIO ROMANÆ DOCTRINÆ in materia con-„ſpirationis & rebellionis &c.* Literis illis *Thomam* „*MORTONUM* indicari arbitratur *Voetius* Diſp. „ſelect. Tom. 2. p. 797. Idem Tom. 3. pag. „12. citans *Anonymi* DIATRIBEN ANGLICAM „ADVERSUS Fr *Whitum* Epiſcopum Elienſem „illum cònjicit eſſe D. BURTONUM, Hucusque *Symbola.* de quibus v. Bibliothecam *Hydeanam* „unde vix tamen certiquid exſculpatur de hiſce.

(1993) *Contemplations moral and Divines,* in tvvo parts. h.e. CONTEMPLATIONES *Morales & divinæ*, partibus 2. Londin. 1676. Autore (de quo nemo dubitat) *Mathæo* HALES, ſupremo Angliæ Juſtitiario, qui Senectute gravis, & honorum ſatur, munere ſe ſuo abdicavit, quo melius doctrinæ ac pietatis Studiis vacaret. Docente *Cave* in litteris Anno. 1677. m. Julio. Sunt alii ejusdem nominis *Haleſii* ſ. *Aleſii*, quos vide ap. *Hydeum* Catal. Biblioth. Bodlej. litt. A. & H. it. *Wood,* Hiſt. & Antiqq. Oxon. L. II. p. 184. a. Ipſe liber recuſus auctore nominato deinde fuit hoc titulo: *Contemplations Moral and Divines in tvvo Parts* by Sir *Matthevv Hales,* Knight, late Chief Juſtice of the Kings-Bench. in 8. Londini 1682. paginis 360. primam. 408. ſecundam partem exhibens: utramque ſane lectu digniſſimam ob ingenium & pietatem.

(1994) *Epiſtle of pious Griſe.* h. e. *Epiſtola* de CONTRITIONE pia. PARSONII aut BLACKWELLI, alicubi tamen interpolata è GARNETTO, teſte Johanne Colleton *Def.* 296. indicatur a *Symbola Normanniana.* Quæ an eadem ſit cum juſta defenſione, cujus meminit Hydeus, P.I. 171.b. & ſupra n. 1976. α. etiamnum ἐπέχω.

(1994. α CCCLXXXIV.) *De tribus Angliæ converſionibus* lib. I. Audomari 1603. ex *Alegambe* p. 415. olim; nunc etiam ex *Sotvello* p. 727. a. totidem verbis *Roberti PERSONII* docetur. At ex Symbola Normanniana etiam hæc habemus. *N.D. Treatiſe of three converſions of England.* h. e. *Tra-„ctatus de tribus ANGLIÆ CONVERSIONIBUS.* Vo-„lumina. 3. quorum primum. A. 1603. reliqua „vero anno ſequente propalabantur & quidem, „ſub nomine N.D. Auctor eſt *Robertus PARSO-„NIUS* alias ut in *Pſeudonymis* habemus n. 851. α. „falſo nomine Nicolaus *Dolman*; teſte Hydeo, „Catal. Biblioth. Bodlej. P.I. p. 196. b. *Sutcliffio*, „Bleſſings p. 364. *Woodio* Antiqq. Oxon. P. II. p „78. b. Liber tanti habitus, cum in lucem pri-„mum ederetur, ut 20. Solidis divendi Oxo-„niæ conſueverit, tametſi hodie vix tribus con-„ſtet. *Wood.* ibid. refutatus a *Sutcliffio in his ſubver-„ſion of Parſons bock of three Converſions of England.*„ h.e. Everſione libri Parſonii de tribus Angliæ, „Converſionibus it. *threefold Anſwer te the third,* „*part of Parſons Converſions* h. e. triplici Reſponſo, „ad Partem III. de Converſionibus Parſonii. „1606. 4to vide *Hyd.* P. 2. Biblioth. Bodej. p. 587. b. Addit ex αὐτοψία Guil. *Cave* in Symbola titulum *Anglicani Collegii* puta Jeſuitici nomine adeoque *Pſeudωνύμως* conceptum talem: *De Perſecutione Anglicana* ſub nomine *Collegii Anglicani* Romani, Romæ 1582. edita. Eſt mihi ad manum iſta editio, in qua cruciatus & tormenta, (quæ nunquam fuerunt) Anglorum Catholicorum (uti vocari amant) æneis typis ad vivum expreſſa ſunt. Habes tu pag. 95. ex *Alegambe* librum ejus de tribus Angliæ converſionibus. Is Anglice (eſt enim mihi liber præ manibus) ſic ſonat: *A Treatiſe of three Converſions of Engeland, from Paganien to Chriſtian Religion: the firſt under the Apoſtles; the ſecond under pope Eleutherius: the third under pope Gregory the Great.* An. 1603. i. e. Tractatus de tribus Angliæ converſionibus a Pagana ad Chriſtianam Religionem. 1. Sub *Apoſtolis.* 2. ſub *Eleutherio Pontifice.* 3. ſub *Gregorio Magno* Papa.

(1994. β CCCXCI.) *Contra Edoardum* COQUUM, *Advocatum Regium in Anglia.* Audomari 1606. libris *Roberti* PARSONII vel PERSONII Angli anonymi accenſetur, ab *Alegambe* p. 415. & *Sotwello.* pag. 727. a.

(1994. γ) CORPORIS CHRISTI REALIS PRÆSENTIA: ſive *A Brief Diſcourſe of the Real preſence of the Body and Blood of Chriſt.* London 1686. 4to. Hujus Scripti Autor creditur *Henricus* MORUS. v. *Benthem* Engliſch. Schul- und Kirchen-Staat. p. ult.

(1995) DEFENSIONEM PP. Societatis Jeſu SUPER CORDE HENRICI IV. Regis Galliæ. Audomari 1612. ex Gallica Anglice reddidit *Thomas* ODOëNUS, Hamptonienſis Anglus Jeſuita, docente *Alegambe* pag. 454. non addente anonymως id factum. Quod demum nos docet *Sotwel.* p. 764. a.

(1996) CONTRA *Guilielmum* CRASHAUU Miniſtrum Calviniſticum. Audomari 1612. in 4. &

(1997)

(1997) CONTRA *Eduardum* HOBBIUM Equitem Auratum DE PURGATORIO. Audomari 1613. in 4.

(1998) *CONTRA CHILLINWORTHUM* Apoſtatam a fide, *ECCLESIA INGENII HUMANI DEBE LATRIX*, Audomari 1633. in 4. anonymos edita ſcripta memorantur *Johannis FLOYDI* Jeſuitæ Cantabrigienſis Angli *Sotwello* pag. 449 b. & indicis p. 850. b.

(1998. α) *DECLARATIO* inſignium *FRAUDUM PONTIFICIARUM QUÆ IN ANGLIA IN EJICIENDIS DÆMONIIS USURPARI SOLENT.* i. e. *A Declaration of egregious Popish impoſtures &c.* Ann. 1603. prodiit liber in 4to cujus Epiſtolæ ad Lectorem ſubjiciuntur litteræ S H. quibus denotatur *Samuel HARSNET*, feſtiviſſimi ingenii vir, Archidiaconus Colvvſtrienſis, Epiſcopus primum Ceſtrienſis, dein Norvvicenſis, demum Archiepiſcopus Eboracenſis. *Symbola* eſt *Caveana.*

(1999) *Certaine Objections againſt Chriſts deſcent into Hell. h. e. Objectiones non nullæ adverſus DESCENSUM Chriſti ad inferos*, cum *confutatione* (Num actiue an paſſive?) *Parkeſii* Londin. 1601. in 4to. Autorem *Johannem RAINOLDUM* prodit ipſe *Parkeſius* Apol. adv. *Limbo-maſtigem*, pro deſcenſu Chriſti ad inferos, quam ipſis his Rainoldi objectionibus oppoſuit. vid. *Hydei* Catal. Biblioth. Bodlej. P. 2. pag. 36 a.

(2000) *Brief Anſwer unto certain objections againſt Chriſt deſcend into Hell.* h. e. *Reſponſio brevis ad objectiones nonnullas adv. DESCENSUM Chriſti ad inferos.* Oxon. 1604. Londini triennio poſt recuſum ſc. 1607. in 4. ſub titulo: *Apology for Chriſts deſcent into Hell, againſt Limbo maſtix.* h. e. Apologia pro deſcenſu Chriſti ad inferos adverſus Limbo maſtigem, verum prodidit autorem *Richardum PARKESIUM.* vid. *Parkeſ.* lib. II. pag. 45. 48. *Hyd.* Catal. Bibl. Bodlej. lib. II. pagina 36. a.

(2001) In *DEUTERONOMII* cap. IV. verſ. 9. *Concio Anglica:* ſive *a Sermon* Lond. 1624. in 8. T. F. *Biſhop of S. Davids*, *Theophilo FIELD* deberi docetur *Hyde* Bibliotheca Bodlej. pagina 239. b.

(2001. α) *DIALOGUS INTER SECULAREM SACERDOTEM ET LAICUM NOBILEM:* ſive *A Dialogue between a Secular Prieſt and a Lay Gentleman*, by W. W. i. e. *Will. WATSON.* Rhemes 1601. in 8. docetur ab *Hyde Catal.* Bodlej. Tit. Prieſts Secular. pag. 78. a. part 3.

(2001: αα CCCLXXX.) *DIRECTORIUM hominis Chriſtiani*, *vulgo dictum Reſolutio*, quo nihil vidit Lingua Anglicana ad excitandam pietatem aptius, aut quoad ſtylum ornatius, Lovanii, Duaci, Audomari 1595. his verbis accenſetur anonymis libris *Roberti PARSONII* vel *PERSONII* a *Sotvello*, & *Alegambe*, & quidem hoc pag. 415. illo 727. Additurque hic in margine *Normanniano v. Warnvvord* præf. 2. b. *Apologie Hierarchicall* 188. b. & compilatus *ſcribituri* hic liber ex Caſpare *Evarro* & Ludov. *Granatenſi*; docente *Sutcliffs* Bleſſing. p. 243.

(2001. ββ) De *DISCIPLINA ECCLESIÆ ANGLICANÆ REFORMANDA*, *& cauſſis eam hactenus impedientibus*: ſive *of Reformation touching Church-Diſcipline in England: and the cauſes that hitherto have hindred* it Lond. 1641. in 4. *liber anonymus* quomodo *Johanni MILTONO* debeatur v. infra n. 2005. β.

(2001. β) *Boock of diſcipline.* ſ. *DISCIPLINA Eccleſiæ SCOTICÆ Johannis KNOXY*, ut putat Petrus *Heyl*in Hiſt. Sabbathi. lib. II. pag. 164. Vitam autoris edidit Thomas *Suetonius* allegatam in Catalogo *Hydeano* P. II. p. 168. a. v. infra n. 2024. *Liturgia.*

(2001. γ CCCLXXXVIII.) *De X. DISPUTATIONIBUS publicis Oxonii, ſub Edoardo VI. Rege Angliæ habitis.* Audomari An. 1604. in 8vo. annexum duabus partibus Calendarii Foxiani, accenſetur ſcriptis anonymis *Roberti PARSONII*, Jeſuitæ Angli, ab *Alegambe* & *Sotwello* locis toties citatis illius p. 451. hujus 727.

(2002) *MANIFESTATIONEM APOSTASIÆ M. Antonii de DOMINIS*, Audomari 1617. in 4. Anglice ſcriptam *Johannis Swetii*, Devonienſis Angli Jeſuitæ memorat *Sotvel*, pag 507. a. ſed non ut anonymam adhuc: quod index demum aperit pag. 832. b. nec *Alegambes* adhuc indicio notam.

(2002. α) *Obſervationes*: ſive Oſſervationi *SOPRA LA CONDOTTA DI M. ANTONIES DE DOMINIS* Anglice proditæ & à *Gregorio Leti* in Cromvvello ſuo p. 240. Part. 1. citato in Symbola Schröteringiana memoratæ anonymæ, de vita illius agentes, & ab omnibus *CROMWELLI* labores, vel ut ipſe ſcribit, ſudores reputatæ diverſæ videntur a ſuperiori ſcripto. Vide notabilia de hoc M. Antonio apud *Sagittar.* Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 743. annot. (a)

(2003) *Cenſure of John* Donnes *Pſeudo-martyr.* h. e. *Cenſura Johannis DONNES Pſeudo-martyris*, ut *& Confutation of abſurdities in D.* Andrvves *his Anſwer to Cardinal* Bellarmin. h. e. *Refutatio abſurditatum Reſponſi D. Andreæ ad Cardinalem* Bellarminum. vide *Jameſii* Biblioth. Bodlej. Append. pag. 3. Utrumque excuſum Ao. 1613. in 4. ejuſdemque autoris nimirum *Thomæ FITZHERBERTI*, quod facile perſuadent literæ initiales F. T. inverſo licet ordine præfixæ, vide *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej P. II. pag. 191. Sub his enim literis ſæpius alias autorem hunc deliteſcere, videre licet ex ea quam infra ſuo loco de ſupplemento ad diſcuſſionem Reſponſi Barloviani injecimus mentionem. *Oppoſitam* Scripto huic calumnioſo *Apologiam* Titulo: *Epphata* to F. T. Or a *Defenſe of the Biſhop of Eli*, concerning *his Anſwer to Cardi-*

Cardinal Bellarmins *Apology againſt the Calumnies of a ſcandalous Pamphlet. h. e. Defenſio Epiſcopi Elienſis ejusque Reſponſi ad Apologiam Cardinalis* Bellarmini *adverſus calumnias libelli ſcandaloſi autore* D. Collin. Cantabrig. 1617. in 4. vide apud *Hydeum* Catal. Bibl. Bodl. P. I. pag. 171. b.

(2003 *α*) *A Diſcours of Eccleſiaſtical Polity.* Lond. 1670. in 8. i. e. *TRACTATUS DE POLITIA ECCLESIASTICA*: ut & ejusdem *POLITIÆ VINDICIÆ* non diu poſt editæ. Scriptæ a *Samuele PARKERO* Archidiacono Cantuarienſi: docente *Symbola Caveana.*

(2004) *ENTHUSIASMUS ECCLESIÆ ROMANÆ* demonſtratus aliquot animadverſionibus in vitam Ignatii Lojolæ: ſive *The Enthuſiaſm of the Church of Rome* &c. Londini 1688. paginis 159. M. *WAKE* adſcribitur rationibus & conjecturis, quas ſub lit. (*α*) exhibuimus ex *Bibliotheca univerſali Gallica. 1688.* pagina 93. Tomo XI.

(a) *BIBLIOTHEQUE UNIVERSELLE ET HISTORIQUE* de l' Année 1688. Tom. XI. pag. 93. *Aprés la lecture de ce titre, on s' attend à des reflections non moins instructives que rejouiſſantes. On ne ſera pas trompé, & l' on trouvera le ſtile de ce Livre ſi clair, les railleries ſi fines, les raiſonnemens ſi ſolides & ſi bien ſuivis, qu' on ſera tenté de prendre l' Auteur pour M. WAKE.*

(2005) EPHEMERIDEM *piarum Meditationem in ſingulos anni Dies.* Londini 1669. in 8. ſecundis typis idiomate Anglicano partim compoſitam a ſe, partim traductam ex Latino edidit *Eduardus* HARVÆUS, alias MICO, Eſſexienſis Anglus Jeſuita, docente *Sotwello* p. 185. b. anonymis inferens eum p. 831. a.

(2005. *α*) EPISCOPORUM VINDICIÆ *per* ADMONITIONEM POPULI ANGLICANI: ſive *An Admonition to the People of England, in vindication of Biſhops againſt Martin the Libeller.* Lond. 1589. in 4. litteris T. C. ſolis præfixis editus libellus, *Thomæ* CARTWRIGHT adſcribitur *Hyde* Biblioth. Bodlej. p. 122. a. una cum aliis ibidem memoratis.

(2005. *β*) De EPISCOPALI PRÆLATURA: *ſ. Prelatical Epiſcopacy* hæc ſuppeditat *Diecmannianum marginale*: Habeo *duos libros anonymos Anglos*, qui uno volumine cum aliis *Joh.* MILTONI Anglicis ſcriptis compacti ſunt, & quibus in meo exemplari *prioris poſſeſſoris manus Joh. Miltoni nomen adſcripſit. Primus eſt*: Of Prelatical Epiſcopacy, *contra Jacobum (Uſſerium)* Archi-Epiſcopum Armacanum ſcriptus, & Londini 1641. in 4. editus. *Alter*: Of *Reformation touching Church-Diſcipline in England: and the cauſes, that hither to have hindred it, itidem* Lond. 1641. in 4. impreſſus. Vidi & *plura Miltoni ſcripta*, quæ quidem non expreſſum ejus nomen, ſed *litteras* tamen *primas* J. M. in titulo *oſtendunt*, aut nomen ipſum præfationi ſubjiciunt, quos proinde huc non referendos duxi. Hactenus Symbola: *Hydæus* nil ſub J. M. Johanne Miltono, neque ſub ejus nomine de Anonymis refert.

(2006) EVANGELIUM NUDUM ſive *the naked Goſpels: l' Evangile nud* où l' on fait voir I quel etoit l' Evangile lors que notre Seigneur & ſes Apotres le prêchoient. II. Quelles additions & alterations les ſiecles ſuivants y ont faites. III. Quels avantages & quels maux cela a produit P. I. *de la Foi.* Par un veritable Fils de l' Egliſe Anglicane. Imprimé l' ann. 1690. in 4. pagg. 102. verba ſunt *Bibliothecæ Univerſalis Gallice* ſcriptæ; quæ ſequentibus mox verbis detegit M. BURY auctorem, (a) confirmatum in *hiſtoria Operum Eruditorum* Gallice ſcripta (b) cujus utriusque verba pauca excerpemus. Adde Hiſtoire des Ouvrages des Scavans 1697. Maj. p. 425.

(a) Biblioth. Univerſelle *Tom. 19. pag. 391. Avant que de donner l' Extrait de ce livre que l' on attribue à* M. Bury Docteur en Theologie & chef du College d' Exeter à Oxford, *il eſt bon d' en marquer l' occaſion & le deſſein.*

(b) Hiſtoire des Ouvr. de Sçavans *Maji 1691. pag. 426. Le* Docteur Bury *à publié une defenſe de ſon* Evangile nud. *On a remarqué que c' eſt une traduction toute ſimple de preſque tout ce que Mr.* le Clerc *dit dans la Vie d' Euſebe, qu' il a inſerée dans ſa* Bibliotheque univerſelle &c.

(2006. *α*) DE EUCHARISTIA *Collocutiones ſex*, ſive: *Six Conferences concerning the Euchariſtie* Londini 1688. in 4. paginis 120. recenſetur in *Bibliotheca Univerſali* Gallica 1688. pag. 161. auctore non nominato, quem ſcriptor illius Tomo ſeqq. IX. pag. 105. innotuiſſe ſibi demum ſcribit M. de la PLACETTE vid. infra numer 2052.

(2007) DISQUISITIONES *de rebus* AD RELIGIONEM *pertinentibus, & de ſua* AD FIDEM *Catholicam* CONVERSIONE plane luculenta, libris 3. Audomari 1615. in 4. Anglicæ ſcriptæ, a *Franciſco* WALSINGHAMO, Northumberano Jeſuita Anglo memorantur à *Sotwel.* pag. 265. a. quæ non quidem illic, attamen deinceps indicis pag. 931. a. inter anonyma ſcripta recenſentur.

(2008) *The firſt Blaſt of the* Trumpet *againſt the monſtrous regiment of Women.* h. e. *Primus Sonus buccinæ adverſus monſtroſum* FÆMINARUM regimen. Invectiva eſt præcipue in Mariam Angliæ Reginam, Mariam Lotharingiam, Jacobi V. Scotorum Regis Viduam, & Mariam ejusdem filiam Scotiæ Reginam. Has enim præprimis exagitat. Prodiit 1558. autore *Johanne* KNOXO, Scoticæ reformationis Patriarcha, uti accepimus à D Guil. *Cave.* Oxonienſis enim Bibliothecæ Catalogus *Hydeanus* inter reliqua ejusdem autoris e. g. Reſponſum ad Anabaptiſtæ cujusdam calumnias adverſus Prædeſtinationem: Appellatio à ſententia quam in ipſum tulere Epiſcopi ac clerus Scotiæ: Epiſtola ad fideles omnes intra Angliæ confinia: Hiſtoria reformationis Eccleſiæ

Scoticæ, Scripti hujus anonymi non meminit.

(2009) DE NATURA FIDEI & HÆRESIS tractatum *Petri* TALBOTTI, docente *Sotvello* pag. 702. b. & indicis anonymorum pag. 931. v. ſupra jam memoratum numer. 753.

(2010) W. C. *Translatio Anglicana* COLLOQUII *Jeſuitici Chriſtiani* FRANCKENS, Londini 1580. *William* CHARIER auctorem habuiſſe docetur a *Symbola Normanniana*.

(2011) FUNICULUS TRIPLEX, quo *fidei capita demonſtrantur ex S. Scriptura, Expoſitione Patrum, & ipſorummet Proteſtantium.* Audomari. 1634 in 4. inter Anglica ſcripta anonyma *Laurentii* ANDERTONI, Lancaſtrenſis Angli Jeſuitæ, recenſetur *Sotvello* pag. 538. a.

(2012) *Summe of the Conference before the King at Hamtoncourt about Reformation of Church-matters:* h. e. *Summa Colloquii* HAMTONIÆ *habiti coram Rege circa reformationem rerum Eccleſiaſticarum de querelis Puritanorum.* Londin. 1604. in 4. *Jameſius* Biblioth. Bodl. pag. 54. *Johannis* BARLOVII eſſe conjicit. Parallela (vel etiam eadem plane quod videris) eſt: *Narration of the proceeding in the General Aſſiſe -- holden h. e. Narratio proceſſus in conventu Generali -- habito.* Auguſt. 25. 1618. autore *Davide* LINDSEY. Londin. 1621. in 4to.

(2012. α CCCLXXXI.) CONTRA LIBRUM *Franciſci* HASTINGI *Equitis Aurati*, Antvverpiæ 1599.

(2012. β CCCLXXXII.) *Modeſta admonitio* AD *eundem* HASTINGUM *Equitem*, Antvverpiæ 1600. in 8. *Roberti* PERSONII Jeſuitæ Angli ſcriptis anonymis Anglicis annumeratur ab Alegambe pag. 415. & *Sotwello* pag. 727. Addit huic exemplari ſuo *Normannus* in margine N. D. Warnvvord to *Haſtings* Waſtvvord 1602. in 8. i. e. ut ego interpretor, Vox monitoria ad Haſtingii vocem deſolationis.

(2012. γ) HORÆ SUBSECIVÆ, or the grounds of Sanguinary Lavvs againſt Papiſts; and that they never ſuffered for Religion, but for Treaſon. London 1664. in 4. D. W. i. e. Will. DENTON memoratur *Hyde* lit. W. pag. 245. a.

(2013) PRÆROGATIVA HUMANÆ *naturæ* inſcriptus liber, de ANIMÆ IMMORTALITATE, Anglus, *Guidonis* HOLLANDI, Lincolnienſis Angli Jeſuitæ memoratur *Sotvello* pag. 311. a. qui non illic quidem, at poſtea demum indicis pag. 834. quod anonymus prodierit, indicatur.

(2013. α) De HUMILIATIONE ANIMÆ *Anonymus Anglus*, qui eſt *Thomas* HOOKERUS; ut indicium fecerunt, qui probe norunt, ait *Voet.* Diſp. ſelect. Tom. II. p. 504. Hactenus verba Marginalium notarum *Diecmannianarum.*

(2014) OCULARIA, juſtum volumen de variis fidei capitibus controverſis contra viam tutam *Humfredi Lyndi* Rothomagi 1631. in 8. Anglice ſcripta *Roberti* JENISONI, alio nomine FREVILLI, Dunelmenſis Angli Jeſuitæ memoratur *Sotvello* p. 724 a. nec tamen anonyma docetur niſi poſtea demum indicis p. 833. a.

(2015) De IDOLOLATRIÆ NATURA diſſertatio: ſive A Diſcourſe concerning the Nature of IDOLOLATRY &c. Lond. 1688. in 4. paginis 107. recenſetur in *Bibliotheca Univerſali Gallica* Tom. XI. p. 531. usque ad pag. 543. & D. — — CLANGET eſſe indicatur pag. 541. cujus aliqua verba (a) excerpemus. Quibus addi poſſit ex *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1688. recenſio ejus libri p. 635. usque ad 639.

(a) *Le Docteur* Claget, *a qui le Public eſt redevable de cette Diſſertation, mourût peu de temps apres l' avoir compoſée. C' eſt le méme qui a ſouſtenu de longues diſputes contre l' Auteur du Papiſte mal repreſenté. M. Bournet, pour donner une marque publique de la reconnoiſſance des Anglois envers cet illuſtre Defenſeur de leur Egliſe, a fait traduire ſon Traité de* la Nature de l Idololatrie, *& y a mis une preface, ou il fait l' eloge de l' Auteur & de ſon livre.*

(2016) CONTRA JURAMENTUM FIDELITATIS, CATHOLICIS ANGLIÆ A REGE PROPONENDUM. Audomari. 1611. in 8. ſcripſit Anglice præfixis literis H. I. *Antonius* HOSKINUS, Herefordienſis Anglus Jeſuita, docente *Sotvell.* p. 74. in fine.

(2016. α CCCXCIV.) *Judicium cujusdam Viri Catholici, Angli,* de APOLOGIA JACOBI *Regis Angliæ, pro juramento fidelitatis.* Audomari 1608. in 4. Liber eſt anonymus Anglus *Roberti* PERSONII: docente hoc *Alegambe* pag. 415. & *Sotvello* p. 727. Ubi *margo Normannianus* etiam citat *Barlovi* Anſvver præf. 6. reſp. 3. 4. 5. 9. 191. & *Widdringthon* diſp. de juram. fidel. 253. adde ſupra num. CCCXCV.

(2017) APOLOGIAS *Henrici IV. & Ludovici XIII.* REGUM GALLIÆ PRO SOCIETATE JESU, factas Pariſiis: impreſſas Audomari 1611. in 4. tranſtulit ex Latino in Anglicum præſcriptis literis F. B. modo memoratus *Antonius* HOSKINUS, Herefordienſis Anglus Jeſuita, docente ibidem eodem *Sotvello* pag. 75.

(2018) *Ignatius his Conclave, or, his Inthronization in a late Election in Hell.* h. e. IGNATII *conclave S. Inthronizatio ejus in nupera electione infernali.* Londini 1611. Liber in Jeſuitas mere Satyricus, & ſumma veritatis & ingenii varietate refertus. In frontiſpicio dicitur eſſe traductus e Latino, ſed uti accepimus a D. *Cave,* vernaculo ſcriptus erat a *Johanne* DONNE Eccleſiæ D. Pauli apud

li apud Londinenſes Decano. Huic enim *Woodius* & librum hunc expreſſe tribuit, & autoris ingenium abunde facetum prædicat. Hiſt. & Antiqq. Oxon. Lib. II. pag. 348. a. cui aſſentit *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. V. Joh. Donnes Lib. I. p. 212. b.

(2019) INDAGATOR INDEFESSUS, quo hortatur appoſite Sectarios omnes ad indagandam fidei veritatem. Londini 1670. in 8vo librum utilem lingua vernacula *Joannis* SIMCOCKIS, alias MANERII Jeſuitæ Londinenſis Angli docet *Sotvellus* pag. 503. b. quem anonymorum indici poſtmodum inſerit pagina 832.

(2020) DE INSPIRATIONE DIVINA, libro Anglico inſertæ memoriæ M. N. *Noeli Auberto* DE VERSE quomodo indicantur, docemur verbis Petri *Rabi* libro ſubſcripto.

(a) Boekzaal van Europe 1692. pag. 592. *Uit London word aan ons geſchreven, dat ons in't kort zal toe koemen het Boek, genaamt a* Vindication of the divine Autority and inſpiration of the Writtings of the old and nevv Teſtament, *In anſwer to a treatiſe lately translated out of French, Entitaled,* Five letters concerning the inſpiration of the holy ſcriptures. *By William* Lovvth. *B. D. Fellouw of St. John's Colledge in Oxford in 8. Dit Boek, 't welk zeer geprezen word, wederlegt het geſchrift, ingelaſt in het Boek van de Heer* Klerck, *'t welk hy tegen den Prieſter* Simon *heeft geſchreven, onder den Titel van* Sentimens de *quelques* Theologiens de Hollande *ſur l'* Hiſtoire Critique &c. *Menſe Novembri enarratur ipſus ille liber a pag. 401. usque ad 418. ibique fuſe de Auctore illius memoratur ſtatim initio, & mox de inſerto ſcripto alio titulo* Memoires de M. N. *quod ſit ejus auctor quidam* Noel Aubert de Verſé, *quodque* Clericus *multum de illo participaverit.* Defenſe des ſentimens oppoſita *huic ſcripto, Joanni Clerico ab omnibus tribui dicitur inde, quodque Priorem de* Bolleville *ipſum* Richardum Simonem *aperte is pronunciet.*

(2020. α) INSTITUTIO METHODICA DE MYSTERIIS VITÆ CHRISTIANÆ anonyma, Jeſuitæ Hiberni *Guilielmi* HATTI, v. ſupra c. 2. num. LIV.

(2021) *Plea to an Appeale.* h. e. *Cauſa Provocans ſ. Dialogus Aſoti, Babylonii, Orthodoxi, probans* JUSTIFICATUM *etſi peccet gratia non excidere.* Autor ejus eſt *Henricus* BURTONUS, teſte *Hydeo*, Catal. Biblioth. Bodlej. p. I. pag. 118. & Joh. *White* Exam. Pamphlet. p. 26. 28. 92. 93. 94. 96. 97. 101. 103. 146. 158. 160.

(2022) *Thomam de* KEMPIS DE IMITATIONE CHRISTI Anglice vertit impreſſum Audomari ſæpius præfixis ſolis literis F. B. *Antonius* HOLKINUS Jeſuita Herefordienſis Anglus, docente *Sotvello* p. 75. a.

(2022. α) LAUDENSIUM αὐτοκατάκρισις: ſcriptum *Anonymum Anglicum*, cujus Autor putatur *Andreas* BAILIUS, Theologus Glaſcaenſis, aliis editis ſcriptis clariſſimus. Hæc *Voët.* Polit. Eccl. P. 3. l. 3. pag. 621. docente *Margine Diecmanniano.*

(2023) H. B. *Law and Goſpel reconciled.* h. e. LEX CUM EVANGELIO CONCILIATA. De qua vide *White* Exam. Pamphl. pag. 44. 63. 66. 153. 154. Autor ejus *Henricus* BURTONUS, quod patet ib. p. 25. *Hydeus*, ut ut nulla hujus in Catalogo Bibliothecæ Bodlej P. I. pag. 118. a. inter reliqua Burtoni ſit facta mentio, prodit tamen autorem quando aſſerit H. B. i. e. Henricus *Burtonus*; ibid. pag. 56. a.

(2024) LITURGIÆ ANGLICANÆ ET SCOTICÆ Ao. 1637. editæ præcipuus architectus erat *Guilielmus* LAUDUS, Archiepiſcopus Cantuarienſis: v. Hiſtor. Motuum in regno Scotiæ pag. 522. 527. *Symbola eſt Normanniana.* De hujus liturgiæ triſtiſſimis ſequelis, plena eſt Hiſtoria Anglicana ejus temporis, & ſecuta illius Laudi decollati vita, ex *Wood* Hiſtoria antiquitat. Oxonienſ. & ex ea apud *Ficherium* recenſetur ejusdem Catalogus ſcriptorum: v. Hydeum pagina 387. b. nihil memorantem de Liturgiis hiſce.

(2024. α) HORTUM B. VIRGINIS MARIÆ, ſeu *modum devotum ſerviendi illi in ſuo* ROSARIO, Audomari 1619. in 8. ſcripſit Anglice, præfixis litteris S. C. Societatis Jeſu, *Sabinus* CHAMBERS, Jeſuita Leceſtrenſis Anglus, docente *Sotvel.* p. 731.

(2024. β CD.) *Lachrymas S. Mariæ Magdalenæ, ad ſepulchrum Chriſti, oratione ſoluta*, ſed terſa, Londini, Duaci, edidiſſe anonymos, *Robertus* SOUTWELLUS, Jeſuita Anglus, recenſetur ab *Alegambe* pag. 416. & *Sotvello* pag. 728. b.

(2024. γ) MARS MORTALITY. Quo ſcripto *Anonymus Anglus* animam non minus quam corpus Adami ex *Geneſ.* 3. 19. in pulverem redigendam eſſe probat: ut Ephraim *Pagitt.* Hæreſiographie. pag. 231. ed. Lond. 1661. in 8. & *Honor. Reggius* ſ. *Georg. Hornius* de ſtat. Eccl. in Angl. pag. 106. referunt, qui poſtremus quoque ex Th. *Edoardo* tradit, *CLEMENTEM* WRIGHTER pro hujus libri auctore haberi. Hæc *margo Diecmannianus.*

(2025) *Meditations of inſtruction, of Exhortation, of reproof.* h. e. MEDITATIONES *Didaſcalicæ, Exhortatoriæ, Epanorthoticæ.* Londin. 1616. in 8. *Franciſco* KUSCIO autori *Archontologiæ Atticæ* cujus Supplementum edidit *Zacharias Bogan* referente *Woodio* Hiſt. & antiqq. Oxon. L. 2. p. 243. a. & hæ tribuendæ videntur meditationes. Nec enim obſcure autorem illum referunt literæ in Frontiſpicio F. R. ut putat *Normannus.* Quamvis *Hydeus* ſub his literis autorem exprimere non auſit. vid. Catal. Biblioth. Bodlej. P. II. pagina 90. a.

(2025. α) MANUALE MEDITATIONUM *P. Thomæ* VILLACASTIN ex Hiſpanico in Anglicum H.M. id eſt *Henricus* MORUS, Eſſexienſis Anglus Jeſuita initialibus præfixis litteris Audomari 1618. & rurſum 1623. quod ediderit docet *Sotvellus* p. 330. a.

(2026) *Treatiſe of Melchiſedech, proving him to be Sem.* h. e. *Tractatus de* MELCHISEDECH, *probans illum eſſe Semum Noahi filium.* Londin. 1591. in 4. Citant illum *Jameſius* Bibl. Bodlej. pag. 327. *Willett.* Hexapl. ſuper Gen. XIV. pag. 137. 139. Autori v. *Hugoni* BROUGHTONO aſſerunt *Lightfoot.* Miſcell. p. 94. *Jameſius* Biblioth. Bodlej. V. Broughton. Hyde Catal. P. I. p. 110. b.

(2027) *Apologie for the Catholick Cauſe* h. e. *Apologia cauſæ Catholicæ circa* MISSÆ *Sacrificium* 1603. in 8. Ex literis quidem initialibus T. F. tributa FITZHERBERTO, *Hydeo* tamen ſub hoc nomine tacita, uti videre eſt Catal. Biblioth. Bodl. P. I. pag. 253. b. PARSONIO rectius cenſetur tribuenda ex mente *Sutcliffy*, Bleſſings. pag. 363. 364. 368. 369. 384. ut & *Ravii* not. ad Geſn. pag. lim. quamvis *Woodius* Antiqq. Oxon. lib. 2. pag. 78. b. cum aliis ejusdem autoris & hanc prætereat Apologiam, memoratis tamen *Pitſeo* & *Ribadineira* in hunc finem allegatis. Et notus eſt alias Perſonii hic mos, falſas hujuſcemodi Scriptis præfigere literas, quo ſecurior deliteſcat. vid. Catal. Biblioth. Bodlej. *Hydei* V. Robert Parſonius.

(2028) *Againſt a defence of privats Meſſe.* h. e. *contra defenſionem* MISSÆ *Privatæ*, liber Antapologeticus, autore *Thoma* COOPERO, quippe cui tribuit William *Fulck* ſ. *Fulco* n. 28. Catalogi autorum, quem præfixit libro de Præſentia Chriſti in Sacramento; edito Londini 1579. 8. adverſus Thomam Hesky ſub titulo: *Heskyns Parlament repealed* h. e. Heskini Parlamentum revocatum (vel abrogatum) vide *Hyd.* Catal. Bibl. Bodlej. P. I. pag. 269. b. qui tamen pag. 178. inter Cooperi reliquos libri hujus non meminit.

(2028. αα) CONCIO FUNEBRIS: ſive *Sermon at the Funerall* OF GENERALL MONKE *on. 1. Cor. 15. 57.* Lond. 1670. 4. Anonymis libris Sethi WARD, Epiſcopi Sarisburienſis annumeratur a Thoma *Hyde* Biblioth. Bodlej. p. 248. b.

(2028. α CDI.) TRIUMPHUS MORTIS, *oratione ſoluta, ad illuſtriſſimam Sævildianam familiam.* Libris anonymis Anglicis *Roberti* SOUTWELLI Jeſuitæ Angli accenſetur apud *Alegamben* p. 416. & *Sotvellum* 728. b.

(2028. β. CCCXCII.) *Tractatum de mitigatione erga Catholicos in Anglia,* CONTRA MORTONUM, *Miniſtrum Calvinianum.* lib. III. Ao. 1607. in 4.

(2028. γ CCCXCIII.) *Defenſionem ejusdem Tractatus*, CONTRA MORTONUM. Audomari 1609. in 4. libris anonymis anglicis *Roberti* PERSONII toties memorati Jeſuitæ accenſet *Alegambe.* 415. & *Sotv.* 727. *Hyde* lit. R. pag. 90. b.

(2028. δ) CONTRA MORTONI vero GENERALEM DEFENSIONEM TRIUM CEREMONIARUM ANGLIÆ, qui ſcripſit, AMESIUM eſſe dicit *Voët.* Diſp. Select. Tom. III. pag. 243. docente *Margine Diecmanniano.*

(2029) De NULLITATE ECCLESIÆ ANGLICANÆ PROTESTANTICÆ, *ejusque Cleri.* Bruxellis. 1658. in 8. anonymis *Petri* TALBOTTI, Jeſuitæ Hiberni, jam ſupra aliquoties memorati, accenſetur a *Sotvello* pag. 702. b.

(2030) *The whole Duty of Man.* h. e. *Totum hominis* OFFICIUM. Liber totius Theologiæ Practicæ promtuarium ac penu potius quam Epitome quoddam ac Compendium, Orbi Chriſtiano Sanctitate doctrinæ & argumentorum pondere notiſſimus: verſus quippe in plures linguas exteras, autore vero non item. Quem alii Doctorem CHAPELLUM, Præſulem Hibernum; alii *Richardum* STEARN, Archi-Epiſcopum Eboracenſem; plurimi D. HAMMONDUM ſuſpicantur. Ab Hammondi ſane at quanti viri! ingenio pariter ac ſtudio, quod orbi Chriſtiano non ſolum Catechiſmo Practico, ſed pluribus aliis ejusdem argumenti ſcriptis ſeſe commendavit, alienus non eſt. Nec tamen nobis integrum eſt, hic quicquam definire, quod nec *Hydeo* Catalogi Bibliothecæ Bodlejanæ, nec *Woodio* Hiſtoriæ & antiquitatum Oxonienſium autori licuit, quorum neuter inter Hammondi Scripta hoc ipſum referre auſit. Nobis ſaltim Religio fuit ſilentio præterire librum, qui tantos undiquaque meruit applauſus. Et quamvis de autore non conſtet; ut quod nobis propoſitum eſt, vel argumentis indubiis vel autoritate clarorum Virorum Lector de eo omnino ſit perſuaſus: placuit tamen ſupra nominatos ſiſtere, quippe quibus præ cæteris conjectura ſummorum virorum tribuit, ac præterea Orbi Chriſtiano-literato anſam dare inquirendi ulterius in ſcripti hujus egregii piiſſimum auctorem. Hucusque chariſſimus ex Auditore familiaris & in hoc labore voluntarius, quod ad hoc caput, Collega meus Dnus M. von *Petkum*, civicum ornamentum patriæ noſtræ, ſi manſiſſet, Reverendi Miniſterii noſtri Candidatus: nunc Profeſſor publicus Regius Hafnienſis digniſſimus. Ejus verbis ſubjungo quæ habet huc pertinentia Paulus *Vindingus* in Epiſtola ſcripta Viro dum viveret mihi Johanni Deckherro de adeſpotis, pag. 356. cujus verba (a) ſubjungam.

(a) Pauli Vindingi Epiſtola de Scriptis Adeſpotis pag. 356. Novum Teſtamentum Græcum *cum 100. MSS. collatum, Oxoniique ante* quin-

quinquennium editum, curæ præcipuæ Epiſcopi Oxonienſis, Doctoris Johannis Fell *debemus. Intra breve ſpatium meliorem adhuc pollicentur* Oxonienſes *editionem, & vidi ipſe optimos codices in hunc finem congeſtos. Multum iſti viro Reſpublica litteraria debet, nec pauci hodie in Anglia ſunt, qui eidem vindicant illuſtre illud opus & omni auro pretioſius, ſub titulo*: the vvhole duty of man. *Alii pro Archiepiſcopo Cantuarienſi militant; ſed magis inclino ut Oxonienſi aſſeram; qui varia hactenus publicavit, nomine ſuo ſuppreſſo. VII. vero volumina ſunt, quæ vulgo vocantur The Works of the autor of the whole duty of man.*

(1.) *The vvhole duty of man* (Officium totum hominis.)
(2.) *The cauſes of decreaſing of Chriſtian piety:* (cauſæ decrementi Chriſtianæ pietatis.)
(3.) *The Gentlemans calling* (Juvenis nobilis vocatio.)
(4.) *The Ladies calling* (Virginis vocatio.)
(5.) *The Gouvernement, or Contententement* (ars contente vivendi.)
(6.) *The living Oracles* (Oracula viva.)

(2031) *A letter of Reſolution, concerning Origen and the Chife of his Opinions* London. 1661. h. e. *Epiſtola Reſolutionis de* ORIGENE, *& præcipuis ejus dogmatibus, citata* ſæpius Chriſtophoro *Sandio*, autorem uti ferunt, habet *Johannem* STAUDICIUM, Collegii Chriſti apud Cantabrigienſes ſocium. *Symbola eſt Caveana.*

(2032) PALMAM CHRISTIANÆ FORTITUDINIS, ſeu GLORIOSA CERTAMINA CHRISTIANORUM IN JAPONIA ex Annuis Societatis impreſſam 1630. in 8. ſcripſit ſine nomine Anglice *Edmundus* NEVILLUS, Jeſuita Lancaſtrenſis Anglus, docente Sotvell, pag. 184. b.

(2033) N. D. *Ten Several Objections for the Clearing the Pope from being Antichriſt.* h.e. *Objectiones* X. *quibus oſtenditur* PAPAM *non eſſe Antichriſtum*, ex *Bellarmino* interpolata à PARSONIO in libro anonymo, cui titulus: *Warnword to Francis Haſtings* Watchvvord h. e. *Vox Apologetica ad Franciſci Haſtings teſſeram militarem:* qui ipſe *Robertus* PARSONIUS, harum proinde objectionum autor eſſe creditus, quippe latens plerumque ſub literis N. D. h. e. *Nicolaus* DOLEMAN, teſte *Hydeo* Catal. Biblioth. Bodlej. P. I. pag. 196. b. vide *Claikens* Popes Wounds. h. e. Papæ vulnera. p. 27. 29.

(2033. α) PAPISTA MALE REPRÆSENTATUS *noviter per Catholicum Romanum*, ſive *The Papiſt Mis-Repreſented by the Proteſtants, and Repreſented Again &c.* A Londres 1686. in 4to. chez H. Hills, Imprimeur du Roi, pour ſa maiſon & pour ſa Chapelle, recenſetur *Bibliotheca Univerſalis Gallica* Tom. I. an. 1686. p. 102. & ſeqq. unaque deinceps immediate poſt ſeq. pag. 105.

(2033. β.) RESPONSIO AD PAPISTAM MALE REPRÆSENTATUM: ſive *Anſwer to the Papiſt Mis-Repreſented and repreſented.* 1686. in 4to; porroque eadem pagina memoratur ſequuta:

(2033. γ.) ANIMADVERSIO IN RESPONSIONEM AD PAPISTAM MALE REPRÆSENTATUM: ſive *Reflections upon the Anſwer to the Papiſt Mis-repreſented &c.* Directed to the Anſvverer in 4. Cui pag. ſeq. oppoſitus liber triplo grandior ſubjicitur

(2033. δ) PAPISTA NON MALE REPRÆSENTATUS: ſive A *Papiſt not mis-repreſented by Proteſtans: being a Reply to the Reflections upon the Anſwer to,* A *Papiſt mis-repreſented and Repreſented.* Et huic etiam pag. 107. in 4. oppoſitum ſcriptum

(2033. ε.) PAPISTÆ PROTESTANTES CONTRA PROTESTANTIS PAPISMUM: ſive *Papiſts Proteſtand Againſt Proteſtant-Popery, in Anſwer to a Diſcourſe entitled, a Papiſt not mis-repreſented by Proteſtants, being a Vindication of the Papiſt Mis-repreſented and repreſented, and the Reflections upon the Anſwer in* 4. denique

(2033. ζ.) ANNOTATIONES SUPER ANIMADVERSIONES IN AUCTOREM PAPISMI MALE REPRÆSENTATI: ſive *Remarks upon the Reflections of the Author of Popery Mis-repreſented &c. On his Anſwerer particularly as to the Depoſing Doctrine, in a Letter to the Author of the Reflections. Together with ſome few Animadverſiones on the ſame Authors Vindication of his Reflections* in 4to Quorum omnium excepto ultimo auctores deteguntur poſtea Ao. 1688. Tom. IIX. pag. 167. Mr. — — SCLATER DE PUTNEY & To. XI. Dr. — – CLAGET, ille opponentis, hic reſpondentis perſona defunctus.

(2034.) PARADISUM VOLUPTATIS SUPER LITANIAS LAURETANAS. Audomari 1620. ſcripſit Anglice, præſcriptis literis J. S. Societatis Jeſu, *Johannes* SWETNAMUS, alias NICOLSONUS Jeſuita Northamtonienſis Anglus, docente *Sotvello* pagina 506. 507.

(2035) PEREGRINATIONEM *Sanctæ* MARIÆ MAGDALENÆ AD PARADISUM. Audomari 1618. in 8. ſcripſit Anglice, præſcriptis literis I. S. Societatis Jeſu, modo memoratus *Johannes* SWETNAMUS, alias NICOLSONUS, Jeſuita Northamtonienſis Anglus, docente *Sotvell*, p. 506. 507.

(2036.) (α. β.) à W. PERKINSIO DEFORMATA CATHOLICORUM REFORMATIO: pars I. & II. ejusque defenſio contra Dn. ABBOT præfixis ſolis literis D. B. P. Doctoris *William* BISHOP quod ſit oſtenditur ab *Hyde*, Catal. Oxonienſi pag. 56. a. (a) & pag. 20. b. ubi oppoſita ſcripta *Antonii Wotton* exhibet (b) quorum

quatenus huc pertinent exhibemus titulos excerptos. Idem & W. B. ſolis litteris ſua edita ſignaſſe docetur ibidem p. 57. b.

(a) Thomas Hyde Biblioth. Bodlej p. 56. a.

Reformation of a Catholick deformed by W. Perkins: *1. part. -- 1604. 4.*
The ſecund part, with an Anſwer to Mr. Perkins *his Advertiſſement.-- 1607. 4.*
Diſproof of Dr. Abbots Counter-proof againſt D. Bishops *Reproof of the Defenſe of Mr.* Perkins *'s Reform'd Catholick. 1. part. Par.* 1614. 8.

(b) Thom. Hyde Biblioth. Bodlej. pag. 260. b.

Ant. Wotton.

Anſwer to a Popiſh Pamphlet pretending to diſcover Errors in the Proteſtant Religion. London. 1605. 4.
Treatiſe of the Neceſſity of parting from the Church of Rome. Lond. 1605. 4. G. 18. Th.
Defenſe of William Perkins's book called A Reformed Catholick, againſt the Cavills of W. B. in his Deformed Reformation Lond. 1606. 4.

(2037) EPITOMEN CHRISTIANÆ PERFECTIONIS, Audomari. 1612. Scripſit Anglice, præfixis literis H. I. *Antonius* HOSKINUS Jeſuita Herefordienſis Anglus, docente Sotvell. p. 74. 75.

(2038) EPISTOLA DE PERSECUTIONE, hoc eſt: Epiſtle of Perſecution. ANGLICE & *Latine*, de qua vide *Fulk.* Pop. quarrels h. e. Controverſiarum Papiſticarum. p. 12. 13. PARSONIUS illam ſibimet ipſe vindicat Apologia Hierarchiæ, pag. 186. b. Warnvvord præf. pag. 2. b.

(2038. *a* Olim CCCLXXV. in addendis Cap. XIII.) PRÆPARATIONEM *ad fructuoſe adminiſtranda Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta*, Anglice *Hiſpaniceque* ſcriptam absque nominis ſui adjectione per *Joſephum* CRESVVELLUM *Jeſuitam Anglum*, memorat *Alegambe* p. 285.

(2039) PRAXIS PIETATIS Anglice primum anonyma prodiit, ac in varias linguas eſt verſa, & innumerabilibus vicibus recuſa, deinceps addito auctoris nomine vel alias etiam publice ſignificato. Vid. *Hottinger.* Bibliothecar. quadripart. pag. 395. & iterum pag. 396. ubi priori loco adhuc ſcribit: auctor uti vulgo habetur Praxeos putatus *Ludovicus* BAILI, poſteriori vero teſtatur quaſi uno intuitu, eum exhibere quidquid vaſtis alibi tomis invenitur. Huic addit *Symbola Normanniana Jameſium* p. 58. Append. 2. Zach. *Kling* pag. 554. Cancellariæ Oxenſternii Stetin. 1644. d. 13. Auguſti. Editio mea verſionis eſt Gallicæ, nomine auctoris præfixo & interpretis Jean Vernuilh. & ſexta Gallica editio eſſe dicitur in titulo Genev. 1633. in 12. Nævos hujus libri ſatis notabiles publice deſignavit Jean d' *Eſpagne* in ſuo Tr. cui nomen fecit *Schibboleth.* n. 29.

(2040) DE PRINCIPUM SUBJECTIONE DEO ET ECCLESIÆ Tractatum, Audomari 1608. in 4. ſcripſit Anglice, tacito ſuo nomine, *Michael* WALPOLUS, Norfolcienſis Anglus Jeſuita, docente *Sotvell.* p. 618. a.

(2041) H. B. *Triall of private Devotions.* h. e. *Specimen devotionis* PRIVATÆ. Autor eſt *Henricus* BURTONUS, teſte *White* Exam. Pamphlet ſ. libello cui titulus: Anſvver to a Pamphlet called a Brief Anſvver to a late Treatiſe of the Sabbath day h. e. Reſponſio ad libellum cui titulus: *Reſponſio brevis ad nuperum Tractatum de Sabbatho* pag. 25. & probant autoritatem literæ præfixæ: Etenim quod jam monuimus, H. B. id eſt Henricus Burtonus. Ita *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. P. I. pag. 56. a. qui proinde Specimen hoc privatæ devotionis ſub impreſſo Henrici Burtoni nomine allegat. ib. p. 118. a.

(2042) *The Proteſtants Apologie* h. e. APOLOGIA PROTESTANTIUM eſt BRIARLII, docente *John White*, defence of the Way to the true Church, Londini 1612. in 4. adverſus Pontificios ſcripti libri pag. 85. 86. 261. *Symbola* iterum docet *Normanniana.*

(2043) PROTESTANTISMUM VACILLANTEM ſine principiis, contra duos ſectarios, evertendo principia Proteſtantium, circa infallibilitatem doctrinæ. Antvverpiæ apud Michaelem Cnobbaert 1668 in 4. ſcripſit contra hæreticos hujus temporis ediditque Anglico idiomate, tacito ſuo nomine, *Eduardus* WORSLÆUS, Lancaſtrenſis Anglus Jeſuita, docente *Sotvello* pag. 186. b. in calce.

(2043. *a*) PROPHETIÆ NOTABILES: ſive *Notable Prophecies uttered formerly by 24. famous Roman Catholicks, concerning the Church of Rome's Defection, Tribulation, and Reformation.* Lond. 1615. in 4. cum aliis neſcio an etiam anonymis libris *ad James* MAXWELL referuntur ab *Hyde*, Bibl. Bodlej. pag. 443. a. qui ſupra pag. 418. b. ſolis J. M. litteris hunc auctorem allegans, huc nos remittebat. Ipſius libri ſunt ſequentes:

Speedy paſſage to Heaven, or Chriſtians practice being an Expoſition on the X. Commandements, Creed, and Lords-prayer. Lond. 1612.
The Godly Legend, or Mirrour of Religious Men and Godly Matrons, conc. Abraham, Iſaac, and Jaacob and their Wives. Lond. 1611.
Qveen Elizabeths Looking-glaſſ of Grace and Glory. ibid.
Chriſtian Almanack. Lond. 1612. ibid.
Lif and Death of Prince Henry, with ſome other Poëms. Lond. 1612.

(2444)

(2044) *Certaine Articles or forcible reaſons, diſcovering the palpable abſurdities and Errors of Proteſtants religion.* h. e. *Articuli quidam, vel argumenta valida, quæ produnt manifeſtas abſurditates atque Errores Religionis* PROTESTANTIUM. Antvv. 1600. *Hydeo* taciti Catal. Bibl Bodlej. tum P. I. p. 46. a. tum P. II. pag. 261 a. at *Thomæ* WRIGTHO tribuuntur à *Bulkelejo* Apolog. dedic. pag. 3. 4. & in Tractatu pag. 12. 25. 58. ubi H. T. indicat ſub his literis editione poſteriori delituiſſe autorem antea anonymum.

(2044. α.) MEDITATIONES IN PSALMUM LI. *Anglicas* Londini 1625. in 8vo editas ſolis litteris H. B. præfixis *Henrici* BURTONI eſſe docetur ab *Hyde*, Biblioth. Oxonienſ. pagina 56. a.

(2044. β.) INTER M. SMITHÆUM ſeu *Noritium*, ET M. WALKERUM *privati* COLLOQUII *habiti* 1624. *veram* NARRATIONEM 8. ſine ullo indicio ſui nominis ut Anglice anonymus ſcripſerit *Sylveſter* NORITIUS, Jeſuita Somerſetenſis Anglus, docet *Sotvellus* pag. 471. a.

(2044. γ) PSEUDOSCRIPTURISTA v. 2052. β.

(2045.) PUGNA SPIRITUALIS memorata *ſupra* in latinis & in Germanicis num 856. α. Ejus translatio eſt, quam ex Italico infra cap. XIV. num. 2627. β etiam memorando tacito ſuo nomine Londini, Rothomagi anno 1613. Duaci, & alibi editam tranſtuliſſe ſcribitur *Johannes* GERHARDI, alias TOMSONUS, Jeſuita Darbienſis Anglus; a *Sotvello* pag. 453. b.

(2046) *A Chriſtian letter unto Mr.* Hocker. h. e. *Epiſtola Chriſtiana ad* Dn. HOOKER de REFORMATIONE *puriore* 1599. in 4to *Anglice* ſcripta ab *Andrea* WILLETTO, ſociisque, teſtante *Parkeſio* adv. Limbomaſtigem. p. 49.

(2046. α CCCXCVIII.) *Regulas bonæ vitæ cum Epiſtola ad Patrem ſuum*, Audomari, Duaci ſæpius reculas *Roberti* SOUTHWELLI Jeſuitæ Angli anonymis ſcriptis accenſet *Alegambe* p. 416. & *Sotvell.* 728.

(2046. β) RELIGIO MEDICI, quis liber ſit, & quomodo primo Anglice prodierit, auctoremque habeat Thomam Brovvne vid. ſupra c. 2. n. 102.

(2047) *A Treatiſe of the Grounds of the Old and neu Religion* h. e. *Fundamenta* RELIGIONIS *veteris & novæ*, by GRETSER und POSSEVIN, quomodo allegat *Hyde* Biblioth. Bodlej. P. II. pag. 100. a. h. e. *ex mente* Gretſeri & Poſſevini. 1608. in 4. Autor *Hydeo* tacitus habetur, ab aliis quidam MAJ vir in Anglia Sacerdotalis, teſte Thoma *Beard*, Retractive from the Romiſch Religion. h. e. Retractiva a Romana Religione Londin. 1616. in 4to. Cum autem plures ſint ejusdem cognominis vid. Hyd. P. I. pag. 443. Diſtinctio male hic neglecta.

(2048) De RATIONALITATE, ſeu ductu rationis hominum RELIGIONEM HABENTIUM: ſive A short Diſcourſe upon the Reaſonableneſs of mens having a Religion: auctore D. de B. i. e. *Georgio Duce* BUCKINGHAMIÆ, conſcriptus, tertiumque Ao. 1685. editus liber contra religionis contemptores improbos una cum reſponſo ad aliquas in eadem propoſitas quæſtiones recenſetur in *Actis Erudit. Lipſienſibus* 1687. p. 112. & ſeqq.

(2049) *A Short diſcourſe of the truth and Reaſonableneſs of the Religion delivered by JeſusChriſt* 1662. h. e. *brevis diſſertatio de veritate & cum recta ratione conformitate* RELIGIONIS *a Jeſu Chriſto traditæ*. Autor ejus eſt *Henricus* GELVERTON *Baronettus*. teſte *Wood.* Hiſt. ex antiqq. Oxon. lib. II. pag. 328. a. At *D. Cave* pro *Henrico* male ſubſtituit *Chriſtophorum*.

(2050) Tractatus DE RELIGIONE & REGIMINE, magno volumine Gandavi 1670. in 4. anonymis *Petri* TALBOTTI, Jeſuitæ Hiberni, ſcriptis accenſetur apud *Sotvell.* pagina 702. b.

(2050. α.) ARTICULI *certi aut* RATIONES DECLARANTES ABSURDITATEM RELIGIONIS PROTESTANTIUM. i. e. *Certaine Articles or forcible reaſons, diſcovering the palpables abſurdities, and errors of the Proteſtants Religion,* Antvv. 1600. *Thomæ* WRIGHTI: V. *Bulkeley.* Apolog. Relig. Dedic. 3. 4. Tr. 12. 25. 58. ubi H. T. opinor, indicat ſub iis litteris editione poſteriori delituiſſe auctorem, antea ἀνώνυμον. *Symbola eſt Normanniana.* v. n. 2044.

(2051) ROMANÆ ECCLESIÆ DOCTRINÆ ET PRAXES: ſive *The doctrines and Practices of the Church of Rome, truly repreſented* London. 1685. 4to libellus à D. TILLOTSON repoſitus celebri illi ſuperius memorato *Papiſtæ male repræſentato* docetur a Benthem im Engliſchen Schul- und Kirchen-Staat p. 715. 716.

(2051. α) *A Briefe Anſwer to a late Treatiſe of the Sabbath day Dialogue-wiſe between two Divines* A. and. B. h. e. *Reſponſio brevis ad nuperum Tractatum de* SABBATHO *in forma Dialogi inter Theologos duos* A. & B. 1637. Allegat hunc de Sabbatho Tractatum adverſus Sabbatharianorum novitates *Hydeus*, ſub nomine *Franciſci* WHITE, Catal. Biblioth. Bodlej. P. II. pag. 253. b. Quamvis autem inter alia *Henrici Burtoni* nomine expreſſo edita ac memorata ap. Hydeum l. c. P. I. pag. 118. a. reſponſi hujus nulla ſit facta mentio, tamen autorem ipſum hunc *Henricum* BURTONUM non obſcure docet, quem huic Reſponſo oppoſuit Franciſcus White, libellus itidem Anglicus, titulo: *Anſwer to a Pamphlet called: a Brief Anſwer to a late Treatiſe of the Sabbath-day.* h. e. *Reſponſio ad libellum qui dicitur: Brevis* Reſponſio *ad nuperum Tractatum de* Sabbatho p. 25. 63. 86. 105. 106. 110. 117. 120.

120.141.153.&c. vide Reſponſum hoc adverſus reſponſum inter ſcripta Franciſci *Withe* ap. Hydeum l. all. P. II. p. 253. b.

(2052) De SCEPTICISMO ECCLESIÆ ROMANÆ *incurabili*: ſive *of the incurable Scepticiſm of the Church of Rome.* A Londres 1688 in 8. pagg. 159. quid libri & quod M. de la PLACETTE debeatur, indicat *Bibliotheca univerſalis Gallica* Tom. IX. pag 105. cujus huc pertinentia verba (a) exhibemus.

(a) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l'Année 1688. Tom. IX. pag. 105. *On avoit parlé dans le Volume précedent, p. 161. d' un Livre Anglois intitulé :* ſix conferences concernant l'Euchariſtie, *ſans ſavoir de qui il ètoit. L' extrait que l' on a donné ètoit deja imprimè, lors que l' aiant envoiè, avec le livre dont on vient de lire le titre, en Angleterre a M.* Allix, *ce dernier les avoit montrez à M.* Teniſon, *Docteur en Theologie, qui avoit eu ſoin de les faire traduire en Anglois. Les Conferences ètoient en Francois, & l' ouvrage, dont on va dire un mot, en Latin. Comme on a cru qu' il ſeroit plus utile de le publier en Anglois: on a cru auſſi qu' il ètoit neceſſaire de l'abreger, de peur qu'un trop gros livre de Controverſes n'èpouvantât les Lecteurs.*

(2052. α.) SCRIPTURÆ QUÆSITIO: ſive *Scripture enquiry, or Helps for Memory in the duties of Piety.* Lond. 1641. 8. litteris T.B. ſolis editus liber detegitur *Thomæ* BELKE eſſe, *Hyde* Bibl Bodl. p. 75. a. & b.

(2052. β) *Contra* SECTARIOS ſub S. N. litteris præfixis & alia Anglica, quæ ſcripſerit ἀνωνύμως *Sylveſter* NORITIUS, Sommerſetenſis Anglus, docet *Sotvellus* p. 741. a. ſic enumerans

1. *Antidotum Controverſiarum contra Sectarios, Opus perutile & eruditum. Audomari 1618. & 1621.*
2. *Appendicem dicti Antidoti de Succeſſione in Eccleſia Catholica, Londini 1621. in 4.*
3. *Ducem fidei contra Sectarios. Londini. 1621. in 4.*
4. *Pſeudo-Scripturiſtam, Partibus II. 1623. in 4.*
5. *Veram narrationem privati colloquii, habiti inter M.* Smithæum *ſeu* Noritium, *& M. V.* Valkerum *1624. in 4. ſine ullo indicio ſui nominis.*

(2053) OBSERVATIONES *generales* in LIBRUM *Doctoris* STILLINGFLEETI, *cum* VINDICATIONE S. IGNATII & *Sociorum ejus a fœdis maculis, quibus eos ille aſpergit.* Londini 1672. in 4. Anglicis libris *Richardi* ASHBÆI alias THIMBELBÆI, Lincolnienſis Angli Jeſuitæ, adſcribitur *Sotvell* p. 718. ac poſtmodum 833. in anonymorum indicem refertur.

(2053. α. CCCXCVI.) *SOLATIUM CATHOLICORUM IN VINCULIS pro Chriſti fide exiſtentium.* Londini, Audomari & alibi libris anonymis *Roberti* SOUTWELLI, Jeſuitæ Angli ſupra memorati, annumeratur *Alegambes* p. 416. & *Sotvell.* pag. 728.

(2053. β CCCXC.) MANIFESTATIONEM *diverſorum* SPIRITUUM ſcriptis anonymis anglicis *Roberti* PERSONII Jeſuitæ accenſent paginis præcedentibus *Alegambe*, 415. *Sotvel.* 727.

(2053. γ CCCXCVII.) SUPPLICATIONEM AD ELISABETHAM *Reginam, pro Catholicis*, Londini 1593. pag. ſeqq. iterum modo dicto *Roberto* SOUTHWELLO adſcribunt iisdem.

(2053. δ) NOVI TESTAMENTI VERSIO ANGLICA Remenſis 1592. potiſſimum *Guilielmi* RAYNOLDI Apoſtatæ Pontificii docetur à *Withacker*, in Anſvver to Raynold refutat. pag. 365. indicio *Symbolæ Normannianæ.*

(2053. ε.) Anonymi Angli DOCTRINÆ DE TRINITATE REFUTATIO ſcriptus liber 1693. quem novellæ dicunt impreſſiſſe quendam COLLENS. Auctor proditus eſt M. — — FRECK, delatus ad Magiſtratum, qui Anno 1694. m. Januario publice exuſtus eſt. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(2054) RESPONSUM AD REPLICAM *Franciſci* VITI, miniſtri Calviniani circa 9. articulos a Jacobo Rege propoſitos, Noſtro Joanni Percæo. Audomari 1625. Anglicis ſcriptis *Johannis* FLOYDI, Jeſuitæ Cantabrigienſis Angli, annumerat Sotvel. p. 449. b. & anonymis poſtea indicis p. 834.

(2055) UNUS DEUS, UNA FIDES: præfixis literis W. B. 1625. in 8. *Laurentii* ANDERTONI, Jeſuitæ Lancaſtrenſis Angli, libris Anglicis anonymis inſeritur à *Sotvello* pagina 538. a.

(2055. α.)

Joh. TOLANDUS, *Anglus.*

Auctor libri *Chriſtianiſmi, nihil Myſterii habentis*, qui primo ſine nomine comparuit. In ſecunda editione nomen hoc additum eſt. In eum ſcripſit Anglice *Johann. Norris an account of reaſon & Faith.* ſeu: *rationis & fidei, prout ad Myſteria Chriſtianæ religionis referuntur Conſideratio*, Londini 1697. in 8. apud St. Manſchip. Compendium dederunt acta *Lipſienſia* Menſe Octob. 1697. pag. 442. *Symbola Maſtrichtiana ſera.*

(2056) DE TRANSSUBSTANTIATIONE Anglicus anonymus libellus prodiit 1686. de quo ita ſcribit auctor anonymus: Noverit Reſponſ. Litteraria Anglice proditurum:

Diſcours contre la Tranſſubſtantiation compoſé en Anglois. Cet Ouvrage eſt digne „ de l' habilité & du zéle de M' le *Docteur* TILLOTSON Doyen de Cantorberi, auquel la „ voix

voix publique l' attribue, v. *Nouvell. des lett.*,, *1686*; pag. *680*.

(2057) De DOCTRINA CATHOLICA CIRCA TRANSSUBSTANTIATIONEM in 8. cui non adſcribitur nec locus nec annus impreſſionis, edidit librum *contra Coſenum* Hæreticum Anglice *Guilielmus* CAMPIANUS, Jeſuita Herefordienſis Anglus, docente *Sotvell.* p. 14.3

(2058) TRIUMPHUM VERITATIS, *Conſilia præſertim Evangelica propugnantem*, *cum appendice* DE SUA *ad Catholicam* fidem CONVERSIONE. Duaci 1609. in 8. ſcripſit Anglice, priusquam ad Societatem veniret, *Humfredus* LECIUS, Salopienſis Anglus Jeſuita, ex hæretico, ut ſcribit *Sotvell.* p. 354. a. Eundem inter anonymos refert. 835. a.

(2059) APERTA VERITAS, quæ *fraudes, & impoſturas detegit*, Jeremiæ *Tayler* Pſeudo-epiſcopi Dunenſis in Hibernia. Londini 1665. in 4. tacito ſuo & Typographi nomine, inſcriptus liber contra hæreticos hujus temporis, editusque Anglico idiomate ab *Eduardo* WORSLÆO, Lancaſtrenſe Anglo Jeſuita, recenſetur à *Sotvell.* pag. 186. b. inſeritur autem anonymis pag. 829. col. 1.

(2060) *Examination of D. Whitgiffts Cenſure.* h. e. *Examen cenſuræ Dr.* WHITGIFTII 1575. in 8. de quo *Jameſ.* Catal. Biblioth. Bodlej. in ordine materiarum pag. 58. Alphab. 528. *Thomæ* CARTWRIGHTI eſſe non è vano conjicitur, quod is tunc temporis acerrime in Whitgifftium invehi ſolitus fuerit, quod teſtantur Scripta hujus autoris adverſus Whitgifftium recenſita in Catalogo *Hydeano* P. I. pag. 143. b. Hæc ope Symbolæ Normannianæ hucusque ſic dantur. Quoniam vero ſub hoc titulo: *Cenſura*-nihil de Whitgifftio ſub ejus nomine reperitur in Catalogo *Hydeano* P. II. p. 253. quæritur, num Cenſura hæc eadem fortaſſis ſit cum reſponſo ad admonitionem, non immerito ambigam, cum Dno M. a *Petkum*, cui & hunc numerum elaboratum acceptum fero.

Sectio II. JURIDICI.

(2061) *The red Book*, h. e. CODEX *Juridicus*, Anglice compoſitus tempore Henrici III. & quidem ab *Alexandro* SALOPESBURIENSI, ut videtur *Seldeno*, Ind. Autorum. Tit. Alexander. *Symbola* eſt *Normannia.*

(2062) *Doctor and Student.* h. e. DOCTOR & *Studioſus* (*ſ. Præceptor & Diſcipulus*) *Dialogi Theologico-Juridici* Nobili cuidam SANCTO GERMANO tribuuntur a *Cowello* Lexic. Legg. Angl. Londin. 1637. 4. Qui tamen procul dubio alius eſt a S. Germano Patriarcha ſ. Archi-Epiſcopo Conſtantinopolitano cujus Scripta vide ap. Hyd. Cat. Bibl. Bodlej. P. I. p. 287. *Symbola* iterum eſt *Normanniana.*

(2063) REFORMATIO LEGUM ECCLESIASTICARUM, *ſub Henr. VIII.* ejusque auctoritate primum inchoata; ſub Eduardo VI. perfecta, demum A. 1571. Londini edita. Materiam iis ſuppeditavit *Thomas* CRAMERUS, Sermonis ornatum & elegantiam addidit *Gualterus* HADDONUS, qui poſtea Reginæ Eliſabethæa Supplicum libellis erat. Hæc edoctus à Dn. *Cave* in literis de A. 1676. 12. Kal. Jun. Thomas iſte Cranmerus patria fuit Notinghamienſis, Epiſcopus Cantuarienſis: *Hyde*, *König* pag. 219. neuter tamen ſcripti hujus meminit. Quod etiam non fecerunt in recenſione Gualtheri Haddoni. Lipenius itidem utrosque omiſit. Imo nec *Pitſeus* vel alteriutrius ſaltim eorum verbulo meminit.

(2064) De JURE MARITIMO & NAVALI: Anglicus liber eſt editione priori anonymus, poſteriori vero auctior per Carolum MOLLAY prodiit. Utriusque editionis titulos ſubjectos damus, qualiter ab amica Symbola ſcriptis mihi communicatis obtigit.

1. De jure maritimo & navali: *Or. a treatiſe of affaires maritime and of commerce. In three Books: The ſecond Edition. London. Printed for John Bellinger in Clifford's Inne Lane, againſt the Weſt Door of H. Dunſtan's Church; George Dawes in Chancery Lane, againſt Lincolns-inne Gate; and Robert Boulter at the Turk's head in Cornhill. 1677. Paginas habet hæc Editio 452. in 8.*

2. De jure maritimo & navali: *Or: a treatiſe of Affaire maritime: and of commerce. In three Books. The third Edition enlarged. By* Charles Mollay. *London. Printed for John Bellinger in Cliffords-Jnn-Lane, againſt the Weſt Door of St. Dunſtans Church; and George Dawer in Chancery Lane, againſt Lincolns-Jnn Gate 1682. Paginas habet 432. 8.*

(2064. α) LEX magna NATURÆ DE PRÆSERVATIONE SUI: CONTRA HOBBESIUM: ſive The Great Lavv of Nature, or ſellf-Preſervation, Examined, Aſſerted, and Vindicated from Mr. Hoobes his Abuſes. In a ſmall,, Diſcourſe; Part *Moral*, part *Political*, and part,, *Religious.* London: Printed for the Autor, and,, are to be ſold by Will. Crook at the Green-Dragon vvithout Temple-Bar 1673. 12. paginis 89. cum annexo Catalogo editorum ab eodem librario Croock ſolidam Hobbeſii Philoſophiam practicam ſemi doctis in hoc ſtudio & male moratis maxime approbatam ſolide confutans libellus quod debeatur J. SCHAFFO, docetur in auctario Vitæ Hobbeſianæ, de qua ſupra cap. V. numer. 1241.

(2065) BONUM NUNCIUM IN ECCLESIAM ANGLICANAM: de abroganda POENALI SANCTIONE quæ TESTE ipſis audit: ſive Good advice to the Church of England, Roman Catholyck and Proteſtant diſſenter, in vvhich it is endeavoured to be made appear that it is their duty, principles and intereſt to abolish

 the

the Penal Lavvs and Teſts. London, printed by Andrevv Sovvle 1687. in 4. recenſet & Enthuſiaſtæ notiſſimi Mr. PENN eſſe detegit Tom. I. *Hiſtoriæ operum Eruditorum Gallicæ* 1687. m. Septembr. pag. 100. & ſeqq. cujus verba (a) exhibemus, additis aliis (b) ex *Actis Eruditor. Lipſ.* 1693. pag. 156. 157. aliud hujus argumenti anonymum ſcriptum duplex ſemidetegentibus. Unde curioſis circa hoc argumentum tantopere nobilitatum eventu totius Europæ imo mundi ſtatum mutante ulterioris indaginis hic non exigua ſuppeditatur occaſio.

(a) Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, Septemb. 1687. p. 100.
Je ne ſçay pourquoy l' Auteur de cêt Avis a crû qu' il avoit beſoin de proteſter qu' il n' êtoit point Papiſte: mais enfin quelque ſoin qu' il ait pris de ſe déguiſer, l' on a reconnu Mr. Pen *dans ſon ſtile & dans ſes ſentimens. Mr. Pen eſt le chef principal des* Trembleurs d' Angleterre, & Souverain de Penſylvanie, *qui eſt une isle de l' Amerique, dont il a donnè une relation au public. On verra par cêt Ouvrage, qu' avec de l' eſprit & du bon ſens l' on peut bien être d' une ſecte qui paroiſt aſſez bizarre à bien des gens. Il eſt vray que dans ſa ſecte même il eſt fort ſoupçonnè de pancher du côte du Papiſme, & de ſe cacher ſous cette grande moderation qu' il fait paroiſtre. On trouvera peut-être dans la ſuite dequoy confirmer ces ſoupçons.*

(b) Acta Eruditorum L. menſis Apr. A. M DC XCIII. pag. 156. & 157. *In motibus autem nuperis quam ſollicite hæc obſervata ſint, quanta diſſentientibus ab Eccleſia Anglicana gratia in Aula conciliata, & præcipue Hierarchia ſcriptis atq; aliis moliminibus petita ſit, paſſim conſtat. Etſi vero hæc etiam irrita reddiderit ſubito mutata rerum facies, nondum tamen ceſſatum eſt a ſcriptis, quibus iſta, cum ſubrui non potuiſſet, ſaltem vellicaretur. In horum cenſum referre videtur Auctor tractatus præſentis litteras, quibus libellum hunc ſuum oppoſuit. De quibus ex Auctoris præfatione obſervamus, quod primum ſeorſim ſcriptæ poſtmodum junctim editæ fuerint ſub titulo:* The Nature of Church-Gouvernement freely diſcuſſed, *i. e.* Natura regiminis Eccleſiaſtici libere diſcuſſa. *Tribuit autem literas haſce Viro, qui tempore motuum conſiliis aulæ interfuerit, & eadem moderatus ſit, auctorq; itidem extiterit libelli, qui iſta tempeſtate prodiit inſcriptus:* Prudential-Reaſons for repealing the penal Lavvs againſt all recuſants &c. penn'd by a Proteſtant Perſon of Quality. *Etſi enim Auctore noſtro indigitante, Epiſtolæ iſtæ primum ipſi miſſæ fuerint a Non-conformiſta, qui & propria manu eas ſcripſerit, & ſubſcripto nomine ſuo eaſdem ſibi tribuerit: non diffiteri tamen hic, cum urgeretur, potuit, quod Auctorem non ſe, ſed Nobilem habeant, quem modo innuimus. Quemadmodum autem in hiſce literis Epiſcopalis Hierarchia maxime oppugnatur: ita ex adverſo Auctor noſter in præſenti tractatu in eadem defendenda ac vindicanda occupatur, omnes nervos intendens, ut perſuadeat, Epiſcopale regimen eſſe juris Divini.*

(2065. α) JUS POPULI, or *A Diſcourſe, wherein clear ſatisfaction is given, as wel concerning the Right of ſubjects, as the Right of Princes &c.* London 1644. 4. In titulo exemplaris, quo uſus ſum, adſcriptum erat: *Ant. Henry.* PARKER. Hæc habet *Margo Diemannianus.*

(2065. αα) De USURIS *pecuniariis an licitæ? Quæſtio Quodlibetica,* or *a diſcourſe whether its lawfull to take Uſe for money.* Lond. 1653. 8. S. *Robert* FILMER adſcribitur *Hyde* Biblioth. Bodlej. pag. 252. b. quo remiſerat p. 239. b. ſolis R. F. litteris præfixis librum editum indicans ejus auctoris: cui & alium tamen deinde imputat hoc titulo: *Obſervations conc. the original of Gouvernement, againſt* Hobbs, Milton, Grotius, and Hunton. Lond. 1652. 4. Qui an ſit etiam anonymus non dixerim; nec an ſit idem aliquatenus cum alio ejusdem argumenti, de USURIS Lond. 1622. 4. edito *Rogerii* FENTON ſub iisdem litteris ſolis ad p. 247. indicato.

Sectio III. MEDICI.

(2065. β.) CHIRURGICORUM LIII. INSTRUMENTORUM USUS & FIGURÆ: ſive The *Uſe and Figure of 53. Inſtruments of Chirurgery, out of* Ambr. *Pareus* Lond. 1634. 8. litteris H. C. ſolis inſcriptus liber Anglicus *Helkiæ* CROOCK detegitur *Hyd.* Bibl. Bodl. 121. b.

(2065. ββ) ARS DISTILLATORIA, ſive *The Art of Diſtillation.* Lond. 1651. 4. anonyma ſolis litteris J. F. edita *Joh.* FRENCH auctorem habere docetur *Hyde* Biblioth. Bodlej. p. 239. a. & 265. b. Ubi & novum lumen Chymicum *Sandivogii* ex Latino verſum (de quo ſupra in Anonymis cap. IV.) ejusdem memoratur. Addit *margo Maſtrichtianus* Iſacium *Roet* de peſte lib. 2. aphor. 33. p. 29. citatum cum laudatione auctoris.

Sectio IV. HISTORICI.

(2066) VITAM S. ADELGUNDÆ ſcriptam a noſtro *Stephano Binetto* Gallice. Pariſiis 1632. in 12. reddidit Anglice præſcriptis nominis ſui elementis H H. *Henricus* HAUKINS, Jeſuita Cantianus Anglus, docente Sotvell. p. 326.

(2067) VITA AGATHOCLIS, ſive *The Sicilian Tyrant, or the Life of Agathocles. h. e. Tyrannus Siciliæ ſ. Vita* AGATHOCLIS. Londin. 1662. Autore *Richardo* PERINCHIEF, S. Theol. Profeſſ. & Vice-Eleemoſynario Regio *Caveana* Symbola quod debeatur, nos edocet.

(2068) EPITOMEN HISTORIÆ *gentis* ANGLORUM venerabilis *Bedæ.* Londini 1658. ediſiſſe Anglice *Henricus* HARCOTTUS, Anglus Leceſtrienſis, equeſtri familia natus, deinde Jeſuita factus, docetur à *Sotvello* p. 326. a. accenſeturque liber ille indici dein anonymorum pag. 831. b.

(2068. α) IN BAKERS CHRONICA ANIMADVERSIONES: ſive *Animadverſions upon Sr.* Rich. Bakers *Chronicle and its continuation.* Oxon.

Oxon. 1672. 8vo. ſub T. B. litteris ſolis publicatæ quod ſint *Thomæ* BLOUNT indicat *Hyde* Bibl. Oxonienſis p. 57. a.

(2068. β) CATALOGUS DUCUM, MARCHIONUM, & COMITUM: ſive *Catalogue of Dukes, Marqueſſes, Earles, &c. of England, Scotland, and Ireland.* London 1658. 8vo. *Thomæ* WALKELY anonymum ſcriptum docetur ab *Hyde* Catalog. Bibl. p. 245. a. 247. a.

(2069) VITA *Wilhel.* BEDELLI Th. D. & Epiſcopi Kilmoriæ in Hibernia. Londini, apud Joh. Soutby, 1685. in 8. ſive *the Life of William Bedell, D.D. Biſhop of Kilmore in Ireland, in Actis Eruditorum Lipſienſibus* ao. 1686. pag. 239. & *ſeqq.* recenſita ſine auctoris nominatione, poſtea comperto eodem celebri *Gilberto* BURNETO, quod prodierit, indicatur in decennii primi Catalogo auctorum.

(2069. α) *A Catalogue of the Engliſch Writers in the Old & New Teſtament.* Lond. 1668. CATALOGUS SCRIPTORUM ANGLICORUM, QUI ALIQUID IN VETUS VEL NOVUM TESTAMENTUM COMMENTATI SUNT. Collectus eſt à *Guilielmo* CROWÆO, Ludimagiſtro Crogdonienſi, qui *poſt aliquot annos* (ſed *appoſito nomine*) Elenchum Scriptorum in Sacram Scripturam tam Græcorum, quam Latinorum &c. edidit. *Symbola eſt Caveana.*

(2070) *Remains of the greater Book concerning Brittain.* h. e. *Paralipomena ſ. reliquiæ operis Majoris de* BRITANNIA: Londin. 1603. & 1604. in 4to Auctiores prodiêre. 1614. & 1623. vid. *Jameſ.* Biblioth. Bodlej. in Catalogo materiarum. pag. 626. Alphab. pag. 419. Autor latens ſub poſtrema nominis & cognominis litera. M. N. eſt *William Camden. ſ. Guilielmus* CAMDENUS, teſtibus *Wood.* Hiſt. & Antiqq. Oxonienſ. L. 2. pag. 269. b. & 270. a. b. ubi & plura videas de autore, it. *Hydeo* Catal. Biblioth. Bodlej. P. II. pag. 1. a. cui etiam tribuit *Nota Raviana* ad Geſnerum, & cum Catalogo *Clavelli* pag. 36. b. †. *Opinio Communis* apud Mericum *Caſaubonum* de lingua Anglo-Saxonica. p. 233.

† Ubi titulus argumentum libri aliquantum explicatius proponit. h. m. *Cambdens Remains concerning Brittains their languages, Names, ſurnames, Alluſion, Anagrams, Monies, Impreſſes, Apparel, Artilleries, Wiſe Speeches, Proverbs, Poëſies, Epitaphies.* h. e. *Camdeni Reliquiæ quoad Brittanorum linguas, Nomina, Cognomina, Allegorias, Anagrammata, Monetas, Auctoramenta, Veſtitus, Machinas bellicas, Sapientum dicta, Proverbia, Poëmata, Epitaphia.*

(2071) COMMENTARII DE his, *quæ acta ſunt* in REPUBLICA CHRISTIANA, *poſt ortum bellum* a. 1672. *usque ad pacem ſancitam* a. 1679. ſive: *Memoirs of what paſt in Chriſtendom, from the war begun* 1672. *to the Peace concluded* 1679. The ſecond edition. London. Printed for Nic. Chiswell. 1692 in 12. Alphab. 1. in *Actis Erud. Lipſienſibus* 1693. pag. 32. memoratur & recenſetur in ſequentibus mox hoc initio facto, quo auctor detegitur Mr. —— --- TEMPLE.

(a) Acta Eruditorum *L. menſis Januarii Ao.* M,DC. XCIII. *pag.* 32. *&* 33. *Duplici habitu prodiit eodem fere tempore ſcriptum, quod ab illuſtri Auctore ſplendorem inſignem conſecutum eſt, & ipſi viciſſim impertivit. Etiamſi enim prorſus diſſimularit nomen ſuum, non ſolum iſtud editionibus, quæ in Anglia prodierunt, non præfigens; verum etiam, cum duplici vice in ipſo libello mentio ſui injicienda eſſet, de ſe tanquam alieno loquens; diſſimulare tamen munus haud potuit quo in negotio quod deſcribit, functus eſt. In quo cum prudentiam ſuam & in rebus agendis dexteritatem adeo omnibus probarit, ut vix aula aut politicus eſſet, qui ipſum Auctoris nomen non magni faceret, fieri vix potuit, quin ſtatim lectores cognoſcerent ex Scripto auctorem. Atque hoc forte interpretem Gallum etiam movit, ut Auctoris nomen ſuæ verſioni præfixerit, &c.*

(2071. α) CONFESSORUM XVII. VITAS ſcriptas à Noſtro *Johanne Petro* MAFFEIO, Pariſiis 1636. in 4. reddidit ex Italico Anglice, præſcriptis nominis ſui elementis, H. H. *Henricus* HAUKINS, Jeſuita Cantianus Anglus, docente Sotvello pag. 326.

(2072) STATUS PRÆSENS GENEVÆ. ſive *the preſent* STATE *of Geneve*; With a Brief deſcription of that City and ſeveral changes, and alterations it hath been ſubject to from the firſt foundation thereof untill this preſent year 1681 London, Printed for William Cademan in the Nevv-Exchange 1681. quomodo *Gregorio* LETI, celeberrimo illi Hiſtorico debeatur, fuſe nobis exponunt *Novellæ Reip. litterariæ Gallicæ* 1686. Martii pag. 329. Italicam illius hiſtoriæ auctiorem ejusdem auctoris editionem recenſentes inde à pag 327. usque ad 341. Unde huc pertinentia pauca verba (a) exhibemus.

(a) Nouvelles de la Republique *des Lettres. Mars 1686. pag 329. Il avoit recüeilli tous les Memoires qu'il avoit pû déterrer, & l'Ouvrage étoit déja bien avancé lors qu'il arriva en Angleterre. On le pria de conſentir qu'il fut imprimé en Anglois, mais il n'y conſentit qu' à l' égard d' une partie qui concernoit le Gouvernement Eccleſiaſtique & Politique de Geneve. Cela fut intitulé :* The preſent ſtate of Geneve vvith a Brief deſcription of that City and ſeveral changes, and alteration it hath been ſubject to from the firſt foundation thereof untill this preſent year 1681. London. Printed for William Cademan in the Nevv-Exchange 1681. *La 1. édition s' etant debitée dans 6. mois, on en fit une 2. & on preſſa de nouveau l' Auteur avec des Offres avantageuſes de laiſſer traduire & imprimer toute l' Hiſtoire, dequoi il eut de bonnes raiſons de ſe défendre.*

(2073) *Admonition ſ. Admonitio adverſus Reginam* ELISABETHAM *ejusque regnum, omnes Chriſtiani Orbis Principes & populos ad illud invadendum excitans* 1588. Quem librum ſicuti propoſitum habet ſternere viam famoſæ claſſi Hiſpanicæ Angliæ impendenti; Ita ejusdem autoris eſſe exiſti-

 mo,

mo, cujus eſt *Pampbletus*, *ſ. libellus refutatus a* G. D. ſub titulo: D. Allens *ſeditious Plots concerning the delivering up of Deventer to the King of Spain, contained in a Pamphlet, put to the preſſ by Sir William* Stanley, ſ. D. Alani *Seditioſæ conjurationes circa deditionem Daventriæ in poteſtatem Regis Hiſpaniæ, contentæ in libello quem imprimi curavit Williamus* Stanlejus, de quo libro vid. *Hyd.* Catal. Bibl. Bodlej. V. Guilielmus Alanus Cardinalis. Huic enim Dr. ALANO, *Cardinali* & argumentum hujus ſic dictæ Admonitionis convenit, & tribuitur communiter. Quamvis alii PARSONIO Jeſuitæ adſcribant, quod poſt infauſtum illud navale prælium exemplaria omnia igni tradenda curaverit, & pleraque illius Scripta ſuppreſſo nomine publicata ſint, memorante *Wood* Hiſt. & Antiqq. Oxon. L. 2. pag. 78. b. Alii ab utroque compoſitum eſſe contendunt, de quo tamen tum ap. *Hydeum*, tum apud *Woodium* ll. allegg. altum eſt ſilentium, nulla enim utrobique hujus libri facta fuit mentio. Interim *Caveanæ Symbolæ* de *Alano* memorata debentur: ut & quæ num. 2097. ſequuntur de alio libro, cui titulus: *Epiſtola* &c.

(2074) HISTORIAM de S. ELISABETHA, *filia Regis Hungariæ*, *e variis Auctoribus collectam* per N. A. anno 1632. in 8. Anglice ſcriptam anonymis *Henrici* HAUKINS, Jeſuitæ Cantiani Angli, annumerat *Sotvell.* p. 326.

(2075) *Hiſtorical Applications*, and *Occaſional Meditations upon ſeveral ſubjects.* Londin. 1670. h. e. HISTORICÆ *Applicationes*, & *Meditationes Occaſionales circa diverſas res*, Autorem habent Virum notiſſimum, nec minus generis claritudine quam virtutibus illuſtrem Dn. *Georgium Baronem de* BERKLEY, Movvbrey &c. docente Symbola *Caveana.*

(2076) *The Court and Character of King James.* hoc eſt: *Aula & Imago* JACOBI *Regis* Londin. 1650. Liber infamis & Satyricus potius quam Hiſtoricus, Autore quodam *Arthuro* WILSON. *Caveana* iterum *Symbola* docente prodiit anonymus. Ant. Wood. Antiqq Oxon. L. II. pag. 297. b. ſub nomine hujus Arthuri *Wilſoni* allegat *Hiſtoriam Magnæ Brittanniæ*, ſeu de *vita & regno Jacobi Regis* editionem in fol. Londin. 1653. An liber is idem ſit cum hocce vix ulterius quidem dubitandum ſi legas Thomæ *Hyde* Catal Biblioth. Bodlej. pag. 245. a. ubi in lit. W. legas A. W. i. e. Ant. WELDON V. *Aulicus* & pag. 53. a. in A. *Aulicus coquinariæ in Anſwer to a Pamphlet of* S. A Weldon *called the court and Character of King.* James London 1650 in 8. licet nomina diſcrepent.

(2077) HISTORIA ICONOCLASTARUM. Pariſiis 1674. in 8. anonymis ſcriptis Petri TALBOTTI, Jeſuitæ Hiberni, accenſetur *Sotvell.* pag. 702. b.

(2078). VITAM S. IGNATII DE LOYOLA, *fundatoris Societatis Jeſu*, Audomari 1617. 1620. 1623. in 12. ex Hiſpanico tacito nomine tranſtulit *Michaël* WALPOLUS, Norfolcienſis Anglus Jeſuita, docente *Sotvello* pagina 618.

(2079) *Hiſtoria* de TRIBUS *hujus ſeculi famoſis* IMPOSTORIBUS *Patre Ottomanno*, *Mahomed Bei* ſive *Johanne Michaële Cigala*, & *Sabbatai Sevi*; autore I. E. qualis ſit, & quod *Joanni* EVELYN debeatur, unique illorum Impoſtorum ipſi coram oblata fuerit Lipſiæ: verbis (a) *Actorum Eruditorum Lipſienſium* 1690. p. 605. excerptis juvat edoceri.

(a) Act. Erud. *Lipſ. Ao. 1690. Decemb. p. 605. Antequam pergamus, obiter paucis monemus, ante vicennium prodiiſſe* Anglico idiomate Hiſtoriam de tribus hujus ſeculi famoſis impoſtoribus, Patre Ottomanno, Mahomed Bei ſive Johanne Michaële Cigala, & Sabbatai Sevi; *autore I. E. quod eſt*, Joanne Evelyn, *equite ac Regiæ Societatis Anglicanæ collega. Hæc anno 1669. Germanice in 4. hac noſtra urbe recuſa & ipſi Cigalæ, tunc apud nos in diverſorio publico degenti ſed ad talia objecta non erubeſcenti, a ſtudioſis quibusdam oblata, etiamnum nulli non nota eſt.*

(2080) *A new Voyage into Northen.* h. e. ITER *novum in* Septentrionem, *continens deſcriptionem, rerum* ISLANDIÆ, *Lappiæ*, *Novæ Zemblæ* in 12. Memoratur ſine auctoris nomine in Catalogo librorum Anglicorum Rob. *Clavelli* pag. 41. a. ſub titulo. *A new Voyage into the Northen Countries: being a deſcription of the Manners, Cuſtoms, ſuperſtitious Buildings, and Habit of the Norwegians, Lapponians, Kilops, Borandians, Siberians, Samolledes, Zemblans and Jslanders; with reflections upon an Error in Our Geographes about the Scituation and Extent of Greenland and Nova Zembla:* h. e. *Iter novum in ſeptentrionales regiones, quod eſt Deſcriptio Morum, conſuetudinum, ſuperſtitionum, Ædificiorum, & habitus, Norvegiorum, Lapponum, Kiloporum, Borandorum, Siberianorum, Samolledum, Zemblanorum, & Jslandorum; cum cenſura Erroris cujusdam ap. Geographos noſtrates quoad ſitum ac latitudinem Grönlandiæ & Novæ Zembla.* Sed quoniam idem videtur eſſe cum MARTINIERII Itinerario per Septentrionem, dubium non eſt, quin hoc nomine hic ipſe liber citatus fuerit *Rudbeckio.* Atlant. Cap. VIII. pagina 320.

(2080. *a*) LAURETANAM HISTORIAM *Horatii* TURSELINI ex Latino *Anglicanam* ſolis litteris T. P. dedicatoriæ ſubſcriptis tranſtulit *Thomas* PRICIUS, Cambro Britannus Anglus Jeſuita, editam Audomari 1608. in 8. docente *Sotvello* pag. 764. b.

(2081) HISTORIAM MANICHÆISMI ET PELAGIANISMI, in *qua oſtenditur* ſupra memoratum *Albium ſeu Blacloum*, ejusque Aſſeclas, has hæreſes reſuſcitare. Pariſiis 1674. in 8vo libris anonymis Anglicis *Petri* TALBOTTI Jeſuitæ Hiberni, annumeratur Sotvello p. 702. Quod vero ſupra memoratus *Albius ille* vocatur, hoc pertinet ad num. 1977. præcedentem, quem videſis omnino.

(2081. α) MONUMENTA RERUM ANGLICARUM: ſive *hiſtorica relatio omnium, quæ ab initio Regni Caroli I. usque ad Reſtaurationem Caroli II. evenerunt.* Londini apud Nathan Ponder 1682. fol. i.e, *Memorials of the Engliſch affairs or, an hiſtorical account of what paſſed from the beginning of the reign of King Charles I. to King Charles II. his happy Reſtauration*, liber eſt recenſitus *in Actis Erudit. Lipſ.* 1684. Menſ. Decemb. pag. 555. & 556. ubi WHITLOCKIUS auctor docetur argumentis pluribus ſolidis quæ ibi proponuntur.

(2082) MEMORIÆ VIRORUM ILLUSTRIUM: ſive *A Remembrance of Excellent Men.* I. Dr. John *Reynolds.* II. Mr. Richard *Hooker.* III. Dr. William *Whitaker.* IV. Dr. Andrevv. *Willet.* V. Dr. Daniel *Featley.* VI. Walter *Norban.* Esqu. VII. Mr. John *Gregory.* VIII. Bishop *Bramhall.* X. Bishop. *Taylor*; in 8. London. 1670. paginis 164. dedicationi ſubditæ litteræ C.B. Quem index librorum mihi commodato benigniſſime oblatorum & partim quoq; præſtitorum Conſultiſſimi cujusdam civis & amici J.U.L. Clementem a BARKESDALE nominatim exprimebat, de quo vide in Teiſſerii Catalogo Auctorum pag. 59. quæ vereor ne huc perperam ſint tracta.

(2083) VITA *Thomæ* MORI, celeberrimi nobilitate ac eruditione ſcriptoris, & quod pluris erat quam hæc omnia, integritate morum Viri, at infeliciſſimi, Anglice a nepote ipſius Doctore Cognomine, proavo ſuo; ut & ab anonymo alio J. H. qui J. — HODESDONUS exponitur ab *Antonio Wood*, exarata, & Londini edita 1662. Anglice memoratur ejusdem Hiſtoriæ & Antiquitatum Oxonienſium lib. 2. pagina 359. b.

(2084) HISTORIA RELIGIONIS partium mundi OCCIDENTALIUM: Londini 1605. in 4to ſive *A Relation of Religion of the Weſter parts of the World.* Ao. 1627. denuo edita auctorem prodidit *Edwinum* SANDYS, *Edwini*, Archiepiſcopi Eboracenſis, filium, *Georgii* fratrem, teſte Ant. *Wood* Antiqq. Oxon. L. 2. pag. 239. a. (a) ſic ſcribente ut excerpſimus. De Gallica etiam verſione ignoti auctoris atteſtans *Colomeſius*, hoc confirmat: quod una excerptum damus ut ſub (b) legimus p. 148. & 149.

(a) Wood. Antiqq. Oxon. lib. 2. cap. 239. a. Europæ Speculum ſ. *Religionis in Occidentalioribus mundi partibus ſtatum. Angl. Pariſiis ab illo (autore* Edvvino Sandys) *compilatum 1599. Hujus libri Apographum cum forte in Angliam transmiſſum in Anonymi cujusdam manus deveniſſet, in publicum ſubrepſit erroribus plenum, invito & plane inſcio authore Anno 1605. quod tamen adeo mirifice placuit, ut eod. anno iterum editum etiam in Galliam dimanaverit, & in ejus ſermonem converſum ibi quoque vel ipſis Pariſiis ni fallor publicatum, & diligentia Typographi, qui ſuppreſſum id iri præſenſerat, in remotiſſimas ejus regni partes diſperſum. Tandem v. poſt autoris obitum, ex ipſo autographo impreſſum eſt Londini 1632.*

(b) Colomeſius Bibliotheque choiſie. pag. 148. 149.

Ce Livre, qui eſt fort curieux, a eſté ècrit en Anglois *par le* Chevalier Edvvin Sandys, *& imprimé a Londres l' an. 1605. Depuis, il fut traduit en* Italien, *& en ſuite en* Francois, *je ne ſai par qui. Dans ces deux Traductions, ſe voyent des Additions conſidèrables aux dix premiers chapitres, qui ſont du* Père Paul, *Religieux* Servite, *comme nous l' aprend* Mr. Spanheim *dans la troiſieſme partie de ſes* Doutes Evangeliquez, *pag. 309. Je ne ſai ſi ces Additions auront eſtè miſès dans les Ouvrages du Père Paul, imprimées à Genéve en 6. voll. in douze. J' ay ramaſſé plusieurs choſes touchant le Père Paul & ſes Ecrits dans mon* Italie Orientale, *qui n'eſt pas encore imprimèe.*

(2085) ATHENÆ OXONIENSES; ſive an exact hiſtory of all the Writers and Bishops &c. *Id eſt, Hiſtoria accurata Scriptorum atque Epiſcoporum, qui prodierunt ex antiquiſſima & famigeratiſſima Oxonienſi Academia, ab A. D. 1500. ad Anno. 1690. Accedunt Faſti Oxonienſes. Volumen I. pertingens ad A. D. 1640*; *Londini, impenſis Thomæ Bennet*, 1691. Plag. 217. memoratur & verbis ſequentibus initialibus recenſetur usque ad pag. 37. in Actis Erudit. Lipſ. Ao. 1692. Anonymus laborioſiſſimi „ operis Autor, ut jam anno ſuperiori p. 152. in „ Novis Literariis diximus, eſt *Antonius* WOOD, „ vir multæ variæque lectionis, ac ex Hiſtoria &, „ Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis, La- „ tino ſermone e theatro Sheldoniano Ao. 1674. „ editis, in republica literaria percelebris.

(2085. α) STATUS ET IMPERIA: *Eſtates and Empires, out of French by Edw. Grimſton* Lond. 1615. E. 1. 15. Art. Eſt furtiva editio, inſcio Autore P. d' AVITY, qui Opus ſuum auctius fecit: verba ſunt *Hydeana* pag. 233. (b) Bibliothecæ Bodlejanæ. Idem pag. 53. (a) hæc habet. *Pierre d' Avity.*

Deſcription generale des 4. parties du Monde, 4. vol. Par. 1637. T. 5. 6 7. 8. 9.

Nouveau Theatre du Monde, ou les Eſtats, Empires, &c. Par. 1557. BS. 71. Et Par. 1613. in 4. E. 5. Art. Seld. v. Eſtates. Lipenius Bibliothecæ Philoſophicæ, pag. 1064. (b) ſex tomos in folio memorat, titulo deſcriptionis orbis generalis. Meo tempore prodierat recentiſſimum ejus generis, & ut omnino credo, auctoris etiam, ab Anonymo interpolatum opus vaſtum, in folio majore hoc titulo, carptim & per ſaturam quia prolixus nimis eſt (a) exhibito.

(a) Nouveau theatre du Monde, *contenant les eſtats, empires, royaumes, & principautez repreſentez par l' Ordre & veritable deſcription des Pays, Mœurs des Peuples, Forces, Richeſſes, Gouvernemens, Religions, Princes, Magiſtrats & Souverains qui ont gouverné & gouvernent aujourd 'huy chaque Eſtat, ſelon que le tout ſubſiſte maintenant; & les changemens qui ſont*

ſont arriuez à l'occaſion des guerres dernieres. Par le Sieur D. T. V. T. Gentil-homme ordinaire de la Chambre du Roy. Avec un Nouveau ſupplement contenant en abbregé l'Eſtat preſent de la France & de ſes Officiers, a Paris. M.DC.LXI.

(2086. α) VITA & *mors Thomæ* VOLSÆI, *Cardinalis, Anglice* olim ſcripta & edita & ſæpius recuſa, autorem habuit CAVENDICIUM quendam ipſius Cardinalis quondam Anteambulonem. *Symbola eſt Caveana.*

(2086.) DE VITA & *Geſtis* S. THOMÆ de CANTILUPO, Epiſcopi Herefordienſis, & ſummi quondam Angliæ Cancellarii. Ex Actis Canonizationis, & Scriptoribus fide dignis. Gandavi typis Roberti Walkeri 1674. in 8. edidit Anglice eleganti ſtylo, ſuppreſſo ſuo nomine *Richardus* STRANGIUS, Jeſuita Northumbrienſis Anglus, docente *Sotvello* pag. 710. a.

(2087) MONUMENTA WESTMONASTERIENSIA quæ Londini A. 1682. Anglice prodiere ſub literis H.K. ſunt *Henrici* KECPE: ut eſt apud Cornelium *Beughem*, Apparatus ad Hiſt. litterariam neceſſarii 1689. editi. p. 215.

(b) Jac. Uſſerius de ſcripturis & ſacris Vernaculis, p. 156. n. 1358. Richardus Armachanus *Archi-Epiſcopus Novum Chriſti Teſtamentum in* Hybernico *Sermone* (*à ſe* fortaſſis *tranſlatum*) *anno uno aut altero ante ſuam mortem, in quodam Eccleſiæ ſuæ muro occultavit: in cujus fine, quaſi prophetizans hoc ſcripſit:* Cum hic liber inventus fuerit, veritas toti mundo manifeſtabitur, vel Chriſtus orbi mox apparebit. *Et repertus eſt iſte liber circa annum a nato Servatore 1530. in reparatione ejusdem Eccleſiæ.* (*Jo.* Balæus, *Oſſorienſis quondam in Hibernia Epiſcopus, in Scriptorum Britan. Centur. 14. p. 246.*) *Joannes etiam* Foxus Richardum noſtrum *cenſet autorem* Translationis Bibliorum in linguam Hibernicam; *quorum vetuſta exemplaria à ſe conſpecta eſſe, Angli quidam probatæ fidei homines eidem confirmarunt. Hujusmodi Bibliorum fragmenta in Hibernia paſſim extant. Sed nec illud omittendum eſt, quod* Armachanus *in* Defenſorio Curatorum *Fratribus objicit; tantum per eos librorum penuriam eſſe factam, ut cum ex Hibernia quatuor ex Presbyteris ſuis* Oxonium *ipſe miſiſſet; reſcripſerint ſe neque Biblia, neq; alium ullum Theologicum librum ſtudiis ſuis accommodum invenire potuiſſe. Quod etiam poſtea Galfridus* Chaucer *iis objecit, his verbis: Freer, what charitye is this, to gather up the books of holy write, and put them in treaſorye, and to empriſon them from Secular prieſts and Curates, and by this councell lett them to preach the Gospell freely to the people?* Quænam verò, Fratercule, Charitas iſta eſt, ſacræ Scripturæ libros undique colligere, eosque clanculum recondere, atque ita a Secularibus Sacerdotibus & Curatis incarceratos ſubtrahere, & ejusmodi artificio illos impedire, quo minus Evangelium populo liberè prædicent?

HISPANICE vel LUSITANICE.

(2730) C. R. BIBLIA HISPANICA Viccars præf. Decapl. 5. *Hotting.* easdem litteras ſingulares exponit Diſſ. Methurg. p. 244. *Caſſiodori* de REYNO *Boot* Ind. Auct. Hiſp. Indicante *Normanno.* Nic. *Antonius* tamen in Bibliotheca Hiſpanica de hoc nihil habet. *Hottingerus* verò Bibliothecæ Theologicæ lib. I. cap. 3. de variis Bibliorum Translationibus p. 144. ſequentia habet (a) Quibus adde *Maſtrichtiana* (b) adjacentia.

(a) Hottingerus lib. I. cap. 3. Bibliothecæ Theologicæ p. 144. Hiſpanica Biblia *vernacula dedit lingua* Caſſiodorus de Reyno *Ao. C. 1569. quæ poſtea* polyglottis *ſuis 1599. addidit Elias* Hutterus; *recognovit tandem* Cyprianus de Valera *1602. & Amſtelodami evulgavit.*

(b) *Symbola Maſtrichtiana.*

Biblia Hiſpanica. Index autorum Arnoldi Bootii. obſ. in V. T. præm. *Biblia in linguam* Hiſpanicam *primus è Chriſtianis convertit* Caſſiodoro de Reyno; *quum ſuam quoq; translationem habeant Hebræi, diu ante factam, ac Ferraræ impreſſam, ſed ſcabram admodum, ac inepte ſuperſtitioſam. Profitetur autem in præfatione Caſſiodorus, ſe paſſim ſequi translationem* Santis Pagnini, *ita tamen ut in locis difficilioribus proprio Judicio uſus ſit, ac præcipue adjutus ab altera illa Judæorum translatione. Fuiſſe autem ſe integros duodecim annos occupatum in editione iſta adornanda. Hujus editionis publicatæ anno 1569. cum exemplaria omnia divendita eſſent,* Cyprianus Valera *Amſtelodami denuo excudi curavit anno 1602. recognitam a ſe, cum hoc titulo,* la Biblia ſegunda edition. Reviſta y conferida con los textos hebreos y Griegos, y con diverſas translaciones, por Cypriano di Valera.

(2731. DXXXVII.) AMADISII *fabulæ*, quod Hiſpanum habeant Auctorem, & Hiſpanicè primo fuerint conſcriptæ notorium eſt, quis autem ille fuerit, omnes ſilent. Et vero nomen intercidiſſe puto. AULICUM HISPANUM SARACENUM & Magiæ peritum, quam etiam commendare ſcripto illo præcipue ſibi propoſitum habuerit, absque auctoris idonei teſtimonio refert *Laurembergius* Acerræ Philolog. Centur. 3. Hiſt. 87. quæ tamen omnia ſunt ex Diſc. 6. Domini *de la Noüe*, qui totus agit de pernicioſa lectione horum librorum. *Verſiones Gallicas* Variorum vide apud *Draudium* de Hiſtoricis Gallicis pag. 138. Inter illos *Jacobum Gorreum* Pariſinum, augmentis eum plurimis ditasſe teſtatur *Bodinus* Method. Hiſt. c. 4. adde Renatum *de Luſinge* Method. Hiſtor. pag. 13. *Lanſium* Or. contra Gall. *Zeiler* de Hiſtor. part. 2. p. 166. Indicem *Irenici* ſeu *Oldenburgeri* pag. 10. *Keckerm.* de nat. & propr. hiſt. part. 1. cap. 3. p. m. 1825.

Vide quæ *ſupra* dedimus *num.* 2479. cap. XIV. Ultimus ex adductis *Irenicus* meretur excerpi & ſub (a) nunc repræſentatur. Verum auctorem primus mihi dederat Normannus, ſed quem ex eodem auctore cive ſuo Luſitano, Antonio Auguſtino, Delle Medaglie Dialogo II. Sect. IX. pag. 21. *Deckherrus* etiam confirmavit, p. 238. de Adeſpotis *Vaſcum* LOBERUM Luſitanum. Ut erret adeo citatum ex *Friſiano* Supplemento ad Bibl. Geſneri p. 4. allegatum, quando *Acuerdum* OLIVAM fabuloſum hocce ſcriptum Amadiſii primum Belgica lingua conſcriptum, in Hiſpanicum convertiſſe ſic ait, ut innumera adjecerit non interpretis officio ſolo functus, quæ verſio poſtmodum etiam in Gallicanam linguam ſit translata. Quin falſum etiam, quod addit *eadem Symbola:* Le fameux *Nicolaus* de HERBERAY compoſa les premiers livres de l'Amadis: le Pays Oevr. part. II. pag. 184. v. acerbè invehentem *Raynaudum* de bonis & malis libris p. 69. 70. & *Dietherrum* ad Beſoldum p. 33. 34. Adde citatum ibi *Limnæum* J. Publ. l. 8. c. 6. num. 66. quibus adduntur mihi non viſæ niſi in fragmento, ſupra de Tribus magnis Impoſtoribus citato, *Henrici*

rici Pandectæ Brandenburg. p.137.& *Feller.*not.in Horat.p.1277. 1278.

(a) Irenicus *ſeu* Oldenburgerus Indicis. q. 10.

Amadiſi *fabulæ primum in Hiſpania excogitatæ & earum ſex primi libri prout* Renatus de Luſinge *in Methodo ſuâ Hiſtoriarum pag. 13. teſtatur, a Dno* des Eſſars *in Linguam Gallicam translatæ ſunt, quas deinde* Gorræus Pariſienſis *abſolvit & perfecit (vid.* Thom. Lans *in oratione contra Gallos). Hi* Amadiſi, *libri ſunt qui caſtitatem deturpant, qui evertunt temperantiam, qui vagam linguam & mentem formant, qui innumera adulteriorum, & effrenatarum libidinum ſtratagemata oſtendunt &c. Libri flammis tradendi aut certè in Siciliam deportandi, ubi viri perpetuis ſe macerant vigiliis contra vaferrimos noctium aucupes, fureſq; nuptiarum. Ludovici* Romani Sächſiſch Reinecke Voß / Sebaſtiani Brant navicula fatuorum, Pantagruel, Froſchmäuſeler Rollenhagii *&c. In his ipſis multa doctrinalia latent, quæ digna magis lectu ſunt, quam libri Amadiſi ejuſq; farinæ, quas rejeci in tractatu de Weichbild. Saxon. cap.16. n.8. & ſeqq.* Johan.Gryphiand. (*l.i.œcon. Leg. c. 1.n.51.*) Damnatiſſima Amadiſi Bibliotheca Hiſpanis parentibus genita, plus tamen Galliæ & nominatim *Gorræo* Pariſienſi debet, quo nutricio & Duce ad ſummam dignationem pervenit, ut Henrici II. Regis Galliæ ætate nemo adverſus illam ne muſſitare quidem auderet, *&c. Hi Amadiſi libri ut primum in lectionis familiaritatem ſunt admiſſi, pedetentim quaſi morum regimen affectant, ac demum regno per mille blandimenta conſtituto, ſicque everſa temperantiâ pulſaque caſtitate innumera prope adulteriorum & effrenatarum libidinum ſtratagemata oſtendunt, matrimonia furtivis amplexibus quaſi in anteceſſum conſummare docent, &c.* (Lanſii *oratio contra Galliam p. 321.*)

(1732. DXXXVIII.) CARMEN NUPTIALE Hiſpanicum, *in nuptias Principum Ludoviſii & Renoſæ*, Romæ 1622. in 4. à *Nicolao* RICCARDIO publicatum absque auctoris nomine memoratur a *Leone Allatio* Apum Urbanarum pag. 199.

(2733. DXXXIX.) CATECHISMUM Hiſpanice tacito ſuo nomine, adſcripto duntaxat titulo Sacerdotis cujusdam e ſocietate Jeſu, edidit *Honoratus* RIO, *Jeſuita Hiſpanus*, hortatu Illuſtriſſimi Domini Franciſci Lopez de Mendoza, Epiſcopi Elnenſis, qui eundem in tota ſua Diœceſi populo explicari juſſit, uti memoriæ conſignatum reliquit *Alegambe* p. 189. cui adde Sotv. p.351. a.

(2734. DXL.) ELOGIA *Clarorum Virorum de Societate Jeſu, ex provincia Peruana*, Hiſpanice ſcripta, & auctoris nomine ſuppreſſo publicata, ſunt *Joannis Mariæ* FREYLIN, *Jeſuitæ Itali*, docente eodem *Alegambe* pag. 257. 258. & Sotvel. pag.476. b.

(2735. DXLIV.) MARTYROLOGIUM, de quo in Gallicis ſupra cap. 14. n. 412. Luſitanice verſum, anonymis ſcriptis Jeſuiticis accenſetur ab *Alegambe* pag.448. & *Alvari* LUPI *Luſitani* eſſe perhibetur ibidem, & 24.

Adde *Sotvellum* pag.44. a.

(2736) *Memoria* PASSIONIS *Domini* Hiſpanice præter Latinam, Gallicam, & Belgicam, data per *Jodocum* ANDRIES Jeſuitam memorata eſt cap. II. num. XCI. nunc. 820.γ.

(2737) PRÆSIDIUM ADVERSUS PECCATUM *facile certumq;* Hiſpanice Latine & Flandrice, Gallice, Angliceque datum ab eodem *Jodoco* ANDREÆ vide ibidem ſuperius num. XCII.

(2738.) ANTIDOTUM PRETIOSUM CONTRA PESTILENTIAM PECCATI lethalis. Hiſpanice pro Hiſpanis militibus, dum eos luſtraret ſuis miſſionibus, Panormi apud Nicolaum Buam 1640. in 12. edidit ſuppreſſo nomine *Aloyſius* LANUZZA, Arragonus-Jeſuita. Idem poſtea Italice redditum, & addito nomine Auctoris excudit D. Carolus *Latius*, Panormi 1662. docente *Sotvello* p. 29. b.

(2739) PRODIGIOSAM RESTAURATIONEM LUSITANIÆ Ulyſſipone, per Antonium Alvarez 1643. in 4. tacito ſuo nomine edidit *Joannes* de VASCONCELLOS, Jeſuita Lerienſis Luſitanus, docente *Sotvello* p. 510.

(2739. *a*) PROVERBIA *nova* HISPANICO-GALLICA: ſive *Nouveaux Proverbes Eſpagnols & François ſelon l'ordre de l'Alphabet.* Paris 1660 in 8. P. *Andream* OLDERONUM admodum probabiliter eſſe conjectat Joh. *de Luna* Caſtellanus cujus Novam Grammaticam Hiſpano-Francicam anno, loco formaque iisdem excuſam habemus *Symbola eſt Normanniana.*

(2739. *aa*) SCRUTINIUM INGENIORUM *Hiſpanice* ſeu Lingua Caſtellana ſcriptum & a perſonato Æſchacio Majore Latine verſum auctorem habet *Janum* HUARTUM; uti prodidit interpres in præfatione ad Lectorem. Symbola eſt Maſtrichtiana. v. in Pſeudon. Majorem Æſchacium.

(2739. *β*) De SUCCESSIONE Tractatus Portugallicus inſcriptus, *Trattato da Haliſſa* (al. Exempl. Eerem, quod quid ſibi velit non capio) *eno qual a Senadeſta materia* dialogi XXV. Philalethei Eudoxi Sinceri & Reſami 8. ſine indicio loci & auctoris. Anno 1614. quemadmodum ex appendice Epiſtolarum patet. Autor eſt *Rodericus* a CASTRO, qui fratris ſine prole defuncti uxorem ducere nolebat, eaque cauſſa librum hunc compoſuit. *Symbola eſt Normanniana.* Cui apponuntur hi numeri

389. 1242.

240. 240.

1629. 1482.

In margine ad annum, ut videtur Æræ Chriſtianæ quo liber prodiit, ſupputandum.

(2740) *Dr. Joannes* de VIBREY JARZA *cum ſuis Cognatis:* ſive *Sennor & Doctor Don Juan de Vibrey Yarza en ſu nombre y en el de los parentes y deudos del* Padre *Joan Baptiſta* POZA de la companhia de Jeſus. Libellus ſine titulo cujus initium eſt quod jam recenſui. Eſt à Jo. Bapt. Poza, a Curia Romana, ſicut reliqua ejus ſcripta damnatus, narrante *Alphonſo de Vargas* de Stratagematis Jeſuitarum pag. 91. *Symbola eſt Mollero-Flensburgiana* ex Jacobo *Beckero* excerpta. De Auctoris miſeria & ſcriptis vide Nicolaum *Antonium* Bibl. Hiſpanicæ p. 494. & 495. ubi tamen hoc ſcriptum haud memorat. *Sotvellus* ne nominis quidem auctoris ut ex Jeſuitarum (credo) catalogo expuncti mentionem facit.

(2741) Ad VERITATIS ET DOCTRINÆ JUDICES MEMORIALE: ſive *Memorial a los quezes de la Verdad y doctrina*, cum aliis nonnullis *Joh. Baptiſtæ* POZÆ Jeſuitæ Cantabri memoratur prohibeturque decreto congregationis Cardinalium Indicis libror. Romæ 1632. Sept. 28. *Symbola eſt Normanniana.* Nec hujus etiam ſcripti Nicolaus *Antonius* meminit.

(2742. DXLV.) VITAM *Simonis* GOMEZ, &

(2743.) VITAM P. *Vaſci* PIREZ, e ſoc. Jeſu, quæ tamen edita non eſt, Luſitanice tacito ſuo nomine ſcripſit, *Emanuel de* VEGA *Luſitanus*, ab aliis duobus ejusdem nominis auctoribus diſtinctus, apud *Alegamben* p. 103. & *Sotvel.* p. 194. b.

(2744. DXLVI.) *Succinctam Narrationem* VITÆ & *Mortis* TRIUM SANCTORUM *Martyrum*, Pauli, Joannis & Didaci, *Japonum è Societate Jeſu.* Luſitanice nomine ſuo ſuppreſſo edidit, *Antonius* COLAZUS, *Jeſuita Luſitanus*, memorante itidem *Alegambe* pag. 37. & *Sotvello* pag. 69. a.

HUNGARICE.

(2745. DXLI.) COR JESU *ſacrum imaginibus, Rythmis, Orationibus expreſſum*, Viennæ 1629. Hungarice nomine ſuo non adſcripto edidit *Matthias* HAINAL, *Jeſuita Hungarus*, hoc nomine ſcriptores inter Jeſuitas poſitus apud *Alegamben* p. 337. & *Sotvell.* p. 601.

(2746. DXLII.) EVANGELIA & EPISTOLAS, *per annum in miſſa legi ſolita*, convertit in linguam Hungaricam, & tacito nomine ſuo imprimi curavit Viennæ 1629. *Georgius* KALDI, *Jeſuita Hungarus*, teſte eodem *Alegambe* pag. 156. 448. a. & *Sotvello* p. 292. & 831. b.

(2747. DXLIII.) *Thomas à* KEMPIS *de imitatione Chriſti*, Hungarice verſus & Poſonii editus, numeratur inter libros *Petri* PATZMANNI, *Jeſuitæ Hungari* & Cardinalis, ab *Alegambe* p. 393. anonymis vero accenſetur ab eodem pag. 450. *Sotvellus* ejus non meminit niſi in catalogo Anonymorum p. 835.

Hiſce adduntur *libri octo* anonymi Hungarici unius ejusdemque Jeſuitæ Hungari *Emerici* KIS quos recenſet Sotvellus p. 195. a. tales:

(2748) *Diſcipulum defenſorem honoris Profeſſoris ſui de Societate* CONTRA CALVINISTAM Prædicantem 1663. Caſſoviæ in 8.

(2749) *De* CALVINISTARUM CONSEQUENTIARUM *ineptiis*, *contra Calviniſticos Profeſſores* Patakinenſes 1665. Caſſoviæ in 12.

(2750) UTRUM ANTE CALVINUM *unquam alicubi exſtiterit moderna* CALVINISTARUM SECTA 1666. Ibidem in 8.

(2751) *Refutationem Profeſſoris* CALVINISTICI *Aſſerentis* ANTE CALVINUM *exſtitiſſe omnes articulos Calviniſticos ad ſalutem neceſſarios*, 1666. Ibidem in 12.

(2752) CONTRA *Profeſſorem* CALVINISTARUM MISCENTEM CHARTIFOLIA REBUS FIDEI 1666. Ibid. in 12.

(2753) *Apologiam pro libello*, quod CALVINISTÆ FRUSTRA LABORANT OSTENDERE SUAM SECTAM totaliter *exſtitiſſe* ANTE CALVINUM 1667. Ibidem in 12.

(2754.) *Quod Profeſſor* CALVINISTICUS IN OSTENSIONE CALVINISTICÆ VETUSTATIS SUCCUMBAT 1667. Ibidem in 8.

(2755.) *Quod ultimo* DEFICIAT *Profeſſor* CALVINISTICUS IN OSTENDENDA VETUSTATE SUÆ SECTÆ 1668. Ibidem in 8.

(2755. a) BIBLIA ISLANDICA, excuſa Holumi Islandorum Anno 1584. in fol. commemorat Albertus *Bartholinus* de ſcriptis Danorum pag. 125. (quamquam mendoſe in libro legatur 225.) *Auctorem* indicat Janus Laurentii *Wolf.* civis Hafnienſis, (cujus Bartholinus d. l. pag. 65. mentionem facit) in Diario eique annexa Chronologia pag. 543. ad annum 1584. cujus verba Danica Latine ſic ſonant: Biblia Lutheri in linguam Islandicam converſa ſunt a *Gudbrando* THORLACHSONIO, Episcopo Holumenſi, in parte Islandiæ Septentrionali, ibidemque in præfati Episcopi typographia, cui operi beatus ille vir ipſe præfuit, ejus ſumptibus impreſſa. Eundem Gudbrandum *Thorlacum* ſcripſiſſe *Summaria in N. T.* teſtatur Bartholin. l. c. pag. 50. Vitam ipſis deſcripſit Arngrimus *Jonas* Islandus, excuſam Hamburgi 1630. 4to teſte *Bartholino* pag. 12. *Symbola* eſt *Stadiana.*

NORVAGICE.

(2756.) HISTORIA NORWAGICA, (Konunge Sagur) *ab Odino ad Sverrum usque no-*

ſtrate

ſtrate Sermone priſco conſignata, annos abhinc IϽ. Eimaro & Erico Oddeſſoni tribuitur *Gyldenſtolp.* præf. priore, & præf. poſter. Tr. cap. CCCXIX. pag. 360. 362. CCCCII. pag. 363. In hodiernum converſa, typiſque Bratieanis excuſa 1670. fol. *Interprete Islando* quopiam.. Is eſt *Jonas* RUGMAN. *Hadorph.* Catal. Bibl. Antiqu. n. III. *Rudbeck* Altant. 214. *Symbola eſt verbotenus Normanniana.*

PERSICE.

(2757.) JUNDAVASTAW: ſive *Codex legum Perſicarum* quomodo ZOROASTRI adſcribatur, vide Monatl. Unterredungen. 1695. p. 31. excerpta ſupra in Kyranide lit. (a)

POLONICE.

(2758.) ANTIWUJEKUS v. 623. *aa*

(2759.) EXPLICATIO CAP. I. JOHANNIS anonyma Polonica an *Fauſti*, vel *Loelii* ſit SOCINI, diſputatum v. Supra in Anonym n. 765. 766.

(2760.) OFFICIUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS, &

(2761.) OFFICIUM B. STANISLAI KOSTKÆ de *Societate JEſu, cum vitæ ipſius compendio.* Cracoviæ 1632. in 16. Quod ſit anonyma verſio *Franciſci* STANISLAI, Phænicii Poloni Jeſuitæ, docet *Sotvellus* pag. 255.

(2762.) Documenta Practica ad profundiſſimam HUMILITATEM acquirendam. Cracoviæ primum reticito nomine editum â Balthaſare CONRADO, Germano Jeſuita, deinde Germanice translatum & latine cum Auctario recuſum memorat Sotvvell. pag. 99. b. quod tamen in Indice Anonymor. ab ipſo ſubjuncto non exprimitur. *Witten.* Diar. Biogr. 1660. 17. May idem confirmat. Alegambe hunc librum nondum habet.

(2763.) JUVENALIS REDIVIVUS, To jeſt, Satyry, albo Przeſtrogi do Náprávvx rza du, y Ohyczájovv vv Polſcze nalezace 1691. in octavo Latinè ſic redditus titulus Libri Polonici: SATYRÆ vel ADMONITIONES ad Emendationem REGIMINIS & MORUM IN POLONIA *pertinentes* in *Actis Erud. Lipſ.* Tom. II. Suppl. p. 150. recenſitus. Additur, quod ſit editio Secunda prioris in folio 1652. regnante tunc Caſimiro à quo prohibitus ſit. Cum indicio Auctoris *Lucæ* OPALINII tali (a).

(a) Acta Eruditorum Supplem. Tom. II. Sect. III. pag 150. 151.

Author operis habetur Vir generis, dignitatis, & eruditionis claritate illuſtriſſimus, Lucas Opalinius, Palatinus *quondam* Poſnanienſis, *idem ipſe, qui Romano ſermone ſcripſerat librum* De officiis, *in Hollandia primum, curante* Forſtero, *Bibliopola Dantiſcano, typis editum. Præſens Opuſculum tanquam ſolius patriæ ſuæ utilitati dicatum, conſcripſit author patrio ſermone, ita quidem ut oratio numeris, at non ſimul rhythmis* (ut Polonica fert Poeſis) *eſſet alligata: quo majori libertate, quæ prima eſt Polonæ Nobilitatis gloria, corruptos ſui temporis mores inſectaretur.*

SAXONICE.

(2764.) EVANGELIORUM IV. TRANSLATIO SAXONICA quomodo Regis ALFREDI putetur, & edita ſit aliquoties & ab alia antiquore differat, quæ Alfredi Presbyteri ſit; & ab alio Eadfridi manuſcripto vide apud Henr. *Wharton.* Auctarii Hiſtor. Dogmaticæ Uſſerianæ pag. 462. Quem (a) locum exhibemus.

(a) Heinr. Wharton Auctar. Hiſtor. Dogmat. J. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis *pag.* 465. *Prodiit* Evangeliorum IV. Translatio Saxonica (*quam Cl.* Uſſerius Alfredo *Regi acceptam refert*) Londini 1571. 4to Elizabethæ *Reginæ à Joanne* Foxo *prolixa Præfatione nuncupata. Non tamen* Foxus *ſed* Matthæus Parkerus, *Archiepiſcopus Cantuarienſis, editionem procuravit, quod ipſemet Cantuarienſis teſtatur in præfatione ſua ad* Aſſerii *Menevenſis Hiſtoriam* de vita Alfredi Regis. *Eadem Verſio caſtigatior prodiit, notisque doctiſſimis elucidata, à Thoma* Mareſcallo *Anglo,* Dordrechti 1665. 4to *una cum* Verſione Evangeliorum Gothicâ *vetuſtiſſima, quæ, (ut id obiter moneam) &* Cl. Armachano & Franciſco Junio, *editore eruditiſſimo, judicibus,* Ulphilæ *Gothorum Epiſcopo debetur, & ex Codice argenteo Monaſterii Werdenſis, de quo multa habet ſupra* Uſſerius, *evulgata eſt. Antiquior videtur* Verſio *Evangeliorum* Saxonica *ab* Alfredo Presbytero *confecta, quæ in celeberrimo* Eadfridi *Codice reperitur. Extat enim in* Bibliotheca Cottoniana *nobiliſſimum Antiquitatis monumentum, Codex quatuor Evangeliorum miræ pulchritudinis, qui inter pretioſiſſima Eccleſiæ* Dunelmenſis *cimelia olim aſſervatus, plurimis (ſi* Simeoni Dunelmenſi *fides) miraculis enituit. Eum manu propria conſcripſit* Eadfridus *Epiſcopus Lindisfarnenſis, circa annum 680. juxta* Seldeni *calculum,* Ethelvvodus *autem Epiſcopus &* Bilfridus *Anachoreta picturis, auro, gemmisque perornarunt.* Alfredus *denique Presbyter donavit* verſione Saxonica interlineari, *ſeu* Gloſſa *(ſic enim Verſionem ſuam appellari voluit) addita ad calcem nota, qua libri Scriptorem, Pictorem, Ornatorem ac Gloſſatorem ſigillatim indicat. Illam habes apud* Seldenum *loco citato. Erravit itaque Cl.* Uſſerius, *quum verſionem iſtam Evangeliorum Saxonicam* Eadfrido *tribuit.* Oratio *enim* Dominica, *quam ex* Eadfridi *editione Evangeliſtarum Saxonica deſumptam memorat, ex illo ipſo Codice deſcripta eſt. Habetur illa etiam in libro Vernaculo, qui ſub* Camdeni Reliquiarum *nomine circumfertur.*

SLAVO-

SLAVONICE. v. DALMATICE. SVEDICE.

(2765.) BIBLIORUM VERSIO *SVEDICA* *Laur.* PETRI NEUCIENSIS, Principis Archiepiſcopi Upſalienſis a reformatore Sacrorum *Loccen.* Hiſt. Svec. 306. Olaus *Laurel.* Speculo Relig.

(2766.) NOVUM TESTAMENTUM SVEDICE *ex Germanico* B. Lutheri expreſſum Stokkholmæ 1526. fol.) *Laurentii* ANDREÆ, Archi-Diaconi Upſalenſis. *Scheffer* Speciæ Literat. 19. *Symbola* eſt *Normanniana* utraque.

(2767.) CANTIONES SACRÆ SVEDICÆ Beklagaaff alt mitt Sinne & O Gud hwem ſkal tap klaga / (quæ in Eccleſis noſtris ſæpiſſime cantantur) ſunt Regis ERICI XIV. docente *Scheffero* Svec. Litter. 29. *Symbola* eſt *Normanniana.*

(2768.) EDDA & SCALDA veteri *Gothica lingua* ſcripti libri de THEOGONIA & POETICA SEPTENTRIONALIUM *Snorronis* STURLESONII teſte *Wormio* in præfat. ad Hiſtoriam Norvagicam Sturleſonii pag. 13. It. RUDBECK in Atlantica p. 140. 207. *Verelius* in not. ad Hewar Saga fol. 5. b. Prælogium Eddæ interpolatum a Reſeniana editione notat *Verelius* in not. ad Herwera Saga fol. 5. 6. 4. 3. 6. SECUNDI puta eſſe Georg. *Stiernhielmius* apud *Verelium* in notis d. pag. 6. Symbola & hæc *Normanni.*

(2769.) PROCESSUS JUDICIALIS. MS. Sved. Pragmaticis noſtratibus admodum familiaris, Georgi STIERNHIELMII Vice-Præſidis Collegii Militaris, & collegarum in REVISIONE Legum Svedicarum, ipſemet in lit. ad Cancellar. Oxenſtiern. Symbola iterum *Normanni.*

(2770.) PAPÆ ANATOMIA ALBANI Svedice edita, Arhuſæ 1663. non indicato interprete, quem *Olavum* LAURELIUM Epiſcopum Arhuſienſem eſſe vult *Emporagrius* in Conc. funeb. ejusdem, & Privilegiiloca quod Anatomiæ præfixum. Sed ipſa præfatio indicat partem maximam vertiſſe *D. Andream* BURÆUM. Ita *Normannus* iterum.

(2771.) PRIVILEGIORUM PRIVILEGIA ordinis Eccleſiaſtici nomine *R. Chriſtinæ* publicata 1650. conſcriptus D. *Olavo* LAURELIO Epiſcopo Arhuſano. *Emporagr.* Funeb. Lauret. & Andr. *Grubbe* Prof. Lingg. Orient. Upſaliæ Orat. Funebr.

(2772.) INSTITUTIO REGIA: ſive Kununge 2c. Antiquo idiomate noſtro conſignata: male ad *Buræum*, qui primus de MS. evulgaverat, refertur potius ad HENRICUM Archiepiſcopum Upſalenſem Johannes *Schefferus* Præf. ſuæ in Latinum converſionis docet.

(2773.) Kongbogen / HISTOORIA REGUM NORWAGICORUM ſumto ab Haraldo τῶ καλλικόμω exordio ad Magnum S. Olavi F. a Petro *Claudio*, Deſcriptione Norvv. 158. 167. ad SLEIWINUM primum Epiſcopum Scalholtenſem refertur; ſed eſt AROMS, Presbyteri. *Worm.* præf. ad *Sturleſon.* II.

(2774.) ORBIS TERRARUM: ſive Kringlu Heimſins quæ prima libri verba ſunt, de geſtis Regum Septentrionalium ab Odhino ad R Hugonem Hugonis Um Styrilhe hagen hageiſſen *Snorronis* STURLESSONII Prætoris Islandiæ. *Worm.* præf. Sturldſ. 11. 12. conf. Pet. *Claud.* Choragr. Norvv. 167. & *Hadorf* Catal. Antiqv. XIII. Symbolæ ſunt iterum Normannianæ: quibus ut aliis aliquibus ſuis ob brevitatem & deproperatam ſcriptionem & raritatem contentorum, optanda lux foret valde.

(2275.) ANSCHARII VITA SUECICE verſa, quo fundamento adſcribatur NICOLAO *Lincopienſi Epiſcopo* docet auctor der Monatlichen Unterredung. 1690. pag. 143. verbis (a) quæ & hic legi merentur.

(a) Monatl. Unterredung. 1690. p. 143. dieſe (Editionis *Lambecianæ* Latinæ) *defecte* hat der Herr Arrhenius *ex verſione Suecica ſuppliciret* und hat ſeine Muhtmaſſungen / daß Nicolaus Epiſcopus Lincopienſis, der *Anno* 1391. geſtorben / der Schwediſchen Verſion *Auctor* ſey / weil ſonderlich auff deſſen *Epitaphio* unter anderen dieſer Verſe ſtehet: *Ansgarii vitam celebrig; ſtylo decoravit:* Deſſen *Auctor* durch *celebrem ſtylum* verſtehe die im Lande übliche Schwrediſche Sprache.

SYRIACE.

(2776.) VETERIS TESTAMENTI Verſio SYRIACA: Duæ erant: ſimplex una ex Hebræo tranſlata; altera LXX. Viralem ſequens THEODORUM evendeum es MORABA Magnum ex Biblioth. Syr. *Ebu Jeſu* Autores facit Hotting. Methurg. 163. Biblioth. 145.

(2777.) Verſio NOVI TESTAMENTI SYRIACA. Autor hujus avita traditione Syris ipſis creditur eſſe *Div. MARCUS*: referente ap. Guidonem *Fabricium* Boderianum *Poſtello.* Quod tamen improbatur Johanni Erneſto *Gerhardo* Exerc. I. in N. T. Syr. & *Hottiugero* Methurgemam LII. Suggerente *Normanno.* Ejus memorantur hæ editiones apud *Lipen.* Tom. II. pag. 829. a. b. *Viennæ* 1555. literis Hebraicis cum interpretatione Immanuelis *Tremellii Pariſ.* 1569. *Pariſ.* 4. 1668. *Antw.* 8. 1575. Syriace & Græce cum latina interlineari interpretatione *Pariſ.* 1584. Syriace & Græce Martini *Troſtii Cöthen.* 4. 1621. cum

Verſione latina *Witteb.* 4. 1622. Methodo Leusdeniana in compendio 1677. Guidonil *Fabricii* Boderiani Pariſ. 4. 1586 Joh. *Widmanſtadii, Viennæ* 4. 1562. Græce & Syriace Characteribus Hebraicis *Lugd.* 8. & 24. 1577. Ægidii *Gutbierii* 8. *Hamb.* 1664. Confer etiam *Hotting.* Bibliothec. pag. 145. (a) Quomodo Guido *Fabricius* Boderianus plagii accuſetur, vide ap. *Deckh.* de adeſpot. 1686. Ed. Amſtel. pag. 51. HIRAMO Salomonis contemporaneo tribui docet etiam *Spanheim*, lettre ſur la Critique du Pere Richard Simon pag. 92. Idem *Hiſt. Critique* des Verſions du Nouv. Teſt c. XIII. p. 159. locum ex Boderianis allegat & vertit p. 160. Latinum malumus dare ſub (b) excerptum quem inter fabulas reponendum ipſe judicat mecum.

(a) Hottingerus Biblioth. *pag.* 145. Syrorum *Editiones V. T. duæ erant ;* Simplex *ex Hebræo translata, quæ & antiquior; &* figurata, *quæ* LXX. *viralem exprimit. Neſcio an ſit* Mor. Aba Magni, *qui teſte* Ebn (b) JEſu, *Vetus Teſtamentum Græcum in idioma Syriacum tranſtulit.* Novum Teſtamentum *originis etiam antiquiſſimæ, & Apoſtolicis temporibus proximæ, variis & typis & formis prodiit.* Viennenſis Widmenſtadii *prima pariter, atque elegantiſſima eſt. Succedit* Antverpienſis *tum in folio majore, tum, ex eadem*, Guidonis Fabricii *ſtudio procurata literisque Hebraicis expreſſa in quarto ; poſtea etiam in 8. & 12. Sed ſine punctis, poſteriores characteribus etiam Hebraicis. Proxima eſt* Cötheniana Troſtii, *ſuis exhibita characteribus, addito textu Græco & Latino, variarum inſuper lectionum tabula. His vero omnibus hactenus defuerunt Epiſtolæ Catholicæ & Apocalypſis, quarum illæ ex Bibliotheca Oxonienſi prodierunt cum notis & verſione* Pocokii, *hæ ex Legato* Scaligeri, *per* Ludovicum de Dieu. *Omnium abſolutiſſima* Londinenſis *eſt, ad quam, quod in aliis deſideratur, accedit a.* Accurata punctatio b. Epiſtolæ Catholicæ cum Apocolypſi. *c.* Verſio Collateralis. *Quæ, ut uſibus inſervire poſſit quotidianis, alio, ut ſperamus, eoque portatili propediem prodibit ſchemate* Francofurti.

(*b*) Guidoani Fabr. Boderi *Præf.* N.T. Syr. Tom. 5. Bibl. Reg. *Quando & à quo ſacer iſte codex in* Syrum *Sermonem verſus ſit, nullius auctoris teſtimonio, ſaltem quem legerim, demonſtrari poteſt.* Syri *tamen à quibus eum habemus, conſtanter aſſerunt* S. Marcum, S. Petri Apoſtolorum Coriphæi diſcipulum, *& in cujus domo initio coaluiſſe Eccleſiam credunt plurimi*, Latine *primum ſcripſiſſe Evanlium ſuum, quod etiamnum aſſervari dicunt in inclyta venetorum urbe. Deinde eundem ipſum* Marcum lingua patria, *hoc eſt* Galilæa Syra, *non modo Evangelium ſuum tranſtuliſſe, ſed etiam cæteros omnes Novi Teſtamenti libros. Id mihi literis ſignificavit* Guillelmus Poſtellus, *affirmavitque ſe ita à* Syris *ipſis accepiſſe.*

לקט פלוני אלמוני

i. e.

Specilegium, aliquot

LIBRORUM ANONYMORUM ET PSEUDONYMORUM,

Qui Lingua RABBINICA partim impreſſi, partim MSSpti reperiuntur.

Collectum à

M. GABRIELE GRODDECK, Gedanenſi,

Ol. Linguar. Oriental. & Thalmud. in Acad. Lipſienſ. Prof. Publ. Extraord. ac Collegii B. Mariæ Virginis Collegiato; hodie Gymnaſii ſui Patrii Rectore Meritiſſimo.

Firmatum atque auctum hinc inde Notis doctiſſimis

EDZARDIANIS, NORMANNIANIS

aliisque.

CAPUT XVII.

De Scriptoribus RABBINICIS.

א

(I) אבו אלמשאר. vulgo ALBUMASAR Arabs Aſtrologus magni nominis, ſcripſit de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus & profectionibus libros octo. In linguam Hebraicam translatus auctore anonymo. Bartolocc. I. 3.

(II.) אב ואם. AV VAEM: *Pater & Mater*, notante *Normanno* ex Biblioth. Rabb. *Buxtorffii* & Hotting. Promt. Or. p. 42. eſt liber grammaticus, conſignatus a R. JUDA BEN KERISCH.

(III.) אבודרהם ABUDRAHAM, referente *Cavio*, eſt liber ritualis, Venet. Anno Chriſti 1566. in lucem publicam editus, auctore R. DAVID ABUDRAHAM, inſigni aſtronomo. conf. *Buxtorffii* Biblioth. Rabbin.

(IV.) אבן בוחן EVAN BOCHAN. Disputatio Judæi cum Chriſtiano de libris V. T. Judæorum & Evangelio Chriſtianorum, qui in forma dialogi loquentes introducuntur, ita, ut notante Normanno Chriſtianiſmus ſubvertatur. MS. extat in Biblioth. Lugd. Batav. In libro Juchaſin fol. 133. col. 2. Zemach David & apud *Buxtorffium* adſcribitur R. ISAACO SPROT. Autor vero libri שפתי ישנים & *Bartoloccius* IV. 408. verum ejus libri Autorem eſſe dicunt R. SCHEM TOV fil. R. Iſaac Sprot.

(V.) אבן בוחן, EVAN BOCHAN, *Lapis probationis*, diverſus plane a præcedente liber eſt, quem Dn. *Edzardus* adfert Venet. 4to Ao. 306 impreſſum, Semeioticæ & therapeuticæ moralis ſpeciem habentem, auctore KALONYMO, filio R. Kalonymi. Quod nomen ſuum expreſſe profitetur in fine libri, cum in fronte ejusdem generaliter ſaltem ex familia Kalonymi quendam ſe eſſe deſignet.

(VI.) אבן גליון. EVEN GILJAON. *Bartoloccius*. I. 12. dicit eſſe *Evangelium Matthæi Hebraicum* barbare & inepte translatum ab impio quodam vel Judæo vel Atheo. MS. reperitur inter opera modo nominati R. *Schem Tov Sprot* & ſeorſim etiam in Bibl. Rabbin. Vereor ne idem liber ſic cum præcedenti, n. IV. neque enim inſolitum *Bartoloccio* librorum titulos multiplicare. In loco ſup. citato priorem etiam librum Evangelium Matth. Hebraicum phraſi ineleganti ac barbara translatum appellat. Forte utrobique fallitur. Ex Eliæ Hutteri verſione prodiit Matthæi Evangelium Hebr. Norimb. 1670. 4to & 1599. fol.

(VII.) אבן שועי EVEN SCHOI, *Lapis clamoris mei*, Commentarius in legem. *Cavius* obſervat, *Hottingerum* Biblioth. Orient. c. I. p. 5. potius legere, *Ibn Schoüb*, ut ſit nomen proprium autoris, qui celebrem ſcripſit in Legem commentarium.

(VII a.) אבן יחייה, ABEN JECHIA. Comm. in Hagiographa & V. Megilloth, allegat. in Zemach Dav. f. 35. ap. Buxt. dicitur. Hujus commentarii Philoſophici auctor eſt *Don Joſeph* fil. Don *David Abben Jechija*, impr. Bolon. A. 298. fol.

(VIII.) אבן שתייה (pro quo *Bartolocc.* legi vult אבן שתיא) EVEN SCHATTIJAH *Lapis fundamenti* Liber Theologicus in IV. partes diviſus. In I. agitur de Eſſentia DEI. In II. de Providentia DEI, in III. de Legis ſcientia, in 4. de Obſervatione Præceptorum legis. MS. olim in Biblioth. Heidelbergenſi fuiſſe dicit *Buxtorffius* & ex eo *Hottinger*.

(IX.) אגודה AGUDDAH, *Faſciculus*. Liber collectaneorum Talmudicorum, qui juxta Aut. Schalſch. hakkab', Buxtorff. & Bartolocc. factus putatur à diſcipulis הר"אש i. e. *Aſcher*, aut ex ejus prælectionibus collectus. At Autor libri שפתי ישנים (quem impoſterum compendii gratia ſemper citabimus ש"י) confectum ſcribit à R. *Alexandro* ſacerdote cognominato *ZUSLAN* de Francofurto. Excuſus fuit Cracoviæ Ao. 331.

(X.) אגודת אזוב AGUDDATH ESOV. *Faſciculus Hyſſopi* Explicatio rituum, qui in Tr. Talm. Bava Mezia & Bava Batra habentur, ad eum modum uti digeſtus eſt liber חושן המשפט. Conjunctim prodiit cum libro גדולת מרדכי Hanov. A. 375. fol.

(XI.) אגרת אורחות עולם, JGGERETH ORCHOT OLAM. *Epiſtola de viis mundi.* *Cavius* notat, librum eſſe Geographicum, con-

continentem deſcriptiones Aſiæ, Africæ & Europæ 30. capp. Auctore R. *Abraham Periſot.* Prodiit Veron. ann. ſupput. Jud. min. 285. 8vo.

(XII.) אגרת האצטרולב IGGERET HAATZSROLAF *Epiſtola Aſtrolabii.* Tractat de Compoſitione & uſu Aſtrolabii. Citat Bartolocc. I. 58. IV. 287.

(XIII) אגרת בעלי חיים Iggeret baale chajim *Epiſtola Animalium*, in qua colloqvuntur Homo, feræ, jumenta, aves, reptilia; & vires, virtutes, vitia, proprietates ac naturæ ſingulorum explicantur. Ejus Epiſtolæ autor ignoratur, ſed dicitur ex Græco converſa eſſe in linguam Arabicam, ex qua deinde in Hebræum ſermonem illam vertit R. *Kalonymus*. Prodiit Mantuæ fol. 302. 8vo. Bartoloccium memoria fefellit, cum ex Græco in Arab. illam R. Kalonymum tranſtuliſſe & Hebraicum ejus interpretem ignorari ſcribit.

(XIV.) אגרת חוויכנח IGGERETH HAVVIKKNACH, *Epiſtola Redargutionis*, diſputationem continens inter Philoſophiam & Theologiam, oſtendens illas interſe non pugnare ac proinde non prohibitum eſſe Philoſophiam addiſcere. A Bartoloccio inter Anonymos Scriptores refertur & MS. in Vaticano reperiri dicitur. Qvod ſi Buxtorffium vel Hottingerum conſuluiſſet, Autorem ejus *R. Schem Tov bar Joſeph ben Phalkiræ* eſſe & Pragæ A. 370. 8vo impreſſam cognoviſſet. Idem aſſeritur in ש״י.

(XV.) אגרת החמדה IGGERETH HACHEMDAH *Epiſtola deſiderii.* Theologico-Cabaliſticum MS. eſſe ex Hottingero ſcribit Bartolocc. Illi non conſtitit de Autore, qui eſt *Ramban ſ. Moſes Gerundenſis*, ex ש״י. Inter MSStos Codices, qui in Bibliotheca Regis Chriſtianisſimi aſſervantur num. 176. olim hoc titulo epiſtolam vidi, in qua de laude & præſtantia Doctoris perplexorum agitur.

(XVI.) אגרת חמודות IGGERETH CHAMUDOTH *Epiſtola Deſiderabilium* Librum Cabaliſticum eſſe & in præfatione libri Cozri citari ſcribit Buxtorff. pag. 431. & ex eo Bartolocc. Cl. Wagenſeilius in præfat. lib. Sota quædam verba ex hac Epiſtola citans, autorem ejus nominat R. *Alia Chajim* cujus integrum nomen etiam exprimitur in ש״י R. *Elia Chajim Marcianus*, diciturque agere de animæ facultatibus.

(XVII.) אגרת הטיול IGGERETH HATTIUL *Epiſtola deambulationis* vel *Oblectationis*, Pragæ impr. Plura de iſthac epiſtola non affert Buxt. nec Bartolocc. Sed ex ש״י conſtat, varios Sermones & explicationes ordine alphabetico complecti ſuper quatuor Scripturæ ſenſus literalem, anagogicum, allegoricum & myſticum. Ejus autor eſt excellens R. *Chajim ben Bezalaël*, impr. Pragæ. A. 365. 8vo.

(XVIII.) אגרת הטעמים IGGERETH HATTEAMIM. *Epiſtola de Accentibus* explicans per modum Cabalæ accentus qui in gematria & tabellis memorialibus occurrere ſolent. Impr. Conſtantinop. Ao. 340. 8vo ubi in fine libri reperitur nomen *Aharonis Abrahami*, quod an genuinum ejus nomen ſit, qui librum hunc compoſuit, non definio. Conjunctim etiam impreſſus reperitur cum libro שפעטל Hanov. Ao. 372. fol.

(XIX.) אגרת על יצירת האדם IGGERETH AL JEZIRATH HAADAM. *Epiſtola de formatione Hominis*, Arabica lingua compoſita, & characteribus Rabbinicis exarata ab Anonymo, aſſervatur in Bibliotheca Vatic. aſſerente Bartolocc. I. 58.

(XX.) אגרת מספרת יחסותא דצדיקי דארעא דישראל IGGERETH MESIPHRAT JACHASUTA DEZADIKE DEARA DEJISRAEL. *Epiſtola Genealogica Juſtorum Terræ Iſraëlis.* Allegat Bartolocc. I. c. 8, III. 831. catalogum eſſe dicens Sanctorum Patrum & Prophetarum itemque Rabbinorum inſignium, qui in Palæſtina ſepulti ſunt, ubi & Sepulturæ deſignentur ad uſum Hebræorum qui in terram Sanctam proficiſcuntur, Excuſ. in unico folio expanſo Venetiis Ao. 386. apud Bragadinos, & Veronæ Ao. 406.

(XXI.) אגרת הסודות IGGERETH HASSODOTH. *Epiſtola ſecretorum*, de rebus & myſteriis Meſſiæ agens. Hanc a Galatino ſæpe citari ad probanda myſteria de Meſſia, dicit Buxtorf. & ex eo Bartolocc.

(XXII.) אגרת עקרים האמונה IGGERETH IKKARIM HAEMUNAH. *Epiſtola fundamentorum fidei* Ex Hottingero citatur à Bartolocc.

(XXIII.) אגרת שלומים IGGERETH SCHELOMIM. *Epiſtola perfectorum* modum tradens quomodo Epiſtolas terſe & nitide aliquis ſcribere & componere debeat. Impr. Baſil. Ao. 363. 8vo teſte ש״י.

(XXIV.) אגרת שמואל IGGERETH SCHEMUEL. Explanationem libri Ruth eſſe ſcribit ex Hottingero Bartolocc. Inſuper Commentarium Raſchi huic explanationi, R. Samuelis די אוזירא *de Oſida* autoris ejus Epiſtolæ, annexum & Corigsmiæ prope Conſtantinop. Anno 353. 4to. impreſſum eſſe aſſerit autor libri ש״י.

(XXV.) אגרת התשובה IGGERETH HATTESCHUVAH. *Epiſtola Pœnitentiæ* cujus ſine Autoris nomine meminit Buxtorff. Hotting. & Bartoloccius. Eſt is excellens R. *Jona Gerundenſis*, & in illa agitur de Pœnitentia & correctione vitæ, dividiturque in 7. partes ad

 num.

num. 7. dierum hebdomadæ. Impr. Cracov. Anno 346. & iterum Anno 377. Pragæ A. 356. 4o. Videl ש״י.

(XXV. *a*) אדם קדמון ADAM KADMON, *Homo primus*, Cabaliſticus liber, dicente Buxt. Ejus auctor R. *Iſaac Luria.*

(XXVI.) אדם שכלי ADAM SICLI *Homo intellectualis*, de quo prolixe agunt Buxtorff. Plantavicius & Bartoloccius, non indicato Autoris nomine, quod tamen ex ש״י poſtea innotuit, ubi R. *Simeon ben Saul* libri autor appellatur.

(XXVII.) אדרא רבא וזוטא IDDERA RABBA VESOTA. *Arca magna & parva* quos duos libros celebres Cabaliſticos eſſe ſed non impreſſos ex Buxtorff. Hotting. & Bartolocc. conſtat, qui etiam alium prolixum Commentarium ſuper has duas Arcas cujusdam Anonymi citant. Quædam ex duobus illis libris, Mantuanæ, Cremonenſi & Sulzbachianæ editioni libri Zohar inſerta ſunt, ſi non omnia. Demum Anno hujus ſeculi octogeſimo quarto cum textu originario correcto & punctato nec non in ſectiones & Paragraphos diſſecto adjectis variis lectionibus & verſione Latina cum allegatione dictorum Biblicorum in lucem emiſit & in Tom II. Kabbalæ denudatæ retulit Chriſtianus *Knorrig de Roſenroth*, qui in præf. ad Lectorem R. *Simeoni ben Jochai* illos attribuit, & priorem nempe Idram magnam, uberiorem explicationem libri Zeniutha, poſteriorem vero Supplementum illorum eſſe dicit, quæ in Idra magna nondum expreſſe ſatis tradita erant.

(XXVIII.) אהבת ציון AHAVATH ZIION *Amor Sionis* de quo Bartoloccius I. 89. & IV. 329. nihil aliud monet, quam quod liber ſit pro concionibus, qui tradit regulas & methodum concionandi, autore incerto. Autor ש״י eum tribuit excellenti R. *Abraham* fil. R. *Moſis* Germani *Heilbrunnenſis*, qui ſcribit Commentarium eſſe elegantiſſimum in Scripturam & commentarios Raſchi, itemque V. megilloth, impr. Lublini A. 399. fol.

(XXIX.) אהל יעקב OHEL JAAKOB *Tabernaculum Jacob.* Miror Bartoloccium T. IV. pag. 329. hunc librum inter Anonymos recenſere & T. I. pag. 88. aſſerere, ſe hunc titulum habere ex Buxtorffio & nihil aliud. Nam Buxtorffium evolventi plane aliud obvenit, qui hunc librum ſcribit eſſe expoſitionem ſuper librum Ikkarim (non pro concionibus, ut Bartol. IV. 329.) cujus autor R. *Jacob F. Schemuelis Capelman* Briſacenſis in 4to. Idem ex ש״י conſtat, ubi editiones notantur Cracov. A. 359. Baſileenſis Ao. 344. & alia in 4to. Ita in illorum gratiam tantum qui Bartoloccium legent, nec alios libros conſulere poſſunt, hunc Scriptorem hic inter Anonymos retulimus ut ſæpe alibi facimus, ubi nihil in magna Bibliotheca Rabbinica reperimus.

(XXX.) אולם והחיכל ULAM VEHAHECHAL *Atrium & Templum.* Eſt Commentarius ſuper preces & ritus confitendi peccata, qui reperitur MS. in Biblioth. Vatic. teſte Bartol. Vidi in Bibl. Regis Chriſtianiſſ. inter MStos Codices num. 165. 4to eodem titulo librum carminice ſcriptum qui eſt compendium precum.

(XXXI.) אוצר הכבוד. OZAR HAKKAVOD, *theſaurus gloriæ.* Talmudicum MSS. vocat Buxt. Ejus autor R. *Iuderos Hallevi*, explicatque hiſtorias Talmudicas. Reperitur MS. teſte ש״י.

(XXXII.) אוצר עניים OZAR ANIIM. *Theſaurus Pauperum.* Eſt introductio in artem medicam. Extat MS. in Bibl. Vindobonenſi teſte *Spizelio.* Ex copioſiſſima & ſelectiſſima Bibliotheca D. Nicolai *Antonii* Regiorum Negociorum in curia Romana pro Hiſpaniarum Rege Catholico Procuratoris generalis, affirmat Bartolocc. in Addendis ad P. I. p. 740. ſe recepiſſe librum cujus titulus eſt אוצר העניים. *Theſaurus Pauperum* ſcriptum lingua Luſitanica ſed characteribus Rabbinicis qui complectitur 63. capitula, quibus multiplicia medicamenta traduntur, eaque facillima ad quascunque corporis infirmitates curandas. Ejus autor eſt quidam *Magiſter Julianus*, ut in principio & fine libri apparet; Sic enim poſt præludium initium ibi habet: E nel nombre del dio, che creao todas las coſas e nel mondo, ò acada una deglias dio ſo virtud para ovrar en todas aquellas coſas, che ſon el ſerviſio ò a prò del huomo, & qual dio al homi ſavi duhaà el ſientia para ovrar de cada una dellas ſeg un ſu virtud puande Io maeſtro Giulian de la merſed de Dios, e con la ſo ajuda quiendo fazer e acavaar eſta ovra, la qual ſia llamada *Teſoro de los Pauruves* &c.

(XXXIII.) אוצר לשון ערבי OZAR LESCHON ARBI. *Theſaurus linguæ Arabicæ.* Dictionarium Arabico-Hebraicum characteribus Rabbinicis exaratum in Bibliot. Vatic. extare ſcribit Bartol. IV. 301.

(XXXIV.) אור אמת OR EMETH *Lux Veritatis.* Ex Hotting. Bartolocc. I. 95. ſcribit eſſe librum Criticum inter Philoſophicos retinendum.

(XXXV.) אור תורה *Lux Legis.* Explanatio libri Eſther. Ex Hotting. Bartoloc. l. c. Alibi nec de hoc nec de priori ſcripto mentionem fieri video.

(XXXVI.) אור זרוע OR SERUA *Lux Sata.* Tit. libri anonymi, tractat de Judicialibus & cæremonialibus rebus, quæ hodie ap. Hebræos ſunt in uſu. Extat MS. in Biblioth. Vatic. Bartol. l. c. Autor libri ש״י Autorem citat R. *Iſaacum Viennenſem* fil. Moſis cognomine ריא״ז, dicitque commentarium prolixum eſſe in Gemaram.

(XXXVII.)

(XXXVII.) אור חדש OR CHADASCH *Lumen novum*, cujus libri Autor non indicatur in Edit. Prag. Ao. 360. fol. quem tamen nominat autor libri ש״י quod ſit excellens *R. Levo* (Leo) *Pragenſis* eſtque comment. in megillath Eſther, quod Dnus Normannus jam notatum dederat; & in fine annectitur alius liber אור מצוה *Lumen Præcepti*, qui agit de ratione Luminum in feſto Encœniorum. A Bartoloccio plane hic liber prætermiſſus eſt.

(XXXVIII.) אור החיים OR HACHAJIM. *Lux vitæ*. Præter duos alios de quorum Autoribus conſtat, hunc Anonymum ex Buxtorf. affert Bartol. I. 96. dicitque eſſe hortatorium librum ad ſtudium Talmudis & dehortatorium â ſtudio Philoſophiæ excuſ. Ferraræ 4to.

(XXXIX.) אור יקר OR JAKAR. *Lux Pretioſa*. Theologicum & Cabaliſticum librum dicit eſſe Bartol. I. 96. excuſum Lublini in fol. Non dubito, quin idem liber ſit, quem autor ש״י fol. 34. prolixè ſub titulo לבוש אור יקרות recenſet, excuſ. Lublini Anno 355. fol. ubi hoc uno volumine tres diſtinctos libros contineri ſcribit, quorum I. eſt Comment. in more Nevuchim. II. agit de Aſtronomia & ſanctificatione Menſis ex Maimonide, cui annexus Comment. in librum צורת הארץ III. ſiſtit Commentarium in librum Rakanati, in Legem. Autor eſt R. *Mardochæus pulcher*, cujus plures libri ſub tit. לבוש preſtant.

(XL.) אור הנפש OR HANNEPHESCH. *Lux Animæ*. Eſt ſuper-Commentatio Commentarii R. Abrahami Aben-Ezræ, & R. Moſis Nachmanidis in Pentateuchum Moſis. Reperitur MS. in Bibliotheca Vaticana per manum R. *Manoach bar Menachem* A. M. 5198. C. 1438. fol. pergam. Teſtis eſt Bartol. I. 96. confer & ש״י.

(XLI.) אור השכל: OR HASSECHEL *Lumen Intellectus*. Sæpe citari in libro בוה שלום & Cabaliſticum eſſe, exiguæ utilitatis, non indicato auctoris nomine, aſſerit Buxtorff. At hoc falſum eſt. Non enim eſt liber Cabaliſtic. ſed Comm. in libr. Rabboth, cujus auctor *ABA* id eſt, R. *Abrah. ben Aſcher*, v. ש״י Bartoloc. I. 1. 16.

(XLII.) אור עינים OR ENAJIM, *Lumen Oculorum* Librum Cabaliſticum eſſe editum Cremonæ 4to, quem alius quidam in 613. Legis præcepta Commentarium vocat, ex Buxtorff. affirmat Bartol. I. 96. Duorum librorum hujusdem tituli meminit Autor ש״י, quorum unus compoſitus fuit per R. *Eliam Mantuanum*, alter autorem agnoſcit R. *Salomonem* fil. *Abrahami*. Quem l. c. & IV. 289. Bartoloccius Anonymum librum porro affert אור עניים *Lumen pauperum*, dictum, eum nullibi alibi reperio, videturque Bartol. unum librum cum altero confundere, quorum poſterior nunquam in rerum natura extitit; nec ejus titulus quod Bartol. aſſerit, â Buxtorfio allegatur.

(XLIII.) ס׳האורה SEPHER HAORAH, *Liber Lucis*. Librum Cabaliſticum nunquam excuſum autoris anonymi ex Plantavitio adducit Bartol. II. 383. Buxtorfius p. 438. eum R. *Joſepho Gecatiliæ* attribuit.

(XLIV.) אות.אמרת. OTH EMETH, *Signum Veritatis*. Præter illum cujus autor eſt R. *Meir Bombanaſſe*, Bartoloc. I. 96. ex Plantavicio hunc tanquam anonymum affert, quem dicit indicare omnes & ſingulos interpretes cujuscunque loci S. Scripturæ â Geneſi usque ad calcem Malachiæ Prophetæ. Venetiis excuſum in Indice Librorum Hebræorum Biblioth. Seren. Chriſtinæ Reginæ Svecorum in 4. notari idem aſſerit.

(XLV.) אות נבש OTH NEPHESCH, *Signum animæ*. Elucidationem in quædam Aben Ezræ Commentaria eſſe ex Buxtorf. Bartol. I. 97. IV. 330. aſſerit. Idem dicitur in ש״י & MS. Amſtelodami aſſervari.

(XLVI.) ס׳האותיות SEPHER HAOTHIJOTH *Liber literarum*. Duplex ſub hoc titulo absque Autoris nomine liber notatur apud Bartol. I. 97. IV. 330. quorum alter myſticam continet literarum expoſitionem, alter diſputationem & contentionem literarum inter ſe de primatu & potiori dignitate. Uterque in Bibl. Vat. MS. reperitur. A priori illo non diverſum eſſe exiſtimo, quem MS. in Bibl. Lugd. Batava aſſervari ait R. Schabtai in ש״י.

(XLVII.) איומה כנדגלות: AJUMMAH KENIDGALOTH, *terrifica ut vexillo inſignitæ*. In libro Caphthor citari ſcribit Buxt. Auctor ejus eſt R. *Iſaac Onkenira* & tractat proverbia parabolasque. Impr. CPli.

(XLVIII.) איל משולש, AJIL MESCHULASCH *Aries in cuſtodiam depoſitus*. MS. ejusdem autoris eſſe qui ſcripſit librum אף הכמתי רפואה, quem tamen utrobique non nominat, ait autor libri ש״י, & Bartol. I. 745.

(XLIX.) אילה שלוחה, AJILAH SCHELUCHAH *Cerva emiſſa*. Bartol. I. 98. ex Buxtorf. ſcribit commentarium eſſe in 613. præcepta Moſaica, ex quo Chriſtanus Gerſon Judæus converſus aliquot ad evertendam Judæorum credulitatem teſtimonia adducit. Ille qui in ש״י ſub hoc titulo liber recenſetur, adſcribitur excellenti Doctori R. *Naphtali Ben Aſcher Altſchüler*, diciturque eſſe ſufficiens Commentarius Grammaticus abbreviatus in integram Scripturam Sacram ex variis commentatoribus Grammaticis conquiſitus; impr. Cracov. A. 312. fol. Neſcio an Buxtorffio hoc loco fides debeatur inprimis cum ipſe librum â ſe nunquam viſum eſſe innuat.

(L.) ס׳אילים vel אלם ILLEM vel SEPHER ELIM, *Liber planitei*. In Indice librorum Hebraicorum Reginæ Sveciæ notatum

at non repertum â ſe eſſe ſcribit Bartol. I. 183. IV. 330. dubitat an idem liber ſit cum illo R. *Joſeph del medico* Amſtelod. impr. qui eundem titulum habet.

(*LI.*) אכלה ואכלה OCHLA VE-OCHLA, *Cibus & Cibus*. Maſoræ initium hoc erat, ideo hoc titulo ſeu nomine ſæpe allegatur. Innumeri autem libri ibi inſuper citantur, qui partim MSSt. aſſervantur, partim periere, & de quorum autoribus nihil amplius certi conſtat. vid. Buxtorf. pag. 438. & ש"י De Maſſoræ autoribus vero & conditoribus hic nihil attinet dicere. Legi in hanc rem præ aliis poſſunt Richardus *Simon* dans l'Hiſtoire Critique du vieux Teſtament liv. I. chap. 24. 25. 26.

(*LII.*) (*LIII.*) אלדד הדני ELDAD HADDANI *Eldad Danita*. Eſt fabuloſa narratio Eldadis Danitæ ex tribu Dan, ſeu verius cujusdam impoſtoris Judæi, qui ſub nomine Eldad fabulam de fluvio Sabbatico & decem Tribubus illic deliteſcentibus inter Judæos ſparſit, ut antiquorum Rabbinorum de hoc flumine ſententiam & Tribubus confirmaret, & ſpem de illorum liberatione majorem in animos induceret. Hanc prolixe examinat & pleraque ejus excerpit Bartoloccius I. 100. ſeqq. ubi pag. 129. oſtendit, ipſis Judæis non liquere, quo tempore hebraice hæc epiſtola ſcripta fuerit. Prodiit Conſtantinop. Ao. 278. 4to & cum libro דברי הימים של משה aliisque Tractatibus Venet. Ao. 304. & 365. 8vo. Eleganter in latinum Sermonem vertit G. *Genebrardus* in fine Chronologiæ Hebræorum pag 53. edit. Pariſ. fol. Ao. 1600. in qua verſione nonnulla emendat Bartoloc. l. c. 128. Diverſus eſſe hic liber ab alio Prophetiæ libro אלדד ומידד, de quibus Num. XI. 26. cujus teſtimonio utitur *Hermas Paſtor* lib. 2. quem tamen rectius *Athanaſius* in ſyn. S. Script pro ſpurio habet. Conf. *Sixtus Senenſis* l. 2. lit. H. pag. 83. & *Lambecius* prodr. hiſt. literar. pag. 153. qui pag. 203. librum *Eldad Danitæ* iterum edere promiſit. Plura de hoc libro in nova Bibliotheca noſtra Rabbinica & Tr. de Scriptis pſeudepigraphis Judæorum dicemus.

(*LIV.*) אליהו רבא וזוטא ELIAHU RABBA VESOTA, *Elias Magnus & parvus*. Bartol. I. 133. 182. ſcribit duos hos libros MStos extare in Biblioth. Vat. fol. Pergam. A. M. 4833. C. 1073. exaratos, in quibus agitur de aliquot viſionibus & apparitionibus factis ab Elia Propheta.

(*LV.*) אלימלך ELI MELECH, *DEus meus Rex*. Meminit *Genebrardus* Tituli libri in ſuo parvo Catalogo librorum, vid. ipſius Iſagog. ad legenda Scripta Hebraica ſine punctis pag. 145.

(*LVI.*) אלעזר ELEAZAR Titulum libri eſſe affirmat Bartol. I. 221. quo agitur de rebus Aſtronomicis & Geometricis, potiſſimum de motu ſeptem Planetarum, de Climatibus mundi &c. Extat MS. in Bibl. Vatic.

(*LVII.*) אם הילד EM HAJELED. *Mater pueri*. Liber parvus grammaticalis ut notat Buxtorf. & ex Hotting. Bartol. I. 269. Autor libri ש"י attribuit illum R. *Joſeph bar Elchanan Heilbrun*, dicitqve grammaticam parvam eſſe pro pueris, terſe lingua Germanica characteribus Rabbinicis exaratam, Pragæque impreſſam 8.

(*LVIII.*) ס'האמונה SEPHER HAEMUNAH *Liber fidei* defenſionem continens fidei Chriſtianæ contra Judæos, cum Refutatione argumentorum, Autore incognito, ſed qui ex Judæo factus fuerat Chriſtianus. Excuſum Jſnæ cum verſ. Lat. Pauli Fagii Ao. 1542. 4to laudat Bartol. IV. 301. & I. 370. ubi Syllogen capitum recenſet. Similem librum MSt. Bibl. Vat. adducit I. 369. ſeq.

(*LIX.*) אמרות טהרות AMAROTH THAHAROTH. *Eloquia munda* ex Plantavitio affert Bartol. I. 374. quem continere ait nonnullas conciones ſuper legem ſecundum ſeriem paraſchijoth. Uterque fallitur, nam agit de pœnitentia & timore, autore Don *Abraham* חאיון impr. Theſſalon. Ao. 356. vid. ש"י.

(*LX.*) אמרי שפר IMRE SCHEPHER *Verba pulchritudinis*, Venet. 4to. Normannus ex Catal. Biblioth. Erpen. pag. 15. R. *Abſolomo Misrachi* ſ. orientali tribui obſervat, confirmante Buxtorfio Biblioth. Rabb. pag. 315. ex Balmeſii Gram. pag. 70. At, quod idem Normannus denuo notat, à Rob. *Martinio* Catal. pag. 63. Rob. *Naphtali Germano* adſcribitur, niſi forſan diſtinctum hujus ſit opus.

(*LXI.*) אמרי נועם IMRE NOAM *Verba jucunda* pro quo Bartol. I. 374. אמרי נעים ſcripſit, ex Plantavicio aſſerens commentarium concionatorium eſſe, compoſitum in uſum concionatorum. Ex Buxtorfio tamen conſtat ejus Autorem eſſe R. *Obadiam Safornum*, ſeu juxta autorem ש"י R. *Jacobum Deliskas*, eſtque Comment. literalis, allegoricus & gematricus in legem & nonnulla Aben Ezræ Raſchiique impr. Conſtantin. Ao. 300. Cremonæ A. 326. & Cracoviæ. A. 358. 4to.

(*LXII.*) אף חכמתי רפואה APH CHACHAMTI REPHUA. *Etiam ſapui medicinam* Titulum libri Medici MS. adducunt Hotting. Bartol. & ש"י, nihilque aliud. Vid. ſupra איל משולש. continentis res profundas de myſteriis Cabalæ. R. Schabtai in ש"י ejus autorem vocat R. *Abraham Saſon*, & alteram partem dicit eſſe libri קול ששון impr. Venet. A. 369. 8.

(*LXIII.*) אפריון שלמה APPIRION SCHELOMOH *Thalamus Salomonis* Buxtorfius & ex Hottingero Bartol. I. 428. ſcribunt titulum libelli eſſe.

(*LXIV.*)

(*LXIV.*) ארגוזה *ARAGUSA Irritatio.* Liber cantiones de medicina continens cum Comment. & Animadverſ. Averroïs, MS. aſſervatur in Bibl. Vindobonenſi S. C. Maj. ut notatum eſt in ש״י.

(*LXV.*) ארזי לבנון *ARSE LEBANON Cedri Libani.* Liber incerti autoris complectens alios ſeptem libros ſ. Tractatus diverſos, quos recenſet Bartol. I. 430. & R. Schabtai in ש״י, qui præter editionem Venetam A. 361. Cracovienſem notat A. 408. 4to.

(*LXVI.*) ארחת צדיקים *ORECHOTH ZADDIKIM, Semitæ Juſtorum* quem librum Bartol. bis recenſet I. 96. 469. & Ethica præcepta continere ex Hotting. obſervat. Autor ש״י ex 28. capp. hunc librum præſtantiſſimum conſtare ſcribit, & de facultatibus hominis rationalis agere impr. Prag. 341. 4to. qui etiam ideo ס׳המידות ſ. de facultatibus inſcribitur, ut Maimon. in comment. ad cap. IV. Tr. Pirke avoth eum citat, & in Germanicam linguam translatus prodiit Iſen. A. 302. 4to Buxtorfius hoc titulo librum parvum ethicum & moralem ad vitam ſecundum virtutem inſtituendam Conſtantinop. impreſſum citat quem R. *Elieſeri* attribuit. Hic conjunctim excuſus fuit cum libro *Benſira* Venet. A. 304. & a *Pelicano* latinitate donatus.

(*LXVII.*) ארטוס הוב *ARTUS HOF, Aula Artus-Regis*, titulus Germanicus uti etiam hac lingua at characteribus Rabbinicis liber proſtat Pragæ & Amſtelod. impreſſus. Continet autem pulchram Hiſtoriam cujusdam Regis nomine *Artus* viri fortis, qui Gigantes interfecerit, uti refertur in ש״י Bartol. nihil dicit, quando I. 431. ſcribit hiſtoriam Regis Artus eſſe, qui ad menſam rotundam ſedebat, quæ caſu confracta eſt. Extat MS. in Bibl. Vatic. ubi ex lingua *Hiſpanica* in *Hebraicam* fertur tranlatus eſſe.

ב.

(LXIIX.) באר הגולה BEER HAGGOLAH *Fons captivitatis* Bartol. ex Buxtorfio I. 503. IV. 331. ſcribit elucidationem eſſe omnium dictorum Talmudicorum, quæ prima fronte abſurda vel paradoxa videntur. Ex ש״י apparet libri Autorem eſſe excellentem R. *Judam Leonem fil. Bezalael* impreſſumque Pragæ A. 358. fol. Ibidem additur, alteram libri תפארת ישראל partem hoc nomine venire.

(LXIX.) באר משה BEER MOSCHEH, *Puteus Moſis* vel ut Bartol. *Explanavit Moſes*, liber eſt explicans germanice voces difficiliores quæ in Moſe habentur, cui alter liber inſcriptus לקח טוב *Doctrina bona* ſubjungitur, qui eſt quaſi lexicon germanicum reliquorum omnium librorum Biblicorum, impr. Pragæ A. 364. 4to. notante ex Buxtorf. Bartoloccio I. 503. IV. 314. ubi à Theod. *Hackſpanio* in præfat. ad libr. Nizachon p. 220. ejus ſubinde mentionem fieri animadvertitur. Ex ש״י patet autorem utriusque libri eſſe R. *Moſen ben Iſaſchar Hallevi*, iterumque cum præfatione Autoris libri ש״י impreſſum fuiſſe Pragæ A. 429. 4to.

(LXX.) באור הרוח תשוב BAUR HARUACH THASCHUPH *Explanatio Spiritus revertentis* liber Cabaliſticus à Bartol. I. 653. allegatus.

(LXXI.) באור שם המפורש BAUR SCHEM HAMPHORASCH *Explanatio nominis Explicati ſ. DEI* Plures apud Hebræos inveniri libros Cabaliſticos omnes fere MSS. & ſine nomine Autoris qui de nomine τετραγραμμάτῳ יהוה tractant, ſcribit Bartol. I. 654.

(*LXXII.*) באורים שם העצם BAURIM SCHEM HAEZEM, *Explanationes nominis Eſſentialis (DEI)* Liber Cabaliſticus nunquam excuſus, Romæ in Bibl. Medicæa extat ex teſtimonio Plantavicii & ex illo Bartol. c.

(*LXXIII.*) בגידת הזמן *BEGIDATH HASSEMAN, Perfidia Temporis.* Agit de malis quæ juſtis obveniunt, rythmice docetque in DEO fiduciam ponendam eſſe. Impr. Pragæ A. 284. & Amſtelod. A. 410. 8vo vid. ש״י.

(*LXXIV.*) ס׳הבהיר *SEPHER HABBAHIR, liber Illuſtris.* Eſt Cabaliſticus, & ut Judæi volunt omnium Rabbinicorum antiquiſſimus de profunda Cabala & myſteriis nominum divinorum conſcriptus. Ejus quidem autor communiter fertur eſſe R. *Nechonja ben Hakkana*, qui σύγχρονος fuit Jonathani paraphraſtæ annis 30. aut 40. ante Chriſtum cujus etiam frequens in Talmude mentio. A quodam recentiore tamen illum ſcriptum eſſe volunt Ludov. *Capellus* in Arcano Punctat. Revel. l. 2. c. 3. & Joh. *Morinus* in Exerc. Biblicis p. 370. ſqq. Buxtorfii ætate hic liber ob arcanam ſapientiam nondum integer impreſſus erat, ut teſtatur in libr. de Abbrevat. p. 146. in Bibl. Rabbin. p. 319. quamvis in libro zohar alibique aliqua ejus inſerta eſſent, prodiit tandem poſtea inſtantibus Polonis Judæis & editionem per quendam urgentibus Amſtelodami A. 411. 4to at pauciſſima tantum exemplaria impreſſa ſunt, adeoque liber rariſſimus eſt. Elegans MS. in 4to vidi in Biblioth. R. C. n. 205. Extat etiam inter Codd. Warner. n. 23. 4to in Bibliot. Lugd. Batava. De hoc libro alibi volente DEO plura dicemus.

(LXXV.) בחינת עולם BECHINATH OLAM *Examen mundi*, liber celebris, cujus autorem eſſe R. *Jedajah ben Abraham Happenini* cognomine *Habbedraſchi*, inter omnes convenit, ut neſciam quid Davidi Ganz in mentem venerit, ut ad ann. 58. ſeptimillenarii illum R. *Jacobum* vocet: conf. Bartol. III. 6. & 841.

(LXXVI.) בית אלהים BETH ELOHIM. *Domus DEI.* Plures hoc titulo libri extant. Ille tamen quem Bartol. I. 654. inter Anonymos refert, & quem ex Hotting. ait magnæ apud

apud Judæos autoritatis eſſe idem eſt cum illo, quem hoc titulo R. *Moſes ben R. Joſeph de Trani* compoſuit. Eodem titulo Commentarium in midraſch rabba extare ſcribit Autor ש״י.

(LXXVII.) בית מדות BETH MIDDOTH *Domus morum* liber Ethicus qui citatur in libello ראשית חכמה f. 103. ex Buxtorfio Bartol. I. 654. In ש״י idem dicitur & R. *AbenEzræ* attribuitur.

(LXXVIII.) בית מועד BETH MOED, *Domus Conventus* Præter illum, qui eſt R. *Menachem Rabba* & conciones feſtales continet, alium legalem anonymi ex Plantavitio affert Bartol. l. c. Eſt hic ſecunda pars libri עבודת הקודש cujus autor הרש ב״א, impr. Venet. A. 362. 4to de quo in ש״י.

(LXXIX.) בית נאמן BETH NEEMAN, *Domus firma.* Liber Concionum Anonymo autore excuſus Theſſalonicæ A. 307. in 4 ex Plantavitio allatus à Bartol. l. c. & in ש״י.

(LXXX.) בית עוזיעלי BETH UZIELI, *Domus Uzielis*, ſunt 16. ſermones ſuper nonnullas Pentateuchi ſectiones, excuſi Venet. A. 360. aut 364. juxta ש״י in 4to Autorem ignoravit Bartol. I. 655. I. 655. IV. 291. qui eſt excellens Doctor *Jehuda Uziel*, teſte R. Schabtai in ש״י.

(LXXXI.) בן דעת BEN DAATH. *Filius ſcientiæ* ex Hotting. Bartol. I. 671. ſcribit quod ſit explanatio in Pſalmos, quæ inter libros sereniſſimæ Reginæ Sueciæ olim extitit. Pleniorem hujus libri notitiam dat autor ש״י p. 86. b. qui hunc librum attribuit R. *Akſilrad* cognom. *Bandit*, fil. Joſeph. Levi & 150 ſermones in Pſalmos literaliter explicatos eſſe ſcribit. Excuſ. una cum comm. *Kafvenaki* in Pſalmos Hanov. A. 376. 4to.

(LXXXII.) בן לענה ובן תגלה de FILIUS LAANAH & FILIUS THAGLA de duobus iſtis libris integra Bartolocii verba hic appono ex I. 689. Nomina ſunt, inquit duorum, „ librorum, quorum meminit R. Azarias de Ru-„ beis in Meor Enajim c. 2. p. 21. eosque conti-„ nere multas parabolas, ænigmata & eruditas, „ ſententias ad morem libri Eccleſiaſtici. Quam-„ vis nonnulla vana, otioſa & nullius utilitatis in-„ ter eas permixta ſunt, quæ ſub nomine *Ben Sira*, „ (eo quia iſti libri una ſimul cum Benſira ſeu Ec-„ cleſiaſtici libro olim circumferebantur, ut cre-„ didit idem R. Azarias)- Illorum lectio prohibi-„ ta fuit in Talmude Codice Sanhedrin. che-„ lek —, ut ſupra notavimus in Benſira ſeniore, „ num. 349. Sed de his libris nullam memoriam, „ inter nos extare crediderim; nullum enim Au-„ torem, qui de his mentionem faciat, adinve-„ nire potui, ideo non inter nos ſed inter Judæ-„ os eosque aliquando forſan evulgatos fuiſſe, &, „ cum ſuo Ben Sira conjunctos extitiſſe creden-„ dum eſt. Hucusque Bartoloccius, quæ alio loco a nobis examinantur.

(LXXXIII.) בן המלך והנזיר BEN HAMMELECH VEHANNASIR, *Filius Regis & Nazareus.* Hoc libro continentur quæſtiones & Diſputationes inter Regem & Nazaræum qui rhythmice ad colloquium introducuntur. Græce primum ſcriptus & in Arabicum Idioma translatus dicitur ex quo deinceps Hebræum fecit *Abraham bar Chasdai hallevi.* Excuſ. Ferrariæ & Mantuæ A. 317. 8vo. Elegans etiam MS. vidi in Biblioth. R. C. n. 175. fol. Bartoloccius quando I. 27. hunc librum recenſet, quatuor in uno libro errores committit 1) librum compoſitum ſcribit ab Autore illo, quem tantum illum transtuliſſe conſtat 2) Autorem appellat R. *Abraham bar Chaſdriel*, quem tamen Buxtorf. & R. Schabtai, *Abraham bar Chasdai* vocant. 3) Libri titulum ponit & pronunciat בן חמלך והנזרי pro הזיר 4) E Græco in Hebræum & ex Hebræo in Arabicum idioma translatum ſcribit, cum contrarium dicere debuit; omittit etiam Ferrarienſ. editionem notare. Ex hoc uno loco de aliis erroribus Lector judicare poterit, qui multoties in confuſis Bartoloccii operibus reperiuntur, quæ alibi DEO dante purgabimus.

(LXXXIV.) בן משלי BEN MISCHLE. *Filius proverbiorum*, obſervante ex Biblioth. Rabb. p. 440. Domino *Edzardo* & *Normanno*, qui idem inſuper ex *Hotting.* promt. Or. p. 50. confirmat. Eſt liber carmina & rhythmos continens, autore R. *Samuel Hannagid* qui ante 700. annos vixit, vel ut alii putant, R. *Jehudah Aben Jybbon.*

(LXXXV.) בן סירא BEN SIRA: hic liber a noſtris *Eccleſiaſticus* dictus, communiter *Jeſu ben Sira*, a nonnullis etiam *Joſuæ ben Saruk* adſcribitur, in cujus veritate examinanda prolixus eſt Bartolocc. I. 678. ſeqq. Alius hoc nomine inter Judæos circumfertur liber, quem iſti a Ben Sira filio Jeremiæ Prophetæ compoſitum impudenter fingunt, (etſi Maimonides in præfat. ad c. 10. Tr. Sanhedr. ap. Pocock. in Porta Moſis. p. 163. inter hæreticos libros illum referat) continens ſerie Alphabetica varias ſententias morales qui partim Hebraice partim a Paulo *Fagio* & Joh. *Druſio* latine redditus aliquoties excuſus fuit, quo de conf. Buxtorf. Bartolocc. I. 684. ſeqq. & noſtram Biblioth. Rabbin. quæ propediem lucem aſpiciet.

(LXXXVI.) בני שמואל BENE SCHEMUEl *filii Samuelis*, Commentarius in Arba Turim, cujus Autor fertur R. *Samuel de Modena* quod dubie aſſerit Autor ש״י.

(*LXXXVII.*) בעלי הטורים BAAL HATTURIM *Autor linearum.* Normannus ex Elia Levit. præf. tert. Maſor hammaſor. p. 91. adſcribit R. *Jacobo.*

(*LXXXVIII.*) בעלי אסופות BAALE ASUPHOTH *Auctores Collectionum.* Miſcellam variorum collectionem MS. eſſe, ex Buxtorf. tradit Bartolocc. I. 689. & Autor ש״י.

(*LXXXIX.*)

(*LXXXIX.*) בעלי חיים BAALE CHAJIM *Hiſtoria Animalium* liber paſſim citatus à R. Levi ben Gerſon in Commentariis, præſertim in Proverbiis Salomonis, quod de ſic dicto libro ex Operibus Ariſtotelis in Hebræum converſo accipit Bartoloc. l. c.

(*XC.*) ס׳הבקבוק SEPHER HABBAKBUK *Liber Baucalii* ſeu *vinariæ Lagenæ* a Plantavitio allatus, qui tamen nec titulum nec argumentum ejus intellexit, oſtendente Bartol. I. 693. qui exhortatorium ad hilaritatem in feſto Purim exercendam librum eſſe, & in Bibl. Vatic. ſub nomine מסכת פורים MASSECHET PURIM MS. aſſervari ſcribit.

(*XCI.*) בראשית רבא BERESCHITH RABBA *GENESIS magna* vid. ad Tit. רבות.

(*XCII.*) ברית אברהם BERITH ABRAHAM *fœdus Abrahami :* duplicem hoc titulo librum anonymum affert Bartol. I. 698. alterum ex Buxtorfio, qui eſt libellus exiguus, docens quatuor ſpecies Arithmetices, editus Cracov. 8. (potius Pragæ) Hujus autor eſt R. *Abraham* ſcriba *Pragenſis :* alterum ex Plantavicio, quem vocat *librum Concionum* excuſum Lublini. Hujus poſterioris Autor in ש״י indicatur, qui eſt R. *Abraham* fil. *Samuelis Gedaliæ de Jeruſalem*, eſtque Commentarius in librum Jalkut magnæ apud Judæos autoritatis, ſiquidem ex 90. & amplius libris compilatus dicitur, quorum Syllabus in præfat. legitur. Excuſus reperitur cum libro *Jalkut* in præſtantiſſima illius libri editione Ligurnienſi quæ A. 410. duobus Voluminibus in folio lucem aſpexit.

(*XCIII.*) ברית הלוי BERITH HALLEVI, *fœdus Levi.* Commentarium in Leviticum anonymi Autoris eſſe ex Hotting. ſcribit Bartol. l. c. Alius hoc titulo liber reperitur in ש״י qui eſt Commentarius in preces & 613 præcepta, autoris R. *Eliæ* ben Abraham *hallevi Oettingenſis*, impr. Lublini A 405. 4.

(*XCIV.*) ברית מנוחה, BERITH MENUCHAH *fœdus quetis*, Librum Cabaliſticum vocat Buxt. Cujus auctor eſt R. *Abraham bar Iſaac* ex Rimmon Hiſpanus, eſtque multæ inter Judæos æſtimationis. Imp. Amſtel. 408. 4to. Alius hoc titulo Cabaliſticus liber Mſſ. extat, cujus autor R. *Chamai Gaon.*

(*XCV.*) ברכת המזון BIRCHOTH HAMMASON *precationes cibi.* Preces a variis autoribus compoſitæ, ante & poſt menſam pro gratiarum actione recitandæ, quæ Hebraice & Germanice apud Judæos circumferuntur, diverſis in locis conjunctim impreſſæ vid. infra tit. סדר תפלות.

(*XCVI.*) ברכת מהר״ם BIRCHATH MEHARABBI MOSCHE *Precatio R. Moſis* agit de Benedictionibus ſ. Precibus, impr. Tridenti ad ripas A. 319. 8vo ex ש״י.

(*XCVII.*) בראנט שפיגל Brand-Spiegel/ Titulus Germanicus libri Rabbino-Germanici, quod non intelligens Bartoloc. l. 699. ſcripſit Barnatt-Spiegel/ Judæis ס׳המראה. Eſt autem liber Ethicus continens varia præcepta bene vivendi, hortans ad pietatem & omnis generis virtutes colendas & vitia fugienda. Autor ש״י illum attribuit R. Moſi *Hanocho* Hieroſolymitano; impreſſus fuit Pragæ A. 370. Cracoviæ & demum Efurti ad Mœn A. 437. 4.

(*XCVIII.*) בשם קדמון, BESCHEM KADMON, *In nomine antiquo.* Libellum grammat. perbrevem eſſe pro pueris, ſcribit Buxt. Exc. Venet. 357. 82. Ejus auctor eſt R. Moſes Provincialis.

(*XCIX.*) בשר על גבי גחלים BASAR AL GABBE GECHALIM *Normannus* ex R. Schabbethai ש״י refert ad R. *Samuelem Levitam*, licet alii R. *Tham*, R. *Bibi*, aut R. *Judæ Gaon* ttibuant.

ג.

(*C.*) גבעת המורה GIFATH HAMMORE *Collis More* ex Buxtorf. inter Anonymos MS. a Bartol. I. 704. relatus, eſt expoſitio in more Nevuchim, autore R. *Joſeph bar Iſaac hallevi*, cui animadverſiones R. *Jom Tov Lipman Levi Halev* additæ ſunt in edit. Prag. A. 372 4.

(*CI.*) גדולת מרדכי GEDOLATH MARDOCHAI *Magnificentia Mardochæi.* Librum de Præceptis Moſaicis ex Hotting. citat Bartol. I. 705. At potior fides habenda autori ש״י qui ſcribit additiones obſervationesque eſſe in librum מרדכי autoris R. *Baruch* fil. R. *David*, cui additus in fine liber אגודת אזוב cujus ſupra mentionem fecimus.

(*CII.*) גורלות החול GORALOTH HACHOL *ſortes arenæ*, Librum geomanticum ad cognoſcendas res futuras recenſet Autor ש״י, qui plures tales libros Anonymos extare ſcribit. conf. eundem p. 93. ſub tit. Urim Vethumim.

(*CIII.*) גידולי תרומה GIDDULE THERUMA *Magnificentiæ oblationis.* Ex Hotting. de præceptis Moſaicis agere & inter libros Seren. Chriſtinæ in 4to, extare notat Bartol. I. 705. Neſcio an huic aſſerto fidem habere debeam, & annon idem liber ſit cum illo, qui Venet. A. 403 fol. impreſſus, prolixum nec inelegantem Commentarium in librum תרומות continet, autore R. *Azaria* fil. R. *Ephraim.*

(CIV.) גלי רזיא GALE RASAJA *Revelans Arcana* (quam *Kircher.* Oedip. Ægypt. citat Razæ Galchiah, afferente Baylio in Dict. Hiſt. Hiſt. Crit. T. 1. p. 97. & à quo alium diverſum affert Wagenſeil. Tel. ign. Sat. pag. 321. ſq.) Hunc velut antiquiſſimum librum Judæorum, in

qvo

quo fidei noſtræ & Trinitatis myſteria tam evidenter oſtenduntur, ut vix in Novo Teſtamento clarius cerni queant, ſæpiſſime citat Galatinus, & Rabbino vetuſtiſſimo רבינו הקדוש ſ. *Jehudæ ſancto*, qui *Miſnajoth* compoſuiſſe fertur, tribuit. At jamdudum obſervarunt viri docti & inter hos *Morinus* Exerc. Biblic. l. 1. exerc. 1. c. 2. fucum uti aliorum librorum Hebraicorum allegatione, ita potiſſimum hoc adducto libro Galatinum feciſſe, qui non tantum nullibi reperitur, Judaicisque ſcriptoribus omnibus prorſus ignotus eſt, & quo nec *Raimundus* aut *Porchetus*, è quibus reliqua ferè ſibi compilavit *Galatinus*, utitur, verum etiam eo minus R. *Judæ Sancto* attribui, aut præcepta Evangelica continere poſſit, quo magis in libris Misnajoth omnia Ceremonialia Judaica explanantur, quæ cum Chriſtianorum myſteriis & dogmatibus pugnant, neque vero probabile ſit R. *Judam* memoratum in uno libro aſſerere voluiſſe, quæ in altero iterum deſtruat. Quas rationes etiam cum nimis fortes eſſe videret Bartoloccius quam ut a quoquam ſanæ mentis in dubium vocari poſſent, ut Galatinum defenderet I. 726. duos ex cerebro ſuo excogitavit *Rabbenu hakkadoſch*, unum poſt Chriſtum, tempore Antonini Imperatoris; alium ante adventum Domini, cui hunc librum tribuit. Circumſpectius Buxtorfius & cum eo Normannus, a recenti quodam ſcriptore Hebræo, illum R. *Abrahamo* ex diſcipulis הא״רי ſ. R. *Iſaac Luria* adſcribi notat, & legi in illo res tremendas & ſtupendas. At hoc de alio libro Cabaliſtico intelligendum venit, de quo agit autor ש״י, non verò de Utopico illo Galatini, qui ut nunquam in rerum natura extitit, ita multo minus alicui ſcriptori Judæo attribui poterit. Alium hoc titulo librum in Germania editum, & Chriſtiano II. duci Saxoniæ inſcriptum a quodam *Julio Conrado Ottone Ex-Judæo*, in quo afferuntur aliquot Talmudicis ad Trinitatem Chriſtianam aſſerendam loca latine & Germanice verſa aſſerit Joh. *Seldenus* de Synedr. II. 96.

(CV.) ס׳הגן SEPHER HAGGAN, *Liber Horti* comment. in Legem ש״י.

(CVI.) גן המלך GAN HAMMELECH, *Hortus Regis* comment. in lib. Zohar ex ſcriptis R. *Iſaaci Luria* collectus MS. recenſetur in ש״י.

ד.

(CVII.) דברי הימים של משה *DIVRE HAJAMIM SCHEL MOSCHE Verba dierum Moſis.* Liber anonymus, & ut fertur antiquus, in quo *vita & mors Moſis* ſtylo Hebraico facili fuſè deſcribitur, quamvis multa fabuloſa in eo permixta ſint, & idcirco uti ſimilis farinæ libri, ab ipſis Judæis imprimis AbenEzra in comm. ſup. Exod. III. 22. pro ſpurio venditetur. Edidit illum Hebraice & latine una cum annexo tractatu פטירת משה *Exceſſus Moſis* & eruditis Additionibus Gilb. *Gaulmin* Pariſiis 1629. 8. In duobus libri hujus Hebraicis editionibus (neſcio an etiam in tertia vel potius prima Conſtantinop. A. 278.) Venetiis A. 304. & 365. 8vo poſt recenſitum librum plures alii Tractatus autorum Anonymorum annectuntur, qui ſunt:

פטירת משה *PETHIRATH MOSCHE Exceſſus Moſis.*

פטירת אהרן הכהן *Exceſſus Aaronis ſacerdotis.*

ס׳טאובי בן טוביאל *Liber Tobiæ filii Tobielis.*

ס׳ אלדד הדני *Liber Eldadis Danitæ.*

משלי סנדאבאר *Parabolæ Sandabaris.*

מעשה של ירושלמי *Hiſtoria cujusdam Hieroſolymitani.*

ס׳חנוך *Liber Enochi.*

חידות איזופיטי *Fabulæ Æſopi.*

משלים של שלמה המלך *Parabolæ Salomonis Regis*, de quibus ſingulis ſuo loco.

(CVII. α) דברי מלכי בית שני *DIFRE MALKE BETH SCHENI Verba Regum templi ſecundi.* Annexus eſt libro Cabal. R. *Abraham ben David.* Ven. A. 305. impr. quem vide. Latine a Conr. *Pellicano* verſum in Bibl. Tigurina aſſervari, aſſerit Buxtorf. Tr. Bibl. 296.

(CVIII.) דברי נגידים *Verba Anteceſſorum.* Conciones Sabaticæ ex ש״י.

(CIX.) דברי נועם *Verba jucunda.* Conciones in legem, ex eod.

(CX.) דברי השירה *Verba Cantici*, cantiones & poëmata Hebraice & Rabbino-Germanice in Judæorum expulſionem Francofurtanam impr. Amſtel. A. 408. 8vo.

(CXI.) דורות עולם *DOROTH OLAM Generationes ſeculi*, quem librum ignoti Autoris, cujus meminit autor Juchaſin, & quidem chronologicum eſſe ſcribit Bartol. II. 293. neſciens eundem librum eſſe cum libro hakkabala, R. *Abrahami ben Deor.*

(CXII.) דיתיקא חדתא *DATHICA CHADATHA. Teſtamentum Novum* in linguam Syriacam *Tremellio* (qui Bartol. II. 294. *autor damnatæ memoriæ* audit) latine verſum & adjecta Grammatica Chaldaica & Syriaca apud Henricum *Stephanum* excuſum fuit A. 1569. in fol.

(CXIII.) דקדוק לשון הקודש *DIKDUK LESCHON HAKKODESCH Grammatica linguæ ſanctæ* Anonymi autoris MS. Bibl. Vat. a Bartolocc. II 368 allata, qui autorem hunc *diligentem & accuratum Grammaticum* vocat. Plures libri Grammatici anonymi MSSpti extant, quorum aliquos notat Richardus *Simon* Hiſt. Crit. du V.T. liv. I. chap. 30. 31.

Opuſculum IV. Grammaticorum impreſſum eſt Venet. Ao. 306. 8. teſte Buxtorf. Bibl p. 330. Iſtum librum latine vertit Seb. *Munſterus*, ediditque Baſil. 1531. 8.

(*CXIII. α*) דיקדוקי ר"שי *DIKDUKE RASCHI*, *Grammaticalia Raſchi*, Expoſitio locorum quæ Grammatice expoſuit R. *Salomon Itzchaki* in ſuis commentariis, auctoris anonymi, adducta ap. Buxt. & in ש"י Exc. Venet. 320. 4.

(CXIV.) דרך ארץ DERECH EREZ *Via terræ* i.e. mores hominum. Titulus Tractatus inclusi in Corpore Juris Talmudici Babylonici, licet ad ipſum non pertineat. Hujus autor ignoratur, uti dicemus infra tit. תלמוד. Seorſim hic tractatus excuſus fuit ſed diverſo ordine ab eo, qui reperitur in corpore Juris Talmudici, Tridenti ad ripas A. 321. 8.

(CXV.) דרכי ציון DARKE ZIJON *Viæ Zionis*. Liber Geographicus, monſtrans qua ratione aliquis ex omnibus terræ partibus in Palæſtinam & vicina Palæſtinæ loca venire queat, impr. Amſtel. A. 410. 4.

(CXVI.) דתי המלך DATHE HAMMELECH *Jura Regis*. De inſtitutione Regum, Juribus eorum & ſubjectione iis debita librum agere ex Plantavicio ſcribit Bartol. II. 383. & ex eo autor ש"י.

ה

(CXVII.) הא הודיעה HE HAJEDIAH *He Demonſtrativum*. Liber parvus in 8vo in forma precationis compoſitus, cujus omnes literæ ab He incipiunt, ſuntque ultra bis mille. vid. ש"י.

(*CXVII. α*) הגדת פסח HAGGADATH PESACH *Hiſtoria Paſchatis*. Eſt illa ſectio, quæ ſub initium feſti paſchalis in Synagogis legi ſolet, de cujus Autore non conſtat, cum & ipſe R. Abarbenel, qvi præclaros in eam commentarios ſcripſit, Venet. A. 305. 4. impreſſos, nullam de illius Autore mentionem faciat. Hæc frequenter tum ſeorſim, tum cum Commentariis, Venetiis, Amſtelod. alibique excuſa fuit & præterea in omnibus precum libris legitur. *Italice* characteribus Rabbinicis, adjunctis diverſis precibus & compoſitionibus rhytmicis illam edidit *Leo de Modena*, teſte Bartol. IV. 306. Alius hoc titulo anonymus liber extat Hebræo-Germanicus, agens de adornatione feſti Paſchatis, de cibis in eo coquendis, de precibus aliisque quæ ad celebrationem feſti illius ſpectant, impr. Venet. A. 369. Hunc Hebr. Germ. & Latine etiam edidit *Rittangelius*, Regiomonti 1644. 4.

(CXVIII.) הגדת של יום שבועות HAGGADATH SCHEL JOM SCHEVUOTH *Narratio feſtivitatis hebdomadum* i.e. Pentecoſtes in memoriam datæ legis in monte Sinai mſ. Bibl. Vatic. adducit *Bartolocc.* II. 764.

(CXVIII. *α*) הגדת שמואל HAGGADATH SCHEMUEL *Narratio Samuelis* idem cum libro מדרש שמואל רבתא de quo ſuo loco.

(CXVIII. *β*) הגהות מיימוניות, HAGGAHOTH MAIMOIJNOTH, *annotationes in Maimonidem*, textui ipſius in nonnullis exemplaribus additæ. Dominus Edzardus atque Normannus obſervant a nonnullis tribui anonymo cuidam diſcipulo R. Meir, uti etiam Veneta editio A. 5310. Chriſti 1550. in titulo Maimonidis operibus dato; a Buxtorfio vero Biblioth. Rabb. p. 332. & aliis ipſi R. *Meir Rotenburgenſi, filio Baruch*: Quin nec deeſſe, qui diſcipulum illum R. Meir auctorem dicant *Mardochæum*, eosque ſequi etiam R. Gedaljam in Schalſcheleth haccabbala fol. 58. b. edit. Cracov. Anno 5361. Chriſti 1596.

(CXVIII. *γ*) הדרת קודש, HADARATH KODESCH, *Decor ſanctitatis*. Librum Cabaliſticum in 4to. Lublini exc. attulit Buxt. Auctor eſt R. *Simeon fil.* R. *Samuelis*. Exc. Friburgi A. 320. Lublini 349. 4to. Eſtque idem liber cum alio, qui dicitur ארבע שכלי, quo de vid. ש"י.

(CXIX.) תולך תמים HOLECH THAMIM *Ambulans perfecte* quem Hottingerus dicit Commentarium eſſe in Leviticum, cum potius agat de 613. præceptis Judaicis, illa juxta quadruplicem ſcripturæ ſenſum explicans, autore R. *Abraham fil.* excell. Doct. *Iſaaci Chijuth* impr. Cracov. A. 394. 4. vid. ש"י.

(CXX.) ס' אולם והיכל SEPHER ULAM VEHECHAL *Liber Atrii & Templi* Anonymi tractatum ligata oratione compoſitum de concluſionibus & caſibus pertinentibus ad ritum Pſallendi precesque alias perſolvendi & peccata confitendi, MS. Biblioth. Vatic. recenſet Bart. IV. 303.

(CXXI.) ס' הוראת הקורה SEPHER HORAATH-HAKKOREH *Liber Demonſtrationis lectionis* ut legit Bartol. IV. 301. cum potius legendum ſit הוריית הקורא ſeu *Demonſtratio lectoris* (quemadmodum ipſe Bartoloc. IV. 522. hoc titulo librum adducens, diverſos libros facere videtur:) autoris anonymi, tractat de vero modo legendi & pronunciandi linguam Hebraicam, deqve tota re Grammatica, & præſertim de punctis & accentibus, quem ex Arabica lingua in Hebraicum verſum à R. *Menachem ben Nathanael* MS. in Biblioth. Vatic. extare ſcribit Bartol. Frequenter allegatur in טעמי המקרא alio libro Grammatico R. *Judæ ben Bileami* Pariſiis A. 326. 4to impreſſo & apud *Eliam Levitam* in tertia præfatione, cujus verba leguntur apud Joh. *Morinum* in Exerc. Biblicar. p. 499.

(CXXII.) הזהרת הלוין *HASHARATH HALLEVIN* Librum admonitorium eſſe ad fugiendum malum & bene faciendum MS. Bibl. Vatic. notat Bartol. IV. 303.

(CXXIII.) הלכות גדולות *HALACHOTH GEDOLOTH deciſiones magnæ* ſc. variorum caſuum ad tenorem ſex ordinum Talmudis Babylonici concinnatæ. Librum antiquiſſimum eſſe conſtat, ſiquidem in תוספות & aliis libris ritualibus frequenter allegatur, abſque tamen nomine Auctoris, in quo definiendo ipſi Rabbini variant. Nam R. *Moſes Mikkozi* in præfat. libri ſui de præceptis ejusque diſcipulus R. *Mardochai* magnus, in fine cap. ואלו מגלחין itemque R. *David Ganz* part. I. fol. 35. col. 1. iſtud opus attribuunt cuidam ex *Gonim* R. *Jehuda* dicto, quem excerpta potius ex hoc libro non librum ipſum compilaſſe alii volunt, qui R. *Simeonem* (pro quo falſo Morinus legit Samuelem Ex. Bibl. pag. 252.) *Keiram* ejus autorem conſtituunt, quod faciunt R. *Jehuda Levita* in præf. huic libro præmiſſa, R. *Gedalia* in Schalſch. hakkab. f. 35. col. 2. R. *Schabtai* in ש"ש, qui adhuc alium autorem juxta nonnullorum placitum nominat nempe R *Joſephum Tow Elem*, *Buxtorfius* in Bibl. Rabb. Bartol. III. 9. & Cl. *Zoega*, amicus noſter in Diſſ. de Buccina c. 1. §. 5. in notis, aliique, quam litem componere noſtri jam non eſt inſtituti. Impr. Venet. 308. fol. & juxta Bartol. IV. 425. etiam Conſtantinop. anno non notato. Celeberrimus *Normannus* ex pagina liminari ipſius libri hujus refert, quod ex ſententia R. Moſis Kozenſis in præf. ס"מג R. *Jehudæ Gaoni* tribuatur, quod tamen pag. ſeq. in dubium vocet R. Judas Levita, ex eo, quod mentio R. Jehudæ alicubi tanquam aliûs fiat, qui nec pro R. Simeone Keira pronunciare audeat: & tandem addit, quod citra hæſitationem huic R. *Schimeoni Keiræ* vindicetur liber à R. Aboab Nomolog. 263.

(CXXIV.) הלכות דעות *HALACHOTH DAOTH* Libellus Ethicus ex Rambam, libello antiquo אבקת רוכל & הלכות דרך ארץ collectus, cui alius ejusdem argumenti adjunctus, qui vocatur חיי עולם Cracov. A. 355. 4to. Hæc ex Buxtorf. Bartolocc. II. 783. Latine ſub titulo *Canones ethici* cum notis edidit Georgius *Gentius* Amſtel. 1640. & 1653. 4.

(CXXV.) הנהגת המלכים *HANHAGATH HAMMELACHIM Inſtitutio Regum* liber in gratiam cujusdam Regis Galliæ per aliquos Philoſophos ſcriptus, agit de inſtitutione Regum & Principum & qua ratione Regum filii a teneris ad probitatem educari variasq; linguas addiſcere debeant. Diviſus eſt in libros & capita & Mſ. tantum reperitur, teſte R. Schabtai in ש"ש. Extat etiam inter Codd. Warnerian. n. 9.

ו

(CXXVI.) ווי עמודים VAVE AMUDIM *uncini columnarum* cujus ſolum titulum ex Indice librorum Sereniſſimæ Chriſtinæ fol. adducit Bartol. II. 803. & utrum liber ſit nec ne in dubio relinquit. Majorem de illo notitiam dat memoratus R. Schabtai in ש"ש p. 79. uti librum concionum præſtantiſſ. ſcribit eſſe ſuper Gemaram, juxta 6. columnas diſpoſitum, nempe Legem, cultum ſacrum, Retributionem mercedis, Judicium, veritatem & Pacem & in capita etiam diſſectum, auctore Excell. Doct. *Schabtai Schaptel*. Impreſſus reperitur Tom. II. libri שני לוחות הברית Amſtel. A. 413. in fol. excuſi.

(CXXVII.) ויקהל משה, VAIJAKHEL MOSCHE, *& congregavit Moſes*, Liber concionum, cujus auctorem detegit Excellentiſſimus *Cavius* R. *Moſen Almorinum*.

(CXXVIII.) ויכוח VIKUACH *Diſputatio*. Plures hujusmodi Diſputationes inter Judæos & Chriſtianos habitæ, & in Bibl. Vatic. Mſſ. aſſervatæ recenſentur a Bartolocc. II. 806. ſqq. IV. 316 336. quas omnes, cum in idem fere argumentum collineent, hic prolixius exponere haud exiſtimamus neceſſarium eſſe.

ז

(CXXIX.) זבח פסח SEVACH PESACH *Sacrificium Paſchatis*. Præter illum, qui nomine Don *Iſaaci* ABARBENELIS proſtat, alium inter anonymos retulit Bartolocc. IV. 316. ſq. dicitque librum eſſe de præceptorum ratione, ubi quæ ad immolandum paſchalem victimam pertinebant, admiranda rerum copia deſcribuntur. Addit citari in lib. שבט יהודה attribuique R. *Emanueli Brundo*.

(CXXX.) זוהר ZOHAR *Splendor*, celebris Commentarius Cabaliſticus in Pentateuchum & V. Megilloth inter Judæos & Chriſtianos tantopere decantatus, & ni fallor quaſi pro divino libro Habitus. *Hunc* a R. *Simeone fil. Jochai diſcipulo R. Akivæ* in ſpelunca quadam terræ, in qua per annos 12. delituit metu Adriani Imperatoris Romani, circa A. C. 120. aut ante (non ante natum Chriſtum ut ſine teſtimonio ſcribit *Sixtus Senenſis* lib. IV. Bibl. S.) compoſitum fuiſſe, communis apud Judæos traditio eſt, quamvis alii ut autor libri *Juchaſin* fol. 42. col. 1. & 52. col. 2. R. *Gedalia* in Schalſch. fol. 31. R. David *Ganz* in Zemach David part. 1. fol. 42. col. 2. non ab ipſo Simeone, verum ſexaginta circiter annis poſt illius mortem a diſcipulis ejus ſcriptum afferunt, qui etiam tradunt, quod liber totus jam non inveniatur ſed aliquæ minimæ partes ſint quas modo in uno volumine habemus, cum olim tantæ molis fuerit, ut nec Camelus illum portare potuiſſet. Verum quicquid etiam pro antiquitate hujus libri ſtabilienda afferant Judæi, ſufficienter a noſtris oſtenſum fuit, illum minime tantam præ ſe ferre ætatem, quantam de eo jactant Judæi, nec ullibi ante R. Moſis bar *Nachman* aut R. *Aſcheris* tempora memoriam ejus reperiri. Confer. *Buxtorf.* de Abbreviat. p. 193. & Bibl. Rabb. p. 337. *Capell.* Arc. Punct. revel. l. 2. c. 3. & *Morinus* Ex. Bibl. p. 358. ſeqq. Quod vero nuper inter Chriſtianos aliquis repertus ſit, qui non modo hanc ætatem defendere, verum etiam ipſa libri dogmata

gmata tanquam myſteria proponere tentavit, hoc ex nimio judaizandi fervore potius quam veritatis amore factum eſſe eruditi judicant, cujus alias abſtruſiſſimus labor omnem laudem mereatur, optandumque fuiſſet, ut quam promiſit, latinam libri verſionem ante mortem abſolvere, ac in lucem edere potuiſſet. Excuſum fuit plurimis cum additionibus aliisque Tractatibus Cabaliſticis memoratum Zoharis opus Mantuæ Ao. 320. 4to. tribus voluminibus, quæ editio reliquis præſtat & omnium rariſſima eſt, Cremonæ Ao. 328. fol. laudata â Daſſov. præfat. de reſurrect. mortuorum, Lublini Ao. 383. quam accuratiſſimam Editionem R. *Tzebi* fil. R. *Kalonymos*, vidi in Bibl. R. C. num. 247. tandemque Sulzbaci Ao. 444. fol. Integri operis latinam verſionem olim in Anglia typographiæ traditam fuiſſe, aſſerit R. *Schabtai* in Append. libri ש״י. Plura de hoc libro alibi dicemus.

(*CXXXI.*) זוהר יהוה ZOHAR JEHOVAH *Splendor Domini*, Commentarium in Pentateuchum MS. reperiri in Biblioth. Vatic. & â memorato *Zohar* valde diſcrepare, ſcribit Bartoloc. II. 807.

(*CXXXII.*) זוהר חדש ZOHAR CHADASCH, *Splendor novus*, Eodem ſtylo cabaliſticas legis explicationes pertractat, quæ in antiquo Zohar memorato minime inveniuntur, de cujus autore itidem nihil certi conſtat. Annexos habet ſequentes libros מדרש הנעלם item תקונים R. *Iſaac de Luria* item מדרש שיר השירים רות ואיכה luci primum expoſitus per R. *Salomonem* fil. R. *Iſaaci Sacerdot. Juſtitiæ* Theſſalon. Ao. 357. deinde cum additionibus R. *Iſaaci Luriæ* & aliorum Rabbinorum, opera R. *Moſis Mardochæi* fil. R. *Samuel Margolith* prodiit Cracov. Ao. 363. & Venet. A. 423. 4to.

(*CXXXIII.*) זוהר על הרפואה ZOHAR AL HAREPHUAH *Splendor Medicinæ* Titulus libelli Medici â Bartol. II. 807. adductus, quem ſcribit de cura Calculi agere, cujus meminit *Geſnerus* in Bibl. ſine nomine Autoris, excuſum Venetiis una cum *Raſi ad Almanſorem* anno Domini. 1497.

(*CXXXIV.*) זוהר עקדת ZOHAR AKEDATH In indice Titulorum ad calcem P. IV. Bibl. Rabbin. Bartol. pag. 683. hoc titulo liber conſpicitur & P. IV. p. 468. indicatur ubi de hoc libro actum ſit. At quam inſulſe & parum conſiderate. In cit. pag. enim duo diſtincti libri adducuntur, liber *Zohar* & liber *Akedath*, qui eſt *Akedath Itzchaok*, ex quibus unum fecit ſtupidiſſimus indicis compilator. Hoc ideo monere voluimus ne forte aliquis qui indicem conſuluerit, ibi de novo impingat, & ut circumſpectius impoſterum agant, qui librorum titulos ſcribunt.

(*CXXXV.*) זוהר הרקיע ZOHAR HARAKIA, *Splendor firmamenti* Conſtantinop. in 4to. Hæc Buxtorf. Ex libro ש״י conſtat autorem hujus libri eſſe R. *Schimeon bar Zemach*, eſtque elegans liber commonefaciens ad obſervationem 613. præceptorum, juxta 12. fidei articulos â Maimonide traditos procedens: impr. Conſtantinop. A. 280. 8vo.

(*CXXXVI.*) זיבן וויזי מיסטר פון רום Sieben weiſe Meiſter von Rom *Septem Sapientes Magiſtri Romani.* Titulus libelli Rabbino-Germanici ab Autore ש״י allegati. Narrationem continet Imperatricis Pontianæ cui unicus filius erat: Huic narrationi multa ſapienter dicta illorum ſeptem ſapientum virorum intermixta ſunt. Impr. Amſtelod. A. 423. 8vo.

(*CXXXVII.*) זכרון טוב SICCARON THOBH *Recordatio bona.* Expoſitio in Pentateuchum. Hæc Buxtorfius & ש״י.

(*CXXXVIII.*) זכרון תורת משה SICCARON THORATH MOSCHE *Recordatio legis Moſis* Conſtantinop. Hæc Buxtorf. Duo hoc titulo libri in ש״י recenſentur ambo Conſtantinop. impreſſi, ut adeo divinare non liceat, utrum Buxtorf. intelligat. Unus Concordantias continet locorum ſcripturæ quæ in Talmude utroque, libro Akedath, Ikkarim, more nevuchim &c. explicata ſunt â *R. Moſe fil R. Joſeph* פ״ג congeſtas in fol. Ao. 313. & deinde Pragæ Anno 383. impreſſ. Alter compendium Præceptorum eſt autore R. *Moſe Ferico.* Celeberrimus Cavius hujus tituli librum refert ad R. *Moſen Prov.*

(*CXXXIX.*) ס׳ הזכרונות SEPHER HASSICHRONOTH, *Liber Recordationum* absque autoris nomine & impreſſionis loco circumfertur. Illud indicat R. Schabtai in ש״י nempe R. *Iſaac* fil. R. *Chaim Jeſchurun pat. domus Judicii Synagogæ Hiſpanic. Hamburgenſis.* Complectitur ritus, conſtitutiones & conſuetudines Judæorum Impr. Pragæ 4to. Quod idem *Normannus* & *Edzardus* confirmant.

(*CXL.*) זכות אדם SACHUTH ADAM *Meritum Adami.* Tractatum moralem *de merito Hominis* vocat Bartol. IV. 304. qui MS. reperitur in Biblioth. Vatican. Idem II. 807. de eo agens ab Hottingero in Bibl. Orient. quendam libellum cum eodem titulo exhiberi ignoti autoris ſcribit, qui Adami primi hominis peccatum excuſare vel etiam omnino negare contra S. Scripturam impie contendit: unde forte ſua depromſit Autor ש״י, qui eadem de hoc libro ſcribit. Hottingerum autem uti omnia ſua, ex Buxtorf. Appendice hæc exſcripſiſſe quis negat?

(*CXLI.*) זמירות ושירים SEMIROTH VESCHIRIM. *Cantiones & Hymni.* Hujusmodi plures tum in peculiaribus libellis, tum in Machzorim aliisque libris conſpiciuntur quorum autores maximam partem ignorantur. Illæ vero, quas in honorem Sabbati decantandas cum rythmis Germanicis & explicationum notis Hæbraicis allegat Buxtorfius, & ex Plantavitio Bartol. II. 819. autorem agnoſcunt R. *Akivam* Francofurtenſem cum aliis annexis Tractatibus impr. Baſil. Ao. 359. 8vo indicante R. Schabtai in ש״י.

(CXLII.) ועקת סדם SAAKATH SEDOM. *Clamor Sodomæ* librum de Hiſtoria Sodomiticæ ſubverſionis Anonymi, Theſſalonicæ in 8vo. excuſum, ex Plantavitio affert Bartol. II. 819. & autor ש"י.

(CXLIII.) זר זהב SER SAHAV *Limbus aureus.* Explicationem in Pſalmos ignoti autoris eſſe ex Hottingero ſcribit Bartol. II. 821. Autor ש"י quendam fil. R. *David de Paraviſtas*, libri hoc titulo, quem Collectanea ex Zohar & Medraſchim continere, impr. Cracov. Ao. 407. 4to ait, autorem facit.

(CXLIV.) ס'זרובבל SEPHER ZERUBABEL *Liber Zerobabelis.* Librum impium & ſceleſtum vocat Bartol. II. 820. ſeq. excuſ. Conſtantinop. 4to. qui colloquium continet inter Zerobabelem (quem eundem cum Nehemia fil. Chacaliæ eſſe in Tr. Talm. Sanhedrin dicitur) & Metatronem Judaicum angelum, de ortu, educatione, vita, bellis & morte ארמילוס *Armilli*, quem Antichriſtum Judæi faciunt & poſt bellum Gog & Magog contra eos venturum credunt, multaque ac gravia bella geſſurum, in quibus occidetur, & Armillus â Meſſia ben David. Mentionem hujus libri facit, eundemque cum aliis qui ſimiles fabulas ſapiunt, rejicit *Aben Ezra* in Comment. ad Exod. II. 22. Miror in libro ש"י hunc librum plane prætermiſſum eſſe.

(CXLV.) זרזיר מתנים SARSIR MATHENAIM *Accinctus Lumbis.* Librum concionum ex relatione R. *Juda Mutinenſis* eſſe, cujus autor ignoratur, ſcribit Bartol. II. 821. de quo etiam Plantavitius n. 177. Præter autorem qui eſt R. *Samuel ben Athar*, nihil amplius notat R *Schabtai* in ש"י, qui narrationes & Hiſtorias eo contineri ſcribit.

(CXLVI.) זרעו לצדקה SAREU LIZDAKA, *Seminate ad Juſtitiam.* De Jure Hebræorum librum ex Hotting. affert Bartol. II. 824. De eo nihil in ש"י reperio. *Norm.*

ח

(CXLVII.) חובת הלבבות CHOVATH HALLEVAVOTH *Officium cordium* liber inter Judæos magnæ exiſtimationis & vulgo ſatis notus, cujus autor communiter eſſe fertur R. *Bechai Senior* fil. R. *Joſeph Hiſpani* qui circa A.M. 4900. i.e. C. 1140. Arabice illum exaraſſe dicitur, unde in Hebræum Sermonem R. *Juda Aben Tibbon* illum tranſtulit, quamvis de eo dubitet autor ש"י, qui hunc autoris ignoti librum primum â R. Bechai Sen. ex Arabico in Hebraicum Sermonem translatum fuiſſe putat. Cœterum nos alibi plura de hoc libro dicemus.

(CXLVIII.) ס'חזון SEPHER CHASON *Liber Viſionis.* Continet ænigmata, inquit Hottingerus. Hæc Bartol. IV. 309. Addo ænigmata & ſententias allegoricas ex Gemara & Deciſionibus Talmudicis â R. *Jacob* fil. R. *Juda Lando* conſarcinatas excuſ. Venet. Ao. 312. & Pragæ 369. 4to vid. ש"י.

(CXLVIII. α) חזקוני CHASSEKUNI. *Confortate me.* Nomen autoris, obſervante *Edzardo*, tecte compræhendit. Vocatur enim R. *Chiskia* fil. *Manoach*, ceu ex præf. patet. Liber ipſe eſt commentarius in Pentateuchum, collectus ex Bereſchith Rabba, Mechilta, Siphra, Siphre, Tanchuma, Peſikta, aliisque commentariis in legem antiquioribus, quorum exhibet nucleum. Excuſus Cremonæ. Ao. 319. Chriſti 1559. per Vincentium Conte. 4to, & alibi.

(CXLIX.) ס'חטאה SEPHER CHATTAAH. *Liber de Peccato*, tractans de Sacrificio pro peccato ſ. expiatione peccati, excuſ. Cracov. ſine nomine Autoris & anno non indicato, ut ex Plantavitio notat Bartol. II. 830. In ש"י nullum hoc titulo librum reperio.

(CL.) חידות איזופיטי ——— *Fabulæ Æſopi*, Philoſophi moralis Phrygii inter eruditos univerſi orbis tantopere decantatæ, ac plerarumque gentium linguis tritæ, de quarum autore tamen nondum inter cunctos convenit. Ex Græco authentico in Hebræum ſermonem illas quis tranſtulerit, æque hactenus incognitum manſit, etſi diverſis vicibus Hebraice una cum aliis tractatibus junctim prodierint, quas editiones ſupra jam notavimus, cum librum ד"י של משרה recenſuimus. Dum hæc ſcribo, Viri juvenis doctiſſimi cujusdam Lipſienſis Epiſtola ad manus meas venit, in qua inter alia nova, quæ hoc anno (1698.) Oxonii prodiit, fabularum Æſopi editio plurimis fabulis in Hebræa atque Arabica lingua extantibus hactenus nondum impreſſis, augmentata, cum verſione metrica notatur, quæ tamen ſtatim ac lucem publicam vidit magiſtratus decreto iterum ſupreſſa fuit ob hæc verba, quæ in præfatione leguntur: *Inter eos qui Æſopo fabulas haſce abjudicant, dicunt eſſe Richardum quendam Bentlejum, virum in volvendis Lexicis ſatis diligentem.* Hæc obiter.

(CLI.) חיי עולם CHAJE OLAM *Vita æterna.* Titulus libri Ethici de acquirenda poſſeſſione vitæ æternæ autoris anonymi characteribus Hebræo-Germanicis exarati; Excuſ. Friburgi Brisgojæ. Anno. 343. 4to Vid. Bartol. II. 838. & ש"י. Alium hoc titulo MStum Codicem vidi in Bibl. R. C. num. 75. Hujus vero autor eſt R. *Abraham Videns*, continetque explicationem nominis Tetragrammati.

(CLII.) ס'החכמה SEPHER HACHOCHMA *Liber Sapientiæ* vel ut Buxtorfius habet חכמתא רבתא דשלמה CHOCHMETHA RABBETHA DESCHELOMOH *Sapientia magna Salomonis.* Iſte Salomonis, vel ut alii cum Hieronymo volunt, *Philonis* Judæi liber inter libros Apocryphos Chriſtianis ſatis notus ex Græco in *Hebraicam*, vel potius ut R. Moſes bar Nachman in præfat. commentarii ſui in legem

legem citat, *chaldaicam*, ſ. quemadmodum ex ſtylo Buxtorfius in Bibl. judicat, *Syriacam* lingvam verſus, cum hodierno græco textu ex aſſe convenit, uti ex collatione illorum locorum quæ memoratus Nachmanides ex iſto libro excerpſit, (cujus verba cum latina verſione etiam leguntur in Joſ. de Voiſin Obſervat. ad Raymundi Pug. fidei fol. 103.) cum v. 5, 6, 7, 8, 18, 19, 20, 21. Cap. VII. noſtræ Sapientiæ Gr. Salomonis, eluceſcit. Ut idcirco Johanni *Pico*, Mirandulæ Comiti, minime adhibenda fides videatur, quando in Præfat. in Heptapla ad Laurentium Medicem hæc verba ſcribit: *Extat apud Hebræos Salomonis illius cognomento Sapientiſſimi liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus eſt Philonis Opus, ſed alter Hieroſolymæ, quam vocant, ſecretiore lingua compoſitus, in quo vir, naturæ rerum, ſicuti putatur, interpres omnem ſe illiusmodi diſciplinam fatetur de moſaicæ legis penetralibus accepiſſe.* A quonam autore verſio iſta quam Nachmanides ſe vidiſſe aſſerit, profecta fuerit, definire non poſſumus, etſi non adeo recentioris Scriptoris eſſe ex ſtylo judicare liceat. Neque tamen ejus Antiquitatis illum eſſe ſtatuendum erit, ut ad Salomonis tempora referatur, vel cum R. *Azaria* in libro אמרי בינה c. 57. in gratiam Regis cujusdam ad Orientem habitantis â Salomone ipſo chaldaice ſcriptam eſſe pronuncietur, cum enim certum non ſit, Salomonem unquam talem librum compoſuiſſe, aut ſi compoſuit, eundem qui hodie circumfertur, Salomonem autorem agnoſcere, ſane nullo argumento probari poterit, librum hunc Hebraice extitiſſe antequam græce extitit, uti contra *Huetium* contrarium in demonſtrat. Evangel. p. 359. vel 417. edit. Lipſ. aſſerentem, adſtruit Joh. Alb. *Fabricius*, amicus noſter ſingulariter colendus in prolegomen. in Libr. Sapient. cum potius *Hieronymus* in præfat. Sapientiam apud Hebræos nusquam eſſe, & ipſum ſtylum græcam eloquentiam redolere aſſerat. Ut adeo memoratam Nachmanidis chaldaicam ſapientiam recentioris cujusdam traductionem eſſe firmiter concludere queamus. Reperitur ſyriacè Sapientia in Bibliis Polyglottis Anglic. quæ ab illa cujus fragmenta apud Nachmanidem extare diximus, pauliſper differt.

(CLIII.) חכמת המזלות CHOCHMATH HAMMESULLOTH *Scientia Planetarum*, item Solſtitiorum, Noviluniorum, omniumque calculationum Aſtronomicarum autoris anonymi cum latina verſione prodiit Baſil. Ao. 287. 4to teſte autore ש"י.

(CLIV.) ס' חנוך SEPHER CHANOCH *Liber Enochi* ex quo tanquam teſte Judicii Dei, ut *Irenæus* IV. 30. vocat Judas Apoſtolus in Epiſtola ſua Canonica 14, 15. adverſus impios & ſeductores formidabile de judicio extremo teſtimonium allegat, ob quod, ut teſtatur Hieronymus in Catal. Script. Eccleſ. c. 4. â multis olim extra Canonem hæc epiſtola rejecta fuit. Etſi vero ex Apoſtoli Judæ loco non videatur convinci poſſe, Henochum librum ſcripſiſſe, cum tantum prophetaſſe i. e. ut Bonav. Cornel. *Bertramus* de Republ. Judaica c. 2. explicat, anathema illud ſolenne, quod 1 *Cor.* 16, 22, legitur ſuæ ætatis hominibus ab antiqua puritate deſciscentibus propoſuiſſe, non autem ſcripſiſſe dicatur, conſtans tamen antiquorum Patrum hæc fuit ſententia, librum, qui ſub titulo ἀποκάλυψις ἐνώχ eorum ætate circumferebatur, licet interpolatum, *Enochum* autorem agnoſcere, cujus meminerunt *Origenes*, *Tertullianus*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Cl. Alexandrinus* & alii. Eo etiam uſus eſt *Celſus* & particulam ex eo produxit quæ habetur apud Origenem contra Celſ. libr. 5. Habuit etiam *Georgius Syncellus* librum Græcum eo nomine, unde nobis partem ſatis magnam dedit *Joſ. Scaliger* in doctiſſimis ad Euſebium notis pag. 244, 245. quod fragmentum deinde latinitate donatum *Kircherus* in Oedipo Gymnaſ. Hieroglyph. pag. 69. inſeruit. Hunc Enochi librum exiguis primum foliis conſtitiſſe credibile eſt, deinceps autem cum tempore immenſum crevit, dum quisque ea quæ voluit addidit, & interdum interpolavit, notante *Grotio* in Comment. ad c. l. Judæ, & *Druſio* libro mox cit. c. 18. quanquam jam ſuo tempore Origenes Hom. 28. *de ſtellarum nominibus plurima in libellis, qui appellantur Henoch, ſecreta contineri & arcana, ſcripſerit.* Utrum vero Chaldaicè vel Hebraice iſte Henochi liber conſcriptus primum fuerit, nullo quidem certo teſtimonio affirmari poterit, nec verum eſt, quod Joh. Druſius c. 22. libri de Henocho aſſerit, librum Henoch hodieque apud Judæos extare. Nam ex illius verbis Manahemi Ricinenſis (qui eſt R. *Menachem Rakanati* qui comment. in legem ſcripſit) latinè â Druſio allatis nihil aliud concludi poteſt, quam â quibusdam Cabalæ ſcriptoribus interdum Enochi librum allegari, ejusdemque mentionem in libro Zohar fieri. Appono hic Hebraica R. Menachem Rakanati verba ex Commentario in legem fol. 30. col. 1. cum latine apud Druſium c. l. legi poſſint. וראיתי לקצת חכמי הקבלה האחרונים שכתבו כי מצאו בספר חנוך בן ירד כשלקח אותו אלהים כתוב בו סוד זה עם שאר סודות מופלאות' וכבר הזכירו רבותינו ז"ל הספר ההוא בספר הזוהר ולפי דברי הספר ההוא דע כי גן ערן של מטה הוא מוכן מיום שנבראו רוחות הצדיקים לגור שם בצורתם

Quorum verborum notitiam ſi habuiſſet Bartol. non neceſſe ei fuiſſet in Biblioth. II. 844. confiteri, ſe ex Hebræis nullum reperiſſe, qui de libro Henoch mentionem faciat præter Autorem *Juchaſin* qui fol. 134. b. de Henocho ſcribit, eum etiam *Adris* vocari, librumque de Aſtronomia ſcripſiſſe. Recte autem ibi Bartolocc. contra Autorem Juchaſin obſervat, eum hallucinatum eſſe, cum Henochum noſtrum cum Henocho Adris eundem facit, cum hic poſterior Philoſophus Arabs apud Arabes & antiquiores Hebræos notiſſimus, recentioris ævi ſcriptor ſit, cujus liber, quo filius Adris ad pietatem, charitatem & alias virtutes morales eruditur, hodienum extat, & diverſis vicibus una cum libro ד"י של משה aliisque tractatibus junctim prodiit, quo de vide ſupra. De Henochi vero libro con-

fer præterea Bangii Cœl.Orient. p. 88. ſq. Wagenſeil de lingua authentica N. T. p. 32. ſqq. & Pfeiffer diſſ. de Henocho.

(*CLV.*) חסד אברהם CHESED ABRAHAM *Pietas Abrahami* Liber eſt concionum, Excuſus Lublini, inquit Plantavitius. Hæc Bartol. II. 850. quod tamen falſiſſimum eſt. Liber enim hoc titulo proſtans, qui conciones ſ. potius ſermones ex abſtruſiſſimis Kabbalæ myſteriis continet, cujus autor eſt R. *Abraham* fil. *Mardochæi Aſulæi*, illo tempore, cum Bartol. & Plantavitius hæc ſcriberent, nunquam adhuc impreſſus erat, quemadmodum etiam in ש״י non niſi MS. citatur, qui demum A. 445. i.e. C. 1685. curante autore Kabbalæ denudatæ Sultzbaci in 4to prodiit, quam Editionem recenſent Actorum Eruditor. collectores Lipſ. A. 87. p. 88. ſqq. Quod ſi vero alterum hoc titulo extantem librum Cracov. A. 362. A. 362. & Lublini A. 376. fol. excuſum intelligit Bartol., ille non conciones continet, ſed eſt commentarius in articulos fidei Maimonidis, autore R. *Abraham Horwitz Hallevi* cognom. R. *Abraham Schaptel*; eſtque ſecunda pars libri ברית אברהם, præſcribentis rationem pœnitentiam ob peccata inſtituendi. De utroque videndus autor ש״י.

(*CLV. α*) ספר החנינוך SEPHER HACHINNUCH, Normannus & Edzardus referunt, *catecheſin* eſſe conſcriptam à *Levita Barcelonenſi*, cujus integrum nomen eſt R. *Aaron ex domo Levi Barcelonenſis*, ut indicat Gedalja in Schalſchelet haccabbala f. 54. a. qui ipſe loco citato librum ab *Abrahamo filio Iſaaci Narbonenſis* compoſitum putat, vel à *Moſe Narbonenſi*. Continet explicationem ſexcentorum & tredecim præceptorum ſecundum ordinem Sectionum Pentateuchi. Venet. apud Joh. de Gaza. A. Chr. 1600. 4to. Plurima ex hoc catechiſmo Joh. Henr. *Hottingerus* in ſuum jus Hebræorum tranſtulit latinitate donata.

(*CLV. I*) חפץ השלום CHAPEZ HASSCHALOM *Deſiderans pacem* Ex Arabico Anonymi Autoris in Hebraicam linguam à R. *Meſchulam* fil. *Jonæ* translatus liber de Medicina agens, MS. aſſervatur in Bibl. Vat. quem codicem A. 175. ſcriptum eſſe teſtatur auctor ש״י. Olim etiam hunc librum eleganter ſcriptum vidi in Bibl. R. C. in fol. n. 114. ubi ſqq. verba annotata legi: „Eſt celebris liber *Kethibon Iazrizon* „famoſiſſimi apud Arabes Medici. Ex Arab. in „Hebr. verſus ſæpe citatur ab Ebn Beitar.

(*CLVII.*) חקירה על הצלחת האדם CHAKIRAH AL HATZLACHATH HAADAM *Inveſtigatio Proſperitatis Hominis* Tractatus de Hominis Beatitudine MS. in Biblioth. Vatic. in 4to. ex Bartol. II. 855.

(*CLVIII.*) ס׳חרידים SEPHER CHARIDIM *Liber Trepidantium*. Explicationem 613. præceptorum Judaicorum, docentem à quonam ex 5. ſenſibus ſingula dependeant, quaque ratione ſint obſervanda & adimplenda, & Venet. in 4o. A. 361. impreſſam eſſe ex Buxtorf. notat Bartol. II. 855. Ejus autor eſt R. *Eliezer Azkari*, & liber multum apud Judæos æſtimatur, docente Autore ש״י.

(*CLIX.*) חתן דמים CHATAN DAMIM *Sponſus Sanguinum*. Liber Cabaliſticus juxta Buxtorf. vel rectius ritualis, de nuptiis, circumciſione &c. agens juxta Hottinger. & ש״י. Ejus autor R. *Salman Runckel*. Impr. Pragæ A. 366. 4to. non in fol. ut ap. Buxtorf. legitur.

ט

(*CLX.*) ס׳טובי בן טוביאל SEPHER THOBHI BEN THOBHIEL *Liber Tobiæ filii Tobielis.* Iſte liber, quem inter Apocryphos Scripturæ libros Græce hodie legimus, non modo Chaldaice olim extitit, ex quo ſpacio unius diei ope cujusdam utriusque linguæ periti extemporalem verſionem adornavit *Hieronymus*, uti teſtatur ipſe in præfat. ad Chromat. & Heliodorum, & cujus latina verſio ex Chaldaica facta hodienum extat; verum etiam ex Chaldaico in Hebraicum ſermonem translatus fuit, diverſisque vicibus in lucem editus. Nam quod *Huetius* in Demonſtratione Evangel. pag. 308. vel 362. Edit. Lipſienſ. Origenem ad Africanum ſcripſiſſe affirmat, *accepiſſe ab Hebræis libros Tobiæ & Judith ab eis Ebraicè ſcriptos in apocryphis haberi*, illud temere ab Huetio pronunciatum fuiſſe obſervat Joh. Alb. *Fabricius*, in Doctiſſimis Prolegomenis in Tobiam, uti quisque confitebitur, qui accuratius Origenis verba perpendet.

(*CLX. α*) טוב יומי THOV JOMI. Normanno notante ſunt notæ in שיר השירים Friburg. R. *Lipmanni Mulhuſini*, juxta Buxtorf. Bibl. Rabb. p. 413.

περὶ Τωβίᾳ, inquit Origenes, ἡμᾶς ἐχρῆν ἐγνωκέναι ὅτι ἑβραῖοι τῷ Τωβίᾳ ἐ χρῶνται, ἐδὲ τῇ Ἰεδὴθ ἐδὲ γὰρ ἔχεσιν αὐτὰ καὶ ἐν Ἀποκρύφοις ἑβραϊςί, ὡς ἀπ᾽ αὐτῶν μαθόντες ἐγνώκαμεν. Itaque Ebraicæ Tobiæ Editiones minime ex authentico originem habent, ſed omnes recentiores ſunt. Quo autem tempore aut quo autore hic liber in *Hebræum* primum traductus ſit, penitus ignoratur. Utcunque ſe res habeat, falſum & commentitium eſt, quod R. *Dav. Ganz* in Chronolog. part. 2. fol. 10. (cujus verba ab Hotting. p. 526 Theſauri Philologici, quem neſcio ob quam rationem *Philologi ſacri* nomine ſemper citet Dnus *Placcius* de Pſeudon. p. 267. adducuntur) aſſerit, editionem Munſteri, quam ex Conſtantinopolitana ab *Oswaldo Schreckenfuſſio* ſibi communicatam, non ut Mich. *Neander* in Erotemat. ling. Hebr. teſtatur à Judæis CPlitanis ei ſuppeditatam, Baſil. 1542. 4to. & 1570. in 8. cum Annotat. Ebræis & Latinis primum edidit, ab ipſo Munſtero confictam fuiſſe, aut quod Raynoldus Cenſ. Apocryph. T. 1. pag. 263 & Cornel. a Lapide prælud. in Epiſtol. ad Hebræos volunt, ex Pauli Fagii, qui eodem ferme anno 1542. Iſnæ Tobiam Hebr. & Latine in 4to recudi curavit a Munſteriano paululum diverſum, ingenio profectum eſſe. Fagii pariter

ter Münſterique editio una cum utriusque verſione in Polyglottis Anglicanis exhibetur, quæ cum Hebraico Tobia aliquoties cum libro ד"ר של משה junctim excuſo (de quo vid. ſupra) ferme convenit, ex quarum una editione Veneta A. 304. Bartoloccius emendatis erroribus iterum Latinitate donavit annotationesque adjecit, quod opus MS. aſſervatur in Bibl. Vatic. in fol. teſte ipſo Bartoloccio II. 856. & Imbonato pag. 147. ſq. præter quas plura MSta Tobiæ Ebraica Exemplaria extare, quæ a ſe invicem & ab editis non parum differunt, teſtes ſunt *Sixtus Senenſis*, *Serarius Corn. à Lapide*, *Tirinus*, *Hottingerus*, *Huetius* & alii.

(*CLXI.*) טורי זהב THURE SAHAV *Ordines aurei.* Titulum libri ignoti inter libros Rituales ab Hottingero repoſiti adducit Bartol. II. 861. Eſt vero Commentarius duplex in ordinem *Orach chaim* & *Jore Deah* autore R. *David* fil. R. *Samuel patr. domus judicii*, *Synagogæ Oſtriensis*, quorum prior prodiit Cracov. alter Lublini A. 406. fol. vid. ש"י.

(*CLXII.*) טולמיוס אלהות THOLOMEUS ELAHUTH *Ptolomæi Theologia*, ex Plantavitio qui librum traductum ſcribit e lingua Agarena in Hebraicam, autore R. *Moſe ben Tybbon* à Bartol. l. c. allatus. Idem in Biblioth. Vatic. MS. aſſerit Ptolomæi מאת דברים ſ. *Centiloquium* cum commentario ignoti autoris.

(*LXIII.*) טעמי חגים THAAME CHAGGIM *Rationes Feſtivitatum.* Ex Hottingero titulum libri ſine autoris nomine à Plantavitio exhibitum qui eum de rationibus inſtitutionis uniuscujusque feſtivitatis tractare ſcribit, & magnæ autoritatis apud hodiernos Hebræos eſſe, affert Bartol. l. c. Nihil de hoc nec præced. libro alibi reperio.

(*LXIV.*) טעמי שלשה ספרי א'מ'ת THAAME SCHELOSCHA SIPHRE EMETH *Accentus trium librorum Job, Proverb. & Pſalmorum.* Ex Hotting. de Accentibus grammaticaliter tractare non indicato autoris nomine ſcribit Bartol. l. c. At conſtat illum librum qvi non modo de Accentibus trium memoratorum librorum ſed etiam Pentateuchi agit niſi duos diſtinctos libros cum Buxtorfio facere malis, autorem agnoſcere R. *Judam ben Bilham* & Pariſ. apud Robertum Stephanum A. 326. 4to *Merceri* cura impreſſum fuiſſe. Neſcio an hic idem ſit cum illo libro de *Accentibus* quem Bartol. IV. 522. adducit, in quo mentionem cujusdam antiqui libri Grammatici dicti הוריית הקורא *Lex Lectoris* fieri ſcribit. Unde apparet duos diverſos Bartoloccio libros eſſe הוראת הקורא & הוריית הקורא aliter quam ſuprà exiſtimavimus.

י

(*CLXV.*) יד אבשלום JAD ABHSCHALOM *Manus Abſalon.* Inter Commentaria in Proverbia ſine nomine Autoris librum illum reponit Hotting. & Bartol. III 4. Eſt is R. *Iſaac ben Arama* notiſſimus per librum *Akedath Itzchak*, qui non differt ab Autore *Baal Akeda*, ut Buxtorfius ex quodam Catalogo citat, tanquam verum Autoris nomen eſſet *Baal Akeda*, impreſſusq; liber Conſtantinopoli, in 4. teſte Autore ש"י.

(*CLXVI.*) יד שערים JAD SCHEARIM *Manubrium Menſurarum ſ. Manus portarum.* Titulum præfixum libro eſſe, qui de Calendario Judæorum & Chriſtianorum tractat, Auctoris Anonymi, ſcribit Bartol. l. c. cujus undecim capita hoc ordine recenſet:

1. *Oſtendit modum cognoſcendi menſes, an ſint perfecti an cavi: an vero ſequantur ſecundum proprium ordinem?*
2. *De numero dierum & Hebdomadum anni currentis inveniendo.*
3. *Ad cognoſcendum diem Novilunii.*
4. *Qua die ingrediuntur feſta mobilia & jejunia.*
5. *Ad ſciendum, qua die menſis legendæ ſint paraſchiæ?*
6. *Ad ſciendum quænam haphtaroth correſpondeant ſuis Paraſchiis, & quibus in locis apud Prophetas inveniantur.*
7. *De Tekuphis perpetuo inveniendis.*
8. *De Noviluniis.*
9. *Quomodo reperiatur initium anni planetarum.*
10. *De Calendis Chriſtianorum.*
11. *De loco Lunæ ad Datum diem inveniendo.*

Excuſus eſt Romæ A. 307. apud Samuelem Gallum in 12. Autor ש"י hunc librum plane prætermiſit.

(*CLXVII.*) ידי משה JEDE MOSCHEH *Manus Moſis* Commentarium ſuper V. libellos ſecundum Principia Philoſophorum notat Buxtorf. Ejus autor R. *Moſes Almoſnino.* Impreſ. Venet. A. 357. 4.

(*CLXVIII.*) ס' ידידות SEPHER JEDIDOTH *Liber dilectarum* de fabrica Tabernaculi Phyſice & cabaliſtice agens, MS. extat anonymi autoris. teſte Buxtorf. & ש"י.

(*CLXIX.*) ס' יהודית SEPHER JEHUDITH *Liber Judith* Apocryphus Chriſtianis ſatis notus. *Chaldæo* quidem ſermone eum ſcriptum eſſe *Hieronymus* teſtatur, tametſi primitus ea lingua ſcriptum eſſe non dicit. Ex Chaldæo *latinum* fecit idem Hieronymus, cujus verſio hodienum ſupereſt, & à Græco valde diſcrepat, ut ſæpe ſibi invicem contradicant. *Hebraicam* etiam libri Judith terſam editionem extare, ſed à recentiori manu Judæi cujusdam, notat Auguſt. *Pfeifferus* fato proh dolor! Orientalium LL. ereptus in Crit. Sacr. c. 14. ſec. 2. qu. 3. De hac tamen verſione alibi nihil reperire potui. Syriace qvidem in Bibl. Polyglottis Anglic. comparet & à Græco & Latino multum differt, cujus diver-

diverſitatis exemplum vid. ap. *Heidegger.* in Enchirid. Bibl. L. 2. c. 7. §. 6.

(CLXX). יונת אלם JONATH ILLEM *Columba muta* Librum Cabaliſticum MS. eſſe autore anonymo ex Buxtorff. ſcribit Bartol. III. 788. & IV. 332. Addimus ad modum Cabalæ R. *Is. Luriæ* diſpoſitum & in 100. Capita distributum, Partem quartam conſtituere libri עשרה אמרות *ſ. decem ſermonum* & ſeparatim excuſum eſſe Amſtelod. A. 408. 4to vid. ש״י p. 60.

(CLXXI.) יוסיפון JOSIPPON ſ. *Joſephi filii Gorionis liber*, Hiſtoriam Antiquitatum & Belli Judaici pertractans, quem etſi plerique Judæorum ut R. *Abraham Conat* Medicus Conſtantinopol. ap. Münſterum Præfat. ad Joſippum, R. *Tam* in animadverſione CPlitanæ Joſippi editioni præmiſſa ap. Morinum exercit. Bibl. l. 2. ex 1. c. 3. R Dav. *Ganz* in Zemach Dav. ad A. 4829. f. 27. col. 1. R. *Azaria* in more enaim f. 87. aliique pro vero Fl. *Joſephi* Sacerdotis Hieroſolymit. cujus antiquitatum & hiſtoriarum libri græce proſtant, fœtu venditent, & Seb. *Munſterus* etiam, qui ex Cpolitano A. 250. vel 270. exemplari breviſſimum compendium additâ verſione & quibusd. annotatt. Wormatiæ primum ap. Petr. Scheefer junctis R Moſis 13. Articulis fidei Judæorum A. 1529. 8. poſtea A. 1541. fol. & 1559. Baſil. ap. Henr. Petrum una cum R. AbenEzræ expoſitione Decalogi & Seb. Lepuſculi collectaneis aliqvot, auctius PſeudoJoſephi opus publicavit, ejus veritatem multis argumentis corroborare anniſus ſit, dudum tamen eruditi obſervarunt, nec Fl. Joſephum Matathiæ non Gorionis fil. cum JoſippoGorionis filio eundem eſſe, utpote cum ſe ipſum in hiſt. Belli Judaici lib. 2. c. 42. lat. 25. ab illo ſecernat, nec tam veterem autorem eſſe qvi hoc nomine fertur, ſed a recentiori qvodam librum confictum & Antiqvo Joſepho ex parte ſuffuratum eſſe, id qvod non modo Joh. *Bodinus* in Hiſtoriarum Indice qvem methodo Hiſtoricæ ſubjunxit, Gilb. *Genebrardus* in Chronogr. l. 2. ad A. C. 69. & eum ſecutus Ant. *Poſſevinus* in Appar. ſed & Fr. *Ribera* comm. in Abdiam Prophetam c. 1. §. 111. 112. *Scaliger*, *Caſaubonus*, *Morinus* aliique pluribus demonſtrant, & res manifeſta eſt. Nam 1.) Hieronymus qvi alterius Joſephi meminit, & inter Eccleſiæ ſcriptores numerat, iſtum Gorionis filium ne nominat qvidem unqvam. Imò nulli veteri notum invenimus ſed recentioribus tantum Rabbinis, inter qvos primus eſt R. David *Kimchi*, qvi circa A. C. 1380. claruit. Ille enim in Comment. ſuper Hagg. 2. Zachar. 11. &c. eum aliqvoties citat, uti etiam facit in ſchoraſchim ad vocem פנג ubi iſta ſcribit: יוסף בן גוריון אמר כי פנג הוא בלסמן והיה נמצא ביריחו

Id eſt, *Joſeph filius Gorionis dicit PANNAG balſamum eſſe, inveniriqve in Jericho.* Habetur autem mentio vocis פנג non in Græca editione Fl. Joſephi, ſed in Hebr. Joſephi *ben Gorion*, nimirum c. 22. lib. 4. Addit *Munſterus* præfat. ante David Kimchi a ſapiente R. *Abraham Levita* ben David. in ſua Cabbala citari Joſephum fil. Gorionis. Verum in Cabala illa nullibi citatum invenio. Circa finem quidem illius Cabalæ mentio fit רי״בז à Veſpaſiano honorati, qvod רבי יוסף בעל זכרונות *R. Joſeph Magiſter Hiſtoriarum* interpretatur Munſterus, cum illa tamen abbreviatio רבן יוחנן זכאי *magiſtrum noſtrum Johannem fil. Zachai* notare poſſit, inprimis cum in ſententia proxime præcedente ejus mentio facta ſit, & præterea nullibi in hoc opere Abrahami ſcriptum aliqvod Joſephi ben Gorion citatum inveniatur.

2) Totus ille autor fabuloſiſſimus eſt, ut recte de eo pronunciat Joh. Maldonatus comm. in Matth. 16. 14. adeo qvidem, ut ipſe Munſterus conſulto omiſerit ea, quæ ab initio huic autori ſunt adjecta, eo qvod pleraqve eſſent fabuloſa 3) Non ſolum in Hebraica editione multa integra capita occurrunt, qvæ in Græca non habentur, ut v. g. in Actis de LXX. Interpretibus, & vice verſa in Græca editione inveniuntur, qvæ in Hebraica non habentur, ut teſtimonium de Chriſto, qvod l. 18. Antiqvit. c. 4. legitur, qvanqvam id nuper demum Judaica perfidia ablatum probet Baronius ad A. C. 34. T. I. p. 210. edit. Rom. qvo de plura confer in Doctiſſ. Dn. Lic. *Ittigii* prolegom. ad Fl. Joſephum aliaqve, ſed etiam editiones illæ duæ in pleriſqve locis inter ſe diſſonare deprehenduntur, unde conficitur, non unum earum ſed diverſos fuiſſe autores. 4) Qvædam Gentes hic nominantur, quæ longe poſt Joſephi tempora in mundo ſurrexerunt, ut ſunt Franci, Gothi, Lombardi, Bulgari &c. imo & Carthagenæ nomen l. 3. c. 15. obvium, qvod novum & Hiſpanicum eſt. Qvod autem objicit *Münſterus* autorem librorum, qvi Joſephi benGorion nomine feruntur, uti ſtylo Hebraico elegantiſſimo & vere biblico, longe diſcrepante a ſtylo modernorum Judæorum, id qvod ſolum (inqvit) convincere poſſet lectorem qvemqve, editionem Hebraicam Joſephi eſſe, facile refelli poteſt. Nam neqve vere biblicus eſt ſtylus, cum nonnulla vocabula in eo reperiantur, qvæ aut Græca ſunt aut latina, ut *Hippodromus*, *amphitheatrum* & ſimilia; neqve elegantior qvam ille, qvo Maimonides & alii Rabbini, qvi multis ſeculis poſt Joſephi mortem claruerunt, uſi ſunt: neqve ulla omnino cauſa reddi poteſt, cur Joſephus qvi eo tempore vixit, qvo lingva ſancta in vulgari uſu eſſe deſiit, & in dialectum Syram ſeu Hieroſolymitanam degeneravit, biblicum ſtylum magis imitari potuiſſet, qvam illi qvi eum ſubſecuti ſunt Rabbini. Verum hæc pro hac vice dixiſſe ſufficiant. Alio enim tempore ex profeſſo hæc longius a nobis examinabuntur. Nunc ſaltem hoc addo, in *editione Münſteri* multa commata deſiderari, multa verba omiſſa eſſe, in non paucis etiam ſcripti codicis lectionem Munſterum aſſeqvi hoc potuiſſe, qvemadmodum pluribus oſtendit *Scaliger* in Elencho trihæreſii Nic. Serrarii c. 14. ubi editionem a Munſtero publicatam mendoſiſſimam & inqvinatiſſimam eſſe confirmat. Præter memoratas editiones Hebraicas extant Venet. A. 304. 4. Cracov. A. 355. (aut 349. juxta ש״י) 4. & Francofurt. A. 449.

12. Germanice etiam typis Hebraicis ille liber à *Michaele Adamo* Judæo converſo translatus, Conſtantinop. olim, poſtea Tiguri 1546. & demum cum Commentario Amſtelod. A. 1661. prodiit, ut Anglicam verſionem Petri *Morwini* & Petr. *Morningi* de qva Balæus p. 2. ſcriptor. Britann. p. 113. taceamus. Ab his vero Joſippi fil. Gorionis libris memoratis diverſam Fl. Joſephi Operum verſionem Hebraicam MS. extare, e latino in Hebraicum ſermonem translatam teſtatur R. Schabtai in ש״י p. *66.* n. *5.*

(CLXXII.) יוצרות *Liber Hymnorum* nuncupatorum JOZEROTH, ideo qvia in medio illius precationis qvæ incipit יוצר אור *creans lucem* inſeruntur, & tempore matutino in qvibusdam ſolennioribus feſtis decantantur. Hujusmodi qvidem plures inveniuntur juxta ritum cujusqve provinciæ facti, de qvorum autoribus maximam partem nihil conſtat. Diverſis vicibus junctim impreſſi fuerunt, & in vulgaribus Judæorum precum libris præterea reperiuntur.

(CLXXIII.) ייחוס האבות JICHUS HAAVOTH *Genealogia Patrum* nec non Prophetarum & juſtorum item Tanaitarum & Amorraitarum, qvi ſepulti ſunt in terra & extra terram Iſraelis. Hunc autoris incerti librum ex Hebraico latinum fecit & ſub nomine *Cippi Hebraici* edidit J. *Hottingerus*, qvibus præter notas peculiares diſſertationes de monumentis, menſuris, inſcriptionibus, nummis &c. Orientalium adjecit. Excuſ. Heidelbergæ A. 1659. 12 & 1662. in 8.

(*CLXXIV*) יחוס הצדיקים *JICHUS HAZZADDIKIM Genealogia Juſtorum* itidem incerti autoris, ut vult Bartol. III. 832. qvi eſt R. *Gerſon fil. R. Aſcher.* Tractat autem de ſepulchris virorum pietate & doctrina illuſtrium, qvæ in Palæſtina inveniuntur, qvorum loca aſſignat, prout ipſe olim inviſit & præterea qvasdam meditationes pias ad ſingula ſepulchra habendas præſcribit. Excuſ. Mant. A. 321. Venet. A. 359. & 386. & Veronæ A. 406. in 8.

(CLXXV.) ילמדנו *docet nos* vid. infr. תנחומא.

(CLXXVI.) ילקוט חדש JALKUT CHADASCH *Pera nova* Liber ignoti aſt recentioris autoris, Locos Communes ex præſtantiſſimis Judæorum libris collectos continet in uſum concionatorum. Impr Lublin. A. 408. Amſtelod. 419. & cum novis adjectionibus Pragæ A. 416. & Wilhermsdorff. 433. 4.

(CLXXVII.) ימין משה JAMIN MOSCHEH *Dextera Moſis.* Liber de Jure Judaico agens ignoti Autoris exc. Venet. A. 357.

(CLXXVIII.) יסוד מורא JESUD MORA *fundamentum Timoris.* Duplicem hoc titulo librum affert Bartolocc. Alterum I. 38. qvem Grammaticalem R. AbenEzræ a Buxtorf. filio Hebraice & lat Venet. excuſum (in quo errore Bartoloccium ſequitur R. Schabtai in Append. ש״י) vocat,

(CLXXIX.) alterum III. Anonymi autoris, de quo ex Hottingero, qui ex Buxtorf. Appendice iſta ad verbum exſcripſit, annotat, eſſe librum de capitibus fidei & de præceptis, nec non de rebus Philoſophicis, ac probari in eo, ſacrum ſcripturam prius eſſe tenendam antequam ad Talmud accedatur. Aſt præter quod Bartol. fallitur, cum priorem librum latine a Buxtorf. fil. translatum ſcribit non videtur Buxtorfii Biblioth. accuratius inſpexiſſe, alias enim conſtare ipſi potuiſſet, non duos diverſos libros ibi adduci, ſed in Appendice tantum a filio corrigi, quod Pater in Biblioth. ſcripſerat, nempe hunc librum *Grammaticalem* eſſe. Neque enim Grammaticam ſed Moralia & Theologica hoc libro in 12. capita diſtributo tractavit *Aben-Ezra*, nempe de variis ſcientiarum generibus, de Judæorum præceptis, de literis Hebraicis, notante *Dasſovio* præfat. Diatr. de Reſurrect. Mortuor. Excuſus eſt Conſtantinop. A. 290. & Venet. A. 326. 8. & rariſſime invenitur. MS. etiam extat in Bibl. Vat. teſte Bartol. I. 38. & in Biblioth. P.P. oratorii Pariſiis, aſſerente Rich. *Simon* Catalogue des auteurs Juifs qvi eſt à la fin de l'hiſtoire Cr. du V. T. p. 534. ex quo codice quædam citat Morinus Ex. Bibl. p. 433. Habetur etiam inter Codd. MSS. Bibl. R. C. in 4. n. 208. Commentarius in h. l. R. Mardochæi fil. R. *Eliezer Comting* Cpolitani quem olim mihi ex benevolentia domini Clementis & domini Boivini duorum Cuſtodum hujus Bibliothecæ videre licuit.

(CLXXX.) יסוד עולם JESUD OLAM *Fundamentum mundi*, quem librum miror cur Bartol. IV. 332. inter anonymos retulerit, de quo etiam III. 835. nihil aliud refert, quam quod teſte Hottingero olim in Academia Heidelberg. extiterit, inter cujus MStos codices Romam advectos illum nihilominus reperire nequiverit. Quod ſi enim Buxtorfium conſuluiſſet, & argumentum & autorem libri cognoviſſet. Eſt is R. *Iſaac. fil. Joſephi Iſraelitæ Hiſpani*, qui circa A. 1310. in honorem Præceptoris ſui R. *Aſcher* illum compoſuit, in quo res Hiſtoricas Mathematicas & Aſtronomicas doctiſſime pertractat. Cumque nunquam præſtantiſſimus hic liber hactenus impreſſus ſit, exceptis paucis fragmentis, quæ in libro Juchaſin edit. Cracov. 1580. 4to ſparſim habentur, & unico Cap. 18. quod ad calcem citati libri invenitur, & præterea in omnibus Bibliothecarum libris pauciſſima de eo ſcripta ſint, operæ pretium me facturum credo, ſi nonnulla capita uti ex Cod. MS. Bibl. R. C. n. 98. fol. nitide ſcripto, multisque figuris mathematicis & tabulis Aſtronomicis elegantiſſimis illuſtrato Lutetiæ olim annotavi, hic recenſeam. Diviſus eſt in V. Tractatus liber, I. agit de Aſtrologia & Geometria, quatenus iſtarum cognitio ad faſtos & rationem intercalandi requiritur. II. Siſtit

ſtit figuram, formam & Diſpoſitionem totius mundi, numerum orbium cœleſtium; converſionem qvam circum terram cœlum conficit, & qvomodo ex hac converſione per varias terrarum regiones tum anni dies & noctes varia ſint magnitudine, tum etiam diverſis incipiant ac deſinant horæ monumentis. III. Eſt de ſphæra ſolis & lunæ; de ſiderum curſu; de qvatuor anni cardinibus & noviluniis; de curſu illorum medio & vero; de illorum motu & ſitu ad ſigna Zodiaci; de pluribus quæ utriqve ſideri ſolent accidere, ac præſertim cum illorum ſit conjunctio, aut inter ea terra ſit interjecta. IV. eſt de intercalatione & ejus cauſis, de metiendi temporis genere, quod à priſcis Judæorum patribus traditum eſt, qva occaſione aliqvæ Diſputationes Talmudicæ intellectu difficiles explanantur. V. Explicat Tabulas Aſtronomicas hoc opere inſertas, quomodo calculos ſubduci oporteat, & qvomodo corrigi poſſint ad obſervandum & metiendum tempus, quomodo Novilunium, characteres & cardines annorum juxta ſententiam R. Addæ & Samuelis, qvi variis temporibus Calendarium Judaicum immutarunt, conjunctio etiam vera ſolis & Lunæ ex Tabulis iſtis cognoſci qveant. Porro ibi perpetua ſapientum Judæorum qvi Traditionem poſteris prodiderunt, ſeries nectitur, incipiens à Moſe usqve ad hæc tempora, atqve cujusvis Doctoris opera præcipua, ætatem & dignitatem recenſens. Subjiciuntur Tabulæ ex quibus cognoſcere licet, qvomodo inter Judæos, Arabes & Chriſtianos deſcriptio ac diviſio temporis differat. Eundem librum etiam MS. reperivi in Bibl. PP. oratorii, ex qvo Morinus Exc. Bibl. pag. 250. qvædam adduxit, qvi tamen elegantiâ non accedit ei, qvi eſt in Bibl. R. C. Qvidam mihi dixit Scaligerum olim & Petavium ex hoc opere tanqvam ex uberrimo fonte plurima hauſiſſe.

(CLXXXI.) יסוד שירים JESUD SCHIRIM, *Fundamentum Canticorum.* Eſt Commentarius Myſticus & Cabaliſticus in librum Ruth ignoti autoris, qvem ideo fundamentum vel principium Canticorum inſcripſit, quia ex Ruth egreſſus eſt David Princeps Cantorum, notante Buxtorfio, qvi alias etiam זוהר על רות & תפוחי זהב nomen fert. Excuſ. Thiengæ Ao. 320. 4to Latine etiam in 4to prodiiſſe alicubi legi. Bartol. hujus libri titulum plane omiſit.

(CLXXXII.) ס׳ יסורין SEPHER JESIRAH *Liber de Correctione.* Hoc barbaro vocabulo à Plantavitio librum ſibi ignotum, qvem tamen dicit de correctione fraterna agere, exhiberi, notat Bartol. III. 835.

(CLXXXIII.) יפה נוף JEPHE NOAH *Pulcher tractu.* Hoc libro autor quisquis ſit, methodum epiſtolas compendioſe ſcribendi tradit, exempla nonnullarum Epiſtolarum R. Judæ Zarko ad R. Joſeph Aben Jachia, Joſephum Chamon & R. Chaim Alphual exaratarum præſcribens, ut & formulas ſubſcriptionum, Inſtrumentorum & aliarum ſcripturarum quæ coram teſtibus fiunt & obſignantur, ut ſunt quæ ad matrimonialia, repudia &c. ſpectant. Adjectæ ſunt quædam precationes cabaliſticæ R. Nachman, R. Moſis aben Alaſcar, R. Iſaaci Germani & aliorum, præterea ritus flagellationum veſpera diei Expiationum ibi traditur. Exc. Venet. apud Joh. de Gara. Buxtorfius illud opus R. *Samueli Japhe* adſcribere videtur, quod tamen à vero alienum eſt.

(CLXXXIV.) ס׳ יצירה SEPHER JEZIRAH, (quem Geſnerus vocat *Zezyrah*,) *Liber Creationis*, Cabaliſticorum præcipuus, *Abrahamo Patriarchæ* communiter tributus, ex quo quotquot de kabala ſcripſerunt tanquam ex turbido fonte biberunt, & hauſerunt totam illam tam ſublimem & reconditam Theologiam, quam *myſticam* vocant teſte Bartol. I. 15. Etſi vero cum nugacibus Judæis Abrahamo, aut quod aliis plurimis etiam inter Chriſtianos placet R. *Akivæ* qui circa A. C. 135. Secundum Calviſium floruit, hunc librum adſcribere nolim, antiquiſſimum tamen eſſe & fortè Maſoretharum temporibus propinquum, ut Morinus ex Bibl. pag. 374. ſtatuit, ex eo colligo, quod non tantum in Talmude. Tr. ſanhedrin c. 7. fol. 65. 2. ejus mentio occurrat, ſed etiam variæ antiquorum Chaldæorum ſententiæ in eo contineantur, de quibus vide Rich. Simon Hiſt. Crit. du V. T. pag. 48. edit. Roterod. & præterea hodienum multi MSS. codices reperiantur, qui inter ſe plurimum variant, ut idem teſtatur p. 536. id quod non adeo facile in libris recenter factis, in primis paucorum foliorum, uti hic liber eſt, accidere poteſt. Integer liber 32. Semitis compræhenditur quæ 22. Alphabeti literis & 10. Sephiroth abſolvuntur, & quia abſtruſiſſimus intellectu fuit, commentariis illum illuſtrare duxerunt R. Abraham ben David, R. Saadia Gaon, R. Moſes Botril, R. Moſes bar Nachman & R. Eliezer de Garmira, cum quibus prodiit Mantuæ Anno. 322. 4to. quam libri jezirah editionem etſi primam vocet Lambecius in prodrom. Hiſt. Liter 53. tamen ex Geſnero Simleri pag. 263. obſervat Bayle dict. Hiſt. Crit. Tom. 11. p. 44. & 156. jam ante Pariſiis 1552. in 8vo cum comment. Guil. *Poſtelli* editum fuiſſe. Quando vero R. Schabtai in App. ש״ב præter hanc Parienſem aliam Poſtelli Amſtelod. editionem Anno 1650. 4to citat, illud errore non vacat. Juxta Mantuanam editionem excuſa fuit Pragenſis in 4to. Præterea latine à *Reuchlino* credo translatus prodiit in fine ſcript. Cabaliſt. Baſil. 1587. Noſtro ſeculo denuo Hebraic. & latine eum edidit & notis illuſtravit Joan Steph. *Rittangelius* Lingv Orient. in Acad. Regiomont. Prof. Extraord. quæ editio prodiit Amſtelodami apud Janſſonios 1642. & 1660. 4to & paululum à Mantuana differt, ut notat *Wagenſeilius* ad lib. Sota pag. 985. Johannem *Crojum* quoque in ſpecimine conjecturarum & obſervationum in quædam Patr. loca pag. 130. pollicitum eſſe, ſe propedieṁ latine librum creationis cum qvinque Commentariis editurum teſtis eſt Colomeſ. in Gall. Orient. pag. 184. Conf. præter citatos Autores de hoc libro *Heidegger.* Hiſtor. Patriarch. part. 2. *Lomeyer* de Biblioth. cap. 2. pag. 16. Hiſtoire

ſtoire des Hiſtoires du ſieur de la *Popcliniere* liv. 8. pag. 446.

(CLXXXV.) ס׳ היראה SEPHER HAJIRAH *Liber Timoris* quem MS. in Bibl. Vatic. extare & quomodo homo erga Deum & proximum ſe gerere debeat, tractare, ſcribit Bartol. IV. 304. Exiſtimarem iſtum librum cum eo qui in libro יראים *Timentium*, cujus autor eſt R. *Eliezer Methenſis*, pro quo male Buxtorf. R. *Benjamin* habet, notante Bartol. I. 190. primus in ordine de *Timore* conſcribitur, eundem eſſe, de quo poſteriori libro conf. Bartol. l. c. & pag. 743. quamvis etiam hoc titulo librum reperiam ad calcem libri שערי תשובה *Portæ Pœnitentiæ*, cujus autor R. *Jona Gerundenſis* excuſi Venet. A 304. & Cracov. A. 341. 4to.

(CLXXXVI.) ישועות ונחמות JESCHUOTH VENACHAMOTH *Salutes & Conſolationes* Titulus libri Hebræo-Teutonici ex libro אבקת רוכל & aliis Tractatibus concinnati Exc. Amſtelod. A. 409. 4to. vid. ש״י

(CLXXXVII.) ישע יה *Adjuva Domine.* Commentarius vocum libri Zohar. Ex eodem.

(CLXXXVIII.) ס׳ הישר SEPHER HAJASCHAR, *Liber recti.* Præter illum cujus autor eſt R. *Jacob Tam*, obſervante Normanno ex *halichoth olam* cap. II. fin. p. 21. tribuitur R. *Moſche Majmonidæ*, alius hoc nomine autoris ignoti liber extat, qui Hiſtorias in Pentateucho & libro Joſuæ extantes mire explicat, & ad Judæorum Exilia & perſecutiones applicans, multa fabuloſa intermiſcet, quale eſt, quod in principio de Lombardorum apud Italiam bello affert, unde concludere licet, recentem librum, & mendacium eſſe, qvod in ejus Præfatione ſcribitur, illum nempe tempore everſionis urbis Hieroſolymitanæ apud qvendam ſenem una cum aliis libris inventum fuiſſe. Primum hunc librum publici juris fecit R. *Joſeph fil. R. Samuelis parvi* Venet. Ao. 385. qvi poſtea Pragæ Anno 428. 4to iterum impreſſus fuit. Germanice etiam à R. *Jacob* fil. R. *Jeremiæ Mattathiæ Levitæ* translatus, cum qvibusdam additionibus, ſub titulo תם וישר prodiit Francof. ad Mœn. Anno 434. 8vo vid. Bartol. III. 935. & ש״י. Dominus *Edzardi* his plane gemina notat, qvamvis autorem verum detegendi ſpem prorſus deſperatam faciat, editoremqve ſaltim aſſignet R. *Joſephum* fil. R. *Samuelis Hakkaton.*

כ.

(CLXXXIX.) כבוד השם KEVOD HASCHEM. Præter illos de quorum autoribus conſtat, alius hoc nomine Cabaliſticus liber reperitur, cujus autor ignoratur, de quo mentio fit in Zemach Dav. fol. 40. Ex ש״י.

(CXC.) כוזרי COZRI, multiplicis doctrinæ ac famæ liber quo Rex nomine Cuzar & Judæus de religione diſputantes introducuntur, qvem ex Hebraico Joh. *Buxtorfius* fil. eleganter in latinam lingvam vertit & notis illuſtravit ſtravit excuſ. Baſil. 1660. in 4to Quo autem autore primum liber iſte confectus ſit, mirè inter ſe diſſentiunt rerum Judaicarum ſcriptores. Quidam enim ab ipſo Rege *Cuzar* eum ſcriptum exiſtimant. Alii, qvæ communis ſententia eſt qvam etiam Buxtorf. & Bartol. III. 61. ſeqq. amplectuntur R. *Judam hallevi fil. R. Samuel hallevi* Hiſpanum, qvi circa Aben Ezræ tempora vixit, autorem conſtituunt, uti etiam in Edit. Veneta Ao. 307. ſub tituli frontiſpicium legitur. At in recentiori editione Veneta Ao. 354. cum Commentario R. Jehudæ Muſcato, ejus autor R. *Iſaac Sangari* nominatur. Porro in Schalſch: hakkab. pag. 40. b. dicitur R. *Judas Almangori*, & in Meor Enaim c. 42. pag. 135. b. *Iſaac Chanagri*, de qua nominis varietate videndus Bartol. l. c. Nec vero minus inter autores convenit, qva lingua primum exaratus ſit, etſi plerique aſſerant, ex lingva Cuzorica, quæ in regno ejus nominis ad latus orientale ſito mari Caſpio contermino, uti in prælog. Geograph. Nubienſis pag. 5. & part. 6. clim. 5. pag. 242. hoc regnum ponitur, viguit, adeoqve Perſica antiqva vel Meda, in Arabicam a R. Juda hallevi translatam fuiſſe, ex qva 27. annis poſt R. *Judas Aben Tybbon* in Hebraicam lingvam vertit, cum alia verſio prior iſta a qvodam R. *Juda ben Kardaniel* jam ante evulgata fuiſſet, qvæ tamen non fuit ab omnibus approbata. Ante memoratas Venetas editiones primum Conſtantinop. Anno 266. Hebraica editio lucem aſpexerat.

(CXCI.) ס׳ הכונות SEPHER HACHONOTH *Liber intentionum*, quem Theologiam Cabaliſticam tradere recte ex Hottingero obſervat Bartol. IV. 309. Autorem ex ש״י novimus eſſe R. *Iſaacum* fil. R. *Salomonis Luria* Cabaliſtarum Principem, cujus libri editio Veneta Ao. 384. 4to ibi adducitur, quam mihi videre non licuit. Vidi tantum de Ao. 380. 4to inter impreſſos libros Biblioth. R. C. num. 1007 & vereor ne ſphalma inſit libro ש״י.

(CXCII.) כל בו KOL BO *Omnia in eo*, liber juridicus, in qvo omnia legis præcepta, ritus, & conſvetudines qvæ ad Politiam Judaicam ſpectant, continentur, de cujus tamen autore prorſus nihil ſcitur, etſi R. Schabtai a qvibusdam diſcipulis R. PEREZ Sacerdotis, vel ut alii volunt a BAR SCHESCHETH compoſitum fuiſſe, nonnullos aſſerere ſcribit. Impr. Venet. A. 332. 4to. Armini & Venet. A. 307 & 327. fol. Hunc librum cum aliqvando cum Maimonidis libris ritualibus conferrem, adeo ad verba etiam inter ſe convenire animadverti, ut unum ex altero exſcriptum eſſe concluderem, Bartol. hujus libri ne meminit quidem.

(CLXIII.) כלי הרועים KELI HAROIM *Vas paſcentium.* Commentarius in Jalkuth, adductus in ש״י.

(CXCIV.) ס׳ הכלימה SEPHER HAKKELIMAH *Liber Pudoris.* Diſputationes de fide Chriſtianorum in capita diviſæ, â R. *Joſeph Aben Schem Tow* in Commentar. ad epiſtolam R. *Prepoth Ephodai* adducuntur, teſte autore ש״י.

(CXCV.) כללי הרפואה KILLE HAREPHUA *Regulæ de Sanitate* Librum prægrandem MS. extare aſſerit idem.

(CXCVI.) כנף רננים CENAPH RENANIM *Ala Pavonum*, ordo precum & orationum per totum annum diebus Sabbathi & feſtis recitandarum ad ritum Judæorum Italorum compoſitus. Cum pulchro Commentario R. Joſeph *Jedidiah* fil. R *Benjamin Kar* prodiit Venet. Ao. 387. 4to eodem teſte.

(CXCVII.) כף נחת CAPH NACHATH *Vola quietis.* Hunc Buxtorfius minus recte dicit eſſe librum Miſnajoth cum brevi commentario. Nam ipſe commentarius hunc titulum fert, cujus autor R. *Iſaac Aben GABAI* Exc. Venet. 369. 8vo.

(CXCVIII.) כפתור ופרח CAPHTHOR VAPHERACH *Pomum & Flos* liber continens Hiſtorias Talmudicas, Agadoth, medraſchot & ſimiles Sermones allegoricos, â Buxtorf. ſine autoris nomine affertur, qui eſt R. JACOB fil. R. *Iſaac LURATI.* Intelligentiſſimus & diligentiſſimus Rabbinicorum Lector Dominus *Edzardus* oſtendit, hoc nomen auctorem in titulo verbis ישרש יעקב (*radicare faciet Jacob*) ex Eſ.28.6. petitis, inſinuare quam diſerte exprimere maluiſſe, qvamvis in calce libri apertius aliqvanto ponat. Excuſ. Baſil. Ao. 341. 4to dicitur alias etiam כוונת האגדות

(CXCIX.) ס׳ כריתות SEPHER KERITHUTH *Liber Exciſionis*, Logicam Talmudicam eſſe ex Hottingero ſcribit Bartol. IV. 309. Ejus autor R. SIMSON fil. R. *Iſaac* מקינון. Excuſ. Conſtantinop. A. 276. & Cremonæ A. 318 4to.

(CC.) כתובות שטרות KETHUVOTH SCHETAROTH *formularium inſtrumentorum.* Hunc anonymi librum ad res judiciales pertinere & MS. in Bibl. Vatic. extare, ſcribit Bartol. IV. 321.

(CCI.) כתר שם טוב KETHER SCHEM TOV *Corona boni nominis.* Librum Cabaliſticum in qvo nomen qvadriliterum Jehovah vi Cabaliſtica exponitur, Bibl. Vatic. MS. affert Bartol. IV. 312. Puto hujus libri autorem eſſe R. *Abraham KELONIA*, uti conſtat ex ש״י ubi MS. citatur & latine etiam extare dicitur. MStum etiam olim vidi in Biblioth. R. C. num. 125. A. 120. לפ״ק exaratum, qvi conſtat 9. foliis, & iterum in 4to n. 194 ſex foliis conſtantem.

(CCII) Alium hoc titulo Bibl. Vatic. MS. codicem affert Bartol. IV. 522. qvem expoſitionem eſſe dicit ſuper X Sephiroth Cabaliſtarum.

ל.

(CCIII.) לב טוב LEV THOV *Cor bonum*, liber germanico idiomate characteribus Hebraicis ſcriptus, inter anonymos â Bartol. refertur. IV. 313. cujus tamen autorem indicat R. Schabtai in ש״י qvod ſit R. *ISAAC* fil. R. *ELIKON*, *Poſnanienſis.* In illo inſtruitur homo, qvomodo ab incunabulis bonum facere & â malo declinare poſſit. Diviſus eſt in decem capita. Excuſ. Pragæ A. 380. Amſtelod. A. 430. & Vilnæ in fol. it. Cracoviæ A. 401. 4to.

(CCIV.) לבנת הספיר LIBHNATH HASSAPHIR *Later Saphiri* Præter Grammaticum, quem ex *Buxtorfio* Normannus affert, & cum eo adſcribit R. Jehudæ Leoni, alium affert anonymi librum autor ש״י, & Buxtorfius fil. in append. Bibl. Rabb. qvem Commentarium Cabaliſticum eſſe & MS. extare ſcribit.

(CCV.) לוחות שנים LUCHOTH SCHANIM *Tabulæ annorum*, quæ vel ad libitum factæ vel cyclum 19. annorum continent & machzor nomen ferunt. Harum qvamplurium autores ignorare aſſerit Bartol. IV. 333.

(CCVI.) לחם אבירים LECHEM ABBIRIM *Panis robuſtornm:* Liber Talmudicus Juridicus. Hæc Buxtorf. Ejus autor excellens R. *Abraham Aben ORAZ* cognomine *ABEN BURGAL*, continetqve additiones novas in qvosdam Tractatus Talmud. Excuſſ. Venet. 365. fol. Normannus ex ש״י idem confirmat, iterumqve editum Londini â Roberto Martini Bibliopola, ex catalogo librorum ejus memorat, 1633. 4to. Cavius vero tribuit R. *Abraham ben GAZIZ.*

(CCVII.) לחם יהודה LECHEM JEHUDAH *Panis Jehudæ.* Commentar. in Pirke, Savionettæ Anno 314. 4to excuſus audit Buxtorfio. Ejus autor R. JEHUDA fil. R. *Samuel LIRMA* Hiſpanus.

(CCVIII.) לחם משנה LECHEM MISCHNEH *Panis Miſnæ.* Commentar. in כסף משנה ap. Buxtorf. & notante Normanno ex catalogo librorum Roberti Martini Bibliopolæ Londinenſis, auctore R. *Abraham* de BOTON. Qvod idem ex Platavicio confirmat celeberrimus *Cavius.* Aſt hoc falſum, nullus enim Commentarius extat in כסף משנה.

Eſt igitur Commentarius vel in Maimonidem R. Abrahami de BOTEN, vel in Miſnajoth R. Moſis fil. R. *Noach Iſaac LEIPSCHüTZ*, de qvibus vide ש״י.

(CCIX.) לחם רב LECHEM RAF *Panis multus* itidem abſqve autoris nomine adductus apud Buxtorf. qvem res & modos loqvendi Talmudic.

mudicos continere ſcribit. Autor ejus libri eſt *Abraham* de BOTEN. Excuſ. Armiræ Anno 420. 4to.

(CCX.) לחכם שלמוה LECHEM SCHELOMOH *Panis Salomonis*. Liber Concionum apud Buxtorf. Ejus autor R. SALOMON fil. R. *Iſaac de domo Levi*. Sunt autem conciones vel potius Commentarii in acutè dicta Rabbinorum juxta ordinem Gemaræ excuſ. Venet. A. 357. 4to. Idem confirmat Cavius.

(CCXI.) לכל חפץ LECHOL CHEPHEZ *Omnis rei deſiderium*, qvi Buxtorfio liber audit formularis Contractuum, Inſtrumentorum, libellorum, Juris Matrimonii, repudii, Emtionis, Venditionis, Locati, Conducti, Commercii, mutui, depoſiti &c. excuſ. Venet. Anno 312. in 4to. Autor ejus libri eſt R. *Jehuda bar Schmuel* ABARBENEL. Quod confirmans Dominus *Edzardus* remittit Lectorem ad præfat. in qua nomen auctoris exprimitur. *Cavius* vero aſſignat R. *Eliezer* MIMMELI.

(CCXII.) Alium hoc titulo librum oſtendentem perniciem luſus, qualis eſt liber סור מרע ibidem adducit. At iſte poſterior liber & liber סור מרע de quo infra, unus idemque eſt.

(CCXIII.) למודי אצילות LEMUDE AZILOTH *Doctrinæ rerum ſeparatarum*. Librum Cabaliſticum MS. affert Buxtorf. Hujus autor R. *Iſaac* LURIA.

(CCXIV.) לקח טוב LEKACH TOF *Doctrina Bona*. Duplicem anonymum librum recenſet Buxtorf. quorum prior eſt Lexicon Hebræo-Germanicum ſuper tota Biblia, additis ſparſim gloſſis Hebraicis, exc. Pragæ in 4. (A. 364.) Hic factus eſt per R. MOSEN *Fil. Iſaſchar Levitam*.

(CCXV.) Alterum Catechiſmum puerorum Hebræorum eſſe dicit, per quæſtiones & reſponſiones inſtitutum, excuſ. Venet. in 8. (A. 302. & Amſtelod. A. 318. 8.) Hujus autor R. *Abraham JAGHEL fil. R. CHANANIA de MONZELIZI.* (Quod utrumque Normannus ex ש״י confirmatius afferit.) quem ejurata religione Judaica grandævum tandem ad Chriſtianos tranſiiſſe Bartol. afferit ſ. 26. cujus liber etiam germanice literis Rabbinicis prodiit Amſtelod. A. 435. 4. & præterea a magn. D. Joh. Bened. *Carpzovio* Theologo Lipſienſ. in latinam linguam translatus una cum Hebræo inſertus legitur in Introductione in Theolog. Judaicam, quam Lipſ. editioni A. 1687. Martini Raymundi Pugionis fidei præmiſit. p. 45. ſqq.

(CCXVI.) לקוטי זוהר LIKKUTE SOHAR *Collectanea ex Zohar* Buxtorf.

(CCXVII.) לקוטי הפרדס LIKKUTE HAPPARDES *Collectanea ex Pardes Rimmonim.* Idem; ſed male. Non enim collectanea ſunt ex Pardes Rimmonim, ſed ex libro Pardes R. *Salomonis Iſaaci*. Autor dicitur R. SALOMON. Excuſ. Venet. 289. 4to.

(CCXVIII.) לקט שכחה ופאה LEKET SCHECEHAH UPHEAH. Hujus tituli librum Ferraræ in 4to (A. 316.) excuſum & in Caphtor fol. 78. citari, ait Buxtorf. Eſt autem Commentarius Cabal. in quasdam Talmudis ſententias R. *Abrahami Aben* ALIMELECH, cui junctus Commentarius in 10. ſephiroth R. *Joſeph Aben* CHAIM. vid. ש״י.

(CCXIX.) לון זהב LESCHON SAHAV *Lingua aurea*. Quem hoc titulo Buxtorf. librum affert & Venetiis (A. 359.) in 4to. prodiiſſe ſcribit, eſt Commentarius in aliquos Davidis Pſalmos R. *Jedajah* HAPPENINI, & R. *Joſeph* TEUTONICI, vel ut in Appendice Buxtorf. legitur, Tractatus de nominibus menſurarum, quæ in ſcriptura extant, autore R. *Iſaac* ALCHADEF i.e. *gibboſi*;

(CCXX.) Præter quem alium anonymum adducit autor ש״י, qui modum epiſtolas ſcribendi pueris tradit. Excuſ. Cracov. A. 421. 8.

(CCXXI.) לשון חמורים LESCHON CHAMORIM *Lingua Aſinorum*. Librum impreſſum ſuper Gemaram allegat autor ש״י.

מ

(CCXXII.) מאה דפין MEAH DAPPIN *Centum folia*. Medicum librum eſſe ex Talmudicis libris collectum, dicitur in Append. Buxt. & in ש״י.

(CCXXIII.) מאה שערים MEAH SCHEARIM *Centum portæ*. Præter duos ejus nominis libros MS. de quorum autoribus conſtat, anonymum affert autor ש״י & 100. conciones ſuper Moſaica præcepta Conſtantinop. impreſſas continere ſcribit.

(CCXXIV.) מאור ענוים MEOR ANIJIM *Lumen pauperum* apud Buxtorf.

(CCXXV.) מאזני צדק MOSNE ZEDEK *Bilances juſtæ* Scrutinium Computationis anni embolismici MS. ſine nomine autoris in ש״י allatus liber diverſus eſt ab alio Arabicè ſcripto & Hebraice verſo.

(CCXXVI.) מאזני העיונים MOSNE HAIJUNIM *Statera contemplationum*, liber apud Maſium in Joſuam citatus, teſte Buxtorf.

(CCXXVII.) מאמר האחדות MAAMAR HAACHADUTH *Sermo de unitate Dei*. Liber Cabaliſticus Ferraræ in 4to Buxtorf. (A. 314. & Lublini A. 357.) autor R. *Joſeph* JAVEZ. Adjunctus eſt liber יסוד האמונה & alius אור החיים

Stylus vero philoſophicus potius eſt, quam Cabaliſticus. Adducitur in medio libri, ejusdem Autoris Comm. in פרקי אבות.

(*CCXX III.*) מאמר השכל MAAMAR HASSECHEL *Sermo de Intellectu.* Iterum Cabaliſticum appellat Buxtorf. Sed & Philoſophicus eſt, explicans 613. præcepta ad formam libri חובת הלבבות compoſitus autore R. SAMUEL *bar* JEHUDA, Exc. Cremonæ A. 317.54. Quod nomen obſervante Edzardo auctor in fine libri fol. 53. b. m. detegit.

(*CCXXIX.*) מאיר איוב MEIR JOB *Illuminans Jobum.* Explicationem elegantem philoſophicam libri Job eſſe, ſcribit Buxtorf. Ejus autor R. MEIR *fil.* ARAMA, & impr. Venet. A. 327. dicitur ש״י. Ego aliam etiam editionem vidi Riviæ A. 322. impr. In confirmationem horum Normannus adducit Catalog. Erpen. p. 14. & Aboabi Nomol. 301.

(*CCXXX.*) מאיר תהלות MEIR THEHILLOTH *Illuminans Pſalmos* ſimilis expoſitio Pſalmorum, apud Buxtorf. Ejus itidem autor R. MEIR fil. ARAMA, & impr. Venet. A. 350. in 4to.

(*CCXXXI.*) מאיר נתיב MEIR NATHIF *Illuminans viam.* Liber Concordantiarum in Script. S. excuſ. in fol. Venet. A. 284. vel 282. ut eſt in ש״י vel 283. ut in Præfat. Concordantiarum Buxtorf. & Baſil. A. 1581. per Frobenium quem eundem eſſe ſcribit Buxtorf. qui alia methodo Parentis ſtudio diſpoſitus, emendatus & auctus editus fuit Baſ. A. 1631. cujus tamen auctorem non nominat. Iſtæ concordantiæ primum latine prodierant ſtudio cujusdam *Arlotti* natione Etruſci, ordinis Minorum miniſtri generalis, qui floruit ſub Adolpho Imper. 1290. cujus meminere *Trithemius*, *Geſnerus* & *Sixtus Senenſis*, uti etiam teſtantur R. *Gedalia* in ſchalſch. hakkab. f. 56. b. & R. *Schabtai* in ש״י, deinde in Hebraicam linguam translatæ ſunt per R. *Iſaac* NATHAN, vel ut in Zemach David f. 60. eſt, R. *Mardochai* NATHAN. Hæ prodierunt etiam Venet. A. 324. Plura vid. ap. Buxtorf. in Præfat. Concordant. Hebraic. & Morinum, Ex. Biblioth. p 487.

(*CCXXXII.*) מאירת עינים MEIRATH ENAJIM *Illuminans oculos.* Sub hoc titulo tres anonymos libros affert Buxtorf. Primum ſcribit eſſe ſummariam omnium 613. præceptorum expoſitionem exc. Pragæ in 8. Hujus autor eſt R. *Joſeph bar* ALCHANAN *Heilbronnenſis.* Cavius aſſignat R. *Joſeph* HABESPERON ex Plantavitio.

(*CCXXXIII.*) Alterum ritualem & Juridicum vocat editum Cracov. (A. 430. fol. & antea Pragæ A. 366. & 388. tandem Wilmersdorff. A. 430.) Ejus autor R. *Joſua* PELEK fil. R. *Alexandri*, ſacerdos juſtitiæ, eſtque commentarius in חושן המשפט.

(*CCXXXIV.*) שלחן ערוך. *SCHILCHAN ARUCH* Tertius ei audit Expoſitio arcanorum Cabaliſticorum, quæ occurrunt in R. *Moſis Nachmanidis* Commentariis in legem. Hujus autor eſt R. ISAAC זמן עכו nec liber impreſſus extat, ſed tantum adducitur in libro נובלות חכמה vid. ש״י.

(*CCXXXV.*) מבוא אל אותיות MAVOA AL OTHIJOTH *Introductio ad literas. Hebraicas* cujus autor ignoratur. Affert Bartol. IV. 336. & excuſum ſcribit Piſauri apud Hieronymum Soncinum A. 1510. in 8.

(*CCXXXVI.*) מבחר הפנינים MIFCHAR HAPPENINIM *ſelectus margaritarum* vel *Electio gemmarum* (pro quo male Buxt. *Selectæ margaritæ*) liber vel inde notiſſimus, quod eum fere integrum Joh. *Druſius* in libro ſuo *Apophtegmatum Hebræorum & Arabum* recenſuit, quem nihilominus ſine autoris nomine affert Bartol. IV. 317. & MS. extare ſcribit in Biblioth. Vatic. qui complectitur collectanea Proverbiorum, caſtigationum, eruditionum, ænigmatum & Præceptorum priſcorum Philoſophorum gentilium. Atqui etiam Buxtorf. in Bibliotheca ſua (quam alias Bartol. interdum conſulere aſſuetus eſt, hic autem non inſpexit) eum à R *Salomone ben* GAVIROL arabica lingua collectum & inde in Hebraicam translatum a R. *Jehuda Aben* TYBBON Cremonæ in 4. A. 318. (antea jam apud Soncinum A. 244. prodierat) impreſſum fuiſſe notaverat. Etſi vero Buxtorf. R. *Salomoni ben* GAVIROL hunc librum tribuat, autor tamen ש״י eum R. JEDAJAH adſcribit. Quod & *Edzardus* utrumque aſſervavit. Verſibus metricis etiam ſub tit. שקל הקדש extare, autore R. JOSEPHO fil. R. *Iſaac* KIMCHI, patre *R. David Kimchi*, ſibique MS. Conſtantinopoli domo miſſum fuiſſe, a R. *Jacobo Romano*, teſtis eſt Buxtorf. p. 418. quanquam Morinus Ex. Bibl. p. 540. illam *David Aben* JECHAJÆ tribuat, a quo Buxtorfium pleraque exſcripſiſſe dicit. Idem aſſerit annexum eſſe ejusdem *Aben Jechajæ* libro Grammatico לשון למודים qui CPLi primum A. 1506. deinde per Gilb. Genebrardum latinitate donatus cum introductione ad Rabbinorum lectionem Pariſiis A. 1587. editus fuit.

(*CCXXVI. a*) מגדל דוד MIGDAL DAVID. *Turris David*, Cavio eſt Commentarius de repudiis, autore R. DAVID ben Jacob, excuſ. in 4. Theſſalon. ſub imperio Sultani Amurati, rarus admodum & cariſſimo pretio emendus, ex Plantavitio.

(*CCXXXVII.*) מגלת אנטיוכוס MEGILLATH ANTIOCHUS *Volumen Antiochi.* Compendium ex Maccabæorum libris, quo hiſtoria impii Regis Antiochi Epiphanis, qui populo Judaico multa mala intulit, continetur, quamvis ab illis multum diſcrepans, ut notat Bartol. I. 383. & IV. 330. excuſ. Mantuæ A. 317. 8. quod etiam in libro macharor Judæorum Hiſpanorum legitur, ex quo integrum latine tranſlatum & notis

notis correctum, primæ magnæ Bibliothecæ Rabbin. parti p. 383. ſqq. inſeruit Bartoloccius, qui p. 403. ex Talmude cod. שבת c. 2. compilatum fuiſſe putat. Reperitur etiam Germanice Hebraicis literis Pragæ excuſum.

(CCXXXVIII.) מגלת ספר MEGILLATH SEPHER *Volumen libri.* Liber Epiſtolicus 113. epiſtolas continens, quem fere totum latine reddidit & notis illuſtravit *Buxtorf.* in peculiari libro cui titulus. *Inſtitutio Epiſtolaris Hebraica cum centuria Epiſtolarum.* Impreſſus fuit Hebraice Mantuæ & Cremonæ A. 326. 8.

(CCXXXIX.) מגלת תענית MEGILLATH THAANITH *Volumen Afflictionis.* Hunc libri tanquam â Talmud. vel quaſi Talm. Tractatu, qui hoc nomine Talmudi adjici ſolet, diverſi[illegible]tulum in Tr. de Synedr. III. 13. p. [illegible] affert Jo. Seldenus cujus nec Bux[illegible]ium nec Legerum, Genebrardum, G[illegible]erum, aut Plantavitium meminiſſe ait, etſi Buxt. in Lex. Talm. p. 1046. quæda verba ex illo adduxiſſe ſcribat. Obſervat autem Jo. Morino primum iſtum librũ innotuiſſe, cui l. 1. Ex. Bibl. c. 3. §. 1. Judæorum judicio *admodum antiquus* dicitur. Cumque codicem nimis rarum & a tot viris prætermiſſum, præterea multa hiſtoria alibi non reperta, quæ ad feſtivitates Ebraicas pertinent, eo contineri animadverteret, viſum ipſi fuit ex ſuo Codice MS. quem cum Sederolam, Zota, Cabala R. Abrahæ & Chronico templi ſecundi in 4to (utinam etiam editionem adjeciſſet) ſe poſſidere ait; ſingulos dies feſtos illic narratos nec in Calendariis obviis lectos ibi exhibere, quod etiam plurimis foliis perſequitur & deinde p. 145. ſq. poſtquam in hoc libro ipſum librum מגלת תענית ſæpe citari adeoque non eundem eſſe poſſe cum מ"ת deprehendit, concludit, opuſculum ipſum confectum fuiſſe ex libro alio ſic dicto, vel eſſe מדרש ſ. Commentarium libri מגלת תענית At enim vero fruſtra operam impendiſſe cenſendus eſt *Seldenus*, cum pro alio libro quam eſt iſte Tr. Talmudicus hoc nomine inſignitus iſtum venditare allaboravit, ſiquidem nullus alius extet, ille vero de quo longum ſermonem Seldenus inſtituit, nihil aliud ſit quam Commentarius in מגלת תענית, quem ex utroque Talmude *Raſchii* & Toſephoth conſarcinavit, ab altera vero parte novas obſervationes & additiones ex aliis libris depromptas appoſuit R. *Abraham* HALLEVI *fil. R. Joſeph.* Quod vero neuter horum autorum quos adduxit Seldenus iſtius libri mentionem injecerit, cauſa fuit vel quod ipſis non innotuerit, vel quod tardius demum iſte Commentarius nempe A. 419. 4to. Amſtelodami lucem aſpexerit. Illa vero verba, quæ Buxtorfium in Lex. Talmud. p. 1046. ex מגלת תענית adducere ſcribit Seldenus, extant in illo Tractatu de quo nobis ſermo eſt c. 2. f. 7. col. 2. edit. Amſtelod. uti in epiſtola ad Caſparum *Sagittarium* teſtatur Jo. *Saubertus*, quæ in iſtius Analectis de Janiis veterum ad Ameloven. Jen. 1694. 8. editis p. 44. legi poteſt.

(CCXL.) מגן אבות MAGEN AVOTH *Scutum Patrum* Diſputationem contra Muhamedanos, Karaitas & Chriſtianos, notantem errata Alkorani &c. ex Legero affert Buxtorf. & autor ש"ש ſine nomine autoris.

(CCXLI.) מדבר יהודה MIDBAR JEHUDAH *Deſertum Judeæ.* Librum Concion. Venet. in 4to. A. 362. impreſſum eſſe, ſcribit Buxtorf. Autor R. JEHUDA LEO *Mutinenſis*, notante Cavio, *Plantavitii Præceptor.*

(CCXLII.) מדרש MIDRASCH vel *Medraſch* quo nomine commentationes alle[illegible]icæ & hiſtoricæ veniunt. T[illegible] libri in diverſos libros Bib[illegible] plurimi extant, de quorum autor[illegible] nihil aut parum conſtat. Ita B[illegible]rf. allegat ſeqq. comment. Medr.

(CCXLIII.) מדרש התורה MIDRASCH HATTORAH, *Commentarium Homologeticam in legem*, Saloneci in fol. excuſ. (A. 355.) Hujus autor in ſchalſch. haccab. fol. 59. dicitur *R. Iſaac* HANNASI, in quem commentarii extant R. *Jehudæ* GEDALIA & R. *Iſaſchar* BAAR.

(CCXLIV.) מדרש חמש מגלות MIDRASCH CHAMESCH MEGILLOTH *Comment. allegor. in V. libellos* ibid. Iſti commentarii ſæpe etiam impreſſi ſunt Venet. ut A. 305. & A. 310. 368. citante Bartol. IV. 317. ſq.

(CCXLV.) מדרש שיר השירים ואיכה מזוהר MIDRASCH SCHIR HASCHIRIM VEECHA MISSOHAR, *Comment. alleg. in Canticum Cantic. & Threnos ex Zohar* Cracov. in 4. cujus itidem autor ignoratur. Annexus libro זוהר חדש & MS. etiam in Bibl. Vatic. teſte Bartol. l. c.

(CCXLVI.) מדרש תהלים MIDRASCH THEHILLIM *Comment. allegor. in Pſalmos*, Venet. apud Bomberg A. 306. fol. Hi conjunctim cum

---

(CCXLVII.) מדרש משלי ſ. *Comment. alleg. in Proverbia Salomonis*, quem poſt affert Buxt. prodiere. De autore nihil.

(CCXLVIII.) מדרש שמואל MIDRASCH SCHEMUEL *Comment. allegor. in Samuelem* ibid. Hoc nomine venit expoſitio antiqua quorundam Rabbinorum in Samuelem de qua Bartolocc. II. 765. & IV. 319.

(CCXLIX.) Alius hoc titulo apud Buxtorf. liber, quo conjunctim habentur omnes commentatores in פרקי אבות cujus autor R. *Samuel de* OSIDA, excuſ. Venet. A. 365. & Cracov. A. 354. 40.

(CCL.) מדרש דבי אליהו MIDRASCH DEBE ELIAHU *Midraſch domus Eliæ* quem dicit continere narrationes Hiſtoricas ſ. fabulas ex Talmud. de quo etiam Bartol. IV. 320.

Extant præterea anonymi hujus farinæ libelli.

(CCLI.)

(CCLI.) מדרש כהנים MIDRASCH COHANIM *Expoſitio allegorica Sacerdotum* qvæ eſt in librum Leviticum, מכילתא appellata cujus autor communiter eſſe fertur R. AKIVA, de qvo infra.

(CCLII.) מדרש כונן MIDRASCH CONEN *Expoſitio allegorica* ſuper illa verba Proverb. 3. 19. כונן שמים בתבונה *ſtabiliens cœlos in intelligentia*, tractans de cœlis Terris & menſuris totius orbis terrarum &c. de qva Bartoloc. IV. 318. Reperitur in libro ארזי לבנון *Cedri Libani* qvô de ſupra num. 65. egimus.

(CCLIII.) מדרש הנ[illegible] MIDRASCH HANNAALAM *Midraſch* [illegible]*conditum*, qvi eſt Comment. allegor. in Ruth, cujus autor communiter eſſe fertur R. *Simeon ben Jochai*, & [illegible]ctim prodiit cum Zohar chadaſch, de qvo ſupra num. 132.

(CCLIV.) מדרש שוחר טוב MIDRASCH SCHOCHAR THOV *Midraſch ſurgentis diluculo ad bonum* (pro qvo Buxtorf. p. 412. & Daslov. in præfat. libr. de Reſurrectione mortuorum legunt שוחר טוב *munus bonum*) eſt comment. alleg. ſuper Pſalmos, Samuelem (non Canticum Canticor. ut habet Bartol. IV. 319.) & Proverbia, autoris ignoti, qvi Tanaitarum tempore vixiſſe communiter creditur. Excuſ. Conſtantinop. Anno 282. Venet. 306. fol. & tandem cum additionibus R. ISAACI *fil.* R. SIMSONIS Pragæ A. 373. fol. ut alios hujus farinæ libros nunc taceamus: vid. tamen infra tit דבורים.

(CCLV.) מהלך הכוכבים MAHALACH HACCOCHAVIM *Iter ſtellarum* Librum Aſtronomicum vocat Buxtorf. Hujus autor in Præfat. libri מנוח הלבבות fertur eſſe R. EPHRAIM orientalis. Idem jam obſervarat Cavius.

(CCLVI.) מהות הנפש MEHAVATH HANNEPHESCH *De Eſſentia animæ.* Librum Arabice ſcriptum cujus autor ignoratur, & Hebraicè à R. *Zarachia LEVITA* translatum extare MS. in Vaticano aſſerit Bartol. IV. 305.

(CCLVII.) Ibidem alium anonymum MS. librum in tres partes diviſum affert, qvi agit *de præſtantiori ſtatu animæ intellectivæ ſupra cætera animantia brutorum.* De utroque alibi nihil invenio.

(CCLVIII.) מהלך שבילי הדעת MAHALACH SCHEVILE HADDAATH, *Profectio per itinera ſcientiæ* liber celebris Grammaticus à R. *Moſe KIMCHIO* circa Anno 1190. claro compoſitus, & eleganti commentario à R. *Elia LEVITA Germano* illuſtratus, qvem nihilominus R. BENJAMIN *fil R. Judæ Romanus* cum Piſauri A. 268. 4to hunc librum ederet, pro ſuo venditavit, ſumqve nomen in principio præfationis adſcripſit, unde etiam in errorem lapſus fuit Joh. Maria *Vincentius*, qvi in prima *parte de Meſſia venuto* pag. 447. huic R. Benjamino illum commentarium attribuit. De hac famuli ſui fraude valde conqveritur R. Elias Levita Germanus in fine Commentariorum ſuorum in hanc Grammaticam Venet. Anno 384. 8vo impreſſ. cujus verba ap. Bartol. I. 674. videſis. Nos idcirco merito in pſeudonymorum numerum eum retulimus. Cœterum de reliqvis libri hujus editionibus & translationibus plura in nova noſtra Bibliotheca Rabbinica dicemus.

(CCLIX.) מהררי נמרים MEHARRE NEMARIM *De montibus pardorum.* Expoſitionem qvarundam proprietatum loqvendi & diſputandi in Talmud, Venet. in 4to (A. 359.) impr. vocat Buxtorf. Autor R. ABRAHAM fil. *don Salomo AKARA.* Cavius autorem dicit R. *David BEN-ZEMARAM.*

(CCLX.) מוסרי הפילוסופים MUSARE HAPPILOSOPHIM *Correctiones Philoſophorum.* Librum Proverbiorum Philoſophorum ad mores ſpectantium in Vaticano MS. extantem citat Bartol. IV. 304. Idem dixerat Buxtorf. Normannus obſervat ex ש"י, eſſe præcepta moralia & Epiſtolas ejusdem argumenti, item nomina Veterum Philoſophorum, de ortu & educatione Ariſtotelis relationem & id genus alia, Arabice primum conſignata à R. CHANANIA, *Izaaki* filio, Ebraice deinde verſa à. R. *JEHUDAH Salomonis CHARISII* fil. ———1562. 4to.

(CCLXI.) מזמור לתודה MISMOR LETODAH *Pſalmus Euchariſticus* Expoſitio Pſalmi CXIX. (nec non 15. canticorum graduum) Venet. in 4to (A. 336. & Pragæ 370.) exc. affertur à Buxtorf. Ejus autor R. SAMUEL fil R. ISAACI ARIPOL. Normannus ex ש"י confirmat.

(CCLXII.) מחזור MACHSOR *Cyclus.* Liber precum rythmice ſermone difficili, qvi à paucis intelligitur partim ab antiqvis, partim recentioribus maximam partem ignotis autoribus exaratarum, qvas Judæi in maximis feſtis recitare ſolent. Præcipui autores ſunt R. *Eliezer HAKKALIR*, R. *Iſaac* fil. *R. Jehudah Aben GIUTH*, R. *AMMON*, R. *JEKUTIEL* fil. *Moſis*, R. *BENJAMIN* fil. *R. Samuelis*, R. *SIMEON* fil. R. *ISAAC MAGNUS* &c. Variat iſte liber pro diverſitate Judæorum, neqve enim (qvemadmodum nec in ritibus Judæis idem mos eſt,) easdem preces continet liber machoror qvi in uſum Synagogarum Germanicarum & Polonicarum editus eſt, qvas in machoror Judæorum Orientalium & Hiſpanorum reperire licet, & pro hac varietate diverſim ſæpiſſime excuſus liber proſtat, cujus editiones omnes recenſere præſentis inſtituti non eſt. Prolixe illas recenſuit Bartol. IV. 307. 322. qvibus alias nonnullas in noſtra Bibl. Rabbinica adjiciemus. Inter præſtantiſſimas merito refertur Bononienſis, qvæ in uſum Synagogæ Romanæ cum multis commentariis Anno 307. duobus voluminibus prodiit, & Veneta Anno 426. in 8vo in 3. Voll.

(CCLXIII.)

(CCLXIII.) מחזור הפסח MACHSOR HAPPESACH *Cyclus Paſchalis.* Liber Aſtronomicus ap. Buxtorf. Hujus autor R. SIMCHA de urbe Vitri diſcip. *R. Salomonis.* Norman. ex *Münſter.* Calend. Hebr. auctorem dicit R. NAHASCHONEM.

(CCLXIV.) מהזיק אמונה MACHASIK EMUNAH *Fortificans fidem.* Diſputatio inter Judæum & Chriſtianum, qva Judæus captioſis argumentationibus Chriſtianam fidem evellere conatur, in XIII. capita juxta articulos fidei Judaicæ diſtributus, MS. in Bibl. Vatic. teſte Bartol. IV. 307. Ejus autor R. MARDOCHAI fil. R. *Joſaphat.*

(CCLXV.) מחקר הסודות MECHKAR HASSODOTH *Scrutatio ſecretorum.* A Galatino citari lib. I. cap. 3. aſſerit Buxtorf.

(CCLXVI.) מטה משה MATTE MOSCHE *Baculus Moſis.* Liber Juridicus Buxtorfio audit cum potius ſit ritualis præſtantiſſimus, agens de benedictionibus, precibus, Sabbato, feſtis &c. impr. Cracov. A. 351. 4to: autore *Patre domus judicii PREMISLIENSIS* fil. R. *ABRAHAM* ut vocatur in ש״י.

(CCLXVII.) מי המרים ME HAMMARIM *Aquæ amaræ*: Solum titulum attulit Buxtorf.

(CCLXVIII.) מכילתא MECHILTA Comment. allegor. in Exodum, Liber pro antiqviſſimo habitus, ſiqvidem ut vult autor Schalſch. hakkab. f. 32. â R. AZAI in nomine R. AKIVÆ fil. *Joſephi* inceptus & â R. ISMAELE abſolutus eſſe fertur, etſi *Aben Deor* in Kabbala à R. *Hoſchajah RABBA*, autor vero libri עדה לדרך â RAW ſcriptum aſſerit, qvod negat Morinus Exc. Biblioth. p. 348. & recentiori cuidam illum librum adſcribit. Excuſ. Continop. Anno 272. vel 280. juxta Bartol. II. 781. una cum libris ספרי & ספרא de qvibus ſuo loco.

(CCLXIX.) Qvando autem Buxtorf. in Bibl. adhuc alium librum Mechilta R. ISMAELIS extare ſcribit, Conſtantinop. Ao. 1520. & Venet. in folio excuſum, non levem errorem committit, ſiqvidem unus liber nec â memorato diverſus ſit, qvem inchoavit R. AZAI & abſolvit R. ISMAEL juxta Rabbinorum opinionem, id qvod facile animadvertere potuiſſet, ſi ipſum librum inſpexiſſet.

(CCLXIX. *a*) מלחמת החכמה והעושר MILCHAMATH HACHOCHMA VEHAOSCHER. *Bellum Sapientiæ & divitiarum.* Liber impreſſus Cracoviæ, 8vo. Normanno notante alias vocatus מלך רב Melech Raf, Rex magnus, auctorem habens R. JEHUDAM SCHABBETHAI Levitæ fil. uti ex ש״י idem hunc affert.

(CCLXX.) מלחמות ה׳ MILCHAMOTH ADONAI *Bella Domini.* Præter plures alios hujus nominis libros, de qvorum autoribus conſtat, hoc ſeculo Venetiis anonymus impreſſus fuit, qvo remedia præſcribuntur, qva ratione confluentiæ aqvarum in Italia nuper exortæ i. e. tumultus â qvibusdam Sapientibus excitati ſedari poſſint. Adducitur in כנסת הגדולה ut aſſeritur in ש״י Reſponſi loco iterum editus liber fuit ſub titulo משבית מלחמות de qvo infra ſuo loco.

(CCLXXI.) מלות הגיון MILLOTH HIGGAJON. *Explicatio vocum ſ. terminorum Logicorum* Cremonæ in 4to (A. 326.) exc. adduct. ap. Buxtorfium. Autor eſt Rambam, ſ. Moſes fil. Maimonidis. Normannus ex Hottingeri promt. Orient. pag. 47. & Martini Catal. p. 63. aſſentitur.

(CCLXXII.) ס המליצה SEPHER HAMMELIZA *Liber facundiæ.* Ex Hottingero titulum affert Bartol. IV. 309.

(CCLXXIII.) מלכיאל MALKIEL. Librum parvum vocat Buxtorf. qvi agit philoſophicè de anima & ejus facultatibus exc. Thiengæ in 4to (A. 320.) At hoc neqvaqvam libri argumentum eſt ſed potius agit de præmiis & pœnis poſt hanc vitam, item de arbore ſcientiæ & nonnullis hiſtoriis Talmudicis. Autor R. CHIZKIA *fil.* ABRAHAMI.

(CCLXXIV.) Alium librum מלאכיאל MALACHIEL affert Plantavitius, qvi de anima ejusqve potentiis phyſice & moraliter agit & qvem Cracov. in 4to A. 340. exc. ſcribit. Hunc â præcedenti qvem ex Buxtorf adduximus diverſum eſſe putat Bartol. IV. 28. ſeqq. ſed leviſſimo nixus argumento.

(CCLXXV.) מנהג בתי אבות MINHAG BATTE AVOTH *Ritus familiarum paternarum* Venetiis excuſ. dicitur in Append. Buxtorf.

(CCLXXVI.) ס׳ המנהיג SEPHER HAMMANHIG Librum qvo explicantur ritus Judæorum Hiſpanorum vocat Buxtorf. qvi paulo poſt plures libros מנהגים ſ. rituales affert, de qvorum aliqvot autoribus nomina ignorantur. In ש״י ſolum adducuntur ritualia R. *Abraham CLAUSNER* & R. *Iſaac TIRNA.*

(CCLXXVI. *a*) מנהגי מהריל MINHAGE MAHARIL *Liber ritualis maharil.* Cremonæ 4to editus, cujus auctor Buxtorfio pag. 366. ignoratus à Cavio detegitur eſſe R. *Jacob* VAJIL.

(CCLXXVII.) מנהיג עולם MANHIG OLAM *Gubernans mundum.* Liber ritualis, cujus autor R. ELIJAKIM qvi vixit Toleti Anno 1236. ap. Buxtorf. cum qvo conſentit autor Schalſch. Hakkab. At alii ut R. Schabtai in ש״י obſervat ejus autorem conſtituunt R. ABRAHAMUM fil. R. NATHAN. Complectitur ritus &

precum ordinem Judæorum Hiſpanorum, Gallorum, exc. Conſtant. A. 279. 8vo.

(CCLXXVIII.) מנהגי קראים MINHAGE KARRAIM. *Ritus Caraitarum*, de qvorum libris autoribusqve pauca noſtris innotuerunt. Fragmenta illorum rituum deprehendere licet in libr. Adereth Elijahu, Cozri, meor Enajim &c. Qvod vero Buxtorf. in App. Venetiis talem librum excuſum fuiſſe notet, id vereor, ne ſine teſte aſſeratur.

(CCLXXIX.) מנוח לבבות MENOACH LEVAVOTH *Reqvies Cordium*. Lublini in 4to (Ao. 386.) apud Buxtorf. Autor R. MANOAH CANDEL. Eſtqve comment. in librum חובות הלבבות ubi in præfatione multi libri Aſtronomici ignotorum Autorum afferuntur.

(CCLXXX.) מנות הלוי MANOTH HALLEVI *Portiones Levitæ*. Expoſitionem ſuper libellum Eſther vocat Buxtorf. Additæ ſunt multæ conciones. Autor R. *Salomo Levi ALCABAZ*. Exc. Venet. Ao. 348. 4to. Normannus ex ש"י paulo aliter effert cognomen Auctoris, appellando R. *Salomonem Levitam ELKALIM*. Cavius vero ſuperioribus gemina affert.

(CCLXXXI.) מנחה חדשה MINCHA CHADASCHAH *Oblatio nova*. Titulus libri ap Buxt. Eſt comment. in Legem R. MEIR CALVO MSt. Vel Comment. in פרקי אבות R. JECHIEL exc. Lubl. 336. 4to duplex enim hujus nominis liber in ש"י.

(CCLXXXII.) מסורה MASSORA. Ita vocatur obſervationum Criticarum in Scripturam S. liber vulgo ſatis notus & vix 20 foliorum ſi conjunctim ſumas. Illum à VIRIS SYNAGOGÆ MAGNÆ tempore *Esdræ* exiſtentis compoſitum fuiſſe communis Judæorum traditio eſt, etſi alii cum R. Elia Levita à SAPIENTIBUS TIBERIENSIBUS proveniſſe ſtatuunt, de qvo hic multa dicere nihil attinet, cum ab aliis ex profeſſo in utramqve partem ſatis dictum fuerit. Primus luci publicæ expoſuit R. *Joſeph* fil. *Samuelis Aben CHAJIM* in Bibliis Bamberg.

(CCLXXXIII.) מסורת התלמוד MASORA THALMUDIS: Index omnium rerum qvæ in Talmud Babylonico tractantur, ad illum modum uti ſuper Talmud Hieroſolym. indicem fecit *R. JEHUDA* fil. *R. Moſis* de domo GEDALIÆ. Exc. Conſtantinop. A. 283. fol. teſte ש"י. Comperi hunc eundem librum eſſe cum alio qvi inſcribitur מפתח הגמרא *Clavis gemaræ*, cujus autor *R. SALOMO filius R. ELIJAKIM PANZI RHODIGINAS* exc. Venet. Ao. 383. fol. & cum verſione latina per Chriſt. Henr. *Ritmeierum* facta Helmſt. 1697. 4to.

(CCLXXXIV.) מסכת פורים MASSECHET PURIM. Vide ſupra ס' בקבוק SEPHER BIKBUK num. 85. Neſcio an hic idem ſit qvem Wagenſeil. præfat. ad lib. ſota Librum Pſeudo Thalmudicum de feſto Sortium vocat, & qvem poſtqvam Venet. ante centum & amplius annos excuſus eſt, Judæos magno ſtudio ſuppreſſiſſe ſcribit, ſeqve ex Vaticano & MS. proprio probè emendatum iterum editurum (qvod tamen nondum fecit) promittit.

(CCLXXXV.) מעין גנים MAJAN GANNIM *Fons Hortorum*. Liber Epiſtolicus 50 Epiſtolas Hebraicas ſtylo eleganti & brevi exaratas complectens, qvem ſine autoris nomine affert Buxtorf. & Venet. A 313 8vo. excuſ. ſcribit. Eſt is R. SAMUEL fil. R. ELCHANAN *Jacob* ARKEVOLTI. Cavius conſentit.

(CCLXXXVI.) מעין החכמה MAJAN HACHOCHMA *Fons Sapientiæ*. Expoſitio Cabaliſtica nominis Tetragrammati, à nonnullis Judæis MOSI tanqvam autori tributa, qvod tamen fabula eſt. Exc. cum libro ארזי לבנון de qvo ſupra num. 65.

(CCLXXXVII.) ס' מעלות SEPHER MAALOTH *Liber graduum*. Duplicem hoc titulo anonymum librum MS. in Vatic. extantem affert Bartol. IV. 306. qvorum primum ſcribit continere tres gradus ſ. Capitula, qvibus ſ. ſcripturæ ſententiæ concordantur cum Philoſophorum placitis. Hunc vel R. DAVIDI adſcriberem, de qvo autor ש"י affirmat, qvod conciones in legem ſcripſerit, vel R. SALOMONI fil. *Abrahami ABIGDOR*, qvem ex Philoſophorum libris collegiſſe & de unius rei præſtantia ſupra aliam agère idem aſſerit.

(CCLXXXVIII.) Alter apud Bartol. agit de gradibus primarum qvalitatum omnium herbarum, plantarum & ſtirpium a cedro Libani usqve ad Hyſſopum. Hujus autor R. BEZALAEL ELIAS fil. R. *Zedekiæ*.

(CCLXXXIX.) מעלות המדות MAALOTH HAMMIDOTH *Præſtantia Virtutum*. Liber Ethicus apud Buxtorf. qvi autorem agnoſcit R. JACHIELEM fil. R. JEKUTIEL & excuſus eſt Cremonæ A. 316. 4to.

(CCXC.) ס' מעמדות SEPHER MAADOTH *Liber ſtationum*, i. e. triplicis lectionis ſingulis diebus ſeptimanæ ex ſcriptura ſ. miſnah & Gemara in recordationem Sacrificiorum non amplius vigentium in templo inſtituendæ. Reperitur iſte liber in omnibus precum libellis & ſeorſim etiam cum Comment. R. ABRAHAM fil. excell. R. LEW SARVAL. prodiit Venet. A. 377. & Amſtelod. A. 412. 8vo.

(CCXCI.) מענה לשון *Reſponſum linguæ*. Liber parvus tradens regulas Grammaticas, autore Anonymo exc. Amſtelod. A. 417. 8vo.

(CCXCII.) Alius ejusdem nominis de precibus & Orationibus ſuper Sepulchra defunctorum,

rum, impr. diverſis vicibus etiam lingua Germanica literis Rabbinicis.

(CCXCIII.) Imo & tertius hujusdem nominis, in cujus frontiſpicio autoris nomen non exprimitur, quanquam in cap. 46. afferatur nempe R. *Eliezer* LIEBERMAN ſcriba fil. R. Excell. R. LEW MEDICI. Tractat ſimiles preces pro defunctis Exc. Pragæ 8vo & Amſtelod. A. 438. 8. vid. ש״י.

(ccxciv.) מענה רך MAANE RACH *Reſponſum molle*. Preces pro ſingulis diebus, ſtylo perbrevi. Excuſ. Pragæ 8.

(ccxciv. *a*) מערכת האלהות MAARCHET HAELACHUTH *Diſpoſitio divinitatis*, Normanno notante, Liber eſt Cabaliſticus celebris, circa quem poſtea R. *Jehudah* CHAJIT fecit commentarium, autor vero habetur R. PEREZ HACCOHEN, qui abbreviate dicitur הר״ף HARAPH. Vixit circa annum 1240. Impreſſ. Mantuæ 4to A. 318. C. 1558.

(ccxcv.) ס׳ המעשה SEPHER HAMMAASE *Liber Hiſtoriarum*, continens plus quam 300. hiſtorias ex Gemara, libro Chaſidim aliisque libris collectus. Scriptus eſt lingua Germanica & Hebraicis literis exc. Baſil. Pragæ, Wilmersdorf. 4to.

(ccxcvi.) מעשה הבית דוד בימי פרס MAASE HABBETH DAVID BIME PARAS *Res geſtæ domus Davidis temporibus Perſarum*. Liber Hebræo-Germanicus agens de fluvio Sabation, exc. Baſil. 4to anonymi. ap. Buxtorf. Autor R. ISAAC fil. *Abrahami* AKRISCH.

(ccxcvii.) מעשה אשמדאי MAASE ASMODI *Hiſtoria Asmodei* Dœmonum Principis. De captura Dæmonis Aſmodei per Regem Salomonem facta hiſtoriam Talmudicam fabuloſam eſſe & in Vatic. MS. aſſervari, aſſerit Bartol. 1490.

(ccxcviii.) מעשה בראשית MAASE BERESCHITH *Opus in principio* ſ. Creationis. De operibus ſex dierum tractatum allegoricum eſſe 15. Capitibus conſtantem cujus autor ignoratur & MS. in Vatic. Bibl. extare, teſtis eſt Bartol. IV. 522. qui ſingulorum capitum ſyllabum ibi ſimul exhibet.

(ccxcix.) מעשה מרכבה MAASE MERCEVAH *Opus quadrigæ*. Explicatio viſionum Propheticarum Iſaiæ, Zachariæ & Orationis Abacuc *Domine audivi* &c. MS. in Bibl. Vatic. teſte eod. Bartol. l. c.

(ccc.) מעשה התלמוד MAASE HATTALMUD *Hiſtoriæ Talmudicæ* excerptæ per anonymum, exc. una cum *Ben Sira* Venet. A. 304. in 8. ibid.

(ccci.) מעשה של ירושלמי MAASE SCHEL JERUSCHALMI *Hiſtoria Hieroſolymorum* Autoris Anonymi. Ex Plantavitio affert Bartol. l. c. Hic liber ex Arabico in Hebr. translatus fuit per R. ABRAHAM fil. *Moſis Maimon.* & cum hiſtoria *Boſtanæi* impr. Veronæ A. 407. Amſtelod. in 8. & cum libro ר״י של משה de quo ſupra n. 107. Hebraice & Latine extat inter Diſſertationes ſex varii argumenti Joh. Chriſt. *Wagenſeilii*, qui elegantem Apologum vocat, quo docetur, ſervandam ſedulo eſſe jurisjurandi religionem.

(cccii.) מפרש חטאים MEPHARESCH CHATTAIM *Exponens peccata*. Confeſſio magna ex libro ברית אברהם extracta, prodiit Pragæ 8.

(ccciii.) ס׳ מפתח SEPHER MIPHTHACH *Liber Aperitionis* Introductio in 10. ſephiroth, MS. affertur in ש״י.

(ccciv.) מפתח שלמה MIPHTHACH SCHELOMOH *Apertio Salomonis* adducitur in Schalſch. hakkab. f. 89. diciturque continere conjurationem Dæmonum Regis Salomonis itemque explicationem naturæ arborum, plantarum, animalium &c. Quicquid vero de libris iſtis Salomonis Judæi fabulantur, conſtat omnes recentioris ævi eſſe nec unquam Salomonis tempore extitiſſe.

(cccv.) מצות הנשים MIZVOTH HANNASCHIM *Præcepta mulierum* liber Rabbino-Germanicus Frauen-Büchlein dictus, in quo de præceptis mulieribus Judæis ſolum obſervandis agitur. Adducit Buxtorf. in Grammat. & ex eo Bartol. IV. 313. Hujus autor R. *Benjamin* de ARDONO Germanus. Italicè etiam translatus prodiit Venet. A. 417.

(cccvi.) מציאות השם *MAZIUTH HASCHEM De Eſſentia DEI*, Liber a quodam anonymo Hiſpano Arabicè ſcriptus & deinde per eundem Arabice translatus. MS. in Bibl. Vatic. ibid.

(cccvii.) מציל נפשות MATZIL NAPHSCHOT *Liberans animas* Liber Medicus Germanicus. Excuſ. literis Hebraicis Pragæ & Amſtelod. A. 411. 4.

(cccviii.) מקדש מעט MIKDASCH MAATH *ſanctuarium parvum* Expoſitionem quarundam Ceremoniarum Talmudicarum MS. extare aſſerit Buxt. & autor ש״י.

(cccix.) מקור חיים MEKOR CHAIJIM *Fons Vitæ*. Liber quidam Cabaliſticus Anonymi, qui adducitur in Præfatione Libri Zohar edit. Mantuan. 4to.

(cccx.) מקור השכל MEKOR HASCHEKEL *Fons Intellectus*. Explicatio 10. Sephiroth, MS. מקנה אברים *MIKNEH IVRIM*, *poſſeſſio Ebræorum*, Grammatica hebræa, cujus verſionem Normanno notante Bombergii præfatio Rab. *Abrab. BALMESIO*, nec tamen integram, vindicat, quia auctor operi immortuus, continuationem vero R. *CALONYMO* adſcribit cap. VII. p. 455.

455. Unde miratur ſane merito Normannus la pſum Bartoloccii, qui Biblioth. Rabb. 34. BOMBERGIO tribuit.

(CCCXI.) ס' מראה SEPHER MAREH *Liber Viſionis.* vid. ſupra.

(CCCXII.) מראה כהן *MAREH COHEN Viſio Sacerdotis.* Indicem præcipuorum capitum libri Sohar Cracov. in 4to (an. 349. & Amſtelod. 433.) exc. vocat Buxt. Ejus Auctor R. *Iſaſchar BAAR* fil. *Naphtali*, Sacerd. Juſtitiæ. Idem ex ש"י confirmat Normannus. Cavius vero notat, Librum explicare Locos communes ex S. Scriptura tantum petitos, cœteroqui Locum impreſſionis & nomen autoris nil quicquam mutans.

(CCCXIII.) מראה מוסר MAREH MUSAR *Viſio Correctionis.* Liber Germanicus, Zucht-Spiegel dictus, autoris anonymi, quo omnes parabolæ & proverbia, quæ in Gemara extant, continentur. Impreſſus cura R. *Abigdor fil.* R. *El'ezer Lipman Hildesheimenſis*, Pragæ A. 370. & 438 Lublini A. 400. 4to.

(CCCXIV) מראות אלהים MAROTH ELOHIM *Viſiones DEI.* Commentarius anonymi in Rabboth, adductus in libro כפתור ופרח.

(CCCXV.) מרכבת המשנה MARCEPHET HAMMISCHNE *Currus Secundanus.* Titulus â Buxtorf. allatus Concordantiæ in ſcripturam S. Hebr. & Lat. autore R. ANSCHEL factæ exc. Cracov. A. 312. & 344. 4.

(CCCXVI.) Eodem nomine etiam vocatur Abarbanelis Commentar. in Deuteronomium, exc. primum ſeorſim Sabionet. A. 311. fol. deinde cum reliquis commentariis in Pentateuchum Venet. A. 339. fol. Confirmat poſterius Cavius, & Normannus ex Catal. Martini.

(CCCXVI. α) מרפא לשון, MARPE LASCHON, *Medela Linguæ* (Prov. XV. 4.) Normanno ex Buxtorfio notante, eſt libellus grammaticalis, in cujus ſecunda parte genera metrorum explicantur, Venet. ap. Dan. Bomberg. excuſus, 8vo. autor vero eſt R. *Moſes ben* CHAVIF. Idem ex Hottingero Inſcript. Orient. p. 2. tribuit etiam R. *Moſi* SCHEM TOBH, obſervat, quamvis & Hottingerum fluctuantem deprehendat, dum in promt. Or. pag. 43. plene annuit Buxtorffio.

(CCCXVI. β) מרפא לנפש, MARPE LENNEPHESCH, h. e. *Medicina animæ* Liber (Normanno obſervante ex Bibl. Rabb. Buxtorf.) Moralis citatus ſæpe in libro Capthor, Venet. in 4. excuſus. Auctor illius habetur R. *Raphael* פנוריני. Buxtorfius affert præter hunc alium ejus tituli librum, autore R. BARSELLONIO, ex arabico in hebræam linguam translatum, ejusdem argumenti.

(CCCXVII.) משבית מלחמות MASCHVITH MILCHAMOTH *Ceſſare faciens bella.* Ritualis R. ISRAELIS dicitur in Buxtorf. App. quod utrumque falſum eſt. Neque enim ritualis eſt, ſed eriſticus, controverſias componens inter Judæos quosdam, maxime vero in libro מלחמות ה' (de quo ſupra num. 270.) excitatas. Deinde non agnoſcit autorem R. Iſrael, ſed nomine omnium Judæorum in Italia viventium Venet. A. 366. 4to. prodiit.

(CCCXVIII.) משלי חכמים MISCHLE CHACHAMIM *Proverbia Sapientum.* Quinquaginta ænigmata propoſita quibusdam philoſophis cum illorum explicatione exc. Venet. A. 279 fol. ap. Bartol. IV. 305.

(CCCXIX.) Alius hoc nomine liber, quo 70. ſapientum dicta continentur, exc. Amſtelod. A. 417. 8. in ש"י.

(CCCXX.) משלי סנדבאר MISCHLE SANDABAR *Parabolæ Sandabar.* Liber agens de Aſtutiis fœminarum, & quomodo ſua ſapientia atque prudentia filius Regis Indorum a morte liberatur, attributus cuidam SANDABAR Principi ſapientum Indiæ. Exc. cum libro ד"י של משה DIVRE JAMIM SCHEL MOSCHEH de quo ſupra. Hujus libri verſionem olim paravit Gilb. *Gaulmin* & doctiſſimas animadverſiones adjecit, quas aliquando cum aliis Judæorum ſcriptis pſeudepigraphis ex MS. publici juris faciam.

(CCCXXI.) משלי של שלמה המלך MISCHLE SCHEL SCHELOMOH HAMMELECH, *Parabolæ Salomonis Regis.* Hoc libro hiſtoriæ, quæ Salomonis tempore finguntur accidiſſe, referuntur. Excuſus itidem eſt cum libro ד"י של משה, de quo ſupra n. 107.

(CCCXXII.) משמרת החדש MISCHMERET HACHODESCH *Obſervatio Menſis.* Liber precum & rituum pro veſpera novilunii juxta conſuetudinem Judæorum Hiſpanorum, exc. Venet. A. 420. 8.

(CCCXXIII.) משנה vel משניות MISCHNA vel MISCHNAJOTH, *δευτερώσεις*, ut ab Epiphanio & Hieronymo, aut *ſecundaria Traditio*, uti a Juſtiniano in Nov. Conſtit 146. tit. de Hebræis appellatur. Liber traditionum vel legis ſecundæ oraliter traditæ, ſecundariæ poſt divinum Canonem autoritatis, cujus pleraque a Moſe usque a Sapientibus oraliter traditæ, primus circa A.M. 3978. in ordinem redegiſſe fertur R. JEHUDA SANCTUS, quæ communis eſt Judæorum ſententia, etſi nonnulli ex Chriſtianis, ut Capellus, Morinus, Ovvenus, aliique id inficientur, & pro recentiori libro quinti circumcirca ſeculi, haberi velint, quod negat Wagenſeilius Philologus celeberrimus, cujus verba ex Tr. de Infundibulo, pag. 128. huc adſcribere non pigebit. De Miſchna vero Talmudis Textu iterum,, hoc dico, iterumque, nullam ei ineſſe blas-,, phemiam, nullas valde ridiculas nugas, imo quæ,, mea hæreſis eſt, poſt Sacras literas præfero eam,,

modo

"modo aliquo, quotquot in orbe extant, li"bris omnibus, nempe, quia nec alius ad V. & "N. Fœderis tabulas, quatenus Ritualia & ea, "quæ ad Judaicam Antiquitatem attinent, iis in"ſunt, illuſtrandas, magis confert. Abſoluto corpore Miſnico ſtatim illud cœptum eſt explicari partim ab ipſo R. *Jehuda Sancto*, partim ab ejus ſociis, quorum 14. numerat R. Abr. ben *David* quos etiam affert Bartol. III. 346. Horum explicationes dicebantur בריתות *Baraithoth*, quaſi Traditiones extravagantes, & communiter R. *Hoſchaja* RABBA *bar Chama bar Biſna* tribuuntur, quibus poſtmodum eadem ferme autoritas tributa fuit ac libro Miſnæ, & quæ partim cum illo junctim etiam conſervatæ & editæ fuerunt. Cæterum de Miſchnæ autoritate, editionibus, verſionibus, &c. nunc nihil dicere attinet, cum ex profeſſo de illo in Bibliotheca noſtra Rabbinica tractationem inſtituemus.

(CCCXXIV.) משפט צדק MISCHPATH ZEDEK *Judicium Juſtitiæ*. De hoc libro Buxtorf. Bartol. aliique nihil, R. Schabtai autem in ש"י præter titulum illud ſaltem obſervat, quod duas partes conſtituat. Vidi ego hunc librum Theſſalon. A. 386. fol. excuſ. qui continet varias interrogationes & reſponſiones de omni jure civili & pontificio, cujus Autor R. MEIR, fil. R. *Schem Jow*.

(CCCXXV.) משרת משה MESCHARETH MOSCHEH *Miniſter Moſis*, Titulus libri anonymi a Bartol. IV. 332. adducitur, quem dicta aliquorum Capitulorum libri מורה בוכים R. *Moſis Ægyptii* explicare ſcribit. Autor ejus eſt R. KALONYMOS, & extat MS.

(CCCXXVI.) מתוק לנפש MATHOK LANNEPHESCH, *Dulcedo Animæ*. Librum myſteriorum de anima, paradiſo, [illegible] &c. Venet. A. 367. 8. excuſ. vocat Buxtorf. Autor R. Abraham fil. Samuelis Zacuth, qui fecit librum יוחסין Normannus ex ש"י, conſentire videtur, autorem dicens R. ABRAH. non quidem cum addito fil. ſed abſolute, SCHAMUELEM.

(CCCXXVII.) מתנות קהונה MATTHANOTH KEHUNNAH, *Dona Sacerdotii*. commentarius in Rabboth, allatus a Buxt. ſine nomine Autoris, qui eſt R. *Iſaſchar* BAAR fil. Naphtali Sacerd. Juſtitiæ. Reperitur cum libro רבות excuſus.

נ

(CCCXXVIII.) נחלת יעקב NACHALATH JAAKOBH *Hæreditas Jacobi* liber de Interpretationibus impreſſus, adducitur in ש"י.

(CCCXXIX.) ס׳הנפש SEPHER HANNEPHESCH *Liber Animæ* Medicus liber Autoris ignoti, in Arabicam linguam translatus per R. *Abraham* fil. CHASDAI, & inde in Hebraicam per R. *Jehudam* fil. *Salomon* CHARIZI Exc. Venet. A. 279. Latine etiam extat. Bartol. I. 27. illum ipſi R. *Abrahamo bar Chasdai* tanquam Autori adſcribit.

(CCCXXX.) נפש החכמה NEPHESCH HACHOCHMAH *Anima Sapiens* de anima ejusque facultatibus & ſtatu poſt hanc vitam Baſil. in 4to. (A. 368.) apud Buxtorf. Autor Excell. R. Moſes bar Schem Tovv. Normannus ex ש"י confirmat.

(CCCXXXI.) ס׳הנצוח SEPHER HANNIZZUACH *Liber Topicorum*, quo nomine Autoris R. LEVI librum adduxit Jo. Jul. *Struvius* in Rudiment. Logicæ Hebræor. Jenæ 1697. excuſis, nixus autoritate Buxtorf. Lexic. Rabbin. ſub nom. נצח p. 927. (pro 1380.) Etſi nunquam inter Judæos hoc titulo liber comparuerit, nec ap. Buxtorf. l. c. tale quid legatur, utpote qui Topicorum libros ס׳הנצוח appellari, teſtimonio R. Levi (i. e. R. Levi ben Gerſon) in Prov. I. 4. & 24. 7. probat, nequaquam vero, peculiarem ſub hoc titulo librum extare, cujus autor ſit R. Levi, ſcribit, quemadmodum inepte hujus ſcripti conſarcinator ſibi imaginatus eſt.

(CCCXXXII.) ס׳ הנקוד SEPHER HANNIKKUD *Liber Punctationis* de punctandi arte per vocales ex Hottingero affert Bartol. IV. 309. Idem liber eſt cum illo, qui inſcribitur ס׳ נוח *liber Quietis*, cujus autor R. *Jehuda* CHIJUG.

(CCCXXXIII.) נר מצוה NER MIZVAH *Lumen præceptum*. Librum Concionum Venet. exc. (an. 358 4.) ſine Autoris nomine affert Buxtorf. Eſt is R. SAMUEL fil. R. *Joſeph*. Sacerdos.

(CCCXXXIV.) Alius hoc titulo anonymi liber adducitur in ש"י, qui eſt Index omnium locorum, quæ in Gemara adducuntur, excuſ. Conſtantin.

(CCCXXXV.) נשמת אדם NISCHMATH ADAM *anima hominis*. Tractatus de Anima & ejus facultatibus. Hanov. in 4to (An. 377.) ap. Buxt. Autor R. Aaron Samuel fil. R. Moſis SCHALOM. Normannus ex ש"י confirmat.

ס

(CCCXXXV. *a*) סאה סלרת SEA SOLETH. h. e. *Satum ſimile*. Normannus ex Buxtorf. dicit Ethici argumenti eſſe librum, autore R. *Raphael* MENOLZAI, ex Martinii vero Catal. Clavell. p. 63. quod illi autor vocetur MENAREZZI *ben Gabriel*.

(CCCXXXVI.) סדר אליהו רבא וזוטא SEDER ELIHU RABBA VESOTA *Ordo Eliæ magnus & parvus*. Hunc librum in Gemara Tr. Ketuvoth fol. 106. citari & in Schalſch. hakkab. p. 34. b. item

itemqve apud Abraham ben Deor pag. 66. R. ANAN qvi circa A. M. 4050. illum ſcripſerit, attribui, aſſerit Bartol. IV. 287. 309.

(cccxxxvii.) In Append. vero Buxtorf. ש"י R. adducitur alius hoc nomine liber MS. & libro *Eliæ* CAPSALI, hiſtorias ſui temporis continens. Conf. & Bartol. I. 167.

(cccxxxviii.) סדר הגדת של פסח SEDER HAGGADATH SCHEL PESACH vide, omiſſa voce סדר in lit. ה ſupra.

(cccxxxix.) סדר הברכה SEDER HABBERACHAH, *Ordo Benedictionum* ſecundum ritum Italiæ ſæpe exc. ſeorſim & cum libris precum, adducitur à Bartol. IV. 306. inter anonymos. Sunt vero benedictiones illæ ex Scriptura S. excerptæ.

(cccxl.) סדר היום SEDER HAJOM *Ordo diei*. Ritus Judæorum Turcicorum in Synagogis ſuis complecti, ſcribit Buxtorf. qvod tamen falſum. Nam eſt qvadruplex commentarius in librum precum, & annexa eſt explicatio libri Coheleth, autore *R. Moſe Aben* MAKIR. exc. Venet. Annno 359. 4to Conſentit Cavius.

(cccxli.) סדר עולם רבא SEDER OLAM RABBA *Ordo Mundi Major*. Liber Chronologico-hiſtoricus inter Judæos & Chriſtianos notiſſimus, & apud Hebræos tantæ autoritatis, ut prope ad Canonicos libros accedat, & ab ipſo Esdra magna ex parte conſcriptus putetur, qvæ verba ſunt Nic. Abrami in Sac. Qvæſt. I. 4. Illius autor communiter ſtatuitur R. JOSE (male in Buxtorf. legitur *Moſe*) *ben* CHILPETA, qvi circa A. C. 130. vel ut eſt in Zemach David, 121. vixit, qvibus Normannus & Cavius accedunt, Edzardus vero tantum abeſt ut retrahat aſſenſum, ut confirmatiſſimum potius eundem reddat. adducendo ex Gedaljæ Schalſch[illegible] qvod etſi cognomen f. 33. a. teſtim[illegible] monere tamen R. Ganz in zemach David, P. 1. f. 42. b. qvod R. Joſe abſolute poſitum nomen ſemper denoret filium Chilpetha; adſtipulante qvoqve Zachuth in Juchaſin. f 36. 6. & f. 43. a. id qvod tamen inficantur Gild. Genebrardus, in Epiſt. dedicatoria hujus libri verſioni Pariſ 1527. 8vo à ſe editæ præmiſſa, & Ant. Poſſevinus in Appar. Sac. qvi circa A. D. milleſimum illud Chronicon ſcriptum volunt, cujus Autorem ignorare ſe fatentur. Add. Morini Ex. Bibl. p. 227. ſeqq. Etſi v. de Autoritate hujus R. Joſe nihil definire velim, nec certo affirmare poſſim, iſtud Chronicon eundem Autorem agnoſcere, qvod tamen cum pluribus Judæis faciunt Buxtorf. in Bibl. Rabb. Joſ. Scaliger de Emendat. Temp. lib. 5. pag. 445. & Joh. Seldenus de J. N. & 6 l. 3. c. 9. pag. 328. non tamen idcirco cum Genebrardo pro tam recenti libro habeo, qvin potius quinto circumcirca ſeculo factum cenſeo, utpote cujus mentio in Gemara ad Tr. *Schabbat* c 9. f. 88. a. Prodiit iſte liber primum Mantuæ Ao. 274. 8vo dein cum latina verſione Sebaſtiani *Münſteri* Baſil. 1524. in 4to poſtea Hebraice cum aliis Tractatibus exc. Venet. Anno 305. 4to. Secuta Genebrardi verſio utriusque Seder Olam memorata, qvæ etiam reperitur in fine ſuæ Chronograph. edit. Pariſ. Ao. 1600. in fol. pag. 38. *Hebraice* tandem Baſil. Ao. 340. ap. Froben. Hujus libri latinam verſionem etiam promiſit Joh. *Meyerus* diatriba de Feſtis Judæorum in præfat. & p. 365.

(cccxlii.) סדר עולם זוטא SEDER OLAM SUTA. *Ordo Mundi Minor* cujus libri ætas, etſi itidem ad antiqviſſima tempora à Judæis referatur, dubium tamen exoritur, qvod in principio hujus libelli ſcriptum reperiatur, à vaſtatione Templi usqve nunc effluxiſſe annos 1053. unde colligi poſſet, Autorem circa A. C. 1124 vixiſſe. Obſervavit autem Buxtorf. huic aſſertioni, qvæ in principio legitur, repugnare finem libri, ſiqvidem Autor in hiſtoria Mar Sutræ deſinit, qvi vixit circa A. C. 522. non autem probabile eſſe, ut ſexcentos autor annos prætermiſiſſet, ſi illo Anno in principio libri memorato opus ad finem perduxiſſet. Ideoqve iſta verba *in principio libri* ab aliqvo iſtius temporis ad marginem adſcripta fuiſſe cenſet, qvæ poſtea per imprudentem hiſtoricum in textum relata ſunt. Ante Buxtorf. iſtud jam obſervaverat R. Dav. *Ganz* in zemach David ad Ann. 5881. fol. 38. a. ubi præterea in Juchaſin pag. 164. R. *Joſepho* TOW ALAM hunc librum tribui notat, qvod ipſe refutat, & cuidam ex *Geonim* adſcribit. R. Gedalja, Edzardo obſervante, idem ſcriptionis tempus, eundemqve cum præcedenti auctorem aſſignans Schalſchel. Kaccab. fol. 38. a. manifeſte ſibi contradicit fol. 33. a. Juchaſin vero à Ganzio confutatur, cui Buxtorf. calculum ſuum adjicit. Reperitur hic liber hebraice annexus præcedenti libro, & ad calcem libri Juchaſin edit. Cracov. Latine illum fecit Genebrardus, ut ante notavimus. cujus verſio etiam una cum he[illegible] libro [illegible] Car. Joſ. *Imbonati*, qvi ad calcem Bibliothecæ ejus latino-Hebraicæ reperitur, inſerta legitur.

(cccxliii.) סדר תפלות SEDER THEPHILLOTH *Ordo Precum*. vide תפלות lit. ת.

(cccxliv.) סוד יהוה SOD ADONAI *Secretum Domini*. Librum Cabaliſticum de expoſitione nominis Dei ineffabilis inter Anonymos retulit Bartol. IV. 308. Autor R. BECHAI ap. Buxtorf. & in ש"י appellatur.

(cccxlv.) סוד ישרים SOD JESCHARIM *Secretum Rectorum*. Liber Medicus anonymi exc. Veronæ A. 412. & Amſtelod. Anno 409. 12mo ex ש"י.

(cccxlvi.) סוד המרכבה SOD HAMMARCEPHAH *Secretum Qvadrigæ*. Liber Cabaliſticus, in qvo currus Ezechielis cabaliſtice explicatur. MS. apud Dan. *Schwenterum* Profeſſ. Altorf. extitiſſe teſtis eſt Buxtorf.

(cccxlvii.) סוד שם המיוחד SOD SCHEM

SCHEM HAMMIUCHAD *Secretum Nominis Dei proprii.* MS. citat Buxtorf. & de Theologia Didactica agere ex Hottingero notat Bartol. IV. 308. cum potius ſit explicatio nominum Dei cabaliſtica, autore R. *Nechonia ben* HAKKANE. Normannus ex ש״י confirmat.

(CCCXLVIII.) סור מרע SUR MERA *Recede a malo.* Dialogus de ludo, qvo unus nomine *Eldad* ludum reprehendit, alter nomine *Medad* defendit. excuſ. Pragæ, Venet. Anno 375. & 355. Lugd. Anno 416. & cum verſione German. Frider. Alb. *Chriſtiani*, Judæi Converſi, Præceptoris olim mei fideliſſimi Lipſ. Ao. 1683. 8vo Auctor ab excellentiſſimo Cavio aſſignatur *R. JUDA MUTINAS.*

(CCCXLIX.) סליחות SELICHOTH *Condonationes.* Ita vocatur qvarundam precum liber, qvibus in Feſtis Principalibus Judæi utuntur ad obtinendam miſericordiam & remiſſionem peccatorum. Iſtæ preces diverſorum Autorum maximam partem ignotorum, partim ex libris Machazor, partim aliis collecta, diverſis vicibus & variis formis, etiam cum aliis Precum libris ſæpe excuſæ fuerunt, ut Pragæ, Lublini, Venetiis, Francof. &c. item cum Commentariis & lingva Germanica, qvo de plura in noſtra Biblioth. Rabb.

(CCCL.) סם המות SAM HAMMAFETH De Venenis Interficientibus vel tactu, vel odoratu vel cum animalibus, herbis, vel mineralibus, metallis vel lapidibus, Tractatum Anonymi MS. Biblioth. Vatic. affert Bartol. IV. 296.

(CCCLI.) סמדר SEMADAR h. e. *Uva minutula* Liber Grammaticus, allegatus in Libro ערוגת הבושם f. 90. & in lib. מסורת המסורת Normannus ex R. Elia Levita præf. 3, Maſoreth autorem nominat R. *Levi* fil. *Joſephi*, addens verba Eliæ Levitæ: בעל ספר הסמדר ושמו לוי ב״ר יוסף h. e. *Auctor libri ſemadar & nomen ejus* Levi filius R. Joſephi.

(CCCLII.) סמיכת זקנים *Fulcimentum Senum.* Diſceptationem duorum Rabbinorum eſſe de qvibusdam præceptis Ritualibus, ex Hottingero ſcribit Bartol. IV. 308. Excuſ. Venet. in Append. Buxtorf. & ש״י dicitur.

(CCCLIII.) ספורי התורה SIPPURE HATTORAH *Narrationes Legis.* Tractatus de Ingreſſu ad notitiam doctrinæ Talmudicæ, & de utilitatibus percipiendis ex ſingulis lectionibus Pentateuchi, MS. Bibl. Vatic. ap. Bartol. IV. 297.

(CCCLIV.) ספרא SIPHRA, Liber Antiqviſſimus, cujus ut & poſterioris ספרי de qvo mox, mentio fit in Talmud Tr. Kidduſchin c. 2. fol. 49. 2. etſi qvo autore compoſitus ſit, inter ſe multum litigent Judæi. Qvidam ut *Maimon.* præfat. in Jad chaz: *Abarbenel* præfat. in נחלת אבות, *R. Menachem* in præfat. in præfat libri צדה לדרך, & autor libri שבילי אמונה autorem faciunt RAF. qvi fuit *diſcipulus R. Chajæ* & *R. Judæ Sancti.* Alii vero, ut *R. Abraham Zacut* in Juchaſ. p. 60. R. Dav. *Ganz* in צ״ד f. 44. & R. *Aaron Aben Chaim*, qvi ſub titulo קרבן אהרן elegantem in h. l. Commentarium ſcripſit, eum attribuunt *R. Jehudæ bar ELAI*, qvi tempore Adriani Imperatoris in Tiberiade claruit, cujus nomen præ ſe fert titulus. Qvas duas ſententias conciliandi rationem ex Ganzii Zemach. David P. 1. fol. 44. b. D. Edzardus, Collega honoratiſſimus, ut & celeberrimus Normannus, Athenarum Uplandicarum ſidus fulgentiſſimum ex Buxtorf. ſubminiſtrant hanc: qvod ſcilicet R. RAF, ad mentem R. Jehudæ librum conſcripſerit: vel etiam R. AKIVÆ ben Joſeph. Alii R. ISMAELI ſacerdot. Magno, ut autor הליכות עולם &c. qvam litem nunc noſtram non facimus. Confer. Buxtorf. Bibl. & Bartol. I. 90. IV. 298. ſeqq. Eſt vero Siphra Commentar. in Leviticum, qvi alias etiam vocatur תורת כהנים, exoticis conſtitutionibus poſt obſignatam Miſchnam conditis, quas *Baraitoth* vocant, repletiſſimus, Exc. Venet. Anno 305. fol.

(CCCLV.) ספרי SIPHRI qvi ejusdem antiqvitatis eſſe fertur, & cum priori junctim excuſus reperitur, Commentarius eſt in Librum Numerorum & Deuteron. qvem pleriqve attribuunt R. *Simeoni* ben *JOCHAI*, cujus nomen notante Edzardo & Normanno præfixum quoqve gerit liber. Qvibus & Zachuth in Juchaſin accedit. Gedalja vero & hunc librum R. RAF adſcribit, in Schalſchel. Hakkab. fol. 32. 1. Excuſus fol. Venetiis Anno Chr. 1546.

ע.

(CCCLVI.) עבודת הלוי AVODATH HALLEVI *Miniſterium Levi.* Explicatio 613. præceptorum Moſaicorum, qvam R. *Moſi NACHMANIDI* tribuit Buxtorf. & ex eo Bartol. IV. 224. At vereor, ne deceptus ſit Buxtorf. Qvi enim hoc nomine liber extat, & præcepta Moſaica explicat, autorem agnoſcit R. SALOMONEM fil. R. *Eliezer* Levitam, cujus liber excuſ eſt Conſtantinop. & Venet. Anno 315. 4to de qvo vid. ש״י & Bartol. IV. 369.

(CCCLVII.) ס׳ עבורונות SEPHER EURONOTH *Intercalationum Liber.* Agens de ſolſtitiis, æqvinoctiis, Lunæ motu, menſibus, & totius Calendarii ratione, Impr. Rivæ Anno 321. 4to adductus ſine nomine autoris apud Buxtorf. qvi eſt R. JACOB. Excuſus etiam Ff. ad Oderam, A. 451. & cum additionibus *R. David fil. Jacobi de LAMAZ*, Lublini A. 400. 4to. *Münſterus* latine edidit Baſil. 1627. 4to. Normannus jubet inſpici de hoc libro Hotting. Prompt. Or. p. 54. & ex Buxtorfii Lex. Talmud. pag. 1573. auctorem vocat *R. David MAKARSA*, ex R. Schabtai autem R.

R. Jaakob Makaria, qvi cum ſupra dicto forſan idem eſt.

(CCCLVII. *a*) שיבור שנים, IBBUR SCHANIM: *Intercalatio annorum*, Cavio notante, eſt liber Venet. in 8vo excuſus, magnæ autoritatis apud Ebræorum Aſtronomos, & habetur ex Arabico translatus. Auctor *R. Iſſaſchar Ben* MARDOCHÆI MAMONIS.

(CCCLVIII.) עגלות רעיונות CELOTH RAAJONOTH *Vitulæ vireſcentes*. Librum ſeptem qvæſtiones & reſponſiones Philoſophicas continentem Arabice, & Hebraice extare ſcribit Buxtorf. & Autor ש״י.

(CCCLIX.) עולת יצחק OLATH JIZCHAK *Holocauſtum Iſaaci*. Librum novum Deciſionum Juridicarum exc. Pragæ. A. 368. in 4to ſine autoris nomine affert Buxtorfius qui eſt *R. Iſaacus fil. R. JEHOSUA*.

(CCCLX.) עין יעקב EN JAAKOB *Fons*, (non oculus, ut ap. Buxtorf. recte animadvertente vvagenſeilio Tr. de Infundibulo pag. 87.) *Jacobi* vel *Iſraelis*. Liber celebris, ideo, qvod omnes hiſtorias Talmudicas jucundiores cum duplici commentario complectatur, cujus tamen autorem non nominat Buxtorf. Eſt is R. *fil. R. Salomonis Aben CHAVIW*. Conſentiunt Cavius & Normannus, poſteriore ex ש״י & Aboabi Nomol. pag. 301. robur adducente. 361. Excuſus aliqvoties, & demum Amſtelodami A. 446. fol. qvæ nitidiſſima editio eſt.

(CCCLXI.) עין משפט EN MISCHPATH *Fons Judicii*. Compendium omnium Rituum, qvi in ordine חושן המשפט tractantur, rythmice per Anonymum factum, excuſ. Pragæ A. 380. 8vo vid. ש״י.

(CCCLXII.) עין הקורא EN HAKKORE *Oculus Lectoris*. Librum Grammaticum ſine Autoris nomine affert Buxtorf. & Autor ש״י, qvem ab Elia in fine libri Maſoreth citari, & MS. extare ſcribunt. At in libro de Abbreviaturis p. 95. eum cuidam Jekuthieli ſacerdoti, filio Jehudæ tribuerat, addens in carmine qvodam ejus nomen poni זלמן הנקדן, *Salomon Punctator*.

(CCCLXIII.) עמק ברכה EMEK BERACHAH *Vallis Benedictionis*. Cracoviæ in 4to. Hæc Buxtorf. Novas Conſtitutiones Rituum benedictionis & precum continet, autore *R. Abraham* fil. *R. Schabtai* SCHAPTEL. excuſ. Cracov. Anno 357. 4to.

(CCCLXIV.) עמק החרוץ EMEK HECHARUZ *Vallis excıſa*. Grammatica MS. ap. Buxtorf.

(CCCLXV.) עמק רפאים EMEK REPHAIM *Vallis Gigantum*. De Adventu Meſſiæ agens. Buxtorf. tribuit *R. Cain GALLIPAPA*. Legendum *R. CHAIM GALA PAPA*.

(CCCLXVI.) עמוקי הלכה AMUKE HALACHAH (pro qvo in ש״י legitur (עומק הלכה) *Profunditates Halachæ*. Explicatio halacharum difficiliorum in Talmud, ap. Buxtorf. Autor *R. Jacob KAPPEL* fil *Samuelis*. Exc. Cracov. Ao. 358. 4to.

(CCCLXVI. *a*) עקדת יצחק, *AKEDATH JITZCHACK*, Ligatio Iſaaci. *Commentarius in Pentateuchum & qvinqve volumina, allegoricus, Theologicus & Philoſophicus, conſcritus (uti ex præf. liqvet) à R.* Iſaaco *ARAMA, fil. R. Moſe, nepote R.* Meir, *publicatus Venet. Anno Chriſt. 1573. per Johann de Gara. Hæc Edzardus.*

(CCCLXVII.) ערוך הקצור ARUCH HAKKAZUR *Arruch breve*. Lexici Talmudici *R. Nathanis* Compendium multæ apud Judæos exiſtimationis. Autoris nomen non appoſitum, etſi Buxtorf. ſcribat apparere, *Germanum* fuiſſe. Exc. Cracov. A. 352. 4to.

(CCCLXVIII.) ערימת חטים AREMATH CHITIM *Acervus triticorum*. Anonymi librum MS. Biblioth. Vaticanæ qvo verſibus rythmicis omnes Alphabeti literæ laudantur, affert Bartol. IV. 296.

(CCCLXIX.) עשר ספירות ESER SEPHIROTH *Decem Numerationes* Cabaliſticæ, qvæ hoc libro explicantur. Buxtorf. ſcribit hujus libri autorem à *Reuchlino* vocari R. TEDACUM LEVI; aſt is neqvaqvam autor, ſed commentator tantum eſt.

(CCCLXX.) עשרה גליות ASARAH GALIOTH *De decem Captivitatibus Judæorum*. Libellum incerti autoris affert Bartolocc. IV. 320.

(CCCLXXI.) עשרה מאמרות ASARAH MAAMAROTH *Decem ſermones*, qvorum autor *R. Menachem Azaria MIPPANO*, h. e. de *Fano*, apud Buxtorf. Append. & in ש״י ſtatuitur, quod improbat Bartol. IV. qvi *R. Menachem Azariæ Immanuel* hunc librum tribui debere affirmat, ab altero multum diverſo. Vereor autem, ne ipſe Bartol. erret, & hac in parte, cum librum ipſum non viderim, majorem fidem Autori libri ש״י qvam Bartol. habeo.

(CCCLXXII.) עשרת דברות ASERETH DEVAROTH *Decem Verba ſ. Præcepta*. Tres hoc nomine libros affert Buxt. qvorum primi ſaltem libri Autorem nominat. Secundi autor *R. Joſeph fil. R. Jacob*.

(CCCLXXIII.)

(CCCLXXIII.) Tertius eſt Commentarius R. Ab en Ezræ in 10. præcepta.

(CCCLXXIV.) Qvartus etiam invenitur, autore *R. Saul Levita MORTIRA.*

פ

(CCCLXXV.) פאה PEAH *Liber Anguli.* Hujus autorem facit Buxtorf. *R. Moſen Aben TYBBON*, quod tamen falſum eſt. Is enim tantum ex Arabico in *H*ebr. tranſtulit. Autor vero incertus eſt. De gematria & Arithmetica eo agitur.

(CCCLXXVI.) פטירת אהרן PET*H*IRAT*H* AHRON *Exceſſus Aharonis.* Titulum affert Buxt. & librum excuſum ſcribit Venet. apud Bomberg. in 8. Tractat de morte Aharonis, eſt referendus eſt inter illos libros, quibus ipſi Judæi parum tribuunt. Ego nunquam hunc librum impreſſum vidi, quod ſi ergo verum & Buxtorfii aſſertum, in aliqua forte editione libri ד״י של משה de quo ſupra n. 107. reperiri debet. MStum ſervat Wagenſeil.

(CCCLXXVII.) פטירת משה PETIRAT*H* MOSE*H* *Exceſſus Moſis.* Similis farinæ liber. Exc. cum iisdem opuſculis. vid. ſup. n. 107. & Bartol. IV. 217. ſq.

(CCCLXXVIII.) ס׳ הפליאה SEP*H*ER *H*APPELIA*H* *Liber mirabilis.* cabaliſticus celebris, quem ſine nomine autoris affert Bart. IV. 299. Buxtorf. autem KANNÆ Cabaliſtæ celebri illum tribui obſervat. In Libro עשרה מאמרות adſcribitur R. AVIGDOR *Pragenſi.* Extat MS.

(CCCLXXIX.) פנים במשפט PANIM BEMIS*CH*PAT*H* *Facies in Judicio.* Liber aſtronomicus anonymi autoris, ex Arab. in *H*ebr. translatus per R. *Salomon f. Abraham* ABIGDOR. ex ש״י.

(CCCLXXX.) פסיקתא PESIKTA. In recenſione hujus libri tanquam anonymi ceſpitat Buxtorfius, quando dicit, Peſikta, i. e. פסיקתא רבתא eſſe commentarium antiquum in Legem, aut Leviticum tantum, cum illud de פסיקתא זוטרתא ſ. Peſikta *minori*, cujus autor R. TOBIA fil. R. *Elieżer* dicere debuiſſet, cujus tamen non extat Commentarius in Legem aut Leviticum & reliquos duos Pentateuchi libros ex Siphra, Siphri & mechilta collectus. Exc. Venet. An. 306. fol.

(CCCLXXXI.) Altera vero Peſikta *Major*, priori antiquior & R. COHANA attributa, continet ſermones præſtantes ex ore Tanaitarum & Amorrhaitarum collectos, excuſ. Pragæ 4.

(CCCLXXXII.) פענח רזא PANEACH RASE *Relatio Secreti.* Anonymi librum, qui eſt medraſchicus & Cabaliſticus comm. in Legem & V. Megilloth, MS. Bibl. Vatic. affert Bartol. IV. 321. ſq. Hujus autor R. ISAAC *bar Jehuda Levita*, excuſ. Pragæ 367. 4.

(CCCLXXXIII.) פרדס אמונים PARDAS EMUNIM *Paradiſus Fidei.* De articulis fidei Hebræorum Sabionettæ excuſ. ex Plantavitio affert Bartol. IV. 311. Alibi talis libri titulus non comparet.

(CCCLXXXIV.) פרח הרפואה PERACH HARREPHUAH *Flos Medicinæ.* De Medicina Tractatus anonymi. Id. IV. 317.

(CCCLXXXV.) פרי היגון PERI HAIJAGON *Fructus Laboris.* Titulus libri anonymi ap. Genebrard. in Tab. libr. Rabbin. & Iſagog. de modo legendi ſine punctis pag. 145. Id. IV. 315.

(CCCLXXXVI.) פרקי אבות PIRKE AVOTH *Capitula Patrum.* Liber apophthegmata Moralia & alia pie dicta Patrum Eccleſiæ Judaicæ continens Talmudi etiam inſertus. Hæc a R. *NATHANE Babylonio* collecta fuiſſe communiter perhibetur, quamvis Julius Conradus Otto Judæo-Chriſtianus, in opere inſcripto, *occultorum Detectio*, R. *Simeoni* fil. *GAMALIELIS* tribuat, cum quo conſentit Colomeſ. in Gall. Orient. p. 255. Cæterum de variis editionibus & Translationibus hujus libri conf. noſtram Biblioth. Rabbin.

(CCCLXXXVII.) פרקי אליעזר PIRKE ELIESER *Capitula R. Eliezaris*, quem librum hiſtoriam mundi usque ad tempora Gamalielis ſecundi complecti, ſcribit Buxt. quod tamen libri argumentum ſolum non eſt, ut recte obſervat Morin. Exerc. Bibl. p. 382. cum de aliis potiſſimum rebus ad Creationem & Theologiam Judæorum pertinentibus tractet. Communiter a Judæis R. *ELIESARI Magno Hircani filio*, qui paulo poſt templum ſecundum vixit, adſcribitur; ſunt tamen, qui aliter ſentiant, inter quos etiam *Hottingerus* in Elencho Scriptorum Suppoſitorum, ex auctore Juchaſ. 52. oſtendens, *Elieſerem* hunc autorem eſſe minime; & aliqui R. *Simeonem ben JOCHAI* ejus autorem conſtituant. Exc. Conſtantin. A. 279. Sabionettæ. An. 327. Venet. A. 368. (Bartolocc. I. 186. citat edit. Venet. A. 304. & 344.) Lublini etiam & Pragæ in 4to. Latine vertit *Pelicanus* cujus verſio MS. aſſervatur in Bibl. Tigurina, & Guil. Henr *Vorſtius* exc. Lugd. Bat. 1644. 4. Hunc librum omnium Judaicorum, qui extant, antiquiſſimum eſſe contendit Joh. *Petitus* Miſcellan. l. 2. c. 4. p. 113.

(CCCLXXXVIII.) פרקי היכלות PIRKE HECHALOTH *Capitula de Templis.* Liber Cabaliſticus, maximæ auctoritatis MS. adductus in Buxtorf. Append. Ejus Autor R. *ISCHMAEL* fil. *ELISCHA* Sacerdos magnus. Quædam tantum impreſſa reperiuntur in libro ארזי לבנון, de quo ſupra n. 65.

(CCCLXXXIX.) פרקי שירה PIRKE SCHIRAH *Capitula Cantici:* Cantiones, quas aves, jumenta, omnesque res creatæ ſingulis diebus in hono-

honorem Creatoris ſui recitare finguntur, Autoris anonymi, qui a Davide & Salomone primum illas derivat. Liber elegantiſſimus, cujus uſum oſtendit R. Joſ. *Albo* in עקרים lib. 3. c. 1. Excuſ. diverſis vicibus, & cum Commentariis Mantuæ An. 421. 4. & Venet. A. 424. Plinius lib. 17. c. 25. C. Epidii Commentarios citat, in quibus arbores locutæ quoque perhibentur. Utinam extarent iſti libri, quos ad hujus Judaici libri formam concinnatos fuiſſe exiſtimarem; quanquam ex hiſtoriis, ſi modo veræ ſint, conſtet, canes etiam, boves, ſerpentes, aſinos, equos, revera interdum ſermonem protuliſſe, quo de conf. Julii Cæſar. *Vanini* Dial. pag. 383. & *Bocharti* Hierozoic. p. 198.

(CCCXC.) פרקי התשובה PIRKE HATTHESCHUVAH *Capita Pœnitentiæ.* De Præſtantia & utilitate Pœnitentiæ, anonymi librum ex Buxtorf. affert Bartol. IV. 311.

(CCCXCI.) פירוש PERUSCH *Commentarius.* Multi libri hoc nomen in fronte gerunt, qvorum nec tituli nec Autores in frontiſpicio manuſcriptorum Codicum comparent; id qvod ſœpe lectorem inducit, ut huic vel illi Autori illum attribuat. Sic cum Pariſiis eſſem, inter Codices MStos Bibl. Sorbon. reperi hoc titulo librum, חדושים בפרושי התורה qvem neſcio qvis alieno autori adſcripſerat. Inter legendum tamen qvædam obſervabam, qvæ olim in Nachmanidis Commentario in Legem me legiſſe recordabar. Sumſi ad manus impreſſum Nachmanidis Commentarium, & conjecturam meam veram eſſe deprehendi. Hæc etiam ratio, qvod tam multi commentarii MSti Autorum Anonymorum a Bartoloccio recenſeantur ut IV. 302. ſq. 311. ſq. 320. ſq. & alibi, qvos genuinis Autoribus reſtitutos partim exhibebimus in Bibl. noſtr. Rabbin.

(CCCXCII.) Iſte vero Commentarius brevis ſuper Targum Jonathanis & Hieroſolymitanum in V libros Moſis, Targum item ſecundum libelli Eſther, impreſſus Pragæ An. 369. 4. quem Buxtorf. ſine autoris nomine affert, compoſitus fuit per *R.* DAVIDEM fil. R. *Jacobi de* SCHABERSCHEN.

(CCCXCIII.) פתח דברי PETACH DIFRAI *Initium verborum meorum.* Grammaticam optimam ex Hiſpania allatam & notis illuſtratam cura Eliæ Levitæ exc. Venet. An. 306. 8. ſine autoris nomine afferunt Buxtorf. & Bartol. IV. 313. Eſt is R. *Moſes* KIMCHI. vide ſupra n. 258.

צ.

(CCCXCIV.) צאנה וראינה ZEENA UREENA (vulgo Zennorennu) *exite & ſpectate.* Commentarius Hebræo-Germanicus in Legem, ex multis antiquis Autoribus collectus, ſine autoris nomine ap. Buxtorf. Hotting. & Bartol. IV. 318. allatus. Eſt is R. JACOB *fil. R. Iſaaci.* Exc. Lublini, Baſil. An. 382. Pragæ & Amſtelod. 429. fol. Cracovienſem vero editionem in fol. quam Buxtorfius notat, nec in ש"י, nec alibi reperio.

(CCCXCV.) צוכט שפיגל Zucht-Spiegel/ *diſciplinæ ſpeculum.* vid. lib. מראה מוסר ſupr. num. 313.

(CCCXCVI.) צוף דבש ואמרי נועם *Favus mellis & eloquia ſuauia*, de arte Rhetorica & Vanitate Mundi, anonymi librum MS Bibl. Vatic. affert Bartol. IV. 297.

(CCCXCVII.) צורת אדם ZURATH ADAM *Figura hominis.* Liber Cabaliſticus, explicans membra, nervos, & reliquas hominis partes, quæ ad Deum referuntur, itemque nomen DEI quadriliterum, MS. Bibl. Vatic. ib.

(CCCXCVIII.) צורת הארץ ZURATH HAAREZ *Figura Terræ.* Anonymi MS. liber Bibliothecæ Ducis Parmæ ap. Bartolocc. IV. 328. Puto non diſcrepare ab illo R. *Abraham* CHAJA, quem adducit Buxt. in Append.

(CCCXCIX.) צורת בית המקדש ZURATH BETH HAMMIKDASCH, *Figura domus Sanctuarii.* i. e. Templi tertii quod deſcribitur à Propheta Ezechiele. Pragæ in 4. (A. 311.) ap. Buxt. Autor LIPMAN *Levi* HALIR.

(CD.) צורת המנורה ZURATH HAMMENORAH *Figura candelabri.* Expoſitio Cabaliſtica candelabri, autoris anonymi ap. Bartol. IV. 328.

(CDI.) צח שפתים ZACH SCHEPHATAJIM *Nectar Labiorum*, ab Elia in præfatione tertia libri Maſſoreth citari, ſcribit Buxtorf. & autor ש"י. Marius *Calaſius* in Canon. gener. linguæ ſanctæ pag. 10. hunc librum tribuit ipſi Eliæ Levitæ, quod tamen falſum eſſe, oſtendit Bart. I. 166. ſq.

(CDII.) צפוני ציוני ZEPHUNE ZIONI *Recondita Zionis.* Liber Cabaliſticus MS. anonymi in ש"י Neſcio an idem ſit cum illo, quem Buxtorfius affert צפוני ראקאנטי, quem etiam Cabaliſticum MS. vocat.

(CDIII.) צפחת המים ZAPHCHATH HAMMAIM *Ampulla aquæ*, adducitur in Libro כנסת הגדולה.

(CDIV.) צרי היגון ZERI HAJAGON *opobalſamum laſſitudinis.* Liber conſolatorius contra moleſtias, ærumnas & calamitates temporis. Cremon. in 4. (an. 317.) ap. Buxtorf. Autor R. *Schem* TOW *fil. Joſephi Falkira.* Prodiit etiam cum additionibus R. *Jacob* fil. R. *Gerſom* Pragæ 372. 4. In ש"י quædam corrigi debent. Ex utro-

que

que & Buxtorfio & ש״י Normannus calculum ſuum adjicit, quamvis correctionem non impingat poſtremo.

(CDV.) צרור החיים ZEROR HACHAJIM *Faſciculus vitæ*. ap. Buxtorf. Commentarius in fundamentum quadrigæ cabaliſticus & gematricus autoris *R. Chaim bar Schmuel Davide TODELA MS.*

(CDVI.) ס׳ צרורות SEPHER ZEROROTH *Liber Faſciculorum* allegatus in libro בית יוסף. ש״י.

ק

(CDVII.) קב ונקי KAF VENAKI Nomen *autoris* eſſe, qui ſuccincta Commentaria ſcripſit in Proverbia & Pſalmos, affirmat Buxt. quem ſequitur Bartol. IV. 311. id quod tamen verum non eſt, cum hoc nomen libri ſit, non vero autoris, qui vocatur R. *Schalom* fil. R. *Abraham*. Excuſ. Mant. A. 340. Cracov. 358. 4to. & cum alio libro בן דער R. *Acſilrad* Hanov. 376. 4to.

(CDVIII.) ס׳ קבוצים SEPHER KIBBUZIM *Liber Collectaneorum*, vel collectionum dictorum ſcil. Sapientum. A Galatino lib. 3. c. 5. ex eo teſtimonium de Meſſia adduci, teſtis eſt Buxtorf. in Append. Hunc librum a Judæis coram Chriſtianis occultari, extare tamen adhuc hodie inter eos teſtimonio Chriſtoph. *Helvici* in fine Tr. de Paraphraſ. Chaldaicis, aſſerit Buxt. & Bartol. l. c.

Adſcribo Helvici verba : Librum *Kibbuzim comperio adhuc extare Venetiis Manuſcriptum. Ibidem enim illum & vidit & contrectavit Matthias* Heunius *Holſatus, S. S. Theol. ſtudioſiſſimus, & Hebrææ linguæ fidelis cultor, apud vetulum quendam Rabbinum, qui diu tergiverſatus vix ægrè tandem oſtenderat.*

(CDIX.) קבלה האמתית KABBALAH HAAMITHIT *Traditio fidelis*. Comment. in lib. More Anonymi autoris MS. Bibl. Vatic. allegat Bartol. IV. 315.

(CDX.) ס׳ הקדמוניות SEPHER HAKKADEMONIOTH *Liber Antiquitatum*, fragmenta quædam ex Joſephi latina verſione in Hebr. per anonymum tranſlata, à *Joſippi Gorionis* libro diverſa, MS. extare teſtatur Autor ש״י.

(CDXI.) קדש ישראל KODESCH ISCHRAEL *Sanctitas Iſraelis*. Liber ignoti autoris & argumenti MS. in Buxtorf. App. Eſt verò ſecunda pars libri קהלת יעקב qui eſt commentarius duplex in Lib. Coheleth, autore R. *Baruch*, *aben JEDAJA* Exc. Venet. A. 359. fol.

(CDXII.) קול מבשר KOL MEVASSER *Vox Prædicantis*. Titulus libri ap. Buxtorf. Tractat de Pœnitentia, Pœnis & præmiis, fineque hominis. Autor R. *Abraham SASON*. Excuſ. Venet. A. 385. 8. Conſentit Cavius, & inſuper notat, quod jungatur huic *vox gaudii* per R. *Jechoniam Ben Abrahæ Saſon*. Normannus ex ש״י ſuperius etiam roborat.

(CDXIII.) קול הנגידים KOL HANNAGIDIM *Vox Anteceſſorum*. Hunc titulum in quodam libro citatum ſe vidiſſe ſcribit R. Schabtai in ש״י.

(CDXIV.) קול שמחה KOL SCHIMCHAH, *Vox Lætitiæ*. Cantus prolixus de Sabbatho, quo ſimul omnes Sabbathi ritus explicantur. Excuſ. Proſtizzi in Moravia A. 363. 4to ex ש״י.

(CDXV.) ס׳ הקומה SEPHER HAKKOMAH, *Liber Staturæ*. Liber Cabaliſticus MS. ap. Buxtorf. Bart. IV. 309. & in ש״י.

(CDXVI.) קינות KINOTH. *Threni ſ. Lamentationes*, quæ Judæis in feſto *Tiſcha beau*, i. e. 9. menſis *Au* pro commemoratione everſionis Templi, exilii aliarumque calamitatum recitantur. Reperiuntur excuſæ in omnibus precum libris, & ſeorſim etiam cum Comment. R. *Chajm Chazan* fil. *Iſaaci LEIBSCHÜTZ* Lubl. A. 377. 4to. itemque cum Comment. R. *Aſcher* fil. R. *Joſeph*. Cracov. An. 345. 4to. Quis vero Autor illarum ſit, non adeo certum eſt, cum diverſis temporibus compoſitæ, & poſtmodum in unum collectæ fuerint, etſi in libro מהר״יל harum XXI. adſcribantur R. *Eliezari* HAKKALIR.

(CDXVII.) קיניג ארטוס הוב vide ſupra.

(CDXVIII.) קן צפור KEN ZIPPOR *Nidus Avis*. Compendium libri כנפי יונה, quo multa Cabaliſtica continentur. MS. Anonymi in ש״י.

(CDXIX.) ס׳ קנטיר SEPHER KENTHIR *Liber incantationum*, cujus ſæpe meminit Rambam in more hannevuchim, anonymus apud Bartol. IV. 299.

(CDXX.) קיצור זוהר KIZZUR SOHAR *Compendium libri Zohar*. Titulus libri ap. Buxtorf. & Bartol. IV. 315.

(CDXXI.) קיצור ערוך KIZZUR ARUCH *Compendium libri* ערוך vid. ſup. n. 367.

(CDXXII.) קרית ספר KIRIATH SEPHER *Civitas Libraria*. Tres ὁμώνυμοι libri ap. Buxtorf. quorum duorum nomina indicavit. Tertium dicit Commentarium maſorethicum eſſe MS. autoris ignoti. Autor forte R. *Eliezer fil. R. Joſe Galilæi*. Bartol. magnam Biblioth. ſuam Rabbinicam eodem nomine inſcripſit.

(CDXXIII.) קרנים KARNAJIM *Duo Cornua*. Titulum libri alicubi ſe reperiſſe dicit R. Schabtai in ש״י.

(CDXXIV.) קשת נחושת KESCHETH NACHUSCHATH *Arcus æneus.* Titulus libri apud Plantavit. & Bartol. IV. 315. ſine notitia argumenti vel autoris.

ר

(CDXXV.) ראשית חכמה RESCHITH CHOCHMAH *Initium Sapientiæ.* Liber aſtrologicus, quem Buxtorf. & Autor ש״י AbenEzræ tribuunt. Bartol. vero IV. 296. ab anonymo Arabice compoſitum & ab *Aben-Ezra* translatum fuiſſe putat. Extat MS. & latine tantum per *Petrum Apponenſem* translatus prodiit Venet. 1484. & Colon. 1537.

(CDXXVI.) רבות RABBOTH liber ita dictus, quod plurimæ explicationes allegoricæ & myſticæ in Pentateuchum & V. Libellos eo contineantur, de cujus tamen libri, quem pro antiquiſſimo Judæi venditant, autore non inter omnes convenit. Quidam enim, ut in Præfat. libri רוקח notatur, eum tribuunt R. HOSCHIA RABBA diſcipulo R. *Jehudæ Sancti*, ab aliis verò ut in Zemach David f. 44. & Buxtorfio, cui Normannus accedit, & Edzardus robur addit ex *Jisſachar Beer* Filio Napthali, præf. notarum in eundem librum, ſub titulo *Mattenoth Kehunna* editarum, adſcribitur *Rabba bar Nachmoni*, quanquam exiſtimem, a diverſis primum autoribus compoſitum, & deinde in unum corpus collectum fuisſe, quod ex diverſitate ſtyli etiam, qui alias admodum confuſus & intellectu difficilis eſt, colligi facile poteſt. Excuſus fuit diverſis vicibus, & ampliſſimi Commentarii inſuper in eum impreſſi extant, de quibus alibi ex profeſſo nobis agendum erit. In libro ארזי לבנון de quo ſup. n. 65 reperiuntur כללי מדרש רבה ſeu gloſſæ in Rabboth valde neceſſariæ ad intelligendum ſtylum hujus libri.

(CDXXVII.) רוח חן RUACH CHEN *Spiritus gratiæ*, liber phyſicus, ex libro *More* potiſſimum factus quem Buxtorf. attribuit R. *Aben* TYBBON, qui tamen tantum ex Arabico ignoti Autoris illum transtulit. Exc. Cremonæ A. 326. & cum Commentt. Pragæ. 380. 4. qui à præcedenti non eſt diverſus, uti dubitavit Buxtorf.

(CDXXVIII.) Eodem nomine liber extat, cujus autor R. ANTOLI, de quo alio loco.

(CDXXIX.) רזיאל *Liber* RAZIEL magicus & cabaliſticus, cujus argumentum ap. Buxtorf. Ab Angelo hujus nominis *Adamo* in calamum dictatum fuiſſe, Judæi fingunt, quod ut refutetur, non eſt operæ pretium. Bartol. IV. 300. ſcribit ſe aliquando hunc librum MS. vidiſſe charactere perpulchro exaratum, quia vero multa maleficia ab illo edoceri poſſe veritus ſit, ab ejus lectione abſtinuiſſe. Quaſi vero!

(CDXXX.) Ibidem alium hujus nominis librum MS. citat, qui nihil magici contineat, ſed tantum Cabaliſtica quædam.

(CDXXXI.) רעיא מהימנא RAJA MEHEMENA *Paſtor fidelis.* Ita vocari dicit Buxt. in Abbrev. p. 185. autorem, qui ſcripſit Additamenta in Zohar, quod tamen falſum eſt. Non enim autoris, ſed libri nomen. Hujus vero argumentum, ut explicet 613. præcepta diciturque compoſitus per ſplendorem Moſis Prophetæ. Pauca hujus libri excuſa reperiuntur in libro *Zohar.*

(CDXXXII.) ס׳ רפואה SEPHER REPHUAH *Liber de Medicina.* Plures Anoymos affert Bartol. IV. 297. 300. quorum autores divinare non licet. In libro enim ש״י quindecim hujus nominis libri afferuntur, quorum quilibet ſuo auctori adſcribitur. Hos ſingulos in Bibl. noſtra Rabbin. recenſebimus.

ש

(CDXXXIII.) שאלות ותשובות הגאונים SCHEELOTH UTHESCHUFOTH HAGGEONIM, *Quæſtiones & Reſponſiones Rabbinorum, qui titulum Gaon ferunt.* Hæ numero 400. à diverſis Geonim, quorum pleraque nomina ignorantur, redditæ, & in unum corpus collectæ excuſ. Conſtantin. & Pragæ A. 335. itemque Mantuæ A. 357. 4to, Collectoris *Menachemi* AEGOSI obſervante Dno Edzardo, ex calce libri, ibique repertis his verbis: אני האיש להבל דמה מנחם אגוזי i. e. *Ego Vir vanitati ſimilis*, Menachem Aegoſi ſ. ſc. ſum autor hujus libri, vi præcedentis contextus.

(CDXXXIV.) שארית נפש SCHEERITH NEPHESCH *Reliquiæ animæ* MS. in 4to ſine argumento & autoris nomine affert Buxt. Continet vero Demonſtrationem æternitatis animæ rationibus validis ex Scripturæ S. & ratione depromptis adſtructam, cujus autor R. *Saul* MORTARA.

(CDXXXV.) שבילי אמונה SCHEVILE EMUNAH, *Semitæ Fidei.* Librum Phyſicum & Aſtronomicum Rivæ (An. 319. & Amſtel. A. 327. 4to) impreſſum ex Zemach David affert Buxt. Autor R. MEIR *Elrabbi Hiſpanus.* Complectitur 10. ſermones præſtantes.

(CDXXXVI.) שבילי הלקט SCHEVILE HALLEKET *Semitæ Collectionis.* Librum Ritualem & Juridicum de licitis & vetitis Venet. (A. 306. fol.) excuſum, idem adducit Buxt. Autor R. ZIDKIA, *fil. R. Abraham, Medicus.*

(CDXXXVII.) שוחר טוב *Aurora bona.* vid. ſup. n. 254.

(CDXXXVIII.) שום שכל SUM SECHEL *Pone intellectum.* Anonymi Tractatum de

de Punctis, Accentibus & literis Begadchephat, MS. Bibl. Vatic. adducit Bartolocc. IV. 298.

(CDXXXIX.) שומרים לבוקר SCHOMERIM LEVOKER *Cuſtodiam habentes usque ad mane.* Liber Precum nonnullarum, qvas ſingulis diebus recitant Judæi, ſæpiſſime excuſus in 8vo & cum Commentario Lublini in 8vo.

(CDXL.) שושנת עמקים SCHOSCHANNATH AMAKIM *Lilium Convallium.* Commentarium ſuper Canticum Canticorum ſine autoris nomine affert Buxtorf. Autor *R. Moſes* ALSCHECH, excuſusqve una cum Commentariis in reliqvos qvatuor libros, Venet. Anno 361. 4to & Pragæ 370. fol.

(CDXLI.) שחיטות ובדיקות SCECHITOTH UFEDIKOTH *Tractationes & Inqviſitiones.* Hos duos parvos libellos, in qvibus *ars mactandi* deſcribitur, Venet. in 8vo excuſ. ſine nomine Autoris recenſet Buxtorf. Eſt is *R. Jacob* WEIEL. Multoties liber excuſus eſt cum plurimorum Commentariis, qvos alibi afferimus.

(CDXLII.) שיר היחוד SCHIR HAJICHUD, *Carmen de Unitate Dei*, qvod filii Moſis finguntur compoſuiſſe, cum tranſiit fluvium Sabbation. Singulis diebus illud recitare Judæi obligantur, reperiturqve in omnibus precum libellis.

(CDXLIII.) ס' שירים SEPHER SCHIRIM *Liber Hymnorum*, pro ſingulis diebus hebdomadæ, nunqvam impreſſus, nec ad uſum qvotidianum ab *H*ebræis adhibitus, compoſitus ab incerto autore, MS. Biblioth. Vatic. ap. Bartol. IV. 316. Plurimi hujus farinæ libri impreſſi extant, qvos adſcriptis ſimul autorum nominibus, exhibet *R. Schabtai* in ש"י.

(CDXLIV.) שכל טוב SECHEL TOF *Intellectus bonus.* Anonymi magnus Commentarius in Legem, MS. adductus in ש"י.

(CDXLV.) שכל מעשי ועיוני SECHEL MAASE FEJUNE *De Intellectu agente & poſſibili* MS. Biblioth. Vatic. anonymi affert Bartoloc. IV. 298.

(CDXLVI.) שלשה ספרים SCHELOSCHA SEPHARIM *Tres Libri.* Titulus libri ſine autoris nomine, Cracoviæ *Ao.* 369. 8vo excuſi in ש"י adductus. Eo continentur Liber היראה de *Timore* אגרת המוסר *Epiſtola de Correctione,* & דת הנשים *Conſtitutiones mulierum.*

(CDXLVII.) שם המפורש SCHEM HAMPHORASCH *Nomen Dei Tetragrammaton expoſitum*, npe. à Cabaliſtis per alia nomina. Hujus libri meminiſſe *Münſterum* in præfat. ſua in ſphæram Hebraicam, & *Maſium* in Joſuam, notat Buxt. At non unus tantum liber hoc titulo reperitur, ſed innumeri extant qvibus Nomen Dei cabaliſtice explicatur. Conf. Bartol. I. 654.

(CDXLVIII.) שם עולם SCHEM OLAM *Nomen Mundi.* Anonymi liber agens de morte Moſis rythmis germanicis ineptiſſimis. Excuſ. hebraicis literis Francof. ad Oder. Ao. 438.

(CDXLIX.) ס' השמד טבלה SEPHER HASCHMAD THEFELAH *Liber Corruptionis Tabulæ rotundæ Regis Artus.* &c. ex Hiſpanico in Hebraicum translatus, dicitur continere hiſtoriam de filia Regis Hiſpaniæ, quæ in cauſa fuit, ut omnes viri civitatis occiderentur. MS. Biblioth. Vatic. ap. Bartolocc. IV. 298. Vide ſupra num. 67.

(CDL.) ס' שמואל SEPHER SCHEMUEL. *Liber Samuelis*, rythmis Germanicis compoſitus, exc. literis Rabb. Baſil. A. 372. 4to.

(CDLI.) שמוש תהלים SCHIMMUSCH THEHILLIM *Uſus Pſalmorum.* Superſtitioſi hujus & ne dicam diabolici libri argumentum prolixe perſeqvitur Buxtorf. Ad eundem modum compoſitus liber

(CDLII.) MS. extat שמוש התורה, SCHIMMUSCH HATHORA *Uſus Pentateuchi*, de qvorum tamen Autoribus nihil conſtat.

(CDLIII.) שמים חדשים SCHAMAIM CHADASCHIM *Cœli novi.* Liber de Renovatione Mundi; cui junctus Commentarius in cap. 19. lib. 2. *more hannev.* ap. Buxtorf. Autor *Don Iſaac Abarbenel.*

(CDLIV.) שמן המור SCHEMEN HAMMOR *Oleum myrrhæ*, liber Maſorethicus MS. in Append. Buxt.

(CDLV.) שער האגדה SCHAAR HAAGADAH *Porta Agadæ*, ſ. allegorica, liber, quo omnes Antiqvorum Rabbinorum Hiſtoriæ, qvæ humanæ rationi adverſari videntur, allegorice declarantur, autore Anonymo MS. Bibl. Vatic. ap. Bartol. IV. 309.

(CDLVI.) שער היחוד SCHAAR HAJICHUD *Porta Unitatis.* Tractat de Exiſtentia Dei & Potentiis animæ rationalis; item contra Ariſtotelem diſputat, qvod mundus non potuerit eſſe ab æterno. Reperitur MS. in Bibl. Vatic. teſte eodem.

(CDLVII.) שער הכוונה SCHAAR HACCEVUNAH *Porta Intentionalis*, de Intentione Cabaliſtarum circa materiam Cabalæ. MS. ibid. p. 310.

(CDLVII. *a*) שער המתג SCHAAR HAMMETHEG Normanno obſervante Diduk innominati ſ. Grammatica. Quidam R. *David* KIMCHIO adſcribunt, inqvit Münſterus pr. inſtit. Hebr. qvi librum poſſedit.

(CDLVIII.) שער הסודות SCHAAR HASSODOTH *Porta Secretorum.* De neceſſitate Legis Oralis & traditione doctrinæ Bart. IV. p. 310.

(CDLIX.) שער השם SCHAAR HASSCHEM *Porta Nominis divini.* Conciones excuſ. Conſtantinop. vid. ש״י & Bartol. IV. 310. ex Plantavit.

(CDLX.) שער שם החדש *Porta Nominis novi.* Liber Cabaliſticus in Append. Buxt. ubi falſo legitur *Sancti.* Eſt hic unus Tractatus libri שומר אמונים cujus autor R. SAMUEL *Medicus.* Excuſ. Conſtant. A. 293. 4to.

(CDLXI.) שער תמורה SCHAAR THEMURAH *Porta Permutationis.* De certa ſpecie Cabalæ, de qva Bartol. l. c. auctoris anonymi ex Plantavit.

(CDLXII.) שער התקונים SCHAAR HATTHIKKUNIM *Porta Ordinationum.* Conſtitutiones in nocte feſti ſeptimanarum & Hoſchanna Rabba obſervandæ. Excuſ. Venet. in 8vo. ex ש״י.

(CDLXIII.) שערי הגמול SCHAARE HAGGEMUL *Portæ Retributionis.* Hujus libri meminit Gilbertus *Genebrardus* in Tab. lib. Rabbin. & de modo legendi ſine punctis. vid. Bartol. l. c. Eſt autem unus Tractatus libri תורת האדם cujus autor RAMBAN. Excuſ. Ferrar. Anno 316. 4to.

(CDLXIV.) שערי דעת SCHAARE DAATH *Portæ Scientiæ.* Liber Cabaliſticus nunqvam excuſus, ex Plantavitio, Bartol. l. c.

(CDLXV.) שערי יצירה SCHAARE JEZIRAH *Portæ formationis.* Dilucidatio libri יצירה ibidem.

(CDLXVI.) שערי צדק SCHAARE ZEDEK *Portæ Juſtitiæ.* Præter impreſſum, de qvo Buxtorf. alius anonymi extat Commentarius in Sephiroth, alegatus in libro נובלות חכמה, fol. 195.

(CDLXVII.) שערי תורה SCHAARE THORAH *Portæ Legis.* Liber Cabaliſticus tractans de 10. Sephiroth, ex Plantavit. allatus à Bartol. IV. 311.

(CDLXVIII.) שפתי דעת SIPHTHE DAATH *Labra Scientiæ.* Librum ignoti autoris & argumenti vocat Buxtorf. in App. & ex eo Bartol. IV. 310. Sed conſtat illum compoſitum fuiſſe ab Excell. *R. Ephraim de LANDSCHÜTZ*, & conciones in Legem continere, excuſ. Pragæ Anno 370. fol.

(CDLXIX.) שפתי כהן SIPHTHE COHEN *Labia Sacerdotis.* Medraſchim in Legem continere ſcribit Buxtorf. Autor R. MARDOCHAI *Sacerdos.* Excuſ. Venet. A. 365. fol. Conſentit Cavius.

(CDLXX.) שר שלום SAR SCHALOM *Princeps Pacis.* Liber Homiliarum apud Bartol. IV. 311. Sunt Conciones in Canticum Canticorum, (non Eccleſiaſtem, ut in Append. Buxtorf.) R. *Samuelis* fil. *Iſaaci AREPOL.* Excuſ. Venet. 8vo.

(CDLXXI.) שרש ישי SCHORESCH JISCHAI *Radix Iſai.* Elegantem expoſitionem libelli Ruth eſſe, Conſtantinop. in 4to (A. 326. & Lublini A. 357. 4to) excuſ. ſcribit Buxtorf. Autor *R. Salomo Levita*, fil. ELKABEZ.

(CDLXXII.) שרשים מספרי קבלה SCHORASCHIM MESSIPHRE KABBALAH *Fundamenta Librorum Cabaliſticorum*, à Maſio in Joſuam citari notat Buxtorf.

(CDLXXIII.) ס׳ השתן SEPHER HASSCHATAN *Liber de Urina*, ad infirmitates cognoſcendas ex inſpectione urinæ, anonymi MS. Vatic. citat Bartol. IV. 298.

ת

(CDLXXIV.) תהלה לדוד THEHILLAH LEDAVID *Laus Davidis.* Duplicem hoc titulo affert Buxtorf. librum, unum anonymum, excuſ. Conſtant. 4to. qvi eſt *R. Davidis CARPI* explicatio literalis in Pſalmos, de quo Morin. Exc. Biblioth. p. 245. Conſentit Cavius.

(CDLXXV.) Alterum in Append. *de Articulis Fidei*, attribuit *miſſer Davidi Mantuano*, cujus integrum nomen *R. David ben Don Schlomo aben JECHJA.*

(CDLXXVI.) תוכחות מוסר THOKACHOTH MUSAR *Redargutiones Doctrinæ.* Eſt qvartus Tractatus libri מנחת כהן, cujus autor R. SAMUEL Sacerdos fil. *Joſephi.*

(CDLXXVII.) תולדות ישו THOLEDOTH JESCHU *Generationes Jeſu.* Liber blaſphemus & maledicus contra veritatem hiſtoriæ Chriſti à qvodam verpa ſcriptus, cujus tamen nomen hactenus delituit. Latine primum hunc damnatum librum in lucem produxit Raymundus *Martini* part. 2. cap. 8. Pugionis fidei, unde paulo poſt *Porchetus Salvaticus* in ſuam adverſus Judæos Commentationem transſcripſit, ex qvo *Lutherus* noſter germanicum fecit, in cujus Tomo VIII. Jenenſi comparet. *Wagenſeilius* tandem Hebraice edidit, & novam verſionem ad latus adjecit, juncta refutatione, in cujus telis igneis Satanæ ad calcem reperitur.

(CDLXXVIII.) תולעת יעקב THOLAATH JAAKOb *Vermiculus Jacobi* Explicationem

nem Cabaliſticam eſſe libri Precum Cracov. in 4to (Anno 341. & antea Conſtantinop. Anno 320.) excuſ. ſcribit Buxtorf. Autor *R. MEIR aben GABAI.*

(CDLXXIX.) תוספורת THOSEPHOTH *Additiones* ſcil. Talmudicæ. Hæ variis autoribus debentur, quorum nonnullorum nomina afferuntur in Schalſch. Hakkab. fol. 12. ut R. *Jacobi MORLINES*, *R. Iſaaci bar MEIR*, *R. Iſaaci aben GEOTH*, *R. Iſaaci bar SAMUELIS*, *R. Iſaaci Senioris*, *R. Simeonis Schancenſis fil. R. Abraham*, *R. Simſonis Kenonis*, *R. Iſaaci bar Abraham*, *R. Perez Sacerdotis fil. R. Iſaaci.* Gemina hiſce ex eodem affert Edzardus, ut & ex Ganzii Zemach Dav.

(CDLXXIX. *a*) תוספתא, THOSAPTHA, additio. De hac ita Edzardus. Eſt additamentum ad Miſchnam, & differt ab additionibus ſupradictis. Jnvenitur in Alphes tractatibus ſubjecta. *R. CHAJAM* eam conſcripſiſſe auctor eſt Ganzius in Zemach David fol. 44. a. provocans ad Maimonidem præfatione in Miſchnam & Abarbanelem præfat. in Nachalath avoth. Vixiſſe dicitur Anno 3979. Abrah. Zachuth in Juchaſ. fol. 84. & 91. R. Chijam & Oſchajam operas in ejus compoſitione junxiſſe tradit. *R. Jeſchua HALLEVI* in Halichoth Olam edit. l'Empereur pag. 26. Toſaphtam abſolute nominatam *R. Nehemiæ* tribuit, eamque à Miſchna *R. Chijæ* prorſus differre ſtatuit, pag. 223. monente hoc ipſum ex qvorundam ſententia etiam Ganzio in Zemach Dav. fol. 44. a. *R. Abraham ben Deor Toſaptham* hanc filio Kapparæ vendicat ibid. Sunt etiam, qvi in genere diſcipulum quendam *R. Jehudæ Sancti*, ejus autorem conſtituant. vid. Halichoth olam pag. 13. *Edzardo* conſentit Symbola alia ſequens.

(CDLXXX.) תוספתורת TOSEPHOTH *Additiones* ſcil. Talmudicæ. Ita antiqviores illæ vocantur, qvæ partim in editionibus Talmud, partim in editionibus majoribus libri Alpheſi junctim reperiuntur, qvarum autorem nonnulli R. CHAJA cum R. USCHIA RABBA, alii R. NEHEMIAM, *bar* CAPARA conſtituunt.

(CDLXXXI.) תוצאורת חיים THOZEOTH CHAJIM *Egreſſus vitæ.* Compendium breviſſimum libri ראשירת חכמה Cracoviæ (& Pragæ) in 8vo excuſ. affert Buxt. Illud ab ipſo autore libri ר"ח qvi eſt *Elias de VIDAS*, concinnatum fuit, ut notatur in ש"י Confirmat Cavius.

(CDLXXXII.) תורת אדם THORATH ADAM *Lex Adami.* Liber Cabaliſticus allegatus in libro נובלורת החכמה, fol. 195. vid. ש"י.

(CDLXXXIII.) תורת חסד THORATH CHESED *Lex Miſericordiæ.* Expoſitio elegans ſuper Hagiographa & V. Megilloth. Conſtantinop. exc. adducitur à Buxtorfio. Autor *R. Iſaac bar R. Salomo JABEZ.* Singulorum librorum Contenta recenſet R. Schabtai in ש"י.

(CDLXXXIV.) תורת כהנים THORATH COHANIM *Lex Sacerdotum.* Idem cum libro ספרא de qvo ſupr. egimus num. 354.

(CDLXXXV.) תחלת דברי שמואל THECHILLATH DIFRE SCHEMUEL *Principium verborum Samuelis.* Expoſitio ſuper Targum Eſther, Pragæ in 4to (Anno 361.) exc. ap. Buxtorf. Autor *R. Samuel fil. R. Pinehas* Sacerdotis Juſtitiæ, eſtqve non tantum Comm. in Targum, ſed etiam in ipſum librum Eſther.

(CDLXXXVI.) תלמוד דבני מערבא THALMUD DIBENE MEARBE. *Talmud occidentalium.* i. e. *Hieroſolymitanum*, qvo præter Miſchnam, qvam tunc ferme in ordinem redegerat *R. Juda Sanctus*, uti ſupra dictum, Gemara ſ. Commentarius ſuper Miſchnam, (qvamvis non ſuper omnes Tractatus Miſchnicos) ex diverſis Rabbinorum ſententiis compilatus continetur, qvod ideo Hieroſolymitanum appellatum eſt, quod dialecto Hieroſolymitana obſcura ſcriptum fuit. Hujus Talmudici corporis, qvod alterum, Babylonicum nempe, præceſſit, collectorem communiter faciunt R. Jochanan, qvi circa An. C. 230. juxta Ganzium in Zemach David fol. 44. illud abſolviſſe fertur, qvamvis *Jacobus Capellus* Opp. poſthum. p. 581. exiſtimet, eo anno tantum inchoari cœptum, ſed poſt Diocletiani demum tempora abſolutum fuiſſe, quod *Lud. Capellus* in Crit. S. pag. 372. cum Scaligero A. C. 469. vel anno 47. poſt mortem Hieronymi factum ſcribit; Johannes autem *Morinus* Exerc. Biblioth. pag. 299. poſt annum C. 600. demum compoſitum fuiſſe probet. Sane vel ex eo *Ganz* refutari poſſet, qvod in hoc Talmude freqvens Diocletiani mentio occurrat, de qvo vid. Lightfoot. Tom. II. Opp. fol. 146. Ipſi vero etiam Judæi in ætate huic libro adſtruenda inter ſe variant, de qvo conf. Bartol. III. 684. Hujus Talmudis longam deſcriptionem olim paraverat *Lightfootus*, ut in ejus vita * ſ. 4. aſſeritur, qvæ tamen nunqvam lucem adſpexit. Nos alibi prolixius de hoc & ſeqventi libro diſſeremus.

(CDLXXXVII.) תלמוד בבלי THALMUD BAVELI *Talmud Babylonicum*, vero, & illius alteram imprimis partem *Gemaram* nempe ſ. Commentarios in qvosdam Tractatus Misnicos, qvod attinet, etſi prius memorata Gemara poſterior ſit, utpote Ao. C. 500. demum abſoluta, qvod Morinus l. c. pag. 301. ſeqq. & 307. Ao. C. 707. demum factum putat, majoris tamen ſemper exiſtimationis inter Judæos extitit, quæ idcirco etiam κατ' ἐξοχὴν Gemara & Talmud allegari ſolet. *Hujus* Corporis primum Collectorem fuiſſe Raf Aſche, qvi Ao. C. 367. incepit, & per 60. annos in eo laboravit, cui poſtea Ao. 427. ſucceſſit Maremar, & tandem à R. AVINA A. C. 500. abſolutum fuit, Communis Judæorum ſententia eſt, qvamvis in æra aſſignanda nonnihil varient, qvo de conf. Ludov. *Capell.* in Arcanis Punctat. revelat. lib. 2. 16. An vero hac in parte Judæis fides haberi debeat, qvos nullibi magis,

magis, qvam in rebus hiſtoricis & Chronologicis cespitare, & apud qvos nullum hiſtoricum, qui anno Chriſti milleſimo poſterior non ſit, reperiri, conſtat, altioris eſt indaginis.

(CDLXXXVIII.) ס׳ תניא SEPHER THANJA *Liber Ritualis.* Compendium Deciſionum Talmudicarum, & rituum Judaicorum excuſ. Cremonæ. Ao. 325. 4to. cujus autorem R. David. Ganz in צ״ד fol. 58. & Buxtorf. faciunt *R. JEHUDAM fil. Benjamin*, etſi in Præfatione ipſius libri ſcribatur, qvod *R. JECHIEL fil. R. Jacob*, libri *Arba Turim* Autor illum compoſuerit.

(CDLXXXIX.) תנחומא THANCHUMA *Conſolatio.* Celebris Commentarius allegoricus in V. libros Moſis, & pro antiqviſſimo à Judæis habitus. Dicitur etiam alias ילמדנו *docebit nos*, ideo, qvod omnes lectiones ſuas Autor incipiat cum verbis ילמדנו רבינו. Ejus autorem communiter faciunt *R. TANCHUMA BAR ABA*, autor vero Schalſch. Hakkab. fol. 52. cuidam *R. NACHMAN* illum tribuit. Excuſ. Conſtantinop. Anno 288. Venet. A. 305. Veronæ Ao. 355. & Pragæ Ao. 373. fol. *Daſſovius* in præf. Diatrib. de reſurrect. mortuorum, etiam *Mantuanam* editionem Ao. 1536. fol. citat, qvam nunqvam vidi, nec alibi illam citari comperi. Conſentit Edzardus & inſuper notat Mantuanam editionem eſſe correctiorem, & Veneta mancâ pleniorem.

(CDXC.) תענוג הנשמה THAANUG HANNESCHAMMAH *Oblectatio animæ.* Conciones manuſcriptæ in Buxtorf. Append.

(CDXCI.) תפארת ישראל THIPHERETH JISCHRAEL *Decor Iſraëlis.* Librum Concionum Venet. in 4to exc. affert Buxt. Autor R. *Salomo*, fil. *R. Zemach DURAN.*

(CDXCII.) ס׳ התפוח SEPHER HATTAPPUACH *Pomum* Dialogus inter Ariſtotelem & diſcipulos ejus de felicitate animæ poſt mortem & morte non metuenda. Hunc à ſapientibus Græcorum compoſitum, & deinde ex Arabico in Hebraicum translatum fuiſſe, in præf. qvam fecit *R. Abraham bar CHASDAI hallevi* ſcribit. Exc. Venet. Anno 279. & cum qvibusdam Epiſtolis Tridenti ad ripas Atheſis in 4to.

(CDXCIII.) תפוחי זהב TAPPUCHE SAHAF *Poma aurea.* Idem cum libro יסוד שירים de qvo ſupra num. 181. In Bibl. R. C. num. 152. optimum codicem MS. hoc titulo reperi, qvi eſt Comment. in Cantic. Cantic. cujus autor R. MOSES fil. *Iſaaci*, unde forte & prioris Commentarii in lib. Ruth autor dici poterit. Admodum reverendus *Cavius* hujus tituli librum affert de regno Davidis, ejusque origine, præſtantia & duratione, ſtylo admodum obſcuro agentem, auctore *R. Eliezer ben NEPHTALI.*

(CDXCIV.) תפלות מכל השנה THEPHILLOTH MICCOL HASCHANAH *Liber precum totius anni*, cujus argumentum & varias editiones recenſet Buxtorf. cui add. ש״י Preces vero illæ adſcribuntur viris Synagogæ magnæ, quæ deinde per qvendam, cujus nomen ignoratur, in unum librum collectæ fuerunt.

(CDXCV.) תפלה למשה THEPHILLA LEMOSCHE *Oratio Moſis.* Librum Concionum in Legem ſine autoris nomine affert Buxtorf. Eſt is *R. Moſes ELMOSNINO* Excuſ. Saloneci Anno 322. & Cracoviæ Anno 306. 4to. Conſentit *Cavius.*

(CDXCVI.) תיקון סופרים THIKKUN SOPHERIM *Ordinatio Scribarum.* Anonymi qvidam libellus Grammaticus Criticus Excuſ. Pragæ in 4to: vid. ש״י.

(CDXCVII.) תקוני הזוהר THIKKUNE HASSOHAR *Correctiones libri Zohar.* Excuſ. Mantuæ Ao. 318. 4. & Cracov. app. Buxtorf. Hujus libri Autor Tanaita *R. Simeon ben JOCHAI*, ut communiter creditur, continetqve 70. Correctiones & explicationes Cabaliſticas ſuper ſolam vocem בראשית qvibus junctæ additiones *R. Emanuel ben JEKUTHIEL Beneventani*, aliæqve undecim Correctiones. Confer omnino ש״י.

(CDXCVIII.) תקובות מק״ק פראג THIKKUNOTH &c. *Ordinationes Synagogæ Pragenſis.* Hæ à nonnullis Judæis Pragenſibus ad bonum & incrementum hujus Synagogæ factæ, ſine autoris nomine prod. Pragæ 4to.

(CDXCIX.) תקוני התשובה THIKKUNE HATTHESCHUVAH *Ordinationes Pœnitentiæ.* Cuidam ARMAA, qvod nomen fictitium, tribuit Bartol. I. 469. & reperiri in fine Epitomes libri ראשית חכמה notat.

(D.) Alius lingva Germanica hebraicis literis Cracov. Anno 396. & Amſtelod. in 4to impr. Anonymi adducitur in ש״י, in qvo methodus pœnitentiæ pro ſingulis peccatis ex omnibus hujus argumenti libris excerpta præſcribitur.

(DI.) תרגומים THARGUMIM *Paraphraſes*, Chaldaicæ ſcilicet Scripturæ S. qvales ſqq. qvidem hodie extant. Paraphraſis ONKELOSI in Legem. Paraphraſis Jonathanis ſuper Legem & Prophetas. Paraphraſis Hieroſolymitana in Legem. Paraphraſis in Hagiographa *Joſephi LUSCI.* Paraphraſis ſecunda in lib. Eſther, & Paraphraſis in libros Paralipomenων, qvarum ætatem & autores certo definire res eſt difficilis momenti. Nam qvod primo *paraphraſin Onkeloſi* reliqvis

reliquis meliorem & utiliorem attinet, quamvis conſtans inter Judæos traditio ſit, illam a Viro hujus nominis ex gentili proſelyto, tempore nativitati Chriſti proximo, ex alia antiqua R. ELIEZERIS & R. Joſuæ factam, vel potius tantum emendatam & correctam fuiſſe, quorum teſtimonia adduxit Bartol. I. 405. ſqq. de illo tamen fortiſſimæ dubitandi rationes afferri poſſunt, nempe qvod ipſi Judæi in ætate huic Onkeloſo aſſignanda inter ſe non conveniant, tum quod plurima, quæ de illius vita & converſione narrant, Judaicam ſapiant fabulam, & denique, quod nec tempore *Chriſti* vel *Apoſtolorum*, nec tempore *Fl. Joſephi*, imo nec *Origenis & Hieronymi* ullam harum paraphraſium extitiſſe probabile ſit, cum nulli horum ullam earundem injecerint mentionem.

(DII.) Atque idem etiam de reliquis Paraphraſibus urgeri poteſt, quarum illa in *Legem & Prophetas*, quam JONATHANI tribuunt, & *Onkeloſi* verſionem, de qua diximus, præextitiſſe volunt, minime hanc ætatem ſapit, qualis fuit Jonathanis *fil. Uzielis*, qui diu ante Chriſti nativitatem vixit. Aſſertum noſtrum de Paraphraſi in Legem tam clarum & certum eſt, ut nonniſi in luce palpitaret, qui contrarium aſſerere vellet. Stylus barbarus, vocabula nova, fabulæ hinc inde adſperſæ aliaque indicia plurima illud ſufficienter comprobant, adeo, ut inter ipſos Judæos nonnulli illud olfecerint, nec ejusdem, qui in Prophetas paraphraſin ſcripſit, autoris eſſe poſſe confeſſi fuerint, cum unus ſtylus multis modis ab alio differat.

(DIII.) Aſt nec altera *Paraphraſis in priores & poſteriores Prophetas*, quamvis prius memorata multis Seculis antiquior, Jonathanem Autorem agnoſcit, tum ob ſupra dictas rationes, (conf. partim Bartol. III. 788.) tum ob plurimas fabulas, quæ ibi animadvertuntur, tum etiam potiſſimum ob ſtyli diverſitatem, ab antiquo chaldaico ſtylo, qui in Danielis & Eſdræ libris reperitur, toto cœlo diſcrepantem. Quod ſi divinare licet, exiſtimarem Onkeloſi & Jonathanis in Prophetas (nam de illa in Legem dixi, novitium commentum eſſe) paraphraſes ex antiquis chaldaicis tranſlationibus, quas una cum Hebraico Scripturæ textu in ſynagogis legere Judæis olim in uſu fuit, & quarum fragmenta teſte *Reuchlino* l. 3. de Verbo Mirifico c. 13. adhucdum reperire licet, prolixe ante abſolutum Talmud confectas ad formam *Aquilæ & Theodotionis* verſionum nomen accepiſſe, ut tanto major autoritas illis conciliaretur. Neque vero propterea hos duos Paraphraſtas cum Aquila & Theodotione pro iisdem habeo, quod aliis nonnullis ſtatuere viſum fuit. Reliquæ autem paraphraſes, quibus autoribus debeantur, apud ipſos etiam Judæos indeciſum manſit.

(DIV.) Fuere quidem, qui *Hieroſolymitanam Paraphraſin in Legem R. Joſepho Luſco* adſcripſerunt, hoc tamen ſolide refutat *El. Levita* in præf. Lexici Chaldaici, qui 300. ferè poſt deſolationem urbis annis illam a diverſis interpretibus factam fuiſſe, & Pſeudo-Jonathanis illa antiquiorem eſſe putat, cui adſtipulantur *Joſippon* & R. *Nathan* in Aruch. Unde verum non eſt, quod Joh. *Druſ.* Quæſit. per epiſt. & ad diffic. loc. Num. c. 132. p. 496. aſſerit, hanc Interpretationem eandem eſſe, & eundem autorem agnoſcere cum Interpretatione Pſeudo Jonathanis, quod præter *Mayerum*, Phil. S. P. 2. p. 57. & *Cartwright.* Elect. in Geneſin, refutat Br. *Walton* proleg. 12. n. 11. Aſt vero etiam illa, quam *Elias* ipſi aſſignavit, ætate recentiorem eſſe, ex barbaro ſtylo eruditi judicant, quo de confer Joh. *Morin.* Ex. 8. lib. 2. & Rich. *Simon* Hiſt. Crit. du V. T. l. 2. chap. 18. Quod ſi vero de Paraphraſi in Pentateuchum Jonathano attributa merito dubitant viri, quanto magis de veritate

(DV.) *Paraphraſis in Hagiographa* dubitarent, ſi in eam aliquando *Jonathanem* manum admoviſſe, & paraphraſin Chaldæam compoſuiſſe diceretur, recte concludit Bart. III. 792. ſiquidem in Megilla cap. I. expreſſe dicitur, ei, cum voluiſſet paraphraſtice interpretari Hagiographa, illud de cœlo prohibitum fuiſſe. Nihilominus tamen quidam extiterunt, qui illud aſſerere veriti non ſunt. Alii cuidam AKILASO, plerique autem R. JOSE, qui alias JOSEPHUS COECUS vocatur, & juxta quosdam A. C. 400. juxta alios vero 600. vixit, hanc paraphraſin attribuerunt, quo de vid. Bartol. III. 814. & *Pfeiffer.* Cr. S. p. 258. 263. Atque hanc paraphraſin reliquis omnibus inferiorem judicamus, quod & prolixitate & frequentia fabularum omnes reliquas ſuperet, in quâ etiam ad Cantic. I. 2. expreſſa Talmudis mentio occurrit, his verbis שתא סדרי משנה ותלמודא בגירסא *ſex ordines Miſchnæ & Talmud cum explicatione*, ita, ut potius pro Commentario Rabbinico, quam Translatione verbali haberi queat. Minus adhuc Judæi cognitum habent, quis autor ſit

(DVI.) *Paraphraſeos ſecundæ* ſ. תרגום שני in Eſtherem, quæ, etſi multum æſtimata a Judæis, ſimiliter plurimis anilibus fabulis ſcatet, quarum ſpecimen exhibet *Pfeifferus* Cr. S. pag. 264.

(DVII.) De *Chaldaica tandem Paraphraſi librorum Chronicorum* Judæis pariter ac Chriſtianis parum innotuerat, antequam Matth. Frid. *Beckius* è Codice MS. Bibl. Miniſterii Erfordienſis an. prioris S. 80. Auguſtæ Vindel. illam publicaſſet, etſi ex Cantabrig. Codice in ſuis horis Talmud. quædam verba adduxerat *Lightfootus*, aliique hujus codicis ante mentionem injecerant. De hac editione tale judicium legitur in Rich. Simon Hiſt. Crit. du V. T. p. 299. *Cette Paraphraſe eſt peu de choſe, & eſt fort ſeche pour le ſens, etant remplie d' alluſions aux mots. Il eſt vrai qu' elle n' eſt pas remplie de fables comme ſont les derniers Paraphraſes Chaldaiques, mais elle n' en eſt pas pour cela meilleure ni plus ancienne.* Unde mirari non licet, ſi de hujus etiam autore nihil certi definire queamus. Nam quod Sam. *Clericus* apud Edm. Caſtellum Lexic. Heptaglott. voce סרודיתא col. 2613. *Jonathanem* autorem conſtituat, vel memoratus Dn.

Beckius in præfat. ad Lect. & pag. 43. in not. ab eodem Interprete qui Hagiographa vertit, profectam fuiſſe ſuſpicetur, illud nullo fundamento nititur ac æque incerto aſſeritur, ac ſi *Onkeloſo*, (uti etiam *Lightfootus* exiſtimavit, de quo vide ejus vitam §. 5. f. 46. b.) vel alii cuidam vindicare vellem, ideo, quod unus easdem, quas apud alterum etiam obſerves, fabulas attulerit. Cæterum de diverſis harum Paraphraſium editionibus, Translationibus & Commentationibus plura V. D. in Biblioth. noſtra Rabbinica dicemus.

(DVIII.) ס׳ התרומות SEPHER HATTRUMOTH *Liber Oblationum.* Juridicus de *commodato & mutuo*, uſuris ac omnibus caſibus, qui ibi intercurrere poſſunt, Exc. Pragæ A. 365. fol. (& antea Theſſalon. A. 356. 4.) ap. Buxtorf. Autor R. *Samuel* SARDUS fil. *R. Iſaaci.* Idem liber cum ampliſſimis Interpretatiouibus, R. *Azaria*, fil. R. *Ephraim*, qui has Interpretationes ſuas גדולי תרומה inſcripſit, prodiit Venet. A. 403. fol.

ADDENDA.

Abſoluto ferme ſpicilegio, miſſus ad me fuit a Judæo Veneto Humaniſſimo æque ac doctiſſimo, Catalogus MS. Librorum & Rabbinorum, qui vel poſt editionem libri שפתי ישינים *impreſſi, vel etiam in illo libro prætermiſſi fuerunt. Cumque nonnullos anonymos ibi animadvertam, illos hic ſubjungere in lectoris gratiam operæ pretium erit. Sunt autem ſequentes:*

(DIX.) אורחות צדיקים ORCHOTH ZADDIKIM *Viæ juſtorum*, de quo libro ſupra n. *66* In hac vero quam recenſemus, editione Sultzbacenſi A. 449. & 451. 12. junctæ ſunt variæ additiones circa ritus precesque Judæorum, quarum autor non indicatur.

(DX.) אליהו זוטא ELIJAHU SOTA, *Elias parvus.* Commentarius in illam partem libri לבוש quæ dicitur אורח חיים cum novis ſpicilegiis, exc. Prag. 8.

(DXI.) בית יעקב BETH JAAKOB *Domus Jacobi.* Præter Titulum libri nullam majorem notitiam ex hoc Catalogo MS. habui. In Excerptis vero meis Pariſienſibus de hoc libro nonnulla annotata reperio ex Cod. MS Bibl. R. *C.* n. 173. Nimirum Continet iſte Codex tractatus tres, quorum primus vocatur בית יעקב *domus Jacobi*, in quo explicantur omnia, quæ contigiſſe ſcribuntur in Geneſi Jacobo Patriarchæ. Secundus ישועת יעקב *Salus Jacobi*, in qvo explicantur 10. illæ plagæ, quibus affecti ſunt Ægyptii, cum Jacobi poſteros in libertatem vindicavit DEus. Tertius קהלת יעקב *Eccleſia Jacob* agit de quibusdam legis divinæ præceptis, quibus Jacobi familia ad religionem initiata fuit: item de fine bonorum malorumve. Autor R. JACOB fil. *Salomonis.*

(DXII.) בית מידות BETH MIDDOTH *domus morum.* Liber conſuetudines bonas & mores probos præſcribens, exc. Conſtant. A. 285. 4.

(DXIII.) ס׳ הגורלות SEPHER HAGGORALOTH *liber de ſortibus.* Exc. Venet A. 417. 12.

(DXIV.) הגדות התלמוד HAGGADOTH HATTHALMUD *Hiſtoriæ Talmudicæ* cum explicatione vocum difficiliorum exc. Conſt. A. 271. fol.

(DXV.) יודה חטאים JODEH CHATTAIM *Confitens peccata* cum plurimis adhortationibus piis ad vota facienda ſancteque vivendum: exc. Ferraræ A. 451. 12.

(DXVI.) ימין ה׳ רוממה JAMIN ADONAI ROMMAH *dextra domini elata.* Conſtitutiones de agitatione Lulaf ſeu palmæ cum myrto & ſalicibus in feſto Tabernaculorum (de qua ceremonia nos olim nonnulla typis evulgavimus) Ex. Ven. 4.

(DXVII.) משלי חכמים MISCHLE CHOCHMIM *proverbia ſapientum*, lingua Hebræo Itala exc. Amſt. A. 352. 8.

(DXVIII.) עונג שבת ONEG SCHAVATH, *delectans Sabbato.* De ritibus in Sabbato obſervandis compendium alphabeticum exc. Ff. ad Od 4.

(DXIX.) צפנת פענח ZAPHNAT PAANEACH. Collectanea & præfationes ſelectæ, & junctim excuſæ Francof. ad Oder. A. 456. 4.

סליק סליק סליק

ADMONITIO AD LECTOREM.

Cum in præſenti opuſculo exarando brevitati quam maxime ſtuduerimus, plurima quæ ſæpius repetere opus erat, abbreviate ſcripta fuerunt. Ne vero in illis inter legendum Lector hæreat, illarum, quæ alicujus ponderis videbantur eſſe, abbreviationum explicationes hic ſubjecimus:

Bart. Bartol. Bartoloccius i. e. *Julius Bartoloccius, qui quatuor Voluminibus in fol.* Magnam Bibliothecam Rabbinicam *Romæ publicavit. Illum quoties allegamus, omiſſo libri titulo, volumen ſaltem & paginas notamus v. gr. Bartol. I. 4. i. e. Bartoloccius in Biblioth. Rabbinica part. I. 4. &c.*

MS. R. C. i. e. manuſcript. Regis Chriſtianiſſimi ex Bibliotheca Regia Pariſienſi.

ד״ר *i. e.* דברי הימים *liber Hebr. cum plurimis aliis Tractatibus, quo de n. 105.*

שי״ *i. e.* שפתי ישינים labia Seniorum *liber Hebraicus; qui inter omnes, qui de ſcriptis Hebræorum quædam annotarunt, præſtat. Excuſ. Amſtelod. A. 440. i. e. Chr. 1680. 4. Quod ad Annum editionis librorum attinet, non niſi Judaicum annum & quidem juxta minorem ſupputationem ad morem Judæorum appoſuimus, ſubintellecto ſemper quinto millenario a Mundo Condito. Facile autem inde Chriſtianorum Annus confici poteſt, dummodo annis Judaicis ex minori ſupputatione addantur 240. anni præmiſſo millenario. v. gr. annus Judaicus 440. eſt Chriſtianorum 1680. ann. Judaic. 456. Chr. 1696. ann. Judaic. 458. Chr. 1698. &c.*

*** *** ***

INDEX

INDEX horum RABBINORUM

Nec non quorundam aliorum Autorum qui in hocce ſpicilegio partim detecti partim allegati fuerunt ordine Alphabetico diſpoſitus.

Numeri intelliguntur librorum, non paginarum.

A.

ABa i. e. Abraham ben Aſſer. 41.
Aben Ezra. 77. 178. 373. 425.
Abigdor. fil. Eliezer Lipman Hildesheimenſis. 313.
Pragenſis. 378.
Abraham aben Abimelech. 218.
de Boten. 208. 209.
bar chasdai hallevi. 83. 329. 492.
bar Chaſariel, 83.
Chaja 398.
Chajon 59.
Clausner. 276.
ben David ſ. ben Deor. 107. *a* 111. 184.
Horvvitz Hallers cog. Schaptel. 155.
Jaghel fil. Chanania de monzelizi. 215.
bar Iſaac ex Rimmon, 94.
Kelonia. 201.
ex diſcipulis R. Iſaac Luria. 104.
fil. Levv Sarval. 290.
fil. Iſaaci Chijuth. 119.
fil. Mardochæi Aſulæi. 155.
fil. Moſis Germani Heilbrunnenſis. 28.
fil. Moſis maimon. 301.
fil. Nathan 277.
aben Ozaz cogn. aben Burgal. 206.
Patriarcha. 184.
Periſot, 11. Saſon 62. 412.
Scriba Pragenſis. 92.
fil. Samuelis Gedaliæ de Jeruſalem. 92.
Zacuth. 326.
fil. don Salomo Akara. 259.
fil. Schabtai Schaptel. 363.
Videns. 151.
Abſolon Misrachi ſ. Orientalis, 60.
Æſopus. 150.
Aharon Abraham 18.
aben Chajim. 354.
Samuel fil. Moſis Schalom. 335.
R. Akiva. 184. 251. 354.
Akiva Francofurtenſis 141.
Akſilrad cogn. *Bandit* fil. Joſeph Levi. 81. 407.
Albumaſar. 1.
Alexander ſacerdos cogn. Zuslan de Francofurto. 9.
Alia Chajim. vide Elia.
Amnon. 262.
Anan. 336.
Anſchel. 315.
Antoli 428.
Raf Aſche. 487.
Aſcher fil. Joſeph. 416.
Avina. 487.
Azai. 268.
Azaria fil. Ephraim. 103. 508.

B.

Bar Capara. 480.
Bar Scheſcheth. 192.
Baruch fil. R. David 101.
aben Baruch aben Jedaja. 411.
Baſtanai. 301.
Bechai ſenior fil. R. Joſeph Hiſpani. 147. 344.
Ben Sira fil. Jeremiæ Prophetæ. 81.
Benjamin. 185.
fil. R. Judæ Romanus. 158.
de Ardono Germanus. 305.
fil. Samuelis. 262.

Bezalael Elias fil. Zedekiæ. 288.
Bibi 99.

C.

Chaja 480.
Chajim ben Bezalaël 17.
Galapapa 365.
Chazan fil. Iſaaci Leibſchütz 416.
bar Schmuel bar David de Todela. 405.
Chamai Gaon 94.
Chizkia fil. Abrahami 273.
Cohana 381.

D.

David Carpius 474.
fil. Jacobi de Lamaz. 257.
de Schaberſchen. 392.
fil. R. Joſeph Abudraham. 3.
de Paraviſtas filius. 143.
fil. Samuelis 161.
ben don Schlomo aben Jechja 7. *a* 236. 475.

E.

Eldad Danita 51.
Elia ben Abraham hallevi Oettingenſis. 93.
Capſali 337.
Chajim Marcianus. 16.
Levita 121. 258. 401.
Mantuanus 42.
de Vidas. 481.
R. Eliezer magnus 387.
Eliezer 66.
Azkari 158.
de Garmiza 184.
Hakkalir. 262. 416.
Eliezer fil. Joſe Galilæi. 422.
Liberman 293.
Metenſis. 185.
Elijakim 277.
Emanuel Brundo 129.
ben Jekutiel Beneventanus 497.
Enochus 154.
Ephraim de Landſchütz 468.
Orientalis. 255.
C. Epidius 389.

F.

Friedericus Albertus Chriſtiani 348.

G.

Gerſom fil. Aſcher, 174.

H.

Hoſchaja rabba 268. 426.

I.

R. Jacob 75. 87. 357.
R. Jacob Cappel fil. Samuelis 366.
fil. Gerſom 404.
fil. Jeremiæ Mattathiæ Levita 188.
fil. R. Juda Lando 148.
fil. Iſaaci 394.
Luzzati 198.
de Liskas 61.
Morlines 479.
fil. Salomonis aben Chaviro 359. 511.
fil. R. Samuel Capelman Briſacenſis. 29.
Tam. 188.
Neiel 441.
Jechiel fil. Jacobi 488.
fil. Jekutiel, 281. 289.
Jedajah ben Abraham happenini 75. 219. 236.
Jekutiel 261. 362.
Jehuda Almangari 190.
fil. Benjamin, 488.
ben Bileam, 121, 164.
Chiug. 332.
bar Elai, 354.
Gaon 99. 123.
Hallevi fil. Samuel hallevi Hiſpanus 190.
ben Kardaniel, 190.
ben Keriſch, 1. 2.
Leo fil. Bezalaël. 68.
Leo Jehuda Mutinenſis, 145, 204, 241.
Muſcatus, 190.
fil. Moſis de domo Gedaliæ, 283.
fil. Salom. Charizi, 329.
bar Schmuel Abarbenel, 211.
fil. Samuel Lirma Hiſpanus, 207.
Sanctus, 104, 313.
aben Tybbon 84, 147, 190. 427.
Uziel 80.
Jeſu ben Sira, 85.
R. Jochanan, 486.
Jom Tov. Lipman Levi Halev. 100. 399.
Jona Gerundenſis, 25, 185.
Jonathan ben Uziel 502. ſeqq. 507.
R. Joſe ben Chilpetha, 341.
Fl. Joſephus, 171, 410.
Joſeph ben Gorion. 171. 410.
aben Chajim. 218.
Cœcus, 505.
bar Elchanan Heilbrun. 57, 233.
Gecatilia 43.
fil. Jacobi, 372.
Javez. 227.
Jedidiah fil. Benjamin Karmi. 196.
bar Iſaac hallevi. 100.
fil. Iſaaci Kimchi pat. Dav. Kimchi, 236.
Luſcus, 504.
del medico, 50.
fil. Samuel aben Chajim. 282.
fil. Samuelis parvi 188.
aben Schem Tof. 194.
Teutonicus, 219.
Tof Elem. 123. 342.
Joſua ben Saruk, 85.
Pelek fil. Alexandri, 233.
Iſaac Abarbanel. 129, 316, 453.
ben Arama, 165.

Iſaac fil. Abrahami Akriſch. 297, 479.
Alchadeſ. 219.
fil. R. Chajin Jeſchurun. 139.
Chanagri. 190.
דמן עכו. 234.
fil. R. Elijakom Poſnanienſis, 203.
aben Gabai, 197.
Germanus, 183.
Hannaſi, 243.
bar Jehuda aben Giuth. 262, 479.
Levita, 382.
fil. Jehoſua, 360.
fil. Joſeph Iſraelitæ Hiſpanus, 180.
bar Meir. 479.
Nathan, 231, 367.
Onkenira, 47.
bar Schmuel, 479.
fil. Samuel Luria, 15. *a.* 104. 106, 132. 170. 191. 113.
bar Salomo Javez. 483.
Sangari, 190.
Senior. 479.
Sproot. 4.
Tirna, 276.
Viennenſis fil. R. Moſis cogn. רי״אז. 36.
R. *Iſaſchar* Baar fil. Naphtali, 243, 312, 327.
R. *Iſmaël.* 268, 354.
fil. Eliſa, 388.
R. *Iſraël.* 317.
Juda, vide Jehuda.
Julius Conradus Otto, 104.

K.

Kalonymos, 5, 13, 325.
Kanna, 378.

L.

Leo de Modena, 117. *a*
Pragenſis, 37.
Levi ben Gerſom. 331.
Lipman Levi Haliv. 399.

M.

Magiſter Julianus, 32.
Manoach Handel, 279.
bar Menachem, 40.
Mardochai fil. Eliezer Comtinus Cplitanus. 179.
fil. Jehoſaphath. 294.
Nathan. 231.
Pulcher. 39.
Sacerdos. 469.
Maremar. 487.
Meir fil. Arama. 229. 230.
Bombanaſſe 44.
Calvo, 281.
aben Gabai. 478.
El Rabbi Hiſpanus, 435.
Rotenburgenſis fil. Baruch. 117. *β.*
fil. Schem Tof. 224.
Menahem Azaria de Pano. 371.
Immanuel. 371.
Menahem ben Nathanael. 121.
Rabba 87.
Rakkanati 154.
Menarezzi ben Gabriel, 335. *a*
Meſchullam fil. Jonæ, 156.
Moſes Alcaſar, 183.
Almorino, 127.
Almoſnino, 167. 495.
Alſchech, 440.
Botril, 184.
Fericus, 138.
Hanochus Hieroſolym. 97.
fil. Iſaaci, 181. 493.
fil. Iſaſchar hallevi 69. 214.
fil. R. Joſeph פ״יג. 138.
ben Joſeph de Trani, 76.
Kimchi, 258. 393.
aben Makir, 340.
Mardochai fil. R. Samuel Margolith, 132.
bar Maimon ſ. Rambam, 271.
bar Nachman Gerundenſis, ſ. Rambam 15, 152, 183, 184, 356, 391, 463.
fil. Noach Iſaac Leibſchütz, 208.
Provincialis, 89.
bar Schem Tof. 330.
ben Tybbon 162, 375.

N.

R. *Nachman*, 489.
Naphtali ben Aſcher Altſchuler, 49.
Germanus, 60.
Nathan, 386.
Nechonja ben hakkana, 74. 347.
Nehemia, 480.

O.

Obadia Safornus, 61.
Onkelos, 501.

P.

Perez fil. R. Iſaaci, 479.
Petrus Apponenſis, 425.
Philo Judæus, 152.
Ptolomæus, 162.

R.

Rabba, bar Nachmoni, 426.
Raf, 354.
Rambam, vid. R. Moſes Bar Maimon.
Ramban, vid. R. Moſ. Nachman.
Raphael Menonzai, 335. *a.*
Rafi ad Almanſorem, 133.

S.

Saadia Gaon, 184.
Salman Runckel, 184.
R. *Salomo* 217.

Salomo Rex, 152, 296, 304, 321.
 ben Addereth communiter Raſch-ba, 75.
 fil. Abrahami, 42.
 Abigdor, 379, 287.
 fil. Eliezer Levita, 356.
 fil Elijakim Panzi Rhodiginas, 283.
 ben Gavirol, 36.
 fil. R. Iſaaci ſac. juſtitiæ. 132.
 de domo Levi, 210.
 Levi Alcabez, 280. 471.
 punctator, 362.
 fil Zemach Duran. 491.
Samuel ben Athar 145.
 Hannagid, 184.
 fil. Elchanan Jacob Arkevolti, 285.
 fil. Iſaaci Arepol. 261. 470.
 fil. R. Joſeph. ſac. 333, 476.
 bar Jehuda, 228.
 Levita 99.
 Medicus, 460.
 de Modena, 86.
 de Oſida 24, 249.
 fil. Pinehas, 484.
 Sardus fil. Iſaaci 508.
Saul Levita Mortira. 374, 434.
Schem Tov. fil. R. Iſaaci Sproot. 4, 6.
 bar Joſeph ben Phalkira, 14. 404.
Schalom fil. Abrahami, 407.
Schabtai Schaptel. 126.
Simcha de Vitri 263.
Simeon Aſchenburg. 101.
 fil. Iſaaci magnus. 262.
 ben Jochai. 27. 130, 253, 355, 387. 497.
 Keira, 123.
 fil Samuelis, 118. 7.
 ben Saul. 26.
 Schancenſis fil. Abrahami 479.
 bar Zemach. 135.
Simſon fil. Iſaaci מקינון 199, 479.

T.

Tanchuma 489.
Iedacus Levi. 369.
Tham, 99.
Tobias fil. Eliezeris. 380.
 fil. Tobielis. 160.
Taderos, hallevi. 31.

U.

Uſchia rabba. 480.

Z.

Zarachia Levita 156.
Zidkia fil. Abrahami. 436.

[illegible]

[illegible]

[illegible], [illegible]

Placcii Theatrum
anonymorum
B 12.2.01206